R. 1063

# ANNALES
## ECCLESIASTICI
AUCTORE
## CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
## CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
## P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
*Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.*

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

*Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem* Pagii; *& Epiſtola conſularis Henrici* Card. Norisii.

*In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.*

*Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.*

## Tomus Undecimus.



LUCÆ
Typis Leonardi Venturini MDCCXLII.
*De Superiorum Licentia.*

R. 1.063

# ANNALES
## ECCLESIASTICI
AUCTORE
## CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
## CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
## P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
*Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.*

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

*Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem* Pagii; *& Epiſtola conſularis Henrici* Card. Norisii.
*In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.*
*Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.*

## Tomus Undecimus.



LUCÆ
Typis Leonardi Venturini MDCCXLII.
*De Superiorum Licentia.*

# ANNALES ECCLESIASTICI.

| JESU CHRISTI ANNUS 600. | GREGORII PAP. ANNUS II. | MAURITII IMP. ANNUS 15. |
| --- | --- | --- |

I. Sclavini barbari irrumpunt in Italiam.

SEXCENTESIMUS adeſt Domini annus, tertiæ Indictionis, Reipub. utique funeſtus, Sclavis ſive Sclavinis barbaris eo uſque progreſſis, ut jam Italiam penetrarent, ipſo S. Gregorio deteriora adhuc fore prænunciante. Ad Maximum enim Salonitanum Epiſcopum iſta reſcripſit (*a*): *Ad Romanam veniens urbem communis filius presbyter Veteranus, ita me podagræ doloribus debilem reperit, ut fraternitatis tuæ epiſtolis per me reſpondere nullatenus valuiſſem. Et quidem de Sclavorum gente, quæ vobis valde imminet, & affligor vehementer, & conturbor. Affligor in his quæ jam in vobis patior: conturbor, quia per Iſtriæ aditum jam Italiam intrare cœperunt.* Quæ nam autem funeſta acta ſint per hujuſmodi barbaros Sclavos Italiam invadentes, apud Paulum diaconum ita breviter habes (*b*):

(*a*) Greg. l. 8. ep. 36. Ind. 3.

(*b*) Paul. diac. l. 4. c. 14. in fi.

II. *Hoc*, inquit, *nihilominus anno Sclavi Iſtriam, interfectis militibus, lacrymabiliter deprædati ſunt.* Sed de Chaiano, ſive Gagano Avarum Rege Venetiam provinciam invadente, Forumque Julii inſidiis Romildæ relictæ Agilulphi Ducis capiente & comburente, idem Paulus pluribus narrat (*c*). Viduata marito, qui eodem tunc bello perierat impudica iſta femina, ſpe ſumendi ſibi maritum eumdem Regem Avarum Chaianum, prodidit eidem civitatem. Sed quam dignam crimine pœnam ſubierit, ab eodem hæc tantum accipe: *Poſtmodum quoque palum Rex in medio campo, configi præcipiens, eamdem ejus cacumini inſeri mandavit, inquiens: Talem te dignum eſt maritum habere. Igitur dira proditrix patriæ tali exitio periit, quæ amplius ſuæ libidini quam civium & conſanguineorum ſaluti proſpexerat. Filiæ vero ejus non matris libidinem ſecutæ, ſed caſtitatis amorem, caventes ne ab Avaribus contaminarentur, crudorum pullorum carnes ſibi inter mammillas ſub faſcia poſuerunt, quæ ex calore putrefactæ odorem fœtidum exhalabant. Cumque vellent eas Avares contingere, non ſuſtinentes fœtorem, putabant naturaliter eas ita fœtere, procul ab eis cum execratione recedentes, atque dicentes omnes Longobardas putidas eſſe. Hac itaque arte Avarum libidinem puellæ nobiles evadentes, & ipſæ caſtæ ſervatæ ſunt, & utile ſervandæ caſtitatis (ſi quid tale contigerit) feminis omnibus reliquerunt exemplum. Quæ poſtea per diverſas regiones venumda-*

(*c*) Paul. diac. l. 4. c. 12.

Romilda dignam ſuſcepit ob peccatum pœnam.



PAGIUS SÆC. VI. Anno Eræ Hiſpan. DCXXXVIII. A.C. 600.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6093.

☉ 21. CB. ☽ 12. P. 10. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 600.

GREGORII PAPÆ 11.

MAURICII IMP. 19.

I. Poſtconſulatus.

IS annus hac formula notatus: *XVIII. poſt Conſulatum Mauricii Tiberii Aug. ſolius XVI.* ut habet Chronicon Alexandrinum.

*tæ, juxta nobilitatem ſuam dignis ſunt nuptiis potitæ: nam una dicitur Alemannorum Regi, alia vero Bajoariorum Principi nupſiſſe.* Hucuſque Paulus diaconus de cladibus per barbaros Sclavinos & Avares illatis in extremas illas Italiæ partes, ubi (ut vidimus) ſchiſmatici Epiſcopi erant: ulterius autem in regiones Catholicorum progredi, minime illis a Deo conceſſum fuiſſe videtur.

III. S. Greg. triſte vaticinium.

Sed ad ſanctum Gregorium redeamus, qui dum in ea epiſtola res Italiæ eo modo deplorat, quæ paterentur Itali ab amicis & defenſoribus, nempe miniſtris Imperatoris, ita ſubdit: *De Juliano autem Scribone quid dicam, neſcio: quando ubique video, quia nobis peccata noſtra reſpondeant, ut & foris a Gentibus, & intus a Judicibus conturbemur? Sed nolite de talibus omnino contriſtari: quia qui poſt nos vixerint, deteriora tempora videbunt, ita ut in comparatione ſui temporis felices nos æſtiment dies habuiſſe.* Ita quidem vaticinatus ſpiritu divino S. Gregorius, æque veridicus inventus eſt eſſe propheta: etenim non barbarorum dumtaxat cladibus afflictatum eſt Imperium, ſed ſub hæreticis Imperatoribus Dei Eccleſia mirum in modum vexata eſt, uſque adeo, ut vinctus catenis abriperetur ab Urbe Pontifex, & diro exilio exagitatus martyr mori cogeretur, invaleſcentibus ubique hæreticis: additumque eſt malum omnium maximum abſque controverſia ab omnibus iudicatum, nempe ortus nefandiſſimæ ſectæ Mahometanæ, & Sarracenorum eam profitentium immaniſſima in univerſum pene Chriſtianum orbem graſſatio atque dominium; quorum comparatione, verum dicit Gregorius, hæc fuiſſe æſtimanda leviſſima, atque iſta tempora feliciſſima: ita quidem res ſe habere, quæ tomi hujus ſunt reliqua annis ſingulis declarabunt. Ad finem vero epiſtolæ de converſione hæreticorum curanda idem ſcribit ſanctus Gregorius, accerſens eos Romam, ſpondenſque illis omnem ſecuritatem veniendi & abeundi.

Quod vero pertinet ad dictum Scribonem ab Imperatore miſſum atque deterius quam hoſtes infeſtantem populum; hic intexenda mentio eſt, quæ de eo habetur in Theophane (*a*) præſenti anno Mauritii Imperatoris: ipſum nempe ob id quod Epiſcopum Conſtantinopolitanum violentus ab eccleſia abduxerat, a populo fuiſſe urbe pulſum eo tempore, quo iidem Sclavini contra Conſtantinopolitanam civitatem progreſſuri eſſent.

*(a) Miſcel. an. 15. Mauritii Imp.*

His quoque temporibus accidit, ut excurſantibus & graſſantibus barbaris per Illyricum atque Dalmatiam, ab Epidauri Epiſcopo corpus ſancti Donati tranſlatum fuerit in Corcyram inſulam, collocatumque in caſtro Caſſiopi dicto. Extant (*b*) de his plures ſancti Gregorii epiſtolæ ſub Indictione ſeptima datæ, cum Epidauri Epiſcopus caſtrum illud ſibi ſatageret vendicare.

*(b) Greg. l. 12. ep. 2. 3. & 8.*

IV. Avares devaſtant Pannoniam.

Hoc anno, nempe tertio ante Mauritii obitum, Chajanus Rex Avarum inferiorem Pannoniam invadens, cunctaque vaſtans, neque a ſancti Alexandri martyris ſacris reliquiis abſtinuit, cujus rei gratia meritas pœnas exolvit. De his dicturi, primum videamus quæ iſta præceſſerint inter Priſcum ducem exercitus Imperatoris, & ipſum Regem barbarum: quæ ita narrantur ex Theophane in Miſcella: *Priſcus Singidone relicta, huic,* Chajano ſcilicet, *efficitur proximus. Cum autem Paſchalis feſtivitas haberetur, & Romani fame tabeſcerent, audiens Chajanus Priſco ſignificabat, ut ſibi plauſtra mitteret ad portanda illis alimenta, quatenus cum hilaritate propriam feſtivitatem celebrarent. Quadraginta itaque plauſtra plena his mittit. Pari modo & Priſcus ſpecies Indicas barbaro quaſdam remiſit, piper videlicet, & folium Indicum, & coſtum, & caſiam, atque alia ex iis quæ quæruntur; cum Chajanus apud Sirmium reſideret: qui receptis his, gaviſus eſt valde in eis; & donec compleretur dies feſtus, Romani ac barbari ſimul habitabant, & non erat in utriſque viribus timor.*

Induciæ ob feſtum paſchatis.

*Cumque finiiſſet dies feſtus, barbari ſeparati ſunt abinvicem a Romanis, & Driziparam venientes, civitatem depopulati ſunt & S. Alexandri martyris ecle-*

PAGIUS II. *Geſta Romanos inter & Avares anno DXCVIII.*

Ad num. IV. Baronius dicit, ſe narrare geſta Romanos inter & Avares anno tertio ante obitum Mauricii, & in medium affert quæ de iiſdem habet Auctor Miſcellæ, *anno XVIII. Imperii Mauricii*, exeunte ſcilicet; cum verno tempore ac æſtate expeditiones militares contingant: quo pacto pertinerent ea ad currentem Chriſti annum, quo & conſignantur a Theophane, quem Baronius non viderat. Theophanes enim anno Incarnationis DXCII. qui Kalendis Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatur, ait: *Hoc anno Indictione tertia, menſe Martio, Priſcus educto exercitu Singindonem verſus proficiſcitur*, &c. quæ Urbs eſt Mœſiæ ſuperioris, hodie Serviæ. Quare tam Theophanes, quam Auctor Miſcellæ, qui eum exſcripſit, exiſtimarunt, bellum iſtud hoc anno confectum eſſe. Verum valde hallucinati ſunt; Theophylactus enim, qui hoc tempore vivebat, & ex quo Theophanes quæ de eo ſcribit, mutuatus eſt, manifeſte indicat, bellum illud ſpectare ad annum Mauricii Imp. XVII. exeuntem, ad vernum ſcilicet tempus ac æſtatem anni Chriſti quingenteſimi nonageſimi noni. Is lib. 7. cap. 13. & ſeqq. de eo bello agit, & lib. 8. qui ejus Operis ultimus eſt, recitat quæ poſterioribus Mauricii annis ſecuta



*cleſiam incenderunt, ſepulcrumque ipſius argenteo tecto coopertum ſpoliant, ſed & injuriis martyris corpus afficiunt; multamque in Thracia prædam capientes, epulabantur ſplendide contra Romanos elati. Cumque Commentiolus dux veniſſet Byzantium, maxima urbi turbatio & æſtus incubuit; ita ut timore detenti conſilium caperent Europam deſerendi, & in Aſiam & Chalcedonem migrandi. Quin & Imperator excubitoribus, armatoque & electo cuneo ſumpto, murum munivit: vulgus autem urbem cuſtodiebat, & Senatus commonebat Imperatorem legationem ad Chajanum mittendi. Deus autem vindictam martyris faciens Alexandri, peſtilentiam languoris barbaris intulit, & in uno die ſeptem filios Chajani per febrem & inguinariam paſſionem occidit una cum aliis turbis multis: ita ut poſt triumphale gaudium cum carminibus & canticis lamentationes & lacrymæ & luctus ſine conſolatione poſſiderent barbaros.* Hæc eadem Nicephorus (*a*) quoque & alii habent. Sed pergit auctor:

*(a) Nicep. l. 18. c. 28. 29.*

*At vero Senatus rogabat Cæſarem legationem ad Chajanum mitteret. Imperator autem Armazonem miſit ad Chajanum cum multis muneribus Driziparam, qui verbis mitibus blandiretur. At ille nolebat dona ſuſcipere, lamento intolerabili filiorum morte detentus. Dicebat autem ad legatum: Judicet Deus inter me & te & Imperatorem Mauritium. Ego vero captivos ei reddo, per unam animam unum numiſma percepturus ab eo. Mauritius autem id dare minime paſſus eſt. Verum Chajanus petiit per ſingulas animas unum accipere nummum: at Imperator nec ſic dare conſenſit, ſed nec in quatuor ſiliquis. Tum Chajanus commotus furore omnes occidit & ad propria redit, cum quinquaginta millia aureorum pactis impoſuiſſet.* Hæc de rebus hoc anno geſtis. Porro Mauritii impium facinus, quo tot inſontes perire, non redimens, paſſus eſt, ſevere admodum ultus eſt Deus, ut ſuo loco dicemus. Subdit auctor de legatione ab exercitu miſſa contra ſuum ipſorum ducem. Inter alios miſſos legatos fuit unus Phocas,



qui poſtea Imperator creatus eſt, qui paulo liberius atque ſeverius allocutus intrepide Imperatorem, a quodam Patriciorum alapa percuſſus eſt, & barba evulſus: unde Phocæ occaſio nova tentandi oblata eſt. Quomodo autem ipſe in Mauritium inſurrexit, dicendum eſt ſuo loco.

V. Eulog. Epiſc. Alex. ſua ſcripta ad Greg. cognoſcenda mittit.

Eodem anno, cum Eulogius Patriarcha Alexandrinus Romam ad ſanctum Gregorium miſiſſet cognoſcendum atque probandum commentarium ſuum adverſus Agnoitas hæreticos ſcriptum, ipſe Gregorius eumdem cognitum ut Catholicum laudavit. Ita plane Orthodoxorum ſcriptorum morem fuiſſe, tomo ſuperiori demonſtravimus, ut adverſus hæreticos quæ ſcriberent, eadem antequam ederent, cognoſcenda mitterent ad Romanum Pontificem, prout hoc anno factum ab Eulogio dictum eſt, de cujus ſcriptis habet iſta ipſe Gregorius (*b*): *In eo ſenſu quod dudum ſcripſeram, ita reſcribo: quia de doctrina veſtra contra hæreticos, qui dicuntur Agnoitæ, fuit valde quod admiraremur: quod autem diſpliceret, non fuit. In eodem autem ſenſu jamdudum communi filio noſtro Anatolio diacono plura ſcripſeram. Ita autem doctrina veſtra per omnia Latinis Patribus concordavit, ut mirum mihi non eſſet, quod in diverſis linguis ſpiritus non fuerit diverſus, &c.* Sed & in ſuperioribus litteris ad eum ſub eadem hac tertia Indictione datis, cum eadem ipſius ſcripta commendat, hæc habet inter alia (*c*): *Sit ergo illi laus, ſit in excelſis & gloria, cujus dono adhuc in ſede Petri clamat vox Marci, de cujus effuſione ſpiritus cum ſacerdos ad perſcrutanda myſteria, ſcilicet ad Sancta ſanctorum intrat, in ſancta Eccleſia velut in Tabernaculo in verbis prædicationis ſpiritalia tintinnabula reſonant. Recta itaque & valde laudabilis eſt veſtra prædicatio. Sed omnipotentem Dominum deprecamur, ut diu vos etiam in hac vita cuſtodiat; ut de Dei organo, quod eſtis, in hoc mundo latius, vox veritatis reſonet. Pro me autem, peto, intercedite, ut hujus peregrinationis via, quæ mihi aſperior fa-*

*(b) Greg. l. 8. ep. 42. Ind. 3.*

*(c) Greg. l. 8. ep. 35. Ind. 3.*



PAGIUS

cuta ſunt. Quia tamen tacet crudelitatem in captivorum duodecim millia, quos non ita grandi pecunia redimere potuiſſet Mauricius, qua de re omnes alii locuti ſunt, Nicephorus ſc. Lib. 18. cap. 38. Zonaras, Michael Glycas, Conſtantinus Manaſſes, Cedrenus, & Auctor Chronici Alexandrini initio Imperii Phocæ, rem ſummarie ex Theophane referam. *Chaganus* cum *Priſcum* Singindonem verſus profectum eſſe didiciſſet, ex adverſo collectis viribus, in Mœſiam irrupit, indeque *Priſcus* ea Urbe relicta ad eum accedendum eſſe judicavit. Feſtis Paſchalibus Romani cum Barbaris permixtim & abſque diſcrimine converſati ſunt; *nec in alterutrius caſtris terroris ſuſpicio exorta eſt.* Diebus vero ſolemnibus jam elapſis Barbari a Romanis ſejunguntur. Porro *Mauricius* ſuppetiis *Priſco* ferendis *Comentiolum* miſit, quorundamque rumor fuit, Mauricium mandaſſe Comentiolo, ut Romanum exercitum a tumultibus concitandis deinceps compeſcendum adverſariis proderet. Sane is turbabat ordines, poſtquam Barbari irruere, atque ita Romani in fugam verſi ſunt, quemadmodum & ipſe Commentiolus, qui ad *Driziperam* ſalutem quæſivit, ſed Cives eum Urbe expulere. Tum Barbari *Driziperam* profecti in Sancti *Alexandri Martyris* templum incendio graſſati ſunt, illuſis prius & contemptis ejus

*cta eſt, cum celeritate finiatur.* Reputans ſe inutilem, brevem ſibi optat vitam, longiorem tamen ipſi Eulogio deprecatus. Porro de Agnoitis hæreticis quinam iſti fuerint, dictum eſt ſuperiori tomo: ut ſuperfluum ſit eadem hic repetere.

VI. Moritur hoc anno Conſtantius Epiſcopus Mediolanenſis: quo audito Gregorius magnopere doluit. Ad populum enim & clerum ejus civitatis ſcribens; hæc ait (*a*): *Quantus nos de obitu fratris & coepiſcopi noſtri Conſtantii mœror afficiat, paginali explere locutione non poſſumus. Sed quam multa bona partes illæ in uno homine perdiderunt, utinam vicinæ repentina calamitate non ſentiant. Nam quemadmodum ſolicitus in Eccleſiaſticæ regula diſciplinæ, vel quam fuerit vigilans intuitione civitatis veſtræ, non habemus incognitum.* Depoſito autem luctu, aſſurgit vigore ſacerdotali adverſus Agilulphum Regem, qui Mediolanenſibus nominare ipſe volebat Epiſcopum: cujus ſtudiis atque conatibus ipſe reſiſtens Gregorius, hæc ad eos: *Illud autem quod vobis ab Agilulpho indicaſtis ſcriptum, dilectionem veſtram non moveat. Nam nos in hominem, qui non a Catholicis & maxime a Longobardis eligitur, nulla præbemus ratione conſenſum. Nec ſi alicujus præſumptionis uſurpatione factus fuerit, in locum vel ordinem illum ſacerdotis ſuſcipimus: quia vicarius S. Ambroſii indignus evidenter oſtenditur, ſi electus a talibus ordinatur. Nec enim eſt quod vos hac ex cauſa deterreat, vel aliquam vobis neceſſitatem incutiat; quia unde poſſunt alimenta S. Ambroſio ſervientibus clericis miniſtrari nihil in hoſtium locis, ſed in Sicilia & in aliis Reipublicæ partibus, Deo protegente, conſiſtit.* Hæc ad eos Gregorius, monens ut in propoſito firmiter maneant in facta per eos electione Deuſdedit diaconi in ejus ſedis Epiſcopum; quod & excluſa Agilulphi Regis petitione, ſtrenue impletum eſt. Porro ex Annalibus Mediolanenſibus (*b*) proditur, ſanctum Gregorium Papam conceſſiſſe Mediolanenſibus, ut deficientibus Regibus Longobardorum, ejus civitatis Antiſtes (quiſquis eſſet) coacto Concilio Epiſcoporum, eligeret Regem quem vellet.

(*a*) *Greg. l.8. ep.65. Ind. 3.*

De obitu Conſtant. Epiſ. Mediolan. & electione ſucceſſoris.

(*b*) *Sigon. de regn. Ital. an. 601.*

VII. Inter hæc autem ſolicitus invigilans ſuper Eccleſias ipſe Gregorius, ſi quid ab Epiſcopis minus rectum factum ſciſſet, continuo ſtuduit emendare, vehementius commotus in Lucullum Epiſcopum (*c*), qui res Eccleſiæ in proprios uſus converterat, & quartam partem redditum debitam eccleſiæ fabricæ uſurparat. Inſuper Mariniani Epiſcopi (*d*) Ravennatis oſcitantiam increpavit, quod ipſo non reclamante, neque (ut par erat) ex adverſo ſurgente, ſanctimonialis fuerat e monaſterio educta, & a ſeductore retenta. Sed & Baſilium Capuanum Epiſcopum apud ſæculares Præfectos diutius agentem non tulit, ſed inde pelli, & ad Eccleſiam ſuam redire compelli debere, ſcripſit ad Romanum Defenſorem his paucis (*e*): *Perlatum ad nos eſt reverendiſſimum fratrem noſtrum Baſilium Epiſcopum velut unum de laicis in cauſis ſæcularibus occupari, & Prætoriis inutiliter deſervire. Quæ res quoniam & ipſum vilem reddit, & reverentiam ſacerdotalem annihilat: ſtatim ut experientia tua hoc præceptum ſuſceperit, eum ita ad revertendum diſtricta executione compellat: quatenus ei illic, te inſiſtente, quinque diebus ſub qualibet excuſatione immorari non liceat: ne ſi quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiſeris, cum ipſo apud nos graviter incipias eſſe culpabilis.* Hæc voluimus totidem verbis Gregorii reddidiſſe, ad declarandum quam execrabile ab eodem ſanctiſſimo Pontifice haberetur, ut Epiſcopus apud ſæculares Principes moraretur. Increpavit vero Leonem Epiſcopum Catanenſem, (*f*) quod non correxiſſet quod ferebatur ſcandalum de monachis cum mulieribus conſuetudinem habentibus: quem hujuſcemodi urget dilemmate; *Aut enim hæc fieri neſciſti, & culpa neglectus vehementer argueris: aut certe factum recognoviſti & graviorem erga te videris indignationem exigere, cur tantum facinus ultione diſtrictiſſima non puniſti.*

Redarguit Greg. Epiſc. reprehenſione dignos.

(*c*) *Greg. l.8. ep.1. Ind.3.*

(*d*) *Greg. l.8. ep.9. Ind.3.*

(*e*) *Greg. l.8. ep.11. Ind.3.*

(*f*) *Greg. l.8. ep.21. Ind. 3.*

VIII. Quod vero crebra exoriri ſolerent ſcandala ex religioſis Deo dicatis monachis, ad futura mala antevertenda, poſtquam prave facta corrigenda præcepit, (*g*), prohibuit ne quis converſionis cauſa veniens ad monaſterium, ante biennium tonſura initiaretur. Commonuit item hoc an-

(*g*) *Greg. l.8. ep.23. Ind.3.*

PAGIUS ejus Reliquiis: inde coacta per totam Thraciam præda, collectiſque captivis in Romanos inſultabant.

III. *Comentiolo* Byzantium reverſo, ingens ex timore perturbatio toti Urbi incubuit; Imperator *Longum murum* tutabatur, Urbem vero populi factiones. Deus injurias Martyri irrogatas ulturus morbum peſtilentem in Barbaros immiſit, qui uno die ſeptem *Chagani* liberos cum innumera populi multitudine extinxit. Senatu ſuadente Legati ad Chaganum *Drizeperam* miſſi, quos Barbarus ita affatur: *Sedet Deus æquus judex inter me & Mauricium Imp. ipſe violandæ paci anſam dedit. Captivos tamen omnes ei reddam accepto in ſingula capita nummo uno.* Mauricio eam ſummam depromere non ferente, dimidium nummum pro ſingulorum capite rurſum poſtulat *Chaganus*, ſed fruſtra. Ea propter Chaganus cunctos ad unum interfecit, & in propriam Regionem regreſſus, tributo, quod ex antiquis conditionibus Romani pendebant, quinquaginta millia de novo addidit. Ex iſtis odium in-

*Mauricius captivos etiam vili pretio redimere recuſat.*



anno Januarium Calaritanum Epiſcopum, (*a*) quod minime pro defenſione pauperum aſſurgeret, cum infirmiores a potentioribus opprimerentur. Carthaginenſis enim Epiſcopi relatione, & Innocentii in Africa Præfecti id Gregorius ſcriptis acceperat, virorum maxime religioſorum, de quibus ſæpe ſuperius. Quorum Innocentius petierat ab ipſo Gregorio libros in Job ab eo conſcriptos: quos dum Gregorius mittit, ad eum ſcripſit hæc inter alia (*b*): *Quod vero in expoſitione S. Job tranſmitti vobis codicem voluiſtis: de veſtro omnino ſtudio gaudemus, quoniam illi rei eminentiam veſtram ſtudere conſpicimus, quæ nec totos foras vos exire permittat, & ad cor iterum ſæcularibus curis diſperſos recolligat. Sed ſi delicioſo cupitis pabulo ſaginari, beati Auguſtini Patriarchæ veſtri opuſcula legite, & ad comparationem ſiliginis illius noſtrum furfurem non quæratis.* Hæc ipſe. Sane quidem e religioſorum manibus neuter horum liber excidere aliquando deberet, cum ex illis veluti quibuſdam funibus retrahatur homo ab exterioribus diſtractionibus ad ſui conſiderationem, efficiaturque ſui habitator, licet ad diverſa peregrinari cogatur. Monuit præterea Gregorius eumdem Joannem Calaritanum Epiſcopum, quid agere deberet, cum quis ad Eccleſiam confugeret, & quomodo reddendus eſſet. Sed & idem reprehendit (*c*) hoc anno Bonifacium Epiſcopum Regienſem eo quod ſua Eccleſia litigaret cum Expræfecto, monens, ut eligeret viros qui eam citius dirimerent controverſiam.

(*a*) *Greg. l.8. ep.38. Ind. 3.*

(*b*) *Greg. l.8. ep.37. Ind. 3.*

De ſcriptis Greg. & Aug.

(*c*) *Greg. l.8. ep.58. Ind. 3.*

Accidit ut hoc etiam anno moreretur Fortunatus Epiſcopus Neapolitanus conjurationibus implicitus, & ab ipſo Gregorio ſæpe monitus. Cum autem de ſucceſſoris electione ſtudia diverſa eſſent, atque alii elegiſſent Joannem diaconum parvulam filiam habentem, rejecit ejus electionem Gregorius, eo quod ex parvulæ filiæ indicio caſtitas ejus haud adeo ſolidata videretur. Sed audi prudentem circumſpectorem: ait enim (*d*): *Joannem diaconum, qui ab altera parte electus eſt, parvulam habere filiam, quorundam relatione cognovimus. Unde ſi rationem voluiſſent attendere, nec illi eum eligere nec ipſe debuerat conſentire. Nam qua præſumptione ad Epiſcopatum audet accedere, qui adhuc longam ſui corporis continentiam, filiola teſte convincitur non habere?* Reiicitur ab eo & Petrus ab altera parte electus, eo quod eſſet (ut ait) ſimplex, & quod ſolidos dediſſet ad uſuram. His igitur rejectis, electus fuit Paſchaſius, per quem voluit erogari clericis & pauperibus, quæ ex pecuniis Eccleſiæ prædeceſſor minime erogaſſet.

(*d*) *Greg. l.8. ep.40. Ind. 3.*

IX. Sed quomodo ejuſmodi diſtributio fieri ſoleret, accipe unde diſcas cætera. Meminiſſe enim in primis debes, quod ſæpius dictum eſt, ex redditibus Eccleſiæ ſolitas fieri quatuor canonicas portiones, quarum unam ſibi retineret Epiſcopus, clerus alteram, duas alias in pauperes & Eccleſiæ ædificationem impendendas. Quæ igitur de duabus portionibus, clericorum ſcilicet atque pauperum, ſibi Fortunatus retinuerat, Gregorius ita ex more erogari mandavit (*e*): *Conſtituiſſe nos recolit, ut ex pecuniis Eccleſiæ veſtræ portio cleri vel pauperum, quam minime deceſſor veſter præbuerat, id eſt, quadringenti ſolidi ſeorſum fieri debuiſſent, qui ejuſdem cleri atque pauperum erogationi proficerent: quod quia diutius non eſt differendum, volumus ut ſecundum diſtributionem præſentibus ſcriptis inſertam, coram Anthemio ſubdiacono noſtro ſine difficultate aliqua fraternitas veſtra debeat erogare. Videlicet.*

De diſtributione rerum Eccleſiaſticarum.

(*e*) *Greg. l.9. ep.29. Ind. 4.*

*Præbendi itaque ſunt clericis veſtris, per ſingulos (ſicut proſpexeritis) ſimul omnis ſumma ſolidi centum: præjacentibus, quos centum viginti ſex eſſe cognovimus, dandi ſunt ſolidi ſexagintatres, id eſt, medius ſolidus per ſingulos: preſbyteris ac diaconibus & clericis peregrinis ſolidi quinquaginta: hominibus honeſtis ac egenis, quos publice petere vere-*

PAGIUS ingens in *Mauricium* conflatum, unde & conviciis eum aperte proſcindere cœpit exercitus, miſſis ad eum contra *Comentiolum*, qui ſe ab ipſo in prælio proditos quererentur. *Phocas*, qui poſtea Imperium arripuit, unus e miſſis fuit, qui inſolentibus in Mauricium probris, audiente etiam Senatu, invectus eſt. Porro Imperator objectas *Comentiolo* accuſationes non admiſit; *ex quo inſidiarum in Imperatorem deinceps ſtructarum ſeries proceſſit*, inquit Theophanes. Legendus Theophylactus citatus, qui pluribus hæc narrat, omiſſa tamen (incertum qua de cauſa), Mauricii culpa ob crudelitatem in captivos exercitam.

IV. His autem addit Theophylactus cap. 14. *Chaganus accuſabat Imperatorem ruptæ pacis, nec mentiebatur. Revera namque Romani pace male conſervata, & bello irritato, prædictas ſibi clades accerſebant. Etenim principia non bona, pernicioſo exitu concluduntur. Ex pacto autem Iſter ad Romanorum, Abarumque fines dirimendos conſtituitur, & poteſtas ejuſdem contra Sclavos traiiciendi conceditur. Præterea denuo vicena aureorum millia antea pactis adduntur. Atque hoc ſane modo bellum inter Abares, & Romanos profligatum eſt.* Sed hæc geſta, ut dixi, anno DXCIX.

*Pax Romanos inter & Avares ſancita.*

V. Baronius eadem refert ex Auctore Miſcellæ, & Nicephoro in ſua Hiſtoria; verum perperam tradit, facta hæc eſſe in inferiori Pannonia, ibique *Chaganum* a Sancti *Alexandri Martyris* ſacris Reliquiis non abſtinuiſſe: cum geſta ſint in Thracia, ubi *Drizipera*, ut a Theophylacto & Theophane, vel *Druſiparæ*, ut a Ptolomæo lib. 3. Geograph. cap. 11. vocatur, ſita eſt ad fluvium Arzum, & ubi Sanctus *Alexander* Romanus

*S. Alexander Martyrium fecit in Thracia.*

*recundia non permittit, ſolidi centum quinquaginta: ita ut quidam eorum ad ſingulos tremiſſes, quidam ad binos, quidam ad ſingulos ſolidos, vel ſi viſum fuerit amplius dividantur *. Reliquis vero pauperibus, qui eleemoſynam publice petere conſueverunt, ſolidos trigintaſex. Ecce nos quantum vel quibus dari debeat diſtribuimus. Sed quia ſicut prævidimus, non omnibus æqualiter eſt præbendum; neceſſe eſt ut una cum prædicto ſubdiacono, prout prævideritis, dare ſingulis debeatis, &c.* Vidiſti, lector, quomodo Eccleſiaſtici redditus duabus ex partibus clericis & pauperibus ſolerent olim partiri? ut magnopere timendum ſit illis, qui poſt tot de his ſancitos canones longe aliter agunt.

* dimittantur

X.
De Leontio in Italiam miſſo.

Mittitur hoc anno in Italiam adminiſtrare Urbanam præfecturam Leontius Exconſul, revocaturque Gregorius, cui redeunti Conſtantinopolim dedit S. Gregorius Papa litteras commendaticias eaſdemque teſtes ejus magiſtratus bene functi: extant (*a*) ipſæ quidem. Hic enim miniſtrorum Imperatoris minis compulſus intra eccleſiæ ſepta, ad quæ confugerat, aliquando ſe continuit, ſed perſuaſione Gregorii Papæ egreſſus eſt, rationem ſuæ adminiſtrationis redditurus. Quod ad Leontium miſſum in Italiam pertinet: in Siciliam primum ſe contulit, illic mandata ab Imperatore negotia peracturus. Hunc ipſum Domitianus Epiſcopus cognatus Imperatoris, de quo ſuperius, litteris (*b*) ſuis ad ſanctum Gregorium miſſis plurimum laudavit; immo & Litteris (*c*) anno ſuperiore ad ipſum Leontium datis ab ipſo Gregorio valde commendatus habetur.

(*a*) *Greg. l.8. ep.54. 55.56.57. 58.59.*

(*b*) *Greg. l.8. ep.50. Ind. 3.*

(*c*) *Greg. l.7. ep.34. Ind. 3.*

XI.

Dum vero idem adhuc in Sicilia moraretur, redegit in ordinem Libertinum virum clariſſimum ex Præfecto voluntate Imperatoris, cæſumque bonis ſpoliavit: quem eidem Leontio cum ſanctus Gregorius commendaſſet, Leontius ſcripta ipſius ad eum miſit, ut manifeſte cognoſceret quam meruiſſet ille latam damnationis ſuæ ſententiam. Verum reſcribens (*d*) ad Leontium Gregorius, ea ex parte ipſum redarguit, quod virum liberum cædere minime debuiſſet ut ſervum. Perſeverabat adhuc antiquæ legis uſus, ne homo liber ſubderetur flagellis: cujus violatæ legis cauſa Gregorius vindex inſurgens, his eum commonuiſſe verbis voluit: *Si quam,* inquit, *rebus publicis fraudem fecit, ſubſtantia ejus cædi debuit, non libertas. Nam in hoc quod liberi cæduntur, ut taceam quod omnipotens Deus offenditur, ut taceam quod opinio veſtra vehementer gravatur, piiſſimi tamen Imperatoris noſtri omnino tempora fuſcantur. Hoc enim inter Reges Gentium & Imperatores Romanorum diſtat, quia Reges Gentium domini ſervorum ſunt, Imperator vero Romanorum dominus liberorum. Unde & vos quicquid agitis, prius quidem ſervata juſtitia, deinde cuſtodita per omnia libertate agere debetis.* Ita quidem. Si enim adeo declamatum eſt a Cicerone in Verrem, quod liberos homines Romanos ſæpe cædi juſſiſſet; quomodo ſanctus Gregorius Chriſtianum Præfectum non redargueret? In quem poſt aliqua in deteſtationem crudelitatis, & ob oculos poſitam Domini ſententiam, qua ait (*e*): *Quod vultis ut faciant vobis homines, hoc facite illis.* Iſta ſubjungit: *Metuamus quod iterum dicit* (*f*): *in qua menſura menſi fueritis, in ea remetietur vobis. Quid autem gloria veſtra exiſtimat, quia ſi ſuperbe, ſi crudeliter agimus, deſpecto Deo, nobis homines placamus? Nullo modo.* Et inferius: *Si autem dicitur, quod ſine verberibus, ſine terroribus fraudes publicæ inveniri non poſſunt: hoc admittere poteram, ſi in ratiociniorum cauſa dominus Leontius non veniſſet. Nam verum eſt quia illi ſolent in manibus excedere, qui in ſenſu & lingue deficiunt: de qua re ſe mihi veſtra gloria non valet excuſare. Nam quæ auditis, vel quæ dicitis, ſubtiliter exquirens, inveni quia homines ſine cauſa cæditis, qui, auxiliante Deo, verbis a-*

*gere*

(*d*) *Greg. l.8. ep.51. Ind. 3.*
Immane eſſe cædere liberum hominem.

(*e*) *Matt. 7.*

(*f*) *Ibidem*

PAGIUS

nus Martyrium *fecit*, ut *videre* eſt in Actis ejus Martyrii apud Henſchenium ad diem XIII. menſis Maji, in quibus etiam legitur, quemadmodum & in Menologio Baſilii Imp. ac in MS. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ aſſervato in Bibliotheca Collegii Pariſienſis Ludovici Magni, *Sanctum Alexandrum* Maximiano imperante paſſum eſſe, quod & in Martyrologio Romano ad diem XXVII. menſis Martii etiam habetur. Quare corrigendum quod narrat Baronius anno CCCVIII. num. XXVII. *Alexandrum* ſc. martyrio coronatum eſſe tertio Imperii Maximini anno Driziparæ in *Illyrico*. Licet enim Drizipara non in Illyrico, ſed in Thracia, inter Hadrianopolim & Heracleam ad ortum poſita ſit, Thraciam tamen in Illyrico aliqui Geographi recentiorum temporum locant. At Alexander non ſub Maximino, ſed ſub Maximiano occubuit, ut videre eſt in laudatis Actis Notis illuſtratis ab Henſchenio, qui & de Sancto Alexandro Martyre agit etiam ad diem XXVII. Martii. Porro, ut id obiter annotem, *Drizipera* apud Cedrenum ad annum X. Mauricii perperam dicitur *Drizin*, qui error ex Theophylacto lib. 6 cap. 5. tollendus eſt. Is enim ibidem ſcribit, *Chaganum*, poſtquam *Anchialo* diſceſſiſſet, *Driziperam* profectum eſſe. Quod exſcribens Cedrenus refert, Chaganum cum Anchialum veniſſet, inde *Drizinem* (in Græco ἐς τὸ Δριζιν) trajeciſſe. Hoc Librariorum mendum cum non obſervaſſet Ortelius in Theſauro Geographico, in voce *Drizin*, dicit eam eſſe Urbem Thraciæ ex Cedreno, ſeque putare eandem eſſe cum *Drizon*, quam fingit Urbem fuiſſe Thraciæ.

An-



*gere omnia poteſtis.* His vero ſaluberrimam hanc admonitionem adjungit.

XII.
Ira a Præſidibus temperanda.

*Ita ergo age, glorioſe fili, ut in actione commiſſa prius illum habeas placatum, qui continet omnia, ac deinde ſereniſſimi Principis utilitatem cum omni ſolicitudine impleas: nam & in ejus actione, a quo tibi commiſſa eſt, eſſe negligentem, non ſine peccato exiſtimo. Sed quia, omnipotente Deo largiente, idonea eſt veſtra ſapientia & rationes vigilanter & ſubtiliter exquirere, & Creatoris vobis judicium per manſuetudinem placare: quotiens ira animum invadit, mentem edoma, vince te ipſum: differ tempus furoris; & cum tranquilla mens fuerit, quod placet vindica. Ira enim in vindicta malorum ſequi debet rationem animi, non præire, ut quaſi ancilla juſtitiæ poſt tergum veniat, & non laſciva ante faciem prorumpat. Aliquando vero oſtendenda eſt, & non exhibenda: aliquando exhibenda eſt, & numquam ſequenda. Quando enim in executione juſtitiæ placata mente iraſcimur, iracundiam & non ſequimur & exhibemus, &c.* Plura id genus ingerit viro religioſo, qui pro juſtitia nimis concitatus apparuit. Ad poſtremum autem hæc quæ ſubdit, corrigenda proponit: *Alia quoque currit opinio, quia alii præ aliis gravantur: & ex quibuſdam, quæ ex Principali juſſione expenſa ſunt, minime reparantur *. Quod ſi verum ſit, neſcio. Si tamen ita eſt, hoc omnino facere & pro timore æterni judicii, & pro ipſius humanæ conſiderationis ratione minime debetis. Ecce glorioſe fili, amore Dei, tuoque provocatus, cuncta quæ ſenſi, cuncta quæ audivi, breviter indicavi. Sapientis autem viri eſt, & breviter audita latius penſare, & quæque Deo diſplicent, in celeritate corrigere.* Hæc ad Leontium.

Quæ ſint corrigenda admonet.
* reputatur

Sed ipſe Gregorius paternis viſceribus amplexus miſerrimum Libertinum Expræfectum eodem tempore privatum præfectura provinciæ, libertate, nobilitate, atque divitiis, conſolatoriis litteris convenit, atque eleemoſynis fovit, brevem hanc ad eum ſcribens epiſtolam (*a*):

(*a*) *Greg. l.8. ep.31. Ind.3.*

XIII.
Conſolatur Gregorius Libertinum Expræfectum.

*Quantæ vos ſæculi hujus premant anguſtiæ, incognitum non habemus. Sed quia in ſumma tribulatione poſitis ſola eſt conſolatio miſericordia Creatoris; in eum ſpem veſtram ponite, ad ipſumque tota vos mente convertite, qui & juſte cum vult, permittit affligi, & confidentem in ſe miſericorditer liberat. Ipſi ergo gratias agite, & patienter quæcumque illata ſunt ſuſtinete. Nam rectæ mentis eſt, Deum non ſolum in proſperis benedicere, ſed etiam in adverſitatibus collaudare. In his igitur quæ patimini, nullum contra Deum murmur cordi veſtro ſurrepat; quia ad quid hoc Creator noſter operetur, ignotum eſt. Forſitan enim magnifice fili, aliquid illum in proſperis poſitus offendiſti, unde te clementi amaritudine vult purgare. Et ideo nec temporalis te frangat afflictio, nec rerum damna diſcrucient: quia ſi in adverſis gratias referens, Deum tibi patientia feceris eſſe placabilem, & quæ amiſſa ſunt multiplicata redduntur, & ſuper hæc gaudia æterna præſtantur. Peto autem, ne injurioſum ducatis, quod viginti annuos veſtitus ad pueros veſtros per Romanum Defenſorem ſcripſimus præberi: quia de B. Petri Apoſtoli rebus quamvis parva ſint quæ offeruntur, pro magna ſemper benedictione ſuſcipienda ſunt: quoniam & hic vobis valebit majora impendere, & apud omnipotentem Deum beneficia æterna præſtare.* Hactenus ad Libertinum Gregorius:

Sed

PAGIUS
VI.
*Rurſus rupta.*

Anno currenti *Comentiolus* de integro Dux deligitur. *Ubi æſtas adfuit* ex Urbe diſcedit, Romaniſque ſecum in gratiam reverſis ad Iſtrum contendit ac Singidone cum Priſco ſe conjungit, inquit Theophylactus lib. 8. cap. 1. ubi ſermo eſſe non poteſt quam de æſtate currentis Chriſti anni, Mauricii ſcilicet XVIII. exeuntis. Addit Theophylactus cap. 2. *Quarto die in concionem coacto exercitu, & Priſco verba faciente pax inter Romanos & Abares diſſuitur: quod, ut facerent, Mauricius Imperiali mandato Ducibus præceperat.* Dirempta itaque pace pugnatum eſt a Romanis cum Avaribus quinquies, illis ſemper vincentibus, ut narrat Theophylactus citatus cap. 2. & 3. qui capite ſequenti refert, *Comentiolum* cum diris ſuorum execrationibus Philippopolim venientem, totam illic hyemem traduxiſſe, & *initio veris*, ſequentis ſcilicet anni, Byzantium reverſum, *æſtate mox ſequente* ejuſdem Chriſti anni DCI. rurſum Ducem a Mauricio deſignatum eſſe. Ideo autem Comentiolus illis præliis non interfuit, quia quando *Romani Viminacium* (*Inſula eſt in Iſtro flumine*) *deferuntur*, ibi *Comentiolus graviter ſe habere viſus eſt*, inquit Theophylactus cap. 2.

Poſt hæc Theophylactus cap. 4. inquit: *Anno Imperii Mauricii decimo nono nihil inter Romanos & Barbaros geſtum eſt* (vere nempe & æſtate inſequentis Chriſti anni), *viceſimo Petrum fratrem Imperatoris Prætorem Europæ declaravit. Sed anno priore* (præſenti ſcilicet) *Theodoſio filio Imperator ſingulari apparatu legitimo connubio Germani, excellentiſſimi viri, & illuſtriſſimi Senatoris filiam conjungit. Paucis diebus a nuptiis, ipſa hyeme Byzantii ob annonæ gravitatem fame laborarunt. Cumque jam dies quadrageſimus adeſſet, celebritatis Natalium Magni Dei Jeſu Chriſti, quem Gentes univerſæ per Orbem terrarum venerantur, plebs ſeditionem adverſus Imperatorem incipit. Conſueverat ille cum populo eum diem in templo peragere. Cumque ibidem jam ſacris precibus diſtineretur, quidam plebeii novarum rerum cupidi eum maledictis lacerant, & lapidibus inſectantur. Mauricius corporis cuſtodibus mandat, uti ſe invadentes clavis ferreis* (*quæ Romanis diſtria dicuntur*) *deterreant, & impetum in eos ſimulent. Germanus Theodoſium chlamyde ſua protectum, per Hi-*

*la-*

VII.
*Theodoſius Mauricii Imp. filius uxorem accipit.*

Sed quem audiſti corripientem Leontium Præfectum, & conſolantem afflictum Libertinum, afflictus ipſe doloribus, iiſque maxime cruciatus, numquam aliquid prætermiſiſſe voluit, quod animarum videret ſaluti poſſe conducere. Qui igitur Præfectum ira percitum miniſtrantem juſtitiam monuit, pariter & Guidiſcalcum Ducem Campaniæ in monaſterium & Abbatem, cujus monachus ad hoſtes fugerat, præter jus faſque conſurgentem, data ad eum epiſtola cohibere conatus

(a) *Greg. l.8. ep.12. Ind. 3.* eſt (*a*). Sed & Clementinam Patriciam potentiſſimam feminam apud Neapolim commorantem, plus ſatis odio indulgentem, æque paterne commonuit: ad quam, poſt laudatam ipſam in quibus videbatur eſſe laudanda, hæc habet (*b*): *Nunciatum ſiquidem mihi eſt, quod ſi quando vos quiſquam offenderit, dolorem inomiſſibiliter retinetis. Quod ſi verum eſt (quia quantum vos diligo, tantum contriſtor) peto ut hoc a vobis vitium nobiliter excludatis, & ſecus boni operis ſegetem inimici ſemen creſcere non ſinatis, &c.* Plura inculcans de remiſſione & oblivione injuriarum. Quæ ſunt autem ejuſdem Gregorii ſive res geſtæ, ſive ſcripta omnia ſub Indictione quarta, in ſequentem annum reiicimus: quia cum menſibus minime inveniantur eſſe diſtincta, ſicut alia ſub præcedentibus Indictionibus, ſequentis anni periodo ea includere operæpretium eſſe putamus.

(b) *Greg. l.8. ep.16. Ind.3.*

Sex-

PAGIUS *laras (locus eſt Urbis) illæſum e templo educit.* Quæ verba cum referat Theophylactus, poſtquam ſermonem habuit de quinque præliis Romanos inter & Avares commiſſis, evidens eſt ibidem eum narrare geſta anno Mauricii XVIII. exeunte. Anno itaque Chriſti ſexcenteſimo paulo ante Nativitatem Chriſti Germani filia conjux Theodoſio Mauricii filio data, ineunte ſcilicet anno decimo nono ejuſdem Mauricii. Theophanes quidem anno Incarnationis DXCIV. qui Kalend. Sept. anni Chriſti DCI. exorditur, ſcribit: *Hoc anno menſe Novembri, Indictione V. Mauricius Imp. filium filiæ Germani Patricii matrimonio junxit*, ſed, uti in aliis, quæ ad hoc bellum ſpectant, in anno fallitur; multoque magis Auctor Chronici Alexandrini, qui Indictione V. poſt Conſulatum Mauricii XVIII. anno nempe Chriſti ſexcenteſimo ſecundo, ſcribit: *Hoc anno menſe Februario per ſeptem dies ſolemnia nuptiarum Theodoſii filii Mauricii peracta ſunt, a nona die uſque ad XV. ejuſdem menſis Februarii.* Standum igitur quoad rerum geſtarum narrationem Theophylacto Auctori æquali, exiſtimandumque eas nuptias anno currenti, menſe Novembri, ut habet Theophanes, anno Imperii Mauricii decimo nono jam ab aliquot menſibus inchoato, celebratas eſſe, ac vere, æſtateque ſequentis Chriſti anni Romanos inter & Avares nihil actum fuiſſe. Hanc noſtram Chronologiam quæ annis DCI. & DCII. ex Theophylacto in medium adducemus, confirmabunt. Iſta jejunius a Baronio, aliiſque recentibus Hiſtoricis tractata e tenebris, quibus circumfuſa ſunt, educere e re eſſe duximus.

Hoc anno Concilium *Romanum* III. celebratum, de quo anno ſequenti.



I. SExcenteſimusprimus agitur annus Redemptoris noſtri, quarta Indictione: quo S. Gregorius duodecimum ſui Pontificatus inchoavit annum, eumdemque ob prolabentes in deterius ipſius corporis ægritudines ſibi moleſtiſſimum: cum enim anno præterito ſe biennium agere in eo quem patiebatur morbo teſtetur, ſane quidem tertius hic numerandus ab eo fuit, idemque præcedentibus longe moleſtior, ut ejus teſtificatione liquet ex epiſtola quam ſcripſit hoc anno ad Maximianum

(a) *Greg. l.9. ep.27. Ind.4.* (*a*) Arabiæ Epiſcopum, cujus ſcribendæ rationem primum tibi aperiendam duximus, ut intelligere poſſis quam toto Chriſtiano orbe creverit cultus ſanctorum. Etenim ex Arabia idem Maximianus Antiſtes Romam Candidum Abbatem miſit, ut acciperet a ſancto Gregorio ſanctorum reliquias: quibus eidem datis, ad ipſum Gregorius iſta reſcripſit:

II. Reliquiæ Sanctorum ab Arabiæ Epiſc. petitæ. *Latore huc præſentium Candido Abbate pro petendis reliquiis veniente, quæ & conceſſæ ſunt, quanto de fraternitatis tuæ nutrimento lætatus ſum, quod in eo ſtudium tuæ fraternitatis apparuit, tanto contriſtatus ſum, quod ejus, ut volui, præſentia uti non potui, quod me ægrotum reperit, & diſcedens in infirmitate adhuc poſitum dereliquit. Multum enim jam tempus eſt, quod ſurgere de lectulo non valeo. Nam modo me podagræ dolor cruciat, modo neſcio quis in toto corpore cum dolore ſe ignis expandit; & fit plerumque, ut uno me tempore ardor cum dolore affligat, & corpus in me animuſque*

S. Gregorii infirmitas exaſperata. *deficiat. Quantis autem aliis neceſſitatibus, extra hæc quæ retuli, infirmitatis afficiar, enumerare non valeo. Sed breviter dico, quia ſic me infectio noxii humoris imbibit, ut vivere mihi pœna ſit, & mortem deſideranter expectem, quam gemitibus meis ſolam eſſe credo poſſe remedium. Proinde frater ſanctiſſime, divinæ pro me pietatis miſericordiam deprecare, ut percuſſionis ſuæ erga me flagella propitius mitiget, & patientiam tolerandi concedat, ne nimio (quod abſit) tædio in impatientiam cor erumpat, & ea quæ bene curari per plagam poterat culpa, creſcat ex murmure.* Hæc ſunt Gregorii doloribus abſorpti lamenta.

(b) *Greg. l.9. ep.38. Ind.4.*

III. Extant de iiſdem repetitæ querelæ in literis (*b*) ad Ruſticianam Patriciam degentem Conſtantinopoli, ipſi Gregorio ſanguine conjunctam, de qua ſæpe ſuperius dictum eſt. Ex quibus pariter intelliges, cujus habitudinis corporis ipſe Gregorius fuerit: ait enim, dum eamdem eodem laborantem morbo conſolatur: *De podagræ autem moleſtia, quam vobis eveniſſe ſignaſtis, & contriſtatus vehementer ſum, & lætatus: lætatus, quia humor noxius inferiora petens, ſuperiora perfecte deſeruit; contriſtatus vero, quia in tam tenuiſſimo corpore dolores vos nimios perpeti pertimeſco. Ubi enim caro deeſt, quæ virtus eſſe poterit doloribus reſiſtens? Me etenim, quem qualis fuerim noſtis, ita amaritudo animi & aſſidua exacerbatio, atque præter hoc podagræ moleſtia affecit, ut corpus meum tamquam in ſepultura, ita ſiccatum ſit: unde fit, ut jam de lectulo raro ſurgere valeam. Si ergo mei molem corporis in tantam ariditatem podagræ dolor redegit; quid de veſtro corpore ſentiam, quod nimis ſiccum ante dolores fuit?* Hæc Gregorius ad Ruſticianam. Habitudo corporis S. Gregorii.

Miſerat iſta oblationes ad baſilicam Apoſtoli Petri, vela ſcilicet ſuper ejus venerandum ſepulcrum ponenda: miſerat & eleemoſynam ad monaſterium ſancti Andreæ ab ipſo Gregorio Romæ conſtructum. Sed & de his acturi, attende primum Gregorii ad eam reſcribentis immenſam animi demiſſionem, cum hæc habet in ipſo epiſtolæ exordio:

*Excellentiæ veſtræ ſcripta ſuſcepi, quæ me in graviſſima ægritudine poſitum de ſalute, de devotione, ac de dulcedine ſua omnino relevarunt. Unum vero ægre ſuſcepi, quia in eiſdem epiſtolis ad me (quod ſemel eſſe poterat) ſæpius dicebatur, Ancilla veſtra, Ancilla veſtra. Ego enim, qui per Epiſcopatus onera ſervus ſum omnium factus, qua ratione ſe illa mihi ancillam dicit, cujus ante ſuſceptum Epiſcopatum propinquus * fui? Et ideo rogo per omnipotentem Deum, ne hoc verbum aliquando ad me in ſcriptis veſtris inveniam.* Sed de muneribus & eorum delatione ad baſilicam S. Petri iſtamox ſubdit: IV. Gregorii immenſa humilitas.

*proprius

V. Ruſticianæ oblatio ad S. Petrum miſſa. *Ea autem quæ ex puriſſimo ſinceriſſimoque corde beato Petro Apoſtolorum principi munera tranſmiſiſtis, præſente omni clero ſuſcepta, atque illic ſuſpenſa ſunt. Filius enim meus vir memorandus domnus*



B Sym-

PAGIUS SÆC.VII. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6094.

Olymp. 345. Anno Eræ Hiſp. DCXXXIX. A.C. 601.

☉ 22. A. ☽ 13. P. 26. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 601.

GREGORII PAPÆ 12.

MAURICII IMP. 20.

I. Poſtconſulatus. IS annus hac formula notatus: *XIX. poſt Conſulatum Mauricii Tiberii Aug. ſolius XVII.* ut legitur in Chronico Alexandrino.

Ad

*Symmachus, quia ægrotum me ex podagræ dolore & pene deſperatum reperit, ſcripta veſtra mihi dare diſtulit, & poſt multum temporis quam vela ſuſcepta ſunt, dedit. Poſtmodum vero in ſcriptis excellentiæ veſtræ invenimus, ut cum litania ad B. Petri Eccleſiam portari debuiſſent. Quod ideo minime factum eſt, quia (ſicut prædixi) ante vela quam ſcripta ſuſcepimus. Tamen prædictus vir cum omni familia domus veſtræ hoc fecit, quod nos cum clero facere voluiſtis. Sed etſi voces defuerunt hominum, habet ipſa veſtra oblatio apud omnipotentem Deum vocem ſuam. In ejus enim pietate confido, quia cujus corpus vos cooperuiſtis in terra, ejus vos interceſſio ab omnibus peccatis proteget in cælo.* Et de eleemoſyna facta monaſterio S. Andreæ, poſt nonnulla, iſta ſubjungit: *De eleemoſyna vero, quam B. Apoſtoli Andreæ monaſterio feciſtis, quid neceſſe eſt me aliquid dicere, cum ſcriptum ſit (a): Abſconde elemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit, &c.* De quo etiam monaſterio mira quædam, quæ iiſdem temporibus acciderunt, enarrat, ſic dicens:

(a) *Eccl. 9.*

VI. *Indico autem, quia ob tanta miracula, tanta cura, tanta cuſtodia monachorum in eodem monaſterio ejuſdem Apoſtoli eſt, ac ſi ſpecialiter Abbas monaſterii ipſe ſit. Nam ut pauca de multis loquar, quæ Abbate ac Præpoſito monaſterii narrantibus agnovi, edicam. Quadam die duo exinde fratres tranſmiſſi ſunt, qui aliquid emere pro monaſterii utilitate debuiſſent: unus junior, qui prudentior videbatur; alter ſenior, qui cuſtos junioris eſſet. Perrexerunt utrique, & de pretio quod acceperunt, ipſe qui cuſtos miſſus fuerat, neſciente altero, de eodem pretio furtum fecit. Qui mox ut ad monaſterium ſunt reverſi, atque ante oratorii limen venerunt, arreptus a dæmonio is qui furtum fecerat, cecidit, & vexari cœpit. Dimiſſus autem a dæmonio, concurrentibus monachis, requiſitus eſt, num forſitan de eo quod acceperat, furtum feciſſet? negavit. Iterum vexatus eſt. Dimiſſus, atque iterum requiſitus, negavit, atque iterum vexatus eſt. Octo itaque vicibus negavit, octo vicibus eſt vexatus. Poſt octavam vero negationem, necnon vexationem, confeſſus eſt quantos nummos furto abſtulerat; & agens pœnitentiam proſtratus, ſe peccaſſe teſtatus eſt. Ulterius vero ad eum dæmonium non acceſſit.*

Monachus fur arreptus a dæmone.

VII. *Alio quoque tempore, dum in die natalitio ejuſdem Apoſtoli jam meridianis horis fratres quieſcerent, ſubito quidam frater apertis oculis cæcatus cœpit tremere, & voces ingentes emittere, quibus vocibus teſtabatur ferre ſe non poſſe quod patiebatur. Concurrentes fratres viderunt cæcum apertis oculis trementem, & acclamantem, & a præſentibus alienum, nihilque quod foris agi poterat ſentientem: eumque in manibus levaverunt, atque ante altare ſancti Andreæ Apoſtoli projecerunt, ipſique pro eo in oratione proſtrati ſunt. Qui ſtatim ad ſe reverſus, quid paſſus fuerat, confeſſus eſt: quia ſenex quidam ei apparuit, & canem nigrum ad eum dilaniandum dimiſit, dicens. Quare fugere voluiſti de monaſterio iſto? Cumque evadere de canis morſibus nullo modo potuiſſem, venerunt quidam monachi, & eumdem ſenem pro me rogaverunt: qui ſtatim juſſit canem abſcedere, & ipſe ad me reverſus ſum. Qui etiam confeſſus eſt, quia eo die, quo iſta pertuli: conſilium habueram de eodem monaſterio fugere.*

S. Andreas vindex inſurgit in monachum fugam parantem

*Alius quoque monachus diſcedere ex eodem monaſterio latenter voluit. Cumque hoc mente tractaſſet, voluit oratorium ingredi; ſed ſtatim dæmonio traditus, vehementiſſime vexatus eſt. Relinquebatur vero a dæmonio, ſi extra oratorium ſtetiſſet, & nihil patiebatur adverſi. Si vero conatus fuiſſet ingredi, ſtatim maligno ſpiritui traditus vexabatur. Cumque hoc ſæpius fieret, culpam ſuam confeſſus eſt, quia de monaſterio egredi cogitabat. Tunc collecti pro eo fratres, ſeſe per triduum in precibus aſtrinxerunt, atque ita curatus eſt, ut ad eum poſtmodum numquam ſpiritus malignus accederet. Dicebat, autem, ſe eumdem B. Apoſtolum dum vexaretur, vidiſſe, ſeque ab eo increpatum eſſe, cur de monaſterio voluiſſet abſcedere.*

VIII. *Alii quoque duo fratres de eodem monaſterio fugerunt, atque aliqua prius colloquendo fratribus ſigna dederunt, quod per viam Appiam deſcendentes, Hieroſolymam tenderent. Qui exeuntes diverterunt ab itinere, & ut a ſequentibus inveniri minime potuiſſent, retruſas cryptas juxta Flaminiam portam invenientes, in eis ſeſe occultaverunt. Cum vero veſpertinis horis requiſiti, minime in congregatione inventi eſſent: aſcenſis caballis, eos quidam fratres ſecuti ſunt, per Metroni portam exeuntes, ut eos in Latinam vel Appiam viam ſequerentur. Subito autem eis conſilium ortum eſt, ut eos in Salaria via requirerent. Extra civitatem igitur pergentes deflexerunt iter in Salariam. Eos vero minime invenientes, per portam Flaminiam decreverunt reverti. Cumque reverterentur, mox ut equi eorum ante cryptas illas venerunt, in quibus ſe abſconderant, fixerunt gradus: pulſati & compulſi paſſum movere non potuerunt. Conſideraverunt monachi rem talem ſine myſterio eſſe non poſſe. Attenderunt ad cryptas, viderunt earum aditus miſſa maceria damnatos: ſed caballis eorum nuſquam euntibus, deſcenderunt. Depoſuerunt lapides, qui in ore cryptarum poſiti fuerant: ingreſſi ſunt, eoſque in iiſdem tenebroſis latibulis terræ conſternatos invenerunt. Qui ad monaſterium reducti, ex eodem miraculo ita ſunt meliorati, ut eis multum profuerit ad parum temporis de monaſterio fugiſſe. Hæc dixi, ut excellentiæ veſtræ innoteſceret, cujus oratorio eleemoſynam feciſtis.* Hucuſque Gregorius. Perſeveraſſe etiam ad ſua uſque tempora ut miracula ingentia in eodem loco Deus operaretur, Joannes diaconus teſtatur, qui nonnulla ex eis ſcribit.

Fugitivi monachi quæſiti & inventi.

Cum autem adeo (ut vidiſti) Gregorius laboraret corporis morbis, nihil tamen reperitur remiſiſſe curæ paſtoralis, proſpiciens cunctis, in omnibus vigilans & laborans. Hoc namque anno collegit Synodum Epiſcoporum, in qua ante ſuæ vitæ exitum, quem proxime imminere ob jugem corporis malam valetudinem ſentiebat, voluit conſulere monachorum quieti & indemnitati, probe ſciens ipſe jam antea monachus id expertus, quantas interdum ſolerent ab Epiſcopis monachi moleſtias pati. Sic igitur collectis Epiſcopis viginti preſbyteris pariter atque diaconis Cardinalibus, Nonis Aprilis pro monachis edidit decretum, quod appellari conſueverat Conſtitutum. Deſideratur illud quidem inter opera ipſius; ſed inventum a nobis in bibliotheca Vaticana, hic tibi deſcribendum putavimus, nefas exiſtimantes vel apicem ſcriptorum & decretorum tanti Pontificis ſinere latere oblivione ſepultum. Eſt autem hujuſmodi:

IX. *Gregorius Epiſcopus omnibus Epiſcopis.*

*Quam ſit neceſſarium monaſteriorum quieti conſpicere, & de eorum perpetua ſecuritate tractare, anteactum nos officium, quod in regimine cœnobii exhibuimus, informat. Et quia in plurimis monaſteriis multa a Præſulibus præjudicia atque gravamina in monachos pertuliſſe cognoſcimus; oportet ut veſtræ fraternitatis proviſio de futura quiete eorum ſalubri diſponat ordinatione, quatenus converſantes in illis, in Dei ſervitio, gratia ipſius ſuffragante, libere perſeverent. Sed ne ex ea, quæ magis emendanda eſt conſuetudine, quiſquam monachis quicquam moleſtiæ præſumat inferre: neceſſe eſt, ut hæc quæ inferius enumerare curavimus, ita ſtudio fraternitatis Epiſcopi * debeant cuſtodire, ut ex eis non poſſit ulterius inquietudinis occaſio reperiri.*

Greg. conſtitutum pro monachis.

* Epiſcoporum

*Interdicimus igitur in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ex auctoritate beati Petri Apoſtolorum principis, cujus vice huic Romanæ Eccleſiæ præſidemus, prohibemus, ut nullus Epiſcoporum, aut ſæcularium ultra præſumat de redditibus, rebus vel chartis monaſteriorum, vel de cellis, vel villis quæ ad ea pertinent, quocumque modo, vel qualibet occaſione minuere, vel dolos, vel immiſſiones aliquas facere. Si qua cauſa forte inter terram venientem ad partem ſuarum Eccleſiarum & monaſteriorum evenerit, & pacifice non potuit ordinari: apud electos Abbates & alios Patres timentes Dominum, ſive voluntaria delatione, mediis ſacroſanctis Evangeliis finiatur.*

*Defuncto autem Abbate cujuſque congregationis, non extraneus eligatur, niſi de eadem congregatione, quem ſibi propria voluntate concors fratrum ſocietas elegerit: & qui electus fuerit, ſine dolo vel venalitate aliqua ordinetur. Quod ſi ipſi inter ſe perſonam invenire nequeant, ſolerter ſibi curent de aliis monaſteriis ſimiliter ordinandum. Neque conſtituto Abbate, quæcumque perſona qualibet occaſione præponatur, niſi forte extantibus (quod abſit) criminibus, quæ ſacri canones punire monſtrantur.*

*Pariter autem cuſtodiendum eſt, ut invito Abbate, ad ordinanda alia monaſteria, aut ad ordines ſacros, vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant. Deſcriptiones quoque rerum & chartarum monaſterii ab Epiſcopo Eccleſiaſticas fieri omnino vetamus: ſed ſi quando res exigit, Abbas loci cum aliis fratribus cauſas rerum inventarum faciat, & eorum conſilio judicio finiantur: Obeunte quoque Abbate, Epiſcopus in deſcribendis providendiſque rebus monaſterii acquiſitis, vel datis perquirendis nullatenus ſe permiſceat. Miſſas quoque publicas ab eo in cœnobio fieri omnino prohibemus, ne in ſer-* vo-

PAGIUS] II. *Concilium Romanum IV. ſub S. Gregorio PP.*

Ad num. VIII. & IX. Sanctus *Gregorius* Monachorum quieti conſulens, in horum favorem Synodale Decretum emiſit, *Conſtituti* nomine appellari ſolitum, idque in Synodo Romana, quæ in Collectione Conciliorum Labbeana dicitur *tertia tempore Gregorii Papæ I.* cum tamen *quarta* vocari debeat, & quæ ſub hujus anni finem a Baronio recitatur, celebrata ſit menſe Novembri ſuperioris Chriſti anni, ut mox videbitur. Concilium iſtud IV. ordine inter Romana deinceps appellandum, dicitur in laudato Conſtituto coactum, *die Nonas* [1] *Aprilis, Indictione quarta*, quæ hoc anno menſe Aprili in curſu fuit; ideoque non in anno a Collectoribus Conciliorum, ſed in eorum ordine erratum.

A num.

[1] D*Ie nonas Aprilis, Indictione IV.* An forte legendum: *Die nonæ Aprilis?* Utique nonæ Aprilis non vero nonarum Aprilis dies in Dominicam hoc anno incidit. MANSI

*vorum Dei receſſibus & eorum receptaculis ulla popularis præbeatur occaſio conventus, vel mulierum fiat novus introitus quod omnino nec expedit animabus eorum. Neque audeat ibi cathedram collocare, vel quantamlibet poteſtatem habere imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis leviſſimam faciendi, niſi ab Abbate loci fuerit rogatus: quatenus monachi ſemper maneant in Abbatum ſuorum poteſtate. Nullumque monachum ſine teſtimonio vel conceſſione Abbatis in aliqua Eccleſia teneat, vel ad aliquem promoveat honorem.*

*Hanc ergo ſcriptorum noſtrorum paginam omni futuro tempore ab omnibus Epiſcopis firmam ſtatuimus illibatamque ſervari, ut & ſuæ Eccleſiæ juvante Domino tantummodo jure contenti, & monaſteria Eccleſiaſticis conditionibus, ſeu angariis, vel quibuſlibet obſequiis ſæcularibus nullo modo ſubjaceant, nullis canonicis juribus deſerviant; ſed remotis vexationibus in cunctis gravaminibus divinum opus cum ſumma animi devotione perficiant.* Hactenus Gregorii Conſtitutum.

Univerſi Epiſcopi reſpondere: *Libertati monachorum congaudemus, & quæ nunc de his ſtatuit beatitudo veſtra, firmamus.* Sequuntur iſta omnia ſubſcriptiones, & primo loco ejuſdem Pontificis hoc modo:

*Gregorius Epiſcopus Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, huic Conſtituto a nobis promulgato ſubſcripſi.*

*Agnellus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Ferentinenſis huic Conſtituto a vobis promulgato ſubſcripſi.*

*Humilis Epiſcopus Belitrenſis huic Conſtituto a vobis promulgato ſubſcripſi: & ſic alii omnes Epiſcopi numero viginti, quatuordecim presbyteri, & diaconi quatuor, die Nonas Aprilis Indictione quarta.* Hactenus de Conſtituto in Synodo habito, adnitente Gregorio Papa conſulere monachorum quieti.

X. At non publica tantum, ſed & privata curavit, ſublevans eos quos ſciret calumniam paſſos, ut fieri contigit hoc pariter anno cum ſorore Imperatoris, quam undique oppreſſam accuſationibus ſic defendere ſtuduit, ut tamen eam ad pœnitentiam provocaret. Quod enim litteris Theotiſtæ Patriciæ ſororis (ut diximus) Imperatoris, Conſtantinopoli ſcribentis, certior factus eſſet, pati ipſam calumniam de pravis & hæreticis quibuſdam opinionibus: eamdem, ut ipſa ſe purgaret, admonuit (*a*). Quatuor itaque capitibus eam obnoxiam affirmabant, quæ ipſe Gregorius confutat. At cum de his rumores jam diu antea emerſiſſent, quibus & nonnulli calumnioſe fuerant accuſati: inde accidit, ut & calumniam de his patri ipſam Gregorius putaret, vel credere id fortaſſe diſſimularet, ut eam ad pœnitentiam abſque opprobrio perducere poſſet. Audi ergo peritum agricolam & zizania evellentem, & ſegetem conſervantem, dum damnat errores, & errantes ab eiſdem immunes ſervat: nam ad eam hæc ſcribit inter alia:

(*a*) *Greg. l.9. ep.39. Ind.4.*

Theotiſta ſoror Imp. in ſuſpicionem hæreſis adducta.

XI. De quatuor errorum capitibus.

*Ad me etenim (ſicut noſtis) cum apud veſtigia dominorum in regia urbe demorarer, multi ex eis venire conſueverant, qui de prædictis capitulis accuſabantur. Sed teſte conſcientia fateor, numquam in eis aliquid erroris, aliquid pravitatis, aliquid de his, quæ contra eos dicebantur, inveni. Unde & eos, opinione contempta, familiariter ſuſcipere, & magis ab inſequentibus defendere curabam. Dicebatur namque contra eos, quia ſub obtentu religionis conjugia ſolverent, & quia dicerent quod baptiſma peccata penitus non auferret: & ſi de iniquitatibus ſuis quis in triennium pœnitentiam ageret, poſtmodum ei perverſe vivere liceret: & quia ſi compulſi aliquid, de quibus reprehendebantur, anathematizare ſe dicerent, anathematis vinculo nullo modo teneri.* Hæc ſunt quatuor errorum capita quæ ipſi Theotiſtæ impingebantur: quam cum excuſet S. Gregorius, ipſam tamen ſecreto ea abjurare, atque juramento ſe purgare debere ſuadet: ait enim ſuperius in eadem epiſtola: *Priores eorum ſponte vobis ſecreto vocandi ſunt, atque ipſis ratio reddenda, & perverſa quædam capitula, quæ tenere vos exiſtimant, coram ipſis anathematizanda. Quod ſi etiam (ſicut dicitur) dari a vobis anathema ficte ſuſpicantur; etiam jurejurando firmandum eſt, vos numquam eadem capitula tenere, numquam tenuiſſe. Nec vobis indignum videatur tali eis modo ſatisfacere, nec de Imperiali genere ſit contra eos aliquod in mente veſtra faſtidium: omnes etenim fratres ſumus.* Docet autem, non dedignari debere quoſlibet potentes rationem de ſe petentibus reddere.

XII. In contemptores excommunicationis.

Ubi vero Gregorius valide ſatis ejuſmodi abſque fundamentis erectas diaboli machinas veritate Catholica diſiecit: eos qui Eccleſiæ nihil ducerent anathema, anathematizans ac damnans, hæc ait: *Si vero ſunt qui dicunt, quia compulſus quiſpiam neceſſitate ſi anathematizatus fuerit, anathematis vinculo non te-*

PAGIUS III. *S. Gregorius ſcribit ad ſiliam Imperatoris.*

A num. X. ad XIV. Epiſtola XXXIX. libri IX. Regiſtri divi Gregorii Indict. IV. data eſt ad *Theoctiſtam Patriciam*, filiam Mauricii Imp. non vero ad *Theoctiſtam* ſororem ejuſdem Imperatoris, ut perperam a Baronio appellatur; qua de re infra ſuo loco.

Ad



*netur: ipſi ſibi teſtes ſunt, quia Chriſtiani non ſunt. Quia ligamenta ſanctæ Eccleſiæ variis ſe exiſtimant conatibus ſolvere; ac per hoc nec abſolutionem ſanctæ Eccleſiæ, quam præſtat Fidelibus, veram putant, ſi ligaturas ejus veras eſſe atque valere non æſtimant. Contra quos diutius diſputandum non eſt; quia deſpiciendi per omnia & anathematizandi ſunt: ut unde veritatem fallere ſe credunt, inde in peccatis ſuis veraciter ligentur. Si qui ſunt igitur qui ſub nomine Chriſtiano hæc quæ prædiximus errorum capitula aut prædicare audent, aut taciti apud ſemetipſos tenere, hos proculdubio & anathematizavimus & anathematizamus.* Fuiſſe autem in ejuſmodi erroribus ſemina quædam Priſcillianiſtarum hæreſis, ſi quis recte conſideret, intelliget.

XIII. Ad poſtremum vero hæc de indiſcreta habet inquiſitione quorumdam: *Quia ſunt multi Fidelium, qui imperito zelo ſuccenduntur, & ſæpe dum quoſdam quaſi hæreticos inſequuntur, hæreſes faciunt: eorum infirmitati conſulendum eſt, & ſicut prædixi, ratione & manſuetudine ſunt placandi. Illis quippe ſunt ſimiles, de quibus ſcriptum eſt:* (*a*) *Teſtimonium illis perhibeo, quod æmulationem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Veſtra itaque excellentia, quæ in lectione, in lacrymis, atque in eleemoſynis inceſſabiliter vivit, eorum (ſicut petii) imperitiam placare manſuetis exhortationibus ac reſponſionibus debet, ut non ſolum de ſemetipſa, ſed etiam de illis gloriam æternæ retributionis inveniat.* Hæc Gregorius: ex cujus dictis illud obſerva, quod licet Theotiſtam ipſam paſſam calumniam æſtimare ſe pluribus dicat, vult tamen ipſam eoſdem anathematizare errores objectos, atque ſe juramento purgare, feminam alioqui religioſiſſimam habitam, ab ipſoque Gregorio ſæpe laudatam. Nam præter ea quæ de eadem aliis ſuperioribus litteris ſummis laudibus prædicavit, in hac modo data epiſtola iſta habet: *Magnas omnipotenti Deo gratias agere debemus, quod piiſſimi & benigniſſimi Imperatores noſtri tales de ſuo genere juxta ſe propinquos habent, de quorum converſatione nobis omnibus grande ſit gaudium.* Ita quidem enituiſſe ſanctitate eximia affines & conſanguineas, ipſaſque filias Mauritii Imperatoris, quæ ad finem ejus Imperii dicenda erunt, facient manifeſtum.

(*a*) Rom. 10.

Quiſque ſatisfacere tenetur de fide quam ſequitur.

XIV. Eſychius Epiſcopus Hieroſol.

Quod rurſus ad Orientales res pertinet, hoc anno defuncto Amos Hieroſolymorum Epiſcopo ſubrogatus eſt in locum ejus Eſychius: qui more majorum, ut Catholicæ & Apoſtolicæ communionis particeps fieret, miſit ſuæ fidei profeſſionem Romam ad ſanctum Gregorium Papam; qui ea accepta, & Catholica cognita atque laudata, ad ipſum litteras reddidit, in quibus hæc inter alia (*b*): *In hujus itaque arcæ* myſticæ Noe *ædificatione vos currere, relecta fraternitatis veſtræ epiſtola, rectæ fidei compage gaudemus, magnaſque omnipotenti Deo gratias exolvimus, qui & immutatis gregis ſui paſtoribus, fidem quam ſemel ſanctis Patribus tradidit, etiam poſt eos immutabilem cuſtodit.* Et poſt nonnulla: *Tua ergo fraternitas ſpiritaliter edocta rectam per omnia fidem percolit, & quæ quærenda erant, ſubtilter enarravit. Fides itaque veſtra, fides eſt noſtra. Ea tenemus, quæ dicitis; ea dicimus, quæ tenetis.* At de moribus quæ corrigenda ſint admonet, ſubdens: *Quia vero pervenit ad nos in Orientis Eccleſiis nullum ad ſacrum ordinem niſi ex præmiorum datione pervenire: ſi ita eſſe veſtra fraternitas agnoſcit, hanc primam oblationem omnipotenti Deo offerat, ut a ſubjectis ſibi Eccleſiis errorem Simoniacæ hæreſeos compeſcat. Nam (ut alia taceam) quales eſſe in ſacris ordinibus poterunt, qui ad hos non merito, ſed præmio provehuntur? &c.* Plura ſubdens in deteſtationem erroris ac ſceleris.

(*b*) *Greg. l.9. ep.40. Ind.4.*

XV. Viget Simoniaca hæreſis in Galliis.

Vix credi poteſt, quantum hoc tempore in univerſo orbe ejuſmodi labe Eccleſia Dei inquinaretur: qui enim hoc anno id adverſus Orientales exclamat, adverſus quoque Occidentales vociferatur: etenim quos ſæpe monuerat & redarguerat Gallicanos Epiſcopos, atque ipſos Francorum Reges ſinentes ejuſmodi vepribus repleri agrum Dominicum, eoſque non extirpantes, hoc item anno adverſus eoſdem querelas repetit, inſtans opportune & importune. Extant de his ab ipſo Gregorio ſcriptæ litteræ (*c*) ad Primatem Galliarum Arelatenſem Epiſcopum Virgilium: ubi ingemiſcens, quod quæ eſt idolorum ſervitus & cultus, in Dei Eccleſiam introducta eſſet, avaritia ſcilicet, quæ nec ſe abſtineret a ſacris, ut in aurum cuncta converteret, ita exclamat: *Proh nefas! manus illicito munere polluit, & alios ſe benedictione credit*

(*c*) *Greg. l.9. ep.49. Ind.4.*

PAGIUS IV. *Moritur Amos Epiſc. Hieroſolymorum.*

Ad num. XIV. Baronius accurate conſignavit hoc anno mortem *Amos* Epiſcopi Hieroſolymitani, cui Nicephorus in Chronico, & Tabulæ Theophani inſertæ annos octo aſſignant. Nam Divus Gregorius lib. 9. Indict. 4. Epiſt. 40. reſpondet Synodicæ *Iſicii* ejus ſucceſſoris, & poſt eam Epiſtolam dedit eam, quæ numero eſt XLV. ad *Donum* Epiſcopum Meſſanenſem, menſe Junio, *Indict. IV.* aliamque *Aetherio Epiſcopo Galliæ*, Lugdunenſi ſcilicet, quæ numero eſt L. ſcriptam die X. Julii Indict. IV. Quare *Amos* ſedere cœperat ante annum DXCV. quo ejus initium collocat Baronius; alioquin annos octo ſedere non potuiſſet.

A num.

*dit erigere, cum ipſe jam ſit propria iniquitate ſubſtratus, & ſua nihilominus ambitione captivus. Hujus ergo mali rapacitas quia arcem veſtræ mentis numquam intravit, & innoxias habere vos manus de ordinationibus perhibetis, omnipotenti Deo gratias agite, & tanto vos Dei debitores eſſe cognoſcite, quanto illæſi ab hujus morbi contagione, eo cuſtodiente, manſiſtis. Sed hæc vobis minus quam poterant bona proficiunt, ſi hæc & in aliis ſolicite non vetatis. Sicut enim in te iſtud tibi malum diſplicuit, ita hoc & in fratre cum dolore zelare debueras, &c.* Monet ut Synodum cogat, & ſcelus tollat. Scribit id ipſum ad Aetherium (*a*) Epiſcopum Lugdunenſem, petitque ab eo ſcripta S. Irenæi diu quæſita & non inventa. Ubi vero eodem argumento de Simonia tollenda litteras ſcripſit (*b*) ad Deſiderium Epiſcopum Viennenſem, eumdem redarguit, quod Grammaticam quoſdam doceret, nefas ducens Epiſcopum in ejuſmodi litterarum ſtudiis immorari:

(*a*) *Greg. l.9. ep.50. Ind.* 4.

(*b*) *Idem l.9. ep.48. Ind.* 4.

XVI. Agit cum Epiſcopis & regibus Franc. pro extirpanda Simonia.

Inſuper de extirpanda Simonia ad ſingulos Francorum Reges Theodoricum, Theodobertum, atque Clotharium litteras dedit (*c*), & ob eam cauſam cogendam eſſe Synodum monuit, addiditque alias ad Brunichildem eorum aviam Reginam Francorum. Hanc vero moderantem regni habenas inſtantius urget his verbis: *Facite quod Dei eſt, & Deus faciet quod veſtrum eſt. Itaque Synodum congregari præcipite, & peccatum Simoniacæ hæreſis de regno veſtro inter alia (ſicut antea ſcripſimus) definitione Concilii ſtudioſius prohibete Sacrificium Deo, devicto interiori hoſte, offerte: ut exteriores adverſarios, ipſo adjuvante, vincatis: ut quale vos contra inimicos ipſius ſtudium geſſeritis, tale illud in veſtro juvamine ſentiatis. Mihi autem credite, quia (ſicut jam experimento multorum didicimus) in damno expenditur, quicquid cum peccato congregatur. Si vultis igitur nihil injuſte perdere, ſummopere ſtudete per injuſtitiam nihil habere. In terrenis etenim rebus ſemper cauſa damni eſt origo peccati.*

(*c*) *Idem l.9. ep.53. 54.55.57. Ind.4.*

*Vos itaque ſi eminere adverſantibus gentibus vultis, ſi earum, auctore, Deo victrices exiſtere feſtinatis, ejuſdem omnipotentis Domini cum tremore præcepta ſuſcipite, ut ipſe pro vobis contra adverſarios veſtros pugnare dignetur, qui per ſacrum eloquium pollicitus eſt, dicens: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Hactenus Gregorius ad Brunichildem dierum malorum inveteratam Reginam, quæ cum non cognoverit tempus vocationis ſuæ, facta eſt, ulciſcente numine, poſteris exemplum ſummæ calamitatis, ut ſuo loco dicturi ſumus. Sed accipe quid de eadem Simonia vigente ſub Brunichilde ſcribat ſanctus Audoenus Epiſcopus Rhotomagenſis in Eligio: *Illis diebus immaniter Simoniaca hæreſis pullulabat in urbibus & in cunctis finibus regni Francorum, maximeque a temporibus Brunichildis infeliciſſimæ Reginæ uſque ad tempora Dagoberti Regis violabat hoc contagium fidem Catholicam.* Vigebat hoc tempore & viguit hæc peſtis, donec tandem opera ſancti Eligii & Audoeni ipſius per Dagobertum Regem compreſſa eſt.

Rurſum vero quod & præter Simoniacam labe pravi mores ubique Galliarum ſacerdotes infecerant, omniſque ipſis regnantibus vitiis diſciplina Eccleſiaſtica conticeſceret, inſtat iterum S. Gregorius, pulſat denuo, & vehementius clamat, ad eamdem Brunichildem, utpote malorum omnium fontem, iſta ſcribens (*d*).

(*d*) *Greg. l.9. ep.64. Ind.* 4.

XVII. De pravis moribus Sacerdotum corrigendis.

*Cum ſcriptum ſit, Juſtitia elevat gentem, miſeros autem facit populos peccatum: tunc regnum ſtabiliri creditur, cum culpa, quæ cognoſcitur, citius emendatur. Multorum igitur ad nos relatione pervenit (quod dicere ſine afflictione cordis nimia non valemus) ita quoſdam ſacerdotes in illis partibus impudice ac nequi-*

PAGIUS

V. *S. Auguſtinus ordinatur Ep.*

A num. XVII. ad XXV. *Auguſtinus* ad Arelatenſem Epiſcopum venit, ut ab eo Epiſcopus ordinaretur, anno DXCVII. ut ſuo loco oſtendi, & manifeſte liquet ex Epiſtola Sancti Gregorii ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, data menſe Junio anni DXCVIII. in qua ait, Monachum a ſe miſſum in Angliam *a Germaniarum Epiſcopis* Epiſcopum factum eſſe, ut anno DXCVII. num. III. explicavimus.

VI. *Variæ Epiſtolæ a S. Gregorio PP. pro converſione Anglorum datæ.*

Novem Epiſtolarum, quibus *Gregorius* Papa Monachos in Angliam cum *Laurentio* Presbytero proficiſcentes variis Epiſcopis Galliarum, *Theodorico* ac *Theodeberto* Regibus Francorum, ac *Brunichildi* Reginæ commendavit, mentionem non facit Beda, quia ſcilicet eas non viderat. Obſervat tamen currenti anno, quem recte decimum nonum Mauricii Auguſti, & XVIII. poſt Conſulatum Mauricii conſtituit, modo ſcilicet loquendi Victoriano, Indictione quarta, ſcriptas a Gregorio fuiſſe de rebus Anglicis Epiſtolas V. duas *XV. Kalend. Julias*, unam videlicet *Mellito* Abbati, alteram Auguſtino Epiſcopo Dorovernenſi ſeu Cantuarienſi, tres alias *X. Kal. Julias*, *Virgilio* Epiſcopo Arelatenſi, iterum Auguſtino Epiſcopo Dorovernenſi, & *Edilbertho* Regi Cantuariorum. Apud Bedam lib. 1. cap. 28. primo loco ponitur Epiſtola Gregorii ad Virgilium Epiſcopum Arelatenſem, quæ in Regiſtro Gregoriano eſt LXIII. libri IX. Sed apud Bedam hic præfigitur titulus: *Reverendiſſimo & ſanctiſſimo fratri Virgilio Epiſcopo Gregorius ſervus ſervorum Dei*, & in fine hæc adjunguntur: *data die X. Kalend. Juliarum, imperante Domino noſtro Mauricio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimo nono, poſt Conſulatum ejuſdem Domini noſtri anno decimo octavo Indictione quarta*, quæ menſe Junio, quo ea Epiſtola data, hoc anno uſurpabatur. Baronius hanc ſubſcri-



*quiter converſari, ut & audire nobis opprobrium; & lamentabile ſit referre. Ne ergo poſtquam hujus nequitiæ hucuſque ſe tetendit opinio, aliena pravitas aut noſtram animam, aut regnum veſtrum peccati ſui jaculo feriat: ardenter ad hæc debemus ulciſcenda conſurgere, ne paucorum facinus multorum poſſit eſſe perditio. Nam cauſa ſunt ruinæ populi ſacerdotes mali. Quis enim populi ſe peccatis interceſſor obiiciat, ſi ſacerdos, qui exorare debuerat, graviora committat? Sed quoniam eos quorum eſt locus hæc inſequi, nec ſolicitudo ad requiſitionem, nec zelus excitat ad vindictam; ſcripta ad nos veſtra diſcurrant, ut perſonam (ſi præcipitis) cum veſtræ auctoritatis aſſenſu tranſmittamus, quæ una cum aliis ſacerdotibus hæc & ſubtiliter quærere, & ſecundum Deum debeat emendare.* Cogitaſſe namque Gregorium ad eos mittere Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, ipſius epiſtolæ quæ extant apud Bedam (*a*) fidem faciunt. Pergit vero: *Nec enim ſunt diſſimulanda quæ dicimus: quia qui emendare poteſt & negligit, participem ſe proculdubio delicti conſtituit. Providete ergo animæ veſtræ, providete nepotibus, quos cupitis regnare feliciter, providete provinciis; & priuſquam Creator noſter manum ſuam ad feriendum excutiat, de correctione hujus ſceleris ſtudioſiſſime cogitate, ne tanto poſtmodum acrius feriat, quanto modo diutius & clementer expectat. Scitote autem, quod Deo noſtro magnum ſacrificium placationis offertis, ſi tanti labem facinoris de veſtris citius finibus amputatis.* Hæc ad Brunichildem Gregorius: & quidem veriſſimus vates inventus fuit. Factum eſt enim, ut cum iſta contemneret, & regnum ipſe Deus ademerit duobus nepotibus, & ipſa infamiſſime perierit: ſed de his ſuo loco. Quod autem abſens ſanctus Gregorius per litteras fecit, hoc præſens operatus eſt S. Columbanus ſæpe redarguens Brunichildem, ut ex rebus ab eo geſtis fideliter ſcriptis apparet, de quibus inferius.

(*a*) *Bed. l.* 1. *c.*28.

Brunichil. denuo monet S. Gregorius.

Hoc eodem anno Auguſtinus ad Arelatenſem Antiſtitem venit, ut ab eo, ſecundum S. Gregorii juſſionem, ordinaretur Epiſcopus: quo reverſo in Britanniam, mox (ut ait Beda *b*) quidam ex iis qui cum ipſo Auguſtino in Angliam miſſi fuerant, ab eodem Romam cum litteris ſuis redire juſſi ſunt ad S. Gregorium, ut ab eo major numerus verbum Dei annunciantium illuc mitteretur. Quinam autem fuerint, qui in Urbem ſunt regreſſi, declarat ipſe Gregorius in epiſtola (*c*) ad Reginam Anglorum data, nempe fuiſſe Laurentium, atque Petrum. Gregorius vero, iis acceptis litteris, non defuit officio, ut petitio Auguſtini conſequeretur effectum. Quamobrem una cum Petro atque Laurentio alios dirigit. De quibus Beda: *Miſit*, inquit, *cum præfatis legatariis ſuis complures cooperatores ac verbi miniſtros, in quibus primi & præcipui erant Mellitus, Juſtus, Paulinus, Ruffinianus: & per eos generaliter univerſa quæ ad cultum erant & miniſterium eccleſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra, & veſtimenta altarium, ornamentaque eccleſiarum, & ſacerdotalia vel clericalia indumenta, ſanctorum etiam Apoſtolorum ac martyrum reliquias, necnon codices plurimos.* His etiam in Gallias ad Regem Francorum litteras (*d*) dedit commendaticias, ad Clotharium videlicet, Brunichildem, Theodoricum, & Theodobertum, Francorum Reges; commendavitque (*e*) eoſdem Epiſcopis Virgilio Arelatenſi, Mennæ Toloſano, & Aetherio Lugdunenſi. Reddidit pariter Gregorius litteras ad Auguſtinum Anglorum Apoſtolum, his congratulatus ipſi verbis ipſo epiſtolæ exordio (*f*):

(*b*) *Bed. l.* 1.*c.*27.

(*c*) *Bed. l.* 1. *c.*29.

(*d*) *Greg. l.9. ep.*55. 56. *& ſup.* 53. 54.

(*e*) *Greg. l.9. ep.*49. 50. 52.

(*f*) *Idem l.9. ep.*58. *Ind.*4.

XVIII. Gratulatur Auguſtino Gregor.

*Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: quia granum frumenti mortuum cadens in terram, multum fructum attulit, ne ſolum regnaret in cœlo, cujus morte vivimus, cujus infirmitate roboramur, cujus paſſione a paſſione eripimur; cujus amore in Britannia fratres quærimus, quos ignorabamus, cujus munere, quos neſcientes quærebamus, invenimus. Quis autem narrare ſufficiat, quanta hic lætitia in omnium corde Fidelium fuerit exorta, quod gens Anglorum, operante Dei omnipotentis gratia, & tua fraternitate laborante, expulſis errorum tenebris, ſanctæ fidei luce perfu-*

PAGIUS

ſcriptionem tam in hac Epiſtola quam in aliis laudatis prætermittit, ſola Indictione IV. die ac menſe memoratis, quia ſcilicet annum XIX. Mauricii ibi errore poſitum exiſtimat, quod ejus Chronologiæ adverſetur. Cointius vero, qui initium Mauricii Imp. cum anno Chriſti DLXXXIII. perperam illigavit; hoc anno num. IX. & anno DXCVI. num. XIII. ait, hanc & ſimiles Bedæ Epiſtolas ſuſpectas eſſe, quoad titulum & notas temporis, quia titulus ille *Gregorius ſervus ſervorum Dei* præfigi non ſolet Gregorianis Epiſtolis, & hujuſmodi characteres Chronologici non conſentiunt cum initio Imperii Mauricii, annoque ejus Conſulatus, quia nempe ipſe exiſtimat, *Mauricium* imperare cœpiſſe anno DLXXXIII. & ex illis ſequi eo anno Mauricium Conſulem proceſſiſſe.

VII. *Tituli & ſubſcriptiones Epiſtolarum D. Gregorii omiſſæ.*

Verum inde intelligere debebat Vir doctiſſimus, *Mauricium* anno DLXXXII. Tiberio Conſtantino ſucceſſiſſe, cum omnes ſubſcriptiones Literarum a Beda relatarum id manifeſtiſſime evincant. Ad hæc Epiſtola I. libri VIII. Regiſtri Gregoriani inſcribitur: *Gregorius ſervus ſervorum Dei, Romano Defenſori Siciliæ*, & Epiſto-

*fuſa eſt; quod mente & devotione integerrima jam calcat idola, quibus prius veſano timore ſubiacebat; quod omnipotenti Deo puro corde ſubſternitur: quod a pravi operis lapſibus ſanctæ prædicationis regulis ligatur: quod præceptis divinis animo ſubiacet, & intellectu ſublevatur; quod uſque ad terram ſe in oratione humiliat, ne mente jaceat in terra? Cujus hoc opus eſt, niſi ejus qui ait: Pater meus uſque nunc operatur, & ego operor? Qui ut mundum oſtenderet non ſapientia hominum, ſed ſua ſe virtute convertere prædicatores ſuos, quos in mundum miſit, ſine litteris elegit: hoc etiam modo faciens, quia in Anglorum gente fortia dignatus eſt per infirmos operari.* Reddens vero cauſam, ipſum Auguſtinum, ne ob tam grandia facta inflaretur, ut humiliter de ſe ſentiat monet, iſta ſubdens: *Sed eſt in iſto dono cæleſti frater cariſſime, quod cum magno gaudio vehementiſſime debeat formidari. Scio enim, quod omnipotens Deus per dilectionem tuam in gente quam eligi voluit, magna miracula oſtendit. Unde neceſſe eſt, ut de eodem dono cæleſti & timendo gaudeas & gaudendo pertimeſcas. Gaudeas videlicet, quia Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur: pertimeſcas vero, ne inter ſigna quæ fiunt, infirmus animus in ſui præſumptione ſe elevet, & unde foras in honore attollitur, inde per inanem gloriam intus cadat.* Hæc & alia providus architectus, ſtudens illæſa, quibus moles erigitur, inſtrumenta ſervare. Scripſit pariter ad Aldiberthum Anglorum Regem gratulatorias litteras de ipſius ex dæmonum cultu ad veram Chriſti fidem converſione; quas hic reddi integras, dignitas argumenti poſtulat atque perſonæ: ſic enim ſe habent (a):

(a) *Greg. l.9. ep.60. Ind.4.*

XIX. Litteræ S. Gregorii ad Regem Anglor.

*Propter hoc omnipotens Deus bonos quoſque ad populorum regimina perducit ut per eos omnibus, quibus prælati fuerint, dona ſuæ pietatis impendat. Quod in Anglorum gente factum cognovimus, cui veſtra gloria idcirco præpoſita eſt, ut per bona quæ vobis conceſſa ſunt, etiam ſubiectæ vobis genti ſuperna beneficia præſtarentur. Et ideo, glorioſe fili, eam quam accepiſti divinitus gratiam ſolicita mente cuſtodi: Chriſtianam fidem in populis tibi ſubditis extendere feſtina: zelum rectitudinis tuæ in eorum converſione multiplica: idolorum cultus inſequere fanorum ædificia everte, ſubditorum mentes * in magna vitæ munditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo, & boni operis exempla monſtrando ædifica; ut illum retributorem invenias in cælo, cujus nomen atque cognitionem dilataveris in terra. Ipſe enim veſtræ quoque gloriæ nomen etiam poſteris glorioſius reddet, cujus vos honorem quæritis & ſervatis in gentibus. Sic enim Conſtantinus quondam piiſſimus Imperator Romanam Rempublicam a perverſis idolorum cultibus revocans, omnipotenti Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto ſecum ſubdidit, ſeque cum ſubjectis populis tota ad Deum mente convertit. Unde factum eſt, ut antiquorum nomen Principum ſuis vir ille laudibus vinceret, & tanto in opinione prædeceſſores ſuos quanto, & in bono opere ſuperaret. Et nunc itaque veſtra gloria cognitionem unius Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti Regibus ac populis ſibimet ſubjectis feſtinet infundere, ut & antiquos gentis ſuæ Reges laudibus ac meritis tranſeat, & quanto in ſubiectis ſuis aliena peccata deterſerit, tanto etiam de peccatis propriis ante omipotentis Dei terribile examen ſecurior fiat.*

*Reverendiſſimus autem frater noſter Auguſtinus Epiſcopus in monaſterii regula doctus, ſacræ Scripturæ ſcientia repletus bonis, auctore Deo, operibus præditus, quæque vos admonet, libenter audite, devote peragite, ſtudioſe in memoria reſervate: quia ſi vos eum in eo quod pro omnipotente Deo loquitur auditis, idem omnipotens Deus hunc pro vobis exorantem celerius exaudiet. Si enim (quod abſit) verba ejus poſtponitis; quando eum omnipotens Deus poterit audire pro vobis quem vos negligitis audire pro Deo? To-*

*ta*

* mores

PAGIUS ſtola I. libri IX. *Gregorius ſervus ſervorum Dei, Innocentio Africæ Præfecto.* Guſſanvillæus quidem in Notis ad primam Epiſtolam dicit ſe dubitare, an nuncupatio illa a Gregorio ibi uſurpata fuerit. Sed, ut obſervat Garnerius in Appendice ad Notas capitis I. libri de Ordine Romano, nulla eſt in toto Gregorii Regiſtro Epiſtola, quæ non ſit a Collectore, ſuis, quas haberet, ſolemnibus formulis ſpoliata: habuiſſe tamen omnes, vel ex eo uno apertum eſt, quod ad ſæculares viros, feminaſque multæ datæ ſint, nec ulla tamen domini dominæque nomen in epigraphe præferat, quamvis id nunquam omiſſum Joannes Diaconus in ejus Vita tradat. Accedit, quod cum Gregorius in Epiſtolis, eodem Diacono teſte, poſt Joannis Conſtantinopolitani inſolentem arrogantiam, ſe ſemper ſervum ſervorum Dei inſcriberet, paucæ tamen (non autem *nulla*, ſicut perperam ſcribit Garnerius) ut nunc habentur, hanc inſcriptionem præferant; deinde cum Epiſtolas Pelagii II. ad Iſtriæ Epiſcopos ipſemet Gregorius, dum adhuc vir privatus eſſet ſcripſerit, uſitatamque formam in iis ſervaverit, credibile non eſt, eum a more prædeceſſoris receſſiſſe. Epiſtolæ itaque Gregorii a Beda recitatæ nullo modo interpolatæ ſunt, ex iiſque Mauricii Imperium anno DLXXXII. affigendum eſſe neceſſario conſequitur.

VIII. Dicit etiam Cointius apud Bedam lib. 1. cap. 29. deſcribi Epiſtolam Gregorii ad Auguſtinum, quæ in Regiſtro Gregoriano eſt XV. libri XII.

& lo-



*ta igitur mente cum eo vos in fervore fidei ſtringite, atque adniſum illius, virtute quam vobis Divinitas tribuit, adjuvate: ut regni ſui vos ipſe faciat eſſe participes, cujus vos fidem in regno veſtro recipitis & facitis cuſtodiri. Præterea ſcire veſtram gloriam volumus, quia ſicut in Scriptura ſacra ex verbis Domini omnipotentis agnoſcimus præſentis mundi jam terminus juxta eſt, & ſanctorum regnum venturum eſt, quod nullo umquam poterit fine terminari. Appropinquante autem eodem mundi termino, multa imminent quæ ante non fuerunt, videlicet, immutationes aeris, terroreſque de cælo, & contra ordinem temporum tempeſtates, bella, fames, peſtilentiæ terræmotus per loca: quæ tamen non omnia noſtris diebus ventura ſunt, ſed poſt noſtros dies omnia ſubſequentur.*

XX. Dies Judicii proxima ſemper a Sanctis credita.

*Vos itaque ſi qua ex his evenire in terra veſtra cognoſcitis, nullo modo veſtrum animum perturbetis: quia idcirco hæc ſigna de fine ſæculi præmittuntur, ut de animabus noſtris debeamus eſſe ſoliciti, de mortis hora ſuſpecti, ut venturo Judici in bonis actibus inveniamur præparati.* Iſta quidem Gregorius (ut etiam ſuperius dictum eſt) quod ob excreſcentia ſupra modum peccata atque flagella prædictum a Domino prope eſſe ejus putaret adventum: quem cum ipſe Deus nemini voluerit fieri manifeſtum, & Eccleſia Dei, ipſius Chriſti admonitione aſſidue rogare ſit juſſa, ut adveniat regnum illius; haud levitatis arguendi ſunt Patres, qui ſuis ſæculis prope adeſſe mundi finem exiſtimarunt: ſicut nemo prudens ac pius dixerit, levitatis eſſe redarguendos Apoſtolos, ſi qui ipſorum ſua ætate id eventurum videntur exiſtimaſſe prænunciantes futuros aliquando homines poſt ſuas ambulantes conſcientias, iſta omnia deriſuros; monentes e contra Fideles, ut vigiles, in bonis operibus invenirentur: ad quos Petrus (a) de his agens: *Cum igitur hæc omnia diſſolvenda ſint: quales oportet vos eſſe in ſanctis converſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in adventum diei Domini &c.* Demum vero Gregorius his claudit epiſtolam:

(a) *2. Pet. 3.*

*Hæc nunc glorioſe fili paucis locutus ſum ut cum Chriſtiana fides in regno veſtro excreverit, noſtra quoque apud vos locutio latior excreſcat, & tanto plus loqui libeat, quanto ſe in mente veſtra gaudia de gentis veſtræ perfecta converſione multiplicant. Parva autem xenia tranſmiſi quæ vobis parva non erunt, cum a nobis ex beati Petri Apoſtoli fuerint benedictione ſuſcepta. Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam ſuam, quam cæpit, cuſtodiat atque perficiat, atque & hic vitam veſtram per multorum annorum curricula extendat, & poſt longa tempora in cæleſtis patriæ congregatione ſuſcipiat.* Hucuſque ad Regem Anglorum Gregorius. Recitatur hæc ipſa epiſtola a Beda in hiſtoria ejuſdem gentis Anglorum: ſed cum data ponatur anno decimonono Mauritii Imp. errore id factum apparet: nam hoc anno ea ſcripta eſſe monſtratur ex Indictionis quartæ nota ibidem poſita. Ad Aldibergam autem Reginam ejus conjugem iſta idem S. Gregorius (b).

(b) *Greg. l.9. ep.59. Ind.4.*

XXI. Ad Aldibergam Anglorum Reginam ep.

*Qui poſt terrenam poteſtatem regni cæleſtis gloriam cupit acquirere, ad faciendum lucrum Creatori ſuo debet enixius laborare, ut ad ea quæ deſiderat, operationis ſuæ gradibus poſſit aſcendere, ſicut vos feciſſe gaudemus. Remeantes igitur dilectiſſimus filius noſter Laurentius preſbyter & Petrus monachus, qualis erga reverendiſſimum fratrem & coepiſcopum noſtrum Auguſtinum gloria veſtra extiterit, quantaque illis ſolatia vel qualem charitatem impenderit, retulerunt. Et omnipotentem Deum benediximus, qui converſionem gentis Anglorum mercedi veſtræ dignatus eſt propitius reſervare. Nam ſicut per recordandæ memoriæ Helenam matrem piiſſimi Conſtantini Imperatoris ad Chriſtianam fidem corda Romanorum accendit, ita & per gloriæ veſtræ ſtudium in Anglorum gentem ejus miſericordiam confidimus operari. Et quidem*



*jam-*

PAGIUS

*Epiſtola Gregorii ad Auguſtinum ſuſcriptio legitima.*

& locari ſub Indictione ſeptima, quam Mauricii Principatus non attigit: cœpta enim ea Kalendis Septemb. anni Chriſti DCIII. Quapropter, inquit Cointius, in fine illius Epiſtolæ apud Bedam expungendi ſunt hi characteres Chronologici: *Data die X. Kalend. Jul. imperante Domino noſtro Mauricio Tiberio piiſſimo Auguſto, anno decimo nono, poſt Conſulatum ejuſdem Domini anno decimo octavo, Indictione quarta.* Verum licet ea concluſio deſit in MSS. & editis Regiſtri exemplaribus, eamque in ſua editione Guſſanvillæus contra leges Criticæ ex Beda ſuppleverit, non ideo apud Bedam addititia eſt; quia Collectores non ſolum Epiſtolas, quæ in Regiſtro Divi Gregorii extant, ſubſcriptionibus mutilarunt, ſed etiam temporis, quo datæ ſunt, ordinem non ſemper repræſentarunt, ut paſſim oſtendimus. Ex argumento itaque a Cointio adducto aliud deduci non poteſt quam eam Gregorii Epiſtolam, quæ ſub Indictione IV. referenda erat, ſub Indictione VII. male collocatam eſſe.

IX. *Vicariatus S. Auguſtino conceſſus fuit perſonalis.*

In Decretali Epiſtola a Sancto Gregorio ad Auguſtinum, qui eum de nonnullis conſuluerat, ſcripta, mentio eſt Vicariatus Apoſtolici Auguſtino conceſſi, non quidem conceptis verbis, ſed ex conſequentia, ut colligitur ex ſeptimo ejuſdem Gregorii reſponſo ad interrogationes Auguſtini apud Bedam lib. 1. cap. 27. Interrogaverat illum Auguſtinus qualiter deberet cum Galliarum & Britanniarum Epiſcopis agere. Reſpondit Gregorius: *In Galliarum Epiſ-*

*copos*

*jamdudum glorioſi filii noſtri conjugis veſtri animos prudentiæ veſtræ bono, ſicut re vera Chriſtianæ debuiſtis inflectere, ut pro regni & animæ ſuæ ſalutem fidem quam colitis ſequeretur: quatenus & de eo & per eum de totius gentis converſione digna vobis in cæleſtibus gaudiis retributio naſceretur. Nam poſtquam (ſicut diximus) & recta fide gloria veſtra munita & litteris docta eſt, hoc vobis nec tardum, nec debuit eſſe difficile.*

*Et quoniam, Deo volente, aptum nunc tempus eſt: agite, ut divina gratia cooperante, cum augmento poſſitis, quod neglectum eſt, reparare. Itaque mentem glorioſi conjugis veſtri in dilectione Chriſtianæ fidei adhortatione aſſidua roborate: veſtra illi ſolicitudo augmentum in Deum amoris infundat, atque ita animos ejus etiam pro ſubjectæ ſibi gentis pleniſſima converſione ſuccendat, ut & magnum omnipotenti Domino de devotionis ſuæ ſtudio ſacrificium offeratis, & ea quæ de vobis narrata ſunt, creſcant, & vera eſſe modis omnibus approbentur: quia bona veſtra non ſolum jam apud Romanos, qui pro vita veſtra fortius oraverunt, ſed etiam per diverſa loca & uſque Conſtantinopolim ad ſereniſſimum Principem pervenerunt: ut ſicut nobis de Chriſtianitatis veſtræ ſolatiis lætitia facta eſt, ita quoque de perfecta operatione veſtra Angelis fiat gaudium in cælis. Sic vos in adjutorio ſupradicti reverendiſſimi fratris & coepiſcopi noſtri, & ſervorum Dei, quos illuc miſimus, in converſione gentis veſtræ devote ac totis viribus exhibete, ut & hic feliciter cum glorioſo filio noſtro conjuge veſtro regnetis, & poſt longa annorum tempora futuræ quoque vitæ gaudia, quæ finem habere neſciunt, capiatis. Oramus autem omnipotentem Deum, ut gloriæ veſtræ cor & ad operanda quæ diximus gratiæ ſuæ igne ſuccendat, & æternæ mercedis fructum vobis de placita ſibi operatione concedat.* Iſta ad Reginam Anglorum Gregorius.

Quod autem in litteris ad Regem datis monuerat eum ut idolorum templa deſtrueret: hæc, ut ſibi viſus eſt, in melius correxit, ſcribens ad Mellitum Abbatem his verbis (a):

(a) Apud Bed. l. 1. hiſt. Angl. c. 30. & Greg. l. 9. ep. 71.

*Dilectiſſimo filio Mellito Abbati Gregorius ſervus ſervorum Dei.*

XXII. Gregorius mutat ſententiam de templis idolorum.

*Poſt diſceſſum congregationis noſtræ, quæ tecum eſt, valde ſumus ſuſpenſi redditi, quia nil de proſperitate veſtri itineris audiſſe nos contigit. Cum vero vos Deus omnipotens ad reverendiſſimum virum fratrem noſtrum Auguſtinum coepiſcopum perduxerit, dicite, ei quod diu mecum de cauſa Anglorum cogitans tractavi: videlicet quia fana idolorum deſtrui in eadem gente minime debeant, ſed ipſa quæ in eis ſunt idola deſtruantur. Aqua benedicta fiat, in iiſdem famis aſpergatur, altaria deſtruantur, reliquiæ ponantur. Quia ſi fana eadem bene conſtructa ſunt, neceſſe eſt ut a cultu dæmonum in obſequium veri Dei debeant commutari: ut dum gens ipſa eadem fana ſua non videt deſtrui, de corde errorem deponat, & Deum verum cognoſcens & adorans, ad loca quæ conſuevit, familiarius concurrat. Et quia boves ſolent in ſacrificio dæmonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua ſolemnitas immutari, ut die dedicationis vel natalitio ſanctorum martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula ſibi circa eaſdem eccleſias, quæ ex fanis commutatæ ſunt, de ramis arborum faciant, & religioſis conviviis ſolemnitatem celebrent, nec diabolo jam animalia immolent, ſed ad laudem Dei in eſu ſuo animalia occidant, & donatori omnium de ſatietate ſua gratias referant: ut dum eis aliqua exterius gaudia reſervantur, ad interiora gaudia conſentire facilius valeant: nam duris mentibus ſimul omnia abſcindere, impoſſibile, eſſe non dubium eſt. Quia is qui locum ſummum aſcendere nititur, neceſſe eſt ut gradibus, vel paſſibus, non autem ſaltibus elevetur. Sic Iſraelitico populo in Ægypto Dominus ſe quidem innotuit,*

Ritus gentilicii ad pietatem convertendi.

*ſed*

PAGIUS *copos nullam tibi auctoritatem tribuimus: quia ab antiquis Pradeceſſorum meorum temporibus, Pallium Arelatenſis Epiſcopus accepit, quem nos privare auctoritate percepta minime debemus.* Cum Pallio igitur conjuncta tum erat dignitas Vicarii Apoſtolicæ Sedis, quam adimere Arelatenſi Epiſcopo noluit Gregorius. Porro Privilegium illud perſonale tantum fuit, non vero perpetuum, ut manifeſte colligitur ex Epiſtola Gregorii ad Auguſtinum, quam ex Beda lib. 1. cap. 29. recitat Baronius; cum præterea conſtet, Cantuarienſes Archiepiſcopos nonniſi diu poſt iſta tempora factos fuiſſe Vicarios Romani Pontificis, ita ut Eccleſiæ illius Epiſcopus diceretur Legatus natus Sedis Apoſtolicæ. Ita Baluſius V. C. in ſupplemento lib. 5. de Concordia Sacerdotii & Imperii cap. 42. num. 9. juxta ea quæ habet Marca lib. 6. cap. 7. num. 3. ubi Præſul doctiſſimus ait, ævo Divi Gregorii invaluiſſe, ut Romanus Pontifex Pallio ornaret Metropolitanos quibus vices ſuas in Provinciis committebat, uti Archiepiſcopum Theſſalonicenſem, & Juſtinianæ primæ ſive Bulgariæ Metropolitam; & in Galliis, Arelatenſem. Verum de uſu Pallii temporibus, in quibus verſamur, non eſt una conſtanſque omnium ſententia, ut videre eſt apud Garnerium loco laudato ad Notas capitis 4. Sufficiat hic obſervare Epiſcopos Britanniæ Auguſtino a Gregorio ſubiici his verbis, quæ leguntur in fine ſeptimi reſponſi: *Britanniarum vero omnes Epiſcopos tuæ Fraternitati committimus.*



*ſed tamen eis ſacrificiorum uſus, quos diabolo ſolebant exhibere, in cultu proprio reſervavit, ut eis in ſacrificio ſuo animalia immolare præciperet: quatenus cor mutantes, aliud de ſacrificio amitterent, aliud retinerent: ut etſi ipſa eſſent animalia quæ offerre conſueverant, verumtamen Deo hæc & non idolis immolantes, jam ſacrificia ipſa non eſſent. Hæc igitur dilectionem tuam prædicto fratri neceſſe eſt dicere, ut ipſe in præſenti illic poſitus perpendat, qualiter omnia debeat diſpenſare. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime fili. Data die decimaquinta Kalendarum Juliarum, imperante, &c. Indictione quarta.*

Quo pariter anno, cum per eoſdem quos Auguſtinus ad Gregorium miſerat, conſuluiſſet ipſum de nonnullis ad Epiſcopale officium pertinentibus in adminiſtratione Eccleſiæ Anglicanæ: Gregorius ad conſultationes ejus ſingulas reſpondens, decretalem epiſtolam ſcripſit, quæ licet ultimo loco epiſtolarum ejus ſit poſita, hic tamen eſt collocanda teſtificatione Bedæ, qui ipſam una cum aliis litteris quarta Indictione datam affirmat (a): tu eam prolixam nimis, ſi libet, conſule.

(a) Beda l. 1. hiſt. Angl. c. 27.

Tunc etiam poſt dies quinque, auctore Beda, apparet eumdem ſanctum Gregorium miſiſſe pallium ad ſanctum Auguſtinum, junctis, his litteris (b):

(b) Apud Bed. l. 1. hiſt. Angl. c. 29.

*Reverendiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Auguſtino coepiſcopo Gregorius ſervus ſervorum Dei.*

XXIII. Pallium mittit Greg. ad Auguſtinum, & Epiſcopatus deſignat.

*Cum certum ſit pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reſervari; nobis tamen eis neceſſe eſt honorum beneficia tribuere, ut ſpiritalis operis ſtudio ex remuneratione valeant multiplicius inſudare. Et quia nova Anglorum Eccleſia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, & te laborante, perducta eſt: uſum tibi pallii in ea ad ſola Miſſarum ſolemnia agenda concedimus: ita ut per loca ſingula, duodecim Epiſcopos ordines, qui tuæ ſubjaceant ditioni, quatenus Londonienſis civitatis Epiſcopus ſemper in poſterum a Synodo propria debeat conſecrari, atque honoris pallium ab hac ſancta & Apoſtolica, cui Deo auctore deſervio, ſede percipiat. Ad Eboracum vero civitatem te volumus Epiſcopum mittere, quem ipſe judicaveris ordinare: ita dumtaxat, ut ſi eadem civitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipſa quoque duodecim Epiſcopos ordinet, & Metropolitani honore perfruatur: quia ei quoque ſi vita comes fuerit, pallium tribuere, favente Domino, diſponimus, quem tamen tuæ fraternitatis volumus diſpoſitioni ſubjacere. Poſt obitum vero tuum, ita Epiſcopis, quos ordinaverit, præſit, ut Londonienſis Epiſcopi nullo modo ditioni ſubjaceat.*

*Sit vero inter Londonienſis & Eboracenſis civitatis Epiſcopos in poſterum honoris iſta diſtinctio, ut ipſe prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus. Communi autem conſilio, concordique actione, quæ ſunt pro Chriſti zelo agenda, diſponant unanimiter, recte ſentiant, & ea quæ ſenſerint, non ſibimet diſcrepando perficiant. Tua vero fraternitas non ſolum eos Epiſcopos quos ordinavit, neque eos tantummodo qui Eboraci per Epiſcopum fuerint ordinati, ſed etiam omnes Britanniæ ſacerdotes habeat, Deo Domino noſtro Jeſu Chriſto auctore, ſubiectos: quatenus ex lingua & vita tuæ ſanctitatis & recte credendi & bene vivendi normam percipiant, atque officium ſuum fide ac moribus exequentes, ad cæleſtia, cum Dominus voluerit, regna pertingant. Deus te incolumem cuſtodiat, reverendiſſime frater. Data die decima Kalendarum Juliarum, Mauritio &c. Indictione quarta.*

Quæ autem dona miſerit ſanctus Gregorius ad Auguſtinum per eos quos hoc anno in Angliam dimiſit, Beda recenſet his verbis (c): *Per eos generaliter univerſa quæ ad cultum erant ac miniſterium eccleſiæ neceſſaria miſit, vaſa videlicet ſacra, & veſtimenta altarium, ornamenta quoque eccleſiarum, & ſacerdotalia & clericalia indumenta, ſanctorum etiam Apoſtolorum ac Martyrum reliquias, necnon & codices plurimos; miſit etiam litteras, quibus ſignificat ſe ei pallium direxiſſe, &c.* Quid autem, ubi hæc omnia Auguſtinus accepiſſet, fecerit ab eodem Beda, audi, cum ait (d):

(c) Beda l. 1. hiſt. Angl. c. 29.

(d) Beda l. 1. c. 33.

XXIV.

*At Auguſtinus ubi in regia civitate ſedem Epiſcopalem (ut prædiximus) accepit: recuperavit in ea, regio fultus adminiculo, eccleſiam, quam ibi Romanorum antiquorum fideli opere factam fuiſſe didicerat, & eam in nomine ſancti Salvatoris Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſacravit, atque ibidem ſibi habitationem ſtatuit & cunctis ſucceſſoribus ſuis. Fecit autem monaſterium non longe ab ipſa civitate ad Orientem, in quo ejus hortatu Edilberthus eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli a fundamentis conſtruxit ac diverſis donis ditavit, in qua & ipſius Auguſtini & omnium Epiſcoporum Dorovernenſium ſimul & Regum Cantii poni corpora poſſent: quam tamen eccleſiam non ipſe Auguſtinus, ſed ſucceſſor ejus Laurentius conſecravit. Primus autem ejus monaſterii Abbas Petrus presbyter fuit, qui legatus in Galliam miſſus, demerſus eſt in ſinu maris qui vocatur Amplear, & ab incolis loci ignobiliter traditur ſepulturæ. Sed omnipotens Deus, ut qualis meriti vir fuerit, demonſtraret, omni nocte ſupra ſepulcrum ejus lux cæleſtis apparuit: donec animadvertentes*

Aug. Eccleſ. reſtituit & monaſterium ædificat.

*vicini qui videbant, ſanctum fuiſſe virum qui ibi eſſent ſepultus, & inveſtigantes unde & quis eſſet, abſtulerunt corpus, & in Bolonia * civitate juxta honorem tanto viro congruum in eccleſia poſuerunt.* Hæc de Petro, quem monachum hoc anno cum Laurentio & aliis a Gregorio Papa miſſum eſſe in Angliam, habent ipſius Gregorii litteræ ad Aldibergam Reginam ſuperius recitatæ. Hæc ſunt cunabula Eccleſiæ Anglicanæ.

* Bononia

XXV. (*a*) *Greg. l.9. ep.61. Ind.4.* Reſpondet Greg. ad conſultationem Hibernorum.

Fuit etiam hoc anno Gregorio (*a*) cum Hibernis agendum, quod ipſum conſuluiſſent ejus inſulæ Epiſcopi, quid de Neſtorianis agendum eſſet redeuntibus ad Eccleſiam, num denuo baptizandi? Reſpondit quidem ex antiquæ Eccleſiæ Catholicæ inſtituto, non eſſe rebaptizandos qui in nomine ſanctæ Trinitatis baptizati ſunt; hincque fieri, ut neque Eutychianos, neque Neſtorianos, immo nec Arianos Eccleſia Catholica rebaptizet, quos ſciret in nomine Trinitatis ab ipſis eſſe baptizatos, ſecus autem de Montaniſtis atque Bonoſianis, quos non baptizare in nomine Trinitatis certum eſſet: differre autem in ritibus Orientalem ab occidentali Eccleſia, dum iſta per manuum impoſitionem dumtaxat ejuſmodi recipere in Eccleſiam pœnitentes conſueverit, Orientales vero eoſdem per chriſmatis ſuſcipiant unctionem. Porro hos, de quibus agitur, Neſtorianos cum fidei Catholicæ profeſſione eſſe recipiendos cum jubeat, eoſdemque perfecte edocendos incarnationis myſterium præcipiat: ipſe eadem epiſtola catecheſim perfectam apponit, qua populi inſtruantur. Iſta Gregorius lecto decumbens, & doloribus (ut vidiſti) vexatus aſſidue, atque inter barbarorum gladios in Italiam ac Siciliam evaginatos, quibus in primis precibus occurrendum putavit. Et quidem quod Sclavini (ut cœperant) non influxerint in Occidentales oras, Italiam, atque Siciliam, non armorum vis, ſed preces interceſſerant. Audi, rogo, quid hoc anno ipſe de his ſcribat ad Siciliæ Epiſcopos omnes circulari epiſtola (*b*):

(*b*) *Greg. l.9. ep.45. Ind. 4.*

XXVI. *Super afflictiones & gemitus, quos annoſa hic continuatione de hoſtibus ſuſtinemus, major nos metus excruciat, quod inimicos noſtros omni adniſu ad Siciliæ invaſionem cognoſcimus feſtinare. Sed ne hæc illis molientibus proſperitatem multitudo noſtrorum præbeat peccatorum, toto nos corde ad Redemptoris noſtri remedia conferamus; & quibus reſiſtere virtute non poſſumus, lacrymis obviemus. Nam quid vobis cavendum, quidve ſit vehementius formidandum, ex iſtius provinciæ debetis deſolatione colligere. Itaque hortor, fratres cariſſimi, ut omni hebdomada, quarta & ſexta feria litaniam inexcuſabiliter indicatis, & contra barbaricæ crudelitatis incurſus ſupernæ protectionis auxilium imploretis. Sed ut ad aures Dei viam precibus faciatis vigilantius ſtudendum eſt, ut voces actibus adjuventur. Nam inanis ſit oratio, ubi prava eſt actio. Quia igitur quanto immane cernitis imminere periculum, tanto ſimul omnes in fletu debetis & gemitu occupari, filios veſtros a ſæculi perverſitate, ſacerdotali quamprimum adhortatione compeſcite. Diſcant injuſta contemnere, & quæ Deo placita ſunt, amare: ut illos poſſitis habere ad impetrandam divinæ miſericordiæ gratiam adjutores. Ne ſi neglexeritis, actio eorum preces orationum ſuperet, & ſævientis inimici gladius (quod abſit) reſecet, quos monentis verba non corrigunt. Deus autem noſter juſtus & pius eſt, & ſicut perſeverantibus in pravitate diſtrictus eſt, ita converſis miſericors. Ad ipſum ergo tota mente contriti cordis ejulatione curramus, ab ipſo ereptionis noſtræ ſolatia poſtulemus. Quoniam benignus & mitis eſt, ſi nos a malis noſtris emendatos ſua viderit mandata diligere, & hic nos potens eſt ab hoſte defendere, & in futuro æterna nobis gaudia præparare.* Hactenus litaniarum indictio ob imminentia ibi pericula. Profuiſſe quidem remedia iſta declaravit eventus; cum certum ſit, nullam hoſtium paſſam eſſe incurſionem Siciliam, & inacceſſam Sclavinis remanſiſſe Italiam. Iſta quidem Gregorius tunc potentior, cum gravius infirmatur.

Litanias faciendas ad Barb. vitandos monet.

At ægrotans ipſe Gregorius, ægrotantium quam exactiſſimam curam geſſit: teſtantur id ipſius litteræ ad Marinianum Ravennatem Epiſcopum, quem antea ſuum

PAGIUS X. *S. Gregorius ſcribit ad Hiberos de baptiſmo ab hæreticis collato.*

Ad num. XXV. & ſeq. Epiſtola LXI. Libri IX. Regiſtri Gregoriani Indict. IV. data eſt *Quirico Epiſcopo, & cæteris Epiſcopis in Hibernia Catholicis.* Marca tamen in Appendice ad Concilium Claromontanum ſub Urbano II. de hoc titulo ita loquitur: *Gregorii Epiſtolæ inſcriptionem ad Hiberniæ Epiſcopos emendandam duxi, Iberiam ſubſtituendo, tum quod inquiſitio de Neſtorianis facta ſatis docet de Orientis partibus agi, in quibus ſolis hæreſis illa vigebat: tum quod initio Epiſtolæ annotat Gregorius, Legatum Epiſcoporum Romam ſe conferentem, in Hieroſolymorum Urbe Epiſtolas cum aliis rebus perdidiſſe: quod de Hibernis in ultimo Occidente poſitis, nonniſi abſurdiſſime dici poteſt, quemadmodum Iberis in finibus Ponti ſitis & fidem Chriſtianam ab ipſa Conſtantini ætate amplexis apprime congruit. Neſtorianos ergo per ſolam fidei Profeſſionem recipiendos conſultationi reſpondens dicit Gregorius, neque baptiſmo iterato, neque manu impoſita, vel chriſmate collato. Et ille quidem traditionem Patrum laudat, quæ ritum alium erga Neſtorianos non adhibendum docebat.* His addit Guſſanvillæus in Notis ad eam Epiſtolam, non deeſſe manuſcriptos Codices, qui lectionem hanc confirment, Thuaneum, qui in Indice Epiſtolarum ha-



ſuum monachum, poſtea factum Epiſcopum licet ſæpe redarguerit avaritiæ & negligentiæ, blanditur illi tamen cum ſcivit ægrotum eſſe, Romamque ad ſe vocat, ut curari melius poſſit, eumque laudibus ornat, ac ſi ſanctiſſimus eſſet. Quibus diſcamus quantum ſit ægrotis compatiendum atque præſtandum. Sed accipe epiſtolam (*a*) ipſam, quam admireris:

(*a*) *Greg. l.9. ep.28. Ind.4.*

*Venientes quidam Ravennates homines graviſſimo mœrore me percuſſerunt, quia fraternitatem tuam de vomitu ſanguinis retulerunt ægrotare. Ex qua re ſolicite & ſingillatim eos quos hic doctos lectione novimus medicos fecimus inquiri, & quid ſinguli ſenſerint, quidve dictaverint, ſanctitati veſtræ ſcriptum tranſmiſimus: qui tamen quietem & ſilentium præ omnibus dictant: quam ſi tua fraternitas in ſua Eccleſia poſſit habere, valde ſum dubius. Et ideo videtur mihi, ut ordinata illic Eccleſia, vel qui Miſſarum ſolemnia explere valeant, vel qui Epiſcopii curam gerere, hoſpitalitatemque & ſuſceptiones poſſint exhibere, quive monaſteriis cuſtodiendis præeſſe norint, tua fraternitas ad me ante æſtivum tempus debeat venire: ut ægritudinis tuæ ego ſpecialiter, in quantum valeo, curam geram, quietem tuam cuſtodiam: quia huic ægritudini æſtiuum tempus medici vehementer dicunt periculoſum, & valde pertimeſco, ne ſi curas aliquas cum adverſitate temporis habueris, amplius ex eadem moleſtia pericliteris.*

*Ego enim ipſe valde ſum debilis: & omnino valde eſt utile, ut cum Dei gratia ſanus ad tuam redeas Eccleſiam; aut certe ſi vocandus es inter tuorum manus voceris: & ego qui me proximum morti video, ſi me omnipotens ante te vocare Deus voluerit, inter tuas manus tranſire debeam. Si autem qualitas temporis ad veniendum præpedierit, aliquo parvo remedio * dato, apud Agonem agi poteſt, ut ipſe vobiſcum hominem ſuum uſque Romam tranſmittat. Si autem eadem ægritudine gravari te ſentis, & venire diſponis, cum paucis tibi veniendum eſt: quia mecum in Epiſcopio maneus, quotidiana obſequia de hac Eccleſia habebis. Propterea nec hortor, nec admoneo, ſed diſtricte præcipio, ut jejunare minime præſumas: quia dicunt medici huic moleſtiæ valde eſſe contrarium: niſi forte ſi grandis ſolemnitas exigit, quinque in anno vicibus concedo. Sed & a vigiliis quoque temperandum eſt, & preces quæ ſuper cæreum in Ravennate civitate dici ſolent, vel expoſitiones Evangelii, quæ circa Paſchalem ſolemnitatem a ſacerdotibus fiunt, per alium dicantur: & tua dilectio contra virtutem laborem ſibi minime imponat. Hæc autem dixi, ut ſi te melius ſenſeris, & venire diſtuleris, ſcias quid debeas ex meo mandato cuſtodire.* Hæc ad Marinianum Gregorius.

* præmio

Quid autem de Mariniano ſit actum, ſi cupis ſcire; ex ejuſdem Gregorii litteris poſt biennium datis, nempe indictione ſexta, aliquanto eum ſe melius habuiſſe cognoſces, atque Ravennæ manſiſſe: ad quem tunc iſta Gregorius (*b*).

(*b*) *Greg. l.11. ep.34. Ind.6. edit. Rom.*

*Multa nos, frater cariſſime, cogit infirmitas, ex quibus, ſi ſani eſſemus, jure reprehenſibiles videremur. Sed quia aliter ſubſiſtere in hoc fragili corpore poſiti non valemus, niſi ejus languoribus ſerviamus: erubeſcere quod imponit neceſſitas, non debemus. Et ideo quoniam eruptionem ſanguinis patientibus jejunia medici omnino dicunt eſſe contraria; his fraternitatem tuam hortamur affatibus, ut reducens ad animum ea quæ eſt ſolita de ægritudine ſuſtinere, jejunandi ſibi laborem minime imponat. Si autem Deo miſerante, adeo melioratam ſe eſſe, ac virtutem ſuam ſufficere poſſe cognoſcit; ſemel aut bis in hebdomada jejunare permittimus. Sed illud te præ omnibus ſtudere convenit, ut exaſperationem ſentire nullo modo debeas: ne ægritudo, quæ modo levior eſt & quaſi ſuſpenſa creditur, per exacerbationem poſtmodum gravior ſentiatur.* Hæc Gregorius: ex quibus intelligas, quanta ejus conſueverint eſſe jejunia, cui neque adeo ſano bis tantum in hebdomada jejunare, pro magna relaxatione concedit.

Jejunium temperatum quale.

XXVII. Qui res Ravennates ſunt proſecuti, Marinianum tradunt (*c*) perveniſſe uſque ad annum Redemptoris ſexenteſimum-ſextum, ſicque ſupervixiſſe Gregorio; atque ad ejus tumulum ejuſmodi inſcriptum fuiſſe epitaphium:

(*c*) *Ex Agnel. in vita ejus & Rub. l. 4.*

*San-*

PAGIUS habet, *Hiberia*, licet in ipſa Epiſtola habeatur *Hibernia*, Codicem Vaticanum num. 622. & Anſelmum Lucenſem in Collectione Can. lib. 8. cap. 24. ubi legitur, *Quirico Epiſcopo, & cæteris Hiberiæ Epiſcopis*. Verum ſive ea Epiſtola data ſit ad Epiſcopum *Hiberiæ* ſeu *Iberiæ* Regionis Aſiæ Colchidem inter & Albaniam, ſive ad Epiſcopum Hiberniæ, non dubito, quin legendum ſit, *Epiſcopis in Hiberia Catholicis*, quia, ut ſupra oſtendimus, Divi Gregorii tempore *Hiberni* vocabantur etiam *Hiberi*. Ex eo itaque titulo hæc difficultas dirimi non poteſt, & ratio tamen quam ex Epiſtola Marca deducit, non magis admittenda, quam ejus emendatio. Non diſſimilem quæſtionem agitatam, ſæculo prætérito refert Maldonatus Diſp. de baptiſmo quæſt. 4. *merito diſputatum eſt*, inquit, *a Viris doctis de baptiſmo Calviniſtarum, nec deſunt, qui putent non eſſe verum baptiſmum*. Tum utriuſque partis argumenta refert. Pro validitate tamen talis baptiſmi pronunciavit Pius V. ut notat ibidem Guſſanvillæus. Poſt Pium V. Syno-

*Sanctificis ſemper monitis memorande ſacerdos*
*Hoc poſitus tumulo Mariniane jaces.*
*Corpore defunctus, tamen eſt tua fama ſuperſtes:*
*Artus obit terris, lux tua facta tenet.*
*Mœnibus his veniens Romana Antiſtes ab urbe,*
*Tutaſti precibus ſancte Ravennatium.*
*Cuncta ſalutifere diſponens tempora ſæcli,*
*Te pius in populo, Chriſto regente, dedit.*
*Quod tamen his templis meruiſſet ſumere buſta,*
*Te placuiſſe Deo tanta ſepulcra probant.*
*Utque vices cujus geſſiſti rite ſacerdos,*
*Ipſius inque locis ſit tibi cauſa quies.*

XXVIII. Quem igitur pro ſanitate corporis alterius adeo ſolicitum vidiſti, pro ſalute animæ quantum fuerit Gregorius anxius, videre eſt in eo, quod hoc eodem anno contigit de viro illo clariſſimo Venantio Patricio, ſed ex monacho, quem ad meliorem frugem & ad priſtinam vitam repetendam anno primo ſui Pontificatus litteris (*a*) fruſtra fuerat cohortatus: hunc enim cum audiſſet ab ejus filiabus clariſſimis feminis Antonia atque Barbara ad mortem ægrotare, valde de ipſius animæ ſalute ſolicitus ad Joannem Epiſcopum Syracuſanum de eo ita ſcribit (*b*): *Veſtra igitur ſanctitas primam quam decet curam negligere non debet, ut de anima ejus cogitare debeat, exhortando, rogando, Dei terribile judicium proponendo, ineffabilem ejus miſericordiam promittendo, ut ad habitum ſuum redire vel in extremis debeat: ne ei tantæ culpæ reatus in æterno judicio obſiſtat.* Vult eumdem Epiſcopum gerere curam filiarum, ejus atque bonorum, quæ Fiſci nomine potuiſſent periclitari. Erant ipſæ neptes Ruſticianæ Patriciæ degentis Conſtantinopoli, de qua ſæpe ſuperius, ut apparet ex litteris (*c*) ad eam poſtea datis. Ad has vero conſolatorias S. Gregorius litteras dedit de ægritudine patris, quæ extant (*d*):

(*a*) Greg. l. 1. ep. 33. Ind. 9.
De Venantii Patricii anima ſolicitus Greg.
(*b*) Greg. l. 9. ep. 31. Ind. 4.
(*c*) Greg. l. 11. ep. 24. Ind. 6.
(*d*) Greg. l. 9. ep. 30. Ind. 4.

Defuncto autem ipſarum parente Venantio, has Romam redire habuiſſe in animo, ad quod explendum ſanctus Gregorius eas hortatus eſt ex ejus litteris ad finem Indictionis hujus datis apparet, in quibus & iſta leguntur (*e*): *Quod autem ad beati Petri Apoſtolorum Principis limina feſtinare vos dicitis, opto nimis & æſtuanti animi deſiderio expecto, ut dignis meritis junctas vos in ejus Eccleſia videam: quatenus & vos de me ſolamen aliquantulum, & ego de veſtri præſentia non parvam lætitiam acquiram. Viro autem reverendiſſimo fratri meo Epiſcopo Joanni & Romano Defenſori cauſas veſtras ſtudui commendare, ut quæ cœperunt, Deo auctore, debeant perficere. Xenium autem veſtrum, duas racanas, quas de labore veſtro eſſe mandaſtis, libenter accepi. Sed tamen cognoſcite quia non mihi mandatum credidi: nam vos de de labore alieno laudem quæritis, quæ fortaſſe adhuc ad fuſum manum numquam miſiſtis. Nec tamen me res iſta contriſtat: quia opto ut ſanctam Scripturam legere ametis: ut quandiu vos omnipotens Deus viris conjunxerit, ſciatis qualiter vivere, & domum veſtram qualiter diſponere debeatis.* Hæc ipſæ ad eas virgines ſibi affinitate conjunctas.

(*e*) Greg. l. 9. ep. 75. Ind. 4.

XXIX. Romanum Concilium.

Quod autem ad publica negotia ſpectat: hoc eodem anno Gregorius Romæ Concilium habuit, in quo inter alia damna-

PAGIUS nodus Ebroicenſis anno MDLXXVI. quæ refertur inter Decreta Eccleſiæ Gallicanæ per Ludovicum Bochellum collecta, Concilium Rotomagenſe anno MDLXXXI. & Aquenſe anno MDLXXXVI. idem declararunt.

XI. *Concilium Romanum III. ſub S. Gregorio.*

Ad num. XXIX. Concilium *Romanum* III. pertinet ad præcedentem Chriſti annum. In eo damnatus *Andreas* Græcus homo ſub monachali habitu degens apud Baſilicam Sancti Pauli, quod detectus eſſet impoſtor atque falſarius, ut liquet ex Epiſt. LXIX. libri IX. Regiſtri Gregoriani Indict. IV. ac præterea conceſſa eſt teſtandi facultas *Probo* Abbati Monaſterii Sancti Andreæ a Divo Gregorio Papa conſtructi, nuncque a Monachis Camaldulenſibus inhabitati. Hujus Concilii Romani Acta ad nos non pervenere; Sed qui in eo errores damnati fuerint, intelligere poſſumus ex Bibliotheca Photii Cod. CLXII. cujus titulus eſt: *Euſebii Epiſcopi contra Andream quendam libri X.* Tum: *lecti ſunt*, inquit Photius, *Euſebii cujuſdam, ut dignitate Epiſcopi, ſic & fide Orthodoxi, decem libri adverſus Andream quendam incluſum, qui horum illi ſcribendorum cauſam dedit*, &c. Hæreticam dein illius ſententiam pluribus refellere aggreditur Erat enim ille ex eorum numero, qui ab improba, quam tenebant opinione, Aphthartodocetæ ſunt dicti. Erant hi *Incorruptionis* aſſertores, de quorum hæreſis initio locuti ſumus anno DXIX. num. XVIII. qui contendebant, Corpus Chriſti eſſe incorruptibile. Andreas per literas monitus ab Euſebio, (quem ex Epiſtola LXIX. lib noni Regiſtri Gregoriani, recitata a Baronio, Theſſalonicenſem Epiſcopum fuiſſe liquet) non ſolum errorem non emendavit; ſed *in ſiniſtram inclinavit, & deteriora arripuit. Alterum enim mox librum ſcripſit, quo planius ea, quæ prius aſſeruerat, & (ut arbitratur) demonſtratione quadam aſtruit. In quem librum decem hos pius ille Euſebius conſcripſit.* Quatuor Andreæ errores erant. I. Corruptionis vocabulum ſoli peccato congruere. II. Corpus Chriſti ex ipſa cum Verbo conjunctione immortale, impatibile & incorruptibile factum eſſe. III. Adami corpus ante lapſum non fuiſſe natura mortale & corruptibile. IV. Mundum incorruptibilem eſſe, & interitus expertem. Refert enim Photius Andream multa Sanctorum Patrum dicta



mnatus eſt Andreas Græcus homo ſub monachali habitu degens apud baſilicam S. Pauli, detectus impoſtor atque falſarius; de quo ſcribit pariter ipſe Gregorius ad Euſebium Theſſalonicæ Epiſcopum verbis iſtis (*a*): *Lator præſentium Theodorus Eccleſiæ veſtræ lector ad ſanctorum Apoſtolorum limina veniens, dum omnes (homo quippe novus) haberet incognitos, Andreæ monacho, qui ad ſanctum Paulum incluſus fuerat, res & chartas quas detulit, ut re vera olim noto, innocenter depoſuit, credens quidem, quod mens ipſius, ſicut & nos ante habueramus, cum habitu concordaret. Sed tantæ ille pravitatis inventus eſt, ut ſi ejus ſtultitiæ ſub incluſionis ſuæ ſpecie paulo adhuc amplius licuiſſet, multorum animas malitiæ ſuæ falſitate deciperet, & quæcumque potuiſſet, non levia ſcandala generaret.*

(*a*) Greg. l. 9. ep. 69. Ind. 4.
Andreas impoſtor & falſarius.

*Nam inter alia quæ idem Andreas peſſime cogitavit & fecit, eam quoque quam ad nos miſiſtis, dum apud ipſum a præfato latore eſſet depoſita, ita falſavit epiſtolam, ut quicumque eam legeret, vos nec Catholica nec recta ſapere evidenter argueret. Ex qua re contigit, ut dum veritatem ſtudioſe quæreremus, ejus quæ latebat iniquitas vulgaretur: & tanta in eo reperta ſunt, quanta nec de ſcelerato quocumque laico crederentur. Et quia inter diverſa mala aliquos etiam ſermones ſcripſit, atque eos ex noſtro nomine titulavit, & ſuſpicati * ſumus ne eos alicubi tranſmiſerit: fraternitas veſtra ſolicitudinem gerat, & ſi quid tale repererit, eos & exſcindi & omnino faciat aboleri: ut quod imperitus litterarum & Scripturæ divinæ neſcius, noſtro (ſicut diximus) nomine prænotavit, quorumdam ani-*

* ſuſpecti

PAGIUS dicta adulterata, vi in ſuam detorſiſſe ſententiam, erroremque ſuum ex illis, *ut ſibi quidem perſuaſit*, confirmaſſe, ac denique hæreticorum dicta quædam compilaſſe, eaque Sanctis Patribus attribuere auſum eſſe. Euſebius pluribus hunc Andreæ Monachi incluſi, ut etiam eum Sanctus Gregorius in Epiſtola laudata appellat, errorem refellit, & controverſiam de *Corruptibili* & *Incorruptibili* egregie explicat. Quare epitome decem Librorum Euſebii in Collectionem Conciliorum transferri debet, non minus, quam Epiſtola Divi Gregorii, qui hujus falſarii in Concilio Romano damnati ob errores in ea epitome contentos, meminit.

XII. *Epocha hujus Concilii.*

Celebratum porro Concilium iſtud menſe Novembri anni Chriſti ſuperioris, ideoque tertium ordine Romanum dicendum eſt, non quartum, ut huc uſque ab omnibus Conciliorum Collectoribus perperam appellatum. Epiſtolæ enim XXII. ejuſdem libri datæ *Probo Abbati Monaſterii Sancti Andreæ*, ut habet titulus, initium eſt: *In nomine Domini Dei noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti, imperantibus Domno Mauricio, & Tiberio Auguſtis, anno Incarnationis Dominicæ ſexcenteſimo primo, eodemque Domno undecies Conſule, ſub die tertio Nonarum Octobrium, præſidente Beatiſſimo & Apoſtolico Papa Gregorio, atque conſidentibus Reverendiſſimis Menna Epiſcopo Teleſino*, &c. ac paulo poſt recitatus ſupplex libellus Probi, his verbis inchoatus: *In nomine Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti imperante Domno Mauricio Tiberio piiſſimo Auguſto, die III. Kal. Octob. Indict. IV.* In hoc Concilio eidem Probo adjudicatur quod poſtularat, teſtandi ſcilicet facultas. Additur in fine Decreti, *dat. menſe Novembris indictione IV.* Quare cum tam menſe Octobris, quam menſe Novembris præcedentis Chriſti anni indictio quarta in curſu fuerit, apparet, Concilium iſtud ad eum Chriſti annum pertinere, qui erat Mauricii Imperatoris XIX. Conſulatus vero ejus XVII. ſecundum modum loquendi Victorianum, quem ſolum Gregorius in ſuis Epiſtolis adhibuit. Verum enim vero aliqua a quopiam ſciolo huic Epiſtolæ XXII. adjecta, quæ inter ſe pugnant. Primo hæc inſcriptio: *Gregorius Probo Abbati Monaſterii Sancti Andreæ*, deeſt in omnibus antiquis Codicibus MSS. Bibliothecæ Regiæ, Colbertinæ, & in quatuor Vaticanæ. Secundo Codex quidem MS. 1065. Colbertinus non differt ab editis quoad initium illius Epiſtolæ mox recitatum, ſed in quatuor aliis Epiſtola ab his verbis incipit: *præſidente Beatiſſimo & Apoſtolico Papa Gregorio*, &c. Neque dubito, quin antecedentia verba addititia ſint potius quam corrupta; cum *Tiberius* nunquam cum Mauricio patre imperaverit, nec Sanctus *Gregorius*, nec ejus Deceſſores, Era Incarnationis uſi fuerint, & Conſulatus XI. Mauricii cum Indictione IV. nullo pacto copulari poſſit. Præterquamquod anno elapſo currebat annus Incarnationis DC. & veriſimile non eſt, Auctorem illius additamenti adhibuiſſe Eram Dionyſianam a Piſanis adoptatam, quæ uno anno vulgarem ac communem præcedit.

XIII. *Characteres Chronologici Concilio Romano III. inſerti.*

Hæc tamen interpolatio non ſolum antiqua, ſed etiam vires acquiſivit eundo; extat enim in variis Codicibus MSS. cum ipſo Imperii Mauriciani anno, qui non legitur in exemplaribus editis. In Codice Colbertino 726. Epiſtola his verbis incipit: *In nomine Domini & Salvatoris noſtri J. C. Imperantibus Domno Mauricio Tiberio PP. Aug. anno XIII. eodemque Domino Conſ. anno undecimo, ſub die III. Nonas Octob. Indictione IV. præſidente*, &c. Idem habetur in Codice Colbertino 135. niſi quod loco, *Indict. IV.* ſcriptum eſt, *Indict. III.* In Codice Monaſterii Floriacenſis, qui nunc extat in Bibliotheca Regia initium Epiſtolæ eſt: *In nomine Domini Dei & Salvatoris N. J. C. imperante Domino Mauricio Tiberio Auguſto anno XIII. eodemque Domino Conſ. anno XI. ſub die III. Non. Octob. Indict. IV.* Idem legitur in uno Codice Vaticano, ſed in alio annus Imperii & Conſulatus variatur, & exaratum eſt, *anno XIV. ejuſdem Domni noſtri, Conſulatus anno XIII.* Denique integra Epiſtola deeſt in Codice Colbertino 1052. Ex quibus patet, quanta circumſpectio conſideratioque in uſu Manuſcriptorum adhibenda ſit, & ex temporariis notis in Codicibus, vel editis, vel manu exaratis, in hac Epiſtola expreſſis ſolam Indictionis & menſium notam in certam rei geſtæ notitiam nos perducere poſſe.

XIV. *Mauricius unicum Conſulatum geſſit.*

Onuphrius in Faſtis, qui initium hujus Epiſtolæ mendoſum eſſe vel interpolatum non animadverterat, eo innixus non ſolum eam hoc anno datam arbitratus eſt, ſed etiam *Mauricium* anno DXCII. ſecundum Conſulatum geſſiſſe; (quam in rem Faſtos Græcos citat), & præſenti anno undecimum Conſulatum iniiſſe; cum tamen, ſi ejus opinio vera eſſet, *Mauricius*

*animos non poſſit inficere. Nam nos nec Græcum novimus nec alquod opus aliquando Græce conſcripſimus. Alia vero mala ipſius, vel quid de eo a nobis in Concilio ſtatutum ſit, antedicti portitoris, quem fraternitati veſtræ in omnibus commendamus, quia præſens inventus eſt, relatione cognoſcetis.* Hæc de impoſtore cognito, & in Concilio damnato Gregorius. Quas vero nefandus homo de ſuis ſceleribus pœnas dederit, cum non ſcribat, nobis incertum: certi tamen reddi poſſumus, minime ipſum effugiſſe eas, quibus affici hoc anno Gregorius mandavit Hilarium ſubdiaconum, qui calumniatus fuerat Joannem diaconum, de quo ad Anthemium iſta ſcribit (*a*):

(a) Greg. l. 9. ep. 66. Ind. 4.

*Quia ergo tantæ nequitiæ malum ſine digna non debet ultione tranſire, ſupraſcriptum fratrem noſtrum Paſchaſium volumus admoneri, ut eumdem Hilarium prius ſubdiaconatus, quo indignus fungitur, privet officio, atque verberibus publice caſtigatum faciat in exilium deportari, ut unius pœna multorum poſſit eſſe correctio.* Si hanc in calumniatorem ſubdiaconum hoc anno ſeveritatem exhibuit, quantam oportuit exercuiſſe in talem falſarium, calumniatorem, & impoſtorem? Reperitur hoc quoque anno Gregorius dediſſe litteras (*b*) de inquirendis atque ſevere puniendis incantatoribus ac ſortilegis.

(b) Greg. l. 9. ep. 47. Ind. 4.

Sicut vero adverſus impios atque ſceleſtos homines ſanctiſſimi viri zelus exarſit, ita e contra eos quos munus ſuum novit religioſe explere, fovit, & ſuis pene viſceribus clauſit. Videas hæc ex ipſius litteris (*c*) ad Bonum Abbatem cœnobii Lerinenſis antiquitus fœcunditate ſanctorum conſpicui. Iſte namque relaxatam a prædeceſſore monaſticam obſervantiam fibulis diſciplinæ reſtrinxit. Quem ipſe Gregorius, de perſeverantiæ bono ſolicitus, ut perſeveret admonens ſalutaria monita impertitur.

(c) Greg. l. 9. ep. 8. Ind. 4.

Quod igitur ad dictum Concilium rurſus pertinet, ibidem Probo Abbati data eſt a S. Gregorio teſtandi facultas de iis bonis, quæ ante ſuſceptum monaſticum habitum habebat. Extant de iis Acta publica (*d*) die & Conſ. conſignata, annoque in primis adventus Domini, his verbis: *Imperantibus domno Mauritio & Tiberio AA. anno incarnationis Dominicæ ſexcenteſimoprimo, eodemque domno undecies Conſule, ſub die tertio Nonar. Octobrium, præſidente beatiſſimo & Apoſtolico Papa Gregorio, &c.* Tu reliqua Acta conſulas. Tanti namque momenti æſtimabatur facultatem teſtandi dare monacho, etiam de bonis ante ingreſſum monaſterii acquiſitis, ut id Gregorius facere noluerit, niſi in Synodum convocatis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteris & diaconis Cardinalibus, & Epiſcopis qui in Urbe tunc erant. Hactenus de rebus geſtis S. Gregorii anni hujus, cum prætermittamus alia plura quæ idem Gregorius hoc anno de privatis negotiis ad diverſos ſcripſit, ne faſtidium lector ſentiat quem iſta cupientem ad ipſum

(d) Greg. l. 9. ep. 22. Ind. 4.

PAGIUS *cius* hoc anno decimum tantum Conſulatum capeſſiiſſet. Verum, ut jam in Diſſertatione Hypatica demonſtravi, Conſulatus perpetuus, qualis fuit Mauricii, non iterabatur. Præterea Faſti Siculi, ut tunc vocabatur Chronicon Alexandrinum, Onuphrio non favent; etenim ſub Indictione V. annoque Mauricii XX. poſt ejuſdem Conſulatum XVIII. habent: *Secundo Conſulatu ejuſdem religioſiſſimi Principis noſtri, Novembri menſe ejuſdem Indictionis* (nempe V.) *Phocas cum exercitu contra Mauricium ſeditionem movit.* Quare Conſulatus ille ſecundus in annum ſequentem incideret. Verum locus ille corruptus eſt, Conſulatuſque ille II. addititius. Mirum porro Ducangium in notis ad Chronicon Alexandrinum, ſeu ut ipſe appellat, *Chronicon Paſchale*, in errorem a me in laudata Differt. penitus profligatum incidiſſe, licet eam legerit.

XV. *Epocha Concilii Romani III ex Indictione & Menſe ſolum deducenda.*

In eadem Diſſertatione hanc Epiſtolam, ideoque & hoc Romanum Concilium, ſuo anno primus reddidi, meamque ſententiam tam Indictione IV. cum menſe Octobri copulata, quam anno Incarnationis DCI. prout a quibuſdam etiam in Italia alias anticipabatur, confirmavi, quia videlicet, nec tunc manuſcripta videram, neque locus ibi erat examinandi, an Divus Gregorius Eram Incarnationis aliquando uſurpaſſet. Nihilominus Papebrocius V. C. tacens ſe hujus difficultatis ſolutionem a me accipere, in Paralipomenis in Conatum ad Catalogos Pontificum, ultima pagina Tomi 7. Sanctorum menſis Maji, de Baronio, Onuphrio, ac de me loquens ait: *ego exiſtimo & hos* (nempe Baronium & Onuphrium) *& illum* [nempe me] *hallucinatos, ſi crediderunt actum iſtum Gregoriano Regiſtro ab initio inſertum fuiſſe; reclamante ſtylo totius Regiſtri; quod mere ac ſimpliciter eſt epiſtolare, nec ſimilem alium* (*quales tamen centenos ac centenos exercuit Gregorius*) *uſpiam habet admixtum Epiſtolis.* Sed cum actus iſte in omnibus Codicibus Gregorii tam editis, quam MSS. præterquam in uno ſolo a me laudato reperiatur, duæ illæ conjecturæ eo leviores, quo Epiſtola XLIV. Libri IV. ejuſdem Regiſtri, quia complectitur geſta ſecundæ Synodi Romanæ, habitæ ſub eodem Sancto Pontifice, exhibeat in fine ſubſcriptiones XXII. Epiſcoporum cum nominibus Civitatum in quibus ſederunt, ac præterea ſubſcriptiones triginta trium Presbyterorum, & totidem Eccleſiarum, quibus addicti erant, eaque Epiſtola his verbis exordiatur: *Regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto*, quam formulam a Divo Gregorio alibi uſurpatam non invenio. Ad hæc Epiſtola 56. Lib. 11. Indict. VI. continet varias leges a diverſis Imperatoribus ſancitas; cum tamen D. Gregorius in ſuis Epiſtolis leges citare ſolitus non ſit: adeo verum eſt, eum unum eundemque ſcribendi genus non ſemper ſectari. Quod vero



ipſum epiſtolarum codicem amandamus.

XXX. Hoc anno qui numeratur (*a*) quintus Regum Francorum Theodoberti atque Theodorici fratrum, conflatum eſt civile bellum inter eos atque Clotharium filium Regis Chilperici, hæredem vero Guntheramni; magnaque facta utrinque cæde, ceſſit victoria tandem Theodoberto atque Theodorico, fugiente Clothario. *In qua pugna* (inquit Aimoinus) *Angelus Domini aſtans evaginatum viſus eſt tenuiſſe gladium.* Et quidem viſio non ſolum quod fieret, ſed quod futurum erat, haud dubiis demonſtravit ſignis

(a) Aimoi. de geſtis Franc. l. 3. c. 87. 88.

Bellum civile in Galliis inter Reges Francor.



PAGIUS vero ibidem dicit Papebrocius crediſſe me Divum Gregorium Era Incarnationis uſum jam reſpondi, loco Diſſertationis meæ ab eo laudato me in id unum incubuiſſe, ut Mauricii *Poſtconſulatus* a Divo Gregorio memoratos ſuis annis illigarem, cætera, præſertim quæ longioris fuiſſent operæ, qualis eſt quæſtio an Pontifices Romani Eram Chriſtianam uſurparint, diſceptare nihil tunc morans.

XVI. *Bellum inter Francorum Reges exortum.*

Ad num. XXX. Bellum, quod Aimoinus lib. 3. cap. 88. & Fredegarius in Chronico cap. 20. narrant geſtum a *Theodorico* Burgundiæ & *Theodeberto* Auſtraſiæ Regibus adverſus *Clotarium II.* Neuſtriæ Regem, in quo hic oppreſſus & parte ditionis ſpoliatus, pertinet ad ſuperiorem Chriſti annum. Uterque enim Hiſtoricus aſſerit, illud contigiſſe anno V. Regni Theodorici, qui prioribus menſibus anni Chriſti DXCVI. Childeberto II. patri ſucceſſerat. Suſceptum bellum adnitente *Brunichilde* Theodeberti atque Theodorici avia, quæ per invidiam peſſima conſilia *Theodorico* ſubminiſtrabat, ut tradunt Hiſtorici citati, quibus ſuffragantur Auctor de geſtis Francorum cap. 38. & Anonymus Auctor Vitæ Sancti Betharii Epiſcopi Carnotenſis apud Ducheſnium Tomo I. Scriptorum Francorum, qui prodit Theodoricum, cum accepiſſet theſauros innumerabiles in Eccleſia Carnotenſi repoſitos, direxiſſe illuc maximam exercitus ſui partem, qui Civitatem tunc munitiſſimam barbarico more invaſit, maximam multitudinem populi interfecit, & Sanctum *Betharium* captum atque ligatum uſque ad Regem Theodoricum, & Brunichildem deduxit. Attamen Rex & Regina videntes humilitatem Betharii, & cognoſcentes Sanctitatem ejus, captam prædam reddi juſſere: *Imperante namque Theodorico, redditur omnis captivitas, prædaque magna: theſaurique Eccleſiæ. Inſuper etiam aliis multis muneribus, a Rege cunctiſque Optimatibus honoratus, revertitur ad propriam, Chriſto propitiante, Civitatem*, inquit Anonymus, qui cum affirmet, Theodoberto ac Theodorico *Reccaredum* Wiſigotthorum Regem auxilio fuiſſe, conſilio *Brunichildis*, quæ genere Hiſpana ac Gotha erat, indicat hoc bellum anno ſuperiori factum eſſe; cum, ut mox oſtendam, *Reccaredus* æſtate hujus anni vita functus fuerit. Vixit autem *Sanctus Betharius* uſque ad annum circiter DCXXIII. ut eo anno ſcribit Cointius num. XI. qui addit, eum coli die ſecundo menſis Auguſti, & pretioſas ejus exuvias conditas eſſe in matrice Eccleſia Carnotenſi. [1]

XVII. *Moritur Reccaredus Hiſpaniæ Rex.*

Hoc anno, ut habent Vaſæus, & Vulſa in Chronicis, *Reccaredus* Hiſpaniarum Rex, relicto maximo ſui deſiderio, rebus humanis exemptus eſt, poſtquam regnaſſet, inquit Vulſa, annos XV. menſem I. dies X. Quare cum circa finem menſis Aprilis anni DLXXXVI. Regnum inierit, menſe Junio mortuus eſt. Is leges Gothicas in compendium contraxit, Romanos multis præliis vicit, Gothorum Imperium florentiſſimum reddidit, illudque Ariana hæreſi purgavit. Refert Iſidorus, *Reccaredum* Toleti ſub ipſam mortem pœnitentia publica, ex Chriſtianorum veteri ritu fidem rectæ gloriæ, quam initio Regni percepit, cumulaſſe, & *Liubam* filium ejus (qui tamen *Liuva* dicendus eſt) Era DCXXXIX. hoc ſcilicet anno ei ſucceſſiſſe.

XVIII. *Anno Mauricii XIX. nihil geſtum eſt in bello Avarica.*

Quoad res Orientales a Baronio, ſicuti & mortem *Reccaredi*, prætermiſſas, Theophylactus lib. 8. cap. 4. poſtquam narravit, quinque præclaras victorias anno ſuperiori a Romanis de Chagano Avarum rege reportatas, ait: *Anno Imperii Mauricii decimo nono nihil inter Romanos, & Barbaros geſtum eſt. Viceſimo Petrum Prætorem Europæ declaravit.* Tum capite ſeq. *Petrum Iſtrum petens, Palaſtolum venit, ibique caſtris excitatis, æſtatem tranſigit. Ineunte autumno in Dardaniæ latus, ſive angulum vadit.* Subdit, ſermonem miſcuiſſe de pace cum *Apſico* Barbarorum Duce, ſed cum non poſſet redintegrari, utrumque exercitum inde abſceſiſſe. Tum agit de iis, quæ æſtate proxima, autumnoque geſta ſunt, anno ſcilicet Mauricii ultimo. Ex his apparet primo, ex Theophylacti ſententia annum XIX. Mauricii Imp. concurrere cum præſenti Chriſti anno, ideoque & hujus Imperium an-

NOTÆ [1] CIrca hunc annum celebratum fuiſſe Concilium quoddam Sennonenſe docet nos vetuſtus Author Vitæ S. Betharii Carnotenſis Epiſcopi, qui narrato bello a Theodorico Rege Burgundiæ geſto cum Chlotario, cæteriſque, de quibus Pagius hic ſubdit: *Accidit quoque illis diebus, ut indiceretur Synodale Concilium Senonis Civitate, ad quam cum perveniſſet* (Betharius) *cum cæteris Clericis coram Pontificibus, cum omni honore ibidem eſt ſuſceptus.* Vide Bollandiſt. ad diem 2. Auguſti pag. 171. Concilium hoc indictum fuiſſe videtur a Patribus Gallicanis, ut obſequerentur voluntati S. Gregorii Papæ, qui ſcriptis per Galliam literis ad Regem, ad Reginam, ad Vigilum Arelatenſem, alioſque ſuaſit, Concilia indicere ad morum reformationem, ad tollendam ſimoniam, & neophitorum ordinationem. Has literas detulit Cyriacus Abbas S. Andreæ in clivo Scauri quem ad eaſdem Synodos admitti Pontifex rogavit. Nec alia forte eſt Synodus illa hoc circiter anno in Gallia celebrata, ad quam invitatus S. Columbanus ire recuſavit, ne ut ipſe ait in Epiſtola II. quietem ſuam ad duodecim annos inter fratres ſuos (in ſolitudine ſcilicet Voſagi) productam turbaret. Actum in ea de quæſtione Paſchatis, quæ ætate illa inter Scotos, Britones, Gallos, ac Romanos agitabatur. Author Collectionis Conciliorum Veneto-Labbeanæ Concilii hujus notitiam ex Baſnagio in Annalibus accepit. Baſnagius vero ſicut & Mabillonius in Annalibus Benedictinis lib. 9. num. 34. rem ex Epiſtola S. Columbani repetentes ſub nomine Concilii incerti loci illud deſignarunt. Sed locum Concilii Sennonenſem urbem fuiſſe ex vita S. Betharii a nobis producta aperte diſcimus. MANSI

ſignis : ſiquidem ira Dei effuſa ſupra Reges Francorum effecit, ut ſe invicem civili bello conſumerent. Ita quidem dum Gregorium & S. Columbanum ſæpe monentes audire deſpiciunt, cito experti ſunt de contemptu vindictam.

Se-

PAGIUS anno DLXXXII. inchoatum fuiſſe. Secundo, ipſum *Theophylactum* lib. 5. cap. 16. perperam copulaſſe Eclipſim Solarem, quæ menſe Martio anni Chriſti DXCII. viſa eſt, & de qua ſuo loco egimus, cum anno ejuſdem Imperatoris nono, huncque errorem eidem, non vero librariis attribuendum eſſe; cum in loco ejus mox recitato aſſerat, *Petrum* a *Mauricio* Imperatore ejus fratre renunciatum *fuiſſe* Prætorem Europæ anno Imperii Mauriciani XX. cum tamen, ipſomet Theophylacto teſte, æſtate anni Imperii ejus XIX. currenti ſcilicet, jam exercitum ductaret, & cum Barbarorum Duce de pace ageret. Ultimus enim error librariis tribui non poteſt, ideoque uterque Auctori adſcribendus.



I. Longob. rurſum bellum inferunt.

SEquitur Chriſti annus ſecundus poſt ſexcenteſimum, quintæ Indictionis: quo abſoluto tempore pacis initæ inter Romanos: & Longobardos, rurſum utrinque certatum eſt: ſed peccatis exigentibus, poſteriores (ut S. Gregorius ſæpe deplorat) tulere Romani victi ab Ariulpho (ita enim vocat eum Paulus diaconus *a*) Duce Spoleti. Id quidem hoc anno contigiſſe, ejuſdem Pauli aſſertione manifeſte probatur, dum ait, anno ſequenti a bello habito inter Francorum Reges, in quo Clotharius ſuperatus eſt, poſt bellum adverſus Romanos ipſum Ariulphum defunctum eſſe: quibus optime conſentit quod in epiſtola hoc anno data. ad Eulogium Alexandrinum Epiſcopum iſta deplorat his verbis (*b*): *Pro me vero ut oretis peto: quia inter gladios Longobardorum, quos ſuſtineo, podagræ doloribus vehementer affligor*. Accidit namque (ut diximus) peccatis exigentibus, ut Gentilis barbarus Romanos vicerit, opem illi ferente per ſanctum martyrem Sabinum offenſo numine, ſicuti in ultionem Deus eſt uſus ſæpe Regibus Babyloniæ ad plectendos Hebræos, prout ſanctus Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum in epitaphio Nepotiani teſtatur, cum ait: *Miſeri Iſraelitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonoſor ſervus Dei dicitur! Infelices nos, qui tantum diſplicemus Deo, ut per rabiem barbarorum illius in nos ira deſæviat!* Ita Hieronymus. Sed audi rem geſtam, admiratione quidem dignam, ita ab eodem Paulo dicono recenſitam (*c*):

(*a*) Paul. diac. l.4. c.5.

(*b*) Greg. l.10.ep.54. Ind.5.

(*c*) Paul. diac. l.4. c.5.

*Sequenti anno Ariulphus Dux, qui Faroaldo apud Spoletum ſucceſſerat, moritur. Hic Ariulphus cum bellum contra Romanos in Camerino geſſiſſet, victoriamque patraſſet, requirere a ſuis hominibut cœpit, quiſnam vir ille fuiſſet, quem in prœlio, quod geſſerat, tam ſtrenue pugnantem vidiſſet. Cumque ſui reſponderent, ſe illic nullum fortius bellantem,*



*quam Ducem ipſum vidiſſe; ille ait: Certe multo per omnia meliorem ibi alium vidi: qui quoties me adverſæ partis aliquis percutere voluit, me ſemper ſuo clypeo protexit. Cumque Dux ipſe prope Spoletum, ubi baſilica beati martyris Sabini Epiſcopi ſita eſt, in qua ejuſdem venerabile corpus requieſcit, adveniſſet: interrogavit cujus illa tam ampla domus eſſet. Reſponſum eſt ei a viris Fidelibus, Sabinum ibi martyrem requieſcere; quem Chriſtiani, quoties in bello contra hoſtes irent, præſidium haberent, ac eum propterea in ſuum auxilium vocarent. Ariulphus vero cum adhuc eſſet Gentilis, ita reſpondit: Et poteſt fieri, ut homo mortuus aliquod viventibus auxilium præſtet? Qui cum hoc dixiſſet equo deſiliens, eamdem baſilicam conſpecturus intravit. Tunc aliis orantibus, ipſe picturas ejuſdem baſilicæ mirari cœpit. Qui cum figuram beati martyris Sabini conſpexiſſet, mox cum juramento affirmavit, talem omnino eum virum, qui ſe bello protexerat, formam habitumque habuiſſe. Tuncque intellectum eſt, martyrem Sabinum eidem in prœlio adjutorum contuliſſe.* Hucuſque de Ariulpho Paulus diaconus, qui de ejus Chriſtianitate verbum nullum. Quamobrem quo uſus erat Deus in puniendis Chriſtianorum peccatis miniſtro, eumdem accepto muneri ingratum eodem anno mortis pœna affecit.

II. Schiſmatici & hæretici ad Eccleſ. redeuntes.

Qui igitur mæſtus fuit S. Gregorius ex ejuſmodi a Longobardis clade ſuſcepta, lætatus nonnihil eſt ſchiſmaticorum & hæreticorum ad Catholicam communionem reverſione. Tergeſtinus enim Epiſcopus ſponte ad Eccleſiam rediit, necnon hæretici nonnulli Eutychiani, Monophyſitæ dicti, qui ſponte ex Oriente Romam, ut hæreſim deteſtarentur, fidemque Catholicam amplexarentur, ſe contulerunt. Extat ad eumdem Epiſcopum S. Gregorii epiſtola (*d*) ad unitatem Catholicam provocantis. Sed audi quam facere ſolerent

(*d*) Greg. l.10.ep.36. Ind.5. edit. Rom.

D 2 re-

PAGIUS SÆC.VII An. Æræ Hiſpan. DCXL. A. C.602.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6095.

⊙ 23. G. ☽ 14. P. 15. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 602.

GREGORII PAPÆ 13.

PHOCÆ IMP. 1.

I. *Poſtconſulatus.*

IS annus hac formula notatus: *XX. poſt Conſulatum Mauricii Tiberii Aug. ſolius XVIII.* Ita Chronicon Alexandrinum.

II. Ad num. I. Prælium inter Romanos & Longobardos commiſſum, in quo *Ariulphus* Dux Spoleti & vir gentilis, *Sancto Sabino* Martyre illi opem ferente, vicit, retrahendum eſt ad annum ſuperiorem. Paulus enim Diaconus, qui illud lib. 4. Hiſtoriæ Longobard. cap. 17. juxta accuratas editiones Grotii & Gruteri narrat, poſtquam locutus eſt de bello *Clotarium* inter & *Theodebertum* Fancorum Reges geſto, ait: *ſequenti anno Ariulphus Dux moritur*, & poſtea de victoria ab eo relata verba facit. Quare cum anno DC. *Clotarius* a *Theodeberto* ſuperatus fuerit, anno DCI. *Ariulphus* de Romanis victor extitit.

*Bellum Longobardicum anno ſuperiori geſtum.*

III. Ad num. II. & ſeq. Cum Schiſmatici ad Eccleſiaſticam unionem redibant, juramenti formulam a Gregorio conflatam recitabant, quam ipſemet exhibet lib. 10. Epiſt. XXXI. Indict. V. Inſeruit eam Annalibus Baronius hoc anno num.

III.

(a) Greg. l. 10 ep. 30. Ind. 5. edit. Rom.

III. Profeſſio Catholica.

redeuntes ad Eccleſiam fidei & unitatis profeſſionem: relata ipſa habetur apud S. Gregorium in ejus epiſtolis his verbis (a):

*Quotiens cordis oculus nube erroris obductus, ſupernæ illuſtrationis lumine fit ſerenus, magna cautela nitendum eſt, ne latenter auctor ſchiſmatis irruat, & ab unitatis radice eos qui ad eam reverſi fuerant, telo iterum erroris abſcindat. Et ideo ego ille civitatis illius Epiſcopus, comperto diviſionis laqueo, quo tenebar, diutina mecum cogitatione pertractans, prona & ſpontanea voluntate ad unitatem ſedis Apoſtolicæ, divina gratia duce, reverſus ſum. Et ne non pura mente, ſeu ſimulate reverſus exiſtimer, ſub mei ordinis caſu ſpondeo & anathematis obligatione, atque promitto tibi, & per te ſancto Petro Apoſtolorum principi, atque ejus vicario beatiſſimo Gregorio, vel ſucceſſoribus ipſius, me numquam quorumlibet ſuaſionibus, vel quocumque alio modo ad ſchiſma, de quo Redemptoris noſtri miſericordia liberante ereptus ſum, reverſurum; ſed ſemper me in unitate ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ & communione Romani Pontificis per omnia permanſurum.*

*Unde jurans, dico per Deum omnipotentem, & hæc ſancta quatuor Evangelia, quæ in manibus meis teneo, & ſalutem gentium atque illuſtrium dominorum noſtrorum Rempublicam gubernantium, me in unitate (ſicut dixi) Eccleſiæ Catholicæ, ad quam, Deo propitio, ſum reverſus, & communione Romani Pontificis ſemper & ſine dubio permanere. Quod ſi (quod abſit) aliqua excuſatione vel argumento ab ac me unitate diviſero; perjurii reatum incurrens, æternæ pœnæ obligatus inveniar, & cum auctore ſchiſmatis habeam in futuro ſæculo portionem. Hanc autem confeſſionem, promiſſioniſque meæ chartulam notario meo cum conſenſu presbyterorum, & diaconorum, atque clericorum, qui me in hac unitate obligantes in ſupraſcriptis omnibus prona ſimul voluntati ſecuti, atque propriis manibus ſubſcripturi ſunt, ſcribendam dictavi, & propria manu ſubſcribens tibi tradidi. Acta in loco illo, die & Conſulibus ſupraſcriptis.*

Subſcriptio Epiſcopi.

*Ego ille Epiſcopus civitatis illius huic confeſſioni, promiſſionique meæ, præſtito de conſervandis ſupraſcriptis omnibus ſacramento, ſubſcripſi.* Quod autem in profeſſione hac Catholicæ unitatis nulla penitus mentio habetur de fidei dogmatibus, quorum cauſa conflatum eſt ſchiſma, ut nonniſi eorum confeſſione facta, eſſet quis in Eccleſiam admittendus: deſiderari videtur in ea pars illa profeſſionis, qua quinta Synodus aſſeritur & comprobatur: quam nos acceptam una cum diverſis epiſtolis a noſtro Fabro Pariſiis miſſis, hic ſuo loco reddendam eſſe putavimus: ſic enim ſe habet.

Profeſſio fidei Orthodoxæ.

*Fateor me ſicut ſancti Evangelii quatuor libros, ſic quatuor Concilia recipere & venerari, Nicænum, ſcilicet, in quo perverſum Arii dogma deſtruitur; Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur; Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorii impietas judicatur; Chalcedonenſe, in quo Eutychis Dioſcorique pravitas reprobatur tota devotione complector, integerrima approbatione cuſtodio; quia in his, velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei structura conſurgit, & cujuſlibet vitæ atque actionis exiſtit. Quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificium jacet. Quintum quoque Concilium pariter veneror, in quo epiſtola, quæ Ibæ dicitur erroris plena reprobatur; Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſiſtentiis ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe convincitur: Scripta quoque Theodoreti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur auſu dementiæ reprobata refutantur. Cuncta vero quæ præfata Concilia reſpuunt, reſpuo, quæ venerantur, amplector: quia dum univerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit aut ſolvere, quos relegarint, aut ligare quos ſolverint. Quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit. Quiſquis ergo prædictarum Synodorum fidem tenet, pax ei ſit a Deo patre per Jeſum*

PAGIUS *Fidei Profeſſio Schiſmaticorum ad Eccleſiam redeuntium.*

III. ſed ſine titulo hoc, qui præfigitur eidem Epiſtolæ in editione Gregoriana Guſſanvillæi: *Promiſſio cujuſdam Epiſcopi hæreſim ſuam anathematizantis, quam ſolvi fecit in nomine Domini Imp. Conſtantinopoli ſub die X. menſis Febr. indict. V.* Idem Eminentiſſimus Cardinalis in editione Colonienſi, & in aliis in Addit. ad Tomum IX. ait deſiderari in Gregorii libris fidei Profeſſionem, quam recitabant Schiſmatici, dum ad Eccleſiam revertebantur, accepiſſe ſe tamen illam a Nicolao Fabro, quam in Annales inſerit. Emin. Card. Noriſius in Diſſert. de Synodo quinta cap. 9. paragrapho 5. eamdem iiſdem omnino verbis dicit recitari lib. 1. Epiſt. XXIV. ad Patriarchas in fine, incipereque ab his verbis; *præterea quia corde creditur ad juſtitiam*, uſque ad finem Epiſtolæ. Etenim hic in Eccleſia mos id temporis vigebat, *ut quoties* (verba ſunt Gregorii) *in quatuor præcipuis Sedibus Antiſtites ordinantur, Synodales ſibi Epiſtolas viciſſim mittant, in quibus ſe ſanctam Chalcedonenſem Synodum cum aliis generalibus Synodis cuſtodire fateantur.* Quare Gregorius acceptis Imperatoris literis, quibus ipſius conſecrationem ratam habebat, quinto ſui Pontificatus menſe elegantiſſimam Synodicam Epiſtolam ad Patriarchas miſit, in cujus fine ait: *ſicuti Sancti Evangelii quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere, & venerari me fateor.* Ita eruditiſſimus Card. Noriſius.

Ve-



*Chriſtum Filium ejus, qui cum eo vivit & regnat conſubſtantialiter Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia ſæcula ſæculorum Amen. Explicit.* Sed jam cœptam proſequamur hiſtoriam.

At vero ubi Tergeſtinus Epiſcopus reverſus eſt, blanditiis primum tentatur a Severo Grandenſi Epiſcopo ſchiſmaticorum capite: ſed minime acquieſcens, diram ab eo perſecutionem eſt paſſus, cujus rei gratia opus fuit ut ſanctus Gregorius adverſus perſecutorem ſeverum imploraret auxilium Smaragdi Exarchi, quod contigit anno ſequenti, quo ad eumdem Exarchum pro eo litteras dedit. (a) Porro iſte Severus, qui dicitur Grandenſis Epiſcopus, haud dubium ipſe idem eſt cum Severo Aquilejenſi; ſed incenſa & diruta (ut dictum eſt) Aquileja, idem Severus in Grandenſi Eccleſia ſedem collocavit, unde & Grandenſis eſt nominatus Epiſcopus, idemque Metropolitanus concedente id Pelagio Papa Eliæ Epiſcopo Aquilejenſi, cum adhuc cum Romana Eccleſia communicaret, tempore Tiberii Imperatoris. Hæc de his quæ ad ſchiſmaticos ſpectant.

(a) Greg. l. 11. ep. 40. Indict. 6. edit. Rom.

Quod autem pertinet ad Monophyſitas hæreticos Ægyptios ad Catholicam fidem converſos in Siciliam primum, inde Romam ad Apoſtolorum limina venientes: extat ipſius S. Gregorii epiſtola (b) ad Eulogium Alexandrinum Epiſcopum, qua ipſos illi commendat, ne ab aliis hæreticis perſecutionem paterentur; ait enim: *Latores præſentium in Siciliam venientes, a Monophyſitarum errore converſi ſunt, atque ſanctæ univerſali Eccleſiæ ſemetipſos adunaverunt. Qui ad beati Petri Apoſtolorum principis eccleſiam pervenientes, popoſcerunt a me ut eos meis epiſtolis veſtræ beatitudini commendare debuiſſem: quatenus ab hæreticis, qui juxta ipſos ſunt poſiti, nullam jam violentiam perpeti permittantur. Et quia unus eorum dicit, monaſterium in quo fuit, a parentibus ſuis fuiſſe conſtructum: auctoritatem deſiderat a ſanctitate veſtra percipere, ut hi qui in eo ſunt hæretici, aut ad ſinum ſanctæ Eccleſiæ redeant, aut de eodem monaſterio repellantur. Hæc a nobis indicata vobis eſſe ſufficiant: nam de veſtra beatitudine novimus, quia quidquid ad zelum Dei omnipotentis pertinet, cum omni facere fervore feſtinet.* Hæc de his ad Eulogium S. Gregorius: atque de ſchiſmaticis & hæreticis ad Eccleſiam redeuntibus ſatis.

(b) Greg. l. 10. ep. 45. Ind. 5. edit. Rom.

IV. Concilium Bizacenum in cauſa Primatis prov. Bizacenæ.

Fuit hoc anno eidem Gregorio in rebus Africanæ Eccleſiæ laborandum. Atque primum cum Clementius Primas provinciæ Bizacenæ gravium criminum reus conſtitutus eſſet apud ipſum Romanum Pontificem, quod inter Longobardorum gladios ſæpius idem Pontifex verſaretur: placuit ipſi, ut ab Epiſcopis comprovincialibus cauſa quam exactiſſime tractaretur, collecto Epiſcoporum Concilio, ad quos iſta conſcripſit (c): *Ante multum tempus quædam ad nos de fratre noſtro Clementio Primate veſtro perlata ſunt, quæ cor noſtrum non modico mœrore transfigerent: ſed prementibus diverſis tribulationibus, & maxime circumſævientibus hoſtibus, ea nobis non fuit ſpatium requirendi. Et quoniam ita ſunt gravia, ut tranſire indiſcuſſa nullo modo debeant: fraternitatem veſtram his hortamur affatibus, ut cum omni ſolicitudine ac vivacitate, veritatis indagare ſubſtantiam multis modis debeatis: ut aut ſi ita ſunt ut audita ſunt, ultione canonica reſecentur; aut ſi falſa, fratris noſtri innocentia diu ſub nefandæ opinionis dilaceratione non jaceat, &c.* Monet enim pluribus, ut naviter in opus incumbant.

(c) Greg. l. 10. ep. 35. edit. Rom.

V. Concilium in Numidia collectum.

Quod item ad Africanas res ſpectat: idem quoque hoc anno reſcripſit in cauſa Donadei in Numidia diaconi: qui ab Epiſcopo ſuo Victore injuſte gradu depoſitus appellavit ad Apoſtolicam ſedem, auditusque eſt a S. Gregorio, qui ejus cauſam cognoſci voluit a Primate Numidiæ, aliiſque ejus provinciæ Epiſcopis in pu-

PAGIUS IV. *Diverſa ab illa quam emittebant Pontifices Rom. in ſua ordinatione.*

Verum tam ipſe, quam Baronius hac in re hallucinati ſunt. Baronius quidem, quia arbitratus eſt in Profeſſione Catholicæ unitatis, quam ipſemet recitat, & cujus epigraphen mox retulimus, deſiderari videri partem illam, qua quinta Synodus aſſeritur, quia in citata Profeſſione nulla mentio habetur de ſidei dogmatibus, quorum cauſa conflatum eſt ſchiſma. Putavit etiam Baronius Profeſſionem fidei ſibi a Nicolao Fabro tranſmiſſam, aliud non eſſe, quam partem illam in Profeſſione fidei ſchiſmaticorum a librariis prætermiſſam. At exemplar illud Nicolai Fabri, cujus titulus eſt: *Profeſſio fidei Orthodoxæ*, pars tantum eſt Profeſſionis fidei a Sancto Gregorio ad quatuor Patriarchas miſſæ aliquot menſibus a ſua ordinatione: quæ Profeſſio fidei integra recitatur libro primo Regiſtr. Epiſt. XXIV. unde exemplar illud Nicolai Fabri deſumptum eſt, ut illud cum ſine ejuſdem Epiſtolæ conferenti manifeſte liquebit. Profeſſio itaque fidei a Schiſmaticis adhiberi ſolita, integra eſt tam apud Baronium, quam in lib. X. Regiſtri Gregoriani, & in Baroniana nihil deeſt præter titulum a collectoribus Conciliorum, vel ab aliquo alio eidem additum. Pars vero Profeſſionis fidei, quam recitat Baronius ex codice Nicolai Fabri, pars eſt Profeſſionis fidei a Sancto Gregorio emiſſæ. In libro Diurno Romanorum Pontificum recitantur tres aliæ fidei Profeſſiones ſine nomine Pontificis Romani, qui eas pronunciavit; in quibus etiam, ſicuti in Gregoriana, articuli fidei memorantur. Falſus eſt etiam Baronius in eo quod autumavit, partem illam Profeſſionis fidei Pariſiis ad ſe tranſmiſſam nunquam lucem vidiſſe. Noriſius vero Cardinalis, qui recte animadvertit, eandem partem jamdiu typis datam eſſe, & contineri in Epiſt. XXIV. libri primi,

in

publico Concilio, ut ſi re vera innocens diaconus repertus eſſet, digna cenſura percelleretur ipſe, qui eum damnarat Victor Epiſcopus. Extant de his datæ Gregorii litteræ (a) ad Columbum in Numidia Epiſcopum. Porro in eodem Concilio celebrando in Numidia ab ejus provinciæ Primate Victore atque aliis collegis Epiſcopis cognoſci etiam mandat S. Gregorius cauſam Paulini Regenſis in eadem provincia Epiſcopi qui a ſuis clericis fuerat accuſatus. Erat inter alias accuſatio illa, quod Simoniacis ordines Eccleſiaſticos conferret: quod ſi verum eſſe inveniretur, tam Epiſcopos accipientes quam dantes debere canonica pœna damnari juſſit: præcipiens inſuper, ut in eodem ipſorum Concilio rurſus adverſus Simoniacos pœnæ innovarentur. Hæc ad Victorem (b) Primatem Numidiæ, & ad Columbum in eadem provincia Epiſcopum Gregorius ſcribit, plurimumque commendat, præcipiens, ut ſi opus eſſet, Hilarius ſedis Apoſtolicæ Chartularius, in eadem provincia degens ad Eccleſiaſtica curanda negotia, eidem Epiſcoporum Concilio intereſſe deberet. Scripſit (c) præterea & hac indictione ad Dominicum Epiſcopum Carthaginenſem, a quo acceperat cum litteris reliquias ſancti Agilei martyris, habetque de cura paſtorali ſaluberrimas admonitiones.

(a) Greg. l. 10. ep. 8. Ind. 5.

(b) Greg. l. 10. ep. 31. edit. Rom.

(c) Greg. l. 10. ep. 1. Ind. 5.

VI. Fuerunt hoc anno & alia judicia Epiſcoporum ad Apoſtolicam ſedem delata, ab ipſo autem S. Gregorio aliis cognoſcenda delegata, ut cauſa Pauli Epiſcopi Diaclini, * quam delegat Joanni Epiſcopo Primæ Juſtinianæ vicem agenti ipſius Romani Pontificis. Extant de his ipſius Gregorii litteræ ſub hac Indictione datæ, (d) & aliæ eodem argumento ad Conſtantium Epiſcopum. (e) Vides in his Apoſtolicæ ſedis auctoritatem adeo vigentem, ut neque bella, neque alia incommoda retinere potuerint homines, quo minus tam ab Oriente, quam Occidente ex Tranſmarinis Eccleſiis appellationes & alia judicia deferrentur ad Apoſtolicam ſedem.

* Docleatini.

De Paulo Epi. Diaclino.

(d) Greg. l. 10. ep. 33. Ind. 5.

(e) Greg. l. 10. ep 34 Ind. 5. edit. Rom.

Quod autem ad Pauli Epiſcopi cauſam pertinet: damnatus hic ob corporale (ut ait Gregorius) peccatum, & ab Epiſcopatu depoſitus, cum alius in locum ejus ſubrogatus eſſet, ipſe vi militum irrupit in eccleſiam, & bona auferens, ſubrogatum Epiſcopum pene ad mortem trucidavit. Quibus auditis, jubet idem S. Gregorius, ut tanti facinoris reus retrudi deberet in monaſterium ad perpetuam pœnitentiam uſque ad obitum, communione corporis & ſanguinis Domini privatus.

Qui igitur adverſus facinoroſos Epiſcopos Eccleſiaſticæ vigore cenſuræ erigi conſuevit, idem inclinabat ſe (ut ſæpe vidimus) compaſſione erga fratres coepiſcopos quacumque vexatione oppreſſos, non deſpiciens, ſed prompte audiens & exaudiens eorum petitiones. Nam audi, quanam hoc anno erga Epiſcopum indigentem affectus fuerit animi compaſſione, eidem opem ferens: ſcribens enim ad Venantium Peruſinum Epiſcopum, hæc habet (f):

(f) Greg. l. 10. ep. 52. Ind. 5. edit. Rom.

VII. Ad Epiſcopum frigus patientem veſtem mittit.

*Fratrem & coepiſcopum noſtrum Eccleſium frigore omnino laborare cognovimus, pro eo quod hiemalem veſtem non habebat. Et quia aliquid ſibi a nobis petiit debere tranſmitti: fraternitati tuæ ad hoc per latorem præſentium tranſmiſimus amphimalum tunicam, vel pectoralem, ut a te ei debeat ſine mora tranſmitti. Et ideo ad prædictum fratrem noſtrum ſub omni illud celeritate ſtude tranſmittere; atque nobis hoc ipſum, quia tranſmiſeris, tuis renunciare epiſtolis non omittas: ſed ita fac, ut ad tranſmittendum (quia vehemens frigus eſt) moram aliquam minime facias.* Hæc Gregorius quam propenſiſſima ſolicitudine fratris coepiſcopi proſpiciens egeſtati. Sed non prætereat (quod in hoc argumento verſamur) quam niſus ſit mœrentem hominem, quem ante reprehenderat, poſtea pariter conſolari. Audi, quæſo, quæ ſcribat ad Opportunum hoc itidem anno (g):

(g) Greg. l. 10. ep. 14. Ind. 5. edit. Rom.

VIII. Conſolatur mœrentem.

*Pervenit ad me, quia ex eo tempore quo dilectionem tuam verbis aſperis propter quædam quæ mihi jure diſplicuerant, contriſtavi, magna tibi ſit oborta triſtitia, atque continuus animi mœror. Unde, te dilectiſſime fili, volo cognoſcere, quia ego*

PAGIUS

in eo cum Baronio deceptus eſt, quod crediderit, eam a Schiſmaticis de more emiſſam, & in horum fidei Profeſſione dogmata fidei de more memorata fuiſſe. In iſta enim mentio tantum erat Schiſmatis, ad quod nunquam ſe reverſuros promittebant, & unitatis Eccleſiæ Catholicæ, in qua ſe ſemper permanſuros jurabant, ut ex laudata formula in lib. 10. Epiſt. XXX. Regiſtri Sancti Gregorii deſcripta ſatis intelligitur.

V. Ad num. VI. Epiſtola XXXIV. Regiſtri Gregoriani lib. X. indict. V. data eſt *Joanni Epiſcopo primæ Juſtinianæ*, qua Gregorius ei mandat, ut cogat Paulum *Docleatinæ civitatis* Epiſcopum, ob corporale crimen jam dignitate depoſitum reſtituere Eccleſiæ, quæ dicebatur abſtuliſſe. In exemplari, quo Baronius uſus Paulus dicitur Epiſcopus *Diaclinus*, & ex correctione Baronii *Doclealinus*. Verum in editione Guſſanvillæi, cæteris quæ hactenus prodiere correctiore, recte Paulus appellatur *Epiſcopus Docleatinæ civitatis*. *Doclea* erat Urbs Illyrici cujus populi vocabantur *Docleatæ*, ut docet Ptolomæus lib. 2. Geogr. cap. 17. & quidem Epiſcopalis; quibuſdam *Antivari*, aliis vero *Cataro* ad Rhyzonicum ſinum. Suberat olim *Scodritano* Epiſcopo, qui tunc Primas erat, & *Scodra* Metropolis fuit Prævalis, donec Juſtinianus patriam ſuam *Acrida* Juſtinianam nominavit, & Metropolim declaravit, ut habetur Novella 131.

*Epiſtola D. Gregorii de cauſa Pauli Epiſc. Docleatini.*



*ego illa verba non aſperitate cordis, ſed amore tuæ animæ ſum locutus. Tu itaque ad omnipotentem Deum tota mente convertere: quantum ſit fugitiva præſens vita, conſidera: æterna præmia lucrari feſtina: in quantum virtus ſufficit, caſtiga carnem, quæ quandiu in voluptatibus vixit, animam caſtigavit *. Benignitatem proximis exhibe: pſalmodiæ & lacrymis horas vitæ frequentius impende: illata mala a proximis æquanimiter tolera. Si contra veritatem injuriam pertuleris, lucrum puta: ut hæc agens, per temporalia, quæ deſpiciendo pateris, ad cæleſtia regna pertingas.* Iſta Gregorius, brevi compendio totius Chriſtianæ vitæ perfectionem perſtringens. Sed reliquas ejus res geſtas proſequamur.

* mortificavit

IX. De lignis pro Baſilicis Apoſtolorum.

Inter multiplicium negotiorum labores & afflictiones, quibus jugiter tenebatur, curam ſuſcepit hoc anno Gregorius utriuſque baſilicæ, Pauli omnium ampliſſimæ, atque Petri, ut collabentia earum tecta inſtauraret: cujus rei gratia Sabino ſubdiacono injunxit, ut prægrandes trabes incidendas curaret, atque ad mare deferendas, quo navigio Romam perduci poſſent. Scripſit de his pariter & ad Arogem Ducem: extant ad eos datæ epiſtolæ (a); ſed vitiatum ſcias codicem, ubi perperam legitur de partibus Britannorum eas eſſe mittendas. Quomodo enim tam longæ petendæ trabes fuere, cum propinquiores eſſent in diverſis Italiæ oris ſilvæ cæduæ earumdem trabium fertiles? Sed ſi qua in provincia Sabinus degeret, & negotia Eccleſiæ ageret, intelligemus; plane ſcierimus, non ex Britannia eſſe petitas trabes, ſed e Brutina provincia. Etenim ex diverſis epiſtolis ad eumdem Sabinum ſubdiaconum ſuperius datis (b), in quibus de Rhegitanæ Eccleſiæ negotiis agitur, apparet ipſum curaſſe ſedis Apoſtolicæ negotia in Brutiorum provincia, ubi Rhegium eſt. Sicque quod in litteris Gregorii dicitur de partibus Britannorum eſſe petendas trabes, reſtituendum eſt, ut dicere velit, de partibus Brutiorum, quæ provincia hodie Calabria dicitur. Sed & quod ad Maurentium Magiſtrum militum de eadem re Gregorius ſcribit, ut litteras ſuas, quas ad dictum Sabinum ſubdiaconum mittit, quam citiſſime curet certo homini perferendas dare: cum conſtet eumdem Maurentium Neapoli conſtitiſſe (ut apparet ex ejuſdem Gregorii litteris (c) ad eum datis) iſtud ipſum affirmare ſuadet. Recitat Paulus diaconus (d) epiſtolam S. Gregorii tunc eadem de cauſa ſcriptam ad Arogem, quem nominat Arigem, & loco Britannorum legit Brixiorum, ſive Briccorum: ſed Brutiorum eſſe legendum, quæ dicta ſunt, indicant. Fuit Aroges Dux Beneventi, cujus ducatus amplitudo regiones omnes continebat, quæ Hadriatico atque Tyrrheno, includuntur a littore Hydruntino Campanum uſque, locis aliquibus exceptis, quæ adhuc Orientali Imperio ſubjecta erant. Eſt mentio de eodem Duce apud eumdem S. Gregorium in epiſtola ad Joannem Epiſcopum Ravennatem libro ſecundo, & alibi. Sed & confirmat hæc omnia quæ dicta ſunt auctoritas Anaſtaſii Bibliothecarii, qui in Gregorio Secundo Romano Pontifice teſtatur, trabes pro eadem omnium ampliſſima baſilica ſancti Pauli e Calabria eſſe petitas, atque Romam navigio miſſas.

(a) Greg. l. 10. ep. 24. 25. 26. Ind. 5.

(b) Greg. l. 7. ep. 46. Ind. 2. l. 8. ep. 5. 6. Ind. 3.

(c) Greg. l. 8. ep. 26. Ind. 3.

(d) Paul. diac. l. 4. c. 6.

X. Hoc anno S. Gregorius ſcribens (e) ad Joannem ſubdiaconum Ravennatem, prævia occaſione obitus Claudii Abbatiis, recenſet ſuas lucubrationes, vel a ſe ſcriptas, vel ab aliis exceptas, vel tranſlatas: atque primum: *Præterea*, inquit, *quia idem cariſſimus quondam filius meus Claudius aliqua me loquentem de Proverbiis, de Canticis canticorum, de Prophetis, de libris quoque Regum, & de Heptateuco audierat, quæ ego ſcripto tradere præ infirmitate non potui, ipſe ea ſuo ſenſu & ſtylo dictavit, ne oblivione deperirent, ut apto tempore hæc eadem mihi inferret, & emendatius dictarentur. Quæ cum mihi legiſſet, inveni dictorum meorum ſenſum valde in multis inutilius fuiſſe permutatum. Unde neceſſe eſt, ut tua experientia, omni excuſatione & mora ceſſante, ad ejus monaſterium accedat, & convenire fratres faciat, ut ſub omni veritate quantaſcumque de diverſis ſcripturis chartas detulit, ad medium deducant: quas tu ſuſcipe, & mihi celerrime tranſmitte.* Hæc de exceptis per Claudium Abbatem: Alia vero occaſione de libris a ſe ſcriptis & editis iſta ſubdit:

(e) Greg. l. 10. ep. 22. Ind. 5.

Sermones Greg. excepti ab aliis.

XI. *Illud autem quod ad me quorumdam relatione perlatum eſt, quia reverendiſſimus frater & coepiſcopus meus Marinianus legi commentarios * beati Job publice ad vigilias faciat, non grate ſuſcepi: quia non eſt illud opus populare, & rudibus auditoribus impedimentum magis quam provectum generat. Sed dic ei, ut commenta Pſalmorum legi ad vigilias faciat, quæ mentes ſæcularium ad bonos mores præcipue informant. Neque enim volo, dum in hac carne ſum, ſi qua dixiſſe me contigit, ea facile hominibus innoteſcere *. Nam quia dilectiſſimæ memoriæ Anatolius diaconus* (Apocriſarius fuit hic a Gregorio miſſus poſt Sabinianum Conſtantinopolim & ibi defunctus) *quærenti ac jubenti domno Imperatori librum regulæ paſtoralis dedit, ægre ſuſcepi: quem ſanctiſſimus frater & coepiſcopus meus Anaſtaſius Antiochenus in Græcam linguam tranſtulit; & ſicut*

* commenta

De lib. moralium non publice legendis.

* innoteſci.

*ſicut mihi ſcriptum eſt, ei valde placuit: ſed mihi valde diſplicuit, ut qui meliora habent, in minimis occupentur, &c.* Subdit de ſupplendis ex Romano codice, quæ decurtata ſeu omiſſa in eo libro legerentur in codice Ravennate. Quod vero ad Claudii Abbatis ſucceſſorem a monachis delectum Conſtantinum pertinet: rejecit illum ſanctus Gregorius, eo quod inquit, peculiaritati ſtuderet, quodque ſciſſet ipſum profectum eſſe in Picenum ad aliud quod ibi haberet monaſterium, ſolum, abſque fratrum ſuorum aliquo teſte. Sed de his hactenus.

XII. Quod autem ad rerum Orientalium ſtatum pertinet: hoc anno occiſum eſſe Mauritium Imp. una cum filiis, & ſubrogatum Phocam, publica monumenta apud Gregorium ita deſcripta teſtantur undecimi libri exordio (*a*):

(*a*) *Greg. l.11. c.1.* De tempore necis Maur. Imp. & filiorum.

*In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, per Indictionem ſextam die vigeſimatertia menſis Novembris, temporibus domini & beatiſſimi Papæ Gregorii, coronatus eſt Phocas & Leontia Auguſta Septimo in Palatio, quod dicitur Secundianas, & occiſus eſt Mauritius Imperator cum omnibus filiis ſuis maſculis, id eſt, Theodoſio jam coronato, Tiberio, Petro, Paulo, & Juſtiniano ſimul & Petro fratre ſupraſcripti Mauritii Auguſti; ſed & aliqui procerum, qui ei cohærebant, id eſt, Conſtantius Patricius & Curator, & Placidas, ſed & Georgius Notarius Principis.* Hæc ibi quod ad tempus pertinet

Plane accidit ſecundum illud Sapientiæ: (*b*) *Audite Reges & intelligite. Horrende & cito apparebit vobis: quoniam judicium duriſſimum in his qui præſunt fiet.* Ita quidem patefactum eſt horrendum Dei judicium adverſus Mauritium Imperatorem, dum de facinore haud pridem perpetrato perſolvit pœnam (ut licuit) talionis: dum enim ipſe paſſus eſſet tot millia innocentium Chriſtianorum a diro barbaro immaniſſime cædi, quos minimo potuiſſet redimere pretio, reus factus innoxii effuſi ſanguinis, ipſe a tyranno una cum inſontibus filiis crudeliſſime necatus eſt, nullo adjuvante, eripiente nemine. Sentiens vero ipſe manum eſſe hanc Domini porrectam ad ulciſcendum, ſpecimen edidit probatiſſimi Chriſtiani, conficiens ſibi ex calice iræ Dei poculum medicinæ, quod ſibi prodeſſet ad peccatorum ſuorum purgationem & perfectam ſalutem animæ conſequendam. Sed age jam cuncta eodem, quo ſe habuerunt ordine, recenſeamus.

(*b*) *Sap. 6.*

Primum quidem quæ de Mauritii nece oſtenſa ſint divinitus Theodoro Siceotæ Epiſcopo Anaſtaſiopolitano, dicenda ſunt. XIII. Eleuſius rem geſtam ſic narrat, qui illi inhærebat (*c*): *Antequam Mauritius Imperator occideretur, cum in Dei genitricis monaſterio vir ſanctus præfinitum pſalmorum numerum legeret, in ſanctuario recens exædificato, lucerna, quæ ſemper ardet, extincta eſt. Quaproter uni ex fratribus annuit ut eam accenderet: ſed cum ſtatim rurſus extincta eſſet, frater rediit, & cum precibus eam iterum accendit. Repenteque rurſus extincta, vir ſanctus illum reprehendens, tamquam inepte id feciſſet; ipſe acceſſit, & manu ſua illam accendit. Sed cum illic adhuc ſtaret, ſimiliter rurſum extincta eſt. Tunc fratribus omnibus congregatis, ſevere locutus eſt ad hunc modum: Signum hoc, fratres, non ſimpliciter (mihi credite) nec temere contigit. Vos ergo diligenter explorate quid egeritis, & in conſpectu Dei peccatum veſtrum confitemini. Licet enim vos illud celare conemini, Deus ipſe patefaciet. Cum autem fratres ſibi nullius eſſe culpæ conſcios reſpondiſſent, ad obſecrandum Deum acceſſit, ut ſibi rem indicaret. Cumque re divinitus patefacta, triſtis eſſet, & cum gemitu diceret: Vere tu Iſaia naturam hominis expendiſti, cum diceres (d): Omnis homo fœnum, & omnis gloria ejus tamquam flos fœni: aruit fœnum, & flos ejus decidit. Et cum hæc loqueretur, fratres rogabant eum, ut rem omnibus patefaceret. Quibus cum præcepiſſet, ut rem nemini indicarent, prædixit eis, quo mortis genere Mauritius Imperator eſſet interiturus. Fratribuſque merito id illi even-*

(*c*) *Vit. S. Th. Sic. apud Sur. t. 2. die 22. April.* De Viſione oſtenſa S. Theodoro de nece Mauritii.

(*d*) *Iſa. 4.*

PAGIUS VI. *Mauricius Imp. occiditur.* A num. XII. ad XXI. Theophylactus lib. 8. cap. 5. & ſeqq. narrat quæ ultima æſtate & autumno Imperii Mauriciani geſta ſunt, aitque, *autumno adventante*, cum Mauricius *Petro* fratri Europæ Prætori juſſiſſet, ut copias in Sclavorum regione *per hyemem* retineret, Romanos acerrime recuſaſſe propter prædæ ſpem exiguam & barbaricam locorum illorum frequentiam. Hinc ad Petrum leucis viginti diſtantem a caſtris, legatos mittunt octo, *e quibus etiam erat Phocas tyrannus immitiſſimus*. Petebant autem, ut liceret in hyberna domum redire. *Petrus* ad caſtra profectus Imperatoris ad ſe literas demonſtrat, & ſe multitudini opponit. Verum poſtridie milites rurſum coeuntes Exarchum *Phocam* centurionem ſibi præficiunt, cumque ſupra ſcutum alte ſublatum, fauſtis gratulationibus proſequuntur. His auditis *Petrus* fugæ ſe committit, & ad Imperatorem venit. Is legatos ad Phocam mittit. Sed hac de re tyrannus inſoleſcit, procellaque excitata Mauricius ægre ad ædem Martyris *Autonomi* vivus evadit. Tandemque populo Phocæ applaudente, *omnibuſque res novas expoſcentibus, promulgatur peſtis illa, & ſceptri Dominus tyrannus deligitur*, qui *Mauricio vitam eripit, prius, eo ſpectante, maribus ejuſdem filiis jugulatis. Cum nutrix unum de puerulis Imperatoris ſuffurata, ſuum adhuc lactantem pro eo jugulandum ſubjeciſſet, ferunt, quod res eſt, Mauricium percuſſoribus arcanum detexiſſe, occultationemque pueruli indicaſſe, & minime juſtum eſſe affirmaſſe, iſta*



*venturum reſpondentibus ob ea quæ improbe geſſiſſet: Sic ipſe quidem, filii (inquit S. Theodorus) morietur, ſed poſt eum multo deteriora contingent, quæ hæc ætas non expectat.* Sed de his poſtea.

XIV. *Aliæ prædictiones de nece Mauritii.* Rurſum vero prædictiones. Etenim ante annum Imperatoris necis hæc etiam præceſſiſſe, Cedreni habent Annales: *Monachus quidam, cujus vitæ exercitatio illuſtris erat, ſtrictum gladium tenens a foro uſque ad æneam portam procurrit, omnibus prædicens Imperatorem gladio occiſum iri. Sed Herodianus Mauritio palam, quæ ipſi eventura eſſent, denunciavit.* Tunc etiam & populum in Mauritii ludibrium Maurum quemdam hominem Mauritio ſimilem ſuper aſinum impoſuiſſe, & corona ex aliis confecta coronaſſe, & ac ſi Imperator eſſet, per urbem duxiſſe, ſanniſque, jocis, ſcommatibus, ac ſibilis inſectatum eum univerſum vulgus, affirmat: addit præterea, portenta monſtraque plura, & e cælo ſigna ad id indicandum præceſſiſſe, quæ ſingula Nicephorus refert (*a*): præcognitumque Mauritio, ab eo ſe occidendum eſſe, cujus nomen duabus his litteris inchoatur P. H. cujus rei gratia Philippicus ſororis ipſius maritus in ſuſpicionem adductus eſt: ſed divinitus per ſomnium certiorem de nomine interfectoris Mauritium eſſe redditum. Narrat cuncta verbis iſtis Cedrenus:

(*a*) *Nic. l. 18. c. 38.*

XV. Maur. male ſibi conſcius pœnas hic exoptavit. *Sic igitur eodem anno ultimo Mauritii Imp. ipſe ad ſe reverſus, recordatuſque Deum nihil clam eſſe, eumque pro meritis cuique ſuis ſive bona ſive mala tribuere: tum quam graviter peccaſſet, quod captivos redimere noluit: expediens eſſe cogitavit, ut in hac vita temporaneas, & non in futura æternas pœnas daret. Itaque libellos ſupplices ſcripſit ad omnes Patriarchas, & monachos in omnia monaſteria, etiam Hieroſolymam miſit, ut a Deo peterent, ut ipſe de peccatis admiſſis in hac vita & non in futura pœnas lueret. Quin & in Philippicum impegit ſororis ſuæ maritum, ſuſpicatus ab eo cædem ſibi parari, ex vaticinio quodam, quo ſignificatum eſſet, ab PH. eſſe cavendum. Cæterum Philipicus innocens juramentis modis omnibus apud eum ſe purgare non deſtitit. Mauritius autem, cum pro ipſo ubique viri pii Dominum precarentur, quadam nocte in ſomnis ejuſmodi viſum vidit: nempe aſtare ſe ante Salvatoris imaginem in Palatii porta ærea collocatam, atque una ſimul multam turbam captivorum ipſum apud Dominum accuſantium. Tum ipſum Judicem jubere Mauritium cauſam dicturum ſiſti. Sicque a ſatellitibus correptum, & in porphyretico umbilico ibi poſito conſtitutum, ab eodem Jeſu Chriſto Domino interrogatum fuiſſe, ubinam ſibi pœnas rependi vellet, in hac ſcilicet vel futura vita? ipſum autem Mauritium ita reſpondiſſe: Domine benigniſſime, juſte Judex, hic malo potius, quam in altera vita. Nec mora, ſtatim juſſum eſſe, ut cum uxore ſua & liberis, totaque familia Phocæ militi trucidandus daretur. Expergefactus, ſtatim accubitorem ſuum miſit, qui Philippicum ad ſe perduceret.*



XVI. Philippicus in ſuſpicionem adductus liberatur. *Cum autem vocari ſe nocte Philippicus cognoviſſet, qui jam antea ſe ſciſſet in ſuſpicionem apud Imperatorem adductum, de ſe actum putavit: quamobrem antequam ad ipſum Imperatorem accederet, ſacram Euchariſtiæ communionem accepit, & abiit, uxorem Gordiam nomine relinquens ejulantem ſacco cinereque conſperſam, dolorem immenſum, quo angebatur præſeferentem. Ut autem ad Imperatorem Philippicus venit, ſeſe ad ejus pedes ſtratus advolvit. Sed Imperator, accubitore foras exire juſſo, ipſe ad Philippici pedes accidit, dicens: Ignoſce mihi, frater, quas tibi innocenti calumnias tribui. Suſpicabar quidem te meæ vitæ inſidias moliri, ſed jam te innocentem cognovi. Hortor autem, ut dicas mihi, ſi quem Phocam militem in exercitu noſti. Novi, ait ille, quemdam, qui pridem ab exercitu miſſus, cum tua majeſtate jurgavit. Quærenti autem Mauritio, quo ille præditus eſſet ingenio: reſpondit, hominem eſſe timidum & crudelem. Tum Imperator: Si timidus eſt, inquit, homicida eſt. Narravitque Philippico inſomnium.* Subdit vero de comete, qui apparuit, gladii formam habente, qui quaſi lingua cæleſtis quæ eſſent eventura prædiceret. Poſt hæc vero quid refer-



PAGIUS *iſta ſubtractione ſui filii germanam cadem quaſi adulterari atque corrumpi.* Tyrannus Petro Mauricii germano cervices præcidit. Tollitur e medio etiam *Comentiolus*, qui Europæ Dux fuerat, aliique. Hæc Theophylactus.

VII. *Phocas invadit Imperium.* Auctor Chronici Alexandrini, cujus tantum Faſtos Baronius legerat, ſelecta quædam ſub anno Mauricii XX. refert: *Sexto Julii quintæ indictionis, Edicto propoſito ſcriptum eſt reliqua parte anni uſque ad Januarium nempe: Sexta indictione. Ita & ſecundo Conſulatu ejuſdem religioſiſſimi Principis noſtri Novembri menſe ejuſdem indictionis, Phocas cum exercitu contra Mauricium ſeditionem movit & Mauricius Tiberius cum uxore Conſtantina & novem liberis, ſex maribus nempe; Theodoſio, Tiberio, Petro, Paulo, Juſtino, & Juſtiniano; & tribus virginibus, Anaſtaſia, Theoctiſte, & Cleopatra XXII. menſis Dii, qui Romanis eſt November, noctu, illuceſcente jam XXIII. die qui fuit feria ſexta, fugit. Phocas autem XXIII. ejuſdem menſis feria ſexta a Cyriaco Patriarcha Conſtantinopolitano in æde veneranda S. Joannis, quæ eſt in Hebdomo, inauguratus, XXV. die dicti menſis die Dominico ab Hebdomo per Auream, & Troadeſias, porticus, mediamque Urbem totam, uſque ad Pala-*

ferret legatio ad ſanctos viros miſſa, ſic breviter narrat: *Poſtridie Magiſtrianus, quem ad hoc ablegaverat Mauritius venit a ſanctis hoc reſponſum ferens: Probat Deus converſionem tuam, & animæ ſalutem concedit, teque totamque familiam tuam collocat inter electos, ſed Imperii cum dedecore jacturam patieris. Quibus auditis, Mauritius Deo laudes & gratias dixit.*

XVII. Phocas Centurio creatur Imperator.

*Inter hæc autem accidit ut Petrus germanus Imperatoris litteras ipſius juſſu ad exercitum mitteret, quibus juberet, ut trajecto Iſtro, milites ibidem hiemarent. Quod cum audiſſet exercitus, commotus vehementer, ſeditionemque faciens, de novo creando Imperatore tumultuoſe agere incipiens, quem audacem ſcirent eſſe militem Phocam Centurionem ſuper ſcutum elevantes acclamant, ſalutantque Imperatorem. Ubi autem iſta innotuere Petro, mox Byzantium veniens, certiorem de his reddit Imperatorem: qui jam adventare ſentiens hoſtem navim conſcendit cum liberis & uxore; ſed tempeſtate repulſus vix periculum evaſit, delatus ad ſanctum Autonomum: eademque nocte podagræ dolores ipſum corripuere. Qui vero erant Conſtantinopoli contrariæ factionis Praſini, occurrentes Phocæ eumdem plurimum honoravere, perſuaſeruntque in Hebdomon venire. Inter hæc accidit peti a populo adverſæ partis Theodoſium filium Mauritii Imperatorem. His Mauritius adverſatus. Timens ſibi Germanus in Deiparæ, Cyri dictum, templum aufugit: quo juſſus abſtrahi a militibus, ſed tutatus eſt eum populus.* Sed hæc Theophanes pluribus.

XVIII. At modo de promotione & unctione Phocæ hiſtoriam proſequamur. Cum ſe contuliſſet ad Septimum Phocas, facti ſunt illi obviam Patriarcha Conſtantinopolitanus, necnon & ſenatores. Exegit vero ab eo Cyriacus Patriarcha ex more confeſſionem Catholicæ fidei, promiſſionemque, qua polliceretur juxta ritum, ſe Eccleſiam a diſſenſionibus conſervaturum immunem. Quibus peractis, idem Phocas in eccleſia Sancti Joannis Baptiſtæ inſignibus Imperatoriis decoratur; ex quo facto clades provenit Imperii, Biduo poſt Phocas curru Imperatorio advectus venit in Regiam. Quinta vero die Leontiam conjugem ſuam, corona ei impoſita, Auguſtam nuncupavit.

Leontia Auguſta creata.

XIX. Cum autem ex more priſtino in editione ſpectaculorum Phocas totus eſſet, & in Circo de loci prærogativa oborta contentio fuiſſet, populus tumultuatus Mauritium appellavit, quod nondum mortuus eſſet. Movit res inexpectata invidiam Imperatoris: qui mox excitatus, miſſis militibus ad Mauritium, eum ad portum Eutropii adduci juſſit. Ubi ante oculos ejus juſſi ſunt necari quinque filii maſculi. Ad quæ ille alta philoſophia dixiſſe fertur illud Davidicum: *Juſtus es Domine & rectum judicium tuum.* Interea vero cum nutrix ſubtraxiſſet unum e nece, & pro illo filium ſuum offerret: id Mauritius fieri vetuit, infantemque ſuum prodidit, qui viſus eſt, e vulneribus lac dare cum ſanguine. Tandem vero ultimo loco Mauritius ipſe occiſus eſt, cum ſe caſu ſuperiorem in omnibus demonſtraſſet. Horum omnium abſciſſa capita

Mauritius cum filiis occiditur.

de-

PAGIUS *latium, nemine reſiſtente, ſed cunctis applaudentibus curru vectus Conſtantinopolim ingreſſus eſt.* Verum priora verba corrupta ſunt; menſe enim Julio currebat adhuc indictio V. eaque ante Septembrem mutari non potuit. Præterea certum eſt *Mauricium* ſemel Conſulem proceſſiſſe, quod & ipſemet Auctor Chronici Alexandrini oſtendit, qui præſentem annum his characteribas notat: *Indict. V. Mauricii XX. poſt ejuſdem Conſul. XVIII.* Quod ſi Mauricius ſecundum Conſulatum geſſiſſet, Auctor Chronici Alexandrini loco verborum illorum ſcripſiſſet: *Indict. V. Mauricii XX. eo ſecundo Conſule ſolo.* Illum itaque locum depravatum eſſe, certiſſimum: quod tamen non animadvertit Ducangius in notis ad iſtud Chronicon, ubi eum ſanum contendit, miraturque me in Diſſertatione Hypatica hunc Mauricianum characteriſmum omiſiſſe. [1]

Sub-

NOTÆ [1] HUnc textum Chronici Alexandrini corruptum eſſe duplici conjectura Pagius arguit. Primo, quod Indictionem ſextam hoc anno incæpiſſe referat die VI. Julii. Secundo quod in hunc annum ſecundum Mauricii Conſulatum conferat. Sed alia ex his conjecturis nonniſi ex depravata Textus verſione proceſſit. Ita enim habet Græcum ex nupera editione Veneta, Dufreſnii pag. 301. Καὶ τῇ ϛ' τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τῆς αὐτῆς ε' Ἰνδικτιῶνος... ἐγράφη τῷ λοιπῷ μέρει χρόνου, τοῦ μέχρι δηλονότι Ἰανουαρίου τῆς ἕκτης Ἰνδικτιῶνος, οὕτως. Καὶ ὑπατείας τοῦ αὐτοῦ quæ ſic probe vertit Dufreſnius: *Sexto deinde Julii menſis die ejuſdem V. Indictionis propoſito edicto ſcriptum eſt reliqua parte anni, nempe uſque ad Januarium VI. Indictionis, ſic: Et Conſulatu ejuſdem piiſſimi Domini noſtri.* Non ergo ait Chronici Author Indictionem VI. a die illa Junii menſis cæpiſſe; ſed aſſerit ſecundum Mauricii Conſulatum a die illa uſque ad Januarium VI. Indictionis in Actis publicis conſignatum fuiſſe. Quoad ſecundam vero non eſt cur antiquus & coevus Author ex eo quod rem nobis ignotam & inexploratam ferat, continuo interpolatus cenſeatur. Profecto nec de Juſtini altero Conſulatu, quidquam aliquid hucuſque reſcitum, ſeu a Veteribus adnotatum fuit; quem tamen nemo poſt ea quæ nos ad A. 565. 2. adnotavimus negaverit. Forte Mauricius ſecundum ſolemnem Conſulatum hoc anno ſolemni ritu & in curuli ſella procedendo geſſit. Quem tamen ſecundum Conſulatum in exordio anni Author Chronici non adnotavit, eo quod medio elapſo anno Conſulatum ſuffectorum inſtar cœperit. MANSI



delata in campum juxta tribunal, ad fœtorem uſque ibidem permanſerunt, donec Phocas licentiam ea auferendi atque ſepulturæ mandandi conceſſit, quæ una cum corporibus delata ſunt ad ſepulcrum S. Mamantis. Defuit autem liberorum Mauritii internecioni Theodoſius ablegatus a parte ad petendum auxilium a Coſrhoe Perſarum Rege: ſed quomodo interceptus, & neci poſtea ipſe etiam traditus ſit, dicemus anno ſequenti, quo contigit. De nece quoque conjugis & filiarum virginum ſuo item loco dicturi ſumus. Habet hæc eadem de interitu Mauritii Theophanes totidem ferme (*a*) verbis, ſed paulo copioſius explicat: ubi ſubditur, interfectum poſt hæc fuiſſe Petrum Mauritii fratrem, & alios proceres multos. Philippicum vero cognatum Imperatoris attonſum capite, ſacerdotio initiatum, ſectatum vitam quietam, tradit Cedrenus, cum videlicet jugalis ejus idem, vitæ genus arripuiſſet.

(*a*) *Miſcel. l. 17.*

XX. Alexandriæ eodem die cognita mors Mauritii.

Quomodo autem hæc quæ Conſtantinopoli geſta ſunt, dæmones Alexandriæ nunciaverint a Theophane ita narratur: *Interea Calligraphus quidam Alexandriæ venerabilis vir, ex matutina vigilia domum vadens, media nocte videt ſtatuas ex metallo æris abſtractas, & voce grandi dicentes, interemptum Mauritium & filios ipſius, atque omnes caſus, qui apud Byzantium fuerunt geſti. Mane vero facto, pergens, hæc Auguſtali retulit, qui præcepit ei, nulli hæc manifeſta facere; ſcribenſque diem præſtolabatur exitum. Die vero nona prætereunte, ecce nuncius venit, indicans Mauritii interemptionem. Tunc Auguſtalis dæmonum vaticinium publicavit.* Hæc ibi. Qui autem præter Mauritium & filios interempti fuerint, Nicephorus ea quæ ſunt dicta prolixius proſecutus, ita recenſet (*b*): *Proinde Petrum Mauritii fratrem* tyrannus *ferro necat. Occiditur præterea, de quo ſæpe facta eſt mentio, dux Commentiolus, item Georgius Philippici filius, Præſentinus, etiam, cui curas & conſilia ſua Petrus crediderat: poſtremo vero & Theodoſius Mauritii ſucceſſor, ex itinere (ut dictum eſt) retractus.* Sed de ipſo agetur anno ſequenti.

(*b*) *Nicep. l. 18. c. 41.*



XXI. De annis Imperii Mauritii.

His enarratis, jam ſupereſt, tantum, ut annos, quibus Mauritius imperavit, ad calculos revocemus. Accidit namque, ut unus errans, idem & reliquos rem abſque exacta conſideratione prætergredientes, in errorem eumdem ſecum ferret. Hæc dixerim, quod penes Græcos vel alios ferme omnes una videtur eſſe communis aſſertio de tempore quo Mauritius imperavit, nimirum ipſum ad annum vigeſimum perveniſſe: iſtud quidem expreſſum invenies apud Theophanem, Cedrenum, Nicephorum, (*c*) qui & ejus ætati tribuit annos ſexagintatres, idemque Zonaras habet, hoc ipſum Beda, & alii. Sed antequam alios corrigamus, ea primum menda, quæ volvendo cuſos hactenus tomi hujus terniones reperimus de inchoatis vel abſolutis Mauritii Imp. annis expurgemus: ut hac una animadverſione corrigas omnes errores illapſos, ut ſingulos in annis ſingulis poſitos ejus annos ſemper inchoatos intelligas, non abſolutos. His emendatis, exactam jam Mauritii Imperii temporis rationem ineamus.

(*c*) *Ibidem c. 40. in fin.*

Jam ſuperius ex ſcriptoribus qui eodem tempore vixerunt, oſtendimus creatum Mauritium anno Redemptoris quingenteſimooctogeſimoſexto; idque tam Græci quam Latini auctores teſtantur, qui eodem vivebant tempore: quo etiam anno Tiberium prædeceſſorem Mauritii mortuum tradunt, quarto Idus Auguſti: a quo tempore ſi incipias numerare annos Mauritii uſque ad præſentem annum, quo teſtificatione publicorum Actorum & aliorum conſtat menſe Novembri Indictionis ſextæ occiſum Mauritium, & ſubrogatum Phocam; utique reperiet ipſum nonniſi annos ſexdecim ac menſes tres & aliquot dies imperaſſe.

E 2 Sed

PAGIUS XIII. *Crudelitas Phocæ in Mauricium ejuſque filios.*

Subdit Auctor Chronici Alexandrini: *Comprehenſus vero Mauricius Tiberius cum uxore & octo liberis in æde S. Autonomi juxta Prænetum, & XXVII. die ejuſdem menſis, feria tertia, occiditur ad Chalcedonem ipſe Mauricius Tiberius ac Petrus, Juſtinus & Juſtinianus, & Petrus Mauricii germanus Curopalata captus & ipſe. Interfecti ſunt in Diadromo ad Acritam Conſtantinus Lardis ex Prefecto factus Prætorio Logothetes & curator Ormiſdi, filius præterea Mauricii Theodoſius, & Comentiolus Patricius, & militiæ Præfectus cæſus eſt trans Urbem ad S. Cononis propter mare. Et corpus ipſius a canibus devoratum eſt. A XXV. ejuſdem menſis in reliquam anni partem, uſque ad Januarium nempe, præſentis Indictionis VI. perſcriptum eſt in publicis Imperii cauſis: PHOCÆ ANNO PRIMO.*

IX. Ad num. XXI. & ſeq. *Mauricium* die XIV. menſis Auguſti anni DLXXXII. *Tiberio Conſtantino* ſucceſſiſſe, & exeunte menſe Novembri hujus Chriſti anni trucidatum eſſe, ideoque & imperaſſe annos viginti, *menſes tres*, dies aliquot impoſterum vocari non poteſt in controverſiam, ſolutis jam omnibus difficultatibus, quæ noſtra etiam ætate viros doctiſſimos in errorem traxerant. Baronius, qui anno DLXXXVI. ejus initium collocarat, eique hoc anno Imperii annos XVI. tantum aſſignarat, in Appendice ad Tomum XII. ad annum DLXXXVI. & in editione Colonienſi ad eumdem annum Tomo VII. Evagrium erraſſe in recenſendis annis Juſtini, Tiberii & Mauricii agnovit, licet verius dixiſſet Evagrii textum a librariis depravatum fuiſſe, ut ſuo loco oſtendi; uno tamen anno adhuc erravit Baronius, cum Mauricii Imperium anno DLXXXIII. illigandum eſſe docuerit. Verum quidem eſt, Zonaram, Cedrenum, alioſque paſſim ei annos viginti tribuere; *ſed Hiſto-*

*Mauricius annum XXI. Imperii inchoavit.*

XXII. Sed quoniam apud S. Gregorium & Bedam in publicis monumentis depravatum interdum invenies numerum Indictionum & diſcrepare ab aliis annis aliter conſignatis: provocamus lectorem ad Evagrium (*a*) rationem temporum non obiter & oſcitanter afferentem, ſed ſumma (ut profitetur) induſtria & diligentia ſtatuentem, qui cum ſuæ ætatis tempora quam ſtudioſiſſime recenſere ſe profiteatur, erit ipſe nobis inſtar omnium aliter ſentientium. Repetenda ſunt ergo hic verba ipſius ita dicentis: *Ut autem ordinem temporum accuratiſſime complectamur, intelligendum eſt, Juſtinum Juniorem per ſe ſolum ad annos duodecim & menſes decem cum dimidio regnaſſe, atque una cum Tiberio ad annos tres & undecim menſes, totumque tempus regni ſui annos ſexdecim & menſes novem cum dimidio complexum eſſe. Regnavit autem Tiberius per ſe ſolum annos quatuor, cum Juſtino autem tres, & menſes undecim.* Sunt hæc Evagrii verba, canonque firmiſſimus temporis conſtitutus.

(*a*) *Evag. l. 5. c. 23.*

XXIII. Sic igitur dum numerat ab obitu Juſtiniani Imp. cui Juſtinus ſucceſſit: cum conſtet Juſtinianum (*b*) Idibus Novembris diem obiiſſe anno Domini quingenteſimo ſexageſimoquinto, atque teſte eodem Evagrio (*c*) imperaſſe annos trigintaocto & menſes octo, ſicque obiiſſe anno Redemptoris, quingenteſimo ſexageſimoquinto: his ſi addas annos decem & ſeptem minus menſe uno cum dimidio, quibus imperavit Juſtinus, pervenies ad annum Domini quingenteſimum octogeſimumſecundum. His jungas quatuor, quibus ſolum regnaſſe Tiberium idem Evagrius tradit; pevenies ad annum Domini quingenteſimum octogeſimumſextum: a quo tempore incipe numerare annos Mauritii uſque ad præſentem annum; utique non amplius quam annos ſexdecim & tres menſes (ut ſuperius dictum eſt) reperies. Hæc dicta ſunto ad rectam annorum Imperii Mauritii rationem, auctore Evagrio omnia ob oculos habente, & annos Imperatoris ad exactiſſimam temporis rationem revocante: quibus reliquos corrigas omnes & emendes, niſi auctores numero potius quam veritate pollentes ſequendos exiſtimes.

(*b*) *Ex Corippi carm. dit. ſup.*
(*c*) *Evagr. l. 4. c. ult.*

XXIV. Porro ſcito calumniam fuiſſe, quam adverſa populi pars intulit (*d*) in Mauritium, quod Marcionis hæreſis ſectator eſſet: ſiquidem ſuperius vidimus ejuſdem fidem Catholicam non ſolum receptam, ſed prædicatam ſæpe a ſancto Gregorio Romano Pontifice (*e*), cujus de his ſententia vera certaque haberi debet, non inconſtantis vulgi & perciti furore jactata convicia. Quæ vero laude digna de Mauritio Nicephorus ad finem habeat (*f*), accipe: ait enim: *Mauritius Imp. ſummopere viros eloquentia inſignes coluit: liberalis etiam erga eos, qui pulcherrimis optimiſque diſciplinis præclaram operam navaſſent. Celebria quoque opera in Romani Imperii ditione conſtruxit: quorum eſt unum ſanctorum Quadraginta martyrum eccleſia, quam Tiberius antea ædificare aggreſſus fuerat. Sacram quoque Apoſtoli Pauli ædem Tarſi Ciliciæ eumdem conſtruxiſſe ferunt. Fertur & illud quoque de eo, quod tertiam partem penſionum vectigalium ſubditis ſuis remiſerit, quodque liberaliter Byzantiis triginta talenta donaverit, ut aquæductuum meatus renovarent. Item præclarum illud ſtemma & ornamentum, quod ei Sophia Auguſta ſocrus & conjux Conſtantina ambitioſe admodum & magnifice elaborarant, cum id ne ſemel quidem geſtaſſet, maximo Dei templo intulit, & divinæ menſæ conſecratum, aurea catella ſuſpendit: quod ipſum ornamentum uſque ad expugnationem urbis duravit.* Hæc Nicephorus.

(*d*) *Nicep. l. 18. c. 39.*
(*e*) *Greg. l. 9. ep. 40. Ind. 4.*
(*f*) *Nicep. l. 18. c. 42.*
Quæ de Mauritio laudentur probe facta.

XXV. Verum cur ad extrema hæc omnium calamitatum Mauritius tandem prolapſus inciderit ut intelligas, ſuperiores ejus greſſus non recto tramite fixos memoria repete, quæ ſcilicet quantave adverſus libertatem Eccleſiaſticam ſanxerit, quæve in ſanctiſſimum Patrem Gregorium perpetrarit: ut plane illam viſus ſit ſubiiſſe quodammodo pœnam, quæ in ſacris Proverbiis reperitur ita eſſe ſancita (*a*): *Oculum, qui ſubſannat patrem, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.* Paſſus namque & hanc ignominiam eſſet, ſecto capite uſque ad putredinem in foro expoſito, niſi vallatum ſemper fuiſſet a ſpectantibus & admirantibus populis. Hæc de his ſatis.

(*a*) *Prov. 30.*

Sex-

PAGIUS ſtorici illi annos completos, ut fere fit, tantum numerant. Qui enim annos non integros in ſummam contulere, uti Beda lib. 1. cap. 23. & Paulus de geſtis Longobard. lib. 4. cap. 27. tradunt, eum Imperium *uno & viginti annis tenuiſſe*. Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis cap. 9. refert Nummum Mauricii Auguſti in poſtica inſcriptum: ANNO XX. aliumque in quo legitur, ANNO XX. infra, THEUP. id eſt, *Theſſalonicæ urbe percuſſus*.

X. Ad num. XXIII. & ſeq. Virtutes & vitia Mauricii Imperatoris non tacuit Theophylactus Simocatta in ſua Hiſtoria, quam publicavit extremis Heraclii Auguſti temporibus. Libro enim 8. cap. 12. loquitur de morte *Choſrois* Perſarum Regis, quæ contigit anno DCXXVIII. Non itaque ante illum Chriſti annum Hiſtoriam ſuam ſcripſit Theophylactus, qui in Dialogo, quem eidem præfixit, dicit a *Mauricii* morte & a tempore quo *Tyrannus Caledonius* ita Phocam vocat, Imperator declaratus eſt, Hiſtoriam fuiſſe quaſi mortuam, nec quandiu ipſe imperavit, in Aula Cæſarea fuiſſe locum Philoſophiæ. *Theophylactus* in Prologo prioris partis Quæſtionum Phyſicarum, ſe in Græcia natum, & *Locros* patriam habuiſſe tradit. Se Chriſtianum fuiſſe poſterioris partis earundem Quæſtionum Prologo indicat, ſicuti in Hiſtoria lib. 8. cap. 4. & ſeq. ſed clarius lib. 8. cap. 13. ut ex verbis ejus anno ſequenti num. II. referendis patebit. Ad dignitates publicas evectus eſt, ut ex ejus Scriptis eruit Hankius libro de Byzantinarum rerum Scriptoribus parte 1. cap. 9. ubi plura tam de eo, quam de illius Scriptis. Hiſtoriæ ejus libri a Jacobo Pontano e Græco in Latinum verſi inſerti ſunt Corpori Hiſtoricorum Byzantinorum typis Regiis edito, & Oudinus in ſupplemento de Script. Eccleſiaſt. pag. 157. ejus Scripta recenſet, indicatque quibus in locis, quibuſve annis typis mandata fuerint.

*Theophylactus Heraclio imperante Hiſtoriam Mauricianam ſcripſit.*

Inventio corporis *S. Victoris Martyris*, de quo anno DCVIII.

I. *Phocas Romæ acclamatus Imperator.* SExcenteſimus atque tertius numeratur annus ſextæ Indictionis, quo inchoatur Gregorii Papæ decimuſquartus, & Phocæ Imperatoris primus, cum & Romæ idem acclamatus eſt Imperator menſe Aprili; non enim ante illud tempus allatæ ſunt Romam regnantium Auguſtorum imagines, de quibus hæc apud Gregorium in exordio undecimi libri: *Venit autem icona ſupraſcriptorum Phocæ & Leonitæ Auguſtorum Romam ſeptimo Kalendas Maii, & acclamatum eſt eis in Lateranis in baſilica Julii ab omni clero vel Senatu: Exaudi Chriſte: Phocæ Auguſto & Leontiæ Auguſtæ vita. Tunc juſſit ipſam iconem dominus beatiſſimus & Apoſtolicus Gregorius Papa reponi in oratorio S. Cæſarii martyris intra Palatium.* Hæc ibi ex Actis publicis.

Quod audis de imaginibus Auguſtorum Romam allatis: alias ſæpe diximus, eas mitti ſolitas ab Imperatoribus in diverſas provincias Imperio Romano ſubjectas, & ad Principis amicos, eaſdemque dici conſueviſſe Laurata, quaſi Laureata. Eſt de his ampla mentio in epiſtola Gregorii Papæ Secundi ad Leonem Iſauricum Imperatorem, de qua ſuo loco inferius. His veluti Imperatori præſenti debitus honoris cultus deferri conſuevit ab omnibus; & in eas peccans, majeſtatis reus efficiebatur, ut ſuperius dictum eſt in Conſtantino Magno, cum ejus imaginem quidam Ægyptii lapidibus appetiiſſent. Eſt de veneratione imaginum Principum frequens mentio apud poſteriorem Nicænam Synodum, & Damaſcenum, vel alios, qui ſcripſerunt de veneratione ſacrarum imaginum.

II. Quod autem poſtquam iiſdem Auguſtorum imaginibus Romam miſſis, in baſilica Julii in Lateranis debitæ ſunt a clero atque populo acclamationes exhibitæ, juſſerit ſanctus Gregorius reponi eas in oratorio ſancti Cæſarii martyris intra Palatium: non putes locum illum fuiſſe, in Palatino, vel Palatio Lateranenſi, quod Patriarchium dicebatur; ſed eccleſiam illam (quæ aliquando Diaconia, poſtea vero Titulus fuit) poſitam in viæ Appiæ divortio a Latina, haud procul a Titulo S. Sixti. Ædes enim peramplæ illic erant ſive ſui Pontificis, ſive Imperatoris, cum Romæ eſſe contingeret, inſervientes, quæ Sacrum Palatium dicebantur, ut teſtatur Anaſtaſius in Sergio Papa, quem illic eligi contigit adverſus altercantes inter ſe ſchiſmaticos. *De titulo S. Cæſarii in palatio.* Perſeveravit eadem eccleſia antiqua nobilitate celebris uſque ad tempora noſtra eodem nomine Tituli ſancti Cæſarii in Palatio, ut complura publica monumenta docent, atque noviſſime Acta ſacroſancti Concilii Tridentini, quibus ſubſcriptus legitur Chriſtophorus Cardinalis Madrucius Tridentinus, presbyter Tituli ſancti Cæſarii in Palatio. Porro eamdem ipſam nimia vetuſtate collapſam, penituſque inacceſſam atque deſertam, ob idque e numero Titulorum expunctam a Sixto V. Pontifice, Clemens Papa VIII. Eccleſiaſticarum antiquitatum tenaciſſimus cuſtos & conſervator ipſam reſtituturus in Titulum, in veterem formam extruendam atque exornandam curavit: quo etiam nomine illi potiſſimum ei bene precantur, qui antiquam loci nobilitatem non ignorant. At de oratorio S. Cæſarii hæc obiter dicta ſatis. Jam rerum geſtarum ſeriem proſequamur.

III. Præſtitit & Phocas haud dubium, quod reliqui omnes Auguſti (ut ſæpe ſuperius eſt demonſtratum) præſtare conſuerunt, ſimulac electi eſſent Imperatores: nimirum, ut fidei ſuæ profeſſionem Catholicam mitterent ad Romanum Pontificem, quo in univerſa Catholica Eccleſia nomen Catholicum communionemque conſequerentur. Non omiſiſſe ipſum quæ uſitatæ ſolemnitatis eſſent, qui religioſos alios ritus in ſua conſecratione impleſſe voluit, par eſt credere. Porro ſanctus Gregorius ſimulac accepiſſet de ejus evectione in Imperium nuncium, litteras ad ipſum dedit: extant ipſæ, quibus intueri per tranſennam poſſis, quam deploratiſſimus eſtet ſtatus Romani Imperii ſub Mauritio: ſic enim ſe habet epiſtola (a) ad eum data de adepto Imperio gratulatoria, ut moris erat:

(a) *Greg. l. 11. ep. 38. Ind. 6. edi. Rom.*

*Epiſtola S. Gregorii ad Phocam.* *Gloria in excelſis Deo, qui juxta quod ſcriptum eſt (b), mutat tempora, & transfert regna: & qui hoc cunctis innotuit, quod per prophetam ſuum (c) loqui dignatus eſt, dicens: Quia dominatur Excelſus in regno hominum, & cui voluerit ipſe dat illud. In omnipotentis quippe Dei incomprehenſibili diſpenſatione alternatim vitæ mortalis ſunt moderamina: & aliquando cum injuſtorum multorum peccata refrænanda ſunt, unus erigitur, per cujus duritiam tribulationis jugo ſubjectorum colla deprimantur: quod in noſtra diutius afflictione probavimus. Aliquando vero, cum miſericors Deus mœrentium multorum corda ſua decrevit conſolatione refovere, unum ad regiminis culmen provebit, per cujus miſericordiæ viſcera in cunctorum mentibus exultationis ſuæ gratiam infundit. De qua exultationis abundantia roborari nos citius credimus, qui benignitatem veſtræ pietatis ad Imperiale faſtigium perveniſſe gaudemus. Lætentur cæli, & exultet terra, & de veſtris benignis actibus univerſæ Reipublicæ populus nuncuſque vehementer afflictus hilareſcat. Comprimantur jugo dominationis veſtræ ſuperbæ mentes hoſtium. Releventur veſtra miſericordia contriti ac depreſſi animi ſubjectorum. Virtus cæleſtis gratiæ inimicis terribiles vos faciat, pietas ſubditis benignos.*

(b) *Dan. 2.*

(c) *Dan. 4.*

IV. *Mala quæ ſub Mauritio vigebant.* *Quieſcat feliciſſimis temporibus veſtris univerſa Reſpublica, prolata ſub cauſarum imagine præda pacis. Ceſſent teſtamentorum inſidiæ, donationum gratiæ violenter exactæ. Redeat cunctis in rebus propriis ſecura poſſeſſio, ut ſine timore habere ſe gaudeant, quæ non ſunt eis fraudibus acquiſita. Reformetur in ſingulis ſub jugo Imperii veſtri libertas ſua. Hoc namque inter Reges Gentium & Reipublicæ Imperatores diſtat, quod Reges Gentium domini ſervorum ſunt, Imperatores vero Reipub. domini liberorum. Sed melius hoc orando, quam ſuggerendo dicimus. Omnipotens Deus in cuncta cogitatione & opere cor veſtræ pietatis ſuæ gratiæ manu teneat; & quæque juſte, quæque clementer agenda ſunt, inhabitator veſtri pectoris Spiritus ſanctus benigne diſponat: ut de temporali regno veſtra clementia poſt multorum annorum curricula ad cæleſtia regna pertingat.* Hæc Gregorius primum ad Phocam. Accidit vero, ut poſt hæc ab ipſo Phoca recepe rit Gregorius litteras, quibus, perſolutis quæ ſolerent reliqui Imperatores officiis, queſtus eſt ipſe novus Impeator cum ſancto Gregorio, quod nullum invenerit Conſtantinopoli ex more reſidere ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Apocriſarium. Accidit enim (ut anno ſuperiori dictum eſt) obiiſſe eum, qui in eadem muneris functione poſt Sabinianum miſſus fuerat Anatolius, cui necdum ſuffectus quiſquam erat. Ad hæc reſpondens Gregorius, ſe excuſat ob temporis iniquitatem, cujus cauſa nullus inventus eſſet, qui ejuſmodi provinciam ſubire vellet: adeo enim iniqua fuerant & Romanæ Eccleſiæ moleſta illa extrema tempora Mauritii Imperatoris, Deo amplius non ferenda. Reſcribens ergo Gregorius, ſimul etiam de miſerando ſtatu Romanæ Eccleſiæ eundem certiorem reddit. Litteræ vero ipſæ ſic ſe habent (d):

(d) *Greg. l. 11. ep. 45. Ind. 2. edit. Rom.*

V. *Poſteriores litteræ Gregorii ad Phocam.* *Conſiderare cum gaudiis & magnis actionibus gratiarum libet, quantas omnipotenti Domino laudes debemus, quod remoto jugo triſtitiæ, ad libertatis tempora ſub Imperiali benignitatis veſtræ pietate pervenimus. Nam quod permanere in Palatio juxta antiquam conſuetudinem Apoſtolicæ ſedis diaconum veſtra ſerenitas non invenit, non hoc meæ negligentiæ, ſed graviſſimæ neceſſitatis fuit: quia dum miniſtri omnes hujus noſtræ Eccleſiæ contrita aſperaque tempora cum formidine declinarent atque refugerent, nulli eorum poterat imponi, ut ad urbem regiam in Palatio permanſurus accederet. Sed poſtquam veſtram clementiam, omnipotentis Dei gratia diſponente, ad culmen Imperii perveniſſe cognoverunt: ipſi quoque ſuadente lætitia, ad veſtra veſtigia venire feſtinant, qui prius illuc accedere valde timuerant. Sed quia eorum quidam ita ſenectute ſunt debiles, ut laborem ferre vix poſſint, quidam Eccleſiaſticis curis vehementer implicantur: & lator præſentium, qui primus omnium Defenſor fuit, bene mihi ex longa aſſiduitate compertus eſt vita, fide ac moribus approbatus: hunc aptum pietatis veſtræ veſtigiis judicavi. Unde eumdem, auctore Deo, dia-* *Bonifacius Apocriſarius mittitur Conſtantinop.*

co-

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCXLI. A.C. 603.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6096.

☉ 24. F. ☽ 15. P. 7. April. Indict. 6.

JESU CHRSTI 603.

GREGORII PAPÆ 14.

PHOCÆ IMP. 2.

I. HIC annus iſta formula notatus eſt: *Phoca Aug. anno primo*, uti de Juſtino Juniore diximus. Verum quidem eſt, in Chronico Alexandrino hoc anno legi: *Indict. VI. Phoca Aug. ſolo Conſule.* [1] Sed locum iſtum corruptum eſſe ex ſex ultimis Phocæ annis ab ipſomet Auctore Chronici Alexandrini recte diſpoſitis manifeſte patebit. *Phocas Conſul deſignatur.* *Phocas* itaque hoc anno Conſul tantum deſignatus eſt. Theophanes enim anno Incarnat. DXCVI. Kal. Septemb. hujus Chriſti anni inchoato, inquit: *Hoc anno menſis Decembris die ſeptimo Indictione ſeptima ad ſolitas Feſtorum ſolemnitates, ſparſis in populum pro Conſulum more nummis proceſſit.*

NOTÆ [1] HOs Phocæ Conſulatus ſic reformandos cenſeo, ex regula anno 565. 2. a me ſtabilita. Anno 602. exeunte, ac toto anno 603. Phocas Conſulatum minus ſolemnem cum Imperio habuit. Ideo in Chronico Alexandrino annus iſte 603. recte notatur: *Phoca Aug. ſolo Coſ.* Anno vero 604. Phocas Conſulatum ſolemnem a Kalendis Januarii geſſit; qui proinde annus duplici formula notari potuit, nempe *poſt Conſulatus* (Conſulatus prioris) *annus primus*; quod ab Authore Chronici præſtitum eſt; & *annus Conſulatus Phocæ* (Conſulatus nempe ſecundi & ſolemnis) prout in Faſtis expreſſus eſt. Denique anno 605. & deinceps poſtconſulatus a ſecundo Conſulatu ducti numerari cæpti ſunt. MANSI

*conum feci, & ſub celeritate tranſmittere ſtudui, qui cuncta quæ in his partibus aguntur, invento opportuno tempore, valeat clementiæ veſtræ ſuggerere. Propter quod rogo, ut ſerenitas veſtra pias aures inclinare dignetur: ut tanto nobis valeat celerius miſereri, quanto afflictionem noſtram verius ex ejus relatione cognoverit.*

*Qualiter enim quotidianis gladiis & quantis Longobardorum incurſionibus ecce jam per trigintaquinque annorum longitudinem premimur, nullis explere vocibus ſuggeſtionis valemus. Sed in omnipotenti Domino confidimus, qui quæ cœpit conſolationis ſuæ nobis bona perficiet: & qui ſuſcitavit in Republica pios dominos, etiam extinguet crudeles inimicos. Sancta itaque Trinitas vitam veſtram per tempora longa cuſtodiat, ut de bono veſtræ pietatis, quod tarde ſuſcepimus, diutius gaudeamus.* Hactenus ad Phocam Auguſtum Gregorius. Porro hic qui miſſus eſt ex Defenſore diaconus Apocriſarius, Bonifacius fuit, ut apparet ex epiſtola data ad Cyriacum Conſtantinopolitanum Epiſcopum: & eum puto Bonifacium, qui ſecundus poſt Gregorium ſucceſſit Romanus Pontifex. Sed & ad Leontiam Imperatricem aliam tunc epiſtolam dedit Gregorius his verbis conſcritam (a):

(a) *Greg. l. 11. ep. 46. Ind. 6. edit. Rom.*

VI. Greg. litteræ ad Leontiam Auguſt.

*Quæ lingua loqui, quis animus cogitare ſufficiat, quanta de ſerenitate veſtri imperii omnipotenti Deo gratias debemus, quod tam dura longi temporis pondera cervicibus noſtris amota ſunt, & Imperialis culminis leve jugum ſubiit, quod libeat portare ſubiectis? Reddatur ergo Creatori omnium ab hymnidicis Angelorum choris gloria in cælo; perſolvatur ab hominibus gratiarum actio in terra: quia univerſa Reſpublica, quæ multa mœroris pertulit vulnera, jam nunc conſolationis veſtræ invenit fomenta. Unde nobis neceſſe eſt omnipotentis Dei miſericordiam enixius exorare, ut cor veſtræ pietatis ſua ſemper dextera teneat, ejuſque cogitationes cæleſtis gratiæ ope diſpenſet: quatenus tranquillitas veſtra tanto rectius valeat ſibi ſervientes regere, quanto dominatori omnium noverit verius deſervire. In amore Catholicæ fidei faciat defenſores ſuos, quos fecit ex benigno opere Imperatores noſtros. Infundat in veſtris mentibus zelum ſimul & manſuetudinem: ut ſemper pio fervore valeatis & quicquid in Deo exceditur, non inultum relinquere, & ſi quid in vobis delinquitur parcendo tolerare. Det vobis in veſtra pietate Pulcheriæ Auguſtæ clementiam, quæ pro zelo Catholicæ fidei in ſancta Synodo Helena nova vocata eſt.*

VII. *Omnipotentis Dei miſericordia largiora vobis cum piiſſimo domino ſpatia vivendi concedat: ut quo veſtra longius vita extenditur, ſubiectorum omnium conſolatio validius confirmetur. Rogare forſitan debui, ut Eccleſiam beati Petri Apoſtoli, quæ nunc uſque gravibus inſidiis laboravit, haberet veſtra tranquillitas ſpecialiter commendatam. Sed quia ſcio quia omnipotentem Deum diligitis, non debeo petere quod ſponte ex benignitate veſtræ pietatis exhibetis. Quanto enim plus timetis Conditorem omnium, tanto amplius ejus poteſtis Eccleſiam amare, cui dictum eſt (b): Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam: & cui dicitur: Tibi dabo claves regni cælorum: & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælo: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælo. Unde nobis dubium non eſt, quam forti amore ad eum vos ſtringitis, per quem ſolvi ab omnibus peccatorum nexibus deſideratis. Ipſe ergo ſit veſtri cuſtos Imperii, ſit vobis protector in terra, ſit pro vobis interceſſor in cælo: ut per hoc quod relevatis duris ponderibus in veſtro Imperio ſubjectos gaudere facitis, poſt multa annorum tempora in cæleſti regno gaudeatis.* Hucuſque ad Leontiam: Sane quidem (ut accidere ſolet, cum novi Principes regnare incipiunt) ſpes haud mediocris de Phoca Imperatore concepta erat, & meliora futura tempora ſperabantur, eo quod una cum Mauritio, vel extincti, vel ejecti eſſent, qui provincialium ſanguinem ſuxerant magiſtratus illi, qui & duriſſima tyrannide (ut vidimus) univerſos oppreſſerant.

(b) *Matt. 26.*

VIII. Cum ergo Apocriſarium Gregorius Conſtantinopolim mitteret Bonifacium, eidem etiam ad Cyriacum Conſtantinopolitanum Epiſcopum litteras dedit, eaſdemque pacis conciliatrices: etenim illis ipſum horta-

ta-

PAGIUS II. *Mauricius avaritiæ vitio laboravit.*

A num. VII. ad XIV. Theophylactus lib. 8. cap. 13. ait. *Prædicatur Mauricius eloquentiæ fuiſſe cupidiſſimus, quique in artibus liberalibus deſudaſſent, eos honoribus inſignibus cumulaſſe. Ædificaſſe item Tarſi templum Paulo Cilici, qui toto pene Orbe ſalutariter Evangelium Chriſti Jeſu Unigeniti Filii Dei diſſeminavit. Inſuper tertiam partem vectigalium ſubditis remiſiſſe, & Byzantiis ad aquæductus renovandos triginta talenta donaviſſe.* Quibus ex verbis liquet primo, Theophylactum Chriſtianum fuiſſe. Secundo, Mauricium ſubditos tributis non oppreſſiſſe. Illum tamen avaritiæ vitio laboraſſe, imo & ſordidum fuiſſe dicit Zonaras, aſſerens ipſum milites a *Chagano* captos redimere noluiſſe, *partim ex tenacitate, partim militum odio*: Addit Zonaras, Mauricii avaritiam militibus defectionis occaſionem præbuiſſe, cum *Petro* fratri ſuo juſſit, ut Iſtro cum copiis trajecto, inde commeatum peteret; *Id conſilium*, inquit Zo-



tatus eſt concordiam in Eccleſia cuſtodire in ſpiritu humilitatis. Litteræ autem ſic ſe babent (a):

(a) *Greg. l. 11. ep. 47. Ind. 6. edit. Rom.*

Ultimæ Gregorii ad Cyriacum litteræ.

*Quanta ſit pacis virtus cariſſime frater ex voce Dominica diligentius intuentes, quæ ait (b): Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis: ita in ejus nos decet dilectione perſiſtere, ut locum præbere diſcordiæ nullo modo debeamus. Sed quia in radice ipſius aliter vivere non valemus, niſi mente & actu humilitatem, quam ipſe auctor pacis docuit, teneamus: cum ea charitate, qua dignum eſt, ſuademus, ut profanam elationem, quæ animabus ſemper adverſa eſt, cordis pede calcantes, perverſi ſuperbique vocabuli ſcandalum Eccleſiæ auferre de medio feſtinetis: ne a pacis noſtræ ſocietate diviſi inveniri poſſitis; ſed unus in nobis ſpiritus, una mens, una charitas, una in Chriſto, qui ſua membra eſſe nos voluit, ſit compago concordiæ. Nam quam durum, quam indecens, quam crudele, quamque a ſacerdotali propoſito ſit extraneum, pacem illum, quam aliis prædicat, non habere, ſanctitas veſtra conſideret, & ſuos de ſuperbia fratres ſcandalizare abſtineat. Sed hæc magis ſtudeat, ut vanæ aut ſuperfluæ elationis auctorem, humilitatis queat enſe proſternere: quatenus ex ejuſmodi victoria ſuum vos habitaculum ſancti Spiritus gratia ſibi vendicet, & aperte impleatur in vobis quod ſcriptum eſt (c): Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Præſentium vero portitorem dilectiſſimum communem filium Bonifacium diaconum vobis in omnibus commendamus, ut quocumque neceſſe fuerit, ſolatia veſtræ (ſicut decet) inveniat ſanctitatis.* Hæc Gregorius in cauſa admodum deplorata: dum licet minime ſe audiri ferme certo compertum haberet, tamen noluit deeſſe officio neque deſperare penitus de hominis ſalute; quod ſuos monuerit Apoſtolos Dominus, dicens (d): *Nonne duodecim ſunt horæ diei?* Quaſi ſignificaret, nullius eſſe deſperandam ſalutem, cum homo ſui natura mobilis ad ſingula omnino momenta & interdum in melius mutari poſſit.

(b) *Jo. 14.* (c) *Cor. 6.* (d) *Jo. 11.*

IX. Jam vero proſequentes miſſum a Gregorio Apocriſarium, quæ agerentur Conſtantinopoli & in reliqua parte Orientalis Imperii, videamus, ad ipſum Gregorium poſtmodum reverſuri. Atque in primis quam diverſus ac pene contrarius extiterit Phocas ab ea quam de ipſo ſpem conceperat ſanctus Gregorius, atque ad ipſum ſcripſerat, a Cedreno audiamus primum ejus formam ita deſcribente: *Statura*, inquit, *fuit mediocri, deformis, terribilis aſpectu, rubente capillo, ſuperciliis coeuntibus, mento raſo, cicatrice in mala notatus, quæ ipſo iraſcente denigrabatur: vinoſus, mulieroſus, ſanguinarius, rigidus, in dicendo ferox, a miſeratione alienus, moribus ferus, hæreticus. Uxor ejus Leontia iiſdem fuit moribus imbuta.* At quod hæreticus dicatur Phocas calumnioſe id paſſus videtur. Verum tum ex ejus ſæviente tyrannide, tum ex aliunde emergentibus malis fuiſſe tempora ejus Imperii infeliciſſima, idem auctor tradit his verbis: *Illius ætate omne genus malorum in Romanum Imperium exundarunt: nam & hominum & beſtiarum mortua eſt immenſa multitudo, & terra fruges negante, tum fames tum graviſſimæ peſtes obortæ ſunt, hiemeſque fuerunt adeo ſævæ, ut congelaverit mare, ac piſces perierint.* Refert idem hoc anno, quod cum circenſi libertate populus Phocam dicteriis exagitaſſet, ab eodem dira paſſus ſit, occiſis aliis, aliis membris mutilatis.

Quali aſpectu & moribus Phocas Aug.

X. Sed audi miſerandam necem Theodoſii filii Mauritii, quem ad Coſrhoen legatum a patre ad petendum auxilium miſſum diximus, ob idque non necatum cum reliquis, ſed poſtea, cum hoc anno ſumma diligentia Phocæ captus eſſet. *Fama obtinet* (inquit Cedrenus *e*) *Theodoſium Mauritii filium ad Coſrhoen legatum, miſſis a Phoca miniſtris, Nicææ captum, juſſum necari, cum ad locum, cui nomen eſt Leucactæ perveniſſet. Theodoſium porro petiiſſe, ut priuſquam necaretur, divinis impertiri poſſet myſteriis. Quod poſtquam impetravit, actis Deo gratiis, lapidem a terra ſuſtuliſſe, eoque ter pectus ſuum percuſſiſſe, ita orantem: Domine Jeſu Chriſte, tu ſcis me nulli hominum injuriam feciſſe: nunc autem mihi evenit ut tua jubet potentia. His dictis, caput ei fuit amputatum.* Hæc de nece honeſtiſſimi juvenis jam in ſortem Imperii a patre ante delecti. Verum iſta de Theodoſio neque tunc temporis ita credita, ſed alium in ejus locum ad necem ſuppoſitum, jactatum fuit: unde & factum eſt, ut novæ fabricarentur contra Imperatorem inſidiæ, de quibus ſuo loco dicendum inferius.

Theodoſius Mauritii filius ad necem petitus.

(e) *Cedren. Annal. an. 1. Phoc. Imp.*



Cum

PAGIUS Zonaras, *ab avaritia eſt profectum, ut legionibus latrocinio ſe ſuſtentantibus, militaria ſtipendia lucraretur.* Quod conſilium *Mauricii* avaritiæ attribuunt etiam Theophylactus lib. 8. cap. 6. & *Petrus* frater Imperatoris capite ſequenti.

III. Theophylactus lib. 8. cap. ultimo loquens de Choſroe Perſarum Rege ſcribit: *Choſroes belli cauſam & invitamentum ſibi Phocæ tyrannidem ſumens, illud Orbi exitioſum claſſicum cecinit, quod Romanorum, Perſarumque fortunas afflixit. Viſus eſt enim plane Choſroes, tueri, & aſſerere velle Sanctam Mauricii memoriam.* Theophanes anno Incarnationis DXCV. poſtquam retulit Theodoſium Mauricii filium fuga evaſiſſe, & periculo ſuperſtitem vixiſſe famam tuliſſe, ſubdit: *Hanc famam Perſarum Rex Choſroes*

*Initium belli Romanos inter & Perſas.*

*ſroes*

XI. Cum autem, ante obtruncatis qui Conſtantinopoli reperti erant, qui aberant quærerentur ad necem: fuit inter eos Georgius Cappadox, vir nobilis & inſignis, de quo ſcribit Eleuſius in rebus geſtis ſancti Theodori Siceotæ, cujus ipſe fuit diſcipulus, & quæ vidit ſcriptis mandavit: ait enim, dum recenſet miracula a ſanctiſſimo viro edita (a): *Georgius Cappadox cum magna militum manu catenis collo manibuſque ac pedibus injectis vinctus traberetur ad Phocam Imperatorem, tamquam imminutæ majeſtatis criminibus obnoxius: cupiebat ſanctum Theodorum inviſere, & ejus ſe precibus commendare: eodem & cuſtodes deſiderio tenebantur. Quamobrem ad eum ſe contulerunt, & accepta ejus benedictione, illum rogarunt, ut Georgium vinctum admoneret, ut animo ſincero ſe duci ſineret, nec ſibi, nec ipſis inſidias faceret, ne in capitis periculum apud Imperatorem incurrerent. Id fecit ſanctus pater: divinarum enim Scripturarum utens teſtimoniis, monebat eum, hæc inquiens: Fili, quæ ſunt in hac vita, brevia caducaque ſunt: quæ vero in altera vita nos manent, ſtabilia & ſempiterna. Cave igitur, ne tibi mortem conſciſcens, in æternum ſupplicium incidas. Illudque conſidera, fili, & tibi ipſe propone, ut ſive hoc, ſive alio crimine jure damnatus, capite plectaris libenti animo ſupplicium ſubeas, ut in vita futura liber ſis & abſolvaris. Quod ſi nullius es tibi criminis conſcius, multo libentius, ſi condemneris, ſupplicium adi, ut coronam eamdem accipias, quam ſancti omnes, qui injuria interfecti ſunt, perceperunt. Expedit enim vim injuſte patientem mori, quemadmodum & ſancto Abel, & innocenti contigit Zachariæ, & ſancto Joanni Baptiſtæ, & ſanctis Apoſtolis, & Chriſti martyribus.*

(a) *Extat apud Sur. t. 2. die 22. April.*

De Georgio Cappadoce vincto ad Phocam ducto.

XII. *His & multis aliis divinarum Scripturarum teſtimoniis Georgius animo confirmatus, ut divinorum myſteriorum particeps fieret petiit. Tunc B. Theodorus ad cuſtodes: Vereamini, inquit, filii, myſterium Domini, & ſolvite hunc, dum illud accipit: neque enim eſt, ut quiſquam vinculis conſtrictus Chriſtum ſuſcipiat, qui pro nobis paſſus eſt, ut nos ab inferni vinculis liberaret. Cum autem illi ſe, excuſarent dicerentque id ſibi non licere: Georgium enim eſſe virum nobilem ac ſtrenuum, qui ſi ſolutus eſſet, & vellet ingratus eſſe & aufugere, nullo modo comprehendi poſſet: beatus Theodorus ſumpto divinæ communionis poculo, ut id illi impertiret, ſuſpirans ad Deum ſuſpexit, & illico vincula humi cum ſtrepitu conciderunt. Quamobrem cum milites tumultuarentur, & ad fores claudendas currerent, ne Georgius fugeret: Nihil,* inquit ſanctus Theodorus, *timeatis: ego enim gratum & ſincerum hujus viri animum plane novi. Cum igitur divina ei myſteria tribuiſſet, voluit etiam, ut ſimul cum cuſtodibus apud ſe cibum caperet. Poſt autem, vinculis rurſum injectis, diſceſſerunt.* Hactenus auctor, qui intentus res admirandas Theodori proſequi, his enarratis, ad alia miracula viri admirabilis recenſenda ſe confert, relicto Georgio cum ſatellitibus ipſum ducentibus.

Ingens S. Theodori miraculum.

XIII. Sed redeamus ad Phocham Imperatorem: *Qui* (inquit Nicephorus (b) *quinto ab initio Imperio menſe, litteras ad Coſrhoen Perſarum Regem* (*quod conſuetudo hujuſmodi a multo tempore Romanis ac Perſis fuerit*) *per Lilium familiarem ſuum, qui etiam Mauritii cædem patravit, miſit: quibus litteris, ad imperialem dignitatem conſcendiſſe ſe, ſignificabat. Ille vero iræ intemperiis actus legitimam Mauritio vindictam præſtare volens, pacta cum Romanis fœdera rupit, & perniciosum illud orbi claſſicum cecinit. Id namque Perſarum ſimul, & Romanorum felicem tranquillumque ſtatum ſolvit, eoque initio Perſicum bellum eſt ortum, & Perſæ Syriam, Palæſtinam, Phœnicem quoque brevi ſubegere: ditioni quoque ſuæ Armeniam, mox Cappadociam, Galatiam, & Paphlagoniam adiecere. Quin impetu, quem cohibere non eſſet, ducti, ad ipſam uſque Chalcedonem, quæ ex adverſo Byzantio ſita eſt, advenere. Parte vero alia Avares Europam omnia vaſtantes percurrerunt, & cædes hominum plurima graſſata eſt, qualem haud quiſquam umquam vidit, non tantum civibus paſſim, ſed ipſis etiam militaribus copiis interemptis.* Hæc & alia Nicephorus, quæ paulo ante

(b) *Nicep. l. 18. c. 43.*

Fœdus initum ante cum Perſis ruptum.

PAGIUS *ſroes variis mendaciis in id confictis pro libito auxit; Theodoſium penes ſe habere ſimulans, ſeque ſubinde procurare, ut paternum reciperet Imperium: cum revera ipſe de uſurpando Romanorum Imperio cogitaret; quemadmodum ſe ipſum variis demum modis prodidit, bella maxime ex improviſo in Romanos inferendo, eorumque Ditiones fæde diripiendo.* Hoc itaque anno Romanorum cum Perſis pax dirempta eſt.

IV. Sævitia *Phocæ* in uxorem Mauricii & in reliquam ejus familiam, de qua Baronius anno DCVII. num. III. ad hunc annum pertinet, ut eo loco oſtendam. [1]

*Crudelitas Phocæ Imp.*

*Liu-*

NOTÆ [1] CÆdes uxoris Mauricii & filiarum non quidem ad hunc annum, ſed potius ad A. 605. pertinet, quo & ab ipſo Pagio reiicitur. Vide ad A. 607. 4. MANSI



te retulimus. Sunt hæc malorum initia: hicque meminiſſe oportet S. Gregorii ad Anaſtaſium Epiſcopum Antiochenum oraculi, quo prænunciavit conquerentibus aliis de illorum temporum malis, fore ut eadem in poſterum adeo creſcerent, ut qui tunc viverent, felices dicturi eos eſſent, qui præceſſiſſent. Porro hæc a Nicephoro enarrata, hoc anno cæpta, ad futura tempora ſunt propagata.

XIV. Cum his tumultibus Conſtantinopolitana civitas agitaretur, ut ad tyranni imperium pro animi arbitrio nobiliſſimorum virorum capita truncarentur: ad Euſebiam Patriciam conjugem Strategii viri clariſſimi, quo ſuperior malis his omnibus eſſet, brevem hanc epiſtolam (a) Gregorius hoc anno dedit, unicuique in hujuſcemodi anguſtiis verſanti ob oculos ponendam:

(a) *Greg. l. 11. ep. 37. Ind. 6.*

Greg. ep. ad Euſebiam.

*Etſi occupata mens veſtra divitiis, aut fortaſſe regiæ civitatis tumultuoſis implicationibus, nos per epiſtolas ſuas viſitare poſtponit: noſtrum eſt tamen etiam adverſa filiorum corda dulci charitate proſequi, eaque ad benignum animum & admonendo & orando revocare. Unde nunc debitum ſalutationis alloquium ſolvens, hortor, ut excellentia veſtra a civitatis illius ſuperfluis tumultibus animum avertat, pluſque ea quæ animæ, quam quæ ſunt corporis cogitet. Tranſitoria eſſe omnia perpendat. Venturi Judicis examen tremendum cum metu, & lacrymis quotidie ſine ceſſatione conſideret: illumque diem, in quo perturbanda ſunt omnia, cum timore ad animum reducat, ut iram Judicis in ipſo jam die non timeat. Omnipotens autem Deus hæc veſtris cogitationibus aſpiratione ſui ſpiritus infundat, voſque & hic cum nobiliſſimo conjuge veſtro & tranquille vivere, & de domni Strategii ſalute gaudere faciat, atque poſt longa tempora ad æterna præmia pervenire concedat.* Hactenus ad Euſebiam Gregorius.

At nec Occidens ſine tumultu permanſit, Longobardis (ut dictum eſt) termino pacis elapſo, cuncta vaſtantibus. De his enim ad Eulogium Alexandrinum Epiſcopum hoc anno idem Gregorius ſcribens, hæc ait (b): *Rogo ergo, ut pro me peccatore enixius oretis: quia & dolor corporis, & amaritudo cordis, & immenſa vaſtitas mortalitatis inter barbarorum gladios me vehementer affligit. Inter quæ omnia non temporalem, ſed æternam conſolationem requiro, quam per me impetrare non valeo, ſed interceſſione veſtræ beatitudinis hanc me obtinere confido.* Hæc ad Eulogium, cujus in laborando pro fide Catholica ſtudium valde commendat; reprehendit tamen aliis litteris, (c) quod Simoniam ab Alexandrina Eccleſia non eradicet. Quod autem laborare oculis eumdem Eulogium audiviſſet, ad ſanandum morbum mittit ex Apoſtolorum catenis antidotum: ait enim ad finem ejuſdem epiſtolæ: *Tranſmiſimus crucem parvulam, in qua de catenis amatorum veſtrorum ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum inſerta eſt benedictio, quæ oculis veſtris aſſidue ſupponatur: quia multa per eamdem benedictionem fieri miracula conſueverunt.* De ſuis item anguſtiis anni hujus hæc idem Gregorius ad Ruſticianam Patriciam (d): *Ego autem in tanto gemitu & occupationibus vivo, ut ad dies quos ago, me perveniſſe pœniteat, ſolaque mihi conſolatio ſit mortis expectatio.* Audiſti Apoſtolicum virum inſtar Apoſtoli Pauli (e) ſupra modum gravatum ſupra virtutem, ita ut tæderet ipſum vitæ? Habet eadem ſcribens (f) ad Philippum presbyterum. Et quidem exauditus eſt, ut haud diutius in hujus vitæ detineretur anguſtiis, ea ſolutus anno ſequenti, ut ſuo loco dicemus. Modo anni hujus reliquas ab eo res geſtas proſequamur.

(b) *Greg. l. 11. ep. 49. Ind. 6. edit. Rom.*

(c) *Greg. ib. ep. 49.*

(d) *Greg. ib. ep. 26 edit. Rom.*

(e) *2. Cor. 1.*

(f) *Greg. ibid. epiſt. 28.*

XV. Hoc anno miſſa eſt legatio a Francorum Regina Brunichilde & Theodorico ejus nepote Rege ad S. Gregorium Papam: functi ea fuerunt nobiles Franci Burgoaldus & Varmaricarius, per quos petiit Regina dari ab ipſo Pontifice privilegia Eccleſiæ S. Martini, quam ipſa erexerat in ſuburbano Agaunenſi, necnon monaſterio ancillarum Dei, atque etiam xenodochio a ſe item in eadem civitate conſtructo. Conceſſiſſe petita omnia, Gregorius ipſe teſtatur in litteris (g) ad eam redditis. Sane quidem auctor eſt Aimoinus (h), tot tantaque pia ædificia a Brunichilde eſſe conſtructa, ut incredibile videatur, ab una femina regnante dumtaxat in Auſtria atque Burgundia erigi potuiſſe.

Legatio miſſa a Regib. Franc. ad Gregor. Pap.

(g) *Greg. l. 11. ep. 8. Ind. 6.*

(h) *Aim. l. 4. c. 1. in fin.*

Sed & alia fuit hujus legationis mittendæ ratio, nimirum ut iidem cum Imperatore recens creato pacem inirent opera ipſius Gregorii: qua in re omnem ſe navaturum operam ipſe pollicetur. Sed & quod miſſus fuerat ab iiſdem Mennas



PAGIUS

V. *Liuvam* Hiſpaniarum Regem *VVittericus ſumpta tyrannide innocuum Regno dejecit, præciſaque dextra occidit, anno ætatis viceſimo ſecundo,* inquit Iſidorus in Chronico. Regnavit *annis duobus*, ut idem tradit, ſed nulla re geſta ad memoriam inſigni. *VVittericus*, qui Æra DCXLI. Regnum iniit, & per annos ſeptem tenuit, plurima illicita fecit, eodem Iſidoro teſte.

*Cædes Liuvæ Hiſpaniarum Regis.*

VI. Sanctus *Columbanus* in Epiſtola ad Sabinianum Papam, qui Sancto Gregorio ſucceſſit, refert ſe plures ad hunc Sanctum Epiſtolas ſcripſiſſe, ex quibus unica tantum reſtat, cujus etiam ſenſum crebræ mendæ ſæpe evertunt. In ea *Columbanus* petit a Sancto Gregorio reſolu-

*S. Columbanus ſcribit ad Gregorium magnum.*

nas Toloſanus Epiſcopus a Sede Apoſtolica judicandus: illum jam juramento purgatum, innoxiumque repertum, ſe dimiſiſſe teſtatur. Quomodo autem fieri ſoleret purgatio iſta, accipe ex ipſius Gregorii verbis, cum ait: *Mennam vero reverendiſſimum fratrem & coepiſcopum noſtrum, poſtquam ea quæ de eo dicta fuerant requirentes, in nullo invenimus eſſe culpabilem: qui inſuper ad ſacratiſſimum corpus beati Petri Apoſtoli ſub jurejurando ſatisfaciens, ab his quæ obiecta ejus opinioni fuerant, ſe demonſtravit alienum: reverti illuc purgatum abſolutumque permiſimus.* Requiſitus etiam per eos legatos fuit, ut mala valetudine laboranti Epiſcopo alius ſubrogaretur. Quod fieri non debere reſpondit, ſed Coadiutorem dandum eidem ita laboranti. Quod vero iidem petiiſſent legati dari licentiam bigamum ordinandi: ad hæc ipſe reſpondit: *Similiter vero de quodam bigamo requiſiti, an ad ſacrum ordinem potuiſſet accedere: juxta canonicam regulam omnino vetuimus. Abſit enim, ut veſtris temporibus, in quibus tam multa pia ac religioſa agitis, aliquid contra Eccleſiaſticum inſtitutum fieri permittatis.* Poſtrema autem fuit de cogenda in Gallia Synodo petitio legatorum, de qua habet iſta Gregorius:

XVI. De Synodo cogenda petitio.

*Præfati autem magnifici filii noſtri, dato capitulari, inter cætera petierunt, quod ſibi veſtra perhibuere juſſione mandatum, ut talis debeat a nobis in Gallias perſona tranſmitti, quæ, facta Synodo, cuncta quæ contra ſacratiſſimos canones perpetrantur, omnipotenti Deo auctore, poſſit corrigere. In qua re gloriæ veſtræ curam cognovimus, quam de vita animæ & de regni veſtri ſoliditate cogitatis: quia Redemptorem noſtrum formidantes, ejuſque in omnibus præcepta ſervantes, & hic agitis ut diu regni veſtri gubernacula ſubſiſtant, & poſt longa annorum curricula vos quoque de terreno regno ad regnum cæleſte tranſeatis. Apto autem tempore, ſi Deo placuerit, venerandæ excellentiæ veſtræ deſideria implere curabimus.* Hæc de his Gregorius, quæ utinam ſerio & non per imaginem quamdam ab iis acta eſſent, uti ſolent politici cuncta etiam religioſa affectare, quo apud ſuos & exteros æſtimatione polleant, Romanumque Pontificem ejuſmodi illecebris alliciant, ut ſi poſſint, in iis quæ moliuntur, ipſum habeant adjutorem; ut feciſſe Brunichildem, exitus declaravit. Quod enim indigerent iidem Reges Gregorii opera pro ſanciendo fœdere cum Imperatore, iidem quæ ante de cogenda Synodo ab ipſis (ut vidimus) petierat Gregorius, modo ſe ab eo petere profitentur. Ipſum autem petitum a Regina privilegium pro religioſis locis extat (*a*) adhuc integrum, quod tu coſulas: hic nos tantum apponemus, quæ in fine habet adverſus Reges, & alios ab iis miſſos magiſtratus & Epiſcopos, ſi quid contra privilegium ab Apoſtolica ſede conceſſum tentare præſumpſerint:

(*a*) *Greg. l. 11. ep. 10. Ind. 7.*

XVII. Greg. præſcribit leges Regibus, & non parentes Regno privat.

*Si quis vero Regum*, inquit, *ſacerdotum, Judicum, perſonarumque ſæcularium hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentaverit: poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat: & niſi vel ea quæ ab illo male ablata ſunt, reſtituerit, vel digna pœnitentia illicite acta defleverit, a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, &c.* Vides lector (quod & ſuperius eadem occaſione oſtendimus) quantum inſit in Romano Pontifice auctoritatis, ut in iis quæ ipſe concedit, Regibus leges præſcribat, & eiſdem, niſi pareant, pro pœna privationem regni apponat; quam & appoſitam vidimus ſuperius in privilegio conceſſo eccleſiæ S. Medardi. Hæc, inquam, S. Gregorius; quem jure haud quiſquam poterit, ut vanum hominem illicita adverſus Reges, & Principes præſumentem reprehendere, vel faſtus arguere, ac mentis tumidæ nota ſignare, quem doctiſſimum, & æque mitiſſimum omnium, humillimumque non eſt qui non prædicet, atque ex ejus rebus geſtis ac ſcriptis affirmet.

Hoc anno Romæ error ille per S. Gregorium Papam, corrigitur, quo quidam vel ex ſuperſtitione judaica, vel ritu Græco coli debere ſabbatum, perinde atque Dominicum diem, prædicabant. Scribens enim de his ad populum Romanum, errorem refellit, dum ait (*b*): *Pervenit ad me, quoſdam perverſi ſpiritus homines prava inter vos aliqua & ſanctæ fidei adverſa ſeminaſſe, ita ut die ſabbati aliquid operari probiberent. Quos quid aliud, niſi Antichriſti prædicatores dixerim? Qui veniens, diem ſabbatum atque Dominicum ab omni faciet opere cuſtodiri. Quia enim mori ſe & reſurgere ſimulat, haberi vult in vene-*

(*b*) *Greg. l. 11. ep. 3. Ind. 6.*

PAGIUS ſolutionem circa ritum tum Romanum celebrandi Paſcha Luna XXI. tum Gallicanum Luna XXII. utrumque, ſed præcipue poſteriorem impugnans, & abolendum ſuadens auctoritate & *Anatolii*, cujus textum adducit, & peritorum de Hibernia Calculatorum, qui *Victorii* Cyclum veluti imperfectum ſpreverunt. Dein impugnatione potiſſimi fundamenti, quo cenſuit niti utriuſque ritus aſſertores, nempe *Paſcha non eſſe celebrandum cum Judæis*. Demum quod utrum-



*neratione diem Dominicum: & quia Judaizare populum compellit, ut exteriorem ritum legis revocet, & ſibi Judæorum perfidiam ſubdat, coli vult ſabbatum.* Hæc Gregorius de Antichriſto, qui non propter Chriſti reſurrectionem (ut facere conſuevit Eccleſia) cuſtodiri faciet Dominicum diem, ſed ſui cauſa cum ea ſe die reſurrexiſſe mentietur. Subdit vero idem Gregorius: *Aliud quoque ad me perlatum eſt, vobis a perverſis hominibus eſſe prædicatum, ut Dominico die nullus debeat lavari. Et quidem ſi pro luxuria ac voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus: ſi autem pro neceſſitate corporis, hoc nec Dominico die prohibemus.* Et infra: *Nam ſi Dominico die corpus lavare, peccatum eſt: lavari ergo die eodem nec facies debet. Si autem hoc in corporis parte conceditur: cur hoc, exigente neceſſitate, toti corpori negetur? Dominico vero die a labore terreno ceſſandum eſt &c.*

Porro qui ſedulo curæ univerſalis Eccleſiæ proſpiciebat, eo fortior animo, quo corpore infirmior apparebat, inter alia multa quæ hoc anno ex epiſtolis ad diverſos datis peregiſſe conſpicitur, de redarguendo Paſchaſio Epiſcopo ad Anthemium ſubdiaconum litteras dedit, in quibus inter alia quæ correctione digna ipſe Gregorius numerat, illud etiam ad poſtremum reprehendit, cum ait (*a*): *Hoc quoque ejus culpis adjungitur, quod ita quotidie deſpectus cum uno aut duobus clericis dicitur ad mare deſcendere, ut & apud ſuos in fabula ſit, & extraneis ſic vilis ac deſpicabilis videatur, ut nihil habere Epiſcopalis vel ingenii, vel reverentiæ videatur. Quod ſi ita eſt, non ſine culpa tua eſſe cognoſcas, qui eum objurgare atque coercere, ut dignum eſt, diſtuliſti.* Hæc & alia ipſe in deteſtationem Epiſcopi, qui contemptibilis appareret. Ex quibus intelligas, non recens eſſe ut Epiſcopi pluribus ſtipati famulis incedant, ſed quam maxime antiquitus cuſtoditum: adeo ut Pontificia cenſeretur reprehenſione dignus, qui cum uno vel duobus clericis animi cauſa ad mare deſcenderet. Erat iſte Paſchaſius Neapolitanus Epiſcopus quem aliis quoque litteris (*b*) monet, ut Judæos non per vim, ſed rationibus ac manſuetudine ad fidem invitaret. Extat ad eumdem Anthemium ipſius Gregorii alia ſcripta epiſtola (*c*), qua queritur de negligentia omnium Epiſcoporum Campaniæ provinciæ, quos vult emendari.

(*a*) *Greg. l. 11. ep. 31. Ind. 6. edit. Rom.*

(*b*) *Greg. l. 11. ep. 15. Ind. 6.*

(*c*) *Idem eod. l. ep. 55.*

XVIII.

Inter alias Epiſcoporum cauſas, quæ hoc anno ex diverſis Eccleſiis ad Apoſtolicam ſedem delatæ ſunt, fuit ex Hiſpania deducta cauſa Januarii Epiſcopi (*d*) Malacitani, & Stephani alterius Eccleſiæ in Hiſpania Epiſcopi, qui Comitioli viri potentis opera abſtracti a ſuis Eccleſiis, a quibuſdam aliis Epiſcopis condemnati, in exilium detruſi fuerant. Qui omnes ita injuſte oppreſſi ad Apoſtolicæ ſedis judicium recurrerunt, appellantes ipſum Romanum Pontificem. Horum querelas cum audiviſſet Pontifex, ſeque ad id teneri ex munere univerſalis curæ paſtoralis intelligeret, quod (ut ipſe profitetur *e*) caput omnium Eccleſiarum Romana Eccleſia exiſtat, quæ omnes inferiores judicet ſedes; miſit ad hoc in Hiſpanias Joannem Defenſorem, cui proficiſcenti (*f*) commonitorium (ita dictum) dedit, admonitiones illas videlicet, quibus in cauſa proſequenda ac judicanda uti debuiſſet, & ex earum præſcripto cuncta peragere. His acceptis Joannes Defenſor in Hiſpaniam profectus, præſidens Judex cauſæ, omnibus exacte perſpectis, riteque cognitis, pronunciavit ſententiam, qua depoſitos ab Epiſcopatu Epiſcopos ſolvendos exilio, ſuiſque reſtituendos Eccleſiis judicavit; Epiſcopos vero, qui eos injuſte depoſuerant, in monaſterium ad ſex menſium ſpatium cenſuit detrudendos; ſubrogatos autem in locum ipſorum penitus reiiciendos, privatos miniſterio cujuſlibet ordinis Eccleſiaſtici. Extat ejuſdem Defenſoris de his tunc lata ſententia (*g*). Sic igitur beneficio & auctoritate Apoſtolicæ ſedis Romanæ Eccleſiæ, qui per ſæcularem potentiam oppreſſi fuerant ſacerdotes, Antiſtites venerandi ignominioſe in exilium detruſi, revocati ſuas ſinguli receperunt Eccleſias. Injunxit idem Pontifex eidem Joanni Defenſori inſtitutionem ac reformationem monaſterii inſulæ Capricanæ (*h*) apud Majoricam inſulam poſitæ.

(*d*) *Idem l. 11. ep. 52. Ind. 6. edit. Rom.*

(*e*) *Greg. l. 11. ep. 56. Ind. 6. edit. Rom.*

(*f*) *Greg. l. 11. ep. 52.*

Cauſa Hiſpanorum Epiſcoporum ad Gregor. Pap. delata.

Epiſc. exules reſtituti.

(*g*) *Apud S. Greg. l. 11. ep. 55. edit. Rom.*

(*h*) *Greg. l. 11. ep. 54. Ind. 6. edit. Rom.*

Conceſſit hoc anno S. Gregorio Papa Sardiniæ inſulæ habitatoribus Vitalem Defenſorem mittendum ad Phocam Imp. Conſtantinopolim pro ſublevandis gravaminibus, quibus (ut ſuperius eſt demonſtratum) habitatores ejuſdem inſulæ affligebantur. Eſt de his epiſtola (*i*) ipſius ad eumdem Vitalem in Sardinia degentem, qua etiam monet redarguendum fuiſſe Januarium Calaritanum Epiſcopum ob hoſpitalia ejus inſulæ deſtituta: ait enim: *Experientia tua indicante comperimus xenodochia in Sardinia conſtituta gra-*

(*i*) *Greg. l. 11. ep. 59. Ind. 6.*

PAGIUS utrumve ritum ſequentes plures dies Azymorum ſeu Paſchales reipſa agnoſcant, quam Sacra Scriptura tradat. Secundo, ſententiam Divi *Gregorii* poſcit circa adeptos ſimoniace aut violata jam clericali continentia, Epiſcopalem gradum. Tertio, circa Monachos, qui e ſuis Clauſtris contra Prælatorum ſuorum voluntatem alio migrant pietatis prætextu. Indicat de-

*gravem habere neglectum. Unde reverendiſſimus frater & coepiſcopus noſter Januarius vehementiſſime fuerat objurgandus niſi nos ejus ſenectus ac ſimplicitas, & ſuperveniens ægritudo, quam ipſe retuliſti, ſuſpenderet, &c.* De ejus ægritudine rurſus inferius hujuſmodi occaſione: *De hoc igitur quod ſcripſiſti fratrem & coepiſcopum noſtrum Januarium, tempore quo ſacrificium celebrat, tantam pati frequenter anguſtiam, ut vix poſt longa intervalla ad locum canonis redire valeat, quem reliquit; atque ex hoc multos dubitare, ſi communionem debeant de ejus conſecratione percipere: admonendi ſunt ut nullatenus pertimeſcant, ſed cum omni fide & ſecuritate communicent: quia ægritudo perſonæ ſacri myſterii benedictionem nec mutat, nec polluit. Secretius tamen omnino idem frater noſter hortandus eſt, ut quoties eamdem moleſtiam ſenſerit, non procedat, ne ex hoc ſe & deſpiciendum præbeat, & infirmorum animis ſcandalum faciat.* Hæc de his Gregorius, qui novis anguſtiis ex ingruentibus Longobardorum motibus cruciatur.

XIX. Hoc enim anno Longobardorum Dux Arnulphus oppugnaturus Urbem, parat exercitum menſe Junio, & cum proxime inſtaret dies natalis Apoſtolorum, molitur Urbis excidium. De his Gregorius ſolicitus ſcribit litteras ad Velocem Magiſtrum militum Imperatoris in alia Italiæ parte degentem, his verbis (*a*):

(*a*) *Greg. l. 12. ep. 21. Ind. 7.*

Conatus Gregorii adverſus Longobardos.

*Et pridem expreſſimus gloriæ veſtræ, quia milites illuc erant parati venire: ſed quoniam inimicos congregatos & huc diſcurrere epiſtola veſtra ſignificaverat, hæc eos hic cauſa retinuit. Nunc vero utile eſt viſum, ut aliquanti illuc milites tranſmittantur, quos gloria tua admonere & hortari, ut parati ſint ad laborem, ſtudeat: & occaſione inventa, cum glorioſis filiis noſtris Mauritio & Vitaliano loquere; & quæcumque vobis, Deo adjutore, pro utilitate Reipublicæ ſtatuerint, facite. Et ſi huc, vel ad Ravennates partes nec dicendum Arnulphum * cognoveritis excurrere: vos a dorſo ejus, ſicut viros decet fortes, laborate, quatenus opinio veſtra ex laboris veſtri qualitate amplius in Republica, Deo auxiliante, proficiat.* Scripſit vero & ad ipſos Mauritium & Vitalianum, ubi Arnulphus Romam direxit exercitum, verbis iſtis (*b*):

* Ariulphum.

(*b*) *Greg. l. 12. ep. 22. Ind. 7.*

XX. De motibus Arnulphi ducis Longob.

*Gloriæ veſtræ ſuſcipientes epiſtolas, Deo gratias egimus, quia de ſalute veſtra cognovimus: & de ſolicitudine veſtra multum gaviſi ſumus, & mox ea quæ ſcripſiſtis parata fuerunt. Sed Aldio vir memorandus poſt adventum hominum veſtrorum nobis ſcripſit, quia in proximo jam Arnulphus eſſet: & timuimus, ne milites, qui ad vos diriguntur, in manus ejus inciderent. Et tamen hic (quantum Deus adjuverit) contra eum filius noſter glorioſus Magiſter militum ſe paravit. Sed & gloria veſtra, ſi huc perrexerit ipſe hoſtis, quomodo conſueviſtis, cum auxilio Dei a dorſo ejus, quod poteſtis, perficite. Speramus enim in omnipotentis Dei virtute, & in ipſius B. Petri Apoſtolorum principis, in cujus natali ſanguinem effundere deſiderat, quia ipſum ſibi contrarium ſine mora inveniet.* Hucuſque Gregorius, quæ ſunt militiæ tractans, cum urgeret occaſio. Quas quidem litteras hoc argumento ſcriptas, licet in codice ſub ſeptima ſint Indictione collocatæ, ſub ſexta hac reponendas eſſe, ea potiſſimum ratio cogit aſſerere, quod cum hæc acta eſſe dicantur menſe Junio, quo natalis Apoſtolorum agitur, non poſſunt ſub Indictione ſeptima confecta dici: ſi quidem ſanctus Gregorius mortuus reperitur ſub eadem Indictione menſe Martio, ut ſuo loco dicturi ſumus. Sunt & aliæ litteræ ejuſdem Gregorii ad eoſdem eodem argumento datæ (*c*), cum & ſuadet eis, ut incurſionem parante illo Romam verſus, ſoliciti ſint ipſi ut loca ejus deprædentur, quo ita ipſe revocetur a cœptis.

(*c*) *Greg. l. 12. ep. 23. Ind. 7.*

Ad hoc ſpectat, quod in his anguſtiis detentus idem ſanctus Gregorius, pro cuſtodia Neapolitanæ civitatis miſit Conſtantium Tribunum, litteraſque ad milites dedit, ut illi parerent. Ita quidem ipſe, Pontifex cum eſſet, militaria cogitur pertractare, invigilareque ſuper ipſas etiam Imperatoris civitates, ne caperentur ab ingruentibus Longobardis. Sed audiamus ipſius Gregorii litteras, quæ ſic ſe habent (*d*): *Summa militiæ laus inter alia bona merita hæc eſt, obedientiam ſanctæ Reipublicæ utilitatibus exhibere, quodque ſibi utiliter imperatum fuerit, obtemperare: ſicut & nunc devotionem veſtram feciſſe didicimus, quæ epiſtolis noſtris, quibus magnificum virum Conſtantium Tribunum cuſtodiæ civitatis deputavimus præeſſe, paruit, & congruam militaris devotionis obedientiam demonſtravit. Unde ſcriptis vos præſentibus curavimus admonendos, uti prædicto magnifico viro Tribuno (ſicut & feciſtis) omnem debeatis pro ſereniſſimorum dominorum utilitate vel conſervanda civitate obedientiam exhibere: quatenus quicquid a vobis hactenus bene geſtum agnoſcitur, per præſentis temporis vigilantiam ac ſoli-*

XXI. Gregorius tribunum mittit pro cuſtodia civit. Neapol.

(*d*) *Greg. ib. ep. 24. Ind. 7.*

PAGIUS denique deſiderium ſuum *Gregorium* videndi, *Paſtorale* ejus dilaudat, extrema Expoſitionis in Ezechielem & Cantica Canticorum ad ſe mitti rogat, ſuadetque, ut Zachariam quoque exponat. Quo anno ea Epiſtola ad Gregorium data ſit, incompertum. Extat inter *Columbani* Opuſcula a Patricio Flamingo ab aliquot annis in lucem emiſſa, ex eaque apparet, quantum hoc tem-



*licitudinem augumentetis.* Hucuſque ad milites Gregorius, non ad Epiſcopos, ut vetus habet editio: ad milites enim ipſum ſcribere, ipſius epiſtolæ argumentum ſatis oſtendit. Vides, lector, quanta polleret etiam in politicis adminiſtrandis auctoritate Romanus Pontifex, dum civitati non ſuæ, ſed ſubditæ Imperatori, quem vult deligit cuſtodem, præficitque Præfectum, cui pareant milites: hæcque ſub Phoca tyranno. O tempora hac ex parte felicia! Utinam modo eſſent ipſi integra ſpiritalia jura, quæ majori in dies ignominia tantæ ſedis averſione contentioſa calcantur. Sed ſuo ipſorum damno (certo ſcito) Deum, qui talia agunt, experientur (quod nolim) ultorem.

Quod vero ad ejuſmodi magno ſtrepitu excitatos tumultus Longobardorum pertinet: nubeculam iſtam minantem Urbis & totius Italiæ cladem, vento difflatam eſſe apparet, ac ſequenti anno, confecta iterum pace cum Longobardis redditam perfectam ſerenitatem. At de rebus anni præſentis ſatis, cum tamen plura alia noſcantur fuiſſe ejuſdem Pontificis geſta negotia diverſi generis, ad quæ intuenda in litteris ejus perſpicuis cunctis lectorem reiicimus.

Se-

PAGIUS tempore controverſia de Paſchate ferveret, diſciplina Monachalis relaxata eſſet, & *Simonia* in Clero vigeret.

Sanctus *Deſiderius* Epiſc. Viennenſis in exilium pulſus, ut anno DCXII. videbimus.

I. Sequitur ordine temporum Chriſti annus ſexcenteſimuſquartus, ac S. Gregorii decimuſquartus inchoatus jam anno ſuperiori a tempore exordientis Indictionis ſeptimæ, idemque ultimus ejuſdem Pontificatus, quo ipſe quarto Idus Martias, Deo vocante, feliciter ex hac vita migravit: de cujus felici ad Deum tranſitu antequam agamus, reliqua quæ his menſibus ab inchoata ſeptima Indictione contigerunt, hic primum nobis ſunt enarranda. Hoc igitur anno pax cum Agilulpho Rege Longobardorum iterum renovata eſt, quæ jam ante elapſo tempore ſtatuto ceſſarat. Sancita itaque pace, cum idem Rex auctus fuſſet prole maſcula, eam pia mater Theodolinda in fide Catholica voluit baptizari. De quibus omnibus ipſa Regina certiorem reddidit S. Gregorium, datis ad eum litteris, miſſiſque Romam legatis. Iſta cum accepiſſet ſanctiſſimus Pontifex, ad Theodolindam Reginam, eidem gratulatus, litteras reddidit, miſitque ſacra munuſcula nato filio. Litteræ autem ſic ſe habent (a):

Pax iterum cum Longobardis facta.

(a) Greg. l.12. ep.7. Ind.7.

II. Epiſtola Greg. ad Theodolindam.

*Scripta quæ ad nos dudum a Januenſibus partibus tranſmiſiſtis, gaudii veſtri nos fecere participes, propterea quod omnipotentis Dei gratia & filium vobis donatum, & quod valde excellentiæ veſtræ eſt laudabile, Catholicæ eum fidei novimus ſociatum. Nec enim de Chriſtianitate veſtra aliud credendum fuerat, niſi id ſtudere vos, ut quem divino munere ſuſcepiſtis, Catholicæ rectitudinis auxilio muniretis: & ut Redemptor noſter familiarem te ſuam famulam cognoſceret, & Longobardorum genti novum Regem in timore ſuo feliciter enutriret. Unde oramus omnipotentem Deum, ut & vos in mandatorum ſuorum via cuſtodiat, & eumdem excellentiſſimum filium noſtrum Aduloualdum in ſuo faciat amore proficere: quatenus ſicut hic inter homines jam magnus eſt, ſic quoque ex bonis actibus ante Dei noſtri oculos ſit glorioſus.*

III. De Secundini ſcriptis convincendis.

*Illud autem quod excellentia veſtra ſcripſit, ut dilectiſſimo filio noſtro Secundino Abbati, ad ea quæ ſcripſit, ſubtiliter reſpondere deberemus, quis vel petitionem illius, vel veſtra deſideria, quæ multis eſſe profutura cognoſcit, ſi ægritudo non obſiſteret, duceret poſtponenda? Sed tanta nos podagræ nunc infirmitas tenet, ut non ſolum non dictare, ſed nec ad loquendum poſſimus aſſurgere: ſicut & præſentium portitores legati veſtri cognoverunt, qui nos & venientes infirmos invenerunt, & diſcedentes in ſummo vitæ periculo atque diſcrimine reliquere.* Ita quidem: nam eodem ipſe Gregorius (ut paulo poſt dicturi ſumus) extinctus eſt morbo. Sed quæ ſunt reliqua ejus epiſtolæ proſequamur: *Sed ſi*, inquit, *omnipotente Deo diſponente convaluero, ad cuncta quæ mihi ſcripſit, ſubtiliter reſpondebo. Eam tamen Synodum, quæ piæ memoriæ Juſtiniani tempore facta eſt, per latores præſentium tranſmiſi, ut prædictus filius meus dile-*

---

PAGIUS SÆC. VII An. Æræ Hiſpan. DCXLII. A. C. 604.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6097.

☉ 25. ED. ☽ 16. P. 22. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 604.

SABINIANI PAPÆ 1.

PHOCÆ IMP. 3.

I. Phocas Conſul procedit.

[1] IS annus hac formula notatus: *II. Phocæ Aug. primum ſolo Conſule*, licet per errorem in Chronico Alexandrino hoc anno legatur: *Phocæ II. poſt Conſulatum Phocæ Auguſti*. [2] Annis ſequentibus ex ipſomet Auctore Chronici Alexandrini eum errorem emendabimus. Præterea in Faſtis Heracleanis a Dodwello publicatis *Phocæ* Conſulatus huic Chriſti anno illigatur, quemadmodum & in Chronico Theophanis, ut anno ſuperiori vidimus. Denique Epiſtola Divi Gregorii Papæ ad Felicem Subdiaconum a Margarino initio Tomi 2. Bullarii Caſinenſis relata, his verbis ſubſcribitur: *datæ VIII. Kal. Februarias D. N. D. Phoca Aug. anno ſecundo, & Conſulatus ejus anno primo, Indict. VII.* quæ Kal. Sept. præcedentis Chriſti anni inchoata eſt. Quare Petavius in Notis ad Breviarium Hiſtoricum Nicephori Patriarchæ Conſtantinopol. *Phocam* anno ſequenti Conſulatum iniiſſe perperam credidit, indeque annos eundem Conſulatum conſequentes cum Imperii annis ſine errore copulare non potuit. Quod ſi Vir doctiſſimus ſubſcriptionem laudatæ Epiſtolæ Gregorianæ apud Baronium hoc anno num. XVI. legiſſet, eam opinionem amplexus non eſſet. *Conſulatus* enim *anno primo*, idem eſt, ac *anno poſt Conſulatum*, modo ſc. loquendi a Mario in Chronico uſurpato.

---

NOTÆ

[1] INſcriptiones baſilicæ S. Pauli num. 243.
*Dat.* VIII. *Kal. Februarias Dn.* D. PHOCA PP. *Aug. Anno Secundo & conſolatus ejus anno primo Ind. Septima.* Vid. Pagium Diſſert. Hypat. pag. 341. GEORGIUS

[2] PUrum ab errore eſſe textum Chronici Alexandrini in Nota ad annum ſuperiorem demonſtravi. MANSI



*lectiſſimus ipſam legens, agnoſcat quia falſa ſunt omnia, quæ contra ſedem Apoſtolicam vel Catholicam Eccleſiam audierat. Abſit enim nos cujuſlibet ſenſum hæretici recipere, vel a tomo ſanctæ memoriæ prædeceſſoris noſtri in aliquo deviare; ſed quæcumque a ſanctis quatuor Synodis ſunt definita recipimus, & quæcumque reprobata ſunt, condemnamus.* Hæc ad plenam ſatisfactionem ab eodem Gregorio ſcripta fuere.

IV. Munera a Gregorio ad infantem miſſa.

Quod autem ad munera eidem Filio Regis recens nato pertinet, hæc in iiſdem litteris ita habentur expreſſa: *Excellentiſſimo autem filio noſtro Adulouvaldo Regi tranſmittere filateria curavimus.* Ita quidem nominat quas veteres nominare conſueverant bullas ad collum appendi ſolitas: quæ autem filateria continerent, aperit dicens: *Id eſt, Crucem cum ligno S. Crucis Domini, & lectionem ſancti Evangelii theca Perſica incluſam.* Quæ vero Reginæ filiæ, ſorori nati infantis munera mittat, declarat, dum ſubdit: *Filiæ quoque meæ, ſorori ejus, tres annulos tranſmiſi, duos cum hyacinthis & unum cum albula: quæ eis per vos peto dari, ut apud eos noſtra charitas ex veſtra excellentia condiatur. Paterna præterea charitate perſolventes ſalutationis officium, petimus ut excellentiſſimo filio noſtro conjugi veſtro pro nobis de facta pace gratias referatis, atque ejus animum (ſicut conſueviſtis) ad pacem de futuro per omnia provocetis: quatenus mercedem populi innocentis, qui in ſcandalo perire poterat, ante conſpectum Dei, inter multa bona quæ agitis, invenire poſſitis.* Hactenus litteræ S. Gregorii ad Reginam communicantem quidem Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, hærentem tamen & dubitantem adhuc de Quinta Synodo & Tribus in ea jam condemnatis capitibus, quorum cauſa ſchiſma conflatum adhuc vigeret, & Secundinus ille, de quo ſuperius, objectiones ſcriptis mandaſſet, ad quas Gregorium reſpondere rogarat. Quod autem id minime ipſum feciſſe appareat, cauſam aſſerere in promptu eſt, nimirum, quod (ut diximus) hoc anno menſe Martio ex hac vita in æternam requiem ſublatus ſit.

V. De epiſtolis ad ſua loca reſtituendis.

Qui igitur tot tantiſque cruciabatur doloribus, jam (ut vidimus) quadriennio jugiter toleratis, non deſtitit ſtrenue uſque ad extremum ſpiritum laborare, ut indicant ejus epiſtolæ, quæ extant hoc anno datæ ſub ſeptima Indictione. Sunt tamen aliquæ ibidem collocatæ, quæ longe ante datæ eſſe inveniuntur, ut inter alias illa ad Domitianum Metropolitanum, (a) ad quem aliæ ſuperius datæ reperiuntur Mauritii tempore. Cognatus hic erat Impetatoris, degens Conſtantinopoli, ut ſuperiores plures ad eum datæ litteræ docent: cumque in iis ſub hac ſeptima Indictione collocatis habeatur mentio de Sabiniano diacono, qui agebat ante plures annos Apocriſarium Conſtantinopoli, plane ad ea ſunt referendæ tempora, quibus ille eo munere fungebatur in dicta regia civitate. Sicut & litteræ (b) ad Auguſtinum in Anglia Epiſcopum, quæ ultimo loco ponuntur, quas datas eſſe ante tres annos, nempe quarta Indictione, ſuperius diximus. Id ipſum affirmaverimus de epiſtola ſcripta ad Petrum ſubdiaconum in Sicilia, quam datam eſſe a S. Gregorio undecima Indictione, ex eadem deducimus argumentum. His non tam exploſis, quam ad ſua loca deſtinatis, quæ fuerunt ejuſdem Gregorii anni hujus epiſtolæ atque poſtrema videamus.

(a) Greg. l. 12. ep. 14. Ind. 7.

(b) Greg. l. 12. ep. 30. Ind. 7.

VI. Hoc itaque anno cum vacaſſet Eccleſia Anconitana paſtore, delectus ad eam Florentius Archidiaconus, etiam ſi doctus, a S. Gregorio minime probatus fuit, eo quod & ſenectute confectus, & tenaciſſimus eſſet, ut nunquam domum ejus (quod ait c) amicus ad charitatem introiret; ſed & illud additum tradit impedimentum, quod juraſſet numquam ad Epiſcopatum accedere. Ita quidem vigilantiſſimus ſemper ne quis in Epiſcopatum non omni ex parte probatus irreperet quæcumque hominis eſſent perſcrutari diligentiſſime voluit, ut complures ab ipſo de his datæ epiſtolæ docent.

(c) Greg. l.12. ep.6. Ind. 7.

Diligentia Greg. in probandis delectis Epiſc.

VII. Conſultatio Felicis & Greg. reſponſio.

Eodem quoque anno miſſa eſt ex Sicilia a Felice Epiſcopo Meſſanenſi de nonnullis ad ipſum Gregorium Romanum Pontificem conſultatio. Extat ipſa Felicis epiſtola tomo ſecundo Conciliorum: & licet cujus Felicis ea epiſtola ſit, non appareat; tamen quod reperiatur idem Gregorius haud pridem ſcripſiſſe ad Felicem in Sicilia Epiſcopum Meſſanenſem, (d) facile inducor ut credam hunc eumdem eſſe Felicem. Cauſa autem præcipua hujus mittendæ conſultationis ad S. Gregorium ea fuit, quod cum ſciretur ipſum S. Gregorium ſcribentem ad Auguſtinum in Anglia Epiſcopum conceſſiſſe, ut ratum haberetur matrimonium in gradu quarto affinitatis contractum: grave ſcandalum paſſi ſunt multi, potiſſimum vero Siciliæ Epiſcopi, eo quod S. Gregorius ea concedens, haud conſentientia conſtitutionibus prædeceſſorum ſtatuiſſet, & longe diverſa ab iis quæ a ſacroſanctis Conciliorum decretis firmata eſſent. Sed Felicis conſulentis audiamus verba, quæ ſunt hujuſmodi:

(d) Greg. l. 12. ep. 10. Ind. 7.

VIII. *Perlatum eſt ſiquidem a quibuſdam Roma venientibus, vos Auguſtino conſodali noſtro per venerabilem ſanctitatem veſtram poſtmodum Epiſcopo Anglorum genti ordinato & illuc directo atque Anglis ſcripſiſ-*

* non olim

Matrimonium intra ſeptimum gradum vetitum.

*pſiſſe, ut * olim ad fidem converſos per vos concedi, ut quarta progenie conjuncti non ſeparentur. Quæ conſuetudo dudum in illis aut in aliis partibus, quando una vobiſcum ab infantia nutritus atque edoctus fui, non erat: nec in ullis prædeceſſorum tuorum decretis, aut reliquorum generaliter, ac ſpecialiter Patrum inſtitutis legi, aut hactenus ab ullis recte ſentientibus eſſe conceſſum didici. Sed ſemper uſque ad ſeptimum originis ſuæ gradum hoc a ſanctis deceſſoribus veſtris & cæteris ſanctis Patribus tam in Nicæna Synodo, quam & in aliis ſanctis Conciliis congregatis ſervari debere reperi, & a recte viventibus & Deum timentibus hominibus ſtudioſe prævideri cognovimus.* Et inferius poſt duo alia ab eo quæſita, in id ipſum cujus cauſa epiſtolam ſcribere aggreſſus erat, rediens, iſta ſubdit, ab eo admoneri petens, num pro Anglis tantum indulgendo ea ſtatuiſſet de quarto gradu, an omnibus etiam Eccleſiis ſervanda proponeret: *Nos*, inquit, *ea quæ legimus, & obſervari a Fidelibus cognovimus, non increpanda (quod abſit) vobis ſignificavimus, ſed quid rationabiliter & fideliter ſuper his obſervare debeamus, requirimus.*

*Et quoniam non modicum murmur ſuper hac re nobiſcum verſatur: quid reſpondere fratribus & coepiſcopis noſtris debeamus, a vobis, quaſi a capite, reſponſum quærimus: ne ſuper his ancipites remaneamus, aut murmur ullum tam noſtris temporibus, quam poſt, inter vos & alios remaneat: rumorque veſter, qui ſemper bonus & optimus fuit, detractionibus laceretur, & ſubrodatur, aut nomen veſtrum (quod abſit) ſupervenientibus temporibus blaſphemetur. Nos autem, quæ recta ſunt, auctore Deo, humili corde ſervantes, uno vinculo charitatis vobis conſtricti, veſtram religionem in omnibus, ut fideles alumni, defendentes, a vobis quæ recta ſunt, quærimus. Scimus enim ut ſemper ſanctæ ſedis Præſules primo Apoſtoli, deinde ſucceſſores eorum fecerunt, vos univerſalis Eccleſiæ & maxime Epiſcoporum (qui oculi propter contemplationem & ſpeculationem vocantur) Domini curam gerere, ac de religione & lege veſtra aſſidue cogitare, &c.*

IX. Ex magna indulgentia Anglis conceſſum in quarto grado contractum tenere.

Hæc verbatim reddidiſſe voluimus, ut pateat quæ eſſet olim de diſpenſando in nuptiis contrahendis, vel contractis inviolate obſervata cenſura, cum magnum in Eccleſia Dei ſcandalum datum videretur, ſi quod de gradu ſeptimo hactenus ſervatum eſſet, ad quartum ſanctus Gregorius redegiſſet. Cui quidem adverſum ſe excitato rumori & conflato ſcandalo occurrere quantocyus ipſe non prætermittens, ad eamdem primam conſultationem reſpondit, non eſſe in exemplum adducendum, quod novellæ Eccleſiæ Anglicanæ conceſſiſſet, ut in tertio & quarto gradu conjuncti legitime inter ſe matrimonium contrahere poſſent; ſed qui in gradu vetito contraxiſſent, in eo ex ſumma indulgentia permanerent. Quamobrem monet Gregorius, ne Fideles uſque ad gradum ſeptimum affinitatis matrimonium contrahant: quod non recens a ſe ſtatutum, ſed a prædeceſſoribus traditum ſibi ſervandum inviolabili lege proponit. In quam ſententiam hæc ait: *Nam ſi ea deſtruerem, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt; non conſtructor, ſed everſor eſſe juſte comprobarer.* Et inferius poſt multa in eamdem ſententiam inculcata, aliaque ad quæſita ab eo reſponſa, hæc habet:

*Progeniem vero ſuam unumquemque de his qui fideliter edocti ſunt, & jam firma radice plantati ſtant inconvulſi, uſque ad ſeptimam obſervare decernimus generationem, & quamdiu ſe affinitate agnoſcunt propinquos, ad hujus copulæ non accedere ſocietatem præſumant. Nec eam, quam aliquis ex propria conſanguinitate conjugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculavit, in conjugium ducere ulli licet Chriſtianorum, vel licebit: quia inceſtuoſus eſt talis coitus, & abominabilis eſt Deo, & cunctis bonis hominibus. Inceſtuoſos vero nullo conjugii nomine reputandos, a ſanctis Patribus dudum ſtatutum eſſe legimus. Ideo nolumus nos in hac re a vobis, ſive a cæteris Fidelibus reprehendi: quia quod in his Anglorum genti indulſimus, non formam dando, ſed conſiderando ne Chriſtianitatis bonum, quod cœperant, imperfectum dimitterent, egimus, &c.* Monet autem, ut omnes inceſtuoſos ab Eccleſia ſegreget, tamquam peſtilentes oves, nec niſi poſt legitimam ſatisfactionem in Eccleſiam recipiantur. Ad finem vero: *Quod*, inquit, *ſpecialiter tibi tuiſque (ut tuæ litteræ innotuerunt) conſultis ſcribimus generaliter omnibus tenere mandamus.* Hæc Gregorius, univerſæ Catholicæ Eccleſiæ leges ſanciens, vel potius a prædeceſſoribus ſancitas renovans de matrimoniis inter Chriſtianos contrahendis. Frigeſcente autem ſpiritu cum invaleſceret magis caro, ab Innocentio Tertio Romano Pontifice in Concilio Lateranenſi, ad graviora peccata vitanda, relaxata eſt nonnihil fibula diſciplinæ, ut intra quatuor tantum gradus prohibitum fuerit matrimonium.

Reſpondens vero Gregorius ad reliquas duas Felicis conſultationes non vexandos a ſubditis Epiſcopos, pluribus monet: & de eccleſiarum dedicatione reſpondet, ut quod dubitatur factum, ſit integre faciendum: *Eo quod* (ut ait) X.





*non moſtretur iteratum, quod non certis indiciis oſtenditur rite peractum.* Quod rurſum ad res Siciliæ ſpectat, maleficos ibi degentes magnopere eſt inſectatus. Quod enim in Dei lege ſcriptum eſſet: (a) *Maleficos non patieris vivere*: eoſdem deteſtatus, totis eſt ſemper viribus inſecutus. Scripſit de his (b) ad Cyprianum diaconum, mandans ipſos inquiri atque puniri, nec deſiſtere, etiamſi reperiret ſæcularem præfecturam adverſari: in fine enim poſt multa ad eoſdem maleficos inquirendos & puniendos inculcata, hæc addit: *Virum autem glorioſum domnum Libertinum Prætorem in tali loco per contemplationem omnipotentis Dei adjutorem te habere confido. In hac tamen cauſa miteſcere minime debuiſti, etiam ſi tibi quilibet ſæcularis Judex adverſarius potuiſſet exiſtere.* Hæc ad Cyprianum diaconum patrimonium ſancti Petri in Sicilia curantem ipſe Gregorius, qui & anno ſuperiori Paulum Scholaſticum ad hujuſmodi maleficos inſectandos vehementer hortatus fuit (c).

(a) Exod. 22.

Maleficos exagitat S. Greg.

(b) Greg. l. 12. ep. 13. Ind. 7.

(c) Greg. l. 11. ep. 56. Ind. 6.

XI. De cauſa Corcyrana.

(d) Greg. l. 12. ep. 2. 3. 8.

Eodem hoc anno fatigarunt Gregorium contentiones inter Epiſcopum Epidauri (d) & Alcyſonum Corcyræ inſulæ Epiſcopum. Quod enim irruentibus barbaris (ut ſuperius dictum eſt) corpus ſancti Donati inde delatum fuit in Corcyram inſulam, collocatumque in caſtro Caſſiopi dicto, Epidauri Epiſcopus illud ſibi caſtrum pariter ſtuduit vendicare, reſiſtente Alcyſono, qui ab Epiſcopo Nicopolitano Metropolita ſententiam accepit, qua ipſi caſtrum adjudicabat; quam ſententiam ſedes Apoſtolica confirmavit. Cum autem novus eſt creatus Phocas Imperator, eumdem convenit Epiſcopus Epidauri, falſaque ingerens multa, eum monuit, ut pro ipſo contra latam ſententiam reſcriberet. Quod adeo iniquum ut per eumdem Imperatorem corrigeretur, ſanctus Gregorius litteras ad Apocriſarium Conſtantinopolim miſit, jubens ut conveniens Imperatorem agat, ut bene definita ſua quoque juſſione confirmet. Quid vero hæc ſecutum ſit, intercurrente Gregorii morte, neſcitur.

Quod autem vehementius ſancti Gregorii animum excruciavit, illud etiam fuit, quod Neapoli in Campania (licet vetus editio, in Gallia, habeat) ſacrilegium didicit perpetratum, cum miles per vim rapuit virginem Deo in monaſterio conſecratam. Redarguit vero Gudoinum Ducem Neapolitanum, quod adverſus ejuſmodi facinus ultor non inſurrexiſſet, cum præſertim prædicatæ probitatis ipſe vir ab omnibus laudaretur: ad quem hæc breviter ſcripſit (e):

(e) Greg. l. 11. ep. 5. Ind. 7.

XII.

*Cum inter multa bona, quæ nobis de magnitudine veſtra ſæpius nunciantur, illud in vobis plus laudabile dicitur exiſtere, quod caſtitatem diligitis & diſciplinam (ſicut dignum eſt) cuſtoditis: ſatis mirati ſumus, quod in milite illo, qui ancillam Dei diabolica inſtigatione perdiderit, diſtrictiſſima vindicta hactenus facta non fuerit. Nam moribus & bonitati veſtræ valde conveniens fuit, ut ante ad nos ultio, quam perpetratæ culpæ iniquitas perveniret. Sed quia vindictam hujus ſceleris non voluntate veſtra, ſed aliorum ſurreptionibus credimus eſſe ſuſpenſam, neque hoc peccatum vel humerum indiſciplinati militis, vel loca illa, in quibus commiſſum eſt, valeat premere: hortamur, ut ſine excuſatione aliqua vel modo, qualis vobis fervor ſit erga caſtitatis cuſtodiam demonſtrantes, ita pro exemplo aliorum ſtricte emendare tantum facinus feſtinetis, ut & Deum vobis, in cujus ille hoc injuriam perpetravit, & timorem ejus deſpexit, placabilem faciatis, & nos vobis de zeli veſtri rectitudine gratias referamus: nam tantam iniquitatem inultam remanere nullo modo patimur.* Hæc Gregorius degens in lecto ægrotus, ſed in iis quæ peccarentur in Deum explorator vigilans, & ultor exurgens. Qui & ſicut ſegnem Ducem ad ulciſcendum immane facinus arguit, ita & nimis feſtinum in excommunicationis ferenda ſententia Maximianum Epiſcopum reprehendit; ad quem breviter iſta: (f) *Frequenter me admonuiſſe vos recolo, ut in proferenda ſententia eſſe præcipites nullatenus deberetis. Et nunc ecce cognovi quia reverendiſſimum virum Abbatem Euſebium commota furore veſtra fraternitas excommunicavit. Quod ego valde miratus ſum, ut non antiqua ejus converſatio, non ætas longa, non ægritudo diuturna, ab ira veſtrum animum flecteret. Quilibet enim in eo fuerit exceſſus, ipſa ægritudinis afflictio ei debuit pro flagello ſufficere: quem enim divina diſciplina conterit, et humana flagella addi ſuperfluum fuit.* Et paulo poſt, ut eidem ſatisfaciat, ita monet: *Eumdem tamen præfatum virum quanto furore exaſperaſti, tanta nunc dulcedine conſolare: quia valde injuſtum eſt, ut qui te plus amaverunt, ipſi te ſine cauſa atrociorem contra ſe ſentiant.* Hæc Gregorius.

Redarguitur Dux ob inultum ſacrilegium.

Redarguit præproperum excommunicatorem Epiſc.

(f) Greg. l. 12. ep. 26.

Vidiſti primum quam animoſe inſurrexit adverſus Ducem remiſſum nimis, & quomodo ad vindictam currentem nunc præcipitem nimis Epiſcopum, habenas retrahendo, retraxit? Ita quidem pro ratione perſonarum proficua aptans cuique medicamenta. Porro tranquillitatem animi in Epiſcopis plurimum commendavit; ad quam conſequendam, unam eam patere viam oſtendit, ſi contemplationis ſtudium Epiſcopus non remittat: quo nomine laudavit hoc anno Junium Epiſcopum Catanenſem, quod contemplationi XIII.

vacaret: nam ad ipſum ſcribit hæc inter alia (a):

(a) Greg. l. 12. ep. 25. Ind. 7. vet. edit.

*Tantum*, inquit, *quieti veſtræ congaudeo, quantum de meis occupationibus ingemiſco: atque hoc ſummopere exhortor, ut ſi palatum cordis dulcedo tetigit intimæ ſuavitatis, ita introrſum rapiatur animus, ut triſte ſit omne quod foris ſonat, omne quod foris delectat. Laudo autem, quod humana conventicula cavetis: quia ſæpe animus, qui renovari in Deo per compunctionis gratiam deſiderat, per prava colloquia iterum veteraſcit. Quæſivi autem qui vobis inhæreret in lectionis ſacræ collegio, & neminem reperi, & vehementer ingemui paupertatem boni. Et quamvis peccator ego valde; occultus tamen ſi ad beati Petri Apoſtoli limina venire volueris, in ſacro eloquio ſtrictum me poteris habere collegam.* Hæc Gregorius: ex cujus poſtremis verbis, quibus dixit, non reperiri qui poſſet ei in ſacræ lectionis collegio inhærere; & quod poſtea ſubiicit, ſe fore in ſacro eloquio ipſi collegam: intelligas ejuſmodi fuiſſe ſacram exercitationem, ut ſimul poſiti viri interioris profectus ſtudioſi, aliquid legerent de divinis Scripturis, & de his quæ lecta eſſent, ſinguli qui præſentes eſſent, quid ſentirent, dicere rogarentur. In hujuſcemodi ſpiritalibus epulis reficere ſe conſueviſſe ſanctum Gregorium, ex iis quæ ipſe ſcribit in homiliis ſuper Ezechielem intellexiſti, dum & profitetur ſe ex fratrum in ejuſmodi lectione collegarum reſponſionibus admodum profeciſſe: nam audi eum rurſum: (b) *Scio enim, quia plerumque multa in ſacro eloquio; quæ ſolus intelligere non potui, coram fratribus meis poſitus intellexi: ex quo intellectu & hoc quoque inteligere ſtudui, ut ſcirem ex quorum mihi merito intellectus daretur. Patet enim, quia hoc mihi pro illis datur, quibus mihi præſentibus datur. En qua re largiente Deo agitur, ut ſenſus creſcat, & elatio decreſcat.* Hæc ipſe; ex quibus quæ dicta ſunt de lectione & colloquio de rebus divinis ſimul haberi ſolitis, perſpicue intelligere poſſis.

Synaxis in legendo & colloquendo.

(b) Greg. in Ezechiel. hom. 14. in princ.

Quos vero Dei ſervos longe abeſſe novit, & apud ſe habere non poſſet, quod detinerentur aliis occupationibus impediti, eoſdem frequentavit litteris, & eleemoſynarum largitione fulcivit: quod cum in pluribus præteritorum annorum epiſtolis manifeſte eluceat, ejus rei non deeſt hoc etiam anno exemplum, cum ſcribit litteras ad Joannem Abbatem montis Sinai in Arabia, cujus enixe implorat ad Deum preces, mittens ea, quibus illum pro locis ſibi ſubjectis indigere ſciviſſet: nam ad finem epiſtolæ (c): *Filio noſtro Simplicio renunciante cognovimus, lectos vel lectiſternia in Gerontocomio, quod a quodam illic Iſauro conſtructum eſt, deeſſe. Propterea miſimus lenas quindecim, rachanas triginta, lectos quindecim, pretium quoque de emendis culcitris, vel naula dedimus: quæ dilectionem tuam petimus non indigne ſuſcipere, ſed in loco, quo ſunt tranſmiſſa, præbere.* Sed de eodem Joanne Abbate conſule ſuperius dicta.

(c) Greg. l. 12. ep. 16. Ind. 7.

XIV. Eodem pariter anno, Indictionis videlicet ſeptimæ, ſanctus Gregorius baſilicæ ſancti Pauli peculiariter adſcripſit latifundium ad Aquas Salvias cum aliis fundis pro luminaribus incendendis: quod quidem ſcripto voluit confirmatum, cujus eſt iſta præfatio (d): *Licet omnia quæ hæc Apoſtolica habet Eccleſia Apoſtolorum Petri & Pauli, quorum honore & beneficiis acquiſita ſunt, Deo ſint auctore communia: eſſe tamen debet in adminiſtratione actionum diverſitas perſonarum, ut in aſſignatis cuique rebus cura adhiberi poſſit impenſior. Cum igitur pro eccleſia B. Pauli Apoſtoli ſolicitudo debita nos commoneret, ne minus illic habere luminaria idem præco fidei cerneretur, qui totum mundum lumine ſuæ prædicationis implevit, & valde incongruum eſſe ac duriſſimum videretur, ut illa ei ſpecialiter poſſeſſio non ſerviret, in qua palmam ſumens martyrii, capite eſt truncatus, ut viveret: utile judicavimus, eamdem maſſam, quæ ad Aquas Salvias nuncupatur cum omnibus fundis ſuis, &c.* Voluimus hæc reddidiſſe verbatim, quo ſcires non eſſe figmentum, vel recens quoddam inventum, quod dictum eſt ſuperius ſuo loco, Apoſtolum Paulum ad Aquas Salvias capite truncatum fuiſſe. Extat hactenus eadem conſtitutio Gregorii in ejuſdem baſilicæ marmorea tabula inciſa. Porro hujuſcemodi donationem diverſis in Urbe Eccleſiis a S. Gregorio collatarum alia item inciſa lapidibus extant vetera monumenta, ut in Eccleſia ſanctorum Joannis & Pauli Titulo Pammachii, in baſilica ſancti Petri, & aliis fortaſſe in locis. Ejus autem quod pro foribus eſt baſilicæ S. Petri, ſic ſe habet exordium uſque ad nomina eorum, quæ donantur prædiorum:

(d) Greg. l. 12. ep. 9. Ind. 7.

Baſilicæ S. Pauli aſſignata prædia pro luminaribus.

XV. *Dominis ſanctis ac beatiſſimis Petro & Paulo Apoſtolorum principibus Gregorius indignus ſervus. Quotiens laudi veſtræ uſibus ſervitura quædam licet parva conquirimus, veſtra vobis reddimus, non noſtra largimur: ut hæc agentes, non ſimus elati de munere, ſed de ſolutione ſecuri. Nam quid umquam ſine vobis noſtrum eſt, qui non poſſumus accepta reddere, niſi quia per vos iterum, & ipſum hoc ut redderemus, accepimus? Unde ego veſter ſervus reducens ad animum, multum me vobis, B. Apoſtoli Petre & Paule, eſſe devotiorem, propter quod ab uberibus matris*

Baſilicæ Apoſt. luminaribus dicata oliveta a S. Greg.



*tris meæ, divinæ potentiæ gratia protegente, intra gremium Eccleſiæ veſtræ aluiſtis, & ad incrementum per ſingulos gradus uſque ad ſummum apicem ſacerdotii, licet immeritum, perducere eſtis dignati: Ideoque hoc privilegii munuſculum humili interim offerre devotione prævidi. Statuo enim, & a meis ſucceſſoribus ſervandum ſine aliqua refragatione conſtituo, ut loca vel prædia cum olivetis, quæ inferius deſcribuntur, quæ pro concinnatione luminariorum veſtrorum a diverſis quibus detinebantur recolligens, veſtra vobis dicavi immutilata permanere. Id eſt, in patrimonio Appiæ, &c.* Sunt omnia prædia cum olivetis numero trigintaquinque. Ex quibus intelligas, quam abundans eſſe ſoleret copia lampadum incenſarum, quarum tantum uſui tot tantaque inſervire deberent oliveta. [1]

XVI. Jam vero reliquum eſt, ut de tempore obitus ipſius Gregorii agamus: de quo certum eſt errare eos, qui dixerunt ipſum ſexta Indictione defunctum. Joannes enim diaconus eum hoc anno ſeptima eſſe defunctum Indictione affirmat (a), idemque aſſeverat Beda. Et ne dici poſſit errorem in numerum irrepſiſſe, hæc omnia certiora redduntur (ut nulla de his poſſit dubitatio exoriri) ex dicta tabula donationis, quæ habetur in baſilica S. Pauli, ad cujus finem hæc habentur: *Dat. VIII. Kal. Februarias, Imp. D. N. Phoca PP. Aug. anno ſecundo, Conſulatus ejus anno primo, Indictione ſeptima.* Quamobrem hoc anno eum eſſe defunctum, exploratiſſimum eſt. Puto quidem eam conſtitutionem fuiſſe poſtremam S. Gregorii, quem conſtat ad æternam vitam tranſiiſſe duodecima die menſis Martii. Habes ex his etiam quod corrigas in Paulo diacono, qui etſi ſub anno ſecundo Phocæ obitum ponit ſancti Gregorii, dum tamen fuiſſe octavæ Indictionis annum tradit (b), errare certum eſt.

(a) Jo. diac. l. 4. c. 8.

(b) Paul. diac. l. 8. c. 68.

XVII. Sic igitur ſanctiſſimus Pontifex, qui ſe vere hic exulem ſenſerat ac peregrinum, quod tamdiu in optatis habuit, atque multorum precibus jamdiu conatus fuerat impetrare, eſt feliciter conſecutus, migrans dicta die duodecima Martii ex hac vita in illam æternam, ad quam, dum vixit, jugiter anhelavit. Sedit annos tredecim, menſes ſex, & dies novem, utpote qui creatus tertia die Septembris, mortuus eſt dicta duodecima Martii; quod tabulæ Eccleſiaſticæ perpetua memoria notatum cuſtodiunt.

XVII. De obitu S. Greg. Papæ.

☞ Apud Manlium in veteribus monumentis baſilicæ Vaticanæ, poſt epitaphium ſepulcro S. Gregorii inditum, hæc de tempore Sedis ejus & obitus addita leguntur:

*Hic requieſcit Gregorius Papa, qui ſedit annos tredecim, menſes ſex, dies decem, depoſitus quarto Idus Martii.* Quod ponit decem dies, & nos diximus novem, hic poſt terminum, illic ab ipſa termino numeratum ſcias, ut nulla ſit dicrepantia, cum de die nulla ſit diſſenſio. ☜

Sepultus eſt autem (ut ait Joannes diaconus) in extrema porticu baſilicæ ſancti Petri. Quatuor enim porticus cum haberet baſilica illa, duas ſcilicet hinc inde ab ejus gremii lateribus poſitas; quinque vero erunt, ſi quis ipſum medium gremium inter porticus numeret, ut complures conſueverunt. Quæ igitur egrediendo baſilicam a dextro latere extrema porticus eſt, extrema parte ſepulcrum continuit S. Gregorii, ubi adhuc extat ſubter altare S. Andreæ, cujus ipſe fuerat ſtudioſiſſimus; licet non eadem forma, qua olim, modo extructum appareat: tunc enim in eo (ut teſtatur Joannes diaconus) ejuſmodi inſcriptum epitaphium legebatur (c):

(c) Jo. diac. in Vita S. Greg. l. 8. c. 68.

Epitaphium ſepulcri S. Greg.

*Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum,*
*Reddere quod valeas, vivificante Deo.*
*Spiritus aſtra petit: lethi nil jura valebunt,*
*Cui vitæ alterius mors magis ipſa via eſt.*
*Pontificis ſummi hoc clauduntur membra ſepulcro,*
*Qui innumeris ſemper vivit ubique bonis.*
*Eſuriem dapibus ſuperavit, frigora veſte,*

*Atque*

PAGIUS II. *Moritur S. Gregorius PP.*

Ad num. XVII. Sanctus *Gregorius* Magnus immortalis memoriæ Pontifex *mortuus eſt, & ſepultus in Baſilica Beati Petri Apoſtoli die XII. menſis Martii*, inquit Anaſtaſius, qui cum ſolitus ſit diem tantum ſepulturæ notare, eo loquendi modo indicat, illum uno eodemque die & mortuum, & ſepultum. Quare durationem ejus Pontificatus accurate conſignavit, cum dixit, eum ſediſſe *annos tredecim, menſes ſex, dies decem*, die ſcilicet emortuali in eam ſummam collato. Qua de re inter omnes convenit.

NOTÆ [1] TAbula lapidea in porticu Baſilicæ Vaticanæ, ubi dona continentur Principi Apoſtolorum oblata, exarata eſt *Gregorio* II. Rom. Pont. non *Gregorio Magno* ut Baronius putavit; patet id ex nomine *Leonis* Imperatoris. Data eſt enim *Idibus Novembris imperante piiſſimo Leone*, nempe *Leone Iſaurico*, cujus Imperii annus primus fuit A. D. 717. *Gregorii* II. Pontificatus anno tertio. GEORGIUS

*Atque animas monitis texit ab hoſte ſacris.*
*Implebatque auctus, quicquid ſermone docebat,*
*Eſſet ut exemplum myſtica verba loquens.*
*Anglos ad Chriſtum convertit mente benigna,*
*Sic fidei acquirens agmina gente nova.*
*Hic labor, hoc ſtudium, hæc tibi cura, hoc paſtor agebas,*
*Ut Domino offerres plurima lucra gregis.*
*Hiſque Dei Conſul factus lætare triumphis:*
*Nam mercedem operum jam ſine fine tenes.*

Hactenus epitaphium, quod rude ſæculum dare potuit, quo jam Latinum agrum, & montem ipſum quem fingunt poetæ Parnaſum Muſæ exules reliquiſſent. Sed præſtat hic elogium ſanctiſſimi viri de Gregorio recitare: ut intelligere poſſis, quanta gloria fuerit acceptus a poſteris. Ildefonſus enim ille Toletanus Epiſcopus in libello quem confecit de viris illuſtribus (quem manuſcriptum bibliotheca Vaticana cuſtodit) numeraturus ejus ſcripta, ipſo ingreſſu operis, de Gregorio iſta habet:

XVIII.
S. Greg. laudes.

*Gregorius Papa, Romanæ ſedis & Apoſtolicæ Præſul, compunctione timoris Dei plenus, & humilitate ſummus, tantoque per gratiam Spiritus ſancti ſcientiæ lumine præditus, ut non modo illi præſentium temporum quiſquam, ſed nec in præteritis quidem par fuerit umquam.* Hucuſque ex Iſidoro (*a*) de viris illuſtribus, quem inferius citat: pergit vero ipſe, hæc addens: *Ita enim cunctorum meritorum claruit perfectione ſublimis, ut excluſis omnium illuſtrium virorum comparationibus, nihil illi ſimile demonſtret antiquitas. Vicit enim ſanctitate Antonium, eloquentia Cyprianum, ſapientia Auguſtinum.* At hæc ſi tibi videri poſſint hyperbolice dicta: quod ex his poſſis conſequi, illud eſt, quod ea æſtimatione ad poſteros fama de ſanctitate & doctrina Gregorii propagata eſt, ut maxima quæque Gregorium diligentibus viſa ſint ipſo minora Gregorio.

(*a*) *Iſidor. de vir. illuſtr. c.27.*

XIX.
Columba ad aurem S. Greg.

Porro iſtiuſmodi præmiſſis Ildefonſus de ipſo præconiis, ad enumeranda ea quæ edidit commentaria ſe convertit; quæ nos ſuo loco & tempore, quo ſingula ſcripta ſunt, collocavimus. Verum ipſa divino potius tribuenda eſſe numini, quam humanæ induſtriæ, manifeſta viſio declaraſſe fertur. Etenim ad ipſum columbam deſuper lapſam, cum quid de ſacris litteris ſcribere vellet, viſam a Petro diacono eſſe, & ea de cauſa columbam in capite ad aurem ejus pingi conſueviſſe, Joannes diaconus (*b*) aſſerit, ea ex cauſa ſcilicet, quod a divino Spiritu (cujus columba ſymbolum tenet) quæcumque ſcripta ab eo ſunt, ipſi eſſe ſuggeſta, conſtans opinio fuit. Cæterum diabolum quibus valuit artibus per miniſtros ſuos conatum eſſe, ut ejuſdem lucubrationes ignibus traderentur, idem Joannes diaconus habet, qui hæc ait (*c*):

(*b*) *Jo. diac. vit. S. Gre. l.4. c.69.*
(*c*) *Jo. diac. eod. cap.*

XX.
Calumniæ in S. Gre. jactatæ a malevolis.

*Quo ſcilicet liberaliſſimo paſtore defuncto vehementiſſima fames eodem anno incubuit. Et quanto patrono tunc Roma caruerit, licet rerum inopia toto pene mundo monſtraverit, invidorum tamen feritas minime recognovit: nam ſicut a majoribus traditur, cum calumniarum veterum incentores Gregorium prodigum dilapidatoremque multiplicis Patriarchatus theſauri perſtreperent, deficiente perſonali materie, ad comburendos ejus libros cœperunt pariter anhelare. Quorum dum quoſdam combuſſiſſent, & reliquos vellent exurere: Petrus diaconus familiariſſimus ejus, cum quo quatuor Dialogorum libros diſputaverat, creditur * vehementer obſtitiſſe, dicens, ad obliterandam ejus memoriam librorum exuſtionem nihil proficere, quorum exemplaria, diverſis petentibus, mundi ambitum penetraſſent: ſubjungens, immane ſacrilegium eſſe, tanti Patris tot & tales libros exurere, ſuper cujus caput Spiritum ſanctum ipſe in ſimilitudinem columbæ tractantis frequentiſſime perſpexiſſet.*

* traditur

XXI.
Petri diac. teſtimonium de ſanctitate Gregorii.

*Cumque dudum devotum populum diaconus cerneret occaſione temporis cum invidis reſultare, in hoc omnium ſententiam dicitur provocaſſe: Ut ſi quod dixerat, jurejurando confirmans, mori continuo meruiſſet, ipſi a librorum exuſtione deſiſterent: ſi vero ſuperſtes ſui teſtimonii extitiſſet, ipſe quoque combuſtoribus manus daret. Itaque cum Evangeliis in ambonem venerabilis levita Petrus aſcendens: mox ut Gregorianæ ſanctitati teſtimonium præbuit, inter verba veræ confeſſionis ſpiritum efflavit, & a dolore mortis extraneus juxta Pyrgi baſim (ſicut hactenus cernitur) confeſſor veritatis meruit ſepeliri. Hinc eſt quod conſuetudinaliter Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ ſuper ſcribentis Gregorii caput depingitur, & quod expoſitionum illius pars maxima, quæ utique ab invidis exuſta recolitur, non habetur.* Hæc Joannes ex majorum (ut ait) traditione.

XXII.
De combuſtione librorum S. Greg. dubia aſſertio.

Sed quæ fuerint iſta, ignota penitus Iſidoro atque Ildefonſo, qui recenſentes catalogum ſcriptorum ejus licet præter illa, alia plura fuiſſe a Gregorio ſcripta teſtentur, de exuſtione tamen qua aliqua perierint, verbum nullum. Fides ergo vacillat auctoris, eoque magis, quod neque apud Paterium ipſius Gregorii Notarium de his aliqua mentio habeatur: qui dum cuncta divinæ Scripturæ teſtimonia ab ipſo Gregorio elucidata in ordinem ſuum redegiſſet, de exuſtione nihil, cujus cum ipſe præſens Romæ eſſet, meminiſſe neceſſario debuiſſet: unde apud me (ut dixi) fides auctoris valde redditur dubia. Sigebertus etiam nullam, obſtante Petro diacono, factam eſſe librorum exuſtionem teſtatur in Chronico, ſed de viris illuſtribus (*a*) ſecus, ubi & addit hæc de Paterio: *Paterius Romanæ Eccleſiæ Notarius & Secundicerius, colligens omnia divinæ Scripturæ teſtimonia, per quæ Gregorius obſcura ſuæ expoſitionis elucidavit, tres libros edidit, duos de teſtimoniis veteris Teſtamenti, & unum de teſtimoniis novi Teſtamenti; ipſumque codicem appellavit, librum Teſtimoniorum.* Hæc ipſe. Extat ejuſmodi Paterii lucubratio. Porro de ipſo Paterio ſæpe fit mentio in epiſtolis & aliis Actis publicis ſancti Gregorii.



(*a*) *Sigeb. de vir. illuſtr. c.41. & 43.*

XXIII.

Quod rurſus ad ejuſdem S. Gregorii ſcripta pertinet: dum audis apud Joannem diaconum tredecim libros numeratos eſſe epiſtolarum ipſius ſecundum annorum numerum quibus in Pontificatu vixit: cum hodie nonniſi duodecim numerentur, non putes unum ex ipſis eſſe deperditum, ſed eoſdem omnes aliter numeratos, nempe vel per annos Pontificatus ejus, vel ſecundum Indictiones digeſtos. Præter hæc autem Antiphonarium a S. Gregorio Eccleſiæ uſui relictum fuit, de quo Sigebertus: *Quæ ſcriptura Gregorium tam illuſtravit, quam illud quod Antiphonarium regulari muſicæ modulatione centonizavit, & ſcholas cantorum in Romana Eccleſia conſtituit.* Hæc ipſe. Quibus adde Sacramentarium ſive librum ſacramentorum, nempe ad ſacros ritus Miſſarumque ſolemnia volumen pertinens, nuper cuſum. *Sed & in ipſa Miſſarum celebratione (inquit Beda) tria verba maximæ perfectionis plena ſuperadiecit,* videlicet: *Dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari.* At hæc de ſcriptis ſancti Gregorii ſatis ſunto, præter illa, quæ ſuis locis ſuperius diximus. Res vero geſtas ipſius non ab alio Joanne diacono, quam ab eo quem diximus ſcriptas fuiſſe, certo reperimus: verum ante ipſum a Paulo diacono id factum conſtat, ſed excidit ejuſmodi lucubratio.

Quoniam autem habet quamdam ſcriptio cum pictura cognationem: quæ idem Gregorius in ſuo monaſterio picta reliquiſſet, ſuoque titulo prænotata, quæ adhuc tempore Joannis diaconi integra erant, ex eodem auctore Joanne hic deſcribenda ſunt, qui ea refert in hunc modum (*b*).

(*b*) *Jo. diac. in vit. S. Greg. l.4. c.83.*

XXIV.
De imagine Gordiani.

*In ejus venerabilis monaſterii atrio, juſſu Gregorii, juxta Nymphium duæ iconæ veterrimæ artificialiter depictæ uſque hactenus videntur. In quarum altera beatus Apoſtolus Petrus ſedens conſpicitur, eumque ſtantem Gordianum Regionarium, videlicet patrem Gregorii, manu dextera per dexteram nihilominus ſuſcepiſſe. Cujus Gordiani habitus, caſtanei coloris planeta eſt, & ſub planeta dalmatica, in pedibus caligas habens, ſtatura longa, facies deducta, virides oculi, barba modica, capilli condenſi, vultus gravis.*

De imagine S. Silviæ.

*In altera vero mater Gregorii ſedens depicta eſt Silvia candido velamine a dextero humero taliter contra ſiniſtrum revoluto contecta, ut ſub eo manus tamquam de planeta ſubducat, & circa pectus ſub gula inferior tunica pſeudolactinei coloris appareat, quæ magno ſinuamine ſuper pedes defluat duabus zonis ad ſimilitudinem dalmaticarum, ſed latioribus omnino diſtincta: ſtatura plena, facies rotunda quidem & candida, ſed ſenio jam rugoſa, quam ipſa quoque ſenectus pulcherrimam fuiſſe ſignificat, oculis glaucis & grandibus, ſuperciliis modicis, labellis venuſtis, vultu hilaris, ferens in capite matronalem mitram candentis brandei raritate niblatam; * duobus dexteræ digitis ſignaculo Crucis ſe munire velle prætendens: in ſiniſtra vero patens Pſalterium retinens, in quo hoc ſcriptum eſt: (c) Vivet anima mea & laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me. A dextero vero cubitu uſque ad ſiniſtrum circa ſcapulas verſus aſcendens reflectitur, qui ita ſe habet:* GREGORIUS SILVIÆ MATRI FECIT.

* umblatam.
(*c*) *Pſ. 118.*

XXV.
De imagine S. Gregorii.

Sed & in abſidicula poſt fratrum cellarium Gregorius ejuſdem artificis magiſterio in rota gypſica pictus oſtenditur, ſtatura juſta & bene formata, facie de paternæ faciei longitudine & maternæ rotunditate ita medie temperata, ut cum rotunditate quadam decentiſſime videatur eſſe deducta, barba paterno more ſubfulva & modica, ita calvaſter, ut in media fronte gemellos cincinnos raruſculos habeat, & dextrorſum reflexos: corona rotunda & ſpatioſa, capillo ſubnigro & decenter in torto ſub auriculæ medium propendente, fronte ſpatioſa, elatis & longis & exilibus ſuperciliis: oculis pupillas furvis non quidem magnis, ſed patulis ſubocularibus plenis: naſo a radice ſuperciliorum ſubtiliter directo, circa medium latiore deinde paulo recurvo, & in extremo patulis naribus præminente, ore rubro, craſſis, & ſubdividuis labiis, genis compoſitis, mento a confinio maxillarum decebiliter prominente: colore aquilino & vivido, nondum (ſicut poſtea contigit) cardiaco: vultu miti, manibus pulchris, teretibus di-

digitis & habilibus ad ſcribendum. Præterea planeta ſuper dalmaticam caſtaneam, Evangelium in ſiniſtra, modus Crucis in dextera: pallio mediocri, a dextero videlicet humero ſub pectore ſupra ſtomachum circulatim deducto, deinde ſurſum per ſiniſtrum humerum poſt tergum depoſito, cujus pars altera ſuper eumdem humerum veniens, propria rectitudine non per medium corporis, ſed ex latere pendet: circa verticem vero tabulæ ſimilitudinem (quod viventis inſigne eſt) præferens, non coronam. Ex quo manifeſtiſſime declaratur, quia Gregorius dum adhuc viveret, ſuam ſimilitudinem depingi ſalubriter voluit, in quo poſſet a ſuis monachis non pro elationis gloria, ſed pro cognitæ diſtrictionis cautela frequentius intueri: ubi hujuſmodi diſtichon ipſe dictavit:

*Chriſte potens Domine noſtri largitor honoris,*
*Indultum officium ſolita pietate guberna.*

*Ubi etiam, tempore jam Petri Archidiaconi, & Joannis Oeconomi, Saturninus Monachus dextera lævaque beati Gregorii effigies ſanctorum Apoſtolorum, quemadmodum modo videntur depinxit. Quo ſcilicet loco nonnumquam divinitus candela ſuccenditur, & in ejuſdem ſimilitudinis effigie pro regimine ſui monaſterii ſæpe B. Gregorius præſentatur.* Hactenus de imaginibus Joannes diaconus, his ſubiiciens S. Gregorii in eodem monaſterio varias apparitiones, de quibus nos ſuo loco dicturi ſumus.

XXVI. Gordianum diaconum fuiſſe indicat ejus habitus.

Sed miror, ab ipſo Joanne diacono, dum contemplatus eſt atque deſcripſit Gordiani partis S. Gregorii imaginem non conſideratum, vel ſi conſideravit, non declaratum, eodem ferme habitu decoratas fuiſſe utriuſque, patris ſcilicet, atque filii pictas imagines, nihilque magis habuiſſe a patre Gregorium, niſi pallium, quod erat inſigne Pontificum: utriuſque enim ait fuiſſe indumentum planetam caſtanei coloris, & ſub planeta dalmaticam. Ex quibus in eam adducor ſententiam, ut opiner patrem ſancti Gregorii fuiſſe aliquo modo ſacris initiatum: ut de plurimis accidiſſe conſtat hominibus conjugatis, qui accepto ab uxore conſenſu, vitæ ſe clericali, vel monaſticæ manciparunt. Quod inſuper idem Gordianus Regionarius nominetur, titulus iſte eſt ſeptem primi ordinis diaconorum, qui Regionarii dicebantur: unde fit, ut interdum fuerim opinatus, ipſum fuiſſe diaconum Regionarium, nempe unum ex ſeptem diaconis Cardinalibus.

XXVII. Dalmaticam quidem fuiſſe inſigne diaconorum Romanæ Eccleſiæ, aliquando vero aliis Eccleſiis ex privilegio a Pontifice Romano conceſſam, ex ejuſdem ſancti Gregorii (*a*) epiſtolis, patet. Sed & quod caligas habuiſſe in pedibus Gordiani imaginem dicit, utique & hoc ipſum ad ornatum Romanæ Eccleſiæ diaconi pertinet. Erat enim diaconis Romanæ Eccleſiæ ejuſmodi ornamentum, quod interdum pro magno privilegio concedi ſolitum alicujus nobilis Eccleſiæ diaconis ſuperius dictum eſt ex ipſius S. Gregorii epiſtola ad Joannem Epiſcopum Syracuſanum (*b*), ubi agit de calceis compaginatis. Vides igitur, & attentius tu conſidera quam reddat pictura Gordiani patris S. Gregorii, num tantummodo Senatorem, vel ſacris initiatum diaconum Regionarium. Cæterum ipſi Joanni diacono debemus plurimum, quod hujuſmodi antiquitus effigiata coloribus monumenta, jam omnino deperdita, nobis ſuis ſcriptis integra cuſtodivit: ſed quæ ex aliis inde acceptis illis ſimilibus exemplaribus ſumma induſtria F. Angeli Rocchæ venerabilis Sacriſtæ S. D. N. Clementis Papæ VIII. formis expreſſa ſunt, hic tibi imprimenda curavimus.

(*a*) *Greg. l.7.ep.113. Ind. 2. edit. Rom.*

(*b*) *Greg. l.7. ep.28. Ind. 1.*

IMAGINES AD VIVVM EXPRESSAE EX AEDICVLA SANCTI ANDREAE PROPE BEATI GREGORII MAGNI ECCLESIAM, NECNON EX VITA EIVSDEM BEATI GREGORII A IOANNE DIACONO LIB. IV. CAP. LXXXIII. ET LXXXIV CONSCRIPTA




Gordianus S. Gregorij pater. S. Gregorius Magnus. Silvia S. Gregorij mater.

*Quod vero ad alias venerandas imagines ab eodem S. Gregorio pingi juſſas pertinet: habes hæc ab Hadriano Pontifice in epiſtola ad Carolum Magnum aſſerta: S. Gregorius Papa in monaſterio ſuo pulchrum fecit oratorium & ipſum diverſum hiſtoriis pingi fecit, atque ſacras ibidem direxit imagines: ubi & cum beato Eleutherio pro ægritudine ſtomachi ſui ingreſſus in oratione pariter exauditi ſunt, & ille vir S. Eleutherius ( quem dicunt & mortuum ſuſcitaſſe ) ante ipſas ſacras imagines ſe proſternens, divinam rogare clementiam cum S. Gregorio non dubitavit; ſed fidem ferentes perfectam, pariter exauditi ſunt: & uſque hactenus apud nos venerantur. Sed & eccleſiam Arianorum, cujus ipſe S. Gregorius in dialogis meminit, placuit eidem S. Gregorio, ut in fide Catholica, introductis illic beati Sebaſtiani & beatæ Agathæ martyrum reliquiis dedicare debuiſſet: quod & factum eſt: & diverſis ipſe beatus Gregorius pingi fecit eam tamen in muſivo quam in coloribus, & venerandas imagines illic erexit, & a tunc uſque hactenus venerantur.* Hæc Hadrianus.

XXVIII. At licet ipſe Gregorius vivens ſibi caverit, ne ſui corporis tegumenta honore & cultu ſanctis debito populus veneraretur, ob idque ſancito ( ut vidimus ) canone ſtatuiſſet, ut cum Pontificis Romani corpus ad ſepeliendum deferretur, nullo tegmine valeretur: Deus tamen voluit, ut refoſſa poſtea una cum corpore ejus ornamenta Pontificia populus pio cultu proſequeretur: nam audi quid dicat idem Joannes diaconus (*a*): *Hujus beatiſſimi Gregorii venerabile corpus a Gregorio Quarto ſedis Apoſtolicæ Præſule poſt annos centum vigintiquinque* ( ita corrigas textum, qui habet, quinquaginta) *tranſlatum ante novellum Secretarium conſtructis abſidibus, ſicuti modo cernitur, ſub altari ſui nominis collocatur, quo ejus anniverſaria ſolemnitas, cunctis certatim pernoctantibus, veneratione gratiſſima celebratur: in qua pallium ejus, & filacteria, ſed & baltheus ejus conſuetudinaliter oſculantur.* Per filacteria autem Crucem pectoralem reliquiis refertam ad collum ferri ſolitam ſignificari, ex ipſius Gregorii epiſtola ad Theodolindam intelligere ſatis potes (*b*). Pergit vero ipſe: *Quæ ſingulatim conſiderata, & antiquitatem viri, & mediocritatem habitus, & ſpeciem regularis propoſiti ſignis perſpicuis repræſentant. Nam in eo quod pallium ejus byſſo candente contextum nullis fuiſſe cernitur acubus perforatum, ſic ipſum circa ſcapulas obvolutum fuiſſe, non autem confixum dignoſcitur, ſicut vetuſtiſſimis muſivis vel picturis oſtenditur. Quod autem reliquiarum filacteria tenui argento fabricata, vilique pallio de collo ſuſpenſa fuiſſe videntur, habitus ejus mediocritas demonſtratur. Porro in exilitate balthei, quæ unius pollicis menſuram numquam excedit, ſpeciem propoſiti regularis olim a S. Benedicto ſtatuti, cujus ipſe vitam deſcribens in Dialogo, regulam quoque laudaverat, eum ſervaſſe luce clarius manifeſtat.* Hæc ipſe. Cæterum antiquitus, cum diverſi eſſent ordines monachorum, haud memini eoſdem adeo habitu valde fuiſſe diſtinctos, ut vel ex cingulo, cujus quis obſervantiæ eſſet, dignoſci facile potuiſſet.

(*a*) *Jo. diac. vit. S. Gregorii l. 4. c. 80.*

De reliquiis S. Gregorii a populo Rom. honore cultis.

(*b*) *Greg. l. 12. ep. 7. Ind. 7.*

Quod autem ad reliquas res geſtas S. Gregorii: habet Anaſtaſius *ipſum feciſſe ciborium cum columnis quatuor ex argento puro ſuper ſepulcrum S. Petri Apoſtoli, ſtatuiſſeque ut ſupra ſepulcrum ejuſdem Apoſtoli Miſſæ celebrarentur.* Conſtruxiſſe quoque oratorium apud oratoria Hilarii Papæ, monumenta eccleſiæ Lateranenſis teſtantur, illicque ſolitum oſtendi ſtratum ipſius, ac locum illum dictum oratorium ſanctæ Crucis ab eodem frequentatum, in iiſdem aſſeritur. Porro inſignia monumenta iſta ſub Sixto Quinto dejecta doluimus. Ad poſtremum autem hæc idem Anaſtaſius de ordinationibus ab eo habitis: *Hic fecit ordinationes duas, unam in Quadrageſima, aliam in menſe Septembris: creavit presbyteros triginta novem, diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca ſexagintaduos, & ceſſavit Epiſcopatus ejus menſes quinque & dies decem & octo.* Hæc ipſe. Porro nos non profitemur hic cuncta, quæ ſunt magni Gregorii recitare; nam de aliquibus miraculis in promptu eſt quem conſulas Joannem diaconum, apud quem multa invenies, quibus ejus vitæ ſanctitas commendetur. Brevitati ( quantum licuit ) conſulendum nobis fuit, cum præſertim adhuc multa de ipſo dicenda ſuperſint.

XXIX. Reliquæ res geſtæ S. Gregorii.

Nam tempus a nobis exigit, & facta diu ante promiſſio cogit tractationem habere de eo, quod fertur de Traiani anima precibus ſancti Gregorii ab inferis liberata. Quamobrem hic antequam ad ſucceſſorem Gregorii tranſeamus, quod attigimus antea ſecundo Annalium tomo ipſo primo anno Traiani, & in ejus obitu, pollicitique ſumus locupletius ſuo loco tractare, fuſius eſt pertractandum.

De vulgata quæſtione animæ Traiani ab inferis revocatæ.

Scimus commentum iſtud non inter aniculas tantum vulguſque jactatum, ſed Theologorum recentiorum ferme omnium ore verſatum, eorum aliquibus affirmantibus Traiani animam precibus ſancti Gregorii ab inferis revocatam, aliquibus vero negantibus: rurſumque eos, qui factum id ut ſcriptum reperitur verum exiſtimarunt, quomodo id ſe habere potuerit ( cum multa veritati ſentiant adverſari ) longiſſimas eaſdemque perplexas ingerere quæſtiones, diverſa diverſis ſentientibus: ut ſit plane dolendum, in his univerſam occupatam diu tentam ſcholam Theologorum Scholaſticorum. Quos quidem in primis excuſatione dignos quiſque putarit, cum quam acceperint a Joanne Damaſceno hiſtoriam, nonniſi veram putarunt, utpote a viro graviſſimo ſcriptam, & a Joanne diacono confirmatam. Deinde quod non eſt Theologorum, res geſtas quam ſtudioſiſſime diſquirere: cum contingat etiam diſputationis cauſa non ſemper proponi id quod vere eſt, ſed ſub conditione ſi ſit, ut multis exemplis conſtat: ſicque acciderit, ut propoſita quæſtione ex facto a Damaſceno narrato; quomodo id fieri potuerit, fuſius diſputarint. Quo nomine ipſos excuſatione dignos exiſtimo.

XXX.





XXXI. At quid accidit? Cum a quibuſdam ornatiſſimis alicujus nominis ſæculi hujus noſtri Theologis ejuſmodi de anima Traiani ab inferis revocata hiſtoria, ut fabula inanis, penitus exploderetur: ſtatim occurſum eſt, ut ad fulciendum quod abſque fundamento corrueret ædificium, paucos ante annos ederetur libellus, De vera liberatione animæ Traiani a pœnis inferni precibus ſancti Gregorii Papæ. Quod igitur ex inſtituto ſuſcepto elucidandæ hiſtoricæ veritatis, & ex promiſſione facta tenear duplici vinculo obligatus; in his erit aliquantulum immorandum. Sede, quæſo, æquus arbiter lector: appello te veritatis amantem, non quem privata affectio cum ſemel imbuerit, ſit impoſſibile vel mille funibus ex rationibus a veritate bene compactis vel latum unguem e ſententia dimoveri.

In primis autem illud omnino leve & inane prorſus fundamentum, ſupra quod tota iſta erecta moles innititur, eſt revellendum: ut cum eam videris ſuper nihilum fabricatam, evaneſcere, nec poſſe ſubſiſtere, ſtatim intelligas. Traiani enim in primis laudata probitas ſtabilis veluti fundamenti loco ſtatuitur: nimirum, quod dicatur ejus Gregorius miſertus ob eam cauſam doluiſſe, ingemuiſſe, addidiſſe etiam preces, quibus eum evocaret ab inferis. Jacto vero iſtiuſmodi de Traiani vitæ integritate in hiſtoria fundamento cum Deo adverſari ſciretur, idem veluti Latinis infenſus, quod Græcus eſſet hiſtoricus, reiicitur ab auctore, qui fabulam hanc defendendam ſuſcepit: ſed plane decipitur, cum enormium Trajani vitiorum unum tantum putavit aſſertorem eſſe Dionem, qui quidem haud meruit poſt tot ſæcula ejuſmodi calumniam pati, vir ſane laudatiſſimus, Latinorumque ſtudioſiſſimus, quique in urbe florentiſſima præ animi integritate ordinario Conſulatu dignus eſt habitus. Sed ad eludendam iſtiuſmodi objectionem, inanemque tergiverſationem, Latinos etiam adhibebimus teſtes: ac primum, quæ de eodem Traiano a nobis in hanc ſententiam ſunt dicta ſuperius ſecundo tomo ſub anno ejus primo, ita repetamus hic totidem ferme verbis (*a*):

(*a*) *Annal. t. 2. Traiani an. 1.*

XXXII. Traianus moribus turpiſſimus.

Dio Caſſius, ſuorum temporum ſcriptorum facile princeps, cum multa de Traiano laude digniſſima prædicet, hæc tandem: *Nihil omnino erat, quod optime non exerceret. Vini dumtaxat appetens, & in adoleſcentulos pronus citra calumniam habitus eſt, utpote qui numquam ex eo turpe aut mali quicquam effecit. Nam qui vinum uſque ad ſatietatem biberet, ſobrius tamen erat, neque in crimen, prægravante vino, propulſus eſt: & in maſculorum amoribus, ita ſibi temperavit, ut nihil per vim, dum voluptati obſequitur, moliretur.* Vides Dionem tantum abeſſe ut calumniis agat livore percitus, ut eumdem plus æquo excuſare ſtuduerit, cum nonniſi volentibus abuti conſueverit? Egregiam vero laudem, ſi volentes tantum ( proh pudor! ) pueros habuit in deliciis: quaſi reperiri poſſet, niſi forte Chriſtianus, qui non in omnibus aſſentiretur Imperatori. Quis non abſque culpa vel pœna præſtare ſe putaret, quod tam bonus peteret Imperator? Sed provoco ipſos, qui eum laudant, ad ſuas ipſorum leges. Quid ipſorum poeta, (*b*) qui is temporibus vixit?

(*b*) *Juve. ſatyr. 2.*

*Quod ſi vexantur leges ac jura, citari*
*Ante omnes debet Scantinia.*

XXXIII. Domitianum laudans, qui ejuſmodi nefandum crimen legibus inſectaretur. Qualis ergo habendus eſt Traianus Imperator, cujus comparatione, hac ſaltem ex parte, Domitianus omnium ſceleſtiſſimus, ſanctiſſimus habeatur, quippe qui ejuſmodi facinoroſos, cujuſvis conditionis eſſent, ſtatutis a lege pœnis mulctabat? Nam Suetonius hæc de ipſo teſtatur: (*c*) *Quoſdam ex utroque ordine lege Scantinia condemnavit.* Sed quam idem pœnæ præ cæteris Traianus fuerit obnoxius, qui nec in ſua explenda libidine nepoti pepercit? Scribit enim Aelius Spartianus hæc de Hadriano filio conſobrini Traiani: *Fuitque in amore Traiani, nec tamen ei per pedagogos puerorum, quos Traianus impenſius diligebat, Gallo favente, defuit.* Inter optimos ne, vel ſaltem bonos recenſendus ille videri poteſt, qui ſcriptorum Græcorum & Latinorum antiquorum teſtimonio omnium turpiſſimus eſt habendus; quem & Julianus (*d*) Cæſar Chriſtianorum hoſtis ex perſona Sileni ſugillat, quod a turpi & nefandiſſima voluptate victus eſſet, ut indignus haberetur, qui cum periculo Ganymedis inter deos videretur eſſe receptus? Vides quæ contra tuum Traianum fœdiora obiece-

(*c*) *Suet. in Domit. c. 8.*

Ab ipſis gentilibus Traianus ſugillatus.

(*d*) *Julian. Cæſ.*

cerint alii teſtes, quorum comparatione fuerat tibi Dio laudandus, qui illum excuſat, & non calumniis appetendus?

XXXIV. At ſi iſtiuſmodi hiſtoricæ veritati admoveas clariores Sole radios Evangelicæ veritatis, inſpicies ſententia Pauli (*a*) ad Romanos ipſos ea de re ſcribentis plane hujuſmodi delinquentes vel omnium ſceleratiſſimos Dei ſententia in reprobum ſenſum datos, atque a Deo penitus derelictos, hos, inquam, qui aliorum pondere ſcelerum in ejuſmodi imum turpitudinis cœnum ſinantur præcipites ferri: ait enim: *Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem uſum in eum uſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi, relicto naturali uſu feminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis invicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni malignitate & malitia, &c.* Ecce Dei ſententia & Pauli teſtimonio, quam omnium ſceleratiſſimi habendi ſint, patet, qui ita effecti eſſent omnium turpiſſimi, ſic in eos numine ulciſcente peccatum impietatis.

(*a*) *Rom.* 1.

Sodomitici dati in reprobum ſenſum.

Poſt hæc autem ejuſmodi adiecimus corollarium ex abſurdo: qui fiet ut dicatur anima Traiani precibus S. Gregorii ab inferorum pœnis eruta, & in cælum elata; & affirmemus hominem impuriſſimum inter ſanctos in cælo una cum Deo in æternam beatitudinem cooptatum, quem Julianus Apoſtata ob eam cauſam nec ſub ipſa Lunæ concavitate in deorum convivium admitti voluit, niſi ab intemperanti ejus animo prius cuſtoditus fuiſſet, cui admodum timebatur, Ganymedes? *Cum Traianum* (inquit Julianus) *conſpicatus Silenus, quamvis ſubmiſſa voce loqueretur, intelligi tamen volens, hæc verba protulit: Hoc tempore maxime ſumma cura & diligentia eſt adhibenda domino Jovi, quo illi cuſtodiatur Ganymedes.* Patieturne quis, rogo (ſi ex fabulis deducere liceat argumentum,) in ſummum cœlum Traianum dici receptum, quem ne in infimum quidem cælum, niſi ſalvo Ganymede, putavit in convivium ſuorum deorum admitti? Hactenus ibi diximus: quibus videas Traiani nefandas turpitudines non unius Dionis, ſed plurium ſuorumque Gentilium teſtificatione prolatas, terra cæloque (cum ex cauſa fingere ita licuit) decantatas. Pro hujuſne tam horrendo ſcelere inquinati & in ſuis peccatis atque infidelitate mortui liberatione ab inferis dicemus oraſſe Gregorium & exauditum eſſe, cum pro hujuſmodi nefandi criminis reis impiis Sodomitis adhuc viventibus magnus pater credentium Abraham interceſſor factus non valuerit exaudiri, quin ignibus cælitus traderentur, quod non inventi eſſent in eis juſti, quos daret petenti Deo optimo maximo obſides?

Adde his alia execranda hominis crimina, quibus & ſe iniquiſſimum exhibuit in Chriſtianos. Dicentne juſtum Principem eum, qui tot Chriſtianorum innocentium millia crudeliſſime necari fecit? qui ætati non parcens, vel ſexui, ſæviit velut beſtia truculenta, rabidus carnifex, jugulator inſontium, hac ex parte nequiſſimus & iniquiſſimus? quod & apologiæ ſanctorum Patrum pro Chriſtianis ad ipſum datæ teſtantur. Qua ergo fronte pro Traiano divinum (ut ajunt) citant oraculum in revelatione, quam dicunt factam ſanctæ Mathildi, qua dicitur Traianus omnibus virtutibus plenus, quem præter impietatem ex cultu idolorum eidem inhærentem, tot immanium vides criminum reum? Si ita comparatum hominem virtutibus plenum dixeris: ſileant penitus certa illa divina oracula, quibus dicitur: (*b*) *Qui in uno offendit, factus eſt omnium reus. Et: Modicum* (*c*) *fermentum totam maſſam corrumpit.* Cum igitur auctor mendacii non ſit Deus, non potuerunt iſta divinitus revelari, quæ tam patentis mendacii arguuntur, ut virtutibus plenus ille dicatur, qui non in uno vel in minimis, ſed in pluribus maximiſque peccatis offenderit.

(*b*) *Jac.* 5.

(*c*) *Gal.* 5.

XXXV. Sed videamus, an ſolidiora ſint, quæ ſuper adeo inane fundamentum ſunt ædificata. Oſtendunt quidem in omnibus parem fundamento ſtructuram, dum ejuſmodi narrant hiſtoriam: Cum anno ſecundo ſui Pontificatus Gregorius procederet cum clero ex baſilica Lateranenſi ad S. Petri, per forum Traiani tranſivit: ubi ob oculos poſita ſimulacra in eodem collocata intuitus, inter alia admiratus eſt ea, quæ ex ære vel lapide facta reddebant Traiani ex equo deſilientis imaginem, & viduæ quærenti adhibentis aures, & quod petebat implentis. Tunc in memoriam S. Gregorius nobile factum Traiani revocavit, quo vindictam de nece filii viduam implorantem, licet eſſet in procinctu bellico, profecturus in Dacos, ſubſiſtens patienter audivit, & ei in omnibus ſatisfecit, pecuniam copioſe tribuens, vel (ut alii fabulantur) filium ſuum obſidem relinquens. Quod egregium factum, (inquiunt) per inſpectas imagines S. Gregorius in memoriam revocans, ita compaſſione affectus eſt animo, ut pro Traiani animæ ab inferis liberatione Dominum exorarit: quem exauditum fuiſſe, per viſum Angelus indicavit, monuitque ne amplius iſta præſumeret. Hæc ſummatim a nobis complexa ſunt

Hiſtoriæ de liberatione Traiani ab inferis compendium.



ſunt ex multis, cum tamen in ejuſdem hiſtoriæ narratione non una omnium ſit aſſertio (cum una ſit veritas) ſed prorſus diverſa: ſed quod omnes æque a veritate procul erraverint, quis eorum ſit potius audiendus, non habemus quem præponamus.

XXXVI. Quoniam autem in una narratione duæ quæ longe diverſis temporibus accidiſſe feruntur, junguntur in unum hiſtoriæ, altera de vidua ſub Traiano, altera vero de eo, quod poſt quingentos annos factum ſit a ſancto Gregorio. De priori primum acturus, ſi rogem eos, qui iſta aſſerunt, quiſnam ejus ita compoſitæ narrationis auctor exiſtat, neminem habent antiquorum hiſtoricorum, quem prodant, quam nonniſi poſt ſexcentos annos a Traiani temporibus auditam fuiſſe, vel ſcriptam aſſerere poſſunt. Petierim rurſus ab ipſis: Quiſquis ille fuerit qui primus ſcripſit, unde accepit? Ut enim quis rem geſtam adeo admirandam ante annos quingentos geſtam aſſerat pro conſtanti; certe ut audiendus ſit, unde acceperit, debet ingenue profiteri: quod ſi facere prætermittat, tunc (ſecundum illud Eccleſiaſtici *a*) levis eſt corde, qui cito credit. Etenim ſua ita cuilibet licebit fingere ſibi ſomnia, ſi adeo facilem quemquam, qui audiat, & credat, inveniet. Potuiſſet iſta commentus, etſi non certum auctorem, aliquam ſaltem inditam ſtatuis fictam inſcriptionem, ad fidem de mendacio faciendam, teſtem adducere. Sed eſt cæca & ſtupida ſemper fictio, ut neſciat eſſe omni ex parte munita. Quæ igitur incognita prorſus fuit antiquis ſcriptoribus omnibus qui res Traiani ſunt proſecuti, itemque poſteris hactenus inaudita, cum data ſæpius occaſione ejuſdem meminiſſe oportuiſſet; ut a recentioribus aſſerta recipi debeat, nulla quidem ratio perſuadet.

Falſa redarguitur hiſtoria de vidua & Traiano.

(*a*) *Ecc.* 19.

Quam ergo ita ſuper nullum hærere vides fundamentum, quomodo putas ſtabit vana conſtructio? Sed audi quibus, ne corruat, ſtipulis fulciatur, dum dicunt, accidere potuiſſe, ut ejuſmodi hiſtoria ſcripta fuerit a Dione, ſed ab eo qui Dionem in compendium redegit, Xiphilino fuerit prætermiſſa; & ſic Dione deperdito, pariter ipſa perierit. Rogo ipſos: Quomodo qui recitat illam ſciſſe potuit, ſi nec apud Xiphilini compendium eam invenerit, nec apud ipſam integram Dionis hiſtoriam, quæ exciderat? Quod ſi tamen ea cuncta vera eſſe dixerimus: quantum declamandum erit in Plinium, qui panegyricum Traiano dicens, cum ipſius recte geſtorum ſeriem texuit, rei adeo memorandæ, cujus tam præclare monumenta extarent, nullam prorſus fecerit mentionem? ſicque oſcitantiæ ſolertiſſimus ſcriptor redarguendus eſſet, qui ab omnibus quam exactiſſimus commendatur. Ut ex his intelligas quam ejuſcemodi excogitatum commentum non a vero tantum, ſed etiam a veriſimilitudine procul abſit.

XXXVII. In eo autem quod aſſerit auctor, ſanctum Gregorium per forum Traiani tranſeuntem æneæ ſtatuæ inſpectione commotum, ut oraret pro redemptione animæ Traiani a pœnis inferni: putavit imperitus nugator, ipſius, inquam, auctor hiſtoriæ, tempore ſancti Gregorii eo ſplendore quo ante fuerat, perſtitiſſe forum Traiani, ſtatuaſque erectas ſuper baſes ſuas perſeveraſſe eo decore quo antea fuerant collocatæ. Quod ſi in memoriam revocaſſet tot clades Urbis ante ſancti Gregorii tempus illatas, haud facile inveniſſet tale quod effinxit hiſtoriæ argumentum. Ut enim omittamus illam Urbis expilationem ſub Alarico factam: quis neſcit in illa alia deprædatione per Genſericum Wandalorum Regem (quod auctore Procopio (*b*) liquet) ſuis fuiſſe ornamentis præclarioribus Urbem ſpoliatam, ac ſtatuis æneis inſignioribus, quæ eſſent ob oculos poſitæ, cujuſmodi extabant in foro Traiani, ipſumque etiam nec peperciſſe iis quæ pro imbricibus erant in tectis æneis tegulis? Etenim eodem auctore liquet, ipſum Capitolium detexiſſe tabulis æneis auratis, quibus contectum erat: Quæ omnia deferenda in Africam navigio impoſita tradit, periiſſe autem cuncta naufragio. Quid præterea reliquas ſæpe factas Urbis ejuſdem ſemel ab Erulis, ſæpius a Gothis deprædationes memorem? Sed revoca in memoriam, quæ de Urbe ruinis crebris attrita ipſemet ſanctus Gregorius teſtatur ſæpe, ut inter alia ſuper Ezechielem (*c*). Quid? putas peperciſſe barbaros æneis ſtatuis, quos etiam intra petras æs impactum atque plumbum revulſiſſe, Caſſiodorus (*d*) eſt auctor? Hæc ſatis ſunto ad convincendam erroris aſſertam hiſtoriam, quam non veritate tantum, ſed (ut diximus) veriſimilitudine etiam carere penitus, prudens lector intelligit.

Mendax in omnibus redarguitur hiſtoria.

(*b*) *Procop. de bello Vvand. l.* 1.

(*c*) *Greg. in Ezec. hom.* 18. *dial. l.* 2. *c.* 1.

(*d*) *Caſſiod. l.* 3. *ep.* 31.

XXXVIII. Sed & quod ad ipſum Gregorium ſpectat: adiiciam amplius, ut conſultum ſit æſtimationi ſanctiſſimi patris, quod ipſe ut id faceret tantum abfuit, ut ne cogitatione quidem aliquando fuerit meditatus: qui e contrario inſectatus eſt eos, atque hæreticos etiam appellat, qui Redemptorem noſtrum, cum deſcendit ad inferos, peccatores omnes poſitos in inferno confitentes ipſum Deum, ſalvaſſe dixere. Eſt de his ejus epiſtola (*e*) ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ presbyterum Georgium, & Theodorum diaconum. Poſtquam enim hujuſmodi eſſe hæreticos ex ſententia Philaſtrii & Auguſtini aſſeruit, hæc ſubdit: *Hæc itaque*

Quam procul abfuit ut id Gregorius cogitarit.

(*e*) *Greg. l.* 6. *ep.* 15. *Ind.* 15.

*que omnia pertractantes, nihil aliud teneatis, niſi quod vera fides per Catholicam Eccleſiam docet: quia deſcendens ad inferos Dominus illos ſolummodo ab inferni clauſtris eripuit, quos viventes in carne per ſuam gratiam in fide & bona operatione ſervavit. Quod enim per Evangelium dicit* (a): *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipſum: omnia videlicet electa. Nam trahi ad Deum poſt mortem non potuit, qui ſe a Deo male vivendo ſeparavit.* Hæc ipſe cum doceat, quis adeo imprudens dixerit, tentaſſe ipſum Gregorium precibus obtinere, quod nec a Chriſto ipſo ad inferos deſcendente fuiſſe factum aſſeruit, & ſecus ſentire, eſſe hæreticum prædicavit? iſta dixerimus, & ſæpe ſæpius inculcaverimus, ad indicandum non ſolum id quod aſſeritur non fuiſſe a Gregorio factum, ſed nec in mentem ipſi cadere potuiſſe, qui dictæ ſententiæ adeo fuerit adverſatus.

(a) Jo. 12.

XXXIX. S. Jo. Damaſc. de anima Traiani liberata aſſertio.

Sed unde, dices, tantus error invaluit, ut ejuſmodi hiſtoria tamquam vera abſque aliqua diſcuſſione a nonnullis magni nominis Theologis accepta, non primum de ejus fide quæſitum, ſed dumtaxat, quomodo fieri potuerit, repugnante divina lege, fuerit ab iiſdem adeo diſputatum? In promptu eſt dicere. Quod enim eadem aſſerta reperiretur a viro ſanctiſſimo, magnique nominis Theologo, Joanne inquam Damaſceno, haud in dubium revocandam putarunt, vel ut falſam reiiciendam eſſe duxerunt; cum præſertim eam uti rem certam indubitatamque ipſe prodiderit verbis iſtis (b): *Prodeat in medium Gregorius Dialogus antiquioris Romæ Epiſcopus, vir (ut omnes norunt) tum vitæ ſanctitate, tum eruditione clarus ac celebris; quem, cum ſacris operaretur, cæleſtem ac divinum Angelum, ſacroſancti muneris ſocium habuiſſe narrant. Hic cum per locum lapidibus ſtratum aliquando iter faceret, dedita opera conſtitit, intentiſſimaſque pro peccatorum Traiani remiſſione preces ad animarum amantem & miſericordem Dominum fudit, ſtatimque vocem hujuſmodi divinitus emiſſam audivit: Preces tuas exaudivi, ac Traiano ignoſco. Tu vero poſthac caveto, ne mihi pro impiis ſupplex ſis. Quodque iſtud verum ſit, atque ab omni calumnia alienum, Oriens totus atque Occidens teſtatur.* Hæc Damaſcenus, quæ cum Gregorio cognomento Dialogo, adſcribantur, non Primo, ſed ſecundo Gregorio tribuenda eſſent, ex ſententia Græcorum auctorum. Sed de his nobis differendum erit in Gregorio Secundo, Tomo ſequenti.

(b) Dam. in orat. de fidel. defun.

At cum hæc utcumque a tanto viro, tanto præconio, orbis totius atteſtatione abſque vel levi aliqua dubitatione noſcerentur allata, abſque aliqua veritatis exactiore diſcuſſione credita acceptaque a reliquis fuerunt; cum præſertim quæ ita ſimpliciter narrata ſunt, penicillo orationis coloratam alii eamdem hiſtoriam fuſius ſcriptam ediderint: adeo ut complures eam uti rem veritate conſtantem acceperint, quæ tamen (mea ſententia) ad lapidem Lydium primum fuerat afferenda, atque an vere ita ſe res habuiſſet, commentumve eſſet & impoſtura, ſolicitius exquirendum. Quod cum fieri omiſſum fuerit: vel ſero ſaltem conſulentes integritati ac majeſtati pariter Chriſtianæ religionis, an verum vel falſum ſit, quod tanti viri teſtificatione narratur, diſcutiendum quam diligenter erit.

XL. Viri auctoritas non præjudicat veritati.

Ac primum quidem ab omni impoſturæ ſuſpicione virum ſanctiſſimum immunem reddimus, nihilque ab ipſo commenticium eſſe factum, vel excogitatum, conſtanter aſſerimus: ſed quod ipſe vere factum accepit ac credidit, hoc ipſum quomodo audivit, ſcriptis ſuis bona fide mandavit. At in his quæ ad rerum geſtarum veritatem ſpectant, quam frequenter accidat falli etiam prudentiſſimos, non in antiquis tantummodo, ſed & in his quæ facta dicuntur in eodem loco quo ipſi ſunt, & quo vivunt tempore, cum uſus doceat, pluribus demonſtrare, ſupervacaneum eſſe putamus. Ob idque nihil eſt, ut quantavis, ſive ſanctitatis, ſive doctrinæ cujuſlibet prærogativa viri, quod non factum, ſit umquam, ut factum aſſerentis, ipſi veritati præjudicium poſſit inferre; cum in his quæ ſunt facti, non dogmatis, potuerit quiſque ſanctiſſimus atque doctiſſimus, fideique Orthodoxæ profeſſor atque defenſor aliquando falli. Sit in exemplum, quod qui major eſt Damaſceno Theologus, ita antonomaſtice dictus, celeberrimus ſanctitate atque doctrina Gregorius Nazianzenus in ea oratione, quam de ſancto Cypriano ad populum habuit, manifeſtiſſimo lapſus errore cognoſcitur, cum duos in unum Cyprianos conflat, Antiochenum, atque Carthaginenſem, quos conſtat fuiſſe diverſos, inter ſeque diſtinctos. Num, rogo te, eminentia ſuperexcellens undique comparata cumulataque in viro tanto efficere poteſt, ut quod mendacium eſt, veritas ſit; & quod perinde ac verum ab eo falſum aſſertum eſt, recipiatur ab omnibus? Minime gentium, dices; ſed reiiciendum penitus aſſeres, quod contrarium hiſtoricæ veritati a quovis allatum firmatumque ut verum fuerit. Ita quidem jure, omneſque prudentes hoc ipſum dicent, ac firmiter profitebuntur.

XLI.

Cum nihil igitur præjudicii inferat veritati viri prærogativa, ut indiſcuſſum tamquam divinum oraculum quicquid ab eo dictum fuerit citra ſancta Eccleſiaſti-





ca dogmata, ut verum accipiendum ſit: patere, quæſo, ut dicta primum a Joanne Damaſceno de liberata Gregorii precibus Traiani anima ab inferis, quæ in medium ſunt allata, examinemus. Sufficere quidem potuiſſent ad mendacium arguendum, quæ de hiſtoria nulla veritate ſuffulta a nobis ſuperius ſunt demonſtrata. Sed quoniam (ut audiſti) Oriens, & Occidens, atque univerſus orbis rei geſtæ teſtis adducitur; hoc ipſum perſcrutandum nobis erit.

Incognita Latinis hiſtoria.

Accidere ſolet interdum, ut aliquid vulgo allatum, ſi quis certos velit examinare teſtes, an verum ſit; neminem id ſerio teſtantem inveniat, fiatque ut quod ab omnibus dici jactatur, aſſeratur a nemine, rumorque ille evaneſcat in auras: quod plane in hac cauſa, de qua agitur, factum reperimus. Cum enim poſt obitum ſancti Gregorii, labentibus annis centum & amplius quod excurrit, id de eo reperiretur ipſe Damaſcenus eſſe teſtatus: Joannes diaconus, qui ſub Joanne Octavo trecentis ferme poſt annis ab ipſo Gregorio vixit, ac ſcripſit in Urbe vitam ipſius, ubi ad locum hunc devenit, ut narraret rem adeo celebrem, ſcriptoque firmatam, conſignatamque certis teſtibus poſteris eam relinqueret: hæſiſſe plane eſt viſus in ſalebris, dum nihil habuit quod ad rem teſtandam ex Archivo Romano peteret, vel ex aliis Italiæ locis, aut Galliarum, Hiſpaniarumve, aut aliarum provinciarum Eccleſiis adducere poſſet: ſed migrandum ipſi fuit ad diviſos penitus toto orbe Britannos, ex Anglicana, inquam, Eccleſia accerſere teſtes. Vides igitur hyperbolem illam de Occidentis & Orientis teſtificatione, ceu bullam levem inflatam vento, ſui inanitate diſruptam evanuiſſe.

XLII.

(a) Jo. diac. in vit. S. Greg. l. 2. c. 44.

Ex Anglia quid acceptum.

Quid igitur de re tanta idem ſcrutatus Joannes diaconus in medium adducat, audi, cum ait (a): *Legitur etiam penes eaſdem Anglorum Eccleſias, quod Gregorius per forum Traiani (quod ipſe quondam pulcherrimis ædificiis venuſtaverat) procedens, judicii ejus, quo viduam conſolatus fuerat, recordatus, &c.* Inferius vero poſt enarratam dictam hiſtoriam, eam plane fide dubiam tradit, cum ſubdit: *Sed cum de ſuperioribus miraculis Romanorum ſit nemo qui dubitet; de hoc quod apud Saxones legitur, hujus precibus Traiani animam ab inferni cruciatibus liberatam, ob id vel maxime dubitari videtur, quod tantus doctor nequaquam præſumeret pro Pagano prorſus orare, qui quarto Dialogorum ſuorum libro docuerit, eamdem cauſam eſſe cur non oretur a ſanctis in futuro judicio pro peccatoribus æterno igne damnatis, quæ nunc etiam cauſa eſt, ut non orent ſancti homines pro hominibus infidelibus impiiſque defunctis.* Hæc de ratione allata cur non reciperetur, ſed maxime dubitaretur de hiſtoriæ veritate. Quibus ſatisfacere ipſe cupiens, addit iſta: *Non advertentes, quia non legitur pro Traiano Gregorium exoraſſe, ſed tantum fleviſſe: ſic enim cum non oraverit, Gregorius plangendo potuit exaudiri, ſicuti cum Moyſes* (b) *dolendo taceret, potuit clamaſſe videri, &c.*

(b) Exod. 14.

XLIII. Jo. diac. diſcrepat a Damaſceno.

Sed inſulſa defenſio, cum & mendacium mendacio ſuffulcitur, allato exemplo de Moyſe, quod tantum tacuerit, & non oraverit: cum etſi non verbis expreſſis, mente tamen oraſſe, & ad Deum potentiori modo orando clamaſſe, omnium eadem ſit ſanctorum Patrum ſententia. Sed & Joannis iſta defenſio deſtruit ipſam, quæ a Joanne Damaſceno narratur, hiſtoriam; cum ab eo ſatis expreſſe dicatur oraſſe Gregorius, a Deoque reprehenſus, ac monitus ne amplius id præſumeret. Hinc tu videas ipſum Joannem diaconum citare minime voluiſſe Damaſcenum, quod ex ejus ſententia Gregorius videri poſſet prævaricator, dum quæ docuerat, idem ipſe contrario facto deſtruxerit, ſecundum Pauli ſententiam (c): *Si quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico: prævaricatorem me conſtituo.* Rurſum vero ad probationem facti, quod divinæ quoque Scripturæ repugnare ſentiret, addit Joannes diaconus Traiani animam ita fuiſſe a pœnis inferni liberatam, ut tamen haud fuerit in cælum aſſumpta. Hæc ipſe, in his multum laborans, ut dubium, quod aſſerit factum, quoquo modo fieri potuiſſe demonſtret. Qui ſi de re geſta fortiora nanciſci teſtimonia potuiſſet, minime quidem prætermiſiſſet afferre, dum labentem molem nullo fundamento ſubnixam, ut potuit, ſtuduit ſuffulcire.

(c) Gal. 2.

XLIV. Levitas Græcorum arguitur.

Sed multo gravius errarunt Græci, qui, nulla veritatis facta diſcuſſione, adeo plenam fidem his adhibuere, ut in ipſorum Euchologio, capite nonageſimoſexto, ejuſmodi pro defunctis preces habeantur: *Quemadmodum Traianum per intenſam ſervi tui Gregorii Dialogi interceſſionem flagro ſolviſti: exaudi etiam nos te orantes non pro idolorum cultore, ſed pro fideli ſervo tuo, qui te propter imbecillitatem ad iracundiam provocavit.* Ita Græci. At Gregorium Dialogum ſcias non nominatum ab ipſis Primum, ſed Secundum Gregorium, ut ſuo loco dicetur. Verum quod ad preces attinet: Romana Eccleſia, quæ non circumfertur omni vento doctrinæ, nec unius vel alterius levi aſſertione movetur, ſed ſtans ſupra firmam petram, quæ vera certaque tradita novit, atque ſecura ſolidaque conſiſtere, ipſa recipit atque ſectatur, procul ab ejuſmodi gene-

re precum ſemper abhorruit. Præſtabat quidem in re tanta, quid ſancta Romana teneret Eccleſia, cujus Pontificis ea actio prædicaretur, quidve ipſa ſervaret, Græcos ipſos quam diligentiſſime explorare, ſimul & conſulendo requirere, atque demum ejus exempla ſectari. Sed ubi ab ea illi diviſi ſunt ſchiſmate, in quæ non ſunt mala prolapſi?

XLV. His igitur duobus primariis auctoribus, altero Græco, Latino altero, confutatis: qui ejuſmodi commentum nihilominus ſectati ſunt recentiores, delinientes nullo ſtantem fundamento ſtructuram abſque temperamento, alii aliia addiderunt pro mentis arbitrio. Nam ex ipſis dixerunt alii Traianum ad vitam revocatum a ſancto Gregorio, & baptizatum, rurſumque vita functum abiiſſe in cœlum. Alii, non revixiſſe corpus, ſed clanculo animam a Gregorio baptizatam. Alii, nequaquam ab inferis liberatam, ſed pœnis (ut dicunt) alleviatam: atque ita fabulas fabulis addidere, ut ridiculum etiam illud demum ſit ſuperadditum de Traiani cranio cum vivida adhuc lingua reperto, qua ipſe ſuam miſeriam deplorans, ad commiſerationem ſanctum Gregorium commoverit, & ad preces, pro ipſo ad Deum fundendas.

*Fabula fabulis ornata.*

XLVI. Sed jam faceſſant hæc ludicra, riſu potius deſpicanda, quam diſputatione ſeria confutanda. Cum enim in eo argumento verſemur, quo divinæ Scripturæ vis inferatur: non tantum non audiendæ ſunt aniles fabulæ: ſed etſi quæ ſolida, firmave & veritate conſtantia videri poſſent, eadem nonniſi cognita prius atque diſcuſſa, penituſque examinata, & centies ad Lydium admota lapidem, vix audienda eſſent, probanda omnino nequaquam. At quid præterea? Adducunt in medium ex ſanctæ Brigidæ ſive Brigittæ, quod (ut ajunt) habetur quarto libro ejus revelationum, capite decimotertio, cum agitur de eleemoſynis & orationibus pro animabus Fidelium defunctorum aliiſque ſuffragiis, divina ſententia revelatum, in exemplumque a Chriſto ſancti Gregorii factum inductum, cum ipſe ſuis precibus animam Imperatoris ex inferis in ſublimem gradum evexit. Rurſum vero his ſubnectunt quod ſanctæ Mathildis nomine libro quinto viſionum ac revelationum ſcriptum legitur capite ſexto de animabus Sampſonis, Salomonis, Origenis, atque Traiani cum ei divinitus revelatum ponitur noluiſſe Deum de illis occulta pandere diverſis ex cauſis ibi narratis: & cum ad ſtatum animæ Traiani ventum eſt: *Quod ego ſtatuerim* inquit, *mea liberalitate de anima Traiani, nolo ut homines ſciant, ut fides Catholica ex hoc magis augeatur: quamvis enim iſte tandem fuerit omnibus virtutibus plenus, fuit tamen infidelis baptiſmate carens.* Audiſti in omni bus iſtis non puto divinitus allatis, ſed humanitus fabricatis, inter ſe invicem repugnantiam?

*Revelationes quæ adducuntur in teſtimonium.*

XLVII. Veneror quidem (ut par eſt) ſanctas ipſas accolo; ſed de revelationibus ipſis factis, vel potius ipſis adſcriptis, ea dumtaxat recipio, quæ Eccleſia recipit, quam ſcimus non potuiſſe iſta probare, quæ ſunt inter ſe adeo pugnantia. Nonne ſunt inter ſe contraria, noluiſſe Deum de animæ Traiani liberatione certi aliquid ſciri & voluiſſe iſtæc revelari, ac reddi omnibus manifeſta. Ita plane. Quomodo igitur idem Dominus S. Brigittæ quam maniſeſtiſſime tradidit, precibus ſancti Gregorii, Traiani animam allevatam; Mathildi vero item divinitus traditum affirmatur, nolle Deum ut ſciant homines de anima Traiani quid factum? Nonne repugnant inter ſe revelatum ſanctæ Brigittæ fuiſſe, Traiani animam liberatam, & manifeſtatum Mathildi, non eſſe voluntatis Dei, ut ſciant hoc homines? Sane quidem. Sed dices, colligi ex Mathildis ſcriptis poſſe, liberalitate divina Traiani animam liberatam. Tunc (quod deterius eſt) reperies in eodem contextu verborum contrarias ineſſe ſententias, nempe: Nolo ut ſciant homines: & quod contrarium eſt, Hominibus oſtendo quid factum.

*Revelationes inanes convincuntur*

XLVIII. Sed & accipe repugnantem antecedentibus conſequentiam, ubi roganti de ſtatu illarum nominatarum quatuor animarum, reſponſum ipſi poſtea a Domino ponitur in hanc ſententiam: Quid ipſe egerit de anima Sampſonis velle occultum eſſe, ut homines timeant, nec de inimicis ſuis vindictam expetant: Et de Salomonis anima æque præſtare non detegi, ut homines fugiant peccata carnalia. De Origenis pariter animæ ſtatu, quis ſit, latere homines velle, ne ſcientia inflati, ſuperbia elati pereant. Si ergo ut magis timerent homines, iſta omnia fieri noluiſſe manifeſta dicit: quomodo non magis ad incutiendum timorem præſtabat reddere penitus manifeſtum illos eſſe damnatos? Cum e contra tacendo, viſus ſit prædicaſſe ſilentio, quod ſciri non expediret, nempe eos eſſe ſalvatos, ut tacendo in timore homines contineret; qui ſi ſciſſent, magis fuiſſent timore liberi: ſicque ex ſilentio imminui potius quam augeri timor peccantibus poſſit, dum de eorum damnatione ad inferos omnino ſiletur, & ex ſilentio ſpes magis ſalvationis augetur, quæ ex ipſo ſilentio amplius prædicari videtur. Quod ſi hæc ſub ſilentio fecit Deus (ut aiunt) nota Mathildi, plane prævaricationis ipſa arguitur eo modo (ut diximus) manifeſtans.

Sed



XLIX. Sed abſit ut credam quid hujuſmodi divinitus pronunciatum. *Eloquia (a) enim Domini caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptulum;* quæ nec rubiginis quicquam admittant. Nec fiat ut credam quid hujuſmodi fuiſſe ſanctiſſimis feminis revelatum, vel ab ipſis eſſe conſcriptum, ſed tantum ipſarum nomine ab aliis promulgatum. Abeant igitur vana commenta, ſileant prorſus inanes fabulæ, ſepelianturque æterno ſilentio; data venia iis, qui quod factum acceperunt, verum putantes, de eo ſcripſerunt: laudetur tamen zelus eorum, qui quod aſſertum invenerunt, quomodo ſe habere potuerit, ſcholaſtice diſſeruerunt: magis vero laude digni habeantur, qui emunctis naribus odorati falſitatem, errorem ſunt deteſtati. Sic itaque tandem poſtliminio veritas reddita, ſua fulgens integritate ac ſinceritate firma tutaque conſiſtat, nec amplius hiſtorica veritas iſtiuſmodi labefactetur ineptiis.

(a) Pſ. 11.

Vidiſti quidem quam levibus ac frivolis nitatur res tanta fabellis, & traducatur undique mendaciis hiſtoria tanti momenti: quæ etſi teſtes graviſſimos potuiſſet habere ſibi invicem conſentientes, in nullo diſcrepantes, pluresque conteſtes id ipſum aſſerentes, omnique genere probationum id affirmantes: adhuc tamen ob offenſam majeſtatem Evangelicæ veritatis, & ſacra totius Eccleſiæ Catholicæ firmata ſtabilitaque dogmata adhuc inquam fuiſſet jure meritoque de veritate hiſtoriæ dubitandum, eaque ad diſcuſſionem exactiſſimam revocanda: ſed & probata veraque inventa, non tamen continuo divulganda, ſed veluti arcanum quoddam in ſacris Eccleſiæ penetralibus retinenda. Quanto ergo magis prudens quiſque facile judicaverit eſſe oblivione delendam damnandamque ſilentio, quæ probatione deſtituitur, mendaciis ſcatet, nec ſaltem veriſimili aliqua nititur conjectura, neque ullo ſtabili fundamento ſubſiſtit? dignamque eſſe (quod vetus Proverbium habet) reiici in Beatam, in quam Traianus moriens eſt projectus ad inferos?

L. Sed & execratione æque inſectanda ſunt, quæ nomine Joannis & Petri diaconorum S. Gregorii in medium afferuntur ex codice Vaticano ſcripta, quæ ob id recipienda ſimplices putent tamquam divinum oraculum: quaſi non omnis copioſa bibliotheca referat ſimilitudinem ſagenæ miſſæ in mare ex omni genere piſcium congregantis, bonos & malos continens libros, probatos & improbatos, utiles & inanes ſimul amplexans, illos ut ſequatur, reiiciat vero iſtos. Sed audi quæ ibi pluteo tertio, numero centeſimo quinquageſimotertio, in codice Dialogorum ſancti Gregori ad finem ejus appoſita ſunt, velut additamentum: *Anno ſecundo Pontificatus divi Gregorii Papæ collecta Cardinalium & Epiſcoporum & cæterorum Romanæ Eccleſiæ multitudine clericorum, Eccleſiam iſtam, quam ad honorem ſancti Andreæ Apoſtoli in Clivo Scauri conſtruxerat, in qua etiam religionis rudimenta & ſanctitatis ſuſceperat incrementa, eo quo decuit, prout ejus anima deſiderabat, conſecravit honore, quam & plenarie dotavit, & privilegiis Apoſtolicis præmunivit. Conſecratione vero peracta, flexis ad terram genibus, ſe Domino humili ſupplicatione proſternens, preces fudit ad Dominum, dicens: Domine Jeſu Chriſte Fili Dei vivi, qui dixiſti Apoſtolis tuis, & per Apoſtolos univerſis fidelibus Chriſtianis: Quæcumque petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis: peto ab omnipotentia tuæ majeſtatis, quatenus quicumque deinceps in hujus Eccleſiæ circuitu ſe delegerit ſepeliendum, modo fidem tenuerit Chriſtianam, in perpetuum non ſit incendiis mancipandus, ſed potius ad æternæ vitæ gaudia ſublimandus. Oratione vero completa, apparuit ei Angelus Domini, dicens, Gregori, exaudita eſt oratio tua ſecundum quod a Domino poſtulaſti. Sed quia hoc poſcere præſumpſiſti, nihilominus & quia pro anima Traiani Imperatoris viri infidelis orandum eſſe duxiſti, ſcias te in hoc ſæculo a corporali quam pateris infirmitate fore minime liberandum; a qua, ſi duo hæc a Domino non petiiſſes, liberatus proculdubio fuiſſes. Et certe ſicut cæleſtis nuncii vera fuit atque perpetua de exaudita oratione annunciatio, ita etiam infirmitatis non levandæ caſſa nequaquam extitit comminatio: nam ſtomachi languore, continuo dolore, continuiſque febribus licet lentis uſque ad vitæ exitum laboravit. Hanc autem orationem & divinam revelationem B. Gregorius nobis videlicet Petro Diacono, & Joanni diacono patefecit: quas ad ſcientiam poſterorum nos ſtyli duximus officio tranſmittendas.* Hæc vanus impoſtor.

*Aliæ refellitur impoſtura.*

LI. *Sed vere mendacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum.* Ita jure dixerim cum Hieremia (b). Non iſta Petrus atque Joannes S. Gregorii Papæ diaconi dixere, vel ſcripſere: neque iſtius temporis ſcriptio illa eſſe probatur, ſed longe poſterioris ſæculi: non enim in uſu hoc tempore fuit Romanæ Eccleſiæ, ut ſanctus nominaretur Divus, vel ante Epiſcopos ponerentur Cardinales, ut factum hujus exordio ſcriptionis intelligis. Quæ & in eo inſuper patentis arguitur mendacii, dum languore, ſtomachi jugiter ad obitum uſque laboraſſe ſanctum Gregorium mendax auctor affirmat: nam

(b) Hier. 8.

niam ex ipſius Gregorii epiſtolis, plurimis (ut vidimus) in locis mendacium detegitur, dum quo vexaretur jugiter morbo, ſæpiſſime ipſe queritur. Stomachi infirmitas longe ante Pontificatum ipſum vexavit: ſed nec quidem a ſecundo Pontificatus anno jugi cæpit uſque ad obitum morbo gravari, at longe poſtea, ut ſuo loco ſuperius demonſtratum eſt.

LII. Conſiderandum præterea, quantum ſit tanto indigna doctore quæ aſſeritur facta petitio, ut omnis deligens ſepulturam in circuitu ejus Eccleſiæ, dummodo fuerit fide Chriſtianus, non ſit perpetuis inferni flammis mancipandus, ſed ad æternæ vitæ gaudia ſublimandus. Nam primum, quod ad locum ſpectat: nonne ſemper moris fuit in Eccleſia Dei, ut certis conſcriberetur limitibus e parte aliqua Eccleſiæ cœmeterium? Quomodo ergo dicitur: In hujus Eccleſiæ circuitu ſi quis delegerit ſepeliri? Ubi aliquando ejus forma inventa eſt cœmeterii, illius præſertim Eccleſiæ, quæ haberet ſibi inhærens monaſterium? Rituales plane omnes veteres libri repugnant & contradicunt:

LIII. Sed & quid tam alienum a S. Gregorio, quam ab ipſo petitum dicere, ut Chriſtiana fide quis imbutus, ex loci ſepulturæ electione tantum, liber ſit a pœnis inferni, & certus æternæ gloriæ paradiſi? Conferantur iſta cum illis quæ ab ipſo Gregorio reperiuntur eſſe conſcripta iis omnino contraria, nempe procul abeſſe, ut Chriſtianus homo, quem criminalis culpa ſequatur, loco poſſit ſacro juvari. Ubi enim in Dialogorum quarto volumine agit de Valentini corpore ab Eccleſia poſt mortem projecto, hæc in fine habet (a): *Ex qua re, Petre, collige, quia his quos peccata gravia deprimunt, ſi in ſacro loc ſepeliri ſe faciant, reſtat, ut etiam de ſua præſumptione judicentur: quatenus eos ſacra loca non liberent, ſed etiam culpa temeritatis accuſet.* Hæc ibi. Et in fine ſequentis capitis (b): *Quid igitur loca ſacra ſepultis proſunt, quando ii qui indigni ſunt, ab iiſdem ſacris locis divinitus projiciuntur?* Iſta ubi agit de tinctoris corpore in Eccleſia ſepulto, ac poſtea non invento. Et dum ſuperius in eodem argumento verſatur, agens de femina ſanctimoniali ſepulta incenſa reperta, ad finem hæc ait (c): *Qua ex re aperte datur intelligi, quia hi, quibus peccata dimiſſa non fuerint, ad evitandum judicium ſacris locis poſt mortem non valeant adjuvari.* Hæc ſunt germana ſcripta Gregorii, eadem ut admodum ſeria tertio inculcantis: quibus explodas impoſtorum commenta, & exuffles alia cuncta, quæ his adverſari noſcuntur; eoque magis quod iſta ſcripſit Gregorius anno quarto ſui Pontificatus (eo enim anno ipſum ſcripſiſſe libros Dialogorum, ex iis quæ ſuo loco ſuperius dicta ſunt, ſatis ſuperque exploratum habetur) ea vero de ſalvatione eorum qui ſepelirentur in circuitu ejus Eccleſiæ, anno ſecundo ejuſdem Pontificatus accidiſſe ab impoſtore finguntur. Ut plane conſpiciatur, ſi talia præceſſiſſent, quibus aſſeritur ratione loci ſacri ad ſepulturam delecti liberari aliquem a gehenna, & fieri compotem paradiſi; contra hæc ipſa ſuis ſcriptis toties repetitis Gregorium ipſum pugnaſſe, deſtruxiſſeque penitus omnem de loco ſacro fiduciam, ſi vitæ bene inſtitutæ merita non adſint. Feruntur alias a Gregorio vel inſtituta, vel acta, quæ recentiores ſcriptores congeſſerunt: quæ cum antiquorum careant auctoritate, libentius prætermittimus: diſquirimus enim atque examinamus, & non abſque delectu confarcinamus hiſtorias, ut quæcumque a recentioribus ſcripta reperimus, abſque majorum teſtificatione vera putemus:

(a) Greg. dial. l.4.c.53.

(b) Ibid. l.4.c.54.

(c) Greg. dial. l.4.c.51.

His igitur jam purgatis quiſquiliis, ejectiſque ſordibus, quibus ſub ſpecie quadam pietatis Dei Eccleſia ab impoſtoribus videbatur aſperſa; cum jam dictis factiſque Magni Gregorii omni ex parte, exploſis nugis, ſit bene conſultum, diutius quam par erat in his immorati, quæ anni hujus ſunt reliqua videamus.

LIV. Ubi itaque poſt Gregorii Papæ obitum ſedes vacaſſet menſes quinque ac dies de-

cem

PAGIUS III. *Ei ſuccedit Sabinianus.* Ad num. LIV. Ait Anaſtaſius: *Ceſſavit Epiſcopatus menſes V. dies XVIII.* quod etiam legitur in aliquot manuſcriptis ejus exemplaribus & in Orderico lib. 2. Verum Anaſtaſius ex iis, quæ ipſemet de duratione Sedis Sabiniani Sancti Gregorii ſucceſſoris, & ſequentium Pontificum ſcribit, emendandus. Ex illis enim certo conſtat, Interpontificium fuiſſe menſium ſex & diei unius, ac *Sabinianum* natione Tuſcum ordinatum eſſe die decima tertia menſis Septembris, in quam Dominica hoc anno incidebat.

IV. Fuerat *Sabinianus* Sancti Gregorii Diaconus, eo nomine in Epiſt. LI. lib. II. Indict. XI. nominatus. Mos erat Diaconos potius quam Presbyteros eligere, ut ex Veterum monumentis eo pertinentibus manifeſtum eſt; hi enim Eccleſiæ res non temporales tantum, ſed etiam ſpirituales penitus noverant; cumque omnia in poteſtate haberent, reliquorum animos ſibi facile devinciebant. Dubium eſſe poteſt, an quando Romanus Pontifex ex Diaconis creabatur, prætermiſſo Presbyteri gradu, Pontifex ordinaretur. Affirmativam partem tuetur Mabillonius in Commentario prævio in ordinem Romanum paragrapho 18. innixus ſecundo libello Ordinis Romani, in quo, ubi de Pontificis Romani electione mentio fit, hæc leguntur: *Eligitur unus de Cardinalibus, de qualicunque titulo fuerit: tantum ut a prædeceſſore ſit Pontifice ordinatus, aut Presbyter aut Diaconus. Nam Epiſcopus eſſe non poterit.* At vero in

*Pontifices Romani ex ordine Diaconorum ſæpe aſſumpti.*



cem & novem, ipſis Kalendis Septembris (ut Anaſtaſius habet) communi conſenſu eligitur Sabinianus. Id quidem tam Latini quam Græci omnes æque confirmant: ex quibus redarguas Nicephorum (a) Calliſtum, dum poſt S. Gregorium ſomniat quemdam Innocentium ejus ſucceſſorem aliis ſcriptoribus penitus inauditum. Porro Sabinianus hic ille eſt, qui diaconus cum eſſet, ab eodem S. Gregorio miſſus fuit (ut vidimus) Conſtantinopolim Apocriſarius: quo revocato, ſuffectus in locum ejus eſt Anatolius: eoque defuncto, ſubrogatus eſt, Phoca creato Imperatore, anno ſuperiori Bonifacius æque diaconus. Fuit Sabinianus natione Tuſcus, patria Volaterranus, ex patre nomine Bono. Cæterum non caruiſſe Sabiniani electionem tumultu, indicat ſucceſſoris Conſtitutum ab ipſo de electione Summi Pontificis editum, de quo ſuo loco dicemus.

De creatione Sabiniani Papæ.

(a) Nicep. l.18.c.ult.

LV. Quod autem ſub hoc eodem Redemptoris anno Beda recenſeat ſancti Auguſtini in Anglia Epiſcopi obitum: hic opportune reliqua ejuſdem Auguſtini, quæ nulla certi anni nota tradita reperiuntur, ſunt ante ejus obitum referenda, atque in primis recenſendæ Synodi, quas idem Metropolitanus habuit cum Epiſcopis antiquæ Britannorum Eccleſiæ, jam multo tempore a communione Catholicæ Eccleſiæ diro ſchiſmate ante diviſis. Narrat quæ in eis acta ſunt exactiſſime Beda his verbis (b): *Interea Auguſtinus adjutorio uſus Edilberthi Regis, convocavit ad ſuum colloquium Epiſcopos, ſive doctores maximæ & proximæ Britonum provinciæ, in loco ubi uſque hodie lingua Anglorum Auguſtineizat, id eſt, robur Auguſtini, in confinio Vectiorum & Occidentalium Saxonum appellatur. Cæpitque eis fraterna admonitione ſuadere, ut pace Catholica ſecum habita, communem evangelizandi Gentibus pro Domino laborem ſuſciperent. Non enim Paſchæ diem Dominicum ſuo tempore, ſed a decimaquarta uſque ad vigeſimam Lunam obſervabant: quæ computatio octogintaquatuor annorum circulo continetur. Sed & alia plurima unitati Eccleſiæ contraria faciebant. Qui cum longa diſputatione habita, neque precibus, neque hortamentis, neque increpationibus Auguſtini ac ſociorum ejus aſſenſum præbere voluiſſent, ſed ſuas potius traditiones univerſis, quæ per orbem ſibi in Chriſto concordant Eccleſiis, præferrent: ſanctus pariter Auguſtinus hunc laborioſi ac longi certaminis finem fecit, ut diceret: Obſecremus Deum, qui habitare facit unanimes in domo patris ſui, ut ipſe nobis inſinuare cæleſtibus ſignis dignetur, quæ ſequenda traditio, quibus ſit viis ad ingreſſum regni illius properandum. Adducatur aliquis æger; & per cujus preces fuerit curatus, hujus fides & operatio Deo devota atque omnibus ſequenda credatur.*

(b) Bed. hiſt. Angl. l.2.c.2.

Duæ Synodi in Anglia habitæ ab Auguſtino.

LVI. *Quod cum adverſarii inviti licet concederent: allatus eſt quidam de genere Anglorum oculorum luce privatus, qui cum oblatus Britonum ſacerdotibus, nihil* cu-



PAGIUS in ejuſdem Electi conſecratione nullum eſt diſcrimen electi Diaconi aut Presbyteri, ſed una eademque pro utroque præſcribitur ordinatio.

V. *Pontifices ex Diaconis aſſumti per ſaltum ordinari ſoliti.* Hanc conjecturam roborat Mabillonius exemplis Valentini & Nicolai I. quorum ille ex Archidiacono, hic ex Diacono electus abſque alia ordinatione Pontifices creati ſunt, quod ex Anaſtaſio manifeſtum eſt. Valentinus quippe *ſtatim a ſua electione condignis gloriæ laudibus ad Lateranenſe Patriarchium deductus & in Pontificali eſt poſitus Throno.* Deinde *ejus conſecrationis die illuceſcente, eumdem ad Beati Petri Eccleſiam omnes pariter Romani a Palatio deducentes, in alto throno ſummum conſecravere Pontificem: qui mox culmina ſcandens Beato Petri, ſacrificiis pie oblatis, ad Palatium remeavit.* Nicolaus vero, ubi apud Lateranenſem Baſilicam *Apoſtolico ſolio* impoſitus fuit; *poſtmodum in Baſilicam Beati Petri deductus, præſente Cæſare conſecratus eſt, Apoſtolicaque ſublimatus in Sede factus eſt Pontifex, & Miſſarum ſolemnia ſuper ſacratiſſimum corpus Apoſtoli celebravit.* Vides utrobique nullam collati Presbyteratus factam mentionem. Nec mirum; cum Diaconi ad Epiſcopatum electi per ſaltum apud Romanos ordinarentur, ut adſtruere videtur libellus prior Ordinis Romani. Eadem enim ejus qui ex Diacono, atque illius, qui ex Presbytero ordinatur, conſecratio. Nimirum fortaſſe quia, ut ſentit Hieronymus Epiſtola 85. in Epiſcopo & Presbyter continetur.

VI. *Quod Latinis Photius exprobrat.* Hanc ſententiam confirmat iſta Photii adverſus Romanos objectio, Cur Levitæ Epiſcopi fierent, Presbyteri gradu non prius accepto? Iſtam quidem objectionem ex calumnia oriri dicit Ratramnus, eamque retorquet in adverſarios, qui ex *Laicis ſubito tonſis faciebant Epiſcopos contra regulas Eccleſiaſticas.* At Æneas Pariſienſis Epiſcopus facti veritatem non diffitetur, reſpondetque, *quod forte illi, qui iſtiuſce ordinationi aſſentiunt, hoc intelligi velint, quia qui benedictione Pontificali perfungitur, reliquarum benedictionum honore decoretur; & quod in ſublimitate majoris Pontificis conſiſtat etiam honor minoris Sacerdotis.* Tum ſubdit: *Forſitan autem illi, qui de Diacono ordinant Epiſcopum prætermiſſa benedictione Presbyterali, aſſertioni Beati Hieronymi loquentis ad Titum, ex parte concredere videntur qui officium Presbyteri in aliquo comparticipari affirmat miniſterio Epiſcopali.* Ex quibus liquet, *Æneam* admiſiſſe id quod Phothius objiciebat, nempe quod *tunc apud Romam plerumque Diaconus quodam ſaltu, non percepta Presbyterali benedictione, in Epiſcopum ſubito conſecraretur:* quæ erat ſeptima objectio Photiana. Hæc Mabillonius citatus paragrapho 16. Quando mos iſte ordinandi per ſaltum Romæ deſierit, ſuo loco dicetur,

VII. *Synodus a S. Auguſtino celebrata.* A num. LV. ad LXVI. *Auguſtinus* primus Doroberniæ ſeu Cantuariæ Archiepiſcopus anno incerto Synodum celebravit in *confinio Victiorum & Occidentalium Saxonum*, inquit, Beda lib.

*curationis vel ſanationis horum miniſterio perciperet: tandem Auguſtinus juſta neceſſitate compulſus, flectit genua ſua ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, deprecans, ut viſum cæco, quem amiſerat, reſtitueret, & per illuminationem unius hominis corporalem in plurimorum cordibus, Fidelium ſpiritalis gratiæ lucem accenderet. Nec mora, illuminatur cæcus, ac verus ſummæ lucis præco ab omnibus prædicatur Auguſtinus. Tum Britones confitentur quidem intellexiſſe ſe, veram eſſe veniam juſtitiæ, quam prædicaret Auguſtinus, ſed non ſe poſſe abſque ſuorum conſenſu ac licentia priſcis abdicare moribus. Unde poſtulabant, ut ſecundo Synodus, pluribus advenientibus, fieret.*

Cæco dat lucem Auguſtinus.

LVII. Rurſus Epiſcoporum conventus.

*Quod cum eſſet ſtatutum, venerunt (ut perhibent) ſeptem Britonum Epiſcopi & plures viri doctiſſimi, maxime de nobiliſſimo eorum monaſterio, quod vocatur lingua Anglorum Bancornabug, cui tempore illo Dinooth Abbas præfuiſſe narratur. Qui ad præfatum ituri Concilium, venerunt primo ad quemdam virum ſanctum ac prudentem* (ita quidem ab ipſis creditum) *qui apud ipſos anachoreticam ducere ſolebat vitam; conſulentes, an ad petitionem Auguſtini ſuas deſerere traditiones haberent? Qui reſpondebat: Si homo Dei eſt, ſequimini illum. Dixerunt: Et unde hoc poſſumus probare? At ille: Dominus, inquit, ait: Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Si ergo Auguſtinus ille mitis eſt & humilis corde, credibile eſt quia jugum Chriſti & ipſe portet, & vobis portandum offerat: Sin autem immitis ac ſuperbus eſt, conſtat quia non eſt de Deo, neque vobis ejus ſermo curandus eſt. Qui rurſus ajebant: Et unde vel hoc dignoſcere valemus? Procurate, inquit, ut ipſe prior cum ſuis ad locum Synodi adveniat: & ſi vobis appropinquantibus aſſurexerit, ſcientes quia famulus Chriſti eſt obtemperanter illum audite.*

LVIII. Falſum datum ſignum.

Falſum ſane ſignum dignoſcendi humilem dedit pſeudopropheta, & plane Apoſtolicis dictis omnino contrarium. Sententia ſiquidem eſt ſancti Joannis Apoſtoli, nullo dignandos honore vel officio humanitatis ejuſmodi homines ab Eccleſia Catholica diviſos, ita dicentis (*a*): *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum nec Ave ei dixeritis.* Cum videlicet hujuſmodi homines ſunt pertinaces, quales exiſtimare potuerit hos Auguſtinus, quos ſæpe admonitos nulla flexiſſet Apoſtolicæ ſedis auctoritas, cujus condemnarentur exemplo cum quod ipſam ſciebant obſervare, illi pertinaci animo facere renuiſſent, dum nec adeo patenti edito divinitus ſigno penitus acquieviſſent: adveniſſetque eos putarit contentionis gratia, non converſionis; qui re vera (ut Phariſæi Dominum) ut ipſum eo ſigno tentarent, venerant. Sed pergit ille: *Sin autem vos ſpreverit, nec coram vobis aſſurgere voluerit, cum ſitis numero plures; & ipſe ſpernatur a vobis.* O malum conſilium! Spernendus ne eſt Judex a reis vocatis cauſam dicere, ſi a Judice ejuſmodi obſequii officiis non colantur? Ubi ſententia Apoſtoli dicentis (*b*): *Obedite præpoſitis veſtris etiam diſcolis?* Et Domini aſſerentis (*c*), ſedentibus phariſaico faſtu ſuper cathedram Moyſis obediendum eſſe Scribis & Phariſæis? Subdit vero reliqua rerum geſtarum Beda in hunc modum;

(*a*) *Jo. ep. 2.*

(*b*) *Heb. 13.*

(*c*) *Mat. 23.*

LIX.

*Fecerunt ut dixerat. Factumque eſt, ut venientibus illis, ſederet Auguſtinus in ſella. Quod illi videntes, mox in iram converſi ſunt, eumque notantes ſuperbiæ, cunctis quæ dicebat, contradicere laborabant. Dicebat autem eis: Quod in multis quidem noſtræ conſuetudini, immo univerſalis Eccleſiæ contraria geritis: Et tamen ſi in tribus his mihi obtemperare vultis, Ut Paſcha pro tempore celebretis, Ut miniſterium baptizandi, quo Deo renaſcimur, juxta morem Romanæ ſanctæ & Apo-*

Conditiones ab Auguſtino præſcriptæ.

PAGIUS lib. 2. cap. 2. ideoque verſus Herefordiæ Comitatum, ubi populi illi habitabant. In ea Auguſtinus petiit ab Epiſcopis ſeptem, & plurimis Doctoribus Britannicis, qui intererant, ut Britones eſſent Romanis conformes in tribus iſtis, in Paſchate celebrando, in Baptiſmo miniſtrando, & in prædicando Angloſaxonibus. Verum illi *oblata ſibi perpetuæ ſalutis conſilia* ſpreverunt, inquit Beda.

VIII. *Auctoritatem Rom. Pontificis in hac Synodo controverſam aſſerunt Proteſtantes Angliæ.*

Eduardus Stillingfleetus Decanus Londinenſis in libro *de Originibus Britannicis*, ut evertat Patriarchatum Pontificis Romani in omnes Eccleſias Occidentales proponit ea, quæ occaſione Legationis Auguſtini dicta putantur a Monachis Banchorenſibus, & Epiſcopis Britannis in Synodo de qua agimus, aitque: *Auguſtinus plena, ut putabat, inſtructus poteſtate rogavit Epiſcopos Britannicos, ut ſibi occurrerent in loco dicto Auguſtins .... Illis autem eo venientibus propoſuit, ut amplecterentur unitatem Eccleſiæ Catholicæ, & poſtea operam conferrent ad converſionem Gentilium. Multa enim, inquit Beda, ab illis fiebant, repugnantia unitati Eccleſiæ: quibus verbis eos ſchiſmatis accuſabat. Conditiones oblatæ Communionis continebant, quod ſe ſubiicerent Eccleſiæ Romanæ, & auctoritatem Auguſtini agnoſcerent: ſed nihil aliud ab eis obtineri potuit, quam quod promitterent, ſe conſilium ſuper ea re inituros, & quod iterum eo frequentiores convenirent. Convenerunt itaque ſeptem Epiſcopi Britannorum, & multi alii Viri Eruditi, præcipue ex Monaſterio Banchorenſi, cui Dinothus tunc præerat, ibique tandem concluſum fuit, quod Britanni nullatenus ſe ſubiicerent Eccleſiæ Romanæ, aut admitterent Auguſtinum in ſuum Archiepiſcopum.* Addit præfatus Scriptor, iſtius Hiſtoriæ veritatem non ſolum inniti teſtimonio Bedæ, ſed etiam fide manuſcripti per Spel-



*& Apoſtolicæ Eccleſiæ compleatis, Ut genti Anglorum una nobiſcum prædicetis verbum Domini: cætera quæ agitis, quamvis moribus noſtris contraria, æquanimiter cuncta tolerabimus. At nihil horum ſe facturos, neque illum pro Archiepiſcopo habituros eſſe reſpondebant, conferentes ad invicem: Quia ſi modo nobis aſſurgere noluit, quanto magis ſi ei ſubdi cœperimus, jam nos pro nihilo contemnet? Quibus vir Domini Auguſtinus fertur minitans prædixiſſe, quod ſi pacem cum fratribus accipere nollent, bellum ab hoſtibus forent accepturi: & ſi nationi Anglorum noluiſſent viam vitæ prædicare, per horum manus ultionem eſſent mortis paſſuri. Quod ita per omnia, ut prædixerat, divino agente judicio, patratum eſt. Siquidem poſt hæc ipſe, de quo diximus, Anglorum Rex fortiſſimus Edilfridus, collecto grandi exercitu, ad civitatem Legionum, quæ a gente Anglorum Legaceſtir, a Britonibus autem rectius Carlegion appellatur, maximam gentis perfidæ ſtragem dedit. Cumque bellum acturus videret ſacerdotes eorum, qui ad exorandum Deum pro milite bellum agente convenerant, ſeorſum in tutiore loco conſiſtere: ſciſcitabatur, qui eſſent hi quidve acturi illo conveniſſent? Erant autem plurimi eorum de monaſterio Bancor, in quo tantus fertur fuiſſe numerus monachorum, ut cum in ſeptem portiones eſſet cum præpoſitis ſibi Rectoribus monaſterium diviſum, nulla horum portio minus quam trecentos homines haberet, qui omnes de labore manuum ſuarum vivere ſolebant.*

LX. Profligantur ſchiſmatici.

*Horum ergo plurimi ad memoratam aciem, peracto jejunio triduano, cum aliis orandi cauſa convenerunt, habentes defenſorem nomine Brocmalium, qui eos intentos precibus a barbarorum gladiis protegeret. Quorum cauſam adventus cum intellexiſſet Rex Edilfridus, ait: Ergo ſi adverſum nos ad Deum ſuum clamant, profecto & ipſi, quamvis arma non ferant, contra nos pugnant, qui adverſis nos imprecationibus perſequuntur. Itaque in hos primum arma verti jubet, & ſic cæteras nefandæ militiæ copias non ſine magno exercitus ſui damno delevit. Extinctos in ea pugna ferunt de his, qui ad adorandum venerunt, viros circiter mille ducentos, & ſolum quinquaginta fuga eſſe lapſos. Brocmalius ad primum hoſtium adventum cum ſuis terga vertens, eos quos defendere debuerat, inermes ac nudos ferientibus gladiis reliquit. Sicque completum eſt præſagium ſancti Pontificis Auguſtini, quamvis ipſo jam multo ante tempore ad cæleſtia regna ſublato: ut etiam temporalis interitus ultionem ſentirent perfidi, quod oblata ſibi perpetuæ ſalutis conſilia ſpreverant.* Hactenus de his Beda: quibus plane cum videris Britannorum Epiſcoporum, eorumdemque ſchiſmaticorum animum refractarium ab unitate Catholicæ Eccleſiæ penitus reſilientem: ſatis aſſequi potes, lector, cauſam, cur eorum patriam, ipſam Britanniam inſulam Deus tradiderit barbaris dominandam: ut acciderit eis ſecundum illud Evangelicum (*a*): *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum ejus.* Ita plane judicia Domini juſtificata in ſemetipſa, ut qui refugit ſinum matris, incidat in extraneos, eoſdemque hoſtes, vindices ſceleris a Deo immiſſos; quod & in reliquas gentes ab Apoſtolica recedentes Eccleſia fieri conſuetum, plurima docent exempla. Quid vero præterea hoc anno ab ipſo Auguſtino ante obitum geſtum ſit de ſubrogatione & creatione novorum Pontificum, pergit Beda referre.

(*a*) *Matt. 21.*

LXI.

Hoc eodem namque anno in Anglia idem Auguſtinus ob propagationem Chriſtianæ religionis creavit duos Epiſcopos, Mellitum, atque Juſtum. Porro rem geſtam ita Beda enarrat (*b*): *Anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo quarto Auguſtinus Britanniarum Archiepiſcopus ordinavit duos Epiſcopos, Mellitum videlicet, & Ju-*

(*b*) *Bedæ hiſt. Angl. l. 2. c. 3.*

PAGIUS Spelmannum editi, in quo *Dinothus* Abbas Banchorenſis fertur dixiſſe, ſe neſcire, quis eſſet ille Papa, quem Patrem Patrum vocabant, cui *Auguſtinus* a Britannis Epiſcopis obedientiam præſtari volebat. Quamvis autem hoc Manuſcriptum ſuppoſitionis a quibuſdam argui fateatur, adducit tamen auctoritatem Spelmanni, *qui*, inquit, *illud refert Britannice, Anglice, & Latine, ac indicat, unde illud habuit: accurate illud tranſcripſit, additque ſibi viſum fuiſſe antiquum manuſcriptum, & deſcriptum ex antiquiori ſine anno aut nomine Auctoris, & adhuc aſſervari in Bibliotheca Cottoniana. Hæc omnia ſunt ſigna candoris, & fidelitatis, nec quicquam ulterius exigi poteſt. Spelmannus enim erat vir acrioris judicii, & ſagacitatis, quam ut ipſi facile imponi poſſet nupera inventione aut noviter ſcripta ſchedula.*

IX. *Refelluntur.*

Ex hujus Auctoris verbis facile colligitur, illum, etſi præcipuum cauſæ ſuæ fundamentum in auctoritate Bedæ conſtituat, non tamen negare auctoritatem manuſcripti a Spelmanno editi, quod tanquam recens confictum reiiciendum videtur, ut oſtendit Schelſtratius in Diſſertatione *de Auctoritate Patriarchali & Metropolica* adverſus ea, quæ Scriptor iſte literis mandavit. Neque enim veriſimile eſt, *Dinotum* Abbatem Banchorenſem illa dixiſſe de Romani Pontificis poteſtate, quæ eum dixiſſe Manuſcriptum illud perhibet. Nam nova res non erat auctoritas Pontificia in Britanniæ Inſulis, neque recens aliquod inventum Patriarchalis Romani Pontificis in Eccleſias Britannicas auctoritas, ut antiqua Anglicanæ Eccleſiæ monumenta pervolventibus manifeſtiſſimum fit. Quoad illud, quod Spelmannus produxit, non adeo antiquum videtur, ut poſt Schiſma exarari non po-

Novi Epi. creati & novæ Eccleſiæ erectæ.

*& Juſtum: Mellitum quidem ad prædicandum provinciæ Orientalium Saxonum, qui Thameſi fluvio dirimuntur a Cantio, & ipſi Orientali mari contigui, quorum metropolis Londonia civitas eſt ſuper ripam præfati fluminis poſita, & ipſa multorum emporium populorum terra marique venientium. In qua videlicet gente tunc temporis Saberethus nepos Edilberti ex ſorore Ricula regnavit, quamvis ſub poteſtate poſitus ejuſdem Edilberthi, qui omnibus (ut ſupra dictum eſt) uſque ad terminum Humbri fluminis Anglorum gentibus imperabat. Ubi vero & hæc provincia verbum veritatis prædicante Mellito, accepit; fecit Rex Edilberthus in civitate Londonia eccleſiam ſancti Pauli Apoſtoli, in qua locum ſedis Epiſcopalis & ipſe & ſucceſſores ejus haberent. Juſtum vero in ipſo Cantio Auguſtinus ordinavit Epiſcopum in civitate Doroverni, quam gens Anglorum a primario quondam illius, qui dicebatur Rotſcheſter cognominant. Diſtat autem a Doroverni millibus paſſuum ferme vigintiquatuor ad Occidentem: in qua Rex Edilberthus eccleſiam beati Andreæ Apoſtoli fecit. Qui etiam Epiſcopis utriuſque hujus Eccleſiæ dona multa, ſicut & Dorovernienſis, obtulit; ſed & territoria ac poſſeſſiones in uſum eorum qui erant cum Epiſcopis adiecit.*

LXII. S. Auguſtini Epiſ. obitus & ſepultura.

*Defunctus eſt autem Deo dilectus pater Auguſtinus, & poſitum corpus ejus foras juxta eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, cujus ſupra meminimus, quod ea necdum fuerat perfecta, nec dedicata: mox vero ut dedicata eſt intro illatum, in porticu illius Aquilonari decenter ſepultum eſt: in qua etiam ſequentium Archiepiſcoporum omnium ſunt corpora tumulata, præter duorum tantummodo, id eſt, Theodori & Berthualdi, quorum corpora in ipſa eccleſia poſita ſunt, eo quod prædicta porticus plura capere nequivit. Habet hæc in medio ſui pene altare in honorem beati Gregorii Papæ dedicatum, in quo per omne ſabbatum a presbytero loci illius Agendæ eorum ſolemniter celebrantur. Scriptum vero eſt in tumba eiuſdem Auguſtini epitaphium hujuſmodi.*

HIC REQVIESCIT DOMINVS AVGVSTINVS DOROVERNIENSIS ARCHIEPISCOPVS PRIMVS. QVI OLIM HVC A BEATO GREGORIO ROMANÆ VRBIS PONTIFICE DIRECTVS, ET A DEO OPERATIONE MIRACVLORVM SVFFVLTVS, ET EDILBERTVM REGEM AC GENTEM ILLIVS AB IDOLORVM CVLTV AD FIDEM CHRISTI PERDVXIT, ET COMPLETIS IN PACE DIEBVS OFFICII SVI DEFVNCTVS EST SEPTIMO KALENDAS JVNIAS EODEM REGE REGNANTE.

Pergit vero Beda (*a*):

(*a*) *Beda l. 2. c. 4.*

LXIII. De Laurentii ſucceſſoris Auguſtini Epiſcopatu.

*Succeſſit autem Auguſtino in Epiſcopatum Laurentius, quem ipſe idcirco adhuc vivens ordinaverat, ne ſe defuncto ſtatus Eccleſiæ tam rudis vel ad horam paſtore deſtitutus vacillare inciperet. In quo & exemplum ſequebatur primi paſtoris Eccleſiæ, hoc eſt, beatiſſimi Apoſtolorum principis Petri, qui fundata Romæ Eccleſia Chriſti, Clementem ſibi adjutorem evangelizandi ſimul & ſucceſſorem conſecraſſe perhibetur.* Verum id S. Gregorii Papæ nutu Auguſtinum feciſſe, certum eſt, cum ne id fieri poſſet, canones ante vetuiſſent. Quomodo autem per eumdem magna eſt facta ad Chriſtianam religionem atque ad Catholicam unitatem acceſſio non Anglorum tantum, ſed & aliorum, idem auctor ita narrat (*b*):

(*b*) *Beda de geſt. Angl. l. 2. c. 4.*

LXIV. Fidei propagatio per Laurentium.

*Laurentius Archiepiſcopatus gradu potitus, ſtrenuiſſime fundamenta Eccleſiæ, quæ nobiliter jacta vidit, augmentare, atque ad perfectum debiti culminis & cre-*

PAGIUS

potuerit: *quo autem tempore*, inquit Spelmannus Tomo I. Concil. Angliæ, *confectus fuit Codex ille, vel quo auctore, nec mihi in eodem conſtitit, nec alias certe explorare potui, ſed haberi cenſeo Codicem in Cottoniana Bibliotheca*, &c. nihil certi de hoc Codicis Auctore ſe habuiſſe ſignificat Spelmannus, ſed plurimum de eo ſe ſe dubitare, non obſcure innuit. Deinde cum fateatur, ſe neſcire, quandonam conſcriptus ſit Codex, in quo Monumentum illud habetur, facile colligitur, illum antiquum non eſſe: Quin imo ex idiomate ſatis ſuperque cognoſcitur, Monumentum recentiorem ætatem ſapere, & nequaquam ad tempora Auguſtini, ac Gregorii Magni referri poſſe. Ad Acta autem, quæ ex Beda lib. 2. cap. 2. ab illo Auctore adferuntur, jamdiu Viri docti reſponderunt, nullam quæſtionem de Primatu Romani Pontificis inter *Auguſtinum* & *Britannos* Epiſcopos fuiſſe, ſed ſolum de quibuſdam Eccleſiæ traditionibus, & de Metropolitana Auguſtini dignitate, ac Britones Epiſcopos ſolummodo contendiſſe, ſe *Auguſtino* tanquam Archiepiſcopo ſubjectos eſſe non debere. Ponamus tamen controverſiam etiam fuiſſe de Primatu Romani Pontificis, quis non videt Acta apud Bedam hujus Auctoris placita evertere? Teſtantur ea, *Britones* controverſiam inſtituiſſe de Traditionibus, quas univerſis, quæ per Orbem ſibi in Chriſto concordant, Eccleſiis præferebant: ut ſi quæſtio fuerit de Primatu Romani Pontificis, manifeſtum ſit, univerſas per Orbem Eccleſias Primatum Petri ſucceſſoris tunc agnoviſſe. Suppoſito itaque, quod *Britanni* inter cæteras Traditiones etiam illam de Primatu Romani Pontificis rejecerint, quid inde aliud ſequeretur, quam quod obſervavit Baronius, illos poſt Saxonum irruptionem a ritibus & religionis Catho-



*crebra voce ſanctæ exhortationis & continuis piæ operationis exemplis provehere curavit. Denique non ſolum novæ, quæ de Anglis erat collecta, Eccleſiæ curam gerebat, ſed & veterum Britanniæ incolarum, necnon & Scotorum, qui Hiberniam inſulam Britanniæ proximam incolunt, populis paſtoralem impendere ſolicitudinem curabat. Siquidem ubi Scotorum in præfata ipſorum patria, quomodo & Britonum in ipſa Britannia vitam ac profeſſionem minus Eccleſiaſticam in multis eſſe cognovit, maxime quod Paſchæ ſolemnitatem non ſuo tempore celebrarent, ſed (ut ſupra docuimus) a decima quarta Luna uſque ad vigeſimam Dominicæ reſurrectionis diem obſervandum eſſe putarent: ſcripſit cum coepiſcopis ſuis exhortatoriam ad eos epiſtolam, obſecrans eos & conteſtans unitatem pacis & Catholicæ obſervationis cum ea, quæ toto orbe diffuſa eſt Chriſti Eccleſia tenere.*

LXV. Schiſmatici a Deo puniti.

Eadem plane qua Britanni, pariter & Scoti erant ſchiſmatis fuligine tincti, ac diſceſſionis ab Eccleſia Romana rei: ob idque eadem qua Brittanni, & ipſi ſunt a Deo vindicta multati, ut feris barbaris traderentur, Anglis videlicet atque Saxonibus, ſecundum illud a Hieremia (*a*) prædictum Iſraeli: *Ecce ego adducam ſuper vos gentem de longinquo, gentem robuſtam. Et inferius: Quod ſi dixeritis: Quare fecit nobis Dominus Deus noſter hæc omnia? Dices ad eos: Sicut dereliquiſtis me, & ſerviſtis Deo alieno in terra veſtra, ſic ſervietis alienis in terra non veſtra*: utpote quæ poſſidebitur ab extraneis. Deos plane alienos colere omnes ſchiſmatici quodammodo convincuntur, eo quod unus Deus nonniſi in una recte colatur Eccleſia, a qua qui declinat, ad alienos deficere reperitur, juxta illud Samuelis (*b*): *quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare; & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere*. Sane ſi quis prudens tamquam ex alta ſpecula in univerſum terrarum orbem coniiciat oculos; plane conſpiciet, hac una potiſſimum ex cauſa traditos eſſe Chriſtianos populos barbaris in ſervitutem, quod ipſi prius receſſerint ab Eccleſia. Ita & Africanis contigit dari Vvandalis; ubi dura mente communicare cum totius orbis Catholica Eccleſia recuſarunt: ita Hiſpanis tradi Sarracenis, ut in hujus tomi fine dicetur: ita Orientalibus omnibus ulciſcente Deo, factum apparet, cum deſciſcentes ab Eccleſiæ Catholicæ communione dati ſunt barbaris opprimendi. Sed quid Laurentius Epiſcopus una cum ſuis ad eos ſcripſerit, ex ejus epiſtolæ parte, quam Beda recitat, videamus: ſic enim ſe habet:

(*a*) *Hier. 5.*

(*b*) *1. Reg. 15.*

*Dominis * cariſſimis fratribus Epiſcopis vel Abbatibus per univerſam Scotiam, Laurentius, Mellitus, & Juſtus Epiſcopi, ſervi ſervorum Dei.*

* Domnis

*Dum nos ſedes Apoſtolica more ſuo, ſicut in univerſo orbe terrarum, in his Occiduis partibus ad prædicandum gentibus Paganis dirigeret atque in hanc inſulam, quæ Britannia nuncupatur, contigit introiſſe, antequam cognoſceremus, credentes quod juxta morem univerſalis Eccleſiæ ingrederentur, in magna reverentia ſanctitatis tam Britones quam Scotos venerati ſumus: ſed cognoſcentes Britones, Scotos meliores putavimus; Socotos vero per Dagamum Epiſcopum in hanc quam ſuperius memoravimus inſulam & Columbanum Abbatem in Galliis venientem, nihil diſcrepare a Britonibus in eorum converſatione didicimus. Nam Dagamus Epiſcopus ad nos veniens, non ſolum cibum nobiſcum, ſed nec in eodem hoſpitio, in quo veſcebamur, ſumere voluit.* Hucuſque ex epiſtola recitat Beda, ad oſtendendum tam Britones quam Scotos ab Eccleſia Catholica fuiſſe ante diviſos. Sed & ſubdit: *Miſit idem Laurentius cum coepiſcopis ſuis etiam Britonum ſacerdotibus litteras ſuo gradu condignas, quibus eos in unitate Catholica confirmare ſategit. Sed quantum hoc agendo profecerit, adhuc præſentia tempora declarant.* Hactenus Beda de rebus in Anglia geſtis hoc tempore.

Quot autem quantoſve labores adeo paucos numero Roma miſſos Dei ſacerdotes oportuit ſubiiſſe, vix æſtimari poteſt: ubi non ſolum ad Anglorum gentem numeroſiſſimam ab idolorum cultu avito revocandam, & veræ religioni jungendam, fuit illis diu noctuque haud impigre laborandum; ſed etiam ad Britannos

PAGIUS

tholicæ dogmatibus defeciſſe, & tanquam Schiſmaticos a centro Communionis Eccleſiaſticæ ſeparatos fuiſſe. Deſinant itaque Proteſtantes Angliæ Britannorum, & Monachorum Banchorenſium reſponſa Catholicis obiicere. Sed hac de re plura Scheleſtratius. Legendus etiam Alfordus in Annal. Eccleſiæ Anglicanæ hoc anno num. II. & ſeqq.

X. Altera Synodus Cantuariæ habita.

Convocavit Auguſtinus aliud Concilium *Cantuariæ*, & *Ethelberto* Cantii Rege adſtipulante, *Petrum Monachum*, qui cum eo in Angliam venerat, Abbatem præpoſuit Monaſterio a ſe juxta Cantuariam fundato. Meminit hujus Concilii Thomas Sprottus, aitque celebratum fuiſſe *anno Dominicæ Incarnationis DCV. die quinto Idus Januarii*. In Monaſtico Anglicano pag. 23. & ſeq. refertur donatio fundi, in quo conſtructum eſt Monaſterium, ejuſque confirmatio; datum autem utrumque Scriptum in *Civitate Dorobernia anno ab Incarnatione Chriſti DCV. Indictione VI.* Verum error in Indictionem irrepſit, legendumque, *Indictione VIII.* quæ anno Dionyſiano DCV. quo Acta illa exarata, in curſu erat, menſe Januario. Alia quippe donatio Regis ibidem recitata, in qua *Petrus Abbas* eligitur, hanc exhibet ſubſcriptionem; *Actum*

nos & Scotos a ſchiſmate liberandos & Catholicæ Eccleſiæ jungendos laborioſiſſime inſudandum: eoque magis, quod ſi fieri potuiſſet ut ii Catholicæ redderentur Eccleſiæ, iiſdem ad converſionem reliquorum Anglorum, qui adhuc infideles remanſerant, uti poſſent. Erant plane regiones albæ ad meſſem, & cum multa meſſis appareret, operarii tamen perpauci reperiebantur. Sed inane eſt redditum hujuſcemodi conſilium, adverſantibus illis, & invidentibus (ut queritur Beda) Anglorum ſaluti, cum peregrini tantummodo illis Evangelium prædicarent ſacerdotes. Verum non defuit perpaucis iis divina virtus, quæ in arduis ſemper in ſumma rerum deſperatione ipſis præſto fuit, prout quæ ſuis inferius locis dicentur, facile demonſtrabunt.

LXVI. Sed jam Orientales res anni hujus hactenus intactas inviſamus. Eo erat ſtatu miſero Reſpublica conſtituta, ut in ea non vetus nobilitas, nec probata virtus ad magiſtratus adipiſcendos haberent acceſſum, ſed pecunia tantum eſſet cujuſque conciliatrix honoris ac dignitatis; & quod turpius atque ſordidius videri poterat, id minime ſecreto agi ſoleret, ſed inolita diu conſuetudine publice venales expoſiti magiſtatus fuerint, auctione propoſita. Vix credi hæc poſſent, niſi de his certam exploratamque fidem faceret epiſtola (*a*) ſancti Gregorii hoc anno ad Honoratum diaconum his verbis conſcripta, cujus alia occaſione ſuperius etiam meminimus.

Venales honores in Oriente.

(*a*) *Greg. l. 12. ep. 27. Ind. 7.*

LXVII. De emtione Exconſulatus.

*Filius meus domnus Venantius, nepos quondam Opilionis Patricii, ad beatum Petrum Apoſtolum venit, hoc a me ſummopere ptetiturus, ut cauſam ejus tuæ dilectioni commendare debuiſſem. Honores enim non habet, & chartas Exconſulatus petiit, pro quibus triginta auri libras tranſmiſit, ut ei debeant comparari.*

PAGIUS *ctum quadrageſimo quinto anno Regni noſtri ſub die V. Idus Januarii.* Quare Angli ab initio ſuæ converſionis Eram Chriſtianam ab Auguſtino, qui tribus illis Actis ſubſcripſit, acceperunt, eamque Cantii Reges in ſuis Diplomatis expreſſere; cum contra Francorum Reges ſtirpis Merovingicæ nunquam eam in Actis publicis adhibuerint. Reges Cantuariorum imitati ſunt poſtea alii Angliæ Reges, cum fidem Chriſtianam amplexi ſunt, ut infra videbimus. [1]

XI. *Era Chriſtiana cum fide in Anglia recepta.*

Reſpondebit forſan aliquis annum Incarnationis in laudata Diplomata infartum fuiſſe; cum id factum videamus in quamplurimis Regum Merovingicorum Chartis. At licet verum ſit, annum Incarnationis variis Regum Anglorum Diplomatis, & illis forſan, quæ mox produximus, additum fuiſſe, ſuperſunt tamen adhuc in Anglia, non quidem Autographa, ſed exemplaria ex illis alias deſcripta, quæ hujus rei indubitatam fidem faciunt. *Auguſtinus* itaque, ut Anglos facilius Chriſto lucraretur, ab eo quidem die, quo antea annum exordiebantur, ejus initium removendum non eſſe duxit, ſed in locum Eræ ab eis antea uſurpatæ, Eram Incarnationis ante quinquaginta annos & amplius a Dionyſio Exiguo Latinis propoſitam, ab eodem die auſpicari ſuaſit: Antiqui enim Anglorum populi, teſte Beda lib. de Temporum ratione cap. 13. *incipiebant annum ab octavo Kalendarum Januariarum die, ubi nunc Natale Domini celebramus; & ipſam noctem, nunc nobis ſacroſanctam, tunc gentili vocabulo* Modrenecht, *ideſt, matrum noctem appellabant*, niſi legendum ſit *matrem noctium*. Dionyſius Eram Incarnationis a die XXV. Martii & Annunciatione Beatæ Virginis inchoandam docuerat; verum quemadmodum aliqui, quando poſtea eam in uſum vocarunt, a Paſchate, a quo antea annum exordiebantur, ejus initium ducere voluere; ita Angli antiquorum Saxonum veſtigia ſecuti eandem a die XXV. menſis Decembris inchoandam cenſuere, eo magis quo dies ille Natali Chriſti, cujus fidem amplexi erant, jamdiu Sacer eſſet.

XII. *Ea apud antiquos Anglos a Natali Domini inchoata.*

Hinc licet ab aliquot ſæculis *Angli* Eram Incarnationis a die XXV. menſis Martii anni Juliani XLVI. uti Dionyſius inſtituerat, inchoent, certum tamen eorum Deceſſores a die Natali Chriſti anni Juliani XLV. eandem exorſos eſſe. Ab eo die Beda in Hiſtoria Gentis Anglorum, Anonymus, qui ejus Epitomen continuavit, & Auctor Chronologiæ Saxonicæ, qui initio undecimi ſæculi vixit, annum auſpicati ſunt. Licet enim ex citatis Hiſtoricis, quibus vetuſtiores non extant, hujus rei exempla in medium proferre non poſſimus; cum tamen conſtet, eos ante diem XXV. Martii annum incœpiſſe, inde ſequitur, non ab alio die, quam a Natali Chriſti anni Juliani XLV. eoſdem anni exordium deduxiſſe. Manifeſte id colligitur ex Charta Eduardi Confeſſoris in Monaſtico Anglicano Tomo I. pag. 61. recitata, quæ his verbis clauditur: *Acta apud VVeſtmonaſterium V. Kalendas Januarii die Sanctorum Innocentium anno Dominicæ Incarnationis MLXVI. Indictione III.* Et tamen annus is ſecundum Dionyſianos erat tantum MLXV. Atque hinc fluxit, ut his annorum characteriſmis Hiſtorias, & Chronica ſua Scriptores Anglici notaverint. Gervaſius Dorovernenſis, ſeu Cantuarienſis Monachus, qui vivebat anno MCC. poſtquam dixit in ſua Hiſtoria, quoſdam annos Domini ab Annunciatione, quoſdam a Nativitate, quoſdam a Circumciſione, quoſdam vero a Paſſione computare, ſubdit: *Prædeceſſores meos ſequi cupio, & annos ſubſcriptos a Natali Domini incipio.* Durabat adhuc mos ille in Anglia anno MCCLXII. nam in Tomo II. Monaſtici Anglicani pag. 457. extat Charta Roberti Dunelmenſis Epiſcopi, *data apud Dunelmum die Sabbati in craſtino Epi-*

NOTÆ [1] SI conjecturis indulgere in re dubia liceat, ſuſpicor Concilium hoc Cantuarienſe, ſiquidem habitum fuerit die V. Id. Januarii ad annum 606. pertinere. Eo enim anno dies illa menſis in Dominicam incidit qua die Concilia cogi pro conſueto more ſolebant. Hæc ſi admittantur illuſtri exemplo patebit Anglos ætate illa annum ſerius quam ab initio Januarii exorſos fuiſſe, ineunte enim anno 606. annus 605. nondum apud illos totus effluxerat. MANSI



*ri. In qua re volo ut dilectio tua ſe ſummopere impendat: quia talis vir eſt, cui etiam honor ſine pretio debeatur. Et quia eaſdem chartas emere paratus eſt, ut dixi non valde neceſſe eſt ut ex me aliquid ſereniſſimis Principibus dicatur, ſed magis ex ſe agat dilectio tua, quatenus oblatis in ſaccella conſuetudinibus honores mereatur accipere. Si quid tamen potueris mitius agere, maximam de eo mercedem habebis. Sed ita fac ut labor ejus, quo hic ad nos fatigatus eſt, vacuus non ſit. Si vero in eadem cauſa difficile aliquid eſſe perſpexeris: etiam quia per me hoc poſtulet, indicare debes, & cujus bonitatis, cujus modeſtiæ ſit atque ſapientiæ, ſereniſſimis dominis intimare.* Hæc Gregorius, qui dum id tribuit conſuetudini, nihil eſt quod Phocæ tyrannidi ſolummodo imputetur.

LXVIII. Quod vero ad res ipſius Phocæ Imperatoris pertinet, hoc ipſo anno (*a*) Coſrhoes Rex Perſarum, pace jam fracta, collectum copioſum exercitum in Romani Imperii provincias immiſit: ipſum namque & Narſes poſt necem Mauritii rebellans, Edeſſamque obtinens, adverſus novum Imperatorem concitavit. Cum Phocas creat Magiſtrum militum Domentiolum ſive Domitium, mittitque adverſus Narſetem Germanum Prætorem; pactiſque cum Abarum Rege induciis, totum militiæ robur in Orientem perduxit; occiſo vero Germano, Leontium contra eumdem Narſetem impellit. Sed male pugnatum cum eſſet a Romanis, obtinente Coſrhoe victoriam, in Leontium ira Phocæ Imperatoris converſa eſt, quem vinctum cum ignominia duci juſſit. Hunc finem res anni hujus ſunt conſecutæ.

(*a*) *Miſcel. l. 17. an. 2. Phocæ.*

Res Bellicæ in Oriente.



PAGIUS *piphaniæ Domini, anno ab Incarnatione Domini MCCLXII. Pontificatus noſtri anno XI.* Quod ſi tunc Angli annos Eræ Chriſtianæ a die XXV. Martii, ut poſtea ab eis præſtitum, numeraſſent, fuiſſet is Incarnationis annus MCCLXI. ut illæ temporariæ notæ demonſtrant. His ſcriptis ad manus meas venit Diſſertatio de *Cyclo Paſchali Ravennate annorum XCV.* a Cardinali Noriſio in lucem emiſſa, in qua exiſtimat, *Bedam* in Hiſtoria Anglorum Epocha annorum ab Incarnatione Dominica paſſim uti, eoſque non a Natali Domini anni Juliani XLV. ſed a Chriſti Conceptione, quæ contigerit die XXV. Martii *Bedam* dinumerare. Verum ex iis, quæ paſſim in hoc Opere ex Beda proferemus, eum Incarnationis Epocham ante diem XXV. menſis Martii anni Juliani XLVI. inchoare, certum fiet; quo poſito nullum dubium remanet, quin *Beda* Eræ vulgaris ſeu Epochæ Incarnationis initium a Natali Chriſti anni Juliani XLV. repetat.

XIII. *S. Petrus primus Abbas Monaſterii Cantuarienſis.*

Porro *Petrus* S. Auguſtini adjutor primuſque ab eo conſtitutus Abbas Monaſterii SS. Petri & Pauli, quod deinde S. Auguſtini eſt appellatum, inter primos Anglorum Apoſtolos, jure connumerari poteſt. De eo legendi Beda lib. 1. cap. 33. & Bollandus ad diem VI. menſis Januarii, quo ejus Natale conſignatur in Martyrologio Anglicano. Monaſterium illud maximis quondam opibus ab *Æthelberto* Rege locupletatum, ſitum erat in ſuburbio Cantuariæ, duravitque uſque ad Henricum VIII. Anglorum Regem, qui inde Monachos expulit. Nunc ejus maxima pars ruinis involuta, reliqua in ædem Regiam converſa.

XIV. *S. Auguſtinus Londini nunquam ſedit.*

*Anno Dominicæ Incarnationis DCIV. Auguſtinus Brittaniarum Archiepiſcopus ordinavit duos Epiſcopos, Mellitum videlicet & Juſtum; Mellitum quidem ad prædicandum Provinciæ Orientalium Saxonum, quorum Metropolis Lundoniæ Civitas eſt; Juſtum vero in ipſa Cantia Auguſtinus ordinavit Epiſcopum in Civitate Doroverni*, inquit Beda lib. 2. cap. 3. Ordinatus fuerat S. Auguſtinus a Metropolita Galliæ *Epiſcopus Britanniæ*. Gregorius enim duas Metropoles in Britannia eſſe voluerat, Londinenſem ſc. & Eboracenſem, ut videre eſt apud Bedam lib. 1. cap. 29. juſſeratque Auguſtino, ut Sedem ſuam Londini collocaret. Sed is non eam Londini, ut ſanxerat Gregorius, ſed Cantuariæ, quæ Regia Civitas erat, fixit, quod ibi extructam a Chriſtianis, *Romanorum antiquorum*, aut potius Britannorum reliquiis Eccleſiam S. Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti inveniſſet, ut habet Beda lib. 1. cap. 33. Hinc perperam Joannes Marhamus in Propilæo ad Monaſticum Anglicanum ſcribit, Auguſtinum Londinenſem Metropolitam fuiſſe; quod ante eum Sigebertus in Chronico, hoc anno inſinuarat, dicens: *Per Auguſtinum Archiepiſcopum tranſlata eſt dignitas Archiepiſcopatus, quæ prius Londini erat ad Cantuarienſem Eccleſiam*. Etenim in priori donatione ex Monaſtico Anglicano mox recitata legitur: *Ego Auguſtinus gratia Dei Archiepiſcopus teſtis conſentiens libenter ſubſcripſi.* In ſecunda: *Ego Auguſtinus gratia Dei Archiepiſcopus libenter ſubſcripſi.* In tertia denique: *Confirmata eſt hæc donatio præſentibus teſtibus Reverentiſſimo patre Auguſtino Dorovernenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo primo, Mellito quoque & Juſto Londoniæ & Roſenſis Eccleſiæ Præſulibus*, &c. Denique Willelmus Malmeſburienſis lib. 2. Londinenſium Præſulum Catalogum texens *Mellitum* primum eorum fuiſſe dicit. Quare Sedem quidem Londonenſem D. Gregorius deſignarat, Auguſtino, ſed hic cum ejus approbatione Cantuariam elegit, neque unquam Londini ſedit. Porro *Juſtus* ordinatus eſt Epiſcopus Doroverni ſeu Roffenſis, vulgo *Rocheſter*, quæ Urbs in Itinerario Antonini dicitur *Durobrivim*, de qua legendus Cambdenus in Cantio.

XV. *Saberetus Orient. Saxonum Rex baptizatur.*

Auguſtinus itaque ordinavit *Mellitum*, inquit Beda laudatus, *ad prædicandum Provinciæ Orientalium Saxonum, qui Tameſi Fluvio dirimuntur a Cantia, & ipſi Orientali mari contigui, quorum Metropolis Lundoniæ Civitas eſt, ſuper ripam præfati fluminis poſita, & ipſa multorum emporium populorum terra marique venientium; in qua videlicet gente tunc temporis Saberethus nepos Edelbercti ex ſorore Ritula regnabat, quamvis ſub poteſtate poſitus ejuſdem Edelbercti, qui omnibus (ut ſupra dictum eſt) uſque ad terminum Humbræ fluminis, Anglorum gentibus imperabat*. Sebertus, Sigebertus, & Seberetus etiam dictus, regebat Regionem illam, quæ hodie a ſitu Inſulæ *Eſſexia* & *Media* appellatur; Petiit in eam mitti Chriſtianæ Doctrinæ Præcones, qui illam fidei rudimenta docerent, & hoc anno, ut habet etiam Chronographus Saxo, primum Sacramentum ſuſcepit, & quidem *Ethelberti* Regis cura. *Cantia* ergo & *Saxonia* Orientalis fuere duo priora heptarchiæ Re-

LXIX. Quomodo autem tanta accepta clade Domitius incolumis evaſerit precibus viri ſanctiſſimi Theodori Siceotæ, de quo ſæpe ſuperius; Eleuſium, qui aderat, iſta narrantem audi; ait enim, dum miracula ab eo edita referre pergit, his verbis (*a*): *Paucis poſt diebus interfectus eſt Mauritius Imperator, & Imperio potitus eſt Phocas. Qui cum in Orientem miſiſſet Domitium conſobrinum* (nepotem alii hunc dicunt) *ut exercitum duceret adverſus Perſas, qui regiones noſtras vaſtabant & prædabantur: is autem Domitius de hoſtium impetu, qui in Cappadociam uſque pervenerant, deque Sergii Patricii Imperatoris propinqui interitu intellexiſſet, magno in mœrore & metu verſabatur, nec iter ſuſceptum audebat perficere. Audita igitur ſervi Dei fama, ad eum ſe in monaſterium contulit, ſeque ad ejus pedes abiiciens, ſupplex rogabat, ut pro ſe Deum precaretur, ut ſcire poſſet quid ſibi agendum eſſet, in dubio enim ſe propter hoſtium incurſum verſari. Reſpondens illi Dei ſervus: Abi, inquit, fili in nomine Dei, & ſuſceptum iter perfice: incolumis enim ad exercitum pervenies. Verum cum in acie ſtabis adverſus Perſas, & prœlium inibis, in magno diſcrimine verſaberis. Sed commenda te Deo, & ſancto ejus martyri Georgio, ut te a periculo integrum conſervet. Cum igitur te periculum premet, memor eris bujuſce precationis, & Deus te a periculo eripiet. Hæc & alia multa tempori congruentia locutus, benedixit ei, atque abire permiſit.*

(*a*) *Apud Sur. t. 2. die 22. Apr.*

Domitius ad S. Theodorum divertit.

*Pervenit igitur incolumis ad exercitum, ut vir ſanctus prædixerat. Cumque inito cum Perſis certamine inſidiis peteretur, magnoque eſſet in diſcrimine cum univerſo exercitu, meminit verborum ſancti viri, cujus precibus Deo fuerat commendatus; & pedes in cannetum ingreſſus delituit, atque ita periculo ſe ſubduxit: collectoque exercitu, in Romanorum loca ſe contulit, & ad Imperatorem pervenit. Quo quidem in itinere virum ſanctum inviſit, & magna cum fide ad pedes ejus proſtratus gratias egit Deo, qui ſe precibus ipſius a tanto periculo eripuiſſet; & confeſſus eſt omnia, quæ beatus vir prædixerat, contigiſſe. Solemni igitur Dominico die celebrato, & ſuſcepta viri ſancti benedictione, ad regiam urbem profectus eſt, & ex eo tempore magna in-* LXX.

Domitius incolumis redit Conſtantinopolim.

ve-

PAGIUS Regna, quæ Chriſti fidem amplexa ſunt.

XVI. Beda Melliti & Juſti ordinationibus memoratis recitat obitum S. Auguſtini, quem dicit contigiſſe die XXVI. menſis Maji, ejuſque Epitaphium, in quo appellatur *Dorovernenſis Archiepiſcopus primus*; cumque annum ejus emortualem non exprimat, hinc Baronius præſentem elegit. Verum ex dictis liquet, illum menſe Januario anni DCV. adhuc in vivis fuiſſe. Imo initio anni Chriſti DCVII. adhuc vixiſſe conſtat. Nam in Monaſtici Anglicani Tom. I. pag. 90. narratur fundatio Cœnobii Ælienſis in agro Cantabrigenſi, & in Hiſtoria MS. Elienſis Eccleſiæ in Bibliotheca Cottoniana adſervata, iſta ſcribuntur: *In primitiva Eccleſia naſcentis fidei & Chriſtianitatis, B. Auguſtinus Eccleſiam ibi fabricavit in honore ſemper Virginis Mariæ, anno ab Incarnatione Domini DCVII. adventus ſui in Angliam anno XI. cujus operis Rex Ethelberthus fundator extitit.* Hinc Papebrocius ad diem XXVI. Maii, quo S. Auguſtinus colitur, & Henſchenius ad diem ſecundam Februarii in Commentario prævio ad Vitam S. Laurentii immediati ſucceſſoris D. Auguſtini, hujus mortem illigant anno Chriſti DCVIII. quod Wigornienſis aſſerat, eum demortuum VII. Kalend. Junii, *fera tertia*; quia, inquiunt, eo anno duplici littera Dominicali GF. inſignito feria tertia in diem XXVI. Maii incidit. Verum feria tertia denotat tantum annum DCIV. vel annum DCX. Nam anno DCVIII. dies XXVI. menſis Maji cadit in feriam primam, ut Methodus Cyclica demonſtrat. Anno autem DCX. Auguſtinus jam mortalitatem expleverat, ut infra videbimus. Quamobrem ille characteriſmus flocci faciendus.

*Inquiritur in annum emortualem S. Auguſtini.*

XVII. Mortuum *Auguſtinum* eſſe anno ſexcenteſimo ſeptimo erui videtur e ſchemate ſeu figura ſummi altaris Eccleſiæ Cœnobiticæ S. Auguſtini Cantuarienſis, quæ extat Tom. I. Monaſtici Anglicani pag. 24. Exhibentur ibi Reliquiarum ſcrinia, in eo altari, aut circum, poſita, & Inſcriptiones in veteri ejus MS. inſertæ. In medio legitur:

*Mortuus Auguſtinus anno DCVII.*

ANNO DOMINI MCCXL. VIII. KAL. OCTOBR.

*Antiqua Eccleſia præſentis Monaſterii dedicata fuit a S. Laurentio Archiepiſcopo, anno Domini DCXIII. anno XVI. ab adventu Sancti Auguſtini in Angliam: quo anno tranſlatum fuit corpus Sancti Auguſtini a loco quo prius jacuit per VII. annos foras juxta Eccleſiam nondum perfectam in eandem Eccleſiam jam confectam, ac reverenter in porticu aquilonali, ubi modo eſt Eccleſia Sanctæ Mariæ tumulatum fuit, ubi jacuit per CDLXXVIII. annos uſque ad annum Domini MXCI. &c.* Quæ legi poſſunt in eodem Monaſtico Anglicano. Tam Auctor Hiſtoriæ Eccleſiæ Elienſis citatus, quam qui hanc Inſcriptionem poſuit, adventum S. Auguſtini in Angliam ab anno Chriſti DXCVII. deducunt, ut paſſim etiam Beda, & alii Scriptores Anglici. Si itaque S. Auguſtinus anno DCXIII. jam per ſeptem annos in ſepulcro jacuerat, in eo anno DCVII. fuerat tumulatus. Anno MCCXL. VIII. Kal. Octob. Sanctuarium S. Auguſtini altaribus tribus dedicatis ornatum fuit, & Sanctorum corpora per circuitum apte diſpoſita, ut videre eſt in præclaro illo Monumento, in quo leguntur nomina undecim Archiepiſcoporum Cantuarienſium, videlicet *SS. Auguſtini, Laurentii, Melliti, Juſti, Honorii, Deuſdedit, Theodori, Britvvaldi, Tatvvini, Nothelmi, & Lamberti*. Præterea *S. Mildredæ Virginis*, & *S. Adriani Abbatis*. Ad hæc viſitur Mauſoleum cum hac Inſcriptione: *Sanctus Ethelbertus*: & duo cernuntur oratiola, quorum uni adſcriptum: *Sanctus Letard*, qui Silvanectenſis Epiſcopus fuit. Quo ex Schemate Henſchenius ad diem XXIV. Februarii

in



*veneratione habuit beatum Theodorum, & ſanctam ejus manſionem; & ſemper cum ab Oriente ad regiam urbem iter faceret, ad ſanctum virum divertebat, multaque munera ejus manſioni & ſancti Georgii templo & oratoriis relinquebat.* Hucuſque de his Eleuſius. Quæ autem hæc ſecuta ſint, dicentur anno ſequenti.



PAGIUS in Commentario prævio ad Vitam S. Letardi, hujus Sancti & dictorum Archiepiſcoporum antiquæ venerationis certa veſtigia eruit. Poſtquam hæc ſcripſeram, vidi Mabillonium iiſdem fundamentis innixum mortem D. Auguſtini conſignaſſe anno DCVII. ut legere eſt in Sæculo primo Benedictino, ubi Vitam ejus a Gotſelino ſcriptam refert. Fatendum tamen hanc epocham ſat certam non eſſe, ſoliſque conjecturis inniti.

I. SExcenteſimus quintus adeſt annus octavæ Indictionis, algore & ſterilitate, ex qua dira fames eſt orta lugubris: de quibus iſta Paulus diaconus (a): *Fuit*, inquit, *hiems frigida nimis, & emortuæ ſunt vites pene in omnibus locis, meſſeſque percuſſæ uredine paſſim evanuere. Debuit etenim mundus famem ſitimque pati, quando decedente tanto doctore, animas hominum ſpiritalis alimoniæ penuria, ſitiſque ariditas invaſit.* Hæc Paulus diaconus hoc anno octavæ Indictionis, licet penuriam alii ad ſuperiorem referant annum: ſed prima iſta eſt hiems poſt Gregorii obitum, quem anno ſuperiori, vere inchoante, defunctum conſtat, eademque octavæ hujus fuit Indictionis. Subdit idem auctor (b): *Sequenti menſe Julii Adaluvaldus * Agilulphi filius creatus eſt Longobardorum Rex apud Mediolanum in Circo in præſentia patris ſui Agilulphi Regis, aſtantibus legatis Theodoberti, & pax firmata eſt perpetua cum Francis.* Hæc ipſe, qui & de obitu Severi Patriarchæ iſta ſubjungit (c):

(a) Paul. diac. l. 4. c. 9. vet. edi.
Fames ingens.
(b) Paul. diac. l. 4. c. 10. vet. ed.
* Adulovaldus. Adaluvaldus Rex Longobard. creatus.
(c) Paul. diac. eod. c. & in nov. edit. 34.

II. *His diebus defuncto Severo Patriarcha, ordinatus eſt loco ejus Joannes Abbas Patriarcha in Aquileja vetere cum conſenſu Regis Agilulphi. In Gradu quoque ordinatus eſt Patriarcha Epiphanius, qui fuerat Primicerius Notariorum, ab Epiſcopis qui erant ſub Romanis: & ex illo tempore cœperunt duo eſſe Patriarchæ.* Nempe Aquilejenſis, atque Grandenſis: immo & eadem ex cauſa incolatus Aquilejenſis Forum Julii etiam eodem eſt nomine nobilitatum; adeo ut idem Aquilejæ Patriarcha, dictus quoque inveniatur Patriarcha Forojulienſis: ita apud Uvalfridum Strabonem (d) & apud Marianum Scotum appellatum invenias.

De Aquilejenſi & Gradenſi Patriarchis.
(d) Valfr. Strab. de reb. Eccl. c. 25.

III. Quod autem ad hiſtoriam de duobus Patriarchis, Aquilejenſi altero, altero vero Gradenſi ſimul creatis pertinet: qui rem geſtam minime ſunt accuratius proſecuti, divinantes dixere, alterum, nempe Aquilejenſem ab Agilulpho electum, Gradenſem vero a Gradenſi populo, remque delatam ad Romanum Pontificem, ab eoque Joanne rejecto, probatum eſſe Candidianum. Sed hæc ipſi (ut diximus) divinando. Porro veritas geſtæ rei ex Mantuano Concilio proditur, quod celebratum eſt ſub Eugenio Papa anno quarto Pontificatus ipſius, extat in noſtra bibliotheca in vetuſto codice, quo & Pauli diaconi hiſtoria ſcripta habetur: ad finem enim ipſius poſita ſunt Acta Concilii, in quo agitata eſt ejuſmodi controverſia inter Aquilejenſem & Gradenſem Epiſcopos. Rex igitur minime acta eſt inter Catholicos & Catholicos (ut iſti putant) neque inter hæreticos & hæreticos, ſchiſmaticos & ſchiſmaticos, ſed inter ſchiſmaticos & Catholicos, favente electioni ſchiſmatici Aquilejenſis Epiſcopi Agilulpho Rege Longobardorum, Gradenſis vero promotioni Italiæ Exarcho. Exarchus enim tum ob quietum pacificumque Eccleſiæ ſtatum comprimere ſtuduit Aquilejenſem Epiſcopum ſchiſmaticorum validiſſimum propugnatorem, tum etiam ob Reipublicæ commoda ægre patiebatur Iſtriæ Epiſcopos ſchiſmate eſſe diviſos, quos minis & pœnis Eccleſiæ Catholicæ cogebat eſſe conjunctos.

Exarchi ſtudia adverſis ſchiſmaticos.

Ut igitur contra ſchiſmaticum Epiſcopum Aquilejenſem eligeretur qui Romanæ communicaret Eccleſiæ, laboravit Exarchus, compulitque Iſtriæ provinciæ Epiſcopos non ſequi Aquilejenſem, ſed Gradenſem, quem elegiſſent: atque ita duo diverſi, inter ſeque contrarii electi ſunt

PAGIUS
SÆC. VII
Olymp. 346. Anno Eræ Hiſp. DCXLIII. A.C. 605.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6098.

☉ 26. C. ☽ 17. P. 11. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 605.

SABINIANI PAPÆ 2.

PHOCÆ IMP. 4.

I. Poſt conſulatus.

HIC annus iſta formula notatus: *III. poſt Conſulatum Phocæ Auguſti primum.* Ita Auctor Chronici Alexandrini; ex quo manifeſtum fit Phocam anno ſuperiori Conſulem proceſſiſſe, non vero anno DCIII. ut in eodem Chronico errore amanuenſium legitur. [1]

II. Adaloaldus fit conſors Regni Longobardici.

Ad num. I. Paulus lib. 4. de Geſtis Langobard. cap. 31. poſtquam ſuperiori capite mortem Sancti Gregorii Papæ, & famem quæ propter hyemis frigiditatem contigit, narravit, inquit: *Sequenti æſtate* (præcedentis ſcilicet anni) *menſe Julio levatus Adaloaldus Rex ſuper Langobardos, & deſponſata eſt eidem Regio puero filia Regis Theudeberti, & firmata eſt pax perpetua cum Francis.* De illis ſponſalibus non loquitur Baronius; ſed Hadrianus Valeſius lib. 16. Rerum Franc. & Cointius in Annal. Franc. ſcribunt, ea hoc vel ſuperiori anno peracta eſſe. Extat quidem diploma Tomo 2. Bullarii Caſinenſis ab Adaloaldo Rege ad Bertulfum Abbatem

NOTÆ [1] AUthorem Chronici Alexandrini nunquam a recta via aberraſſe ſupra ad A. 603. 1. demonſtravi. MANSI





ſunt Patriarchæ; pro Romanis, Catolicis ſcilicet, Candidianus Gradenſis Epiſcopus; & pro ſchiſmaticis Joannes Aquilejenſis, cui favebat (ut audiſti a Paulo diacono) Agilulphus, Exarchus autem Gradenſi patrocinabatur. Sicque res tranſacta eſt, quouſque Aquilejenſes perſeverarunt in ſchiſmate: redditis vero ipſis Eccleſiæ Catholicæ, æque ſublatum eſt ſchiſma, ſuiſque juribus integrata a Mantuano Concilio atque Romano Pontifice Eccleſia Aquilejenſis.

Hiſtoria de Aquilejenſi & Graden. Epiſcopis.

IV. Sed præſtat ejuſdem Concilii jam hic recitare partem Actorum, quæ ad ejuſmodi hiſtoriam elucidandam ſpectare noſcuntur. Sic enim ſe habent, dum cauſa ponitur migrationis Aquilejenſis Epiſcopi Gradum, ex ſcriptis allatis pro Aquilejenſibus ſchiſmaticis, verbis iſtis: *Relatum ergo a nonnullis eſt in eadem Synodo*, Mantuana videlicet, *quod eo tempore quo Longobardi Italiam invaſerunt, Romanam Eccleſiam vir ſanctiſſimus Benedictus Papa regebat; Aquilejenſi quoque civitati, ejuſque populo Paulus Patriarcha præerat. Qui Longobardorum barbariem & immanitatem metuens, ex civitate Aquilejenſi & de propria ſede ad Gradus inſulam confugiens, plebem ſuam, omnemque theſaurum, & ſedem ſanctiſſimam Marci & Hermagoræ ſecum ad eamdem inſulam detulit, idcirco non ut ſedem aut primatum Eccleſiæ ſuæ ſuæque provinciæ conſtitueret inibi, ſed ut barbarorum rabiem poſſet evadere. Qui duodecim annis ſacerdotium gerens, ab hac luce ſubtractus eſt, regendamque Eccleſiam Probino reliquit. Iſto quoque defuncto, præfatæ Eccleſiæ Aquilejenſi ſacerdos Elias præficitur. Et hoc quoque mortuo, Severus huic ſuccedens, regendam ſuſcepit Eccleſiam. Defuncto itaque Severo, ordinatur loco ejus Joannes Patriarcha in Aquileja eo tempore quo Agilulphus Rex Longobardorum regnabat: in Gradu quoque ordinatus eſt hæreticus Candidianus.*

V. Hic attende, lector, quod dum Candidianus hæreticus appellatur, quem Romanum, nempe communicantem Romanæ Eccleſiæ Paulus diaconus nominavit: aperte cognoſcere potes, ejus adverſarios fuiſſe ſchiſmaticos, qui (ut ſæpe ſuperius dictum eſt) hæreticos appellare conſueverunt damnantes Tria illa capitula; qui re vera conſentientes Quintæ Synodo, Catholici erant; reliqui vero qui his adverſarentur, ſchiſmatici: ex quorum ſcriptis hæc quæ recitata ſunt, illata fuere in dicta Acta Synodi Mantuanæ, ſicut & reliqua, quæ ſequuntur his verbis: *Hic enim Candidianus non per conſenſum comprovincialium Epiſcoporum, nec in civitate Aquileja, ſed in diœceſim & plebem Aquilejenſem Gradus, quæ eſt per parva inſula, contra canonum ſtatuta & ſanctorum Patrum decreta ordinatus eſt. Inter alia probat hoc hujus Aquilejenſis Eccleſiæ Joannis Antiſtitis epiſtola ad Agilulphum Regem directa, cujus textus inter cætera ad locum talis eſt:*

VI. *Qualis autem unitas dicitur facta, ubi ſpatha, ubi clauſtra carcerum, ubi flagella fuſtium, ubi longa exilia crudeliumque pœnarum diſcrimina parabantur? Et miſeri ſuffraganei Eccleſiæ noſtræ ſcilicet Epiſcopi Iſtriæ cum ſumma vi, & neceſſitate a Gradenſi caſtro Ravennam compulſione diſtrictiſſima ducebantur Græcorum.* Exarchi potentia ſcilicet a Græco Imperatore in Italiam miſſi, cujus imperio ad Candidianum ordinandum (ut dictum eſt) vocati fuerant Iſtriæ Epiſcopi. Sed pergit: *Necnon etiam ibi loquendi licentia negabatur, atque Candidianus inutilis, qui ob ſui ſceleris immanitatem præfatæ ſanctæ recordationis a domino Severo deceſſore noſtro ſub anathematis interpoſitione obligatus eſt, ne ad potiorem gradum umquam accederet: quam a ſe eique corde faventibus in prædicto Gradenſi caſtro adulterium matri Eccleſiæ improbe ingerens, ordinatur Epiſcopus. Et Petrus, Providentius, ſeu Agnellus Epiſcopi Iſtriæ, qui adhuc fidem ſanctam tenebant, & Candidiano necdum conſentiebat, de Eccleſiis ſuis a militibus tracti, & cum gravi injuria & contumeliis ad eum venire compulſi ſunt. Si enim ei recte conſentientes eſſent, voluntarie illi conſentire debuerant, non autem per vim. Et poſt pauca: Sic laborate & agite, quatenus & fides Catholica veſtris augeatur temporibus, & in Gradenſi caſtro, poſtquam infelix Candidianus de hoc ſæculo ad æterna ſupplicia tranſmigrarit,* al-

PAGIUS

tem Bobienſem directum, quo bona Monaſterio per Agilulphum Regem patrem ſuum collata confirmat, *Datum Papiæ ſub die XVI. menſis Auguſti, anno Regni noſtri feliciter XVII. per Indictionem primam*, quæ anno Chriſti DCXXVIII. qui Præfecturæ Bertulfi primus erat, in curſu fuit. Quod ſi verum foret, anno ſexcenteſimo undecimo poſt diem decimum ſextum menſis Auguſti, *Adaloaldus* patris collega dictus fuiſſet, illique filia *Theodeberti* Francorum Regis deſponſata; At in ſubſcriptionem illam errorem irrepſiſſe anno DCXXVI. num. IX. oſtendemus. *Theodebertus*, qui juxta Gregorium Turonenſem lib. 9. cap. 4. anno Childeberti Regis XI. natus eſt, hoc anno ætatis ſuæ viceſimum vix attigerat. *Adaloaldus* vero exeunte anno ſexcenteſimo tertio in lucem venerat; cum in Regiſtro Divi Gregorii *Indict. VII.* Epiſtola VII. data ſit Theodolindæ Reginæ Longobardorum, qua ei *Adaloaldum* filium natum gratulatur, & quidem menſe Januarii, ideoque ſuperiori Chriſti anno. Quamobrem *Theodeberti* filia, cujus nomen ignoratur, trima vel quadrima hoc anno erat, *Adaloaldus* vero ſecundum ætatis annum nondum exceſſerat.

Ad

*altera iniqua ordinatio ibi minime celebretur, nec populus iſte amplius tribuletur. Et vere ſi hoc, Domino auxiliante, egeritis; quod primum eſt, Chriſtus Dominus poteſtati veſtræ erit bonorum operum retributor: & quia Gradus mari & fluctibus cingitur, & Iſtria quæ prius Aquilejæ ſuæ metropoli ſubiecta fuerat, Smaragdo Exarcho exiſtente, tum a Longobardis capi non potuerat, ſed ad jura Græcorum tranſiit: quo factum eſt quod Rex nullum ei potuit præſtare auxilium: ac per hoc, ipſo annitente Exarcho, Iſtriæ Epiſcopi de Eccleſiis ſuis a militibus Græcorum tracti ſint & hunc Candidianum ordinare compulſi.* Hucuſque ex Joannis Patriarchæ Aquilejenſis epiſtola ad Agilulphum Regem Longobardorum, quem patronum interpellat adverſus Catholicos pro ſchiſmaticis.

VII. Sane quidem propenſiores fuiſſe Agilulphum atque ejus conjugem Reginam Theodolindam erga ſchiſmaticos, cum ex epiſtolis ſancti Gregorii Papæ ſuperius eſt demonſtratum, tum etiam ex recitatæ epiſtolæ fragmento ſatis apparet. Factum eſt autem poſtea, ut Patriarcha Aquilejenſis Gradenſi caſtro exutus, non amplius apud Gradum ſedem tempore turbinis bellici collocaverit, ſed ſeſe contulerit ad Forum Julii: unde & accidit (quod nuper diximus) ut idem & Julienſis Patriarcha nominaretur: hactenus enim qui Aquilejenſis erat Epiſcopus, idem & Gradenſis dicebatur, ut vidimus de Severo ex Gregorio: Etenim extant Acta Synodalia ſub Elia Aquilejenſi Epiſcopo tunc Catholico & Romanæ Eccleſiæ communicante, in quibus de his agitur, & recitatur epiſtola Pelagii Papæ ad Eliam, qua conceditur ut Gradum loco Aquilejæ ipſe teneat, ſitque eadem metropolis, quæ & nova Aquileja ab ipſo eſt nuncupata: unde evenit ut idem Epiſcopus & Patriarcha aliquando Aquilejenſis, aliquando vero Gradenſis nominaretur. At de his modo ſatis.

VIII. Moritur autem hoc anno, octava Indictione, undecimo Kalendas Martias Sabinianus Papa, cum ſediſſet menſes quinque & dies undeviginti. Ita conſentiunt omnes veteres, atque etiam Græci, nempe ipſum eſſe defunctum eodem quo creatus eſt anno. Scripti codices repentini ejus obitus cauſam terribiliorem afferunt: cujus totius rei geſtæ tragœdiam Sigebertus ita ſummatim complexus eſt: *Cum Sabinianus Papa & ipſe liberalitati Gregorii prædeceſſoris ſui derogaret, Gregorius eum per viſum ter pro culpa tenaciæ & hujus derogationis increpatum, quod non reſipiſceret, etiam quarto horribiliter increpans, & comminans, in capite percuſſit: Quo ille dolore vexatus, non multo poſt mortem obiit.* Hæc Sigebertus. Cujus rei gratia accidit, ut eo defuncto (ut habet Anaſtaſius) non ex more per medium civitatis deferretur cum funebri pompa corpus ejus ad baſilicam ſancti Petri, ſed eiiceretur extra Urbem per portam ſancti Joannis, deferreturque extra muros uſque ad pontem Milvium, inde vero inferretur in ipſam ſancti Petri eccleſiam, ubi eſt ſepulturæ mandatum: exaſperatum enim admodum fuiſſe adverſus eum populum Romanum eo quod triticum Eccleſiæ non erogaſſet (ut S. Gregorius conſueverat) in pauperes, ſed venum expoſuiſſet triginta ſolidis modium unum. De eo præterea hæc idem Anaſtaſius; *Hic in eccleſia beati Petri luminaria dedit.* Et paulo inferius: *Hic Eccleſiam clero implevit. Hic fecit Epiſcopos per diverſa loca numero vigintiſex. Et ceſſavit Epiſcopatus ejus menſes undecim, dies vigintiſex.* Hæc de vacatione ſedis cum Anaſtaſius ſcribat, neſcio quomodo unum dumtaxat diem tribuat aliquis ex recentioribus: nos quem antiquiorem & fideliorem Anaſtaſio ſequamur, habemus neminem. Præterea repugnat ratio, cum non ſedere ſoleret electus Pontifex, nec conſecrari, niſi ut (ferebat iniquitas tem-

Sabiniani Papæ obitus.

PAGIUS III. Ad num. VIII. & ſeq. Anaſtaſius ſcribit, *Sabinianum* Papam ſediſſe *annum unum, menſes quinque, dies novem*, additque: *qui & ſepultus eſt in Eccleſia Beati Petri Apoſtoli die XXII. menſis Februarii.* Annum etiam unum, menſes V. & dies IX. eidem aſſignant duo MSS. Colbertina Anaſtaſii, unum Thuaneum, Regino in Catalogo Pontificum Rom. Hermannus in Chronico, Ordericus lib. 2. Honorius Auguſtodunenſis, Catalogus poſterior Corbeienſis, aliique Catalogi. Quare cum Pontificatum inierit anno ſuperiori die XIII. menſis Septembris, mors ejus accidit anno ſequenti, die viceſima ſecunda Februarii, quo & ſepultum dicit Anaſtaſius, non vero *XI. Kalend. Martii*, ſeu die XIX. menſis Februarii, ut perperam Baronius ſcribit, addens, eum ſediſſe *menſes quinque & dies XIX.* conſentire omnes Veteres, atque etiam Græcos; quod memoriæ lapſui attribuendum; cum utrique Anaſtaſio ſuffragentur, niſi forſan aliqui erraverint, iique nullius hac in re auctoritatis. Ex hac Sedis *Sabiniani* mutilatione factum, ut in aliquot ſequentium Pontificum Sede deſcribenda unius anni prochroniſmo Baronius peccaverit. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico Pontificum Rom. mortem Sabiniani conſignavit die XXII. Februarii ſequentis Chriſti anni, ejus vero ordinationem die XXX. Auguſti ſuperioris anni; quo pacto non die XXII. ſed die VII. Februarii ſequentis anni fato functus eſſet; cum ipſemet fateatur Anaſtaſium durationem Sedis *Sabiniani* recte recenſuiſſe. Verum tamen eſt quod Papebrocius obſervavit, Baronium fidem adhibere non debuiſſe fabulæ a Sigeberto in Chronico temere relatæ, *Sabinianum* ſcilicet propter tenacitatem a ſuo deceſſore Sancto Gregorio per noctem apparente increpitum, percuſſumque in ca-

Obitus Sabiniani PP.



poris) Imperator ratum id habuiſſet: quare diutiores eſſe conſueverunt ſedis Romanæ vacationes.

IX. Porro eadem dira urgente fame, in deteſtationem immiſericordis avaritiæ magnum Sigebertus narrat accidiſſe miraculum, quod verbis iſtis deſcribit ſub Pontificatu ejuſdem Sabiniani (*a*): *Hoc tempore* inquit, *pauper quidam cum a nautis eleemoſynam peteret, nec acciperet, dicente nauclero: Deſiſte eleemoſynam petere a nobis, qui nihil præter lapides habemus: cum ſubieciſſet pauper: Omnia ergo vertantur in lapides: quicquid manducabile in navi erat, in lapides converſum eſt, colore & forma rerum eadem permanente.* Hæc ipſe. Et quidem ex divinæ ſcripturæ præſcripto, quod eſt in Eccleſiaſtico, (*b*) accidit: *Non exaſperes pauperem in inopia ſua. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum.* Ut non adeo mirum videatur id factum eſſe: ſed potius mirandum ſit, ſi maledictionem pauperum non ſemper ſtatimque divina ultio ſubſequatur. At de anni hujus penuria ſatis.

(*a*) *Sigeb. in Chron.*

Cibaria in lapides converſa.

(*b*) *Eccl.* 4.

X. Quod ſpectat ad res Orientales, nihil præterea hoc anno factum proditur (*c*), niſi quod ad cladem Romani Imperii Duces a Coſrhoe miſſi ſint: cum Phocas in necem Narſetis, qui rebellarat, cuncta miſcens, per fas & nefas, iteratis eum juramentis præſtitis ad Romanos redire tandem perſuaſit: quem cum in poteſtatem accepiſſet, periurus atque fidifragus vivum comburi præcepit. Hunc tandem conſecutus eſt finem celeberrimus Dux, Perſarum & aliorum barbarorum victoriis ſi quis alius ante glorioſiſſimus. Quare ex ejus obitu magnus Romanis dolor acceſſit, ac timor incuſſus: Perſæ vero gaudio exultarunt, eo quod vel ipſum tantum Narſetis nomen pavendum omnibus illis eſſet. Effecerunt iſta, ut Phocas tyrannus potius quam Imperator ab omnibus haberetur, utpote qui non hoſtium, ſed Romanorum cæde ſtabilire ſibi conaretur Imperium, eo præſertim tempore, quo Perſæ adverſus Romanos in dies magis magiſque ſævirent. Ipſe vero Phocas ſentiens ſe ab omnibus timeri tantum, amari autem a nemine, omnes ſuſpectos habens, amabat ipſe nullum, ac novas ſuorum cædes pro tenuiſſimis ſuſpicionibus in dies meditans, civium ſanguine civitatem infecit.

Cum

(*c*) *Cedren. & Miſcel. hoc ann.* 3. *Phocæ.*

Narſes vivus combuſtus a Phoca Imp.

PAGIUS capite, non multo poſt obiiſſe. Nihil enim tale habet quiſquam Antiquorum de Vita & miraculis Sancti Gregorii ſcribentium, nequidem Joannes Diaconus, qui tamen finem lib. 4. ejuſmodi vindictæ exemplis per XII. capita deductis, implevit.

IV. In Collectaneis Operum divi Columbani a Patricio Flamingo editis, legitur hujus Sancti Epiſtola *ad Pontificem Romanum* cujus nomen tacetur, ſcripta. *Columbanus* ipſum humiliter rogat, ut dignetur ſibi facultatem facere Paſcha, ſicut accepit a Senioribus ſuis, celebrandi; ad quod inducit exemplum Aniceti Papæ & Polycarpi, ac Decretum Concilii Conſtantinopolitani primi, in quo habetur: *Eccleſias autem Dei in Barbaricis nationibus conſtitutas adminiſtrari oportet ſecundum eam, qua obtinuit, & in uſu habetur conſuetudinem Patrum.* Exiſtimat Flamingus laudatus, Pontificem Rom. ad quem e Gallia *Columbanus* ſcripſit, eſſe *Bonifacium* IV. quia in ea Epiſtola Columbanus dicit, literas a ſe ad Gregorium tranſmiſſas, Sathanæ inſidiis non fuiſſe redditas, & a Gregorii obitu uſque ad mortem Columbani duo dumtaxat Romani Pontifices interceſſiſſe legantur, *Sabinianus* & *Bonifacius* IV. ac Sabinianus quinque ſolum menſibus & diebus XIX. in Pontificatu vixerit, quo permodici temporis intervallo vix bene ad Columbanum in remotiſſima eremo viventem novi Pontificis fama perferri potuerit. Ita Flamingus Vir doctiſſimus. Verum præterquamquod *Bonifacium* tertium memoriæ defectu omittit, diuturnior fuit Sabiniani Pontificatus, quam ipſe cum Baronio putaverit; & S. Gregorii fama per Italiam celebratior, quam ut intra triennium Silvam eidem proximam non pervaſerit. Hæc itaque Epiſtola ad hunc Pontificem referenda. *Columbanus* cum ea mittit quos de Paſchatis celebrandi ritu Cyclos elaboraverat, & Gregorio Papæ miſerat, ac nunc quoque examinandos poſtulat, ut ex initio & fine ejuſdem Epiſtolæ colligitur.

*S. Columbanus ſcribit ad Pontificem Rom. de Paſchate.*

I. Bonifacius Papa III. creatur.

CUm ſextus ſupra ſexcenteſimum annum ageretur, nona Indictione, ubi jam (teſte Anaſtaſio) Romana ſedes ceſſaſſet anno fere integro, undecim ſcilicet menſibus atque vigintiſex diebus, decimoquinto Kalendas Martias Papa creatur Bonifacius ex diacono, Joannis filius, Romanus patria, qui a S. Gregorio miſſus fuerat Conſtantinopolim Apocriſarius ad Pocham Imperatorem. Accidiſſe vidimus, ut qui eo functi eſſent munere iidem in Summum Pontificem ſæpius deligerentur: ita Vigilium, Paſchalem, Gregorium, atque Sabinianum (ut dicere de reliquis omittamus) electos fuiſſe reperimus. Quod enim (ut dictum eſt) ex Orientalium Imperatorum tyrannide electioni cleri oporteret accedere conſenſum Imperatoris; eum eligere ſtudebant, quem ſcirent eidem fore gratum. Ut de Bonifacio iſto apparet contigiſſe, qui uſque ad Gregorii obitum Conſtantinopoli degens, eumdem ſibi Phocam demeruit, in ejus ſe inſinuans amicitiam.

II. Phocas contra Cyriacum favet Bonifacio.

Cujus rei cauſa factum eſt, ut cum ex more litteras ad eum Phocas Imper. ſcriberet in odium Cyriaci Conſtantinopolitani Patriarchæ profeſſus ſit ſolum Romanum Pontificem eſſe dicendum Oecumenicum, nempe univerſalem Epiſcopum, Conſtantinopolitanum nequaquam. Id quidem ipſum Bonifacium ab eo obtinuiſſe, Anaſtaſius his verbis teſtatur: *Hic*, inquit, *obtinuit apud Phocham Principem, ut ſedes Apoſtolicæ beati Petri Apoſtoli caput eſſet omnium Eccleſiarum, id eſt, Romana Eccleſia: quia Eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat*. Hæc Anaſtaſius. Habet eadem Paulus diaconus (*a*) totidem ferme verbis, quæ ſic ſe habent: *Hic Phocas Imperator, rogante Papa Bonifacio, ſtatuit ſedem Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ primam eſſe, cum prius Conſtantinopolitana ſe primam omnium ſcriberet*. Hæc Paulus. Quod enim interceſſiſſent quædam inimicitiæ & odiorum fomenta inter Phocam ipſum atque Cyriacum Patriarcham, in ejus odium faviſſe videtur ipſe Imp. Romano Pontifici præter morem ſuorum prædeceſſorum. Siquidem Mauritius nullum locum dedit petitionibus & querelis ſancti Gregorii crebrius expoſtulantis, quod tum Joannes, tum ejus ſucceſſor Cyriacus nomen ſibi uſurparant Univerſalis; & petentis, ut ab ejuſmodi nomine ceſſaret, & eo titulo penitus abſtineret, perſeverante illo nihilominus in ſententia. Infenſus ergo Cyriaco Phocas Imperiali edicto ſancivit, decere ejuſmodi nomen Romanam tantum Eccleſiam, ipſique ſoli convenire Romano Pontifici ut diceretur Univerſalis, non autem Epiſcopo Conſtantinopolitano.

(*a*) *Paul. diac. de geſt. Longob. l. 4. c. 11. vet. ed.*

III. Simultatum occaſio inter Phocam atque Cyriacum.

Quæ vero ſimultatis occaſio hoc anno exorta fuerit inter Phocam atque Cyriacum, tum apud Theopanem, tum etiam apud Cedrenum ex Græcorum Annalibus hoc anno expreſſum habes. A Theophane enim hæc his verbis pateſiunt: *Anno Imperii Pochæ quarto Scholaſticus eunuchus, vir glorioſus Palatii, Conſtantinam dominam olim Auguſtam conjugem Mauritii Imperatoris cum tribus filiabus ejus accipiens, ad magnam eccleſiam confugit, conſilio Germani Patricii deſiderantis Imperium. Fit igitur ſeditio magna in urbe. Germanus autem Demarcho Praſinorum talentum auri miſit, ut cooperaretur ei: primores autem vulgi id admittere noluerunt. At vero tyrannus in eccleſiam ad abſtrahendum mulieres deſtinavit. Sane Patriarcha Cyriacus tunc reſtitit tyranno, minime paſſus e templo tyrannice abduci mulieres. Verum juramentis certo eo reddito a Phoca, quod non læderet eas, educuntur e templo, & clauduntur in monaſterio*. Hæc ibi. Quod igitur expetita præda, Cyriaci opera e manibus eſſet elapſa, ex qua fomenta ſubminiſtrari videret novi creandi Imperatoris; in Cyriacum (ut dictum eſt) Phocas exacerbatus, in ipſum quod valuit tunc explevit: cæterum ſequenti anno necem mulierum regiarum a Phoca imperatam fuiſſe, ſuo loco dicetur. Ipſe vero Cyriacus (ut creditur) mœrore confectus, hoc eodem anno (ut Annales Græcorum habent) ex hac vita ſublatus eſt.

IV. Iſta autem cum ita ſe habuiſſe perſpexeris, hic tibi, lector, ex veteri hiſtoria

---

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCXLIV. A.C. 606.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6099.

☉ 27. B. ☽ 18. P. 3. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 606.

SABINIANI PAPÆ 2.

PHOCÆ IMP. 5.

I. *Poſtconſulatus.*

IS annus hac formula notatus: *IV. poſt Conſulatum Phocæ Aug. II.* ita Auctor Chronici Alexandrini.

II. *Bonifacius III. fit Pontifex Rom.*

Ad num. I. *Sabinianus* Papa hoc anno mortuus eſt die XXII. menſis Februarii, uti anno præcedenti demonſtravimus. *Ceſſavit Epiſcopatus menſes XI. dies XXVI.* ut ait Anaſtaſius. Quare *Bonifacius III. natione Romanus* ordinatus eſt die decima nona Februarii inſequentis Chriſti anni, in quam Dominica incidit, & Anaſtaſius in Interpontificio numerando diem emortualem Sabiniani excludit, ac propterea diem unum minus numerat.





Inanis Novatorum conatus.

ria novam illationem a Novatoribus factam proponentes, riſum, puto, movebimus, cum videris adpictum in pariete leporem turbas confluxiſſe undique venatorum, & latraſſe ubique canes, quaſi quæſitam diutiſſime prædam nactos. Sagaciſſimi ſiquidem Novatores (quorum præcipuus eſt ille conatus, ut ad labefactandum Eccleſiæ Romanæ primatum comportent undique machinas) ſimulac invenerunt a Phoca Imp. Romanæ Eccleſiæ tributum eſſe primatum: quot putas ipſos plauſibus accepiſſe ſententiam, eamque acclamationibus celebraſſe, & declamationibus exaggeraſſe, nimirum, quod ejus ſuper omnes Eccleſias prærogativa ſit tyrannice uſurpata, a tyranno conceſſa, a Phoca ſcilicet Imperatore primitus impertita Bonifacio Tertio hujus nominis Eccleſiæ Romanæ Pontifici? Verum cum exultant (*a*) ſicut victores capta præda, eiſdem perinde accidiſſe videtur, ac reprobi Saulis apparitoribus atque nunciis (ut de divina Scriptura prodatur exemplum *b*) cum putantes ſe Davidem, quem quærebant, jam tenere captivum, & vincire catenis; illo elapſo, pellitum ſimulacrum loco ipſius apprehendiſſe videntes, cum rubore ſenſerunt ſe fuiſſe deluſos, ubi longe aliter quam putarent accidiſſe noverunt.

(*a*) *Iſai. 9.*

(*b*) *1. Reg. 19.*

V. Primatus Rom. Ecc. ſemper cognitus.

At quomodo potuit Phocas ſuper Conſtantinopolitanam Eccleſiam Romanæ contuliſſe primatum, quem numquam aliquem Conſtantinopolitanum Epiſcopum profiteri deſiiſſe, quis poterit invenire? Nonne vidimus nuper a ſententiis Joannis Epiſcopi Conſtantinopolitani eſſe a pluribus appellatum ad Apoſtolicam ſedem, & adverſus latam ab eo ſententiam ſanctum Gregorium judicaſſe, nec ipſum Joannem ab ipſius Apoſtolicæ ſedis judicio reſiliiſſe? Nonne & ejus ſucceſſorem Cyriacum vidimus eſſe profeſſum, ſubiectum ſe eſſe Romano Pontifici, prout ſuperius dictum eſt ſuo loco? Si hæc de refractariis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Patriarchis dici poſſunt, atque probari: de pacificis & obſequentibus quid dicendum? Si hoc jure ſedi Apoſtolicæ debitum; quid de nomine altercandum? Nonne longe ante Phocam nomen Oecumenici a Synodo Chalcedonenſi & a Patriarcha Alexandrino Romano Pontifici eſſe oblatum certum eſt, ut teſtatur ipſe Gregorius, (*c*) ut taceamus de inferioribus Epiſcopis? Quid ergo ſuo edicto contulit Romanæ Eccleſiæ Phocas? Nihil plane, niſi quod declararit ſua ſententia, indebite uſurpari ab Epiſcopo Conſtantinopolitano Oecumenici nomen, quod Romanæ dumtaxat deberetur Eccleſiæ: cum alioqui Romanam Eccleſiam ſemper tenuiſſe primatum ſuper omnes totius orbis Eccleſias, ne ipſi quidem adverſarii contradixerint, ut ſuperius ſuis locis latiſſime eſt demonſtratum: ſed in eo dumtaxat cum dictis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopis controverſia erat, quod invitis ac reclamantibus Romanis Pontificibus, Conſtantinopolitani Epiſcopi titulum ſibi Oecumenici uſurpaſſent. Quod ergo Phocas in odium Cyriaci (ut dictum eſt) adjudicaſſet cauſam Rom. Pontifici, ut non Conſtantinopolitanus, ſed ipſe ſolus Oecumenicus diceretur: putarunt rerum ignari, a Phoca ejuſmodi Romano Pontifici tributum eſſe privilegium, ut in Eccleſia Catholica primatum gereret. Sed quam hæc ridenda ſint & ſibilis inſectanda (ſi ita liceret Chriſtianæ modeſtiæ) omnes intelligent, qui ab adventu Domini uſque ad Phocam elapſos annos ſingillatim in Annalibus recenſuerint, atque viderint vix aliquem prætercurrere annum, quo non eluceat Eccleſiæ Romanæ primatus: adeo ut facilius ſit negare non lucere Solem, vel ignem non calefacere, quam ejuſmodi fulgentes veritatis ſparſos ubique radios obſcurare.

(*c*) *Greg. l. 7. ep. 30. Ind. 1.*



VI. a Molineum Othomanum vel his ſimiles author inſectatur.

Erant miſerrimi leguleii (*a*) hujuſcemodi adeo obtuſis & infantilibus certantes ſpiculis (quæ ſagittas infantium jure dixeris) ad labefactandam ſuper firmam petram Romanam Eccleſiam divinitus ſtabilitam. Nihil igitur præterea a Phoca (ut dictum eſt) obtinuit Bonifacius, quam quod a Mauritio ſæpe petiiſſet Magnus Gregorius, ut vana de titulo Oecumenici blaterantem Joannem primum, deinde Cyriacum cohiberet: erat enim de nomine tantum quæſtio, de ipſa ſcilicet Univerſalis tituli inſcriptione neganda illis. Nam in epiſtola ad Mauritium de his data hæc habet ipſe Gregorius (*d*): *Secundum petitionem prædicti Sabiniani diaconi* (Apocriſarius erat iſte tunc Apoſtolicæ ſedis) *aut piiſſimus dominus ipſum dignetur Judicare negotium aut ſæpe nominatum virum, ut ab hac tandem intentione ceſſet, deflectere. Si ergo judicio pietatis veſtræ juſtiſſimo, vel clementibus admonitionibus ceſſerit, omnipotenti Deo gratias referimus; ſin autem in eadem diutius contentione perſtiterit, hac de re jam veritatis ſententiam tenemus, quæ ait* (*e*): *Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, &c.* Ita depoſitionem comminatus. Quod ergo expetiit a Mauritio Gregorius, & non obtinuit, ut vanum hominem titulum ſibi indebitum uſurpantem compeſceret: hoc a Phoca obtinuit Bonifacius, ut coercuerit Cyriacum ſibi inconceſſa ſumentem. Sic igitur edictum Phocæ non dedit primatum Eccleſiæ Romanæ, ſed illi tantum jure competere nomen Oecumenici judicavit, ut plane aperta adeo luce veritatis cum iſta conſtent, legulejos pœniteat

(*d*) *Greg. l. 4. ep. 32. Ind. 13.*

(*e*) *Luc. 14.*

Novatores id in controverſiam adduxiſſe; quibus acciderit ſecundum illud Proverbiorum (a): *Os ſtulti confuſioni proximum eſt*. Et illud: *Os ſtultorum paſcitur imperitia*. Sed in his ulterius non immorandum.

(a) Prov. 9. 15.

VII. Cyriaci Conſtantinop. obitus. Ubi igitur hæc per Phocam Imperatorem ſunt inſtituta, Cyriacus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, propugnator acerrimus præſumpti Oecumenici tituli, mœrore conſumptus ac dolore confectus diem obiit, ubi ſediſſet annos decem, & undecimum inchoaſſet. *In cujus locum ſubrogatus eſt Thomas diaconus & ſacellarius magni templi*. Hæc Cedrenus hoc anno quarto Phocæ Imperatoris. Sed quæ ſunt reliqua Bonifacii Papæ videamus.

VIII. Concilium Romanum. Hic ubi primum ſedem Pontificiam eſt adeptus, ad corrigendum pravum uſum, qui in electione Pontificis in Romanam Eccleſiam irrepſiſſe videbatur, addixit animum; cujus rei cauſa Epiſcoporum Concilium in baſilica Vaticana collegit. Ambitio namque verecundiæ neſcia eo procaciæ adigebat aliquos Romanæ Eccleſiæ clericos, ut ſuperſtite adhuc Pontifice, de eo qui eſſet poſt ejus obitum eligendus in ſucceſſorem, tractarent. At licet alias ante fuiſſet ſacris legibus Pontificiis vetita ejuſmodi facinoroſa molitio, adhuc tamen Synodali ſimul Pontificioque decreto id rurſum eſſe tollendum Bonifacio viſum fuit; de quo Anaſtaſius Bibliothecarius iſta habet: *Hic fecit Conſtitutum*, decretum ſcilicet *in eccleſia beati Petri, in qua ſederunt Epiſcopi ſeptuagintaduo, presbyteri Romani trigintaquatuor, diaconi & clerus omnis, ſub anathemate, ut nullus, Pontifice vivente, aut Epiſcopo civitatis ſuæ, præſumat loqui de ſucceſſore, aut partes ſibi facere, niſi tertio die depoſitionis ejus, adunato clero & filiis Eccleſiæ, tunc electio fieret; & quem quiſque voluerit, haberet licentiam eligendi ſibi ſacerdotem*. Hæc in dicta Romana Synodo ſerio pertractata fuerunt ac ſtabilita. Perierunt Acta Synodi hujus, ſicut & alia ejuſdem Bonifacii: Qui hoc eodem anno ex hac vita deceſſit duodecima die menſis Novembris, ubi ſediſſet menſes tantum octo & dies vigintitres. Ita ex Anaſtaſio, cujus etiam teſtificatione proditur ceſſaſſe Epiſcopatus ejus menſes decem & dies ſex. (Bonif. PP. III. obitus.)



PAGIUS III. *Obitus Cyriaci Patriarchæ Conſtantinopolit.* Ad num. VII. Auctor Chronici Alexandrini anno IV. poſt Conſulatum Phocæ Aug. II. ait: *Hoc anno Cyriacus Patriarcha Conſtantinopolitanus menſe Hyperberetæo, hoc eſt, Octob. apud Romanos XXIX. die Sabbati obiit, funuſque curatum eſt trigeſimo ejuſdem menſis die Dominica, & repoſitum corpus pro more in æde SS. Apoſtolorum*, quod accurate ab eo ſcriptum. Hoc enim anno dies Dominica incidit in diem XXX. Octobris, & *Cyriacus* in nonnullis Faſtis memoratur die XXX. Octobris, qui tamen in Menæis excuſis colitur die XXVII. Octobris. Tum anno ſequenti in eodem Chronico legitur: *Hoc anno menſe Audynæo, apud Romanos XXIII. Januarii, creatus eſt Patriarcha Conſtantinopolitanus Thomas Magnæ Eccleſiæ Diaconus, & Patriarchæ Sacellarius ultro expetitus*. Quare non audiendus Theophanes, qui anno Incarnat. ſecundum Alex. DXCVIII. Kalendis Septembris ſuperioris Chriſti anni inchoato, tradit *Thomam* menſis Octobris die undecimo in locum Cyriaci ſuffectum eſſe. Nicephorus in Chronico annos XI. Cyriaco, qui anno DXCV. ſedere cœperat, attribuit.

IV. *Moritur Bonifacius III. Papa.* Ad num. VIII. Anaſtaſius tradit, Bonifacium III. ſediſſe *menſes octo, dies viginti octo*, ſepultum vero eſſe *in Eccleſia B. Petri Apoſtoli die duodecima menſis Novembris*; quod etiam legitur in Catalogo Palatino, & in uno exemplari MS. Anaſtaſii Bibliothecæ Colbertinæ. Verum Bonifacium III. ſupra menſes VIII. ſediſſe tantum dies XXII. teſtantur tria exemplaria MSS. Anaſtaſii, unum Colbertinum, & duo Freheriana, poſterior Catalogus Corbeienſis, Ordericus lib. 2. Luitprandus, Abbo, Hermannus Contractus, & Catalogus Reginonis, in quo tamen loco *menſes VIII.* perperam leguntur *anni VIII.* Quamobrem *Bonifacius* III. qui die XIX. menſis Februarii anni Chriſti inſequentis ordinatus fuerat, mortuus eſt eodem anno nocte diei decimæ Novembris, ſepultuſque die duodecima ejuſdem menſis. Anaſtaſius itaque in illa enumeratione dierum excludit illum, quo mortuus eſt; *Bonifacium* III. die X. menſis Novembris ſequentis Chriſti anni e vivis exceſſiſſe confirmat Epitaphium ejus, quod extat in Codice MS. Virdunenſis Cœnobii Sancti Vitoni, in quo poſt Damaſi Verſus referuntur quædam Epitaphia Romanorum quorundam Pontificum cum hac Chronica clauſula in fine Epitaphii Bonifaciani, quam Mabillonius miſit ad Papebrocium, a quo deſcripta eſt in Paralipomenis ad Conatum in Catalogos Pontificum: *Hic requievit Bonefatius, qui ſedit menſes VII. dies XXXII. Depoſitus pridie Idus Novemb. imperante Domno Foca PP.* (ideſt perpetuo) *Aug. anno VI. Indict. XI.* quæ Indictio cum die XII. menſis Novembris ſeu pridie Idus Novemb. conjuncta annum DCVII. certo denotat, demonſtratque Baronium in fine Pontificatus Sabiniani & Bonifacii III. conſignando hallucinatum eſſe. Hæc tamen clauſula ab aliquo imperito exarata, cum loco; *menſes VIII.* poſuerit *menſes VII.* & loco, *dies XXII.* ſcripſerit, *dies XXXII.* & loco, *anno V.* poſuerit, *anno VI.* Phocas enim, qui die XXIII. menſis Novembris anni DCII. coronatus fuit, die XII. menſis Novembris anni DCVII. quintum Imperii annum duntaxat numerabat. Baronius Bonifacio III. ſupra menſes VIII. dies XXIII. ex Anaſtaſio aſſignat, ſed ex aliquo mendoſo ejus Codice.

V. *Anno inſequenti ea mors contigit.*

VI. *Fauſtus diſcipulus S. Mauri.* *Sabiniani* morte ſuo anno reddita, manifeſtum eſt *Fauſti* diſcipuli Sancti Benedicti e Gallia in Italiam reditum non contigiſſe hoc anno, quo de eo loquitur Baronius. Leo enim Oſtienſis in Chronico Caſinenſi Lib. 1. cap. 3. ait: *Tertio interea Bonifacio Apoſtolicæ Sedi præſidente, memoratus Fauſtus, qui cum Beato Mauro ad Gallias perrexerat, ad prædictum Lateranenſe Cœnobium rediit, atque a Beato Theodoro (qui tunc poſt ſanctæ memoriæ Valentinianum tertius eandem Congregationem regebat) rogatus atque compulſus, Hiſtoriam de vita Beati Mauri ſignatæ veritate conſcripſit, quam idem Papa Bonifacius approbans, ſua auctoritate roboravit*. Bonifacius autem III. anno tantum DCVII. Pon-





IX. Hoc eodem anno, cum adhuc Bonifacius Papa Eccleſiæ præſideret, rediit e Galliis Fauſtus monachus diſcipulus ſancti Benedicti: ſcriptamque a ſe vitam S. Mauri abbatis, cui comes acceſſerat, ſecum ferens, ipſi Bonifacio probandam obtulit. Hæc Leo Oſtienſis (a) porro in ejus commentarii præfactione de his agitur. Sed hic finis præſentis anni.

(a) Leo Oſt. hiſt Caſſi. l. 1. c. 3.



PAGIUS tifex Romanus electus eſt. *Fauſtus* Caſinum non rediit, ut multi ſcripſere, quia Monaſterium Caſinenſe jam pridem a Langobardis everſum fuerat, & Monachi cum Romam ſe recepiſſent, ibi Cœnobium ad Baſilicam Lateranenſem incolebant. Petrus Diaconus in Libro de Ortu & Vita Juſtorum ſacri Cœnobii Caſinenſis, *Fauſtum* Romæ ſepultum tradit in Monaſterio Lateranenſi, nec ullam illius aliam lucubrationem recenſet præter *Sancti Mauri* Vitam, de qua ſuo loco egimus.

I. *Bonifacius Papa IV. creatur.*

SExcenteſimusſeptimus decimæ Indictionis cum ageretur annus, Bonifacius ex Valeria civitate Marſorum, Joannis medici filius, ex presbytero, ejus nominis Quartus, Pontifex creatur die decimaoctava Septembris. Qui ſtatim domum ſuam in monaſterium erexit, quod & redditibus locupletavit: Idemque cum videret Phocam Imperatorem erga Romanos Pontifices propenſiorem (quod nemo Romanorum Pontificum hactenus tentaſſet) ab ipſo Imperatore dari ſibi Pantheon nobile Romæ delubrum petiit, ut illud expurgatum ab antiquæ ſordibus idololatriæ, in honorem Dei genitricis Mariæ & ſanctorum Martyrum Domino conſecraret. Quod ipſo liberaliter concedente, id quod optavit, abſque mora feliciſſime præſtitit. Hæc ex Anaſtaſio.

*Pantheon Deo dicatum.* Sic igitur mirandum illud tot antiquorum ſcriptorum præconiis celebratum, a Marco Agrippa ter Conſule tempore Auguſti Imperatoris templum erectum, Jovique Vindici conſecratum, ceſſit tandem uſui Chriſtianæ religionis poſt ſexcentos trigintaduos annos. Intactum id quidem permanſerat a demolientibus (ut dictum eſt) dœmonum ſedes Romanis Chriſtianis ob ſolidæ molis ſtructuram firmiſſime ſtabilitam; neque adhuc Chriſtianæ religionis uſui fuerat mancipatum, quod id fieri, execrabile videretur. Nam ex S. Gregorio vidimus, primum ab ipſo decretum, ut novæ gentis Anglorum Chriſtianorum, quæ erant templa idolis dedicata diruerentur: ſed poſtmodum ab eodem novellæ plantationi indultum fuiſſe, ut eadem integra remanerent, dummodo expurgata ſolemni ritu, ex profanis ſancta reddita, ſacro cultui aptarentur. Sic igitur Pantheon in eccleſiam commutato & conſecrato, tituloque Dei genitricis Mariæ nobilitato, ſacriſque Martyrum reliquiis ex cæmeteriis extra Urbem poſitis locupletato, nomen ipſi comparatum eſt, ut Dei genitricis templum ad Martyres diceretur, quo decorum titulo hactenus perſeverat.

II. Quod ad res pertinet Orientales turbulentiſſimus fuit iſte annus Conſtantinopolitanis; nam detecta conjuratione, Phocas in cædem nobiliſſimorum exarſit. Quomodo autem iſta ſe habuerint, in Annalibus ex Theophane in Miſcella digeſtis ita

---

PAGIUS SÆC. VII An. U.C. 1360. Anno Eræ Hiſp. DCXLV. A.C. 607.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6100.

☉ 28. A. ☽ 19. P. 23. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 607.

BONIFACII III. PAPÆ 1.

PHOCÆ IMP. 6.

I. *Poſtconſulatus.*

IS annus hac formula notatus: *V. poſt Conſulatum Phocæ Aug. III.* Ita Auctor Chronici Alexandrini.

II. *Bonifacius IV. anno ſequenti Pontifex Rom. renunciatus.*

Ad num. I. Bonifacius III. die XIX. Februarii hujus anni ordinatus eſt, & e vivis exceſſit die X. menſis Novembris, ac die XII. ſepultus, ut anno præcedenti monſtravi. Poſt ejus mortem *ceſſavit Epiſcopatus menſes decem, dies ſex*, inquit Anaſtaſius, quod & in variis ejus Manuſcriptis exemplaribus legitur. Verum ex annis, menſibus, & diebus, quibus Bonifacium IV. *natione Marſorum* Bonifacii III. ſucceſſorem Eccleſiæ Romanæ præfuiſſe tradit, eum in Interpontificio illo numerando erraſſe, & Bonifacium IV. die viceſimaquinta menſis Auguſti, in quam anno ſexcenteſimo octavo Dominica incidebat, ordinatum fuiſſe conſtabit.

III. *Pantheon in Eccleſiam S. Mariæ converſum.*

Bonifacius IV. *petiit a Phocate Principe templum, quod appellatur Pantheon; in quo fecit Eccleſiam Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Martyrum; in qua Eccleſiæ Princeps multa bona obtulit*, inquit Anaſtaſius. Hæc Eccleſia etiamnum Romæ viſitur, diciturque *S. Mariæ Rotunda*, ob ædificii formam. Ejus Dedicatio inſcripta eſt antiquis Martyrologiis ad diem *III. Idus Maji*, ſeu ad diem XIII. menſis Maji, ut videre eſt in genuino Martyrologio Bedæ, Uſuardi, Adonis, Notkeri, & in Martyrologio Romano hodierno, ubi appellatur *dedicatio Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ad Martyres*. Quæ ſi in Dominica facta eſt, inquit Papebrocius ad diem XXV. menſis Maji in Vita Sancti Bonifacii IV. referenda ea ad annum DCXIII. quo dies XIII. Maji cum Dominica concurrit; hujuſmodi enim Encænia diebus Dominicis fieri ſolita, & in toto Pontificatu Bonifacii IV. dies Dominica & XIII. Maji non concurrunt, niſi eo anno littera Dominicali G. notato. Verum cum *Phocas* anno DCX. peremptus fuerit, & dedicatio hæc eo vivente peracta ſit, ut liquet ex Auctoribus a Baronio in Notis ad Martyrologium Romanum, ad diem XIII. Maji citatis, ea collocanda cum Sigeberto in Chronico, anno primo Bonifacii IV. Verum quidem eſt, illam die Dominicali factam eſſe, ſed non die XIII. menſis Maji, quo in Martyrologiis recitatur. Dedicationes enim Eccleſiarum, Pontificum ordinationes, Natalitia Sanctorum, horumque Tranſlationes aliis ſæpe diebus, quam quibus contigerint, Martyrologiis inſcribi, paſſim in hoc Opere demonſtramus.

IV. *Phocas in familiam, Mauricii alioſque ſævit.*

A num. II. ad VII. In Chronico Alexandrino Indict. VI. anno ſcilicet Chriſti DCIII. legitur: *Hoc anno Conſtantina Eximperatrix conjecta eſt in Monaſterium. Philippicus Patricius & Comes excubitorum, & Germanus Patricius Theodoſii Mauricii filii ſocer in Clericos attonſi ſunt. Deinde ſeditione a populo mota exuſta eſt ædes Lauſiaca & Prætorium Præfecti Urbis uſque ad Arcas, quæ ſunt e regione fori Conſtantini piæ recordationis, &c. Penetravit incendium ad medium Prætorium Præfecti Urbis & fori. Interfectus eſt etiam Praſinæ factionis adminiſtrator Joannes cognomento Crucis.* Suffragatur Auctori Chronici Alexandrini Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DXCV. qui anno Chriſti DCIII. definit: *Imperatricem Conſtantinam cum filiabus tribus, in domo privata, cui Leonis no-*



(a) Miſcel. l. 17.

ita narrantur (a): *Anno Imperi quinto Phocas filiam ſuam Domitiam Priſco Patricio & comiti excubitorum junxit, &*

*Priſcus & Domitia ut Imperatores habiti.*

*factis in Palatio Marniæ nuptiis, juſſit fieri ludum equeſtrem. Demarchi autem utriuſque partis, Praſinæ ſcilicet & Venetæ Principes apud quatuor columnas cum Imperialibus ſignis ſtatuerunt Priſci, ac Domitiæ ſigna*, nempe ipſorum imagines. *Quibus auditis Imperator iratus eſt, & mittens adduxit Demarchos, Theophanem ſcilicet & Pamphilum; & ſtatuens nudos, juſſit eos decollari. Cum enim miſiſſet Protocurſorem, ut interrogaret eos, quo præcipiente fecerint hoc: dixerunt, quia ſecundum conſuetudinem Lineatoris hoc fecerunt. Porro Lineatores ſive Menſores interrogati, quam ob cauſam id fecerint, dixerunt: Quia cum Imperatores ab omnibus nominati ſint, hoc a nobis ipſis fecimus.* Quod enim in fauſtis nuptiarum acclamationibus iidem, nempe filia & gener Imperatoris, æque fuiſſent acclamati Imperatores; ii quibus cura ornandi pompam incumbebat (dicebantur hi menſores, ſive Delineatores) eorumdem imagines cum inſignibus Imperatoriis publice expoſuerunt. Sed pergit auctor: *Sane Priſcus timore tenebatur, ne forte Imperatoris iram incurreret. Turbis autem clamantibus miſericordiam concedi ſibi, veniam dedit Phocas. Extunc ergo Priſcus indignationem paſſus, non erat recte cum Phoca.*

III. *Conſtantina cum filiabus & aliis occiſa.*

*Interea mulier quædam, Petronia nomine, fit Conſtantinæ Imperatrici relictæ Mauritii miniſtra, quæ ad Germanum reſponſa ferebat. Porro cum fama dilataretur, quod Theodoſius Mauritii filius viveret, ſpem bonam tam Conſtantina quam Germanus habebant. At vero ſcelerata Petronia hæc tyranno manifeſta fecit. At tyrannus Conſtantinam Theoprepio Exarcho ad torquendum prodidit. Quæ dum torqueretur, Romanum Patricium noſſe interlocutiones ſuas confeſſa eſt. Qui comprehenſus atque diſcuſſus, etiam alios fore in inſidias tyrannidis ſibi cooperatores perhibuit. Comprehenſus eſt autem Theodorus Orientis Præfectus quem tyrannus interemit: Helpidii quoque pedes præcidens tradidit igni, Romanumque decollavit. Porro Conſtantinam cum tribus filiabus, in loco ubi Mauritius interemptus eſt, gladio trucidavit, Germanum autem & ejus filiam ore macheræ occidit, ſimiliter & Joannem, & Zizam Patricium, & Theodoſium, qui Sabadiuvæ dignitate habebatur, inſignis, & Andream Sanctocroben, & David Chartophylacem Hormiſdæ.* Hucuſque de cæde nobilium Annales habent: eadem hoc anno Cedrenus & alii narrant. Quod autem de Theodoſio adhuc ſuperſtite credito dictum accepiſti, a Nicephoro melius iſta cognoſce, dum ait (b):

(b) Nicep. l. 18. c. 41.

IV. *De Theodoſii obitu & vita rumor incertus.*

*Fama autem obtinet, percuſſorem Theodoſio parcentem, alium pro eo admodum illi ſimilem jugulaſſe; ipſum vero Theodoſium profugum in locis multis multa expertum, poſtea morbo interiiſſe. Atque ea quidem fama per omnes Romani Imperii ditiones vulgata eſt; ſed eam barbarus quidam erro, perquam tenui conjectura id facere auſus, protulit, propterea quod caput ejus ſolum, una cum aliis qui cæſi ſunt, exhibitum non ſit. Verum inquiſitio ipſa ſatis ſolicitudine ſumma defatigata, Theodoſium etiam mortuum eſſe cognovit.* Hucuſque Nicephorus de Theodoſio, qui ad necem matris (hoc additum ad calamitatem) atque ſororum & propinquorum, mortuus, eſt creditus vivere. Subdit his vero Nicephorus de ſepulcro ipſorum: *Eorum autem cæterorumque Imperialium corporum (decem autem fuere) reliquiæ longo poſt tempore in Mamantis martyris templo prope murum, cui Xylocerus nomen eſt, repoſitæ ſunt. Templum autem id Pharaſmanes eunuchus conſtruxit, qui ſub Juſtiniano Imperialis cubiculi præfectus fuit. Porro in communis ſepulcri eorum monumento epigramma hoc inſculptum eſt.*

*Epitaphium Mauritii, Conſtantinæ, & filiorum.*

*O ego mille modis Regum miſeranda duorum,*
*Mauritii conjux, filia Tiberii!*
*Edocui Regina ſatis, fœcundaque mater,*
*Quam ſint multorum commoda ſceptra Ducum.*

*Mi-*

---

PAGIUS

*nomen tyrannus incluſit.* Quæ verba Theophanes ex Theophylacto lib. 8. cap. ult. excerpſit. Addit Theophylactus: *Menſe quinto Literis ſcriptis Choſroen de ſua inauguratione Lilio hujus tyrannicæ creationis delecto Nuncio, monet*, quæ ibidem etiam ex eodem, quem tamen non citat, refert Theophanes, qui ideo tam Legationem *Lilii*, quem perperam *Bilium* vocat, quam *Conſtantinæ* & filiarum captivitatem ſuo anno reddit. Poſt quintum itaque menſem, ab inauguratione ſcilicet Phocæ, Legatio illa obita; cum antea *Conſtantina* cum filiabus indigne habita fuiſſet.

V. *Phocas eandem familiam extinguit.*

Idem Auctor Chronici Alexandrini Indictione VIII. anno ſcilicet DCV. narrata cæde aliquot Magnatum juſſu tyranni peracta, addit: *Eodem anno Conſtantina Imperatrix trans Urbem in portu Eutropii ad Chalcedonem plexa eſt, & reliqui Mauricii liberi muliebris ſtirpis, Anaſtaſia, Theoctiſta, & Cleopatra una cum filia Germani, quæ fuit conjux Theodoſii, ipſeque Germanus una cum illis ſublatus eſt.* Idem habet Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DXCIX. ſed veroſimilius eſt Auctorem Chronici Alexandrini rectius hanc Tragœdiam conſignaſſe.

VI. Interim dum Phocas in familiam Regiam & Cives nobiliores ſævit, *Perſæ Euphraten tranſgreſſi, Syriam univerſam, & Palæſtinam atque Phœniciam populati ſunt, ingentemque ſtragem at-*

*que*

*Militis infidi jaceo, populique furore:*
*Et mecum conjux, progenieſque jacet.*
*Næ miſeræ Niobes ego ſum vitale cadaver.*
*Plura ne Ciſſæis, plura Jocaſta tulit?*
*Eſto, jure pater: cur pignora parva necantur*
*Humani prorſus neſcia turba doli?*
*Non jam Roma meis carpes e frondibus umbram:*
*Eruta Threiicio ſtirps Aquilone jacet.*

Ita apud Nicephorum, & apud alios alia tranſlatione; Græce autem ſic (*a*):

(*a*) *Apud Cedren. in Compend.*

Α δ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα, καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων,
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου τε δάμαρ!
Η πολύπαις βασίλεια, καὶ ἡ δείξασα * λοχείην,
Ως ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίη,
Κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ὑμετέρῳ παρακοίτῃ,
Δήμου ἀτασθαλίῃ, καὶ μανίῃ στρατιῆς.
Τῆς Εκάβης ἔτλην πολὺ χείρονα, τῆς Ιοκάστης,
Αἲ αἲ τῆς Νιόβης ἔμπνοος εἰμὶ νέκυς.
Ναὶ ναὶ τὸν γενέταν, τί μάτην τὰ νεογνὰ ἔκτειναν,
Ανθρώπων κακίης μηδὲν ἐπιστάμενα;
Ημετέροις πετάλοισι κατάσκιος οὐκέτι Ρώμη,
Ρίζα γὰρ ἐκλάσθη Θρηικίοις ἀνέμοις.

V. Ex pia Mauritii familia pleræque pietate inſignes feminæ extitere: exornat vero Eccleſiaſticas tabulas tum Græcorum tum Latinorum ejuſdem filia, Sopatra nomine ſanctiſſima virgo, inter ſanctos relata, anniverſariaque commemoratione donata una cum Euſtolia & Romana, quarum natalis in Eccleſia agitur die nona Novembris (*b*). Eſt præterea mentio apud Sophronium (*c*) de Damiana clariſſima femina & maxime pia atque ſorore Imperatoris Hieroſolymis vitam degente una cum nepte ſua ac Mauritii, hac videlicet occaſione:

(*b*) *Menol. & Rom. Mart. ea die.*
(*c*) *Prat. Spir. c. 127.*

*Narravit nobis*, inquit, *eadem Abbatiſſa Damiana & hoc, dicens: Die ſancto paraſceve, antequam includerer, abii ad ſanctos Coſmam & Damianum, & illic totam noctem peregi. Venit itaque ſero anus quædam ex Galatia Phrygiæ, & dabat omnibus qui in templo erant duo minuta. Die igitur quadam neptis mea & fideliſſimi Imperatoris Mauritii veniens ad ſanctam civitatem orationis gratia, egit ibi annum integrum. Aſſumpſi ergo eam, & duxi ad ſanctos Coſmam & Damianum. Cum igitur in oratorio eſſemus, ajo cognatæ meæ: Vide filia, quia venit anus quædam dans duo minuta (ea enim mihi ſæpius dederat) Sume illa, ne ſuperbias. Illa autem indignans dicebat: Oblatum habeo accipere? Tunc dixi ei: Etiam accipe: mulier enim ſancta eſt, & magnæ virtutis. Tota enim hebdomada jejunat, & quicquid hebdomada laborans lucratur, erogat iis qui in templo hoc inveniuntur: eſt enim vidua quaſi annorum octoginta. Sume igitur duo minuta, & da illa tu quidem alteri: tantum ne reſpuas anus iſtius ſacrificium. Iſta nobis loquentibus, ecce anus veniens duo minuta erogabat, venienſque dedit mihi cum omni ſilentio: dedit autem & nepti meæ, dicens: Accipe iſta, & comede. Cum ergo abiiſſet, agnovimus quod Deus illi revelaſſet quod dixeram ei, ut acciperet, & alteri pauperi daret. Miſit igitur unum ex pueris ſuis, & de duobus minutis emit lupinos, & comedit. Aſſerebat autem coram Deo dicens, eos tamquam mel dulces fuiſſe, ita ut miraretur & glorificaret Deum, qui dat gratiam ſervis ſuis.* Hæc tibi a nobis hic occaſione filiorum & aliorum Mauritii propinquorum relata.

VI. Porro ad Phocæ crudelitatem & illud utique addendum, quod cum ex Imperatore in tyrannum converſus, in nobilium civium necem debaccharetur, & quemcumque vel levis tangeret ſuſpicio detruderet in carcerem; cum unus carcer, qui eos includeret, haud adeo ſpatioſus eſſet, ipſi pædore atque fœtore mirum in modum cruciabantur: verum quod non caperet omnes, commiſeratione piæ feminæ eſt dilatatus. Glicas ſiquidem auctor eſt, (*d*) eumdem qui unicus tempore Conſtantini ædificatus eſt carcer Conſtantinopoli, abſque aliquo incremento uſque ad Phocam Imp. permanſiſſe: quo tempore nobiliſſima matrona commiſerata ejuſmodi intolerabile carceratorum cruciamentum ex loci anguſtia pereuntium, ſuam ceſſit domum Imperatori ad carcerem ampliandum. Dum in his eſſet Phocas, Coſrhoes Rex Perſarum ſuo exercitu ſuperiorem & inferiorem Syriam deprædatus eſt, nullo ſibi obviam facto qui reſiſteret. Hæc Annales.

Carcer dilatatus.

(*d*) *Glyc. Annal. in Conſtantino Magno.*

VII. Eodem quoque anno ægrotans idem Phocas Imperator a divina miſericordia non derelinquitur, ſed ſanatur a S. Theodoro cognomento Siceota, de quo ſæpe ſu-

PAGIUS *Perſæ Romanos affligunt.* VII. *que prædam in Romanorum Ditione fecere*, inquit Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DXCIX. qui cum menſe Auguſto currentis Chriſti anni abſolvitur.

Ad num. VII. & ſeqq. Sanctus *Theodorus Siceota* Conſtantinopolim evocatus eſt a Sanctiſſimo Patriarcha Thoma, ubi dum verſaretur Imperatorem Phocam manuum, ac pedum doloribus excruciatum ſanavit, & *admonuit, ut ab hominum afflictione & ſanguinis effuſione tempe-*

*S. Theodorus Siceota Conſtantinopolim evocatur.*



ſuperius. Quomodo autem id acciderit, ex Eleuſio ejus diſcipulo ſcriptore ipſius vitæ hic reddamus: ſed prius quod ingens hoc pariter tempore prodigium accidiſſe narrat, deſcribamus: ait enim: (*a*) *Cum in oppidis finitimis ſupplicationes fierent, & Cruces, quæ geſtari ſolent, horribili miſerandoque ſpectaculo per ſe concuterentur & commoverentur: interrogatus vir divinus Theodorus quid ſibi id vellet, reſpondit: Deum o filii, precibus placate; quoniam magnæ mundo imminent calamitates. Domitius autem Patricius vir clariſſimus promiſerat ſe auream Crucem ad ſupplicationis adorationiſque uſum effecturum. Itaque miſit vir ſanctus Epiphanium diaconum ad illum. Qui cum aurifici aurum dediſſet, diaconum rogavit, ut tantiſper moraretur, dum aurifex opus conficeret. Et ſanctiſſimus Patriarcha Thomas, qui poſt beatæ memoriæ Cyriacum in Pontificia regiæ Civitatis ſede ſucceſſerat, laudata viri glorioſi pietate, dedit etiam ipſe particulam venerandi ligni ſanctæ Crucis & particulam ſancti ſepulcri Salvatoris noſtri Dei, & veli particulam ſanctiſſimæ Dei genitricis, coniiciendas in umbilicum illius Crucis, quæ ex auro conflabatur. Quæſivit autem ex ipſo diacono, utrum verus fuiſſet ille Crucium motus, qui in regione Galatarum factus fuiſſe dicebatur. Cumque diaconus id affirmaſſet, valde timuit beatiſſimus Patriarcha, & ſolicitudine plenus epiſtolam ſcripſit ad ſervum Dei rogans eum, ut quam celerrime ad ſe in civitatem regiam proficiſceretur.* Annuit vir ſanctus. Quæ autem proficiſcens miracula in via ediderit, idem auctor pluribus narrat, quæ dicere prætermittimus brevitatis cauſa: tu, ſi libet, conſulere auctorem poteris. Ipſe vero illis enarratis, de his quæ ſunt geſta Conſtantinopoli, iſtam texit hiſtoriam:

(*a*) *Extat apud Sur. die 22. April.*

Portentum ingens de Crucibus ſe collidentibus.

VIII. *Ingreſſus igitur in urbem regiam, a beatiſſimo Thoma Patriarcha honorifice & magno cum gaudio ſuſceptus eſt. Et cum ſe inter ſe conſalutaſſent, obtulit ei diſcipulum ſuum Joannem, & vitæ ſanctitatem ac mores ejus commendans, petiit ut eum monaſteriorum Præfectum conſtitueret: quod ſtatim fecit ſanctiſſimus Patriarcha, palliumque tribuit, & præmiſit ad ſancta monaſteria. Phocas etiam Imperator eum accerſendum curavit: manuum enim ac pedum doloribus excruciatus jacebat. Sancto igitur viro ingreſſo, & manus ſuas illi imponente atque precante, ſublevatus Imperator rogavit eum, ut pro ſe proque Imperio precaretur. Quamobrem admonuit eum vir ſanctus, ut ab hominum afflictione & ſanguinis effuſione temperaret, ſi preces ſuas a Deo vellet exaudiri.*

Phocas ſanatur a S. Theodoro.

IX. *Cum autem ab Imperatore diſceſſiſſet, rogavit eum beatiſſimus Thomas Patriarcha, ut pro ſua in illum benevolentia apud ſe diverteret, & Deum obſecraret, ut in cæleſti vita ſimul invenirentur. Et quæſivit ab eo, an verus fuiſſet admirabilis ille Crucium in ſupplicationibus motus. Quod cum verum fuiſſe intellexiſſet, cœpit orare virum ſanctum, ut indicaret quid ſignum illud portenderet. Tum ſanctus recuſare, ſeque abiiectum atque humilem dicere, nec ſcire quid reſponderet ad interrogata. Proſtratus ille ad pedes ejus, ſe ſurrecturum negavit, niſi in ea re ſibi morem gereret. Scio enim, inquit, tibi non ſignum hoc ſolum, ſed alia multa eſſe nota: neque enim illud ad hunc uſque diem neglexiſti. Quod ſi neglexiſſes, tamen patefiet tibi, ſi petieris a Deo. Cum igitur ſe deſiderio ejus ſatiſfacturum promiſiſſet Chriſti ſervus, eum ſurgere coegit; & lacrymans: Nolebam, inquit, te affligi: neque enim expedit hæc te ſcire. Verum quando ita vis ſcito ea Crucium concuſſione multa nobis gravia moleſtaque prænunciari. Significat enim plurimos a religione noſtra defecturos, & barbararum gentium incurſiones, & magnam ſanguinis effuſionem, & ingens exitium, & in univerſo orbe ſeditiones fore, & ſanctas Eccleſias deſertum iri & divini cultus atque Imperii interitum, & adverſarii adventum appropinquare. Reliquum eſt, ut tamquam gubernator Eccleſiæ & populi paſtor Deo notis viribus aſſidue ſupplices, ut ignoſcat populo, & pro miſericordia ſua hæc omnia moderetur.*

Theodorus prodigium explicat, & ventura mala prædicit.

X. *His auditis, beatiſſimus Patriarcha magno timore mœſtitiaque correptus, cum lacrymis cœpit rogare ſanctum virum, ut Deum obſecraret, quo animam ſuam tolleret, antequam ab illis calamitatibus opprimeretur. Cumque vellet S. Theodorus in patriam redire, quoniam quietis & ſilentii ſui tempus adventabat; id ille non permiſit beatiſſimus Patriarcha. Increbuerat enim rumor, civitatem haud ita multo poſt abſorptum iri. Quamobrem voluit ut apud ſe hiemem traduceret. Namque dicebat, ſe precibus ejus apud Deum pro populo indigere, ut ſaltem mala differat, quæ comminatur. Cum autem vir ſanctus locum proprium ad habitandum poſtularet, juſſit ut in ſancti Stephani manſione, quæ Romanorum dicitur, habitaret. Natali igitur die Salvatoris noſtri Dei illic ſeſe incluſit, ut quietem & abſtinentiam ſolitam obſervaret.* Hactenus de rebus geſtis anni hujus: quæ

PAGIUS *peraret, ſi preces ſuas a Deo vellet exaudiri*, inquit Eleuſius in hujus Sancti Vita cap. 14. qui addit, Thomam Patriarcham eum rogaſſe, ut apud ſe remaneret, qui ejus deſiderio annuens habitavit in Monaſterio S. Stephani: *quo tempore contigit, ut ſanctiſſimus Patriarcha in*

quæ autem ſequuntur, ſequenti potius contigiſſe noſcuntur, noſque ſuo loco narraturi ſumus.

XI. *Quomodo implera prædictio.* Quod ad prodigium ſpectat a Theodoro generatim tantum Patriarchæ petenti explicatum, ne timentem ipſum nimio terrore concuteret: eventa ipſa, quæ paucos poſt annos contigerunt, quot quantaque mala portenderit, declararunt. Etenim præter immanes Chriſtianorum cædes a graſſantibus Perſis ubique in Oriente patratas, ſancta civitas Hieroſolyma ab eiſdem capta eſt, & ſanctiſſima Cruce ſpoliata, quæ ab ipſis in Perſidem tranſlata fuit. His acceſſit novorum hæreticorum poſt annos item paucos ab inferis portis eruptio: fuerunt hi Monothelitæ, qui univerſæ Eccleſiæ Orientali graviſſima damna dederunt. Sed & quod his omnibus funeſtius acerbiuſque videri poteſt, hoc pariter ſæculo ex Neſtorianis, Arianis, Judæiſque conflatum eſt immane illud monſtrum, quod univerſum pene ſibi orbem ſubegit, atque in dies magis magiſque majoribus acceſſionibus armorum potentia ſævit adverſus Cruces bella gerens. Hoc enim fuiſſe videtur quod dicebat ſanctus, Adverſarii adventum appropinquare, nempe nefandiſſimum Mahometem ſectæ Mahometanorum principem, quæ ( ut ſuo loco dicturi ſumus ) hoc deploratiſſimo ſæculo paucos poſt annos ſumpſit exordium, tanto antea ſignificata portento. Hic rurſum meminiſſe oportet etiam S. Gregorii Papæ ad Maximum Salonitanum Epiſcopum epiſtolæ ( *a* ), qua item eſt de his proditum vaticinium, quo tanta mala obventura prædixit, ut beati a poſteris dicendi eſſent majores, innumeris licet calamitatibus preſſi, quod ea ex hac vita ſublati non viderint: ſed repetenda hic ſunt ejus verba prophetice dicta: *Nolite*, inquit, *de talibus omnino contriſtari: quia qui poſt nos vixerint, deteriora tempora videbunt; ita ut comparatione ſui temporis, felices nos æſtiment dies habuiſſe*. Licet fame, bellis aſſiduis & peſte fuerint ea tempora funeſtiſſima, ſed florentiſſima videri potuerunt cum poſterioribus comparata.

*(a) Greg. l.8. ep.36. Ind.3.*

An-

PAGIUS *in morbum incideret; itaque nuncium miſit ad Beatum Theodorum, rogans eum, ut ſibi daret finem vitæ*. Quod cum tantopere flagitaſſet S. Thomas, mortem ejus Theodorus a Deo impetravit, ut pluribus in laudata Vita apud Baronium narratur. Quare cum *Sanctus Thomas* anno DCX. menſe Martio obierit, profectio Conſtantinopolitana Sancti *Theodori* uno aut altero poſt præſentem anno contigit. Neque Baronius alia ratione illam huic anno illigavit, niſi quia *Thomam* anno ſequenti ad Deum migraſſe exiſtimarit.

S. *Deſiderius* Viennenſis Epiſcopus in exilium miſſus necatur, ut anno DCXII. oſtendemus. Obitus *S. Eulogii* Epiſc. Alexandrini, de quo anno ſequenti.



I. ANnus qui ſequitur octavus poſt ſexcenteſimum, Indictionis undecimæ, multis itidem malis calamitoſus plane Orientalibus extitit & infeliciſſimus. Annales ſiquidem habent ( *a* ), factam eſſe mortalitatem atque penuriam omnis rei, inſuper effuſum rurſus ſanguinem nobilium civium, & Perſarum graſſationes Chalcedonem uſque, devicto Romano exercitu. Hæc omnia ſexto Phocæ anno contigiſſe narrantur ex Theophane in Annalibus. Siquidem Phocas poſtquam Mauritii cognationem e medio ſuſtulit Commentiolum Thraciæ Prætorem & multos alios necavit: quorum omnium pertæſus ejus gener priſcus, qui anno ſuperiori in diſcrimen adductus fuit, adverſus eum conjurationem moliri cœpit: de eo enim hæc ex Theophane in iiſdem Annalibus: *Anno Imperii Phocæ ſexto Priſcus intueri non ſuſtinens tam injuſta homicidia, quam cætera mala, quæ a Phoca patrabantur, ſcripſit ad Heraclium Patricium & Prætorem Africæ, quo Heraclium filium ſuum & Nicetam filium Gregoræ Patricii Subprætorem ſuum mitteret, quatenus contra Phocam tyrannum venirent. Audiebat enim eum rebellionem meditari in Africa: unde nec navigia hoc anno Conſtantinopolim conſcenderunt*. At quæ hoc anno tentari cepta fuere ſequenti ſunt executioni mandata: dicemus de his ſuo loco.

*(a) Miſcel. l.17. Cedr. Annal. in Phoca.*

*Priſcus Phocæ ſocero molitur inſidias.*

Quod vero ad bellicas acceptas clades pertinet, hæc apud eoſdem Annales ſcripta leguntur: *Præterea Perſæ una cum Cardarige Duce egreſſi ceperunt Armeniam & Cappadociam, pugnanteſque Romanorum verterunt militias, ceperuntque Galatiam & Paphlagoniam, & venerunt uſque Chalcedonem ſine parcitate depopulantes omnem ætatem. Et hi quidem foris portam Romanis tyrannidem inferebant: Phocas vero his pejora intrinſecus patrabat, occidens atque captivans*. Hæc ibi.



II. *Obitus Thomæ Epiſc. Conſtantinop.* Quo pariter anno Thomas Conſtantinopolitanus Epiſcopus, ubi ſediſſet annos duos & menſes ſeptem, ſecundum Nicephori Chronicon, ex hac vita ( quod valde cupiit, & precibus impetravit, libens volenſque diſceſſit. Rem geſtam Eleuſius Theodori Siceotæ diſcipulus ſuorum temporum rerum ſcriptor, his verbis ita recenſet ( *b* ):

*Quo tempore*, inquit, *contigit ut ſanctiſſimus Patriarcha in morbum incideret. Itaque nuncium miſit ad beatum Theodorum, rogans eum, ut Deum precaretur, ut ſibi daret vitæ finem. At Chriſti ſervus reſpondit, quamvis ipſe, ut ſanctus olim Apoſtolus Paulus diſſolvi, & eſſe cum Chriſto cuperet, tamen cum magis eſſet neceſſarium, ut pro populi ſalute in corpore maneret, oraturum potius, ut illi vitam & ſanitatem elargiretur. Sed nuncium rurſus ad Dei ſervum miſit Patriarcha: Per Dominum, inquiens, obteſtor te, pater, ſi diligis me, ut pro mutua & fraterna inter nos benevolentia Deum obſecres, ut depoſitum pignus ſuum recipiat, e corpore meo, meque ab imminentibus periculis liberet: neque enim ſpectare poſſum, quæ tu prænunciaſti. Tunc Dei ſervus flexis genibus, & fuſis pro ipſo precibus, nunciavit ei per Epiphanium miniſtrum, ſe quidem vitam ejus pro ſalute omnium exoptaſſe: verum quoniam tantopere flagitaſſet, pro ſe preces fundi, ut diſſolveretur & eſſet cum Chriſto, juſſis ipſius obtemperaſſe, & Deum illi quæ cuperet conceſſurum, & petitionem ejus eodem die impletum iri. Quamobrem ſi jubes, inquit, ut veniam ad te, ſtatim id faciam: ſin minus, nos tamen viciſſim apud Chriſtum Dominum conſpiciemus. Hoc audito beatiſſimus Patriarcha gaviſus eſt gaudio magno, & Deum laudans monuit ſervum ejus ne exiret, neve a quietis & abſtinentiæ ſuæ diſcederet inſtituto: contentum enim ſe eſſe promiſſo ejus, quod*

*(b) Eleuſ. in vit. Theo. apud Sur. t.2. die 22. April.*

M ſe

PAGIUS SÆC.VII Anno Eræ Hiſpan. DCXLV. A.C. 608.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6101.

☉ 1. GF. ☽ 1. P. 7. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 608.

BONIFACII IV. PAPÆ 2.

PHOCÆ IMP. 7.

I. *Poſtconſulatus.* IS annus hac formula notatus: *VI. poſt Conſulatum Phocæ Aug. IV.* Ita legitur in Chronico Alexandrino.

II. Ad num. II. & ſeqq. Auctor Chronici Alexandrini Indict. XIII. anno ſcilicet Chriſti DCX. ait: *Hoc anno menſe Dyſtro, qui Romanis eſt Martius, die XX. qui incidit in feriam ſextam, moritur Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus, & XXII. ejuſdem menſis die Dominica terra mandatur. Octavo Artemiſii ſeu Aprilis, Indict. XIII. Sabbato magno Conſtantinopoli Patriarcha creatus eſt Sergius magni Templi Diaconus Conſtantinopoli*. Verum loco, *octavo Artemiſii*, legendum, *decimo octavo Xanthici*, qui dies anno DCX. in Sabbatum ſanctum incidit. Auctor enim Chronici Alexandrini, quemadmodum & alii Græci, qui menſes ſuos ad Julianos adaptarunt, menſem Majum Artemiſii, Aprilem vero Xanthici nomine ſemper appellat, ut paſſim apud eum legere eſt. Baronius annos duos & menſes ſeptem ex Nicephoro in Chronico *Thomæ* aſſignat. Verum mendoſo Nicephori Chronico uſus eſt; nam tam in editione Græca a Scaligero publicata, quam in editione Luparea haben-

*Moritur S. Thomas Patriarcha Conſtantinop.*

*ſe viciſſim apud Chriſtum eſſent conſpecturi. Hoc & Imperator cum intellexiſſet, ſanctiſſimum Patriarcham inviſit. Qui cum omnibus bendixiſſet, ante horam veſpertinam cum prudentia atque conſtantia mirabili ad Dominum migravit. Hujus obitu cum ſervi Dei familiares angerentur, quod tam amicum atque benevolum Patriarcham amiſiſſent: Nolite,* inquit vir ſanctus, *modicæ fidei homines & puſilli animi, dolere & conqueri: qui enim futurus eſt Patriarcha, non minus nos diliget.*

III. Sergius Epiſc. Conſtantinop. *Quod & factum eſt. Sergius enim, qui creatus eſt Patriarcha, venit ipſe ad Dei ſervum, nec permiſit ut prius a quoquam certior fieret, ſed de improviſo eum pſalmos canentem offendit, & ad pedes ejus proſtratus, rogavit illum, ut pro ſe Dominum precaretur, quo divina ipſius gratia dignus effectus Epiſcopatu & Apoſtolica ſede, ex voluntate ejus populum in pace regeret & gubernaret: ſe enim juniorem eſſe & imperitiorem, quam ut ſine præcipuo & ſingulari Dei præſidio id præſtare poſſet. At Dei ſervus, precibus fuſis, ipſumque complexus: Idcirco, inquit, tibi juveni tantum Deus onus impoſuit, ut majore virtute viribuſque ſuſtineas calamitates & moleſtias impendentes, id quod præceſſor tuus ſibi præſtare non poße videbatur. Confirma igitur te, & robuſtus ſis, atque viriliter age. Deo enim confiſus, ſpero adminiſtrationem tuam & diuturnam & præclaram fore. Ex eo tempore majores vires ſuſcipiens Patriarcha in ſuo munere adminiſtrando recte ſe geſſit, & majore quam præceßor ipſius benevolentia virum ſanctum eſt proſecutus.* Hæc de Sergio auctor.

IV. (a) 1. Reg. 9. Porro Sergius inſtar Saul (*a*), qui ipſo exordio coram Samuele magnum ſpecimen dedit optime adminiſtrandi regni, cum eſſet humilis in oculis ſuis, neque (teſte divina Scriptura) eſſet vir melior illo in Iſrael: ex vita hactenus virtutibus exculta pie ſancteque ducta, magnam de ſe apud omnes, præſertim vero apud præclaros ſanctitate viros concitarat expectationem: cujus rei gratia ſanctus Theodorus ita magnifice eadem ferme fauſta reſponſa de eo dedit, quæ de Saule Samuel, eo quod eamdem ipſe ſpem de Sergio concepiſſet, quam Samuel de Saule. At non ſemper propheticus ſpiritus prophetis ſanctis inhæret futura aperiens cuncta, ut fuſius ſanctus Gregorius docuit ſuper Ezechielem. Quæ igitur de Sergio prænunciata audiſti a Theodoro (ne ſcandalum patiaris) non prophetice dicta intelligas, ſed (ut accepiſti) quod ita ipſe fore ſperaret: *Deo enim confiſus*, inquit, *ſpero adminiſtrationem tuam & diuturnam & præclaram fore*. Talia namque de ipſo ſperare cogebat vita Sergii famaque vulgata, & oſtenſa illa tunc convenientis ipſum & ſternentis ſe ad pedes ejus humilitas.

Eſt carmen Georgii Piſidæ admirandi hujus temporis nominis apud Græcos in poetica facultate, quo vitæ hujus vanitatem deplorat, ad eumdem Sergium Patriarcham inſcriptum, ubi inter alia ab ipſa animi demiſſione eumdem plurimum commendat his jambis: V.

Sergii laudes ex Georgio Piſida.

*Lumen coruſcum Chriſtianorum chori,*
*Tu mens paterna, cor ſuperbum neutiquam.*
*Volites per aſtra quamquam, & adeas æthera,*
*Te deprimis, congrederis & mortalibus, &c.*

Et in carmine de opificio mundi hæc de eodem Sergio:

*Hæc Patriarcha clamitatque & dictitat:*
*Ut balbus is ſit plurima ob jejunia,*
*At non loquendo intus ſonum magnum dedit,*
*In cordis igne cum indidit linguam ſuam,*
*Hanc condiditque, & reddita eſt vocalior:*
*Tacenſque clamat, guttur ut Moſis ſacrum,*
*Attenditurque idem, licet non agitet os.*
*Largo imbre terram irrorat, atque oculis pluit:*
*Ningit frequenter lacrymarum cum impetu.*
*Nunc nos, latere etſi videtur, novimus:* Nam

PAGIUS bentur anni tres & menſes quinque; quia ſcilicet Nicephorus *Thomæ* initium deduxit a die XXIX. menſis Octobris anni DCVI. Quo pacto *Thomas* annos tres & menſes quinque ſediſſet. Verum cum is ordinatus tantum fuerit die XXII. Januarii anni DCVII. ut ſuo loco dixi, præfuit Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ annos tres, & menſes non amplius duos, ut diſerte tradit Nicephorus Callixti lib. 18. cap. 44. cui conſentiunt Menologium Baſilii Imp. vetuſtum Synaxarium MS. Collegii Pariſienſis Ludovici Magni, & Menæa excuſa, ac MSS. ut videre eſt apud Bollandum ad diem XX. Martii, quo Sanctus Thomas colitur. Nicephorus Callixti ibidem addit: *Thomas iſte domum maximam in ædibus Epiſcopalibus exſtruxit: quæ domus, nomen a conditore ſuo acceptum, in hodiernum uſque diem retinet, & Thomaitis vocatur.* Ædes Patriarchæ vocabantur *Patriarchium*, quod variis Tricliniis conſtabat. Præcipuum *Thomaites* nuncupabatur, illudque conflagravit incendio anno primo Conſtantini Irenes Auguſtæ filii, unaque cum Thomaite præclari Joannis Chryſoſtomi in Sacram Scripturam Commentarii, qui



*Nam notus infra lumina abiiciens erat,*
*Cum ſenſa ſurſum animi elevaret omnia.*
*O paſſionum barbararum carnifex!*
*Siquidem has trucidas ore ſermonis ſacri:*
*Munita cum ſint noſtra monſtres mœnia:*
*Sunt quippe liberi urbium muri tui:*
*Et ſilicibus ſtrue alta propugnacula*
*Chriſto angularis lapidis in loco ſito.*

Hæc & alia ſumma laude digna de Sergio Georgius Piſida: quibus tu intelligas, quantæ tunc eſſet Sergius iſte in Oriente æſtimationis.

Verum ſicuti Saul, ita & iſte in tranſverſum actus, non in eadem qua cœperat animi demiſſione perſiſtens, in foveam erroris lapſus, ex eadem, ſicut ille, numquam exurgens, peſſime periit; ex optimo nequiſſimus redditus, caput & dux factus Monothelitarum hæreticorum, de quo inferius plura eademque funeſta dicenda erunt.

VI. Reliqua Theodori Conſtant. degentis. Sed quæ ſunt reliqua geſtorum viri ſanctiſſimi Theodori Conſtantinopoli degentis, videamus. *Reprehendebat* (inquit Eleuſius) *vir ſanctus illum morem, quo multi, præſertim in dignitate conſtituti poſt myſteriorum perceptionem ad lavacra ſe conferebant. Quamobrem clericorum cœtus ſanctiſſimæ magnæ eccleſiæ ad eum ſe contulit, & ſic eum eſt allocutus: Quoniam audivimus, pater ſanctiſſime, te eos reprehendere, qui poſt myſteriorum perceptionem ſe lavant; ad te confugimus, ut intelligamus utrum id ex ſacræ Scripturæ lectione, an aliunde didiceris. Vir divinus ita reſpondit: Legimus in Scripturis ſanctis* (a) 1. Jo. 1. (*a*)*: Omne mendacium a malo eſt: &* (b) Pſal. 5. (*b*) *Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Scitote igitur Deum mihi indicaſſe, eos valde peccare, qui poſt ſanctam communionem ad balnea ſe conferunt, ut corpus lavent & curent. Quis enim unguentum delibutus & aromatibus, eorum abſtergit ſuavitatem? Quis ſimulac cum Imperatore pranſus eſt, ad balneum currit?* Hæc ipſe. Quod vero ejuſmodi non eſſent parvipendenda, ſignis poſt hæc editis Deus dicta ab eo voluit confirmaſſe: pergit enim Eleuſius:

VII. *Cum autem adhuc in eadem manſione moraretur, multæ turbæ eo occurebant; ut benedictionem ſuſciperent. Et cum ad eum quidam vexatus a dæmone acceſſiſſet,*



*& multa vociferaretur, increpans eum, & pectus ejus manu percutiens, ſpiritui immundo, qui in illo erat, imperavit ut exiret, & ſtatim egreſſus eſt, cum aliis fratribus ſpectantibus, tum Zoilo Dei ſtudioſiſſimo, qui eorum præfectus poſtea factus eſt. Alia item complura miracula fecit, dum illic eſſet, per gratiam Chriſti Dei noſtri. Quare pietatis colentiſſimus Chriſtophorus manſionis præfectus, & fratres omnes cupientes imaginem ipſius apud ſe manere, pictorem accerſiverunt, qui perſpecta ejus facie, effigiem illius exprimeret. Cum igitur eorum deſiderio pictor ſatisfeciſſet, antequam virum ſanctum dimitterent, duxerunt eum ubi imago illa erat, ut ei benediceret. Qui cum gravitate ſubridens: Vos, Inquit, fures eſtis: cur enim hoc feciſtis, niſi ut aliquid aliquando furemini? Et cum ei benedixißet, diſceſſit.* Quæ autem ab eo ibidem geſta ſunt cum Domitio Patricio cognato Phocæ Imperatoris, ex eodem auctore ſic accipe: Imago S. Theodori a pictore effigiata.

VIII. Domitius Patricius quæ a S. Theodoro obtinet. *Domitius vero Patricius vir clariſſimus domum ſuam, quæ in Arcadianis eſt, virum ſanctum adduxit, ut familiæ ſuæ benediceret. Cumque Irenem conjugem ſuam, feminam pietatis amantiſſimam, adduxiſſet: Benedic, inquit, domine, huic conſervæ meæ, ex qua ego, cum ſimul diu vixerimus, nullos adhuc liberos ſuſcepi; quamobrem in mœrore verſamur. At vir ſanctus cum ei precibus fuſis benedixiſſet: Dei gratia, inquit, hæc tibi filios mares pariet. Adduxit denique familiam univerſam & famulos & ancillas, ut omnibus benediceret: inter quos ancilla quædam poſt omnes ſequens, occultum dæmonium habebat, & magno cum dolore tunc e lectulo ſurrexerat. Hanc vir vere divinus procul conſpicatus, juſſit ut ad ſe adduceretur: & cum illam ſiniſtra manu comprehendißet, cœpit dextera ſua pectus ejus percutere, & vexantem dæmonem increpare, ne occultus maneret, ſed patefieret. Statim igitur dæmon moveri cœpit, & tamquam vim patiens vociferari. At vir ſanctus, ea humi projecta, & pede ſuper collo ejus impoſito, ad Orientem converſus, tacite precabatur, ut labia tantum moveret, nec vox ejus exaudiretur. Cumque ad precationis finem perveniſſet, clara voce, ut omnes poßent intelligere, laudem & gloriam ſubjecit ſanctiſſimæ Trinitatis. Manſit igitur puella diu muta; ſed cum interim reliquis omnibus benedixißet, ab eo excitata ſur-* re-



PAGIUS qui in eo aſſervabantur, igne abſumpti ſunt, teſte Zonara lib. 3. dum loquitur de Irene & Conſtantino ejus filio. Eandem rem narrat Cedrenus ſub anno X. ejuſdem Conſtantini, aitque: *Incendium Triclinium Patriarchæ domus, quod Thomaites appellabatur, & ei ſubjectas cameras abſumpſit, ubi repoſitæ erant ſchedæ univerſæ Scripturæ, quibus eam S. Joannes Chryſoſtomus fuerat interpretatus.* In illis itaque cameris aut fornicibus erat Bibliotheca Patriarcharum, ut teſtatur idem Cedrenus in Theophilo pag. 521. ubi ait, *Theophanem* Confeſſorem Sacra-

*vexit incolumis, & in omni vita ſua ſana permanſit. Porro Domini conjux Irene (ut vir divinus prædixerat) tres filios peperit, cum ſtatim poſt ejus benedictionem primum filium concepiſſet. Dimiſſus ergo Chriſti ſervus ab Imperatore & a Patriarcha, ad monaſterium ſuum reverſus eſt.* Hæc de rebus ab eo geſtis Conſtantinopoli; reliqua quæ ſubiiciuntur, ſequenti anno accidiſſe noſcuntur.

IX. *Eulogii Epiſ. Alexandr. obitus & ſcripta.* Hoc eodem anno moritur vir ſanctiſſimus Eulogius Epiſcopus Alexandrinus, cum ſediſſet (ut habet Nicephori Chronicon) annos vigintiſeptem, vir ſane tum ſanctitate, tum etiam doctrina inſignis, hoc deploratiſſimo tempore a Deo conceſſus ad reſtaurandam collapſam jacentemque diu Eccleſiam Alexandrinam, hæreticos atque ſchiſmaticos revocans ad Eccleſiam. Hujus fuerunt præclara ſcriptorum monumenta, quæ a Photio numerantur videlicet, liber ipſius, in quo S. Leonis Papæ & Cyrilli Alexandrini partes tuetur pro unione hypoſtatica, de qua actum eſt in Concilio Chalcedonenſi, quam Petrus Theodoſius, & alii impugnabant quos omnes confutat. Alius præterea ab ipſo ſcriptus eſt eodem ferme argumento commentarius adverſus Severianos, Theodoſianos, & Gajanitas, eoſdemque Acephalos eamdem unitatem impugnantes, Inſuper ejuſdem ſunt undecim orationes ſeu apologiæ pro Concilio Chalcedonenſi & ſancto Leone Papa, eædemque ſumma pietate atque doctrina refertæ. Rurſus idem Eulogius ſcriptum reliquit librum alium contra Agnoitas. Hæ ſunt quæ Eulogii a Photio recenſentur lucubrationes. Quomodo autem ſanctus Leo ipſi Eulogio rependit gratias, quod pro ſuæ epiſtolæ defenſione laboraſſet, audi quæ de Theodoro Epiſcopo apud Sophronium legantur (a).

(a) *Sophro. Prat. Spir.* c. 148.

X. *Theodorus ſanctiſſimus Epiſcopus Darnæ civitatis, quæ in Libya eſt narravit nobis, dicens: Cum eſſem cubicularius ſancti Papæ Eulogii, vidi in ſomnis virum venerandi habitus ſtatura procerum, dicentem mihi: Nuncia meum Papæ Eulogio adventum. Ad quem ego: Quis es domine, qui jubes ut nunciem? Reſpondens ille dixit: Ego ſum Leo Pontifex Romanus. Ingreſſus igitur ego nunciavi, dicens: Sanctiſſimus & beatiſſimus Papa Leo Romanæ ſedis Antiſtes convenire vos vult. Cum hoc audiſſet Papa Eulogius, exurgens concitus occurrit in occurſum ejus. Salutanteſque ſe invicem, oratione facta, reſederunt. Tunc vero divinus & eximius Leo dixit S. Eulogio: Scis quare huc venerim ad vos? Reſpondit ille: Non. Ait ipſe: Veni, ut vobis gratias agerem, quia rite & magnifice pro epiſtola mea reſpondiſtis, quam ſcriptam miſi ad fratrem meum Conſtantinopolitanum Patriarcham, ſenſum quidem & ſententiam meam aperientem, hæreticorum autem ora obſtruentem. Scito autem, frater, quia non mihi tantum veſtrum divinum laborem ſtudiumque contuliſti, ſed etiam ſupremo culmini Apoſtolorum Petro, & ipſi præ omnibus quæ a nobis prædicatur veritati, quæ eſt Chriſtus Deus noſter. Iſta vero non ſemel, ſed bis terque conſpiciens, trina apparitione firmatus, enarravi S. Papæ Eulogio. Qui cum audiſſet, lacrymatus eſt, extendenſque in cælum manus ſuas, Deo gratias retulit, dicens: Gratias tibi ago, dominator Chriſte Deus noſter, quia cum indignus ſim, veritatis tuæ præconem me facere dignatus es, & per orationes ſervorum tuorum Petri ac Leonis parvam & modicam alacritatem noſtram, tamquam duo viduæ minuta, ſumma & ineffabili benignitate ſuſcipere dignatus es.* Hactenus de Eulogio, qui inter ſanctos receptus anniverſaria die in Eccleſia celebratur Idibus Septembris. Succeſſit vero in locum ejus Theodorus Scribon.

XI. Res autem Occidentalis Eccleſiæ his temporibus ſubobſcuræ, in Gallia tantum inventione corporis S. Victoris (b) mar-

(b) *Sigeb. in Chron. hoc anno*

PAGIUS crarum imaginum defenſorem, cum ei præſentaretur liber quidam corruptus, poſtulaſſe, ut *ex Patriarchæ Bibliotheca Thomaitica codex afferretur*. Quæ quidem *Bibliotheca Patriarchii* non ſemel dicitur in Actis VI. Synodi Act. XIII. & XIV. ut videre eſt apud Ducangium in Conſtantinopoli Chriſtiana num. IX. ex quo ſuppleri poterunt omiſſa a Bollando citato. Thomas *impio Sergio Sede ceſſit. At Diaconus quidem Eccleſiæ* (ſcilicet Conſtantinopol.) *fuit; ſed a Syris & Jacobitis generis originem traxit*, inquit Nicephorus Callixti loco citato.

III. *S. Eulogius Patriarcha Alexan. moritur.* Ad num. IX. S. *Eulogius* Epiſcopus Alexandrinus, qui anno DLXXX. ad Præſulatum evectus fuerat, ad Deum migravit anno ſuperiori. Nicephorus quidem in Chronico tam in editione Scaligeriana, quam in editione Luparea aſſignat ei annos tantum XVII. ἔτη ιζ, ſed legendum, ἔτη κζ, ſeu *annos XXVII.* qui error Amanuenſibus attribuendus. Nicephorus enim Callixti lib. 18. cap. 56. & Auctor Tabularum Theophani inſertarum annos eidem XXVII. diſerte tribuunt, licet in verſione Latina ejuſdem Nicephori legantur anni XXV. errore ſcilicet Typographi. Neque ejus Sedis durationem breviorem fuiſſe demonſtrat duratio Patriarcharum, qui eum, & præceſſere, & ſecuti ſunt. Colitur die XIII. menſis Septembris, & non minus doctrina, quam ſanctitate claruit, ut videre eſt in Bibliotheca Photii Cod. CCVIII. CCXXV. CCXXVI. CCXXVII. CCXXX. & CCLXXX. ubi multa Operum ejus fragmenta recitantur. Adhæc Combefiſius Tomo I. Auctarii Bibliothecæ Græco-Lat. pag. 651. publicavit ſermonem Sancti Eulogii *in diem feſtum Palmarum & in pullum aſini*. Ei ſucceſſit *Theodorus* Scribo.

IV. Ad num. XI. Aimoinus lib. 3. cap. 90. & Fre-



*De S. Victoris martyris inventione.* martyris luce coruſcant, de quo hæc miranda habet Aimoinus (a): *Beatus vero Enchonius Pontifex Maurienenſis corpus S. Victoris, qui Solodori una cum S. Urſo paſſus fuerat, hoc modo invenit: Quadam nocte in ſua civitate quieſcentem revelatio divina per viſum admonuit, ut ſurgens quantocyus, ad Eccleſiam, quam Sedeleuba quondam Burgundionum Regina in ſuburbano Genabenſi conſtruxit, iret. Ibi in medio baſilicæ deſignant locum, quo corpus ſanctum eſſet humatum. Cumque Epiſcopus Genabenſem feſtinus adiiſſet urbem, aſſumptis ſecum Ruſtico & Patricio Antiſtitibus, biduano peracto jejunio, nocte ſequenti eo loci quo glorioſi martyris quieſcebant membra lux cæleſtis apparuit. Tunc hi tres Domini ſacerdotes, elevato quo tenebantur lapide, invenerunt ſanctum in arca argentea jacentem, cujus facies ſeptempliciter quam cujuſlibet viventis hominis divino irradiata ſplendebat fulgore. Huic tam egregii martyris inventioni interfuit Theodoricus princeps, qui loco illi maximam portionem facultatis Vvarincharii contulit, quam ille (ut præfati ſumus) eleemoſynis delegaverat erogandam. Ad ſepulcrum denique beatiſſimi Victoris, Chriſti potentia multa exinde miraculorum oſtendit ſigna.* Hæc de Victoris martyris inventione, de quo conſule quæ in Notis ad Romanum Martyrologium (b) diximus. Hæc autem in deteſtationem recentiorum hagiomachorum dicta ſunto; qui ſciant teſtes eſſe in cælo martyres eorum impietatis, atque eoſdem vindices affuturos.

(a) *Aimoin.* l. 3. c. 90.

(b) *Not. in Rom. Mart. die 30. Septembr. c.*

Chri-

PAGIUS *Inventio corporis S. Victoris Martyris.* Fredegarius cap. 21. & 22. referunt Inventionem corporis Sancti Victoris, qui Salodoro cum S. Urſo paſſus fuerat. *Acconio* Epiſcopo Maurianenſi revelatio facta eſt, ut iret ad Eccleſiam *quam Sedeleuba Regina in ſuburbano Genavenſi conſtruxerat*, in cujus Eccleſiæ medio corpus inveniret. Quo cum duobus comitantibus Epiſcopis perrexiſſet, in arca argentea Sanctum corpus ſepultum invenit, ut pluribus narrat Fredegarius. *Victor & Urſus* Martyres erant ex Legione Thebæorum, de quibus mentio in Martyrologio Romano ad diem ultimum Septembris; *Sedeleuba* vero ſoror S. Clotildis Clodoveo Regi quondam nuptæ, Reginæ titulo a Fredegario & Aimoino cohoneſtata, quia filia erat *Chilperici* Burgundionum Regis. Eam Gregorius Turonenſis lib. 2. cap. 28. non *Sedeleubam*, ſed *Mucuranam* nuncupat, ut obſervat Dominicius in Ansberti familia rediviva part. 1. cap. 14. ubi plures illuſtres Viros recenſet, qui ſub duplici nomenclatura deſignantur ab antiquis Auctoribus. Porro *Salodurum* vel Salodorum, Gallis *Soleurre*, Oppidum eſt antiquiſſimum ad Helvetios pertinens medium inter Friburgum, & Baſileam. Hanc inventionem juxta Sigebertum in Chronico huic anno illigat Baronius. Verum ea ad annum DCII. retrahenda; cum Fredegarius & Aimoinus anno ſexto Regis Theodeberti eam contigiſſe narrent, & Fredegarius eodem anno Phocam Imperium uſurpaſſe tradat.

I. CHriſti Redemptoris annus ſexcenteſimus nonus, duodecimæ Indictionis, calamitatibus in dies majoribus auctus volvitur, quo omnia ubique cædibus flagrant: de quibus antequam agamus, de Bonoſo hoc anno (ut habent Annales *a*) creato Comite Orientis aliqua dicenda erunt. Phocas ſiquidem ingenio ferox æquales ſibi homines truculentos ad Rempublicam adminiſtrandam deligebat, quos præſertim vidiſſet nobilium ſanguine cruentatos: ex quorum numero delectus ab eo fuit Bonoſus, auctuſque Comitiva Orientali, quæ maxima omnium conſuevit eſſe præfectura. Cui tamen ea reliqua fuit religio, ut in provinciam proficiſcens, voluerit B. Theodori, de quo nos plura ſuperius, precibus communiri. Quæ autem inter utrumque tranſacta fuerint, ex Eleuſio, qui interfuit, dignam Annalibus recenſeamus hiſtoriam; ait enim (*b*): *Bonoſus homo immitis, cum in Orientis partes Proconſul iret, & ad monaſterium appropinquaret, audita viri divini fama, nuncium ad eum miſit, rogans, ut ad oratorium S. Gemelli veniret; quoniam illic ipſe Deum adoraturus, cuperet viri ſancti benedictionem accipere, cum non poſſet ad monaſterium accedere, quia feſtinaret proficiſci. Ad eum igitur venit ſanctus Theodorus: cumque pro illo precaretur, & ipſe ſtaret, nec cervicem inclinaret, vir ſanctus apprehenſis frontis ejus capillis, eum deorſum traxit. Ita virtus fiduciam ſumere conſuevit, nec humanam metuere poteſtatem. Juſtus enim (ut ſcriptum eſt c) confidit ut leo.*

(a) *Miſcel. l. 17. hoc ann. 7. Phocæ.*

Bonoſus Comes Orientis.

(b) *Extat apud Sur. t. 2. die 22. April.*

(c) *Prov. 28.*

II. *Nos autem, qui cum viro ſancto eramus, valde timebamus, ne Proconſul ut erat vir ferus & crudelis, contumelia ſe affectum exiſtimans, indignaretur. At ipſe humaniter, & precationem & reprehenſionem ſuſcipiens, virum ſanctum veneratus eſt, & manum ejus deoſculans pectori ſuo admovit, obſecrans eum ut pro ſe Deum oraret, ut a dolore quodam, quo pectus ejus laborabat, liberaretur. Quare vir ſanctus digitis pectus ejus leniter percutiens: Tibi prius, inquit, orandum eſt, ut interior homo corrigatur & convaleſcat: illo enim curato, facile exterior liberabitur. Hoc ego quoque pro me Deum rogo. Quamobrem da te lenitati, & Deum time, ut preces meæ exaudiantur. Nam ſi ego quidem pro te orem, tu autem pietatem & virtutem negligas, inanis erit mea precatio. Eſto igitur clemens & miſericors in homines Chriſtianos. In magiſtratu tuo ne te crudelem & inhumanum præbeas: ſed peccata tua conſiderans, in aliorum peccatis vindicandis ſis mitis ac benignus. Cave ne umquam effundas ſanguinem innocentem. Si enim is qui fatuum aliquem tantum appellarit, reus futurus eſt; quanto magis punietur a Deo, qui iniuſte ſanguinem effuderit?*

Monetur Bonoſus a Theodoro.

*Hæc pietatis ſemina in animo ejus tamquam in terra fœcunda cum vir ſanctus conjeciſſet: ille nummos aliquot protulit, quos viro ſancto religionis gratia daret: recuſantemque coegit accipere, rogans ut ſingulos ſingulis fratribus diſtribueret. Cui vir ſanctus, antequam eos conſpexiſſet: Quo modo, inquit, cum ſint quinquaginta nummi, ita diſtribui poterunt, ut ſinguli fratres, qui ſunt centum, ſingulos accipiant? Tunc ille viri divini verba admiratus, reſpondit: Quinquaginta profecto ſunt, ut ore tuo ſancto, venerande pater, pronunciaſti. Mox igitur totidem alios mittam, ut omnibus ſatis eſſe queant. Quod & fecit. Sic juſtorum virtus ſolet homines etiam ſuperbos, mites ac manſuetos reddere.* Sic quippe Deus, quo viri juſti verba in corde Præſidis altioribus fixa radicibus jugiter inhærerent, in re quantumlibet levi voluit per ipſum prophetico ſpiritu abſcondita fieri manifeſta de nummorum numero. Pergit vero auctor alia digna viro ſanctiſſimo miracula recenſere, quæ tu videas: nos ipſius Bonoſi Orientis Præfecti modo in procinctu poſiti veſtigia proſequamur.

III. Qui ergo adverſus Perſas Romanorum regiones infeſtantes a Phoca Imperatore miſſus cum exercitu fuit, ob exortum Antiochiæ civile bellum revocatur, ad illudque compeſcendum converti præcipitur. Quodnam autem & quale iſtud fuerit, ex Annalibus accipe, ubi hæc ita narrrantur: (*a*) *Anno Imperii Phocæ ſeptimo, Antiocheni Judæi ſimultate inquieta commiſſa contra Chriſtianos, occidunt Anaſtaſium magnum Patriarcham Antiochiæ, mittentes pudenda ejus in os ejus, & poſt hæc trahentes eum in plateam urbis. Interfecerunt autem & civium multos, & incenderunt eos. Phocas vero fecit Comitem Orientis Bonoſum, & Chotin Magiſtrum militum, & tranſmiſit eos adverſus illos, & non valuerunt ſedare inquietudinem illorum. Coacervantes vero exercitus irruerunt in illos, & plurimos occiderunt, & quoſdam eorum detruncatis artubus, ab urbe reddiderunt extorres.* Hæc breviter de rebus Antiochenis. Eadem Nicephorus cum referat (*b*), errore eum lapſum ſuperius demonſtravimus, dum hunc eſſe putavit Sinaitam Anaſtaſium ejus prædeceſſorem, cum conſtet illum ſub Mauritio Imperatore mortuum, hunc ſub Phoca eſſe necatum. Porro iſte Anaſtaſius, qui ita inique adeoque crudeliter ab iiſdem Dei hoſtibus, qui Chriſtum Dominum Redemptorem interfecerunt, occiſus eſt, inter ſanctos martyres meruit cooptari, atque anniverſaria memoria in Eccleſia (*c*) celebrari.

(a) *Miſcel. l. 17. an. 7. Phocæ Imper. & Cedren. anno ultimo.*

Anaſtaſius Epiſ. Antioch. occiditur a Judæis.

(b) *Nicep. l. 18. c. 44.*

(c) *Rom. Martyr. die 21. Decem.*

IV. Sed quæ rurſus hoc anno mala patrata ſunt, & ex lætis luctus provenit, ex iiſdem citatis ſæpe Theophanis Annalibus accipe, ubi iſta habentur (*d*) Phocas autem fecit Circenſem ludum, & Praſini conviciis eum laceſſere, clamantes: Iterum in Gabaſta bibiſti (*ſicut fuerat acclamatum, cum creatus eſt Imperator, ignominiæ cauſa*) Iterum ſenſum perdidiſti (*erat autem Gabaſta populi genus prægrande.*) *Cum igitur ita populus acclamaſſet, juſſu Phocæ Coſmas Præfectus multos ex eis detruncavit, quoſdam vero decollavit, nonnullos autem in ſaccos miſſos in mari necavit. Porro Praſini coacervati miſerunt ignem in prætorium, & incenderunt curiam & ſcrinia, & carceres, ex quibus egreſſi vincti fugere. Hinc iratus Phocas eos militia privat.* Et inferius:

(d) *Miſcel. an. 7. Phoc.*

Tumultus & cædes populi.

V. *Hoc anno hiems enormis efficitur, ita ut maris mollicies in glaciei duritiam verteretur. Tum Phocas Macrobium Scribonem juſſit ſagittari apud Septimum pendentem in lancea in qua tyrones exercebantur, quaſi conſcium inſidiarum ſuarum. Theodorus enim Præfectus Cappadox & Hel-*

PAGIUS SÆC. VII. Olymp. 347. Anno Eræ Hiſp. DCXLVII. A.C. 609.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6102.

☉ 2. E. ☽ 2. P. 30. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 609.

BONIFACII IV. PAPÆ 2.

PHOCÆ IMP. 8.

I. *Poſtconſulatus.* IS annus hac formula notatus: *VII. poſt Conſulatum Phocæ Aug. V.* Ita Auctor Chronici Alex.

II. *S. Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus occiditur.* Ad num. III. Sanctus Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus, non hoc anno, ſed ſequenti occiſus; Auctor enim Chronici Alexandrini anno poſt Conſulatum Phocæ Aug. VI. ait: *Ptochodochiorum Præfectus, cuſtoſque portus & trans Urbem, Septembri menſe Indictione XIV. renunciavit, Anaſtaſium Patriarcham Antiochenum, qui Scholaſticus fuerat, a militibus interemptum eſſe.* Theophanes quidem cædem Anaſtaſii anno Incarnat. ſecundum Alex. DCI. Kalendis Septembris anni Chriſti ſuperioris inchoato recitat, anno ſcilicet Phocæ VII. Sed Theophanis errorem vidit Cedrenus, qui eandem ad annum Phocæ octavum differt. Quem anni integri prochroniſmum uſque ad annum Chriſti ſexconteſimum nonageſimum tertium Theophanes propagavit, per annos ſcilicet circiter octoginta quatuor, ut paſſim dum de rebus ab eo narratis verba faciemus, indicabimus. Jacobus Goar in Notis ad Theophanem hunc errorem quidem animadvertit, ſed ejus finem non indagavit. Et Henſchenius Tomo 3. SS. menſis Martii in Exegeſi præliminari, quæ eſt *de Chronographia S. Theophanis*, cap. 3. ejus quidem finem & initium ſollicite inveſtigavit, ſed perperam credidit, in eo perduraſſe Theophanem uſque ad annum penultimum Copronymi Imperatoris, per annos ſcilicet CLXXIII. & eidem initium feciſſe anno quinto Phocæ Imperatoris. Nam præterquam quod obſcurum eſt, quo *Phocæ* anno Theophanes errare cœperit; cum Auctorem non habeamus, qui res a Phoca geſtas, certo ſuis annis reddiderit, infra evidentibus argumentis conſtabit, Theophanem anno Incarnat. ſecundum Alexan. DCLXXXVI. qui ſeptem numeris additis nos ducit ad annum Dionyſianum DCXCIII. in viam rediiſſe. Ut igitur Theophanem per annos LXXXIV. cum Eræ Dionyſianæ ſectatoribus in concordiam revocemus, annis Eræ Alexandrinæ, quibus utitur, non ſeptem, ut antea, ſed octo annos addemus; eoque pacto ejus Chronologia noſtræ reſpondere poterit. Qua de re monitum hic volui Lectorem, ne nova hac numerandi ratione conturbetur. Nicephorus in Chronico & Tabulæ Theophani inſertæ annos tantum novem *Anaſtaſio* tribuunt; ſed cum exeunte anno DXCVIII. Sedem inierit duodecimum inchoavit. In Anaſtaſio Catalogum Epiſcoporum Antiochenſium claudit idem Nicephorus, quod ab eo tempore plerumque Epiſcopi hæretici eam Sedem occuparint. Quare nomen *Anaſtaſii* Martyris ſucceſſoris nos latet.

III. *Iſichius Epiſc. Hieroſolymorum & Theodorus ſcribo Epiſ. Alex. moriuntur.* Ad num. V. Baronius mortem *Iſichii* Patriarchæ Hieroſolymitani recte hoc anno conſignat. Auctor enim Chronici Alexandrini poſt Conſulatum Phocæ anno V. habet: *Hoc anno Africa & Alexandria ab Imperio deficiunt, & occiditur Patriarcha Alexandrinus ab adverſariis; Iſacius Hieroſolymorum Pontifex vixit: in cujus locum ſufficitur Zacharias Presbyter, & ſacrorum vaſorum cuſtos Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Aedeſſa in hoſtium poteſtatem venit.* Ita locum Chronici Alexandrini vertit Raderus. Verum in Græco legitur: παυέται δὲ καὶ Ισάκιος ἀπὸ Ιεροσολύμων, quæ verba ſic vertenda, *Requievit vero & Iſacius Epiſcopus Hieroſolymorum*, id eſt, *obiit*. Male etiam Ducangius locum illum interpretatur: *Abdicatur vero Iſacius*. Nam verum quidem eſt, hoc verbum παυμαι, ſignificare *dignitatem abdico*, ſed tantum quando jungitur cum genitivo τῆς ἀρχῆς, non vero abſolute & ſine adjectione. Noſtra interpretatio confirmatur ex Nicephoro in Chronico & Tabulis Theophani inſertis, in quibus Iſichio, qui anno DCI. ſedere cœperat, anni octo aſſignantur. Patriarcha ille Alexandrinus, qui interfectus eſt, vocabatur *Theodorus Scribo*, cujus mortem Baronius in annum ſequentem perperam differt. Porro hæc Chronici Alexandrini Chronologia ex his, quæ habet Nicephorus Callixti lib. 18. cap. ult. confirmatur. Ait enim librum illum 18. *triginta duorum annorum tempus* continere, & quando Opus ſuum abſolvit, *Phocam* interfectum eſſe; in Urbe imperante Eccleſiaſticum clavum obtinuiſſe *Sergium*; in Alexandrina Sede *Theodoro Scriboni* poſt biennium demortuo ſucceſſiſſe *Joannem Miſericordem Cyprium*; & *Zachariam* Iſaacio in Sede Hieroſolymitana. Librum illum 18. ab Imperio Auguſteo Tiberii Conſtantini, ideoque ab anno Chriſti DLXXVIII. inchoat Nicephorus. Qua-

Phocæ parantur inſidiæ. *Helpidius Præpoſitus armamenti, & alii diverſi conſilium fecerunt in Hippodromo Phocam occidendi. Et facto prandio, Theodorus Præpoſitus Prætorio cœpit eis texere intentionem ſuam. Contigit autem illic inveniri Anaſtaſium Comitem largitionum. Prandio ergo facto, & enarratis his quæ inſidiarum erant, pœnituit Anaſtaſium illic ſe repertum, & non dixit quæ cordi ſuo inerant, ſed ſiluit. At vero Helpidius perdurabat, dicens: Non vultis, ut cum ſederit in ſolio ſuper Hippodromum, hunc comprehendam, & evellam oculos ejus, & ſic eum interficiam? Et pollicebatur eis dare currus. Re præterea Phocæ nota ex proditione Anaſtaſii facta, juſſit Præfectum Helpidium, &* Inſidiarum conſcii necantur. *primores qui ſciverant rem cum omni diligentia diſcuti. Cumque diſcuterentur, quæ inſidiarum fuerant, confeſſi ſunt, & quod Theodorum voluerint facere Principem. Porro Phocas juſſit decollari Theodorum, Helpidium, Anaſtaſium, & cæteros qui inſidias ſuas cognoverant.* Hucuſque res Phocæ anni hujus: quibus vides ipſum infeliciſſimum, cum tyrannice invaſiſſet Imperium, idem & tyrannice adminiſtraſſe, ex quo tandem miſerrime cæſus ſublatus eſt, ut ſequenti anno dicemus: quem præſtaſſet apud milites lixam, quam Imperatorem profeſſum eſſe. Eo cæca dominandi cupiditas homines impellere ſolet, ut dum quod eſt ſupra vires appetunt, tenereque non valent, ſub molis ruina oppreſſi deficiant.

Hoc eodem anno Eſychius Hieroſolymorum Epiſcopus, ubi ſediſſet annos octo (ut habet Nicephori Chronicon) ex hac vita migravit; ſucceſſitque ipſi Zacharias, de quo plura ſuis locis dicturi ſumus.

VI. Bellici apparatus. Quod ad res pertinet Occidentis, ſcito Africam totam in procinctu fuiſſe ob bellum, quod inferendum parabatur ab Heraclio adverſus Phocam Imperatorem: cum & Gallia ferveret bellis civilibus, & Italia gemeret ſub gladiis Longobardorum. Res vero anni hujus Romanæ Eccleſiæ prorſus obſcuræ remanent.



PAGIUS Quare anno Chriſti DXC. exeunte terminatur ejus Hiſtoria, tuncque *Zacharias*, & S. *Joannes Eleemoſynarius* Sacrum munus adminiſtrabant. *Scriboni* annos etiam duos tribuunt Nicephorus Patriarcha in Chronico, & Tabulæ Theophani inſertæ. De Africæ & Alexandriæ defectione ac cæde Alexandrini Epiſcopi ſilent Theophanes, Cedrenus, & Auctor Chronici Orientalis.

IV. *Obitus S. Virgilii Epiſc. Arelatenſis.* *Virgilium* Epiſcopum Arelatenſem anno DCI. adhuc in vivis fuiſſe oſtendit epiſtola XLIV. lib. 1. Regiſtri Gregoriani *Indict. IV.* ad eumdem data. Sed quot annis poſtea ſuperſtes fuerit, nondum detegi potuit, quia Auctor Anonymus ejus Vitæ Scriptor gravis, quem ſub ſæculi VIII. initium vixiſſe ex numero 7. ejuſdem Vitæ colligitur, nec diem nec annum mortis ejus memoravit, & ea Vita fine ſuo mutilata ad nos pervenit, ut videre eſt apud Mabillonium ſæculo ſecundo Benedictino, & apud Bollandum ad diem V. menſis Martii, quo colitur a Monachis Lerinenſibus. Poſt *Virgilium* Arelatenſem Eccleſiam adminiſtrarunt *Florianus*, cujus mentio in Diptychis Eccleſiæ Arelatenſis Tomo 3. Analect. pag. 432. a Mabillonio publicatis, & poſt illum *Theodoſius*, qui ſedebat anno ſexcenteſimo triceſimo ſecundo, ut ſuo loco oſtendam. Quare S. *Virgilius* hoc circiter anno diem obiit. Natus in Aquitania, Monaſterii Lerinenſis Monachos fuit & in eodem loco Abbas ſecundum Anonymum, ubi dum commiſſum ſibi gregem cuſtodit, Epiſcopus Arelatenſis renunciatur. Baſilicam in honorem S. Stephani Protomartyris Arelati conſtruxit, a ſacris qui in ea reconduntur cineribus, nunc *S. Throphimi* nuncupatam. Alteram ædem in Divi Honorati Lerinenſis Monaſterii fundatoris honorem ædificavit extra muros Civitatis, quæ hodie a Religioſis divi Franciſci de Paula inhabitatur. Turonenſis in lib. 9. cap. 23. ad Childeberti II. annum XIII. Chriſti DLXXXVIII. ait: *Obiit & Licerius Arelatenſis Epiſcopus, in cujus loco Virgilius Abba Auguſtodunenſis, opitulante Syagrio Epiſcopo, ſubſtitutus eſt.* Laudato tamen Anonymo, qui eum Abbatem Lerinenſem dicit, majorem fidem hac in re habendam exiſtimarim. De præclaris ejus virtutibus, pluribus idem Anonymus agit.

V. *Moritur Taſſilo Bajoariæ Dux.* Hoc circiter anno *Taſſilo* Bajoariorum Dux diem obiit. Paulus enim Diaconus lib. 4. cap. 41. ait: *Mortuo Taſſilone Bajoariorum Duce filius ejus Garibaldus Agunti a Sclavis devictus eſt, & Bajoariorum termini a prædantibus invaduntur. Bajoarii tamen, viribus reſumptis, & prædas ab hoſtibus excuſſerunt, & hoſtes de finibus ſuis repulerunt.* Quæ autem narrat Paulus ante & poſt hæc verba, circa hæc tempora contigere *Garibaldus II.* Sclavos, Carantanos nempe, bello ſolicitans ad *Aguntum* Norici oppidum ab Aquileja XC. millia paſſuum, a Julio Carnico LX. diſſitum, in Antonini Itinerario memoratum, primo congreſſu infeliciter pugnat, ſed collectis brevi iterum viribus finibus victor eos pepulit. Neque de eo aliud literis proditum. Ex tempore, quo *Taſſilo* mortuus, & *Garibaldus* II. Bojorum Dux renunciatus, manifeſtus fit eorum error, qui adventum Sancti *Rudberti* in Bajoariam, cum anno ſecundo *Childeberti* II. poſt Guntramnum regnantis, copulant. *Rudbertus* enim in Bajoariam venit, cum eam *Theodo* adminiſtraret, toto vero Principatus *Childeberti* II. tempore nullus *Theodo* Bajoariam rexit, licet id rerum Boicarum Scriptores omnes perſuaſum habuerint.



I. QUi ſequitur ordine annus Chriſti ſexcenteſimus decimus, Indictionis decimæ tertiæ, idem numeratur Phocæ Imperatoris octavus & ultimus: hoc enim anno ex hac vita exiit ſæviſſime trucidatus. Quomodo autem hæc ſe habuerint, ex Annalibus in Miſcella ex Theophane recenſitis deſcribemus (*a*). Verum (quod ſemel admonuiſſe ſat erit) ſcito ſupputationem annorum Domini, quæ apud Græcos reperitur, differre ab ea quæ apud Latinos eſt, annis octo ſi quidem hunc quem octavum Phocæ Auguſti annum omnes numerant, eumdem illi ſexcenteſimum ſecundum Domini annum ponunt: ſed nec conſtans una eademque eſt apud eos Chriſti annorum ſupputatio: etenim in hunc uſque annum quo occiſus eſt Phocas, Nicephorus (*b*) numerat annos Domini ſexcentos viginti quinque; Latini autem recte ſexcentos decem ſupputant: *Quo inquiunt, Heraclius in Africa Imperator appellatus venit cum navibus caſtellatis habentibus intra ſe arculas, & imagines Dei matris, quemadmodum Præſes Georgius quoque perhibet, ducens & exercitum copioſum ab Africa & Mauritania: ſimiliter & Niceta filius Gregoræ Patricii per Alexandriam & Pentapolim habens ſecum multum populum pedeſtrem. Denſponſaverat autem Heraclius Eudociam filiam Rogati Afri, quæ illo tempore Conſtantinopoli erat una cum Epiphania matre Heraclii. Audiens autem Phocas quod mater Heraclii in civitate eſſet, necnon & Eudocia, quæ ipſi fuerat deſponſata, tenuit eas & obſeravit in dominico monaſterio, quod cognominatur Novæ pœnitentiæ.*

(*a*) *Miſcel. in Heracl. anno 1.*

Annorum Chriſti ſupputatio Græcorum diverſa.

(*b*) *Nicep. l. 18. c. 26. in fin.*

Expeditio Heracliana in Phocam.

II. *Cum autem abiiſſet Heraclius Abidum, invenit Theodorum Comitem Abidi, & ſciſcitatus ab eo, cognovit quæ Conſtantinopoli movebantur. At vero Phocas miſit fratrem ſuum Domentiolum Magiſtrum ad cuſtodiendos muros longos: qui cum comperiſſet Heraclium Abidum adiiſſe, muris dimiſſis, fugit, & introivit Conſtantinopolim. Porro Heraclius apud Abidum recepit omnes exules principes, quos ibidem Phocas relegaverat in exilium, & aſcendit cum eis Heracleam. Stephanus* Victoria potitur Heraclius.



PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCXLVIII. A.C. 610. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6103.

☉ 3. D. ☽ 3. P. 29. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 610.

BONIFACII IV. PAPÆ 3.

HERACLII IMP. 1.

I. *Poſtconſulatus.* IS annus hac formula notatus: *VIII. poſt Conſulatum Phocæ Aug. VI.* Ita Auctor Chronici Alexandrini, qui poſtea Indictione XIV. Kalend. Septemb. inchoata inquit: *A ſeptimo Octob. præſentis Indict. uſque ad XIII. Januarii Indict. ejuſdem in publicis Tabulis Imperii Heraclii* [*anno primo*]; quæ duæ ultimæ voces ab Amanuenſi prætermiſſæ.

II. *Conjuratio in Phocam Imp.* A num. I. ad VI. Auctor Chronici Alexandrini ſcribit: *Hoc anno menſe Hyperberetæo, Romanis Octobri die tertio, Indict. XIV. Sabbato, apparet magna Claſſis ad Caſtellum Rotundum* (ſitum ad Civitatis angulum; qui Propontidem ſpectat, rotundum appellatum, quod in orbicularem formam extructum eſſet, de quo Ducangius in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. I. num. 16.) *in qua erat Heraclius Heraclii filius. Tunc Phocas eodem die a Proceſſo Hebdomi* (erat Hebdomum partim intra, partim extra Urbem Conſtantinopolitanam, ut ibidem Ducangius lib. 2. num. 44. & ſeqq.) *circa veſperam equo venit in Urbis Palatium. Die ſequenti, qui fuit Dominicus, navibus Urbi admotis, Bonoſus, qui Phocæ Imperio magna & atrocia facinora in magna Urbe Antiochia deſignarat, impulſu Theophanis æterna digni memoria, cum ea tempeſtate eſſet Conſtantinopoli, conjecto igne in Cæſarii viciniam, deſcivit, & aufugit, in portum Juliani ad locum, qui Mauri dicitur, redactus ad anguſtias ſe ipſum præcipitem dedit in mare, acceptoque ab quodam excubitore vulnere ictus gladii in mari, ut erat, oppetiit, cujus ejectum cadaver raptum & tractum eſt ad Bovem exuſtum. Die ſexto* (legendum, *die quinto*, in quem hoc anno feria ſecunda incidit) *ejuſdem menſis feria ſecunda illuceſcente Photius curator Palatii Placidiani, & Probus Patricius raptum Phocam ex Palatio Archangeli omnibus nudatum veſtibus deduxerunt in portum velut ad ædem Sophiæ, impoſitumque navi oſtenderunt claſſi, & hunc deportarunt ad Heraclium: cujus Phocæ præciſa ab humero dextra; & capite amputato, manus quidem ipſius cuſpidi impoſita a foro per mediam Urbem traducta eſt, caput autem conto præfixum, & ita ipſum quoque circumlatum eſt. Truncus autem corporis per ventrem raptatus, ad Chalcam Hyppodromi deportatus eſt, pene quem tractus eſt, & Leo quidam Syrus officio Sacellarius, cumque adhuc ſpiraret, quiſpiam illum juxta Chalcam ligno percuſſit, ex qua plaga deceſſit, caputque illius præfixum cuſpidi eſt. Corpora ita delata illius & Phocæ ad Bovem concremata ſunt. Similiter etiam ibidem exuſtus eſt Mapparius & Taxeota, qui cognominatus eſt ab Dæmonariis.*

III. *Occiditur.* *Hora nona ejuſdem diei Lunæ Heraclius in Imperatorem inauguratus eſt a Sergio Patriarcha Conſtantinopolitano in Templo magno. Poſtero die qui fuit dies Martis, dum celebrarentur Circenſes ludi, Leontii Syri caput illatum eſt, & cum ſtatua Phocæ, quam dum viveret illi in Circum cum cereis accenſis candidati vani mortales intulerant, exuſtum eſt. Concrematum eſt eodem tempore Venetum bandum.* Ita Auctor Chronici Alexandrini.

IV. *Photii*, quem Cedrenus *Photinum* perperam vocat, unius ex Illuſtribus, uxorem tyrannus vi conſtuprarat, ut teſtantur idem Cedrenus,

*autem Cyzici Metropolites acceptum ſtemma ſanctæ Dei genitricis Mariæ de Eccleſia detulit Heraclio. Præterea cum Conſtantinopolim perveniſſet, divertit ad portum Sophiæ, initoque bello, vicit gratia Chriſti tyrannum. Vulgus autem hunc comprehenſum interfecerunt, & igne apud Taurum (ſive dixeris forum Bovis) cremaverunt.* Hæc Theophanes. Ex Cedreno autem adduntur iſta: vexiſſe nimirum ſecum ex Africa Heraclium venerandam quoque imaginem Salvatoris nullo manuum miniſterio factam, ſed miraculo effigiatam; quam etiam ſecum habuiſſe, cum adverſus Coſrhoen profectus eſt in bellum Perſicum, itidem Annales edocent, noſque ſuo loco dicemus. Plane conſultius eſſe experimento cognitum eſt contra hoſtes ferre Chriſti Redemptoris atque Dei genitricis imagines, quam more Romano, Imperatorum effigies. Quæ autem contigerint poſt belli navalis victoriam, idem Cedrenus iſta addit, diſtincte ſatis necem Phocæ pertractans:

Imagines ſacræ in bello feruntur.

III. Phocas obtruncatur.

*Tunc Photinus quidam, cujus uxori Phocas ſtuprum intulerat, in Regiam cum militibus irrumpit, Phocam ignominioſe e ſolio detrahit, Imperatoria veſte ſpoliat; nigraque circumdatum veſte, & numellis incluſum contemptim ad Heraclium deducit. Qui ut primum conſpexit Phocam: Miſer, inquit, ita ne Rempublicam gubernaſti? At deploratus Phocas reſpondit: Tuum eſt rectius eam gerere. Illico autem Heraclius jubet manus & pedes, mox humeros & pudenda amputari, tandem & caput: trunci quod reliquum fuit, milites in foro Bovis combuſſerunt.* Hunc tandem conſecutus eſt finem immaniſſimus tyrannus. Subdit vero Cedrenus: *Adjuvit Heraclii conatum etiam Criſpus gener Phocæ, quem Imperio potitus Heraclius Cappadociæ Præſidem fecit. Sed cum Criſpus ibi ſeditionem moveret, Heraclius eum in Senatum perduxit; manuque tenens chartam, in qua indicia Criſpi inſidiarum in Heraclium erant ſcripta, ea caput Criſpi pulſavit, dicens: Miſer, qui ne ſocero quidem fidem præſtiteris: quid faceres amico? In clericum ergo eum redigit, & ſolum vertere jubet: itaque in exilio mortuus eſt. Porro quidam ſanctus monachus, Phoca imperante, Deum ad diſceptationem provocans; quæſivit, cur tam impium Chriſtianis impoſuit Imperatorem? Audivitque vocem, cum quidem neminem videret, ſibi dicentem: Deteriorem illo alium inveniri potuiſſe nullum, & hoc meruiſſe Conſtantinopolitanorum flagitia.*

IV. Phocas inter martyres haberi optavit necatos in bello.

Ad poſtremum de Phoca illud non prætermittendum, ipſum, dum imperaret, contendiſſe magnis ſtudiis, ut ii quos in bello adverſus Chriſtianæ fidei hoſtes certantes occidi contigiſſet, inter martyres cenſerentur. Hac ipſum puto via collapſam militiam Romanorum exercitus, enervatumque militum robur erigere atque firmare conatum eſſe, cum videret annis ſingulis a Rege Perſarum eos ſterni atque fugari: probe ſciens, non viros tantum, ſed & feminas ætate quoque tenellas fortiores ea ſpe extitiſſe tortoribus, atque inermes ſuperaſſe etiam Imperatores. Cum autem ejuſmodi animi ſui conſilium prodidiſſet in medium, & per ſacerdotes, quorum ſciret arbitrii eſſe ſancire canones, ea perfici poſtulaſſet: minime auditus fuit. Reſtiterunt tunc magna laude Conſtantinopolitanus & alii qui cum eo ibi erant Antiſtites, u-

ten-

PAGIUS

*Theophanes annum unum prætermiſit, & multa ex Georgio Piſidio deſumſit.*

Zonaras, & S. Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in ſuo Breviario Hiſtorico, quod ab Imperio Phocæ exorditur, & cujus ope Hiſtoriam Eccleſiaſticam uſque ad annum DCCLXVIII. quo perducitur, illuſtrabimus. *Criſpus* Imperatoris gener, Præfectus Urbi, Phocæ ob recentem injuriam infenſus *Heraclium* omnibus in rebus adjuvit, inquit idem Nicephorus, qui addit, *Heraclium*, ſtatim ac Urbem acceſſit, in *Domentiolum* Phocæ fratrem, & *Bonoſum* ac *Leontium* fiſci Quæſtorem mortis ſupplicium decreviſſe. Sed Bonoſi mortem, ut mox vidimus, Auctor Chronici Alexandrini aliter narrat. Theophanes, qui Georgii Piſidiii Hiſtoriam legerat, S. Nicephoro ignotam, anno Incarnat. ſecundum Alexandrinos DCII. (qui additis ſeptem unitatibus non vero octo, ut vulgaris eſt ſententia, ducit nos ad annum Eræ Chriſtianæ DCIX. cujus menſe Septembri inchoatur,) in narratione interitus Phocæ, non differt ab aliis, ſed in tempore graviter hallucinatur, & cum anno Eræ Chriſtianæ DCIX. quæ præſenti contigere, conjungit; ait enim: *Hoc anno menſis Octobris die quarto, Indictione decima quarta Heraclius ex Africa appulit cum navibus turritis, in quarum malis arculæ & Deiparæ matris imagines appenſæ, prout Piſidius Georgius narrat, ingenti exercitu ex Africa & Mauritania advecto* & cætera, quæ Baronius ex Auctore Miſcellæ recitat. Is enim Auctor ex Theophane tanquam ex flumine ſuos rivos deduxit, & Baronius Theophanem non viderat, ex quo ideo multa in Annales nobis corrivanda fuere. Porro Indictio XIV. non reſpondet anno DCII. Eræ Alexandrinæ menſe Octobri, neque ideo anno Eræ Chriſtianæ DCIX. eodem menſe. Quare manifeſtum eſt, *Theophanem* annum unum, paulo ante currentem, prætteriiſſe, & anno Alexandrino DCII. recitaſſe, quæ anno DCIII. Ejuſdem Eræ contigere. Impoſterum itaque uſque ad annum Dionyſianum DCXCIII. annis Incarnationis a Theophane uſurpatis, non ſeptem, ſicuti antea, ſed octo unitates addemus, ut Era Incarnationis ab eo uſurpata cum Dionyſiana conveniat, ut jam anno præcedenti dixi.

V. *Hiſtoriæ Georgii Piſidii ineditæ.*

Quoad *Georgium Piſidium* a Theopane loco laudato citatum, ſcripſit is *de Heraclio Imperatore, de bello Perſico*, itemque *de Avarico*, ac *laudationem Anaſtaſii Martyris*, ut teſtatur Suidas in ſuo Lexico; ſed ea Opera nondum lucem viderunt. Claudius Maltretus S. Jeſu, qui Hiſtoriam Procopii in linguam Latinam vertit, in Præfatione ſuæ verſionis dicit, penes

ſe



tentes potiſſimum auctoritate S. Baſilii, cujus eſſet ad Amphilochium canon pœnitentialis de iis qui in bello feciſſent homicidium, ut non impertiretur eis ſacra communio abſque prævia pœnitentia. Cum audiſſet ille tanti Patris ſententiam, ejus ceſſit auctoritati, ab inſtituto penitus ceſſans. Habet iſta Theodorus (*a*) Balſamon, dum ejuſdem ſancti Baſilii canones interpretatur. Sic igitur Phocas (ut dictum eſt) hoc anno occiditur, cum Imperii annum octavum inchoaſſet. Fuiſſe autem una cum Phoca alios fratres ejus & neceſſarios enecatos, Zonaras auctor eſt.

(*a*) *Theod. Balſam. in cant. 13. Baſil. epiſt. ad Amphil.*

V. Heraclius Imp.

De Heraclio autem in Imperatorem Conſtantinopoli coronato iſta produnt Græcorum Annales: *Ingreſſus ergo Heraclius regalia, coronatus eſt a Sergio Patriarcha in oratorio ſancti Stephani in Palatio ſito. Coronata eſt vero eadem die Eudocia* (ita ex Fabia dicta, ut teſtatur Zonaras atque Cedrenus) *ſponſa ejus in Auguſtam: & accepit uterque a Sergio Patriarcha nuptiarum coronas: & uno eodemque die Imperator ſimul & ſponſus oſtenditur.* Cujus effigies habitudoque corporis ita deſcribitur: *Fuit Heraclius ſtatura mediocri, robuſtus, firmo pectore, oculis elegantibus ac nonnihil cæſiis, fulvo crine, albus, barba lata atque prolixa: ſed Imperator factus, extemplo comam totondit, ac mentum raſit, qui eſt Imperatorum habitus. Fuit autem ipſe genere Cappadox ex viris illuſtribus ortus, & divitiis florentiſſimus, manu promptus ac robuſtus, Conſtantinumque minime degenerem ex conjuge prima ſuſcepit.* Hæc Glicas, atque Cedrenus.

VI. Cæduntur Romani a Perſis.

Fuiſſet plane hic annus in omnibus ex nece tyranni feliciſſimus, niſi Perſarum cladem eſſet expertus. Etenim hæc Annales habent: *Menſe vero Maii caſtra moverunt Perſæ contra Syriam, & ceperunt Apameam & Ediſſam, & venerunt uſque Antiochiam. Porro Romani occurrentes eis ſuperati ſunt & periit omnis populus Romanorum, adeo ut valde pauci ex his evaderent.* Hic rerum Orientalium ſtatus, in meliori tamen ſpe ob tyrannum demptum de medio, collocatus.

VII. Hoc item anno Theodorus Alexandri-



nus

PAGIUS

ſe habuiſſe libros illos adhuc ineditos, Holſtenii beneficio, ſeque eos, excepta laudatione S. Anaſtaſii, cujus non meminit, in lucem editurum, ſed eo morte prævento libri illi adhuc deſiderantur. Erat *Georgius Piſidius* magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus & Chartularius.

VI. *Quot annis regnavit Phocas.*

Phocas interfectus eſt, *cum Imperio per annos octo inſultaſſet*, inquit Zonaras, cui conſentiunt Auctor Chronici Alexandrini, Cedrenus & alii; ex quibus demendi menſis, & aliquot dies; cum die XXIII. Novembris anni DCII. coronatus fuerit: *Heraclius* vero hoc anno die quinta menſis Octobris Imperator inauguratus ſit. Sed *Thoophanes*, qui annum unum ejus Imperii omiſit, ſeptem ei tantum tribuit, cum tamen ipſemet errorem ſuum aperiat, dum aſſerit Phocam *Indictione ſexta*, ineunte ſcilicet Imperium invaſiſſe, & *Indictione XIV.* etiam ineunte periiſſe.

VII. *Nicephorus Calliſti Hiſtoriam ſuam ad hunc annum perduxit.*

Uſque ad interitum Phocæ *Nicephorus* Calliſti Xanthopuli filius Hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam perduxit, ut ipſe teſtatur in fine libri XVIII. qui ejus Operis ultimus eſt. Legitur quidem in ejus Hiſtoria argumentum quinque aliorum librorum ab *Heraclii* exordio uſque ad mortem Leonis Sapientis Imp. ſeu annum Chriſti DCCCCXI. ſed a quibuſdam Viris doctis adḋititium creditur. Hiſtoriam illam *Andronico Seniori*, qui exeunte ſæculo Eccleſiæ decimo tertio apud Conſtantinopolim imperavit, dicavit, & in illam varia inſeruit, quæ vix alibi occurrunt, libris ex quibus illa deſumpta deperditis. Utitur era tam Incarnationis, quam mundi ſibi propria, in qua tamen non ſibi ſemper conſtat. Ait enim fuiſſe tunc in curſu annum ab Orbe condito 6130. a Chriſti autem Nativitate ſexcenteſimum & vigeſimum quintum; cum tamen Conſtantinopolitani Kal. Septemb. hujus anni numerent tantum annum mundi 6119. Incarnationis vero DCXI. Certum eſt Conſtantinopolitanos in minori numero annorum Incarnationis annos octo minus, quam in minori numero annorum mundi numerare, Nicephorum vero in minori numero annorum Nativitatis Chriſti annos quinque minus colligere, quam in minori numero annorum mundi; & tamen aliquando ipſemet non annos quinque, ſed annos ſex in Incarnatione minus numerat, ut patebit percurrenti clauſulam Chronologicam in fine cujuſlibet libri appoſitam. Immo *Nicephorus* ſibi quandoque contradicit, ut in laudato exemplo. Nam lib. 1. cap. 10. ſcribit Salvatorem noſtrum natum eſſe anno mundi 5505. ab Auguſti Imperio XLII. & a Macedonicæ Ditionis ſolutione XXVIII. qui characteres annum Julianum XLIII. certo deſignant, a quo anno Juliano ad annum ejuſdem Eræ DCLV. qui concurrit cum anno Eræ Dionyſianæ currenti, ſeu DCX. ſi utrumque extremum computes, fluxere anni DCXIII. qui additi anno mundi 5505. reddunt annos mundi 6117. utroque extremo in ſummam collato. Et tamen *Nicephorus* numerat annum 6130. Adhæc præſenti Chriſti anno numerat annum Nativitatis Chriſti DCXXV. cum habere debuiſſet annum DCXIII. Quare in Auctore illo tam anni mundi, quam Nativitatis plerumque corrupti, nec ſupereſt aliud exemplar MS. ejus Hiſtoriæ, quam unicum ex reliquiis Bibliothecæ Matthiæ Hungariæ Regis in præda Turcica repertum, & in Bibliotheca Cæſarea aſſervatum, quo uſi ſunt Joannes Langus, & poſtea Fronto Ducæus in ſuis Verſionibus Hiſtoriæ Nicephorianæ. Quare errores illi Chronologici emendari non poſſunt, niſi deducendo annos Nativitatis ab anno Juliano XLIII. eidemque anno Juliano annum mundi 5505. affigendo.

VIII. *Perſæ vincunt Romanos.*

Ad num. VI. Cum victoria a Perſis de Romanis in Syria reportata, de qua Baronius ex Auctore Miſcellæ, & Theophanes ſub Indictione XIV. contigerit *menſe Maio*, utroque Hiſtorico teſte, pertinet ea ad annum ſequentem; præterquam quod menſe Maio hujus anni nondum *Heraclius* imperabat.

IX. A num. VII. ad X. Obitus *Sancti Thomæ* Patriar-

triar-

nus Epiſcopus ubi ſediſſet annos duos (ut habet Nicephori Chronicon) mortuus eſt, atque in ejus locum creatus eſt Joannes cognomento Eleemoſynarius, cujus res præclare geſtas ſcriptis mandavit Leontius Neapolis Cypri ejuſdem æqualis, quæ cognita atque recepta fuere in Concilio Nicæno poſteriori. Fuit ipſe Joannes genere Cyprius filius Epiphanii ejuſdem inſulæ Præfecti: de cujus electione memoria ſatis digna Leontius iſta habet:(a) *Hinc evadit omnibus manifeſtus non privatis ſolum & principibus, ſed etiam ipſi Imperatori. Heraclius autem tunc ſceptra tenebat Romanorum. Quamobrem cum civitas Alexandrina tunc eſſet orbata Patriarcha, ad hunc virum toto contendit deſiderio, & rogabat Imperatorem, ne ipſa a ſcopo ſuo excideret, ſed ab eo Pontifice paſceretur eorum Eccleſia. Et ille quidem magnum illum accerſit protinus, & omnibus modis conatur ei perſuadere, ut ad ſedem aſcendat. Ille autem ſtrenue reſiſtit, dicens ſe timere rei magnitudinem, nec ſe poſſe tantam ſuſtinere dignitatem. Cum vero Nicetas dignitate Patricius* (hunc puto Nicetam illum, qui occidit Phocam Imperatorem, de quo hoc eodem anno ſuperius) *qui tunc multum poterat apud Imperatorem, & beato Joanni erat frater ſpiritu & vinculis amicitiæ erat ei optime conjunctus, & alioqui recte ſciebat virtutem ejus incomparabilem, & noverat illum (ſi ullus eſſet alius) ea ſede eſſe dignum; vehementer inſtaret Imperatori, dicens ne eum remitteret, ſed vel invitum ad ſedem eveheret: urgens Imperator majore impetu & ſpiritu perſuadet Joanni, ut ſuſcipiat Pontificatum, ut qui reputaverit non ſine Dei numine fuiſſe tantam Alexandrini populi commotionem & Imperatoris contentionem. Fit itaque ſedis Marci ſucceſſor tempore quidem neſcio quotus poſt illum, ſed non multum remotus a vita illius & virtute; quomodo etiam poſſunt oſtendere, quæ ſtatim poſt ſuſceptam adminiſtrationem recte ab illo ſunt geſta.*

(a) *Leont. vita Joan. apud Sur. die 23. Januar.*

Joannes eleemoſynarius Alexandr. Epiſc.

VIII. Quæ ipſo ſuæ ſedis initio Joannes egerit.

*Poſtquam enim aſcendit ſedem, hoc ante alia omnia contendit, ut renovaret Marci prædicationem & fidem Patrum qui præceſſerant, & hæreticorum quæ enata fuerant zizania evelleret radicitus. Nam cum Petrus Cnaphæus blaſphemam quamdam in Divinitatem additionem hymno ter ſancto auſus eſſet inſerere, & ei quod eſt, Sanctus immortalis, adjeciſſet. Qui crucifixus eſt propter nos: divinus ille vir, hac blaſphemia ſublata, impatibilem & immortalem Divinitatem ſuo dogmate aſſeruit, & gregem ita ſentire docuit.* Quamvis enim Eulogius ejuſdem Eccleſiæ ſanctus Epiſcopus in id ipſum plurimum laboraſſet, multumque profeciſſet, tamen deficiente qui eos in officio contineret, in morbum graviori damno relapſi ſunt: cujus rei cauſa plurimum Joanni quoque laboris remanſit, ex quo & magnum proventum collegit. Nam audi quæ mox Leontius ſubdit: *Cum autem inveniſſet ſeptem ſola Orthodoxorum oratoria, ea effecit decies plura, ut qui ea ſeptuaginta conſtituerit. Deinde omne confert ſtudium ut qui capti fuerant omne genus hæreſibus, converterentur ad pietatem.* Correxit inſuper hic, quod corrigendum ſcripſerat ſanctus Gregorius Papa (ut vidimus) ad Eulogium, nempe de extirpandis Simoniæ malis fruticibus, quos in agro ejus Eccleſiæ mirum in modum excreviſſe, vehementer doluit: quomodo autem continuo ſecurim appoſuit ad radicem infelicis arboris, ita pergit dicere de eo Leontius: *Fuit zelus ejus vehementiſſimus in ordinationibus, ut eæ quidem puræ eſſent a lucris & muneribus, nulla autem earum fieret citra examinationem. Præterea autem maximam adhibuit diligentiam in defendendis iis quibus fiebat injuria, & ne Judices gratificando perſonis jus proderent, ſed juſtitiæ trutina ponderarent judicia, & nec ad gratiam reſpicerent, nec ad odium.*

Digna Epiſcop. opera.

*Quod autem erat ei maximum & maxime proprium, erat miſericordia in pauperes, & in curandis indigentibus inſatiabilitas & proclivitas, quæ non poterat comprimi, & nihil omnino parcere pecuniis, adeo ut etiam ſæpe ad fundum ipſum perveniret. Cum itaque præter alia ſua beneficia extruxiſſet xenodochia & noſocomia & ptocotrophia, eis frumentum attribuit quotidianum; tantæque hæc erant ei curæ, ut etiam pauperibus feminis, quibus ad pariendum non erant habitacula, neque aliquid eorum quæ ſunt apta ad earum curationem, ſeptem domos attribuerit ex diverſis locis civitatis, effeceritque ut in eis eſſent lecti, & ſtragula, & ſuppeditatio alimentorum, qua reficeretur indigentia parientium. Præter hæc pauperibus quoque clericis providebat, & uni-*

PAGIUS

S. Joannes Eleemoſynarius fit Epiſc. Alexandrinus.

triarchæ Conſtantinopolitani, quem Baronius cum anno DCVIII. copulavit, ad præſentem ſpectat, ut ibidem demonſtravimus. *Theodorus* vero *Scribo* Patriarcha Alexandrinus anno ſuperiori interfectus, eodemque Sanctus *Joannes Eleemoſynarius* in ejus locum ſuffectus, ut videre eſt anno DCIX. Scribit quidem Metaphraſte, ſeu Auctor Vitæ ejuſdem Sancti Joannis a Bollando ad diem XXIII. Januarii, quo is Sanctus colitur pag. 517. recitatæ, *Heraclium* Sceptra tenuiſſe Romanorum, quando *Joannes* Patriarcha Alexandrinus renunciatus eſt; ſed cum *Leontius* Neapoleos Cypri Epiſcopus Auctor coætaneus, ex quo ſua deprompſit Metaphraſte, aut qui Auctor eſt illius Vitæ, id non dicat, veroſimile eſt, errorem illum inde profluxiſſe, quod quia Heraclio Imperante Joannes Epiſcopatum geſſit, eum ſub ejus Imperio Epiſcopum



*& unicuique pecuniæ præbebantur annuæ: non eis autem ſolis, ſed etiam Epiſcopis, quibus ſumptus minime ſuppetebant ad victum.*

IX. Singulos pauperes deſcribi fecit Joannes.

His addenda ſunt quæ hoc ipſo ſedis ſuæ exordio idem Joannes circa pauperum curam memoratu digna inſtituit. Ait enim Leontius: *Cum primum ejus fidei creditus fuiſſet Epiſcopatus, iis accerſitis qui res Eccleſiæ diſpenſabant, iis etiam ſimul audientibus qui erant a ſecreto: Non eſt, inquit, juſtum, o fratres & in miniſterio ſocii, ullius alterius rei curam gerere prius quam Chriſti. Euntes itaque per totam civitatem ſingulatim deſcribite meos dominos. Cum autem illi, poſtquam hoc dixiſſet, dubitarent, & quinam eſſent Patriarchæ domini, interrogarent: Quos vos (dixit ille) pauperes & mendicos ſoletis appellare, eos ego dominos meos & adjutores nomino: nam ii ſoli mihi poſſunt opem ferre, ut a Chriſti regno non excidam. Poſtquam autem cito factum fuerat, quod juſſerat, intellexit, omnes qui numerari fuerant, efficere ſeptem millia & quingentos; & juſſit unicuique eorum dari ſumptum diurnum. Poſt hæc autem ſuum convertit ſtudium ad hoc, ut juſtis ponderibus & menſuris uterentur qui videbant in civitate: quod quidem pulchre fecit vir juſtus publice præſcriptis edictis.*

*Porro hoc quoque ab illo factum eſt, quo magnam curam gerebat eorum quibus fiebat injuria. Nam cum accepiſſet multos ad eum acceſſuros, & de iis quæ illis factæ fuerant injuriis ſupplicaturos, ab iis qui ipſum ſequebantur arceri: quid facit? Duobus hebdomadæ conſtitutis diebus, quarto inquam die, & die paraſceves ſedens in templi porticibus, ſe cuilibet volenti præbebat adeundum, nonnullos ex iis qui erant virtute inſignes habens ſecum confidentes. Quibus ſæpe dictitabat illud dignum quod ſcriptis & memoriæ mandetur: Si nobis (dicens) qui ſumus homines, licet omnino ad Deum accedere abſque ullo interceſſore, & de quibus volumus eum rogare: quomodo non ipſi quoque noſtris conſervis portas aperuerimus abſque ullo impedimento? & non cuilibet, cui eſt opus, benignam aurem præbuerimus? Scimus enim eadem menſura qua menſi fuerimus, eamdem nos eſſe menſuram viciſſim accepturos. Cum autem (ut conſueverat) aliquando præſediſſet & nullus acceſſiſſet, ſurgens veſpere, receſſit triſtis & lacrymans. Nullo vero audente rogare cauſam, cur eſſet triſtis: divinus qui aderat Sophronius: Quid eſt, inquit, o vir divine, quod te affecit moleſtia, & animi ægritudine bonam tuam implevit animam? Ille autem miti, ac leni voce: Hodie, inquit, miſerandus Joannes non ab aliquo ullam accepit mercedem, neque ullum vel minimum piaculum potuit offerre Chriſto pro multis & magnis ſuis delictis, quomodo neque alias umquam. Quid hoc illo minus (niſi etiam majus dixeris) quod dicunt eſſe cujuſdam Imperatoris Romanorum, qui dixit: Hodie non regnavimus, quoniam neminem affecimus beneficio? Cum itaque ſacroſanctus intellexiſſet Sophronius: quid ſibi vellet quod ab eo dictum fuerat: Te potius, inquit, lætari oporteret, & non triſtitia affici, o beatiſſime domine, quod tibi commiſſum gregem feceris vivere in tanta pace, ut nullus de re aliqua cum vicino habeat controverſiam, ſed tamquam Angeli aliqui abſque ulla lite & contentione vivant in terra. Cum autem verum eſſe quod dixerat inveniſſet vir mitiſſimus, ſtatim fuit traductus ad animi lætitiam, & pro eo Deo egit gratias. Hoc dicunt etiam eſſe imitatum, qui Heraclio in Imperio ſucceſſit, Conſtantinum, qui etiam hujus divini viri fuit filius ſecundum ſpiritum.* Hucuſque de primordiis tanti Præſulis Joannis Leontius.

Quod vero pertinet ad res Occidentales: celebrata eſt hoc anno menſe Februarii, vivente adhuc Phoca Imp. a Bonifacio IV. Pontifice Synodus Romæ de rebus Anglorum. Mellitus enim Londonienſis* Epiſcopus ea de cauſa Romam ad Bonifacium ipſum ſe contulit. De his autem hæc Beda habet (a): *His temporibus venit Mellitus Londoniæ Epiſcopus Romam, de neceſſariis Eccleſiæ Anglorum cauſis cum Apoſtolico Papa Bonifacio tractaturus. Et cum idem Papa reverendiſſimus cogeret Synodum Epiſcoporum Italiæ de vita monachorum & quiete ordinaturus, & ipſe Mellitus inter eos aſſedit, anno octavo Imperii Phocatis, Indictione decimatertia, tertia die Kalendarum Martiarum: ut quæque erant regulari-* X.

* Londinienſis

(a) *Beda hiſt. Angl. li. 2. c. 4.*

Concilium Romæ pro Anglis.

PAGIUS

pum creatum exiſtimarit; niſi forte Epiſcopatus Alexandrinus per annum integrum vel amplius vacaverit.

X. *Concilium Romanum in cauſa Anglorum.*

A num. X. ad XII. Beda lib. 2. cap. 4. refert, *Mellitum* primum Epiſcopum Londinenſem Romam ſe contuliſſe, *de neceſſariis Eccleſiæ Anglorum cauſis cum Apoſtolico Papa Bonifacio* tractaturum, ipſumque in Synodo Romana *anno octavo Imperii Phocatis Principis, Indictione XIII. tertia die Kalendarum Mart.* habita inter Italiæ Epiſcopos aſſediſſe, & poſtea diſceſſiſſe cum Epiſtolis, quas Bonifacius IV. Archiepiſcopo Laurentio, & Edilbertho Regi direxit. Cum vero Beda, quæ eſſent cauſæ illæ Eccleſiaſticæ non referat, putavit Baronius *Mellitum* Romam profectum, ut ſciret, utrum conſecratio Eccleſiæ eo quo fuerat modo peracta, rata haberi deberet. *Ethelbertus* enim Rex Monaſterium fundaverat extra muros Londinenſes in honorem B. Petri, qui apparens cuidam piſcatori, eidem dixit, ſe Epiſcopalem benedictionem præveniſſe, ut refert Baronius ex Vita

*lariter decreta ſua quoque auctoritate ſubſcribens confirmaret, ac in Britanniam rediens, ſecum Anglorum Eccleſiæ mandata atque obſervanda deferret una cum epiſtolis, quas idem Pontifex Deo dilecto Archiepiſcopo Laurentio & clero univerſo, ſimiliter & Edilbertho Regi atque genti Anglorum direxit. Hic eſt Bonifacius quartus a B. Gregorio Romanæ urbis Epiſcopo, qui impetravit a Phocate Principe donari Eccleſiæ Chriſti templum Romæ, quod Pantheon vocabatur ab antiquis, &c.* ut ſupra. At epiſtolæ a Bonifacio Papa ſcriptæ in Britanniam ad diverſos deſiderantur, ſicut & ejuſdem Concilii Romæ habiti Acta. Recens namque erat erectum monaſterium extra mœnia Londinii ſive Londonii civitatis, pro cujus regulari obſervantia Mellitus ſolicitus Romam ſe contulerat: utpote quod illud ipſum fore ſciret, ſi bene cuſtodiretur, amplum ſeminarium, ex quo omnes Eccleſiæ quæ erant in Anglia ſibi aſciſcerent Antiſtites. His accedebat alia cauſa, quæ & potiſſima videri poterat, de Eccleſiæ S. Petri ejuſdem monaſterii facta divinitus dedicatione, num rata haberi deberet. Nam quid valde mirandum tunc acciderit, Ealredus Abbas ſcriptor graviſſimus, qui res geſtas S. Eduardi Regis Anglorum ſcriptis tradidit, hoc ipſum poſteris probe teſtatum reliquit verbis iſtis (a):

(a) *Ealred. in vita S. Eduardi Reg. apud Sur. die 5. Jan.*

XI. *Tempore quo Rex Ethelbertus, qui regnavit in Cantia, predicante beato Auguſtino, fidei ſacramenta ſuſceperat, nepos ejus Sebertus* (Saberethum hunc vocat Beda b) *qui Orientalibus Anglis præfuit fidem eodem Epiſcopo evangelizante ſuſcepit. Hic Londoniis, quæ regni ſui caput habebatur, intra muros eccleſiam beati Pauli fabricavit, & Epiſcopali honore, Mellitum Epiſcopum inſtituens, honoravit: extra muros vero in Occidentali parte in honore beati Petri monaſterium inſigne fundavit, & multis poſſeſſionibus ditavit. Nocte autem dedicationem ejuſdem eccleſiæ præcedente, piſcatori cuidam Thamenſis fluvii, qui idem monaſterium præterfluit, ulteriori ripa in habitu peregrino beatus Petrus apparens, promiſſa mercede, tranſponi ſe ab eodem & petiit & promeruit. Egreſſus autem de navicula, eccleſiam, piſcatore cernente, ingreditur: Et ecce ſubito lux cæleſtis emicuit, miroque ſplendore illuſtrans omnia, noctem convertit in diem. Adfuit cum Apoſtolo multitudo civium ſupernorum ingredientium, melodiaque cæleſtis inſonuit, indicibilis odoris fragrantia nares perfundebat. Peractis autem omnibus quæ ad eccleſiæ dedicationem ſpectant ſolemniis, redit ad piſcatorem piſcium piſcator egregius hominum. Quem dum divini luminis fulgore perterritum & alienatum pene ſenſibus reperiſſet, blanda conſolatione reddit hominem ſibi, animum rationi.*

(b) *Beda hiſt. Angl. lib. 2. c. 3.*

Miraculum de conſecrata ſua Eccleſia a S. Petro.

*Ingredientes cymbam ſimul uterque piſcator: ait Petrus: Numquid pulmentarium non habes? Et ille: Inconſuetæ, inquit, lucis perfuſione ſtupidus, & expectatione tui detentus nihil cepi, ſed promiſſam a te mercedem ſecurus expectavi. Ad hæc Apoſtolus ait: Laxa nunc retia in capturam. Paruit imperanti piſcator, & mox implevit rete piſcium maxima multitudo. Omnes erant ejuſdem generis piſces, præter unum miræ enormitatis eſocium. Quibus ad ripam extractis, dixit Apoſtolus: Hunc, qui præ cæteris pretio & magnitudine præcellit, Mellito ex mea parte defer piſcem Epiſcopo: pro nautica vero mercede cætera tibi tolle. Hujus generis copia abundabis in vita tua, & longo tempore poſt te progenies tua: tantum ne ultra piſcari audeatis celebritate Dominica. Ego ſum Petrus qui loquor tecum, qui cum meis concivibus conſtructam in meo nomine baſilicam dedicavi, Epiſcopalemque benedictionem meæ ſanctificationis auctoritate præveni. Dic ergo Pontifici quæ vidiſti & audiſti; tuoque ſermoni ſigna parietibus impreſſa teſtimonium perhibebunt. Superſedeat igitur dedicatione: ſuppleat quod omiſimus, Dominici corporis & ſanguinis ſacroſancta myſteria: populumque ſermone erudiens, notificet omnibus, hunc locum me crebro viſi-*

PAGIUS ta Sancti Eduardi Anglorum Regis, quæ recitatur a Bollando ad diem V. menſis Januarii. Verum poſt Baronii mortem Holſtenius in Collectione Romana pag. 242. publicavit Bonifacii Papæ IV. Decretum Synodale promulgatum in hoc Concilio Romano, quo diſcimus, qua de cauſa celebratum fuerit. Erant quidam qui in Anglia aſſerebant *Monachos, quia mundo mortui ſunt, & Deo vivunt, Sacerdotalis officii potentia indignos, neque pœnitentiam, neque Chriſtianitatem largiri, neque abſolvere poſſe per Sacerdotali officio divinitus injunctam poteſtatem.* Bonifacius decertantes contra Monachos Sacerdotalis potentiæ arcere officio præcipit. Recitat ibidem Holſtenius Bonifacii IV. Epiſtolam in eodem Concilio ad Athelbertum Regem Anglorum datam, in qua Pontifex inquit: *Quod ab Apoſtolica Sede per Coepiſcopum noſtrum Mellitum poſtulaſtis, libenti animo concedimus: ideſt, ut veſtra Benignitas in Monaſterio in Dorovernenſi Civitate conſtituto, quod Sanctus Doctor veſter Auguſtinus conſecravit, licenter per omnia Monachorum regulariter viventium habitationem ſtatuat.* Quare hæc duo tantum in Anglorum favorem ibidem peracta, repreſſi nempe qui Monachis adverſabantur, & confirmata fundatio Monaſterii Dorovernenſis ſeu Cantuarienſis, de quo anno DCIV. egimus. Porro cum in ea ad Ethelbertum Regem Epiſtola Laurentium *dilectiſſimum fratrem* appellet, aſſeratque Beda citatus Mellitum detuliſſe literas, *quas idem Pontifex Deo dilecto Archiepiſcopo Laurentio direxit*, liquet Sanctum Auguſtinum ante præſentem annum mortuum eſſe; cum exeunte Fe-



*-taturum, hic me fidelium votis & precibus adfuturum, ſobrie vero & pie & juſte in hoc ſæculo viventibus cæli januam reſeraturum. His dictis, confeſtim ab ejus oculis diſparuit.*

*Mane autem facto, Epiſcopo Mellito ad dedicandam eccleſiam procedenti, cum piſce piſcator occurrit, & omnia quæ ſibi mandata fuerant, pandit. Stupet Antiſtes, reſeratiſque eccleſiæ valuis, videt pavimentum utriuſque alphabeti inſcriptione ſignatum, parietem biſſenis in locis ſanctificationis oleo linitum, totidem cæreorum reliquias duodenis Crucibus inhærere, & quaſi recenti aſperſione adhuc cuncta madeſcere. Quod videns Epiſcopus, una cum populo Deum bendicebat, & illi gratias referebat. Dat fidem miraculo piſcatoris illius tota ſucceſſio, quæ ſicut a patre acceperat, totius emolumenti, quod ars illa deinceps ei conferret, beato Petro, eique ſervientibus decimas offerebat. Unus autem ſemel fraudem auſus inferre, mox tandiu artis caruit beneficio, donec confeſſus reatum, & ablatum reſtitueret, & promitteret correctionem.* Hucuſque de his Ealredus. Ad hæc igitur tam grandia Summo Pontifici ſignificanda (ſi conjectura agere interdum licet) utique opinatus fuerim Mellitum Romam conceſſiſſe ad conſulendum ipſum, numquid ſtandum foret viſis ejuſmodi, ut amplius eccleſia illa minime conſecrari deberet, ſimulque & quæ opus erant pro ejuſdem monaſterii optima inſtitutione ab eodem Pontifice requiſiſſe.

XII. Concilium Toletanum ſub Gundemaro Rege.

Hoc itidem anno ſexcenteſimo decimo, qui ab Hiſpanis notatur æra ſexcenteſima quadrageſimaoctava, celebratum eſt Toletanum Concilium ſub Gundemaro Rege qui tertius fuit a Reccaredo primo ex Gothis Rege Catholico: poſt eum enim Liuba regnum tenuit annos duos, & annos ſex menſeſque decem ejus ſucceſſor Wittericus. Quænam autem hujus celebrandi Concilii cauſa præceſſerit, ex ejus Actis ſatis accipitur, necnon ex ejuſdem Regis Gundemari conſtitutione hoc eodem anno edita, quam ſubiiciemus. Cum enim Toletanæ Eccleſiæ primatum aliqui labefactare ſtuderent, quaſi non totius ipſa Carthaginenſis provinciæ Metropolis, ſed tantum Carpetaniæ: hac de cauſa, ad hæc definienda, Synodum hanc oportuit congregari. Qui adverſabantur, ea potiſſimum ratione agebant, quod apparebat in ſubſcriptione facta per Euphemium Epiſcopum Toletanum in Concilio tertio Toletano ipſum ſe ſubſcripſiſſe Metropolitanum provinciæ Carpetaniæ. Quod ergo tunc ex modeſtia factum videri poterat, ne quid juris ob id imminutum eſſet Eccleſiæ Toletanæ, ex eaque occaſione negotium faceſſeretur Toletanis Antiſtitibus: viſum eſt Concilio, ipſique Regi iſta per Synodale decretum debere fieri notiora. Hæc quidem ex iis quæ in eadem Gundemari conſtitutione habentur, ſatis colligi poſſe videntur. Sic igitur in hoc Concilio nihil præterea actum apparet ab Epiſcopis provinciæ Carthaginenſis, qui in unum convenerunt numero quindecim, niſi ut profiterentur Eccleſiam Toletanam Carthaginenſis provinciæ eſſe Metropolim, eamque antiquitus conſecutam eſſe dignitatem. Porro decretum ipſorum ſic ſe habet:

*Convenientibus nobis in unum pro religione & fidem quam Chriſto debemus, placuit, ne quid ultra in nobis abſurdum vel illicitum oriatur, alterna collatione decretum juſtiſſimæ promulgare ſententiæ, quo perſpicue clareat inter nos ordo ac diſciplina Eccleſiaſticæ dignitatis, & agnoſcatur fraternæ concordia pacis. Tali ergo diſpoſitione neceſſarium contuentes ob ſtudium noſtri ordinis communi electione decrevimus congruum eſſe provida diſpoſitione judicium, fatentes hujus ſacroſanctæ Toletanæ Eccleſiæ ſedem Metropolitani nominis habere auctoritatem, eamque noſtris Eccleſiis & honoris anteire poteſtate & meritis. Cujus quidem principatus noquaquam collationis noſtræ conniventia nuper eligitur, ſed jam-* XIII. De primatu Eccleſ. Tolet. in Hiſpania.

PAGIUS bruario hujus anni Bonifacius IV. ad Laurentium ejus in Epiſcopatu Cantuarienſi ſucceſſorem literas dederit. Decretum illud, & Epiſtola ad Athelbertum Regem inſerta ſunt a Labbeo Tomo V. Conciliorum.

XI. *S. Mellitus fundat Monaſterium Veſtmonaſterienſe.*

Monaſterii Sancti Petri Londini fundati, & ejus Dedicationis mentionem non facit Beda; Willelmus tamen Malmesburienſis in lib. 2. de Pont. Angl. teſtatur, *Mellitum* Monaſterium B. Petro in Occidentali Civitatis Londonienſis parte feciſſe, *ipſius Apoſtoli (ut fertur)* admonitum *nuncio*, ejuſque Eccleſiam Sanctum Petrum dedicaſſe, eo modo quo recitat Baronius ex Beato Ealredo Abbate Rievallenſi in Anglia in Vita S. Eduardi Angliæ Regis, quod etiam legitur apud Sulcardum Monachum Weſtmonaſterienſem in Chronico, Nicolaum Papam II. in literis ad eumdem *Eduardum* datis, Auctorem fundationis Abbatiæ Monaſterienſis, alioſque, quorum loca integra referuntur Tomo I. Monaſtici Anglicani pag. 55. & ſeqq. Vocatum eſt poſtea *VVeſtmonaſterium*, quia ſitum eſt ad Occidentalem Londini plagam. Celeberrimum illud fuit; cum Regum Angliæ inauguratione & coronatione, tum etiam ſepultura, ita ut a Lelando *Orbis miraculum* appelletur. Verum regnante in Anglia *Elizabetha* ejecti & varie divexati Monachi, & Eccleſia in Collegiatam Heterodoxorum converſa, ut videre eſt apud Cambdenum in deſcriptione Britanniæ, alioſque. De hoc tamen Monaſterio in Concilio Romano hoc anno habito actum non eſt, ut patet ex dictis.

Ad num. XII. & ſeqq. Iſidorus in Chronico ait, XII.

*jamdudum exiſtere, antiquorum Patrum Synodali ſententia declaratur, ea dumtaxat Concilii forma, quæ apud Sanctum Montanum Epiſcopum in eadem urbe legitur habita. Proinde ergo diſpoſitionem noſtram inſtructæ collationis definitione celebrantes, elegimus ne quis ultra comprovincialium ſacerdotum inani ac perverſa contentione obnitatur hujus ſacroſanctæ Eccleſiæ Toletanæ primatum contemnere, neque pervicaci ſchiſmatum ſtudio ad ſummos ſacerdotalium infularum ordines, remota hujus ſedis poteſtate, a nobis quempiam (ſicut hactenus factum eſt) provehere. Talem itaque ſpecialiter a nobis ac ſucceſſoribus noſtris deferri dignitatis honorificentiam huic Eccleſiæ pollicemur, qualem in decretis ſanctorum Conciliorum beatiſſimi Patres Metropolitanis Eccleſiis decreverunt. Hujus ergo & nos reverentiæ obſervationem fideli cuſtodia pollicemur: hujus honorificentiam conſervari diligenti proſpectu a ſucceſſoribus noſtris per metas ſequentium ætatum volumus. Sane quicumque ex nobis vel ſucceſſoribus noſtris hæc ſtatuta tranſcenderit, anathema ſit Domino noſtro Jeſu Chriſto, atque culmine ſacerdotali dejectus, perpetua excommunicationis ſententia prædamnetur. Facta conſtitutio ſacerdotum in urbe Toletana ſub die X. Kalendar. Novemb. anno regni primo piiſſimi atque glorioſiſſimi Gundemari Regis, Æra DCXLVIII.* Sequitur deinde ſubſcriptio quindecim Epiſcoporum.

Poſt hæc vero facta eſt conſtitutio a Gundemaro Rege probante quæ a Dei ſacerdotibus ſtatuta eſſent; quæ eidem Concilio appoſita his verbis habetur:

*Flavius Gundemarus Rex venerabilibus Patribus noſtris Carthaginenſibus ſacerdotibus.*

XIV. Conſtitutio Gundemari Regis de Eccl. Tol. *Licet regni noſtri cura in diſponendis atque gubernandis humani generis rebus promptiſſima eſſe videatur: tunc tamen majeſtas noſtra maxime glorioſiori decoratur fama virtutum, cum ea quæ ad Divinitatis & religionis ordinem pertinent, æquitate rectiſſimi tramitis diſponuntur: ſcientes, ob hoc pietatem noſtram non ſolum diuturnum temporalis imperii conſequi titulum, ſed etiam æternorum adipiſci gloriam meritorum. Nonnullam enim in diſciplinis Eccleſiaſticis contra canonum auctoritatem per moras præcedentium temporum licentiam ſibi de uſurpatione præteriti Principis fecerunt: ita ut quidam Epiſcoporum Carthaginenſis provinciæ non revereantur contra canonicæ auctoritatis ſententiam paſſim ac libere contra Metropolitanæ Eccleſiæ poteſtatem per quaſdam fratrias & conſpirationes inexploratæ vitæ omnes * Epiſcopali officio provehi, atque hanc ipſam præfatæ Eccleſiæ dignitatem imperii noſtri ſolio ſublimatam contemnere, perturbantes Eccleſiaſtici ordinis veritatem, ejuſque ſedis auctoritate, quam priſca canonum declarat ſententia, abutentes. Quod nos ultra modo uſque in perpetuum fieri nequaquam permittimus, ſed honorem primatus juxta antiquam Synodalis Concilii auctoritatem per omnes Carthaginenſis provinciæ Eccleſias Toletanæ Eccleſiæ ſedis Epiſcopum habere oſtendimus, eumque inter coepiſcopos tam honoris præcellere dignitate, quam nominis, juxta quod de Metropolitanis per ſingulas provincias antiqua canonum traditio ſanxit, & auctoritas vetus permiſit. Neque eamdem Carthaginenſem provinciam in ancipiti duorum Metropolitanorum regimine contra Patrum decreta permittimus dividendam, per quod oriatur varietas ſchiſmatum, quibus ſubvertatur fides, & unitas ſcindatur. Sed hæc ipſa ſedes (ſicut prædictum eſt) antiqua nominis ſui ac noſtri cultu Imperii, ita & totius provinciæ polleat Eccleſiæ dignitate, & præcellat poteſtate.*

* homines

*Illud autem quod jampridem in generali Synodo Concilii Toletani a venerabili Euphemio Epiſcopo manus ſubſcriptione notatum eſt, Carpetaniæ provinciæ Toletanam eſſe ſedem Metropolim: nos ejuſdem ignorantiæ ſententiam corrigimus, ſcientes proculdubio Carpetaniæ regionem non eſſe provinciam, ſed partem Carthaginenſis provinciæ, juxta quod & antiqua rerum geſtarum monumenta declarant. Ob hoc, quia una eademque provincia eſt, decernimus, ut ſicut Bœtica, Luſitania, vel Tarraconenſis provincia, vel reliquæ ad regni noſtri regimina pertinentes, ſecundum antiqua Patrum decreta ſingulos noſcuntur habere Metropolitanos, ita & Carthaginenſis provincia unum eumdemque, quem priſca Synodalis declarat auctoritas, & veneretur Primatem, & inter omnes comprovinciales ſummum honoret Antiſtitem: neque quicquam contempto eodem ultra fiat, qualia hactenus arrogantium ſacerdotum ſuperba tentavit præſumptio.*

*Sane per hoc auctoritatis noſtræ edictum amodo & vivendi damus tenorem, & religionis vel innocentiæ legem; nec ultra poſtmodum inordinata licentia ab Epiſcopis ſimilia fieri patimur: ſed per noſtram clementiam, præteritæ negligentiæ, pietatis*

PAGIUS *Concilium Toletanum III.* ait, *VVittericum* Wiſigothorum Regem, poſtquam *annis ſeptem* regnaſſet, gladio periiſſe, conjuratione quorumdam inter epulas interfectum, additque Gundemarum *Era DCXLVIII.* currenti ſcilicet Chriſti anno, eidem ſucceſſiſſe. Eo regnante celebratum eſt Concilium Toletanum, numero III. ab eo tempore, quo *Reccaredus* Rex fidem Catholicam amplexus eſt. In Actis habitum legitur, *ſub die X. Kalendarum Novembrium anno Regni primo piiſſimi atque glorioſiſſimi*



*tis intuitu & veniam damus, & indulgentiæ opem concedimus; & dum ſit magna culpa hactenus deliquiſſe, majoris tamen ac inexpiabilis cenſura tenebit obnoxios, qui hoc noſtrum decretum ex auctoritate priſcorum Patrum veniens, temerario auſu violare tentaverit; nec ultra veniam delicti faciemus admiſſi, adempti, ſi dehinc honorem ejuſdem Eccleſiæ quilibet Carthaginenſium ſacerdotum contempſerit: ſubiturus proculdubio inobediens tam degradationis vel excommunicationis Eccleſiaſticæ ſententiam, quam etiam noſtræ ſeveritatis cenſuram. Nos enim talia in divinis Eccleſiis diſponentes, credimus fideliter regnum Imperii noſtri ita divino gubernaculo regi, ſicut & nos cultum ordinis, zelo juſtitiæ accenſi, & corrigere ſtudemus, & in perpetuum ſervare diſponimus.* Hactenus conſtitutio regia, cui non Epiſcopi dictæ Synodi, ſed ex aliis Hiſpaniæ provinciis & Galliæ Narbonenſis ſubſcripti habentur numero vigintiſex: qua (ut apparet) Rex nihil ſua poteſtate decernit, ſed quæ a Conciliis olim eſſent decreta, ſervari mandat, appoſitis pœnis per Epiſcopos latis vel ferendis, ſuæ addita comminatione cenſuræ. Cui quidem conſtitutioni cum Epiſcopi vigintiſex (ut diximus) ſubſcripti legantur, primo loco S. Iſidorus chirographum ſuum ita appoſuit:

*Ego Iſidorus Hiſpalenſis Eccleſiæ provinciæ Bæticæ Metropolitanus Epiſcopus, dum in urbem Toletanam pro occurſu regio adveniſſem, agnitis his conſtitutionibus, aſſenſum præbui, atque ſubſcripſi.* Itidem Innocentius Emeritenſis Metropolitanus Luſitaniæ iiſdem verbis, ac deinceps cæteri. Quod vero nec dicto Concilio, neque conſtitutioni Gundemari ſubſcriptus reperiatur Epiſcopus Charthaginenſis: refugiſſe idem videri poteſt his intereſſe decretis, quæ ſciret in præjudicium prærogativæ ſuæ Eccleſiæ ferri, cum ipſe Metropolitanum ſe eſſe ejuſdem Carthaginenſis provinciæ jactaret, Toletanum vero partis ejus quæ Carpetania dicebatur. Ut autem non unius Carthaginenſis provinciæ, ſed totius Hiſpaniæ Toletanus Epiſcopus Primas eſſet, ab Eccleſia Romana Toletanam Eccleſiam eſſe conſecutam certum eſt, neque id ſemel, ſed repetitis ſæpius poſtea privilegiis perpetuo ſtabilitum.

Quando autem primum acciderit, ut Toletana Eccleſia ab Eccleſia Romana hujuſmodi conſecuta ſit privilegium, id fateor mihi hactenus inexploratum. Nam quod aliqui tradunt id eſſe conſecutam Eccleſiam Toletanam a temporibus S. Petri Apoſtoli & ab ipſo Petro, haud probari poteſt. Quomodo enim id tunc factum potuit, ſi an primatum ipſa gereret unius provinciæ Carthaginenſis, in controverſiam deductum fuit hoc tempore Gundemari Regis, ut ex ipſius edicto liquet? Certe quidem id Rex minime prætermiſiſſet aſſerere, qui Toletano Epiſcopo tantummodo tribuit, ut inter coepiſcopos provinciæ Carthaginenſis ipſe primatus jure præcellat, ut ex recitato conſtat edicto. Hæc & alia ſunt quæ me de Toletanæ Eccleſiæ primatu hujus temporis ſuper omnes Hiſpaniarum Eccleſias dubitare compellunt. Cæterum ſummo honore ſuper omnes alias Hiſpaniarum Eccleſias ſemper habitam eſſe Toletanam, evidens illud eſt argumentum, quod longe frequentiora illic reperiuntur ſacra Concilia celebrata.



PAGIUS *ſimi Gundemari Regis, Era DCXLVIII.* Eidem interfuere XV. Epiſcopi Provinciæ Carthaginenſis, qui omnes agnovere in Toletana Eccleſia Sedem Metropolitanam jam dudum conſtitutam fuiſſe. Intimatum etiam Patribus ejuſdem Synodi Decretum *Gundemari* Regis, quo ſtatuit, ut Sedes Toletana Primatus ac dignitatis Metropolitanæ honore potiatur, non in Carpetania ſolum ſed in tota Provincia Carthaginenſi, ut videre eſt apud Baronium.

XIII. *Exilium S. Columbani.* Sanctus *Columbanus* in exilium miſſus a *Theodorico* Burgundiæ Rege, ut anno DCXII. oſtendemus. Sanctus *Anaſtaſius* Patriarcha Antiochenus occiditur, ut anno præcedenti diximus.

| JESU CHRISTI ANNUS | BONIFACII PAP. IV. ANNUS | HERACLII IMP. ANNUS |
|---|---|---|
| 611. | 5. | 2. |

I.

(a) *Theop. an. 2. Heraclii Imp.* Cæſarea a Perſis capta.

CHriſti Redemptoris annus ſexcenteſimus undecimus, Indictionis decimæ quartæ, qui ſequitur ærumnoſus Romano Imperio extitit, cum (ut ex Theopane (*a*) produnt Annales) Perſæ ex more irrumpentes in Armeniam & Cappadociam, poſt ingentem prædam hominum & vaſtationem potiti ſunt Cæſarea Cappadociæ, populumque captivum duxerunt. Jam libere quo volebant Perſæ abſque obice graſſabantur, exercitu Romanorum peſſumdato. Quo pariter anno Eudocia Auguſta, tertia die Maii, Heraclio Imp. peperit filium Heraclium minorem, qui & Conſtantinus junior dictus eſt: ſed eodem anno ipſa deceſſit Imperatrix, decimaquinta inchoata Indictione. Quid vero inhumanum acciderit in ejuſdem Auguſtæ funere, a Zonara accipe ita narratum: *Cum ejus funus ornatu regio per forum efferretur, puella quædam barbara proſpectans, ſputum imprudens in feretrum dejecit: ob quod factum comprehenſa, & cremata, Imperatrici infeliciter parentavit.* Hæc ipſe.

Heracl. junior naſcitur, moritur Auguſta.

Quod

PAGIUS SÆC.VII AnnoEræ Hiſpan. DCxLIX. A.C. 611.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6104.

☉ 4. C. ☽ 4. P. 4. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 611.

BONIFACII IV. PAPÆ 4.

HERACLII IMP. 2.

I. *Conſulatus Heraclii.*

AUctor Chronici Alexandrini poſtquam aſſeruit, a ſeptimo Octobris Indictionis XIV. uſque ad XIII. Januarii hujus anni publicas Tabulas conſignatas fuiſſe *Imperii Heraclii anno primo*, addit: *Et a XIV. ejuſdem menſis ejuſdemque Indictionis ſcriptum eſt in reliquum tempus anni uſque ad Decembrem nempe expletum: XV. INDICTIONE ET CONSULATU EJUSDEM RELIGIOSISSIMI NOSTRI PRINCIPIS.* Verum locus corruptus, & aliqua verba, omiſſa ſunt; cum Indictio XV. nonniſi Kal. Septemb. hujus anni inchoari potuerit. Quæ depravatio Ducangium in nova editione Chronici Alexandrini, ſeu, ut ipſe vocat, Magni Paſchalis, traxit in errorem. Exiſtimavit enim Conſulatum Heraclii anno ſequenti geſtum eſſe, licet, ex ſerie Poſtconſulatuum ab Auctore Chronici Alexandrini digeſtorum certo conſtet, Conſulatum in hunc annum incidiſſe. [1]

II. *Imperium Roman. a Perſis labefactatum.*

Ad num. I. Baronius, qui Theophanem non legerat, quia poſt ejus mortem in lucem prodiit, ſed viderat tantum quæ Anaſtaſius in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Auctor Miſcellæ ex eo referunt, geſta ſub *Heraclii* Imperio anno uno plerumque anticipat, quæ juxta methodum duobus ſuperioribus annis a nobis inſinuatam, in ſuum locum reſtituenda ſunt, ea quidem eodem, quo Baronius anno, recitantes, ut noſtra narratio ejus narrationi reſpondeat, ſed annum indicantes ad quem ea revocari debent. Theophanes itaque anno Alex. DCIII. qui Kal. Septemb. anni Chriſti currentis inchoatur, ait: *Hoc anno Perſæ Cæſarea Cappadociæ potiti, plures hominum myriadas in captivitatem egerunt. Heraclius autem, Imperio aſſumto, rem omnem Romanam labefactatam reperit. Europam enim Barbari reddiderunt deſertam, univerſam Aſiam Perſæ peſſumdederant, & Urbes integras in captivitatem abduxerant, Romanumque exercitum bellis conſumpſerant continuis. Iſta conſpiciens Imperator, quid ageret dubius hærebat. Exercitu ſiquidem omni perluſtrato, num aliqui ex iis qui cum Phocæ tyrannidis ejus fautores adverſus Mauricium præliati inter vivos ſupereſſent, perſcrutatus, per legiones cunctas rimatus duos ſolos invenit reſiduos.* Quæ pertinent ad annum ſequentem; ad hunc vero referendum, quod anno ſuperiori n. VI. Baronius refert de Syria a Perſis *menſe Maio* devaſtata.

III. *Conſtantinus Heraclio naſcitur.*

*Conſtantinus*, qui poſtea imperavit, natus eſt Heraclio anno tantum ſequenti, quo Auctor Chronici Alexandrini ſcribit: *Hoc anno menſe Artemiſio, Romanis Maii III. feria quarta, natus eſt in Proceſſo Sophiano Heraclius Junior Conſtantinus Heraclii & Eudociæ filius.* Anno enim ſequenti feria IV. convenit in diem III. menſis Maii. Auctori Chronici Alexandrini conſentit Theophanes anno Alexandrino mox relato, qui ait, eadem die, *Indictione decima, quinta*, Conſtantinum in lucem prodiiſſe, *Auguſti vero menſis die XIV. eadem Indictione* Eudociam Auguſtam diem extremum obiiſſe. Auctor Chronici Alexandrini eandem mortem recitat anno ſequenti, aitque contigiſſe *XIII. Auguſti XV. Indict. die Dominica*, ideoque anno DCXII. quo feria prima & dies XIII. Auguſti concurrunt.

IV. *Naſcitur etiam Epiphania.*

Hoc vero anno in eodem Chronico legitur: *Ipſo menſe Xanthico, qui Latinis eſt Aprilis XX. feria III. hora ſeptima, ingens terræ motus extitit, ut cogerentur ante Pentecoſten XXII. ejuſdem menſis feria quinta in campum prodire, preces fundere, & illud ſolemne Triſagium pſallere. Septimo Julii ejuſdem Indictionis feria quarta hora VIII. nata eſt Epiphania filia Heraclii & Eu-*

NOTÆ [1] NEſcio unde verba illa Chronici Alexandrini Pagius deſumpſerit; certe ex verſione mendoſa; probatiſſima enim Dufreſnii, qua utor edit. Venet. pag. 305. ſic recte legit: *Ab ipſo VII. Octobris die præſentis Indictionis* (XIV. a Septembri anni 610. cæptæ) *uſque ad XIV. Januarii menſis ejuſdem Indictionis* (anni 611.) *ſcriptum eſt in Actis publicis: Imperante Heraclio; & a XIV. ejuſdem* (indictionis) *ipſius menſis ſcriptum eſt in reliquum anni, uſque a Decembrem*, ſcilicet expletum *XV. Indictionis* (a Septembri cæptæ) *ſic: Et Conſulatu ejuſdem piiſſimi Domini noſtri* Καὶ ἀπό ιδ Καὶ αυτῆς τȣ̃ αὐτȣ̃ μηνός, ἐγράφη ἐις τὸν ἑξῆς Χρόνον, τόν μέχρι, δηλονότι Δεκεμβρίȣ πληρȣμένȣ, τῆς ιέ Επινεμήσεως, ȣ̈τω, Καὶ Υπατείας τȣ̃ αὐτȣ̃ &c. Nihil profecto hic mendi ineſt. MANSI



| CHRISTI | BONIFACII PAP. IV. | HERACLII IMP. |
|---|---|---|
| 611. | 5. | 2. |

II. S. Auſtregiſili Epiſ. Bituricenſis obitus.

Quod ad res Occidentalis Eccleſiæ pertinet, ſcriptorum inopia remanſerunt prorſus obſcuræ, niſi quod Eccleſia Gallicana vita & obitu ſanctiſſimi Præſulis Bituricenſis Auſtregiſili claruit: de quo erroris arguas eum qui in annum vigeſimum ſeptimum poſt ſexcenteſimum ejus obitum refert. Etenim cum conſtet ante Theodoricum Francorum Regem eſſe defunctum, quem poſt triennium liquet ex hac vita migraſſe; nequaquam ad tempus illud potuit perveniſſe. Res ab eo geſtas quam fideliſſime conſcriptas fuiſſe, lector accuratus intelliget. Hic adoleſcens inter aulicos apud Guntheramnum Regem militans, bene inſtitutæ vitæ ſplendore emicuit, opeque tandem Ætherii Lugdunenſis Epiſcopi miſſionem e curia obtinuit, ut inter clericos vitam in Eccleſia ageret, initiatuſque fuit ſubdiaconatu a B. Aunario Antiſiodorenſi Epiſcopo; ac tandem poſt digna facta, præcedentibus prophetiis, vocatus eſt poſt Apollinarem ad regimen Bituricenſis Eccleſiæ, cui cum bene præfuiſſet annis duodecim, egregie virtutibus atque miraculis coruſcans, vita functus eſt tempore iſto, cum Theodoricus Rex ad corradendas pecunias totus eſſet, & ad id aptos delegiſſet viros improbos, atque inter alios Guarnerium ſævum immiſericordemque penitus hominem exactorem miſiſſet: cum interim ipſum ſanctum Auſtregiſilum contigit diem extremum claudere, poſtquam exactori ſacerdotali robore reſtitiſſet. Sed quomodo id acciderit, ab eodem auctore cuncta fideliſſime proſequente ſic accipe (*a*):

(a) *Acta Auſtregiſili Epiſc. c. 11. extant apud Sur. die 20. Maii.*

*Cum adhuc*, inquit, *in humanis ageret beatus Auſtregiſilus, tamquam paſtor bonus curam Eccleſiæ & plebis ſibi commiſſæ quotidie pervigilem gerebat, eamque a luporum faucibus ſervare ſtudebat. Accidit autem, ut ex palatio Theodorici Regis, ipſo Rege permittente ad urbem Bituricenſem accederet Guarnerius homo ſæviſſimus, avaritiæ & turpi lucro addictus ſuperbia tumidus, ab ea urbe pecuniam Regis nomine, quam dare non conſueſſet, exacturus. Permoti cives inſolito onere, omnes ad beatum Auſtregiſilum confugiunt: orant ut hanc vim ab ipſis propulſare velit. Vir ſanctus ad Deum ſe confert, diurnis atque nocturnis precibus ejus aures continenter pulſat, ut populum ſuum hac vexatione liberaret. Jam ad urbem adventabat miſer ille Guarnerius, & ad eum exit ſanctus Epiſcopus, atque pro commiſſa ſibi plebe murum ſe opponit, paratus etiam, ſi res poſtulet, Chriſti exemplo pro ovibus ſuis animam ponere. Dicit Guarnerio: Unde venis, homo improbe, & quid facere inſtituiſti? Non permittat Deus, ut in hanc intres urbem, & civium cenſum agas. Tum vero Guarnerius acri ira commotus, quod invito Epiſcopo non poſſet Regis & ſuam explere voluntatem, furibundus ad Regem abit: nunciat illi, renitente Auſtregiſilo Epiſcopo, quod ipſe juſſiſſet, ſe facere non potuiſſe. Interea vero beato fine Auſtregiſilus quievit in pace:* cum magna adhuc cura ſuper gregem invigilaret, miracula edens, quæ auctor enarrat: idemque qui in Guarnerium factum poſt viri ſancti obitum ſit, verbis iſtis refert, cum ait: *Ejus*

III. Guarnerii exactoris impetum fregit S. Auſtregiſilus.



PAGIUS

*Eudociæ in ſuburbio Hieriæ.* Hoc enim anno feria quarta in diem VII. Julii, & feria tertia in diem XX. Aprilis incidunt. Ex his verbis duo diſcimus, primum in more fuiſſe, ut *Triſagium* in Feſto Pentecoſtes caneretur, & non antea. Secundo, *Xanthicum* convenire cum noſtro Aprili, non vero Artemiſium, ideoque anno DCVIII. n. II. errorem, qui irrepſit in idem Chronicon, recte a nobis fuiſſe emendatum.

V. *Moritur S. Auſtregiſilus.*

A num. II. ad VI. *Sanctus Auſtregiſilus*, qui inter illuſtriores Eccleſiæ Bituricenſis Epiſcopos fuit, ad Deum migravit anno ſexcenteſimo viceſimo quarto, quo *plenus dierum in bona confeſſione obiit XIII. Kalendas Junii*, ut inquit Auctor Anonymus ejus Vitæ, plane coætaneus, ut liquet ex numero 14. & 16. ejuſdem Vitæ ab Henſchenio ad diem XX. Maji, & a Mabillonio ſæculo Secundo Benedictino recitatæ. Qui uterque Auctor ac etiam Cointius in Annal. Eccleſiaſt. Franc. Tomo 2. eo quo diximus anno, *Auſtregiſilum* demortuum demonſtrant. Annus enim ejus emortualis a nullo ex Antiquis memoratus ex ejus Vita colligendus fuit. Sanctus *Sulpicius Severus* Bituricenſis Epiſcopus obiit anno DXCI. ut ſupra oſtendi. Ei ſucceſſit Sanctus *Euſtaſius*, ſeu, ut ab aliis vocatur, *Euſtachius*, qui annos XII. Epiſcopatum geſſit, obiitque pridie Kalend. Januar. ut ſcribit Joannes Chenutius Bituricenſis, in Notitia Archiepiſcoporum Diœceſis Bituricenſis deſcribenda accuratus, ideoque anno Chriſti DCII. exeunte. Anno inſequenti Sanctus *Apollinaris* juxta eundem Chenutium Euſtaſium excepit, ſeditque annos novem, ut idem Chenutius habet, ideoque obiit vel anno ſexcenteſimo undecimo, ut idem refert, vel potius anno DCXII. ſi verum eſt quod tradit Robertus in Gallia Chriſtiana, *Auſtregiſilum* ex Abbate Sancti Nicetii in Baſilica Lugdunenſi conſecratum fuiſſe Epiſcopum Bituricenſem die decima tertia Februarii, in quam anno DCXII. Dominica cadebat: *In eo gradu dignitatis duodecim annis rexit Eccleſiam, ſicut ipſe Angelo revelante cognoverat*, ut ait Anonymus laudatus lib. 1. cap. 2. num. 10. Quare vitam cum morte commutavit anno ſexcenteſimo viceſimoquarto, die viceſima menſis Maji.

VI. *Ejus Nativitas & Dignitates.*

Labbeus Tomo 2. novæ Bibliothecæ pag. 350. & ſeqq. eandem Auſtregiſili Vitam refert, & pag. 363. Elogium olim Tumulo ejus marmoreæ inſculptum ex libro MS. Eccleſiæ Collegiatæ *de Caſtro*, in qua poſt mortem ſepultus fuit, in quo legitur: *Tertio Decembrium Kalendarum proles editæ procedens ab alvo abſolvit genetricis viſcera, bis vicenis & primo Childeberto regnante in anno. Feria hic quarta tempus ſignatur*, & *quarta-decima quoque Luna fertur per alta Scorpii* &c. Auſtregiſilus natus eſt anno Chriſti DLI. quo dies III. Kal. Decemb. ſeu

*Ejus diaconus Sulpitius illi ſucceſſit. Redit poſtea Guarnerius, executurus ſub Sulpitio, quod ſub Auſtregiſilo non poterat. Sulpitius vero anxius, ad Dominum confugit, ab illo conſilium rei bene gerendæ petens: erat enim vir mitis & lenis hominiſque violentiæ ut reſiſtere poſſet, non videbat. Deinde Guarnerium adit: orat, ut qui ſub ipſius deceſſore ab hujuſmodi onere immunes fuiſſent, illos etiam ſuis temporibus pateretur ſolita gaudere libertate. At Guarnerius homo ferus, viri Dei preces contempſit. Dixit itaque illi Sulpitius: Si quidem contra jus & fas tua eris potitus voluntate, non diu tamen impure feras. Ille vero in urbem ingreditur, facit ut erat juſſus: omnibuſque pro voto expeditis, corpore, non animo adit S. Auſtregiſili eccleſiam, tamquam preces illic oblaturus.*

IV. Suo damno Guarnerius in Auſtregiſilum oblocutus. *Ut vidit autem monumentum ſancti viri a fidelibus Chriſtianis auro argentoque mirifice exornatum, dixit arrogantiſſime: Auſtregiſilus aurum ſuum & argentum in pauperes erogare debuit, non jubere ut ſuum ſepulcrum illo tegeretur. Non hoc ille dicebat, quod ei curæ eſſent pauperes, ſed inſtar Judæ proditoris avaritia æſtuabat. Poſtea a ſepulcro viri Dei diſcedens, orationis cauſa altaria circuibat. Cumque in ipſa baſilica ambularet: lignum quoddam, ad quod vela ſuſpenſa erant, ab alto ruit ſuper caput ejus. Manavit igitur ſanguis a capite per oculos & barbam, & ad terram uſque defluxit. Et miſer ille clamavit voce qua potuit: Auſtregiſilus dum vixit, ſemper in me hoſtili animo fuit, & jam mortuus me prope interficit. Ita infelix nec culpam agnovit ſuam, nec a beato viro veniam petiit, immo vero fervens malitia Auguſtodunum ire inſtituit, ut ejus loci Epiſcopum perderet.*

V. Dira vindicta in Guarnerium. *In ipſo autem itinere in pago quodam, cum omnes recubuiſſent, ſurrexit a menſa, & ad exonerandum ventrem ſeceſſit. Interim ſomno correptus obdormit: evigilans dicit aſſiſtentibus: Auſtregiſilus & Sulpitius hac hora urceum aureum miſerunt mihi. Quis veſtrum habet illum?* Ita illuſus homo aurum rapiens, aurum ſomniat: ſed plenum ira Dei vas illud fuiſſe, declaravit eventus: nam pergit auctor: *Negantibus illis, ſe quicquam hujuſmodi vidiſſe, ſua verba repetiit, neſciens quid diceret. Mox vero inteſtina ejus & viſcera omnia in cloacam deciderunt, eaque nocte vitam perdidit. Ex eo tempore nemo auſus fuit regiorum miniſtrorum ab urbe Bituricenſi eam pecuniam extorquere, abſterrente omnes tam diro interitu illius, qui talis exactionis primus auctor fuiſset.* Subiicit auctor alia admiranda de eodem ſancto adverſus rerum Eccleſiaſticarum invaſores. Sed de his hactenus. Propagata eſt ad poſteros memoria ſancti Auſtregiſili tum ob vitam ſanctiſſime ductam & miraculis inſigniter illuſtratam, tum etiam quod in cœlis ipſum vivere mundo defunctum poſt obitum ſigna edita declararunt: colit Dei Eccleſia memoriam ejus anniverſaria celebritate vigeſima die Maii. Qui autem ipſi ſucceſſit Sulpitius, pariter inter ſanctos adnumeratur.

VI. Porro qui ob bella quibus Theodobertum fratrem e regno pellere laboravit, Theodoricus Rex ſubditos graviter afflixit; in ſe divinam vindictam concitavit: adeo ut ubi ſe voti compotem factum, fratre perempto, putavit, ipſe miſerrime luens pœnas, regnum atque vitam per-

PAGIUS ſeu dies XXIX. menſis Novemb. in feriam quartam incidit, Regni vero *Childeberti* Regis hujus nominis primi annus XLI. incœpit die XXVII. menſis Novembris, quo ideo anno DXI. *Clodoveo Magno* patri ſucceſſerat. Quare Chronologiam noſtram hoc Epitaphium egregie confirmat. In obſequio Regis Guntramni *Auſtregiſilus* deputatus a patre, non modicum temporis ſpatium ſub ſæculari diſciplina prudenter militavit; adeoque Regi gratus erat, ut linteum, quo is lotis manibus tergere ſolitus erat, ipſe proferret, *& ob hoc Mapparius vocabatur*. Aulæ pertæſus a Beato *Aunario* ſeu *Aunachario* Epiſcopo Autiſſiodorenſi Subdiaconus ordinatus eſt: factus deinde Abbas juſſu Aetherii Epiſcopi Lugdunenſis. Denique Sancto *Apollinari* demortuo Epiſcopus Bituricenſis renunciatus eſt.

VII. *Ejus Vita ab Anonymo ſcripta.* Cæterum res geſtæ, & miracula ejus tribus libris comprehenſa ſub unius Anonymi laudati nomine, a diverſis Auctoribus diverſiſque etiam ſæculis ſcripta ſunt. Primo libro ejus virtutes & præclara opera uſque ad ejus obitum literis mandavit Auctor coævus; ſed liber ſecundus continet potiſſimum miracula adverſus raptores bonorum Eccleſiaſticorum, tempore *Eudonis* Ducis Aquitaniæ, qui vixit tempore Caroli Martelli. Poſtremus liber recentioris memoriæ miracula complectitur. Quod vero Baronius refert de *Garnerio*, ſeu *Varnerio* exactore, cui dicitur ſanctus Epiſcopus ſe ſe oppoſuiſſe, & qui poſtea miſere periiſſe memoratur ſub Pontificatu Sancti Sulpicii cognomento Pii Auſtregiſili ſucceſſoris, prohibentis dari hujuſmodi tributum, fabuloſum eſſe dicit Cointius anno DCXXIV. n. VIII. quod referatur tantum in ſecundo libro, cujus Auctor non ſatis ſolide in omnibus procedit, ut etiam Henſchenius citatus obſervavit. Ibi enim inſinuatur *VVarnerium* ultimis Auſtregiſili temporibus, & vivente *Theodorico* Rege, voluiſſe Urbem Biturigum ſub tributo cenſere; cum tamen *Theodoricus* anno DCXIII. e vivis exceſſerit, & *Bituriges* parerent Clotario II. qui eidem Theodorico Regi agnato ſuo jam ſucceſſerat. Qua de re plura Cointius.

VIII. *Bellum inter Theodebertum & Theodoricum.* Ad n. VI. de bello inter *Theodebertum & Theodoricum* Francorum Reges geſto, & de exilio S. *Columbani* Abbatis Luxovienſis anno ſequenti commodius agemus.



perdiderit: ſed hæc poſt triennium acciderunt, cum antea ſanctum Columbanum e regni ſui finibus expuliſſet, ut dicturi ſumus anno ſequenti. Sicque omnis illa, quæ non ſuper juſtitiam religioſamque Chriſtiano Rege decentem vitam regni moles innixa erat, ſed ſuper prudentiam carnis, quæ mors (*a*) eſt; uno ferme momento collapſa periit funditus, nulla relicta poſteris filiis ſui regni propagine. Sed de Theodorico ex impiæ Brunichildis aviæ conſilio hauriente divinam ultionem dicturi ſumus anno ſequenti.

(*a*) *Rom.* 8.

Qui

I. Sarracenorum in Syriam graſſationes.

QUi novus volvitur annus ſexcenteſimus duodecimus, Indictionis decimæquintæ, iræ Dei minime expers fuit, cum malorum ingruentium nullus finis eſſet, vel ſaltem momentanea quies. Ceſſantibus enim hoc anno Perſis jam victoriis exatiatis, prædiſque expletis invadentes Romanum Imperium Sarraceni in Syriam incurſiones ſæviſſimas habuerunt, ferro ignique cuncta miſcentes: cum interea Heraclius Epiphaniam filiam Auguſtam nuncupavit, quæ (ut habet Theophanes) a Sergio Patriarcha coronata eſt; idque anni hujus exordio: vergente vero ipſo ad finem, jam prima Indictione currente, ab eodem Patriarcha Heraclius junior ejuſdem Imperatoris filius, idemque Conſtantinus cognominatus, coronatus eſt, cum Imperator adverſus Perſas in ſequentem annum expeditionem pararet. Hunc filium fuiſſe ſecundum ſpiritum Joannis Epiſcopi Alexandrini, auctor eſt Leontius in vita ipſius Joannis.

II. Quod ad res Francorum anni hujus pertinet infeliciter accidit, ut Theodoricus Rex malis conſiliis Brunichildis obtemperans, adverſus Dei ſervos bellum geſſerit, ex quo diram in ſe vindictam provocavit, qua poſtea exuitur vita ſimul & regno Hic enim eſt ille annus, quo ſanctus Columbanus probatiſſimæ ſanctitatis Abbas, cum opera Brunichildis per Theodoricum Regem expelleretur e ſuo quod in ejus regno conſtruxerat monaſterio, vaticinatus eſt fore, ut intra triennium ipſe penitus regno privaretur, & monarchiam totius Galliæ Clotharius obtineret. Cum igitur intra triennium ea contigiſſent impleri, errare plane noſcuntur, qui ejuſmodi perſecutionem ad alia tempora referunt. Nos autem rei geſtæ hiſtoriam a Jona (non a Beda, ut errore aliqui putant) qui his temporibus vixit & ab Euſtaſio ſucceſſore Columbani hæc accepit, omni ſinceritate conſcriptam, ab omnibuſque fida auctoritate receptam, hic reddamus. Magno plane Dei beneficio factum apparet, ut vir tantus ex Hibernia in Gallias veniens, illuſtraret temporibus his perditiſſimis Eccleſiam Dei: quem præexcelſum meritis ſi quis aliqua ex parte exæquet Eliæ, haud mea ſententia a ſcopo veritatis aberrarit; cum videre ſit in ſanctiſſimo viro eremum cum ſuis colente, præter mirificam abſtinentiam, & exactiſſimam monaſticam obſervantiam, atque alias ejus eminentes virtutes, Dei honoris zelum, & fortitudine animi ad Principes arguendos: qui & in eo ſimilior eſt viſus Eliæ, quod perſecutoribus non caruerit, novo Acab, & altera Jezabele, ut tu ipſe probe cognoſces, cum res anni hujus ab eo geſtas accipies.

III. Jam annus vigeſimus agebatur (ut idem Jonas Abbas eſt auctor) ex quo ſanctus Columbanus veniens ex Hibernia Luxovienſe in Gallia monaſterium erexerat, cum perſecutione cogente, inde exul cogitur proficiſci: qua vero cauſa præcedente, eumdem auctorem exacte cuncta proſequentem attende: qui ab exordio regni Theodoberti ac Theodorici incipiens, ita ait (a): *Mortuo Childeberto infra adoleſcentiæ annos, regnaverunt filii Childeberti duo, Theodobertus & Theodoricus cum avia ſua Brunichilde. Regno Burgundionum Theodoricus potitur, regnum Auſtraſianorum Theodobertus ſuſcepit regendum. Theodoricus ergo quia in terminis regni ſui beatum Columbanum haberet, gratulabatur non minimum. Ad quem cum ſæpiſſime veniret, cœpit eum vir Dei increpare, cur concubinarum adulteriis miſceretur, & non potius legitimi conjugii ſolamine frueretur, ut regalis proles ex honorabili Regina prodiret, & non potius ex lupanaribus videretur emergi. Cumque jam ad viri Dei imperium Regis ſermo obtemperaret, & ſe ab omnibus illicitis ſegregare ſponderet: mentem Brunichildis aviæ, ſecundæ (ut erat) Jezabelis, antiquus anguis adiit, eamque contra virum Dei ſtimulatam ſuperbiæ aculeo excitat, quia cerneret viro Dei Theodoricum obedire. Verebatur enim, ne ſi abjectis concubinis Reginam aulæ præfeciſſet, & dignitatis & honoris ſui modum amputaſſet.* O cæcam fallacemque ac ſibi ipſi penitus mentientem prudentiam carnis, dum peccatis putat ſtabilitatem ſibi parare dominii, juriumque proculcatione jus quærere poſſe regnandi! Qualem autem iſta ſibi ruinam pararit, dum iis artibus perpetuitatem regnandi quæſivit, declaravit eventus. Sed pergit Jonas (b):

(a) Joan. in vita S. Columb. c. 27.

(b) Joan. in vita S. Columb. c. 28. apud Bedam.

IV. Redarguit Brunichildem, & deteſtatur prolem Regiam Columbanus.

*Evenit ergo, ut quadam die beatus Columbanus ad Brunichildem veniret: erat enim tunc apud Brocoriacum villam. Cumque illa eum in aulam veniſſe cerneret, filios Theodorici, quos de adulterinis permixtionibus habebat, ad virum Dei adducit. Quos cum vidiſſet, ſciſcitatur quid ſibi velint. Cui Brunichildis ait: Regis ſunt filii: tu eos tua benedictione robora. At ille: Nequaquam, inquit, iſtos regalia ſceptra ſuſcepturos ſcias, quia de lupanaribus emerſerunt. Illa furens, parvulos abire jubet. Egrediens ergo vir Dei regiam aulam, dum limitem tranſiliret, fragor* (terræmotus ſcilicet) *exortus totam domum quatiens, omnibus terrorem incuſſit, nec tamen miſeræ feminæ furorem compeſcuit. Parat deinde inſidias moliri, viciniſque monaſteriis per nuncios imperat, ut nulli eorum extra monaſterium iter pandatur, neque receptacula monachis ejus vel quælibet ſubſidia tribuantur.*

*Cernens autem beatus Columbanus regios animos adverſum ſe permotos, ad eum properat, ut ſuis monitis miſeræ pertinaciæ impetum frangat: erat enim tunc temporis ad Spiſſiam villam publicam. Quo cum jam Sole occumbente veniſſet, Regi nunciant virum Dei inibi eſſe, nec in regiis domibus metari velle. Tunc ait Theodoricus, melius eſſe virum Dei opportunis ſubſidiis honorare, quam Dominum ex ſervorum ejus offenſa ad iracundiam provocare. Jubet ergo regio cultu opportuna parari, Deique famulo dirigi. Itaque venerunt, & juxta imperium Regis oblata offerunt. Qui cum vidiſſet dapes & pocula cultu regio adminiſtrata, inquirit quid ſibi velint iſta. Ajunt illi, ſibi a Rege eſſe directa. Abominatus autem ea, ait: Scriptum eſt: Munera impiorum reprobat Altiſſimus. Non enim dignum eſt, ut famulorum Dei ora cibis eorum polluantur, qui non ſolum ſuis, verum etiam aliorum habitaculis famulis Dei aditum denegant. His dictis, vaſcula omnia in fruſta diſrupta ſunt, vinaque ac ſicera ſolo diffuſa, & cætera ſeparatim diſperſa. Pavefacti autem miniſtri, rei geſtæ cauſam Regi nuntiant. Tunc ille pavore perculſus, cum avia dilucu-* lo

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCL. A.C. 612.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6105.

☉ 5. BA. ☽ 5. P. 26. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 612.

BONIFACII IV. PAPÆ 5.

HERACLII IMP. 3.

I. Poſt conſulatus.

IS annus hac formula notatus: *II. poſt Conſulatum Heraclii Auguſti.* Ita Auctor Chronici Alexandrini.

II. Epiphaniæ coronatio.

Ad num. I. Hoc anno tertia die menſis Maii natus eſt *Heraclius Junior* Conſtantinus dictus, & die XIII. Auguſti ejuſdem anni *Eudocia* Auguſta e vivis exceſſit, ut anno ſuperiori probavimus. *Quarto Hyperberetai, ſeu Octobris coronata eſt filia Epiphania, qua & Eudocia audiit, in templo Sancti Stephani, quod in Palatio eſt*, ut habet Auctor Chronici Alexandrini Indictione XV. Quod confirmat Theophanes anno Incarnationis Eræ Alexandrinæ DCIV. qui Kalendis Septemb. hujus anni exordiri debet; ait enim: *Hoc anno menſis Octobris die quarto, indictione prima Epiphania Imperatoris Heraclii filia in Oratorio ſancti Stephani, quod in Palatio, a Sergio Patriarcha Auguſta corona redimita eſt.* Ubi etiam obſervabis, Theophanem ſub anno Eræ Alexandrinæ DCIV. narrare, quæ contigere anno ejuſdem Eræ DCV. menſe Octobri, Indictione I. notato. Quare, ut ſupra ſemel & iterum monui, annis Incarnationis ſecundum Alexandrinos per annos amplius octoginta, non anni VII. ſed VIII. addendi, ut perveniamus ad annum Eræ Dionyſianæ, quo res quæ referuntur, geſtæ ſunt. Recte itaque illa inauguratio a Baronio conſignata, non item coronatio Heraclii novi Conſtantini, quæ pertinet ad annum ſequentem, ut ibi videbimus.

III. Progreſſus Perſarum.

Porro Perſæ hoc anno *Cæſaream* Cappadociæ occuparunt, ut anno ſuperiori Baronii ordinem ſequentes ex Theophane oſtendimus. Illorum exercitui præerat *Raxates*, ut eruo ex Theophylacto lib. 8. cap. 12. ubi ait: *Quando Heraclius Imp. expeditione adverſus Raxatem ſuſcepta exercitum recenſuit, re inquiſita, duos duntaxat milites ex illa multitudine, quæ tyranno faverat, ſuperſtites invenit, tametſi anni non multi interceſſiſſent*, anni nempe decem; cum Phocas tyrannus anno DCII. Mauricium Imp. interfecerit. Quod Theophanes ex Theophylacto deſumſit, & huic anno recte illigavit. Ejus verba anno ſuperiori retulimus.

IV. Incurſiones Saracenorum.

Invaſiones vero Saracenorum in Syriam de quibus Baronius ex Auctore Miſcellæ, qui ait: *Tertio Imperii Heraclii anno Saraceni aciem contra Syriam direxerunt, & exterminatis nonnullis viris reverſi ſunt*, pertinent ad annum ſequentem; cum Theophanes eas memoret anno Alexandrino DCIV. Kal. Septembris hujus Chriſti anni inchoato, & expeditiones militares verno tempore incipi ſolitæ eſſent.

V. S. Columbanus in exilium pellitur.

A num. II. ad XIV. S. *Columbanus* Abbas Luxovienſis e ſuo Monaſterio a *Theodorico* Burgundiæ Rege, & ab avia ejus *Brunichilde* pulſus eſt, anno ejuſdem Theodorici decimo quarto, ut tradunt Fredegarius in Chronico cap. 36. & Aimoinus lib. 3. cap. 95. ideoque anno Chriſti ſexcenteſimo nono. *Childebertus* enim, cui *Theodoricus* ſucceſſit, initio anni DXCVI. e vivis abiit, ut ſuo loco diximus. Rem geſtam pluribus narrat Baronius hoc anno ex Jona in Vita S. Columbani, quam Mabillonius Sæculo ſecundo Benedictino collatam cum diverſis Codicibus MSS. correctiorem exhibet. In ea a numero 31. ad 38. narrantur, quæ contigere, dum in exilium duceretur, antequam ad Veſontionenſem Urbem perveniret. *Columbanus* feminas, ipſamque *Brunichildem* Reginam ab aditu Luxovienſis Monaſterii repellebat; ſepta enim Cœnobii duas in partes diviſerat, quarum exterior Viris excipiendis patebat, interior minime. Regina itaque, quod arceretur ab ingreſſu Monaſterii, cœpit Abbatem ſæviſſimo odio proſequi: *Ea maxime pro cauſa ſæpefato Columbano infeſta erat, eo quod acceſſum feminarum a præfato Monaſterio propellebat, & ſibi, quæ Regina erat, idem contradixerat. Qua de re datum fuerat Edictum Regali indignatione roboratum, ut omnes ſub inſtitutione Pii Patris Columbani degentes, intra ſepta Monaſterii adeo arctarentur, ut nemini locus daretur extra exeundi*, inquit Auctor Anonymus ætate ſuppari in Vita ſancti Agili Abbatis Resbacenſis, in provincia Galliæ, quæ nunc *Bria* appellatur. Quæ Vita recitatur a Mabillonio Sæculo ſecundo Benedictino. Eandem odii *Brunichildis* in Columbanum cauſam refert Jonas.

Co-

lo ad virum Dei properat, precantur de commiſſo veniam, ſe impoſterum emendare pollicentur. His placatus promiſſis, ad monaſterium rediit. Sed polliciti vadimonii jura nondiu ſervata violantur: exercentur miſeriarum incrementa, ſolitaque a Rege adulteria patrantur.

V. Concitatur Theodoricus Rex adverſus Columbanum.

Quo audito, beatus Columbanus litteras ad eum verberibus plenas direxit, comminaturque excommunicationem, ſi emendare delicta non vellet. Ad hanc rurſum permota Brunichildis, Regis animum adverſus beatum Columbanum excitat, omnique conatu perturbare contendit, orabatque proceres aulicos optimates omnes, ut Regis animum contra virum Dei perturbarent. Epiſcopos autem ſolicitare aggreſſa eſt, ut de ejus religione detrahendo, ſtatum regulæ, quam ſuis cuſtodiendam monachis indiderat, macularent. Obtemperantes igitur aulici perſuaſionibus miſeræ Reginæ, Regis animum contra virum Dei perturbant, cogentes ut accederet, ac religionem probaret. Coactus itaque Rex ad virum Dei Luxovium venit, conqueſtusque eſt cum eo, cur a provincialium moribus diſcederet, & intra ſepta ſecretiora omnibus Chriſtianis aditus non pateret. Beatus itaque Columbanus, ut erat audax & animo vigens, talia obiicienti reſpondit, ſe conſuetudinem non habere ut ſæcularibus hominibus & a religione alienis famulorum Dei habitationis pandat introitum, ſed opportuna aptaque loca ad hoc habere parata, quo omnium hoſpitum adventus ſuſcipiatur. Ad hæc Rex: Si, inquit, largitatis noſtræ munera & ſolaminis ſupplementum capere cupis, omnibus in locis omnium patebit introitus. Vir Dei reſpondit. Si quod nuncuſque ſub regularis diſciplinæ habenis conſtrictum fuit, violare conaris: nec tuis muneribus, nec quibuſcumque ſubſidiis me fore a te ſcias ſuſtentandum. Et ſi hanc ob cauſam tu hoc in loco veniſti, ut ſervorum Dei cœnobia deſtruas, & regularem diſciplinam macules: ſcito tuum regnum funditus ruiturum. & cum omni propagine regia demergendum. Quod poſtea rei probavit eventus. Jam enim temerario conatu Rex refectorium ingreſſus fuerat. His ergo territus dictis, foras celer repedat. Duris poſt hæc viri Dei increpationibus Rex urgetur. Contra quæ Theodoricus ait: Martyrii coronam me tibi inferendam ſperas? Non eſſe, ait, tantæ dementiæ ſe, ut hoc tantum patraret ſcelus: ſed quæ ſunt potioris conſilii agere, & utiliora paraturum: Ut quia ab omnium ſæcularium moribus deſciſcat, qua venerat, ea via repedare ſtudeat. Aulicorum ſimul conſona voce vota prorumpunt, ſe habere non velle his in locis, qui omnibus non ſocietur. Ad hæc beatus Columbanus ſe dicit de cœnobii ſeptis non egreſſurum, niſi violenter abſtrahatur.

VI. Columban. ducitur in exilium.

Diſceſſit ergo Rex, relinquens virum quemdam procerem, nomine Baudolfum. Is enim cum remanſiſſet, virum Dei a monaſterio pellit, & penes Veſocionenſe oppidum perducit ad exulandum, quoaduſque regalis ſententia de eo quid voluiſſet, decerneret. At Dominus voluit oſtendere, non egreſſum eſſe ſolum Columbanum, ſed divinam virtutem illi indiſſolubili vinculo junctam eum ſequi. Nam attende quid accidit: Commorans ergo inibi, audit carcerem plenum eſſe damnatorum hominum mortis damna expectantium. Ad quem vir Dei properat, ingreſſuſque oſtium, nullo obſtante, verbum Dei damnatis depromit: ſpondentque illi, ſi liberarentur, emendaturos, & de commiſſa noxa pœnitentiam acturos.

Vinctos liberat Columbanus.

Beatus itaque Columbanus poſt hæc miniſtro Domoali, cujus ſuperius fecimus mentionem, imperat, ut manu ferrum quo compedes irretiti erant atque innexi, apprehendat & trahat: quod ille apprehenſum trahit, & velut frutex putrefactus per partes comminuitur, egredique carcerem damnatos ſolutis compedibus jubet. Peracto autem Evangelici cultus officio (pedes enim lavit, linteoque abſterſit) imperat deinde ut eccleſiam petant, & commiſſi ſceleris pœnitendo ac fletibus abluendo culpas lavent. Properantes ergo illi, eccleſiæ fores obſeratas reperiunt.

Tri-

PAGIUS VI. Ejus itinerarium.

Columbanus a Regis Theodorici ſatellitibus ex Urbe Veſontionenſi Nannetas perducitur: *Egreſſus ergo vir Sanctus cum ſuis viceſimo anno poſt incolatum eremi illius per Urbem Veſontionum Auguſtoduno uſque ad Cavalonem Caſtrum pervenit*, inquit Jonas numero 38. Sed loco *Cavalonis*, ſcribendum eſſe *Avallonem*, quod eſt Burgundiæ oppidum inter Auguſtodunum & Autiſſiodorum, notat Mabillonius ex alia ejuſdem Sancti Vita, Anonymi opera compendioſe ſcripta, quibuſdam in locis a Jona diſcrepante. Alter Anonymus Auctor Vitæ Sancti Agili ait; *Beatus Columbanus propulſione Theoderici Regis per doloſitatem peſſimæ Brunichildis exagitatus, viceſimo anno, ex quo Monaſterium intra vaſta eremi inſtaurare cœperat, vi præfati Regis ab eo amovetur, ac natale ſolum repetere perurgetur*. Columbanus Luxovienſis Monaſterii fundamenta jecit anno DXC. ut ſuo loco dixi. Quare exilium anno DCIX. eidem irrogatum, quamvis veroſimile ſit, nonniſi anno DCX. e Gallia egreſſum eſſe. Ex Jona enim, qui itinerarium ejus deſcripſit, diſcimus eum ex Avallone properaſſe Autiſſiodorum, ibique Ragamundo, qui eum ducebat, dixiſſe; *Memento* inquit, *o Ragamunde, Clotarium, quem nunc ſpernitis, INTRA TRIENNIUM Dominum habebitis*. Quæ verba ante annum DCX. non videntur prolata; cum Clotarius anno tantum DCXIII. totius Galliæ Monarchiam obtinuerit. Progreſſus exin ab Autiſſiodoro, *ad Nivernis Oppidum* venit, indeque ad *Aurelianenſem Urbem*, navigantes ergo per Ligerim *ad Turonenſem* perveniunt *Urbem*, ubi Columbanus invitatus a

Leo-



Tribunus igitur militum cum vidiſſet virtute Dei per beatum Columbanum damnatorum compedes fractos, & vacuum ſibi tantummodo relictum ergaſtulum, inſequi calces damnatorum, ac ſi a ſomno excitatus, cum militibus cæpit. Illi vero poſt tergum appropinquare ſatellites videntes, & fores eccleſiæ obſeratas cernentes, gemina vallati anguſtia, virum Dei compellant, ut eruantur. Ille autem anxio anhelitu ſurſum caput attollit, precaturque Dominum, ut ſua virtute ereptos e ferro non ſinat denuo tradi ſatellitum nexui. Nec morata auctoris bonitas fores firmis obſeratas clauſtris reſerat, atque in anguſtia poſitis aditum pandit, pernicique curſu ingrediuntur eccleſiam. Fores autem poſt damnatorum introitum in oculis militum abſque humana manu obſerantur, ac ſi cuſtos uſu clavigero perniciter & reſeraſſet & obſeraſſet. Perveniens ergo beatus Columbanus cum ſuis, ſimulque & Tribunus cum militibus, fores obſeratas repererunt: Aſpaſiumque nomine cuſtodem quærunt, ut claves largiatur. Qui cum veniſſet, clavigeroque uſu fores reſerare voluiſſet, ait ſe numquam diligentius obſerata clauſtra inveniſſe. Nec quiſquam poſt auſus eſt damnatis injuriam inferre, quos divina virtus eruerat.

VII. Iſta tam grandia atque patentia eo potiſſimum tempore a ſervo ſuo Deus peragi voluit, quo adverſariis ejus innoteſceret, qualis eſſet, quem exturbarent & eiicerent: ut vel timore concuſſi Pharaonem ſaltem imitarentur, qui viſis prodigiis, quem a ſe rejecerat Moyſem, iterum atque iterum revocavit. His quidem admonitus qui eum in exilium deducebat, ab eo recedens, dimittit ipſum abire liberum: at Reges non ſic; nam audi Jonam: (a) Cum nullus, inquit, contrarius exiſteret, ipſe per mediam urbem cum ſuis ad monaſterium regreditur.

(a) Jon. in Columbano c. 19.

Iterum quæſitus ad exilium Columbanus.

Quo audito Brunichildis ac Theodoricus, quod ſcilicet ab exilio revertiſſet, atrocioribus iræ aculeis ſtimulantur, jubentque militum cohortem, ut rurſum virum Dei abſtrahant, & ad priſtinum prorſus exilium revocent. Venientes ergo milites cum Tribuno, peragrant ſepta monaſterii, virumque Dei perquirunt. Reſidebat autem ille in atrio eccleſiæ, librumque legebat. Ubi cum ſæpe veniſſent, & prope eum tranſirent, ita ut nonnulli in ejus pedes offenderent, & veſtimentis ſuis eum tangerent, ſed obcæcatis luminibus nequaquam eum viderent; erat ſpectaculum pulcherrimum. Ille autem ovans cernebat quærentes, nec omnino videbatur: illi in medio eorum poſitum, cum viderentur ab eo, non videbant. Venitque Tribunus, intuituſque per feneſtram, virum Dei videt inter ipſos reſidere & legere: cernenſque virtutem Dei, ait: Quid tam intente atria eccleſiæ peragratis, nec ommino reperitis? Nequaquam amplius inſaniæ errore cor veſtrum decipiatur: non enim vos poteritis eum invenire, quem virtus divina tegit. Redite ab hac intentione, & Regi properemus nunciare, quia eum minime reperiſtis. Datur autem manifeſte intelligi, Tribunum militum non ſponte ad parandum viro Dei injuriam veniſſe, & ideo ad eum videndum lumen meruiſſe.

Renunciantibus ergo illis auribus Regis, ille aucto furore miſeræ intentionis, Bertharium Comitem ad eum requirendum attentius virorum cum præſidio, ſimulque & Baudolfum, quem ſuperius miſerat, deſtinavit. Quo cum veniſſent, beatum Columbanum in eccleſia poſitum pſallentem & orationi deditum cum omni congregatione fratrum reperiunt, ſicque virum Dei alloquuntur: Vir Dei, precamur, ut tam regiis, quam etiam noſtris præceptis obedias, egreſſuſque pergas eo itinere, quo primum his adventaſti in locis. At ille: Non enim, inquit, reor placere Conditori, ſemel natali ſolo ob Chriſti timorem relicto, denuo repedare. Cumque nullatenus cernerent ſibi virum Dei obedire, relictis quibuſdam, quibus ferocia animi fortior erat, Bertharius abſceſſit. Hi vero qui remanſerant, virum Dei hortantur, ut illis miſereatur, qui ad tale opus patrandum infeliciter fuerant relicti, eorumque periculo conſuleret: qui ſi eum violenter non abſtraherent mortis periculum incurrerent. At ille ait, jam ſæpius teſtatum eſſe, niſi vi ab-



ſtra-

PAGIUS

Leopario illius Urbis Epiſcopo Theodorici Regis necem, quæ anno DCXIII. contigit, prædixit, uni e convivis dicens: *Si Regis Theodorici junctus es fœderi, hac auribus ejus infer, & ipſum & ſuos liberos INTRA TRIENNII. eſſe CIRCULUM delendos, radicituſque ſtirpem ejus Dominum eradicaturum*. Poſtea *navali itinere ovans uſque ad Nannetis Oppidum venit, & ibi aliquantiſper moratus eſt*.

VII. Dum in ea Urbe verſatur, ſcripſit Epiſtolam ordine IV. ad *Attalam & Monachos* Congregationis ſuæ Luxovienſis, qui de ejus violenta expulſione juſſu *Theodorici* Regis facta plurimum contriſtati erant, eoſque conſolatur & paterna cohortatione ad patientiam & mutuam concordiam, *Attala* ipſis in Patrem præpoſito excitat.

*S. Attala Monaſterio Luxovienſi ad tempus præficitur.*

Deinde ad ipſum *Attalam* converſus, quædam circa Fratrum adminiſtrationem documenta proponit: & poſtea omnes ad perſeverantiam in Cruce Chriſti ferenda hortatur, monens donum tam pretioſum non propriis meritis, ſed Dei gratia & miſericordia, humili ac devota ſupplicatione impetranda conquiri. Poſtremo refert, ſe ſe adigi ad repetendum natale ſolum, & ſuam erga ipſos ſolicitudinem paterno affectu inſinuans eorum ſe devotioni commendat: *Nunc mihi*, inquit, *ſcribenti nuncius ſupervenit, narrans mihi navem*

pa-

*ſtraheretur, ſe non diſceſſurum.*

VIII. *Illi autem gemino vallati periculo, undique urgente formidine pallium, quo indutus erat, attingunt: alii genibus provoluti, cum lacrymis precantur, ut pro tanti ſceleris culpa illis ignoſceret, qui non ſuis deſideriis, ſed regiis obtemperarent præceptis. Videns itaque vir Dei, periculum aliorum fore, ſi ſuæ ſeveritati ſatisfaceret, cum omnium ejulatu atque mœrore egreditur, deputatis a Rege cuſtodibus, qui quouſque ditionis ſuæ regno pelleretur, non eum relinquerent, ſed pariter cum illo ambularent: inter quos primus Ragamundus erat, qui cum univerſis fratribus velut funus ſubſequentibus, Nannetes eum uſque perduxit. Anxius itaque pater tantorum membrorum diſpendio, cælos reſpicit: Æterne, inquiens, conditor rerum, tu nobis locum præpara opportunum, quo tibi tuæ famulentur in ſæcula plebes. Conſolatur deinde univerſam ſimul cohortem, ut ſpem non perdant, ſed omnipotenti Deo immenſas laudes rependant. Se hoc non diſpendium ſuum vel ſuorum pati, ſed ob multiplicandas monachorum plebes hanc eſſe datam occaſionem. Et quicumque ſe ſequi vel int, promptiſſimo animo ad ſuſtinendas injurias convenirent; qui vero in ſupradicto cœnobio remanere voluerint, ſecuri in hoc loco remanerent: cito Dominum de eorum mœrore ultionem daturum.*

Perducitur extra Regnum Theodorici Columbanus.

*Sed cum æquo animo de cuſtodia paſtoris ſegregari nollent, cuſtodes Regis, inquiunt, nequaquam hinc ſe ſequi alios permiſſuros, niſi eos quos ſui ortus terra dederat, vel qui e Brittannicis arvis ipſum ſecuti fuerant; cæteros qui Gallico orti forent ſolo, præceptis eſſe regiis inibi remanſuros. At cum egregius pater cerneret vi a ſe ſua membra diſcerpi, tam ſuus quam etiam membrorum ſuorum dolor multiplicabatur, & pro tanti ſceleris pondere Dominum omnium conſolatorem deprecatur, ut quos a ſe regia pertinacia ſegregabat, ipſe ſua cuſtodia tueretur. Inter quos venerabilis vir, qui poſt in eodem monaſterio pater extitit, Euſtaſius diſcipulus & miniſter Sancti viri violenter avellitur, intendente ſuper eum Nugetio * avunculo ejus, qui Lingonicæ Eccleſiæ Pontifex erat. Egreſſus ergo vir ſanctus cum ſuis vigeſimo anno poſt incolatum eremi illius, per urbem Veſontionem Auguſtodunumque ad Avellonem caſtrum pervenit.*

IX. Columbanus cogitur recedere a ſuis.

* Nicetio

X. Porro qui eum avulſus ab aliis ſecutus eſt intimus diſcipulus ipſius Euſtaſius, ut Lucas Paulum, totum iter illud ad Italiam uſque accurate recenſuit, ſcribens itinerarium: a quo Jonas, qui vitam ſancti conſcripſit, accipiens intexuit Actis ejus, prout ipſe eum citans profiteri videtur, relegens loca ſingula, ſingulaſque perſonas, apud quas hoſpitio ſuſ-

Ex Euſtaſio Jonas cuncta deſcripſit.

PAGIUS *parari, qua invitus vehar in meam regionem; ſed ſi fugero, nullus vetat cuſtos, nam hoc videntur velle, ut ego fugiam.* Hinc colligit Flamingus in Collectaneis Operum divi Columbani a ſe publicatis, ex Nannetenſi Civitate hanc Epiſtolam miſſam eſſe, ubi moram trahebat Vir Sanctus, cum *Suffronius* Nannetenſis Urbis Epiſcopus una cum *Teudoaldo* Comite juxta Regis Imperium navem quæri juſſerat, qua in Hiberniam ipſe cum ſuis veheretur, ut liquet ex Jona num. 47. Porro in allocutione ad Attalam, cui Monachorum Luxovienſium curam ad tempus commiſerat, ait: *Timeo ne & illic propter Paſcha ſit diſcordia, ne forte diabolo inſidiante, vos alienare velint, ſi cum eis pacem non teneatis.* Verebatur ſcilicet Columbanus, ne aliqui ex ſuis Monachis, abjecta ſua, quam memorem tenebat, traditionem aliam ſequerentur. Epiſtolas Divi *Columbani* non viderat Mabillonius, quando Acta Sanctorum Ordinis Sancti Benedicti elucubravit. Ignoratum hactenus fuerat, quis poſt expulſum Luxovio *Columbanum* huic Monaſterio præfuiſſet uſque dum *Euſtaſius* ejuſdem Abbas nominaretur, quod nunc ex ea Epiſtola didicimus.

VIII. *Moratus ergo ibi paululum, poſt ad Clotarium Hilperici filium, qui Neuſtraſiis Francis regnabat, extrema Gallia ad Oceanum poſitis pergit*, inquit Jonas num. 48. Morante eo penes *Clotarium*, lis oritur inter Theodebertum & Theodoricum, diſceptantibus utriſque de Regni terminis. Tunc Columbanus Clotario dixit, *ſuam intra triennii tempus in Ditionem utrorum Regna venire.* Poſt hæc coegit *Clotarium* Vir Dei, ut ſibi ſolamen largiretur, ut per *Theodeberti* Regnum, ſi valeret, ad Italiam, Alpium juga tranſcedens perveniret. Datis ergo comitibus, qui eum uſque ad *Theodebertum* perducerent, itinere arrepto ad Pariſios Urbem pervenit, deinde ad Meldenſe Oppidum, & tandem ad Theodebertum: *Quem cum Theodsbertus vidiſſet, ovans ſuis ſedibus recepit*, inquit Jonas. Tunc annuente eo elegit ad tempus ſtationem intra Germaniæ terminos, in oppido diruto ad

*Columbanus per triennium in Alemannia Evangelium prædicat.*

NOTÆ [1] S. ATtalam Luxovienſi Monaſterio poſt diſceſſum S. Columbani ad tempus præfuiſſe ignoratum eſt hucuſque, & modo etiam non conſtat. Quanquam enim S. Columbanus in Epiſtola ſua a Pagio hic laudata, Monachos ſuos Attalæ commendatos habere voluit; eidem tamen Attalæ ibidem optionem dat, an Luxovii reſidere, aut ſequi ſe maluerit. Siquidem venire ad Magiſtrum eligat, Waldolenum in præfectura ſubſtituit. Notat id Mabillonius verbis ejuſdem Epiſtolæ relatis Annal. Benedict. lib. X. num. 50. Attalam Viro Sancto adhæſiſſe opinor, cujus pariter exemplum ſequuto Waldoleno, ut notat Mabillonius *ibid.* præfectura ad Euſtaſium devoluta fuit. Profecto ſequenti anno 613. regimen Monaſterii penes Euſtaſium fuiſſe, Pagius *ibid.* num. 6. ex Authore Vitæ S. Walarici animadvertit; & Jonas in Vita S. Euſtaſii diſerte ſcribit: *Cum venerabilis Columbanus vigeſimo anno poſt incolatum eremi Luxovium reliquiſſet, in ſupradicto loco venerabilis Euſtaſius pater ſuffectus eſt.* MANSI



ſuſceptus eſt ſanctus: ſicque ſicuti veram certamque, ita elegantiſſimam hiſtoriam ſcripſit; quam ſi integram legeris, plane diſces totum illud iter exilii nihil aliud fuiſſe, quam longe ductum ejuſdem viri Dei triumphum, quo ipſius victoria adverſus Reges, & eorum deteſtanda crudelitas ſignis atque prodigiis eſt ubique locorum decantata. Nos autem brevitatis cauſa ea quæ tunc crebro ſunt facta in via miracula referre prætermittimus, hic illa tantummodo reddituri, quæ ipſi cum Clothario Rege primum, inde vero cum Theodoberto pariter Rege Francorum interceſſerunt. Sed primum quæ ultima eſt verba locutus cum Ragamundo miſſo a Rege Theodorico, ut extra limites regni ſanctum virum deduceret, audiamus.

XI. Ait enim Jonas, quod cum Autiſiodorum perveniſſent, ad eum qui ſe ducebat converſus Columbanus, hæc dixit: *Memento, o Ragamunde, quod Clotharium, quem nunc ſpernitis, intra triennium dominum habebitis. At ille: Cur, inquit, talia domine mi ais? Illeque ait: Videbis prorſus quæ dixi, ſi tunc vitam cum ſuperis feras.* Hoc ipſum vaticinium depromere coactus eſt Columbanus, dum una cum affine Theodoberti & amico Theodorici in convivio reſideret in via apud Turonenſem Epiſcopum Leuparium, qui ipſum viſitantem ſancti Martini ſepulcrum exceperat menſa. Nam de his hec Jonas (*a*): *Cum ora refectionis cum eo in menſa reſideret, interrogatus cur retro ad patriam repedaret; reſpondit: Canis me Theodoricus a meis fratribus abegit. Tunc unus e convivis, Chrodoaldus nomine, qui amitam Theodoberti Regis in conjugium habebat, Regi tamen Theodorico fidelis erat, huic viro Dei humili voce reſpondit, eſſe melius lac potare, quam abſynthium.* Putabat enim ea verba in amaritudine animi & cordis odio ab ipſo prolata. Cui vir Dei ait: *Cognoſco te Regis Theodorici fœderis jura ſervare velle. At ille fatetur, ſe fœdus fidei promiſſæ, quamdiu valeret, obſervare. Cui Beatus Columbanus reſpondens: Si, inquit, Regis Theodorici vinctus es fœdere, amico tuo & domino lætus eris a me legatus directus. Hæc ergo ejus auribus infer: Et ipſum & ſuos liberos intra triennii circulum eſſe delendos, radicituſque ejus ſtirpem Dominum eſſe eradicaturum. Cur, inquit ſupradictus vir, famule Dei talia promis? At ille: Non enim queo ſilere, quæ mihi loquenda Dominus tradit.* Hæc ibi tunc Columbanus.

Prædictiones Columbani de Regno Francorum.

(*a*) *Jon. in vita S. Columbani c. 21.*

XII. Sed quomodo, cum ad Clotharium Regem pervenit, eadem prædixit, ab eodem auctore ſic accipe (*b*). *Poſt ad Clotharium Chilperici Regis filium, qui in Auſtraſiis Francis regnabat in extrema Gallia ad Oceanum poſitis, pergit. Porro Clotarius audierat, quantis qualibuſve injuriis virum Dei Brunichildis, ac Theodoricus fatigaverant. Quem cum vidiſſet, veluti cæleſte numen * recepit, oranſque precatur, ut ſi velit, intra ſui regni terminos reſideat, ſeque ei, prout voluerit, famulaturum. At ille nequaquam ait his in locis ſe conſiſtere velle, vel ob ſuam peregrinationem augendam, vel illis inimicitiarum occaſionem ſedandam. Tenuit ergo eum Clotharius quantis potuit penes ſe diebus: caſtigatuſque ab eo pro quibuſdam erroribus, quibus vix aula regia caret, ſpondet ſe Clotharius juxta ejus imperium omnia emendaturum. Erat enim Clotharius ſolers in amore ſapientiæ: inventum ergo optatum munus gratificabatur. Morante igitur eo penes Clotharium, lis oritur inter Theodobertum*

(*b*) *Jon. in vita S. Columb. c. 23.*

* munus

Quæ Columbanus cum Rege Clothario.



PAGIUS ad Rhenum nomine *Brigantium*: circa quod oberrans, & mira multa efficit, & Barbaros complures ad Chriſti fidem traducit. *Columbanus* itaque Ditiones adiit, quas *Theodebertus* Theodorico fratri cis Rhenum nuper ademerat, qua de re legendus Fredegarius in Chronico cap. 37. loquens de geſtis anno X. Regni Theodorici. Porro *Brigantium* ſitum eſt ad dextram lacus Brigantini ripam, quod lacui nomen impoſuit. Jonas num. 51. & ſeqq. Brigantio vicinas ait eſſe *nationes Suevorum*, quo nomine Alemannos intelligit. *Suevi* enim, ut teſtatur Cluverius lib. 3. Antiq. German. cap. 28. in Alemannorum ſedes *paulatim ad Danubii fontem, ac porro in Rhætiam ad Brigantinum uſque lacum* ſuccedentes, nomen his terris ſuum intulerunt, quod in hanc uſque diem manet. Lacum illum Veteres *Brigantinum* ab Oppido Brigantio, recentiores *Conſtantienſem* ab Urbe Conſtantia vocarunt.

IX. Hanc poſteriorem peregrinationis *Columbani* partem longe diſtinctius deſcripſit Walfridus in Vita Sancti Galli cap. 4. & ſeqq. aitque *Columbanum*, accepta a Theodeberto Rege licentia eligendi locum ubicumque voluiſſet, veniſſe *ad Lacum Turicinum*, ut ipſe vocat, ſeu ad caput lacus Tigurini, vulgo *Zurich*, ibique cum inveniſſet homines idola ſacrificiis venerantes, illic ſubſtitiſſe, & *Sanctum Gallum* ejus diſcipulum, fana in quibus dæmoniis ſacrificabant, igni ſuccendiſſe; ſed cum arida contumacium corda inaniter irrigarent, perrexiſſe in Caſtrum quod *Arbona* vocatur, quæ Urbs ſita eſt ad ſiniſtram ripam lacus Brigantini, tandemque ad ipſum *Brigantium*, ubi Columbanus Beato Gallo injunxit, ut populum ab errore idololatriæ ad cultum Dei exhortatione ſalutari revocaret. Oratorium in honorem Sanctæ *Aureliæ* conſtructum reperere, circa quod manſiunculas ſibi fecere. Nonnulli converſi ſunt ad Dominum, alii propter imaginum communitionem gravi indignationis rabie turbati receſſerunt. *Poſt hæc permanſit ibi Beatus Columbanus cum commilitonibus ſuis tribus annis*, inquit Walfridus, ab anno ſcilicet Chriſti DCX. ad annum præſentem, quo poſtquam *Theodebertus*

*S. Gallus venit ad S. Columbanum.*

*tum & Theodoricum, diſceptantibus utriſque de regni termino. Et utrique ad Clotharium legatos dirigunt, uterque adverſus fratrem auxilium poſtulat. Quod Clotharius beato viro inſinuare procurat, conſulens, ſi videretur ejus conſilio, ſe uni conſentiendo, contra alium dimicare. Ad quem ille, prophetico repletus ſpiritu, ait; neutris eum fore pariturum conſiliis, in ſuam autem intra trienni tempus ditionem utrorumque regna venire. Videns autem Clotharius a viro Dei talia ſibi prophetico ore dici, neutri parere voluit: ſed promiſſum ſibi tempus fideliter expectans, poſtea potitus eſt triumpho victoriæ.* Hæc ad Clotharium dicta Deus voluit miraculis ibidem recenſitis conſignari, ne poſſet de eorum eventu ullatenus dubitari.

XIII. Dignum plane conſideratione videtur, quanto ſuo damno Reges in ſervos Dei delinquant, & quantum ſibi acquirant emolumenti, cum eos amore proſequuntur atque fovent. Exemplo plane id perſpicue cernere eſt in eodem, de quo eſt ſermo, Francorum Rege Theodorico: qui licet peccatis haud levibus eſſet obnoxius; dum tamen Columbanum Dei ſervum bene habuit & officiis frequentavit, proſpera illi cuncta ac felicia evenerunt, atque in bellis victorias & alia bona plurima eſt conſecutus: ſimulac vero redarguentem proſequitur odio, perſequitur, & extra regnum proiicit; mox ac ſi a fundamentis revulſus eſſet lapis, cui regni moles inniteretur, bello exorto civili, nutare cœpit, ac brevi totum penitus collapſum eſt ipſius regnum, ut audies.

Sed quæ ſunt modo anni hujus reliquæ ejuſdem ſancti res geſtæ, proſequamur. Veniſſe eum poſt hæc ad Theodobertum Regem, idem Jonas affirmat, qui ſubdit (a): *Exinde ad Theodobertum Regem venit. Quem cum Theodobertus vidiſſet, ovans ſuis ſedibus recepit. Jam enim multi fratrum poſt eum ex Luxonio venerant, quos ille veluti ex hoſtium præda ereptos ſuſcipiebat.* Porro illis in regionibus ipſum aliquantiſper morari ob converſionem proxime poſitorum Suevorum, divinus Spiritus juſſit, cui obtemperans, idololatras ad Chriſti fidem convertit. Quomodo autem acciderit, audi: Sunt (inquit Jonas) *inibi vicinæ* apud Moguntiam *nationes Suevorum. Ubi cum moraretur, & inter habitatores loci illius progrederetur, reperit eos ſacrificium profanum libare velle, vaſque magnum, quod vulgo cupam vocant, quod viginti modios amplius nec minus capiebat, cereviſia plenum in medio poſitum. Ad quod vir Dei acceſſit, ſciſcitaturque quid de illo fieri vellent. Ajunt illi, ſe deo ſuo Vadono nomine, quem Mercurium (ut alii ajunt) autumant eſſe, libare velle. Ille autem peſtiferum opus audiens, vas inſufflat, miroque modo vas cum fragore diſſolvitur, & per fruſta dividitur. Vas ergo dum rapido cum liquore cereviſiæ prorumpit, manifeſte eſt datum intelligi diabolum in eo vaſe eſſe occultatum, qui per profanum liquorem caperet animas ſacrificantium. Videntes autem barbari, ſtupefacti, ajunt magnum virum Dei habere halitum, qui ſic poſſet diſſolvere vas ligaminibus munitum. Caſtigatos itaque Evangelicis dictis, ut ab his ſegregarentur ſacrificiis, domum redire imperat. Multi enim eorum tunc per B. Columbani ſuaſum vel doctrinam ad Chriſti fidem converſi baptiſmum ſunt conſecuti: alios quos jam lavacro ablutos error detinebat profanus, ad cultum Evangelicæ doctrinæ monitis ſuis, ut bonus paſtor, Eccleſiæ ſinibus reducebat.* In ſequentem uſque annum illic moratum eſſe Columbanum, auctor oſtendit. Quæ autem antequam recederet, Theodoberto Regi jam adverſus fratrem bello certanti ſuaſerit, ſuo loco dicturi ſumus.

Suevi idololatræ ad Chriſtum converſi.

(a) Jon. ibi. c. 26.

Dum

PAGIUS *tus* Rex a *Theodorico* Rege fratre profligatus eſt, tandemque cæſus, occubuit, ut anno ſequenti Baronii ordinem ſequentes monſtrabimus. Tres itaque anni illi incompleti fuere, & hallucinatus eſt Baronius hoc anno num. XIII. ubi ait, Jonam oſtendere *Columbanum* illic annum unum moratum eſſe.

X. S. Euſtaſius venit ad S. Columbanum.

*Interea cogitatio in mentem* Columbani *ruit, ut Venetiorum, qui & Sclavi dicuntur, terminos adiret, cæcaſque mentes Evangelica luce illuſtraret*, inquit Jonas cap. 56. qui ſubdit, cum intellexiſſet, Angelo ei per viſum apparente, non eſſe gentis illius in promptu fidei profectum, quieviſſe in loco illo, *donec aditus ad Italiam panderetur*. Ex his liquet ætate Jonæ in agro Venetorum, conſediſſe Sclavos ſeu Sclavenos, quos Procopius lib. 4. de Bell. Goth. c. 25. trajecto Danubio temporibus Juſtiniani Auguſti in Illyricum irrupiſſe teſtatur. *Columbano* Abbati in toto illo itinere, quod Luxovio Nannetas atque ad oſtium Ligeris, & inde cum in Neuſtriam ad *Clotarium* Regem, tum in Auſtriam ad *Theodebertum* ſuſcepit, aliqui comites fuere, quorum meminit Jonas, ſed non Euſtaſius, qui quominus Columbanum Luxovio diſcedentem ſequeretur, a miniſtris *Theodorici* Regis prohibitus eſt, ut inquit idem Jonas. Seceſſit itaque *Euſtaſius* in Auſtriam, *Columbano* e Neuſtria, illic adventanti occurrit, itinerisque quod ſupererat, comitem ſe dedit *Brigantium* uſque, ubi ſub ipſius Columbani diſciplina vixit, teſte Jona, qui loquens de quodam miraculo tempore egeſtatis a Columbano patrato ait: *Euſtaſio hoc cognovimus referente, qui eo tempore inter reliquos ſub Viri Dei obedientia ibidem tenebatur adnexus*; quod refert *Jonas* antequam ſermonem habeat de conſilio Columbani mox memorato ad Sclavos ſe ſe conferendi. Sed tam hoc miraculum, quam illud Columbani conſilium, ad annum DCXI. quo



XIV. S. Deſiderius Epiſ. Viennenſ. poſt exilium martyr effectus.

Dum vero anni hujus res geſtas ſancti Columbani Jonas recenſet, ad S. Deſiderium Viennenſem Epiſcopum orationem convertens, hæc ait: *Eo itaque in tempore Theodoricus & Brunichildis non ſolum adverſus Columbanum inſaniebant, verum etiam & contra ſanctiſſimum Deſiderium Viennenſis urbis Epiſcopum adverſabantur. Quem primo exilio damnatum, multis injuriis affligere nitebantur, ad poſtremum vero glorioſo martyrio coronarunt. Cujus geſta ſcripta habentur, quibus & quantis adverſitatibus glorioſos apud Dominum meruit habere triumphos.* Hæc de his Jonas obiter, ad Columbanum ſuum mox ſtylum convertens. Non tyrannice primum irrupit Rex in Deſiderium, ſed eum antea in Concilio Cabilonenſi per ſuæ factionis Epiſcopos damnari præcepit: qui depoſitus gradu, ejectus eſt in exilium, atque martyrium conſecutus. Eadem de Deſiderii Epiſcopi exilio atque martyrio alii, qui proſecuti ſunt res Francorum, teſtati ſunt: ſed Acta quæ citat Jonas, nondum vidimus. Hoc ipſo namque Redemptoris anno ſanctum Deſiderium martyrio vita functum, lapidibus obrutum, Sigebertus teſta-

PAGIUS quo ea Cointius num. XIV. conſignat, pertinere videntur. Cæterum *Euſtaſius* nonniſi poſt Theodeberti Regis cædem *Luxovium* venit, ut anno ſequenti oſtendemus.

XI. Exilium S. Deſiderii Epiſc. Vienn.

Ad num. XIV. Jonas in Vita Sancti Columbani num. 54. poſtquam narravit exilium hujus Sancti Abbatis, ait: *Eo tempore Theodoricus atque Brunichildis non ſolum adverſus Columbanum inſaniebant, verum etiam & contra ſanctiſſimum Deſiderium Viennenſis Urbis Epiſcopum adverſabantur, quem primum exilio damnatum multis injuriis affligere nitebantur, ad poſtremum vero glorioſo Martyrio coronarunt: cujus geſta ſcripta habentur, quibus & quantis adverſitatibus glorioſum apud Dominum meruit habere triumphum.* Quæ a Jona occaſione perſecutionis Columbani obiter narrata. In Vita Sancti Deſiderii ſcripta ab Auctore coævo ſub Domnolo ſucceſſore, publicata ab Henſchenio ad diem XXIII. Maii dicitur, dum *Deſiderii* in exilio poſiti fama de die in diem crebreſceret, *Brunichildem* ſimulantem ſe ſuper eum pietate motam fore, juſſiſſe eum ad propriam Sedem redire, *cum jam in exilio conſtaret eum per annos quatuor detentum fuiſſe*. Quare exilium illud quadriennale fuit, ut docet etiam Ado Viennenſis Epiſcopus in ſua ad Eccleſiam Viennenſem Epiſtola, & in paſſione Sancti Deſiderii. Eam *Deſiderii* Vitam ab Anonymo ſcriptam viderat Jonas; ſed cum in ea, nec annus ejus exilii, nec annus ejus paſſionis memorentur, eo tempore quo Columbanus, Deſiderium vexatum fuiſſe, Jonas putavit. Verum Fredegarius in Chronico cap. 24. annum exilii *Deſiderii* duplici characteriſmo declarat, aitque: *Anno VIII. Regni Theuderici de concubina naſcitur ei filius nomine Childebertus: & Synodus Cabilloni colligitur. Deſiderium Viennenſem Epiſcopum deiiciunt, inſtigante Aridio Lugdunenſi Epiſcopo, & Brunichilde, & ſubrogatus eſt loco ipſius in Sacerdotali officio Domnulus. Deſiderius vero in inſulam quandam exilio retruditur. Eo anno Sol obſcuratus eſt.* Idem habet Aimoinus lib. 3. cap. 90. Anno itaque Chriſti ſexconteſimo tertio Synodus illa adverſus Sanctum Deſiderium celebrata: eo enim *Theodoricus* Burgundiæ Rex annum VIII. Regni inchoavit, & die duodecimo menſis Auguſti ingens *Solis eclipſis* facta, idque feria ſecunda, hora tertia poſtmeridiana, ut ab Aſtronomis obſervatum.

XII. S. Deſiderii Martyrium.

Poſt ejus reditum, anno ſcilicet DCVII. qui ejus exilii quartus eſt, cum miracula ab eo tunc patrata ad aures Theodorici Regis perveniſſent, ab eo petiit, ut ad ſe dignaretur venire; quoniam plurimum deſiderabat ejus colloquio perfrui, & interrogatus Deſiderius a Rege, ſi melius eſſet conjugium *ſortiri*, *quam* per carnis miſeriam bacchari, *illico reſpondit*, melius eſſe nubere quam uri, & quod propter fornicationem unuſquiſque ſuam uxorem habeat. Quæ cum Brunichildi renunciata fuiſſent, protinus eum præcepit interfici; quod & factum eſt *in territorio Lugdunenſi, juxta flumen, cujus vocabulum eſt Calarona, X. Kal. Junii.* Ita Anonymus. Mortem Sancti Deſiderii Fredegarius, & Aimoinus citati cum anno XII. Theodorici Regis copulant, ſeu anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptimo. Joannes a Sancto Albino in Hiſtoria Lugdunenſi part. 1. ſect. 17. dicit vicum, cui nomen eſt hodie Sancti Deſiderii, vulgo *S. Didier*, rigari amne, vernacula incolarum lingua nuncupato, *la Chalaronne*, qui ideo alius non eſt quam qui memoratur tam ab Anonymo, quam ab Adone. Quoad *Aridium* Lugdunenſem Epiſcopum, Theophylus Raynaudus in Sanctorum Lugdunenſium Indiculo pro tuenda fama hujus Præſulis, cujus memoria in Diœceſi Lugdunenſi Officio Eccleſiaſtico recolitur *quarto Idus Auguſti*, multa in medium affert contra Fredegarium & Aimoinum; & revera, neque Anonymus, neque Ado in laudata Epiſtola *Aridii* meminere.

XIII. S. Aridius Epiſc. Lugdun. duplicis culpæ reus.

Severtius in Catalogo Epiſcoporum Lugdunenſium tres proponit rationes, quibus *Aridii* Sanctitas propugnari poſſit. Nempe *quod male deceptus fuerit, quando inſidias porrexit ſanctiſſimo Deſiderio Viennenſi, ut peccatum ejuſmodi excuſatione dignum videatur; vel quod falſa eſt ea narratio de ipſius flagitio; vel tandem quod e veſtigio ad exitum uſque vitæ acerbiſſimum pœnitentiæ genus in ſe ſuſceperit, & exegerit ob perpetratum in fratrem crudele ſpectaculum.* Tertia duabus aliis præferenda videtur. Anonymus enim qui Vitam Sancti Romarici Abbatis Habendenſis in literas retulit, quæ extat apud Mabillonium Sæculo ſecundo Benedictino, num. 3. ait: *Cum Theodoricus Rex germanum ſuum Theodebertum perſecutus fuiſſet, genitore ſupradicti Viri* (nempe Sancti Romarici) *interfecto, villæ eorum fiſci ditionibus redactæ ſunt, ac deinceps Romaricus, quia fidem ſervaverat, a perſequentium nequitia fugatus Mettis petiit. Erat denique tunc temporis in Palatio unus Epiſcopus nomine Aridius, qui Brunichildæ Reginæ ſedulo famulabatur alloquio; illiuſque ſupradictus Vir proſtratus pedibus ſupplicat, ut res apud Reginam ſuo interventu recipere potuiſſet: illeque ira ſauciatus os Viri pede excuſſo impie verberavit, &c. ſed inluceſcente die craſtina vulgatum eſt Regem Theodoricum mortis ſententia percuſſum fuiſſe: ac deinceps accitus a Regina vel Epiſcopo Aridio Romaricus, reddito patrimonio ſupplicatur, ut ſaltem per ipſum iiſdem de* Ur-

ſtatur in Chronico, & (ut puto) ex ejus martyrii Actis. Ado ejuſdem Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus tradit S. Deſiderio ſubrogatum fuiſſe Domnolum virum pietate inſignem, cujus charitas in redimendis captivis maxime enituerit. Porro Deſiderius in numerum ſanctorum martyrum cooptatus, in Eccleſia Catholica duplici memoria annua (*a*) celebratur.

(*a*) *Martyrol. Rom. 11. Febr. & 23. Maii*

Poſt hæc autem edita, in lucem prodiit (*b*) epiſtola Adonis Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopi de martyrio S. Deſiderii, omni quidem acceptatione digniſſima, quam, ſi cupis plura de eodem ſanctiſſimo Martyre ſcire, conſulere poteris. Extat ipſa quidem tomo ſexto Antiquarum lectionum per Caniſium collectarum.

(*b*) *Antiq. lection. t. 6. pag. 445.*

Cum

PAGIUS *Urbe Mettenſi fugiendi daventur ſpatia. Ille diligens inimicos ſuos, auxilium ipſis, ut tempus patuit, non negavit.*

XIV. *S. Aridius criminis pœnitet.*

Commiſſum illud ab Aridio flagitium anno DCXIII. quo *Theodoricus* Rex e vita migravit. Sed utramque culpam ſeverioribus pœnis expiandi tempus *Aridius* habuit, cum ante annum DCXXIV. quo, ut teſtatur Flodoardus lib. 2. Hiſt. cap. 5. *Thedericus* Epiſcopus Lugdunenſis Concilio Rhemenſi interfuit, nullus alius eidem Eccleſiæ præfuiſſe reperiatur. Verum quidem eſt, Severtium laudatum aſſerere hæc in antiquo Bellijocenſis Eccleſiæ Collegialis Martyrologio MS. legi IV. Idus Auguſtas: *Lugduni Sancti Arigii Epiſcopi & Confeſſoris, qui rexit Eccleſiam annis octo, menſibus ſex*; quod & Theophylus Raynaudus affirmat etiam haberi in Martyrologio Lugdunenſi eodem die. Arigius autem, ut ex mox dictis liquet, anno DCIII. jam Lugdunenſem Eccleſiam regebat. Verum hujuſmodi Martyrologia longe poſt annum Chriſti milleſimum exarata, & tam brevis Pontificatus ex conjectura ab aliquo imperito attributus Sancto *Aridio*; præterquam quod veteribus Martyrologiis ſimiles annotationes nulla veritate nixas non raro adjectas fuiſſe, multis exemplis conſtat.

XV. *Utraque culpa ejus perperam inter fabulas connumerata.*

Cointius anno DCVII. & Mabillonius in Notis ad Vitam Sancti Romarici qui ſecundam viam *Arigii* Sanctitatis defendendæ elegere, reſpondent hæc falſo impingi *Aridio*, & huic fabellæ refragari rationem temporum, cum is tantum ſederit annis octo ac ſex menſibus. Verum jam oſtendimus, *Aridii* Pontificatum longe diuturniorem fuiſſe; Auctorem vero Anonymum, qui Vitam Sancti *Romarici* ſcripſit, antiquum eſſe ac gravem, & ſcripſiſſe etiam Vitas S. *Amati* ac Sancti *Adelphi* Abbatum Habendenſium oſtendit ipſemet Mabillonius in obſervationibus præviis ad Vitam Sancti *Amati*. Ætate enim ſuam indicat in Vita Amati num. V. dum hujus Cellam & trabem miraculo auctam ſe vidiſſe teſtatur: in Vita *S. Romarici* ſe ejus diſcipulis æqualem vixiſſe num. IX. & ult. prodit, ac demum *Adelphi* Acta poſt tres annos ab ejus morte, quæ contigit anno DCLXX. a ſe ſcripta innuit num. II. Neque aliquid in tribus illis Vitis legitur quod in falſitatis ſuſpicionem vocetur. Sicut itaque Sanctitati *Romarici* non officit quod aliquot poſt hunc annos *Agreſtii* ſeu *Agreſtini* ſchiſmatici ſuaſionibus ſeductus fuerit, ut refert Jonas in Vita Sancti Euſtaſii Abbatis Luxovienſis, quia reſipuit; ita nec duplex culpa ab *Aridio* commiſſa quia pœnitentia purgata, hujus Sanctitati obſtat. Et quemadmodum culpa *Romarici* in dubium revocari non debet, licet ab Auctore Anonymo ejus Vitæ Scriptore prætermiſſa fuerit; pari eademque ratione nec culpa Aridii inter fabulas numeranda, quia Anonymus & Ado, qui Martyrium Sancti *Deſiderii* narrarunt; ne verbum quidem de Aridio habent. Ex quibus & patet quam infirmum ſit argumentum negativum.

XVI. *Moritur Gundemarus Hiſpaniarum Rex.*

Iſidorus in Chronico juxta editionem Labbei Tomo I. novæ Bibliothecæ ſcribit, *Gundemarum* Hiſpaniarum Regem Era DCL. cum duobus annis regnaſſet, obiiſſe, quod & in editione Grotii etiam legitur. Vulſa in Chronico ei attribuit annum I. menſes X. dies XIII. ideoque Iſidorus numero rotundo locutus eſt, & *Gundemarus* præſenti anno e vivis abiit. Ei ſucceſſit *Siſebutus*, cujus exordium Baronius perperam in annum præcedentem refert, ut anno DCXIV. num. XL. demonſtrabimus.





I. Cum Chriſti Redemptoris annus ageretur ſexcenteſimus decimustertius, Indictionis primæ, rurſum conſueta Perſarum irruptione afflictatum eſt Orientis Imperium: de quo iſta in Græcorum Annalibus (*a*): *Anno Imperii Heraclii quarto cæperunt Perſæ Damaſcum, & captivum duxerunt populum multum: Heraclius autem Imperator, legatis ad Coſroen miſſis, rogavit eum, ut parceret hominum ſanguinem immiſericorditer fundendi, & definiret tributa, & acciperet pacta. Qui legatos inefficaces dimiſit, nulla eis reddita ratione, ſperans comprehendere Romanum modis omnibus principatum.* Hæc de rebus bellicis ex Theophane. Ex quo autem Damaſci hic facta eſt mentio, quid in ejus territorio contigerit, ubi per Sarracenos ante aliquot annos incurſio facta eſt, hic deſcribendum putamus, quod certus annus, quo id acciderit, non ponatur. Porro ejuſmodi ingens miraculum ſcriptum fuit per S. Anaſtaſium Sinaitam, de quo plura ſuperius; poſtea autem in oratione de imaginibus tertia a Joanne Damaſceno recitatum ejus verbis in hunc modum:

(*a*) *Miſcel. l. 18. an. 4. Heraclii.*

Damaſcus a Perſis capta.

II. *Quatuor paſſuum millibus a Damaſco diſtat locus, qui Carſatas dicitur, quo in loco ſancti Theodori templum eſt. In hoc templum ingreſſi Sarraceni, omnibus illud ſordibus & immunditiis ex feminarum & puerorum atque animalium rationis expertium commixtione fœdaverunt. Quadam igitur die cum plures ipſorum conſiderent, & colloquerentur, unus eorum ſagittam in ſancti Theodori intorſit imaginem, & dexterum ipſius humerum vulneravit; ſtatimque ſanguis defluxit, & ad extremam uſque imaginis partem decidit, omnibus id quod factum fuerat, ſagittamque in humero ſancti defixam, & ſanguinem emanantem contuentibus. Quo tamen admirabili ſigno perſpecto, non reſipuerunt, nec eum qui ſagittam conjecerat pœnituit, nec quiſquam eorum commotus eſt, non receſſerunt e templo, nec illud commaculare deſtiterunt. Attamen extremo ſunt affecti ſupplicio. Cum enim viginti eſſent eorum familiæ qui in templo commorabantur, intra paucos dies acerbo omnes morbo deleti ſunt, cum eo in loco nemo ipſorum diebus illis interierit, exceptis iis qui in templo fuerant* com-

In ſacrilegos divina vindicta.

PAGIUS SÆC. VII Olymp. 348. Anno Eræ Hiſpan. DCLI. A. C. 613.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6106.

☉ 6. G. ☽ 6. P. 15. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 613.

BONIFACII IV. PAPÆ 6.

HERACLII IMP. 4.

I. *Heraclius Junior Conſtantinus.*

Is annus hac formula notatus: *III. poſt Conſulatum Heraclii Aug. II.* ut habet Auctor Chronici Alexandrini, qui ſubdit: *Hoc anno menſe Audynæo, Romanis XXII. Januarii feria ſecunda filius Heraclius Junior, Conſtantinus, Imperator, a patre ſuo Heraclio in Palatio inauguratus eſt, & recta aſcendit Circum, ibique coronatus a Senatu Imperator eſt adoratus, & a factionibus fauſtis acclamationibus conſalutatus. Itaque cum patre ſuo egreſſus eſt ad Magnam Eccleſiam, a Philareto geſtatus, a XXII. Januarii imperatum eſt, uti ſcriberetur poſt illa ſolemnia (IN NOMINE) Imperii religioſiſſimorum noſtrorum Principum, & maximorum beneficiorum auctorum Flavii Heraclii piiſſimi anno III.* poſt Conſulatum ejuſdem anno II. *& Flavii Heraclii Junioris, Conſtantini, a Deo cuſtoditi filii ejus anno primo ſemper Auguſtorum, Imperatorum.* Hæc itaque coronatio hoc, anno quo feria ſecunda incidit in diem XXII. Januarii, peracta falliturque Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCIV. Kal. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoato, qui ait: *Decembris die XXV. prima Indict. Heraclius Heraclii filius, novus Conſtantinus, a Sergio Patriarcha Imperii collega coronatus eſt.* Quem Theophanis errorem manifeſtiſſimum facit dies XXII. Januarii, quo omnes Heraclii Junioris anni ab auctore Chronici Alexandrini inchoantur.

II. *Heraclius Martinam ducit, & Legatos ad Choſroen mittit.*

Ad num. I. Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCV. Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoato, narrat, Perſas, capta *Damaſco*, innumeros captivos ſecum abduxiſſe, *Heraclium* Choſroen eorum Regem per Legatos fruſtra ad pacem ſollicitaſſe, & *Martinam* ſibi conjugio copulaſſe. Sed Legatio illa anno DCXV. obita, ut ibidem demonſtrabimus; bellum vero ad annum ſequentem pertinere videtur, expeditionibus bellicis verno tempore inchoari ſolitis. Nicephorus in Chronico pag. 10. hæc de eo matrimonio habet: *Heraclius facinus ingens contra jus omne ac Romanorum leges aggreſſus, Mariæ ſororis filiam Martinam ſibi matrimonio conjunxit, Martino patre natam, cui Maria ante Eutropium nupſerat. Ex hac liberis duobus ſuſceptis, alteri Flavio, alteri Theodoſio nomen impoſuit. Sed tam nefandum ſcelus Divina juſtitia perſequitur; horum enim liberorum ſeniori collum ita diſſolutum eſt, ut alio torqueri non poſſet, junior erepto audiendi ſenſu penitus obſurduit. At turpes illas & inhoneſtas nuptias Praſina potiſſimum factio per Circenſes ludos agitabat, approbantibus contra & faventibus aliis. Sergius porro Conſtantinopolitanus Patriarcha, literis ſuis vehementius inſtabat, ut illam cum muliere ſocietatem abiiceret. Adhæc Imperator ita reſpondit: Recte tu quidem omnino dicis: quod enim & Patriarcham & amicum decet, quoddam veluti debitum reddidiſti. Sed noſtri erit arbitrii factis ipſis præſtare quod jubes. Per idem tempus Eccleſiarum theſauri diſtracti ſunt, & tributi nomine in barbaros diviſi.*

Ad

*commorati. Hæc igitur imago ſagitta percuſſa adhuc ſupereſt, ſagittæque vulnus habet & veſtigia ſanguinis. Multi autem eorum qui rem viderunt, & eo tempore fuerunt, quo res hæc admiranda contigit, adhuc vivunt: & ego ejus imaginem vidi, & quod vidi monumentis mandavi.* Hactenus de his Damaſcenus ex Anaſtaſio Sinaita; quæ incerto nobis anno facta, hic (ut dictum eſt) Damaſci cladis a barbaris illatæ occaſione certo anno voluimus conſignata poſuiſſe.

III. Heraclii inceſtuoſum conjugium.

Quo item anno Heraclius, defuncta jam antea uxore, inceſtuoſas nuptias contrahens, neptem ſuam) quod nefarii eſt exiſtimatum exempli) in matrimonium duxit: de quo hæc ex Theophane in Annalibus Græcorum: *Heraclius eodem anno duxit inceſtu Martinam neptem ſuam uxorem, & pronunciavit eam Auguſtam coronatam a Sergio Patriarcha.* Hæc ibi. Porro deteſtandum id habitum eſt facinus, nec a Deo ſine vindicta dimiſſum. Zonaras enim, ubi de Heraclii obitu agit, nec non Cedrenus, & alii, eum turpia paſſum tradunt atque nefanda, quæ referunt: quibus quiſque intelligere potuiſſet, Deo maxime diſplicuiſſe ejuſcemodi nuptias, quantumlibet Patriarchæ conſenſione ſuffultas, quas adeo monſtruoſa vindicta fuerit proſecutus.

IV. S. Theodori Siceotæ obitus.

Hoc eodem anno, quo abſolvitur tertius Imperii Heraclii, & quartus inchoatur migrat ex hac vita ad Deum celeberrimus ille S. Theodorus Siceota ex Epiſcopo Archimandrita, de quo plura ſæpeque ſuperius dicta ſunt. Eleuſius ejus diſcipulus, qui res ab eo geſtas ſcriptis mandavit, hæc de tempore obitus in fine habet (*a*): *Deceſſit e vita ſanctiſſimus & beatiſſimus ac fideliſſimus Chriſti ſervus Theodorus tertio Imperii anno pietatis & Chriſti ſtudioſiſſimi Imperatoris Heraclii, quo quidem anno filius ejus Deo cariſſimus creatus fuit Cæſar, Indictione prima, die vigeſimaſecunda menſis Aprilis. Cujus precibus utinam ad Chriſti Dei noſtri tribunal miſericordiam conſequamur, &c.* Hæc auctor, qui eamdem de rebus geſtis viri ſanctiſſimi ſcriptionem ejuſmodi teſtificatione conſignatam reliquit, ad finem ejus hæc habens, de quibus & ſuperius mentio facta eſt: *Hæc ego Eleuſius, qui & Georgius a S. Theodoro vocatus ſum, omnia Deo adjuvante conſcripſi. Neque vero miraculorum ipſius expers fui, ſed ea maxime omnium expertus ſum. Cum enim parentes mei ex oppido Adigermaro oriundi diu ſimul vixiſſent, nec ullos poſſent liberos ſuſcipere, ad ſanctum virum acceſſerunt; cumque zonas, quibus ille benedixerat, accepiſſent, ego conceptus ſum, & in lucem editus, & infans ipſi oblatus: qui & in ejus ſancto monaſterio enutritus, a religioſiſſimo præfecto litteras didici. Cumque parentes mei filium alterum, S. Theodori precibus ſuſcepiſſent, ejus illi nomen impoſuerunt. Duodecim igitur annorum ſpatio, quo apud illum vixi, multorum miraculorum, quæ ab ipſo facta ſunt, inſpector fui: quæ autem ab illo ſuperioribus temporibus geſta fuerant, ea vel a miniſtris ejus qui ſpectatores extiterant, vel ab iiſdem qui curati ſunt, accepi: quamquam & multa me oblitum eſſe confiteor, & nonnulla propter imbecillitatem meam prætermiſiſſe. Pauca igitur e plurimis attigi, &c.* Porro S. Theodori memoria in benedictione eſt tam apud Græcos, quam Latinos, æque anniverſaria die celebrantes natalem ipſius, quo ex hac vita diſceſſit (ut dictum eſt) vigeſimaſecunda menſis Aprilis.

(*a*) Apud Sur. die 22. April.

V. Hic idem eſt annus, quo Theodobertus Francorum Rex victus a Theodorico fratre, initiari clericatu coactus, tandem occiditur: quod ſupplicium antevertiſſet omnino ſi S. Columbani conſiliis paruiſſet. At quomodo ſe hæc habuerint, accipe ex eodem, de quo ſuperiori anno, auctore Jona (*b*): *Interea*, inquit, *in-*

(*b*) Jon. in vita S. Colum. c. 27.

PAGIUS III. Obitus S. Theodori Siceotæ.

Ad num. IV. Eleuſius, ſeu Georgius in Vita S. Theodori Siceotæ dicit, hunc Sanctum e vita deceſſiſſe, *tertio Imperii anno pietatis & Chriſti ſtudioſiſſimi Imperatoris Heraclii, quo quidem anno filius ejus Deo chariſſimus Conſtantinus creatus fuit Cæſar, Indictione prima, die XXII. menſis Aprilis.* Quæ verba Baronius recitat hoc anno, qui tamen ſuperiori Conſtantini inaugurationem illigarat. Theodori Vitam exhibet Henſchenius ad diem XXII. Aprilis notatque ejus nomen inſcriptum eſſe diei XXII. Aprilis Menologio Baſilii Imp. ubi appellatur *Thaumaturgus*, ob *innumera ab eo edita miracula*, & Conſtantinopoli celebratam olim feſtivam ejus ſolemnitatem in æde magni Martyris Georgii, quam ædificarat. Ex his vides tres opiniones fuiſſe de die inaugurationis Conſtantini, & Cæſaris nomine Auguſtos aliquando deſignari, quod multa exempla tam ex Auctoribus Græcis quam Latinis petita demonſtrant.

IV. Theodobertus Auſtraſiæ Rex a Theodorico fratre vincitur, occiditurque.

Ad num. V. & ſeq. Noviſſimum inter *Theodebertum*, *Theodoricum* & *Clotarium* Francorum Reges bellum anno XVII. Regni Theoderici geſtum eſt, Fredegario cap. 38. & Aimoino lib. 3. cap. 98. teſtibus, ideoque anno Chriſti ſexcenteſimo duodecimo. Ex Jona in Vita Sancti Columbani cap. 27. & Fredegario laudato diſcimus, *Theodebertum* Auſtraſiorum Regem bis acie fuſum fuiſſe, ſemel prope *Tullum*, quod Oppidum abeſt a Caſtro Naſio aliquot millibus paſſuum. Magna ibi utrimque cæde facta, fuſus tandem fugatuſque *Theodebertus*, qui reparatis viribus, ferox Theodorico apud *Tolbiacum* poſtea occurrit, atque iterum prælium commiſit. Ferunt a Francis cæteriſque gentibus nunquam tam acriter fortiterque eſſe pugnatum. Sed victus iterum *Theodebertus* fugit, & cum eo exercitus ejus. Illum Colonia cum reliquiis copiarum excepit. Perſecutus eſt eum Theodoricus, *& ſuorum proditione captum ad aviam Brunechildem*



*inter Theodoricum Theodobertumque lis firmatur, ac quiſque adverſus fratrem uſque ad internecionem deſævit, utriſque gentium robore ſuperbientibus. Inter hæc vir Dei Columbanus ad Theodobertum accedit, eique ſuadet ut cœptæ arrogantiæ ſupercilium deponat, ſeque clericum faciat, & in Eccleſia poſitus ſacræ ſubderetur religioni, ne ſimul cum damno præſentis regni æternæ pateretur vitæ diſpendia. Quod dictum & Regi & omnibus circumſtantibus riſum excitat, aientes ſe numquam audiſſe Merungum in regno ſublimatum voluntarie clericum fuiſſe. Deteſtantibus ergo omnibus, B. Columbanus ait: Si voluntarius nullatenus clericatus honorem ſumit, in brevi invitus clericus exiſtet. His ergo dictis vir Dei ad cellulam remeat; moxque prophetici dicti eventum res non diu dilata affirmat. Nec mora, Theodoricus Theodobertum ad bellum provocat, & prope Tullum devictum fugat, poſtque collecto exercitus robore perſequitur. Simili modo gentium multarum Theodobertus robore vallatus ad Tulbiacenſe caſtrum pugnaturus occurrit. Ibi prælio inito, innumeræ gentium phalanges ex utroque exercitu perierunt, & victus tandem Theodobertus fugit.*

Vaticinium Columbani de Theodober. Rege.

VI. *Eo igitur tempore vir Dei in eremo morabatur, contentus tantum unius miniſtri Chagnoaldi famulatu. Ea hora ergo qua apud Tulbiacum commiſſum eſt bellum, ſupra quercus putrefactum truncum vir librum legens reſidebat: quem ſubitus ſopor oppreſſit, & quid inter duos Reges ageretur vidit. Moxque excitatus, miniſtrum vocat, cruentamque Regum pugnam indicat, ac multum humanum ſanguinem fuſum ſuſpirat. Cui temerario conatu miniſter ait: Pater mi, Theodoberto*



*tuis precibus præbe ſuffragium, ut communem debellet hoſtem Theodoricum. Ad hæc B. Columbanus ait: Stultum ac religioni alienum conſilium adminiſtras: non enim Dominus ita voluit, qui nos pro inimicis noſtris orare præcepit. Inquiſivit ergo poſt miniſter temporis diem & horam, reperitque ita fuiſſe, ſicut viro Dei fuerat revelatum. Perſecutus eſt ergo Theodobertum Theodoricus, & ſuorum proditione captum ad aviam Brunichildem direxit. Quem cum avia recepiſſet, quia Theodorici partibus Brunichildis, favens erat, furens Theodobertum fieri clericum rogavit, at non poſt multos dies impie nimis poſt clericatum perimi juſſit.* Hæc de exitu Theodoberti Jonas ſui temporis ſcriptor. At recentiores qui proſecuti ſunt res Francorum, de Theodoberti clericatu nihil: addunt vero, Brunichildem ſæviiſſe in filios Theodoberti, eos omnes neci tradentem. Sed de clericatu Regis præſtat audire eos qui tunc præſentes his fuere. Sic igitur periit Theodobertus anno regni ſui decimoſeptimo, cum & ipſe eo anno conjugem occidiſſet. Cum vero Theodoricus ad annum decimumoctavum ſui regni perveniſſe tradatur, ſequenti anno de ejus obitu acturi ſumus.

Theodobertus Rex occiditur.

VII. At de Columbano horum omnium propheta divinitus inſpirato narrationem repetamus. Quidnam autem in mente habuerit, ſi Deus annuiſſet, modo dicendum: *Interea* (inquit Jonas *a*) *cogitatio in mentem ruit, ut Veneticorum, qui & Sclavi dicuntur* (ſive potius Sclavorum, qui in Venetiæ provinciæ partibus degerent) *terminos adiret, cæcaſque mentes Evangelica luce illuſtraret, ac ab origine per devia aberrantibus veritatis viam panderet. Cumque hoc votis patrandum ineſ-*

(*a*) Joan. in vita S. Columbani c. 26. in fin.



PAGIUS

*dem direxit, quem cum avia recepiſſet, quia Theodorici partibus Brunechildis favens erat, furens Theodebertum fieri Clericum rogavit. At non poſt multos dies, impie nimis poſt Clericatum perimi juſſit*, inquit Jonas. Fredegarius, qui Jonam legerat, Clericatum Theodeberti reticuit, aitque, *menſe Madio* exercitum adunatum eſſe, ac paulo poſt in Tullenſi agro pugnatum; ideoque exeunte vere hoc bellum geſtum. Duo filii *Theodeberto* fuere ex duabus uxoribus ex *Belichilde* Clotarius, ex *Theudechilde Meroveus*, quos *Theodoricus* patruus aut Brunechildis necari juſſere. *Meroveum* eliſo ad petram cerebro peremptum tradunt omnes, eumque in albis tunc poſitum obſervant Auctor Appendicis ad Marii Chronicon & Aimoinus. Fredegarius tamen cap. 42. *Clotarii* tantum meminit. Natus erat *Theodebertus* anno XI. Childeberti patris, ut prodit Turonenſis lib. 8. capp. 37. & 38. quare vixit annos viginti ſex, regnavitque annos XVII. Anno Regni ſui XV. Chriſti nempe DCX. ut habet Fredegarius capit. 37. *Belichildem* priorem uxorem interfecerat.

V. S. Columbanus relicta Germania Italiam petit.

Ad num. VII. & ſeq. Sanctus Columbanus anno DCXI. conſilium de Evangelio *Sclavis* prædicando iniit, ut anno ſuperiori diximus, annoque DCXII. cum vidiſſet devictum a *Theodorico* Theodebertum, a quo plurimum diligebatur, relicta Germania, ubi fere triennio commoratus eſt, Italiam ingreditur, ubi ab Agilulpho Longobardorum Rege honorifice receptus eſt, inquit Jonas in ejus Vita, ibique *Cœnobium quod Bobium appellatur in Alpibus Cottiis ædificavit, quod quadraginta millibus ab Urbe diſtat Ticinenſi*, inquit Paulus Diaconus lib. 4. de geſtis Langobard. cap. 15. Petrus Maria Campi Tomo I. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Placentinæ, in cujus Diœceſi Bobium eſt, [1] refert lib. 6. fol. 168. Diploma Agilulphi Regis, quo, *Co-*

NOTÆ [1] IN *cujus Diœceſi*) Placentina) *Bobium eſt*. Erat olim; nunc in Epiſcopalem Urbem erectum Januenſi Metropolitæ ſubmittitur. MANSI

*ineſſet Angelus Domini per viſum apparuit, parvoque ambitu, velut paginali ſolent ſtylo orbis deſcribere circulum, mundi compagem monſtravit: Cernis, inquiens, quod maneat totus orbis deſertus? perge dextra lævaque qua eligis, ut laboris tui fructus comedas. Intellexit ergo ille, non eſſe gentis illius in promptu fidei profectus: quievitque in loco, donec aditus ad Italiam viam pandat.* Et poſt alia nuper recenſita, ſubdit iſta (*a*):

(*a*) *Jon. ibid. c. 29.*

VIII. Columbanus in Italiam venit.

*Beatus ergo Columbanus cum vidiſſet (ut ſuperius diximus) devictum a Theodorico Theodobertum, relicta Gallia, atque Germania, Italiam ingreditur: ubi ab Agilulpho Longobardorum Rege honorifice receptus eſt: qui largita optione, ut intra Italiam quocumque in loco voluiſſet, habitaret, Dei conſultu actum eſt, dum ille penes Mediolanum urbem moraretur, ut hæreſis eorum fraudes, id eſt Arianæ perfidiæ, Scripturarum cauterio diſcerpere ac diſſecare vellet, contra quos etiam libellum florentis ſcientiæ edidit.* Longobardi namque magna ex parte ejuſmodi tenebantur morbo oppreſſi; quos curare propenſiori ſtudio Columbanus laboravit. Pergit Jonas dicere de monaſterio ab eodem ædificato in loco Bobium appellato.

IX. Porro eum qui comitatus eſt ſanctum virum in Galliis, Euſtaſium, Luxovium ad monaſterium primum redire juſſum, ex eodem auctore colligitur, & eo qui res geſtas ſancti Vvalerici Abbatis conſcripſit, ejuſdem temporis ſcriptore, qui & teſtatur a ſancto Columbano relictum, præfectum monaſterii Luxovienſis eumdem Vvalericum diſcipulum ſuum, eximiæ ſanctitatis virum & in miraculorum editione præſtantem, qui una cum Euſtaſio vindicaverunt monaſterium Luxovienſe e manibus laicorum, qui poſtquam ſanctus Columbanus receſſit, diripere ejus bona non ſunt veriti. Porro ab eodem Vvalerico propagatum eſt monaſticum inſtitutum in Galliis, ædificante ipſo aliud monaſterium, adjuvante Clothario Rege Francorum, apud Ambianum. Extant (*b*) ejus res geſtæ fideliter ſcriptæ

(*b*) *Habet eas Sur. die 1. Apr.*

PAGIUS *Columbano vel ejus ſociis donat Baſilicam S. Petri Bobii ſitam, & una per milliaria quatuor in circuitu omnem vicinam ditionem:* cujus Monaſterii ipſe primus Abbas extitit, ac poſt eum SS. Attala, Bertulfus, & Wandelbertus. Neque enim ante annum DCXII. *Columbanus* in Italiam venit; cum ante eum annum *Theodeberti* mors non contigerit. Walfridus in Vita S. Galli cap. 8. & ſeq. refert nonnullos Civium Brigantii propter idolorum ſuorum abolitionem, contra *Columbanum* & ſocios odio concitaſſe, & *Gunzonem* Ducem, apud quem illos accuſavere, quod illorum cauſa venatio publica turbaretur, famulos Dei de eo loco diſcedere juſſiſſe. Sancti igitur Viri *conſilio communi Italiam petere decreverunt:* ſed cum proficiſcendi tempus inſtaret, B. Gallum repentina febris invaſit. Poſt diſceſſum Magiſtri & ſociorum *Gallus* ſanitati reſtitutus Cellam condidit in ſylva ſpecioſa inter duos fluviolos poſita, ut ſequentibus capp. narrat Walfridus. Poſt aliquot annos non longe ab Augia inſula condidit Monaſterium etiamnum celeberrimum, Sancti *Galli* Oppido nobilitatum, ad lacum *Acronium* in finibus Helvetiorum & Vindelicorum: cujus Monaſterii Abbas inter Imperii Principes locum nunc obtinet.

VI. *S. Euſtaſius fit Abbas Luxovienſis.*

Ad num. IX. S. *Euſtaſius*, qui in Alemannia ſocius laborum *Columbani* fuit, eum in Italiam proficiſcentem videtur ſecutus: neque enim veroſimile eſt, Luxovium cujus Abbas deſtinatus erat, veniſſe ante mortem *Theodorici*, a quo Columbanus in exilium pulſus fuerat. Auctor Anonymus Vitæ Sancti Walarici, Abbatis Leucanienſis primi cap. 9. ait Walaricum, cum adhuc Monachus eſſet, Luxovium veniſſe & ibi aliquanto tempore habitaſſe: *In præfato vero*, inquit, *Luxovio poſt diſceſſum Beati Viri* (nempe Columbani) *nonnulli paſtores ad manendum ibidem convenerant, & B. VValaricus de quadam cellula regrediens, juxta Domini virtutem, expulſis ſæcularibus cœpit ipſum ſanctum locum deſtruere. Inter hæc Beatus Auſtaſius*) (ideſt Euſtaſius) *a B. Columbano fuerat deſtinatus ad hoc ipſum Cœnobium regendum, cum adhuc quadam ex parte fines ipſius Monaſterii quidam utique ſæculares poſſiderent. Cum autem de ipſis ſæcularibus deiiciendis calumnia & lis inſurgere conaretur, tunc B. Auſtaſius cum eſſet & ipſe nobilitate generis & moribus decoratus, una cum famulo Dei VValarico, ſic illos ſuaſoriis & ſuis mellifluis eloquiis, auxiliante Domino, de prædictis finibus Monaſterii promoverunt, ut de ipſorum ſæcularium controverſia nullum inter eos ſcandalum exurgeret.* Ubi tamen nullus ſermo eſt de *Sancto Attala*, quem *Columbanus* Luxovium relinquens eidem præpoſuerat. Quare incertum, an *Attala* in Luxovienſi Monaſterio uſque ad *VValarici* adventum remanſerit; an vero ab eo per eos ſæculares ejectus fuerit [1]. Sed quidquid de hac re ſit, non videtur *Euſtaſius* ante præſentem annum, quo *Clotarium* univerſam Francorum Monarchiam obtinuiſſe anno ſequenti oſtendemus, ſuæ Præfecturæ ſeu Abbatiæ Luxovienſis poſſeſſionem iniiſſe.

VII. *Floret S. VValaricus primus Abbas Monaſterii de ſuo nomine appellati.*

*VValaricus* autem in patria apud Arvernos primum vitam monaſticam egit, tum prope Urbem Autiſſiodorenſem, ac dein in Luxovienſi Cœnobio ſub Sancto Columbano. Cum in Neuſtriam veniſſet *Clotarius* totius Franciæ tunc Monarcha locum ei ſecretum & remotioris vitæ, & habitatui Monachorum ſatis aptum, qui *Leucanaus* dicebatur, conceſſit, ubi *VValaricus* cellulæ ſe ſe incluſit. Eſt *Leucanaus* locus Diœceſeos Ambianenſis, nunc Monaſterio & Oppido Sancti Walarici dictis illuſtratus, & a Congregationis Sancti Mauri Benedictinis inhabitatus. Regnante *Clotario* II. e vivis exceſſit, aliquot ante annos quam moreretur Sanctus *Attala*, quem die X. Martii anni DCXXVIII. ad De-

NOTÆ [1] Attalam Luxovienſi Monaſterio nunquam præfuiſſe anno ſuperiori in Nota ad num. 7. probavimus. Mansi



ptæ in omnibus conſentientes veritati, quibus & traditur a Jona Abbate conſcriptam eſſe vitam S. Columbani; quod & affirmat Sigebertus de viris illuſtribus.

X. Accidit præterea, ut hoc anno primus Rex Anglorum Chriſtianus Edilbertus ex hac vita tranſiret; de quo iſta Beda (*a*): *Anno ab incarnatione Dominica ſexcenteſimo decimotertio (qui eſt annus vigeſimusprimus ex quo Auguſtinus Epiſcopus cum ſociis ad prædicandum genti Anglorum miſſus eſt) Edilberthus Rex Centuariorum poſt regnum temporale, quod quinquaginta & ſex annis glorioſiſſime tenuerat, æterna cæleſtis regni gaudia ſubiit: qui tertius quidem in Regibus gentis Anglorum cunctis Auſtralibus eorum provinciis, quæ Humbro fluvio & contiguis ei terminis ſequeſtrantur a Borealibus, imperavit; ſed primus omnium cæli regna conſcendit.* Et inferius: *Defunctus vero eſt Rex Edilbertus die vigeſimaquarta menſis Februarii poſt viginti & unum annos acceptæ fidei, atque in porticu ſancti Martini intra eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſepultus, ubi & Bertha Regina conjux condita eſt.*

(*a*) *Beda hiſt. Angl. l. 2. c. 3.*

Edilberthi Angl. Regis obitus.

☞ At licet hunc annum Redemptoris conſignet Beda obitus Edilberthi Regis; tamen in ejuſdem Bedæ epitome annus obitus ipſius Regis ponitur ſexcenteſimus decimus ſextus. Rurſus vero, cum idem (ut vidiſti) iterato affirmet, vigeſimo primo anno, ex quo Fidem Chriſtianam accepiſſet, eſſe mortuum: ſi numeres ab anno quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, quo Fidem Chriſtianam ipſum recepiſſe, idem ipſe teſtatur in epitome, & liquet ex ipſius hiſtoriæ libro primo, capite vigeſimo tertio & ſequenti, de quo dubitandi nullus eſt locus, cum id pateat ex S. Gregorii Papæ litteris tunc datis; plane dicendum erit, ipſum Regem defunctum eſſe anno Redemptoris ſexcenteſimo decimo octavo ☜ De quo pergit Beda: *Qui inter cætera bona, quæ genti ſuæ conſulendo conferebat, etiam decreta illi judiciorum juxta exempla Romanorum cum conſilio ſapientium conſtituit: quæ conſcripta Anglorum ſermone hactenus habentur & obſervantur ab ea. In quibus primitus poſuit, qualiter id emendare deberet, qui aliquid rerum vel Eccleſiæ, vel Epiſcopi, vel reliquorum ordinum furto auferret: volens ſcilicet tuitionem eis, quos & quorum doctrinam ſuſceperat, præſtare.* Vides quod fundamentum poſuit, dum ad ſtabiliendum perpetuo regnum animum ſemel addixit? Subdit vero Beda de perſecutione facta ſub ejuſdem Regis ſucceſſore:

XI. Eccl. Anglicana perſecutionem patitur.

*At vero poſt mortem Edilberti, cum filius ejus Eadualdus regni gubernacula ſuſcepiſſet, magno tenellis adhuc ibi Eccleſiæ crementis detrimento fuit. Siquidem non ſolum Chriſti fidem recipere noluerat, ſed & fornicatione pollutus eſt tali, qualem nec inter gentes auditam Apoſtolus teſtatur, ita ut uxorem patris haberet. Quo utroque ſcelere occaſionem dedit ad priorem vomitum revertendi, iis* qui



PAGIUS Deum migraſſe, infra videbimus. Neque enim in *VValarici* Vita annus ejus emortualis memoratus, aut alii characteres expreſſi, ex quibus illum eruere poſſimus præter illos duos. Verum quidem eſt, diſerte in ea cap. 29. legi, eum *die Dominico* demortuum; & cum in Uſuardi, & quorundam aliorum Martyrologiis die duodecima Decembris mors ejus conſignetur, exiſtimaſſe Mabillonium Sæculo ſecundo Benedictino, ubi Vitam Sancti Walarici laudatam exhibet, eam contigiſſe anno ſexcenteſimo viceſimo ſecundo, quo dies Dominica in diem XII. Decembris incidit; Henſchenium vero, apud quem eadem Vita legitur ad diem primam Aprilis, eandem mortem retrahere ad annum ſexcenteſimum decimum nonum, quia in quibuſdam Martyrologiis ab eo citatis natale ejus legitur ad diem primam Aprilis, quæ eo anno Dominicalis erat; denique Cointium anno DCXXIII. num. XVIII. putaſſe eo anno die undecima Decembris in quam Dominica cadebat, quave perperam dicit Uſuardum ejus natalis meminiſſe, Walaricum ad Superos evolaſſe. Verum Doctorum iſtorum Virorum inanis hac in re diligentia; cum Sancti Martyrologiis aliis plerumque diebus inſcribantur, quam quibus e vita migrarint. Nihil itaque quoad annum obitualem Sancti *VValarici* compertum habemus, quam quod obierit ante an. DCXXVIII. quo *Clotarius*, qui ei ſuperſtes fuit, vivere deſiit. Nam eo anno *Attalam* etiam mortuum eſſe, non ita certum, quin in controverſiam revocari poſſit.

VIII. *Annus Emortualis S. Ethelberti Cantiæ Regis.*

Ad num. X. & ſeqq. In exemplari Hiſtoriæ Bedæ, quo Baronius uſus eſt, lib. 2. cap. 5. legitur, *Ethelbertum* Cantii Regem, qui primus ex Regibus Heptarchiæ Anglicanæ fidem Chriſtianam ſuſcepit, mortuum eſſe anno Incarnationis DCXIII. in Epitome vero, anno DCXVI. quem ultimum locum mendoſe deſcriptum exiſtimat Baronius, & cum loco laudato Hiſtoriæ Beda tradat, eum e vivis exceſſiſſe, *poſt viginti & unum annos acceptæ fidei*, plane inquit, dicendum erit, ipſum defunctum eſſe anno DCXVIII. ſi numeres ab anno DXCVII quo fidem Chriſtianam ipſum recepiſſe, tam in Hiſtoria, quam in Epitome teſtatur Beda. Verum non in Bedæ Epitomen, ſed in exemplar Hiſtoriæ ejus, quo uſus eſt Baronius, error irrepſit, certumque eſſe debet, *Ethelbertum* Regem anno DCXVI. ad cœleſtem patriam migraſſe. Editio enim Cantabrigienſis omnium optima, ac verſio Saxonica Aluredi Regis annum illum Chriſti præferunt. Præterea extant Codices ſex MSS. Hiſtoriæ Gentis Anglorum in Bibliotheca Colbertina, quos conſului, ex quibus quinque habent, *anno ab Incarnatione Dominica ſexcenteſimo decimo ſexto*. Verum quidem eſt, in paraphraſi Saxonica legi Ꝩ'imb, ideſt, *circum*, ut notatur in ora marginali: ſed ſolet Paraphraſte hujuſmodi particula uti, cum annos Incarnationis deſignat. Sic Beda lib. 5. cap.

*qui ſub imperio ſui parentis, vel favore, vel timore regio, fidei & caſtimoniæ jura ſuſceperant. Nec ſupernæ flagella diſtrictionis perfido Regi caſtigando vel corrigendo defuere: nam crebra mentis veſania & ſpiritus immundi invaſione premebatur. Auxit autem procellam hujuſmodi perturbationis etiam mors Saberethi Regis Orientalium Saxonum: qui ubi regna perennia petens, tres filios ſuos, qui Pagani perduraverant, regni temporalis hæredes reliquit, cœperunt illi mox idololatriæ, quam vivente eo aliquantulum intermiſiſſe videbantur, palam ſervire, ſubjectiſque populis idola colendi liberam dare licentiam.*

*Cumque viderent Pontificem celebratis in Eccleſia Miſſarum ſolemniis Euchariſtiam populo dare; dicebant (ut vulgo fertur) ad eum, barbara inflante ſtultitia: Quare non & nobis porrigis panem nitidum, quem & patri noſtro Saba (ſic namque eum appellare conſueverant) dabas, & populo adhuc in Eccleſia dare non deſiſtis? Quibus ille reſpondebat: Si vultis ablui fonte illo ſalutari, quo pater veſter ablutus eſt, poteſtis etiam panis ſancti, cui ille participabat, eſſe participes. Sin autem lavacrum vitæ contemnitis, nullatenus valetis panem vitæ percipere. At illi: Nolumus, inquiunt, fontem illum intrare, quia nec illo opus nos habere novimus: ſed tamen pane illo refici volumus.*

XII. Reges impii expellunt Epiſcopum.

*Cumque diligenter ac ſæpe ab illo eſſent admoniti, nequaquam fieri poſſe ut abſque purgatione ſacroſancta quis oblationi ſacroſanctæ communicet: ad ultimum furore commoti ajebant: Si non vis aſſentire nobis in tam facili cauſa quam petimus, non poteris jam in noſtra provincia demorari. Et expulerunt eum, ac de ſuo regno cum ſuis abire juſſerunt. Qui expulſus inde, venit Cantium, tractaturus cum Laurentio & Juſto coepiſcopis, quid in his eſſet agendum. Decretumque eſt communi conſilio, quia ſatius eſſet, ut omnes in patriam redeuntes, libera ibi mente Domino deſervirent, quam inter rebelles fidei barbaros ſine fructu deſiderent. Diſceſſere itaque primo Mellitus ac Juſtus, atque ad partes Galliæ ſeceſſere, ibi rerum finem expectare diſponentes. Sed non multo tempore Reges,*

Mellitus & Juſtus diſcedunt ex Anglia.

*qui*

PAGIUS cap. 24. ſcribit, *Victredum* Cantuariorum Regem mortuum eſſe anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo viceſimo quinto, & Paraphraſte vertit, Waes Y'mb, ideſt, *erat circa* DCCXXV. Chiffletius ultimus Editor Hiſtoriæ Bedæ in Epitome annum XVI. retinuit, in Hiſtoria vero repoſuit, *anno ab Incarnatione Dominica ſexcenteſimo decimo ſeptimo*, licet in Notis fateatur in Codice Trevirenſi, quem ſecutus eſt in ſua editione, legi ANNO AB. I. D. DCXVI. Sed hæc emendatio mera depravatio eſt; cum Beda non aliud in Hiſtoria, quam in Epitome ſcripſerit. Quare de anno mortis *Ethelberti* Regis non reſtat amplius ambigendi locus, recteque illum Hermannus Contractus juxta editionem Caniſianam cum anno DCXVI. copulavit, ſicuti & novus Chronographus Saxo.

IX. *Mortuus eſt anno XXI. a Miſſione Gregoriana.*

Difficultas tantum eſt, quomodo annus DCXVI. vocari poſſit a Beda annus *XXI. acceptæ fidei* cum ex ipſomet Beda conſtet, Auguſtinum & ſocios anno tantum DXCVII. in Britanniam appuliſſe. Verum Beda ſe ipſum ſatis explicare videtur. Hæc enim ejus verba: *Anno ab Incarnatione Dominica ſexcenteſimo decimo ſexto (qui eſt annus viceſimus primus, ex quo Auguſtinus Epiſcopus cum ſociis ad prædicandum genti Anglorum miſſus eſt) Edilberchtus Rex Cantuariorum, poſt Regnum temporale, quod quinquaginta & ſex annis glorioſiſſime tenuerat, æterna cœleſtis Regni gaudia ſubiit*. Et paulo poſt: *defunctus vero eſt Rex Edilberchtus die viceſima quarta menſis Februarii, poſt viginti & unum annos acceptæ fidei*. Ubi Beda annum primum *acceptæ fidei* non diſtinguit ab anno, quo Auguſtinus & ſocii in Britanniam ad annunciandam veritatem Evangelicam a Divo Gregorio directi ſunt, quem inter omnes conſtat, fuiſſe annum quingenteſimum nonageſimum ſextum; a quo ad annum DCXVI. anni XXI. utrimque ſcilicet incompleti, interiiciuntur. Quamobrem Cointius anno DCXVI. num. VIII. perperam contendit, legendum eſſe, *poſt viginti annos acceptæ fidei*; cum priora Bedæ verba poſteriora ſatis explicent, & Bedam ad Miſſionem Apoſtolicam utrobique reſpicere innuant; ac loca obſcura ex iis, quæ manifeſta, interpretanda ſint.

X. *Ejus liberi.*

S. *Elthelberti* Cantianorum Regis nomen Martyrologio Romano, aliiſque quibuſdam inſcriptum, ut videre eſt, apud Henſchenium ad diem XXIV. Februarii in Commentario prævio ad ejus Vitam. Uxorem duxerat Ethelbertus *Bertham*, ſeu Aldibergam Chariberti Pariſiorum Regis filiam, & *tum Francorum contubernio gens eatenus barbara Anglorum ad unas conſuetudines confœderata, ſilveſtres animos in dies exuere, & ad leniores mores declinare*, inquit Malmeſburienſis lib. 1. cap. 1. Suſcepit ex Bertha *Eadbaldum*, qui illi ſucceſſit duaſque filias Sanctam *Edelburgam* & Sanctam *Eadburgam*. Illa Sancto *Edvvino* Northumbrorum Regi nupta, ſuo matrimonio occaſio fuit fidei percipiendæ genti Northanymbrorum, inquit Beda lib. 2. cap. 9. Qua de re infra: hæc vero Virginitatem coluit, referturque in aliquibus Faſtis ad diem XIII. Decembris, ſicuti *Edelburga* ad VIII. Septemb. Quoad *Eadbaldum*, poſt Ethelberti patris obitum ſoli Cantio præfuit; Ethelbertus vero Rex extiterat Cantii, & cæteris Heptarchiæ Regibus imperarat, *qui*, ut ait Beda lib. 2. cap. 5. *Humbro fluvio, & contiguis ei terminis ſequeſtrantur a Borealibus*. Illud enim Imperium ab *Ethelberto* tranſiit ad *Reduald* Regem Orientalium Anglorum, a *Reduald* ad *Oſvvaldum* Northumbriæ Regem, & ab Oſvvaldo ad *Oſvvium* fratrem ejus, ut narrat ibidem Beda. *Eadbaldus*, qui vivente patre Chriſti fidem recipere noluerat, poſt ejus mortem *Laurentium* & *Juſtum* Epiſcopos e Cantio expulit; filii vero *Saberethi* Regis Orientalium Saxonum *Mellitum*: Mellitus & Juſtus in Galliam ſeceſſere, ſed *Laurentius* correptus ab Apoſtolo Petro ſibi apparente Britanniam non reliquit, ut narrat Beda lib. 2. capp. 5. & 6.

*Ethel-*



*qui præconem a ſe veritatis expulerant, dæmoniacis cultibus impune ſerviebant: nam egreſſi contra gentem Genuiſſorum in prælium, omnes pariter cum ſua militia corruerunt: nec ſic (licet auctoribus perditis) excitatum ad ſcelera vulgus potuit corrigi, atque ad ſimplicitatem fidei & charitatis, quæ eſt in Chriſto, revocari.* Hæc de diſceſſione Epiſcoporum Beda: quomodo autem divino monitu ſint revocati, ſequenti anno, quo contigit, dicturi ſumus.

De-

PAGIUS XI. *Saberethus Orientalium Saxonum Rex moritur.*

*Ethelberti* mortem præceſſit vel ſecuta eſt mors *Saberethi* Regis Orientalium Saxonum, quorum Metropolis *Londinia* Civitas erat. Beda enim eodem capite de utriuſque morte agit, & quam utraque Eccleſiæ Anglicanæ funeſta fuerit, exponit. Tunc in Anglia, cujus nomine Heptarchia ſeu ſeptem Regna in Britannia ab Anglis & Saxonibus inſtituta continentur, tres tantum Pontifices erant, *Laurentius* Archiepiſcopus Cantuarienſis, *Mellitus* Epiſcopus Londonienſis, & *Juſtus* Epiſcopus Rhofenſis, quia fides Chriſtiana ſuſcepta tantum fuerat in duobus Regnis, in Cantio videlicet & in Orientali Saxonia, ſub prænominatis Regibus *Edelbertho & Saberetho*, ſuaſque Diœceſes in Cantio Laurentius & Juſtus, in Orientali Saxonia Mellitus adminiſtrarat; ſed *Mellitus* & *Juſtus*, poſtquam uterque Rex e vivis exceſſit, cum Cantium & Orientalis Saxonia ſub Serredo, Sewardo, & Sigeberto filiis Saberethi, ethnicis Regibus denuo gemeret, in Galliam ſeceſſere, ut teſtatur Beda citatus, ibique per annum morati ſunt.

*Theodoricus* Burgundiæ & Auſtraſiæ Rex hoc anno obiit, ut inſequenti videbimus.

I. Bonifacii Papæ obitus.

DEcimo quarto ſupra ſexcenteſimum anno Redemptoris noſtri, Indictione ſecunda, ☞ octava Maii ☜ (licet aliqui habeant, vigeſimaquinta ejuſdem menſis) Bonifacius Papa Quartus ejus nominis moritur, cum ſediſſet annos ſex, menſes octo, ac dies tredecim, atque ordinationibus duabus creaſſet diaconos octo, & Epiſcopos per diverſa loca vigintiquinque: ſepultuſque eſt in baſilica S. Petri. ☞ In monimentis Vaticanæ baſilicæ collectis a Manlio iſtiuſmodi epitaphium inſcriptum ejus ſepulcro traditur:

*Vi-*

---

PAGIUS SÆC.VII. Anno Eræ Hiſpan. DCLII. A.C. 614.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6107.

☉ 7. F. ☽ 7. P. 31. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 614.

BONIFACII IV. PAPÆ 7.

HERACLII IMP. 5.

I. *Poſtconſulatus.*

IS annus hac formula notatus: *IV. poſt Conſulatum Heraclii Aug. III.* Ita Auctor Chronici Alexandrini, qui ſubdit: *a XXII. Januarii ſcribitur: Imperii Heraclii Junioris Conſtantini anno II.*

II. *S. Bonifacii IV. PP. obitus.*

Ad num. I. S. *Bonifacius* IV. ſedit *annos ſex, menſes octo, dies tredecim* ut habent Anaſtaſius, Ordericus lib. 2. Abbo, Hermannus Contractus in Chronico, Catalogus Palatinus aliique Catalogi. Quare cum Sedem inierit anno ſexcenteſimo octavo, die viceſima quinta menſis Auguſti, ad Deum migravit die ſeptima menſis Maii anni Chriſti inſequentis, & ſepultus eſt die octava ejuſdem menſis. Baronius refert Epitaphium ex Monumentis Vaticanæ Baſilicæ a Manlio collectis ejus ſepulcro inſcriptum, in cujus fine legitur: *Hic requieſcit Bonifacius junior, qui ſedit annos ſex, menſes VIII. dies XII. Depoſitus eſt VIII. Idus Maii, imperante Domino Heraclio, anno ejus V.* ubi dies tantum duodecim ſupra menſes octo numerat, quia ſc. diem emortualem excludit. Anaſtaſius dicit, Bonifacium ſepultum eſſe *ad B. Petrum Apoſtolum, die XXV. menſis Maii.* Verum dies ille ad aliquam ejus Tranſlationem referendus. Anaſtaſius enim, quemadmodum ante Sanctum Bonifacium IV. diem Tranſlationis aut ſecundæ ſepulturæ Pontificum Romanorum loco eorundem diei emortualis quandoque memorat, ita & in Bonifacio eadem via graditur, neque a ſua conſuetudine deſciſcit. Hæc tamen Tranſlatio turbavit Papebrocium, qui in Conatu Chronico Hiſtorico aſſerit, ex laudato Epitaphio manifeſte liquere diem ſepulturæ ab Anaſtaſio impoſterum notatum non poſſe aſſumi pro regula terminandorum Pontificatuum; cum Anaſtaſius, inquit, reſpiciat tantum Pontificum ſepulturam ſolemnem, ad unum, duos, aut plures etiam menſes dilatam. Exiſtimat itaque Papebrocius, hoc circiter tempore Clerum Romanum, Pontifice mortuo, ſtatim defunctum eſſe extemporaneæ depoſitionis officio in Baſilica Lateranenſi, indeque proceſſiſſe ad tractandam futuri Pontificis electionem; qua citius ſeriuſque peracta, citius etiam ſeriuſque curata fuerit a jam Electo mortui deceſſoris ſolemnis depoſitio. Verum jam in Additionibus ad Tomum I. & ad annum LXIX. hujuſmodi ſolemnes exequias commentitias eſſe diximus: idque hoc Tomo in morte quorundam Pontificum Romanorum demonſtravimus.

III. *Variæ Tranſlationes S. Bonifacii IV.*

Baronius qui ideo Sancti Bonifacii mortem antevertit, quia *Sabiniano* annum unum abſtulit, refert aliam illius ſepulchralem Inſcriptionem ex eodem Manlio, quam & exhibet Romanus Canonicus, qui ſub Eugenio III. ſcripſit, quatuorque ſæculis Manlium præceſſit. Quæ cum Baronio, aliiſque errandi anſam præbuerit, hic integra recitanda, explicandaque:

*Gregorio quartus jacet hic Bonifacius almus*
*Hujus qui Sedis fuit æquus Rector & ædis:*
*Tempore qui Phocæ cernens templum fore Romæ,*
*Delubra cunctorum fuerant quæ dæmoniorum,*
*Hoc expurgavit, Sanctis cunctiſque dicavit.*
*Cujus Natalis ſolemnia qui celebratis,*
*Primis Septembris fert hæc lux quarta Kalendis.*

Hæc dies quarta a primis Kalendis ſumi poteſt, & pro die XXVIII. menſis Auguſti, & pro quarta die menſis Septembris, ſecundum varium reſpectum ad Kal. Septembris. Sed quocumque modo duos ultimos Verſus interpreteris, neque ad diem mortis Bonifacii IV. neque ad diem ejus ordinationis, *Natalis* nomine ſæpe expreſſæ, referri poſſunt. Quare hallucinatus eſt Annaliſta doctiſſimus, qui ex iiſdem deduxit, *Bonifacium* IV. ordinatum eſſe Romanum Pontificem die quarta menſis Septembris; ſic enim neque Dominica, neque aliquo Feſto ſolemni conſecratus fuiſſet; quod & de die XXVIII. menſis Auguſti pariter dicendum. Neque etiam dies ille quartus Septembris, aut XXVIII. Auguſti intelligi poteſt de Dedicatione Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ad Martyres, quæ antea *Pantheon* vocabatur: quia eo tempore, quo Bonifacius cum *Phoca* Imperatore convixit, dies Dominica neque in diem XXVIII. Auguſti, neque in diem IV. Septembris incidit. Quare certum eſt, natalem illum Bonifacio attributum pertinere, aut ad aliquam ejus Reliquiarum Tranſlationem, aut ad alicujus Eccleſiæ in illius honorem conſtructæ Dedicationem. *Natalis* enim nomine exprimitur Inventio aut Tranſlatio Sancti Stephani in Martyrologio Hieronymiano ad diem II. menſis Auguſti, his verbis: *In Antiochia Natalis Reliquiarum Protomartyris Stephani, & Diaconi;* quod iiſdem verbis in Martyrologio Notkeri legitur. *Natalis* etiam nomine utitur Ado ad diem XIII. menſis Maii ubi de Pantheo in Eccleſiam mutato ait: *Natalis Sanctæ Mariæ ad Martyres;* & Sanctus Leo Magnus in ſermone LXXXII. *in Natali Sanctorum ſeptem fratrum Martyrum Macchabæorum & Dedicatione Eccleſiæ* habito inquit: *Duplex cauſa lætitiæ eſt; in qua & natalem Eccleſiæ colimus & Martyrum paſſione gaudemus,* quia ſcilicet & Eccleſia in horum Martyrum honorem conſtructa dedicata eſt, & eorum Reliquiæ tranſlatæ. Imo tam lata eſt nominis *Natalis* ſignificatio, ut etiam *dies Cœ-*

*næ*



Ejuſdem epitaphium.

*Vita hominum brevis eſt: hanc certa terminat hora;*
*Sed vitæ æternæ deinde paratur iter.*
*Quæ non indecora, aut rurſum peritura videtur;*
*Sed pulchrum atque decens jam ſine fine manet.*
*Sic igitur quid mors ſtimulis agitaris iniquis?*
*Quid feris incaſſum? Quid furibunda geris?*
*Commoda nulla tibi poterunt tua facta referre,*
*Nec prodeſſe poteſt impetus iſte tibi.*

*Gre-*

PAGIUS

*næ Domini* ab Antiquis *Natalis Calicis* appellata fuerit, ut videre eſt in Eligio Noviomenſi Epiſcopo homilia 10. aliiſque apud Ducangium in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis, in voce *Natale* Quanto igitur magis Poetæ licuit, *Natalis* nomen in alterutra illarum ſignificationum uſurpare!

IV. *Duæ Bonifacii IV. Tranſlationes explicantur.*

Prior *Sancti Bonifacii* IV. Tranſlatio facta eſt die XXV. menſis Maii, quo eum ſepultum Anaſtaſius dicit, quove in Eccleſia Vaticana etiamnum colitur, & ad quam nomen ejus in variis Martyrologiis inſcribitur, ut videre eſt apud Papebrocium ad eundem diem in Commentario Hiſtorico de hoc Sancto Pontifice. Poſt Anaſtaſii mortem, quæ exeunte nono Eccleſiæ ſæculo contigit, earumdem Reliquiarum alia elevatio facta, anno quidem incerto, ſed die quarta menſis Septembris, ut ex recitato Epitaphio intelligere eſt. Quare cum Bonifacius octavus ad Ravenianam portam Eccleſiæ Beati Petri oratorium Bonifacianum dedicavit, tertiamque Tranſlationem fecit, illum diem quartam menſis Septembris elegiſſe, Verſus mox recitandi indicant, ideoque vel annum 1295. vel annum 1300. quibus ſolis annis in toto Bonifacii VIII. Pontificatu Dominica incidit in quartum diem menſis Septembris. Etenim Ludovicus Jacob in Bibliotheca Pontificia refert laudatum Epitaphium duobus verſibus auctum poſt Verſum, *Hoc expurgavit,* &c. Hos hic ſubiicio.

*Octavus titulo hoc Bonifacius oſſa reperta,*
*Hac locat, erecta Bonifaci nominis ara:*
*Cujus Natalis ſolemnia qui celebratis,*
*Primis Septembris fert hac lux quarta Kalendis.*

Romanus Canonicus, qui prodit, ſepulturam Sancti Bonifacii fuiſſe juxta portam Eccleſiæ Sancti Petri *Ravenniam* dictam, hoc Epitaphium ſic interpolatum non vidit, quia quinquaginta circiter annis ante Bonifacium VIII. vixit; nec forte Bellinus, qui Martyrologium ſuum ad uſum Curiæ Romanæ anno 1498. publicavit. Nam Sancti *Bonifacii* tantum meminit ad diem XXV. menſit Maii. Ex eo Additamento colligo eam a Bonifacio VIII. Tranſlationem peractam eſſe *die IV. Septembris* poſt annum 1294.

V. *Quibus diebus Tranſlationes de more factæ.*

Certe *Tranſlationes* Sanctorum aliquando factas eſſe, aut diebus, quibus antea tranſlati, vel diebus, quibus mortui, aut ordinati Epiſcopi fuerant, multis exemplis conſtat. Quod hic neceſſario exiſtimandum, cum Auctor illius Additamenti alia ratione non potuerit illud interſerere Epitaphio Bonifaciano ante duos ultimos Verſus, in quibus diei ſecundæ Tranſlationis mentio, niſi quia eadem pariter die *tertia* celebrata. Neque enim Interpolator Epitaphii Bonifaciani Natale hujus Sancti Pontificis ante diem IV. Septembris immediate collocaſſet, niſi eo die *Bonifacius VIII.* ejus altare dicaſſet, ornaſſet, & dotaſſet, quod ab illo factum teſtatur Aringhus in Roma Subterranea lib. 2. cap. 8. Papebrocius loco citato, & in Paralipomenis ad Conatum Chronico-Hiſtoricum Epitaphium illud & ejus Additamentum refert, ſuaſque conjecturas in medium adducit. Sed me nodum ſolviſſe exiſtimo.

VI. *Deusdedit ſuccedit Bonifacio IV.*

In variis Anaſtaſii editionibus, etiam in Regia, imo & in uno Codice MS. Colbertino Interpontificii tempus non exprimitur. In exemplaribus tamen MSS. Regio, Mazarino & Thuano legitur, ceſſaſſe Epiſcopatum *menſes ſeptem, dies viginti quinque;* in altero Thuano, & in Orderico lib. 2. ceſſaſſe *menſes ſex, dies viginti quinque;* in uno Freheriano & in uno Colbertino, *menſes X. dies quinque.* Verum numeri illi ubique mendoſi. Nam cum *Deusdedit* natione Romanus ordinatus fuerit anno ſequenti, die decima nona menſis Octobris, in quam Dominica cadebat, apparet, ceſſaſſe Sedem menſes quinque & dies duodecim. In exemplari Anaſtaſii, quo Baronius uſus eſt, legebatur, *Deusdedit filius Stephani, ex Subdiacono ſedit annos tres,* &c. Verum in editione Regia, variiſque Codicibus MSS. Anaſtaſii corruptus ille locus recte in hunc modum reſtitutus eſt, *ex patre Stephano Subdiacono.* Neque enim Subdiaconi Romani Ponttfices eligi ſoliti.

VII. *S. Columbanus ſcribit ad Bonifacium IV. de Tribus Capitulis.*

Inter Epiſtolas *Sancti Columbani* a Patricio Flamingo in Collectaneis hujus Sancti Operum recitatas, & nuper in Tom. XII. Bibliothecæ Veterum Patrum editionis Lugdunenſis tranſlatas, extat una magni momenti ad *Bonifacium* IV. Papam data, qua cum Annales Eccleſiaſtici mirum in modum illuſtrari poſſint, integram hic exhibere viſum, licet quibuſdam in locis ab Amanuenſi depravatam. Epiſtolæ aliquas ejuſdem Auctoris notulas ſubiiciam.

*Pulcherrimo omnium totius Europæ Eccleſiarum Capiti, Papæ prædulci, præcelſo Præſuli, Paſtorum Paſtori, Reverendiſſimo Speculatori; humillimus Celſiſſimo, minimus Maximo; agreſtis Urbano, micrologus Eloquentiſſimo, extremus Primo, peregrinus Indigenæ, pauperculus Præpotenti (mirum dictu! nova res) rara avis, ſcribere audet Bonifacio Patri Palumbus.* [1]

*Quis poterit glaber audire? Quis non ſtatim dicat? Quis eſt iſte garrulus, præſumptuoſus, qui non rogatus talia ſcribere audet? Quis talionis incentor non confeſtim in illud antiquum probroſum erumpat elogium, quo Moyſi Hæbræus ille, qui faciebat injuriam fratri ſuo, reſpondit:* Quis te conſtituit Principem aut Judicem ſuper nos? *Cui ego prior reſpondeo, non eſſe præſumptionem, ubi conſtat eſſe neceſſitatem ad Eccleſiæ ædificationem, & ſi in perſona cavillatur, non quis dico, ſed quid dico conſideret. Quid enim tacebit peregrinus Chriſtianus quod jam diu declamat vicinus Arianus?* Meliora *namque* ſunt, vulnera amici quam fraudulenta oſcula inimici. *Alii detrahunt læti in ſecreto, ego triſtis ac dolens arguam in publico; ſed Schiſmatis noxii mala, non impiorum pacificorum bona. Non igitur pro vanitate aut procacitate ſcribere viliſſimæ qualitatis homunculus tam præcelſis Viris præſumo; dolor enim potius me, quam elatio compellit*

Exod. 2. 14.

Proverb. 27. 6.

*Gregorii ſemper monita, atque exempla magiſtri*
*Vita, opere, ac dignis moribus iſte ſequens.*
† *Quo † hic terræ reputans ſunt hujus maxima vota,*
*Mittere ad aſtra animam, reddere corpus humo.*
*Saucia multiplici, ſi quidnam membra dolore*
*Rurſus in antiquo pulvere verſa manent.*
*Quæ conjuncta animæ ſtabilito in corpore ſurgant*
*Ad vitam æternam, te precante magis.*

*San-*

PAGIUS *lit vobis indicare, humillima, ut decet, ſuggeſtione, quod nomen Dei* (2) *per vos contendentes utrimque blaſphematur inter Gentes. Doleo enim, fateor, de infamia Cathedræ Sancti Petri, ſcio tamen ſuper me eſſe negotium, & quod prima fronte ſub prunas, ut dicitur, faciem ponam; ſed quid mihi facies coram hominibus, ubi Zelus fidei prodi neceſſe eſt? coram Deo & Angelis non confundar; laus eſt pro Deo coram hominibus confundi; ſi exaudiar commune lucrum erit: ſi deſpiciar, mea merces erit. Ego enim, ut amicus, ut diſcipulus, ut pediſſequus veſter, non ut alienus loquar; ideo libere eloquar noſtris utpote Magiſtris ac ſpiritualis navis Gubernatoribus, ac myſticis Proretis dicens: Vigilate, quia mare procelloſum eſt, & flagris exaſperatur feralibus, quia non a ſola minax unda, quæ etiam permota pontum ſemper cautis ſpumoſis concavæ vorticibus, hyperbolice, licet de longe turgeſcens, extollitur, & ante ſe calabra ſulcatis octo millibus trudit; ſed tempeſtas totius elementi, nimirum undique conſurgentis, & undique commoti, myſtica navis naufragium intentat, ideo addo timidus, nauta clamare: Vigilate, quia aqua jam intravit in Eccleſiæ navem, & navis periclitatur.*

VIII. *Columbanus a Trium Capitulorum defenſoribus deceptus.* *Nos enim Sanctorum Petri & Pauli & omnium Diſcipulorum, Divinum Canonem Spiritu Sancto* (adde dictante) *ſcribentium, diſcipuli ſumus, toti Heberi* (3) *ultimi habitatores mundi, nihel extra Evangelicam & Apoſtolicam Doctrinam recipientes: nullus hæreticus, nullus Judæus, nullus Schiſmaticus fuit; ſed fides Catholica, ſicut a Vobis primum, Sanctorum ſcilicet Apoſtolorum ſucceſſoribus, tradita eſt, inconcuſſa tenetur. Qua fiducia roboratus auſus ſum, ac ſi ſtimulatus ſuſcitare vos contra eos, qui blaſphemant tuos* (legendum, *Vos*) *& Hæreticorum receptores clamant ac Schiſmaticos vocant, ut gloriatio mea, qua pro vobis fidus illis reſpondens locutus ſum, non ſit inanis, & illi confundantur, non nos. Ego enim pro vobis promiſi, quod nullum Hæreticum Eccleſia Romana defendat contra Catholicam fidem, ſicut diſcipulos ita decet ſentire de Magiſtro. Idcirco lubenti animo, & piis auribus neceſſariæ inſinuationem præſumptionis meæ ſuſcipite: quidquid enim dixero aut utile, aut orthodoxum, vobis reputabitur: laus enim Magiſtri in diſcipulorum ſuorum doctrina eſt: ideo ſi ſapienter locutus fuerit filius, lætificabitur pater & veſtra laus erit, quia a vobis, ut dixi, proceſſit; non enim rivo puritas, ſed fonti reputanda eſt. Si vero aliqua tanquam zeli modum excedentis verba, aut in hac aut in altera contra Agripp .... qui me movit ad ſcribendum Epiſtola* (hæc ad nos non pervenit) *inveneritis incondita, meæ indiſcretioni, non elationi deputetis.*

IX. *Vigilate itaque pro Eccleſiæ pace, ſubvenite ovibus veſtris, jam tamquam luporum terroribus pavidis; quæ vos ipſos inſuper nimio utpote pavore* (4) *in alternantem circumactæ, convertibulum timent. Ideo dubitantes partim venientes, partim vero recedentes, ſicut veniunt, ſic revertuntur, & ſemper in pavore ſunt. Quamobrem utere veri, o Papa, Paſtoris ſibilis, notaque voce, & ſta inter illas & lupos, ut depoſito pavore, tunc primum te ex integro cognoſcant Paſtorem. Populus enim quem video dum multos ſuſtinet Hæreticos, Zeloſus eſt, & cito tanquam grex pavidus turbatur, & inde non cito ſecurus eſt, quia tantos Italia lupos habuit, quorum catuli vix poſſunt toti elidi; dum nimirum inter antra tanti nutriti ſunt. Antra deleat Deus* (adde, &) *tale ſemen, & nutriat grege ſuo*) legendum, *greges ſuos*): *teque compungat, vigilanter inſiſtas officio tuo Paſtorali, ſtans ſuper cuſtodiam tuam die ac nocte, ut videas baculum illum nuceum, quem uncinum poſtea videre merearis tempore fructus colligendi veros. Ut ergo honore Apoſtolico non careas, conſerva fidem Apoſtolicam, confirma teſtimonio, robora Scripto, muni Synodo; ut nullus tibi jure reſiſtat. Noli deſpicere conſiliolum alienigenæ, tanquam Doctor illius zelantis pro te. Mundus jam declinat, Princeps Paſtorum appropinquat, cave ne te negligentem inveniat, & conſervos pugnis mali exempli percutientem, manducantemque cum Hæbræis, & bibentem, ne contingat* (lege, contingant) *ſequentia ſecuritati: qui enim ignorat, ignorabitur.* Trium Capitulorum Defenſores injuſte de negligentia Bonifacii queſti. 1. Corinth. 1. 14.

X. *Non ſufficit tibi quod pro te ipſo ſollicitus ſis, qui multorum curam ſuſcepiſti; cui enim plus creditur, plus ab eo exigitur. Vigila itaque, quæſo Papa, vigila; & iterum dico vigila, quia forte non bene vigilavit.* (5.) *Vigilius, quem caput ſcandali iſti clamant, qui vobis culpam inniciunt. Vigila primo pro fide, deinde pro operibus fidei jubendis, vitiiſque calcandis, quia tua vigilantia multorum erit ſalus, ſicut e contrario tua ſecuritas multorum erit vaſtatio. Mittat te Iſaias in montem, qui evangelizas Sion; imo per Iſaiam Deus, juxta tui nominis interpretationem, in ſpeculam veræ contemplationis ponat; in qua, quaſi cunctis mortalibus altior poſitus, vicinuſque Cæleſtium effectus, exaltans quaſi tuba vocem tuam annuncies populo Domini tui, tibi ab eo commiſſo, peccata eorum, & domui Jacob iniquitates eorum. Noli timere culpam mendacii; habes enim quod annunciare debeas: multi enim, quod gravius eſt, per ſecuritatem Paſtorum in his Regionibus dejecti ſunt, & multi per proſperitatem infeliciſſimæ abundantiæ decepti ſunt. Inde quia juxta minas Domini, ſanguis Sanctorum de manibus requirendus erit Paſtorum, vigilandum eſt diligenter, ideſt prædicandum eſt frequenter Verbum Domini a Paſtoribus ſc. Eccleſiæ, Speculatoribus, & Magiſtris, ut nullus pereat per ignorantiam. Si enim per ſocordiam perierit, ſuus ſanguis in ſuum caput reputabitur. Sed cur hæc mordacius diu omnibus nota commemoraverim, in ſubiectis ſubnectam.* Invehitur Columbanus in negligentiam Paſtorum. Iſa. 40. Iſa. 58.

XI. *Faciunt enim & hæc ad propoſita ſuggeſtionis primæ genera: ligata namque ſunt ſimul utraque: ex his enim pendent illa; & ideo iſta primum amputanda ſunt; non enim curat de errore, qui non curat de religione. Hinc namque totus conſiſtit agon, hic tota ſtat cauſa;* hic ille *gladius bis acutus* pertingens uſque ad diviſionem carnis Errores & vitia inter ſe connexa.



*Sancta fides merito, vitæ clementia Patris*
*Spem certam hanc famulos juſſit habere ſuos.*
*Ann. Eccl. Tom. XI.*

Hic requieſcit Bonifacius junior, qui ſedit annos ſex, menſes octo, dies duodecim, depoſitus eſt octavo Idus Maii, imperante domino Heraclio anno ejus quinto.

R Ex-

PAGIUS nis & animæ, compagum, medullarum, qui eſt diſcretor cordis, & cogitationum, *uſque ad os debet ſecare nervos. Hinc ſale Divino ſermo noſter conditus* (lege condiendus) *eſt; omne nempe ſacrificium ſale aſpergi præceptum eſt. Hinc ſcintillæ de igne illo Divino, quem Dominus in terram mittere venit, deſcendentes comburant lignum, fœnum, ſtipulam, quæ male ſuperædificantur a multis* ſuper fundamentum. *Hoc admirandum, cur toties ſuperædificamur Chriſtiani, præter quod* nemo aliud poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Jeſus Chriſtus? *Heu quanta gehennæ fomenta ubique præparantur de his infelicibus Ædificiis, ſuper quæ comburenda, ſermo ille ſcintillans Domini deſcendens de incendii illius ſemper vivi immenſitate cecidit dicendo:* „Attendite vobis, ne forte aggraventur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis hujus vitæ, & ſuperveniat in vos dies illa repentina; tanquam laqueus enim ſuperveniet in omnes qui ſedent ſuper faciem univerſæ terræ. *Vides quo terrore Dominus noſtrum ſoporem, ac noxium teporem ad vigilantiam ſuſcitat, ne imparati inveniamur. Ideo ego dixi: Papa vigila, tempus eſt de ſomno ſurgere, Dominus appropinquat, & prope jam in fine conſiſtimus inter tempora periculoſa. Ecce, conturbantur gentes, inclinantur Regna; ideo cito dabit vocem ſuam Altiſſimus, & movebitur terra.* Apoc. 4. Hebræ. 4. I. Corinth. 2. Luc. 21.

XII. *Columbanus Bonifacium IV ad vitia & errores eradicandos ſtimulat.* *Ego quaſi timidus, dum non ſim fortis bellator, quia hoſtem adverſariorum circumdediſſe nos video, Te licet importunis clamoribus tanquam Ducum Principem ſuſcitare conor; ad Te namque totius exercitus Domini, in campo potius torpentis; quam pugnantis; & partim,* (quod *lacrymabilius eſt*) *adverſariis potius manus dantis, quam reſiſtentis, periculum pertinet. Te totum expectat, qui poteſtatem habens omnia ordinandi, bellum inſtituendi, Duces excitandi, arma corripi jubendi, aciem conſtruendi, tubas undique ſonandi, certamen demum, Te in fronte gradiente, ineundi. Quia væ, diu, ut apparet, in hac Regione, in hoc ſpirituali bello victi ſumus, etiam Chriſtiani, vitiis primum carnalibus; ac pompoſa converſatione; deinde fidei vacillantis tepore, qua infirmata, inimicis noſtris, dum non ſenſibus, circumdati ſumus triplicibus; qui dati ſunt nobis ad vindictam noſtræ luxurioſæ ſecuritatis. Omnium enim malorum cauſa eſt cæca proſperitatis ſecuritas. Miror, fateor, talem ſecuritatem; & unde hic lethalis ſopor totos pene cooperit; neſcio quæ corda, quæ aures, qui ſenſus, quos nequaquam ignita ipſius Domini verba ſuſcitaverunt ad vigilantiam Zeli jugiter ferventis, ad contemptum mundi, ad paupertatem Chriſti, ſicut multas gentes ita aſſeruerunt* (ideſt, complantarunt, ſeu conjunxerunt).

XIII. *Dicit Columbanus ſe Longobardorum Regis juſſu hæc ad Pontificem ſcribere.* *Ego enim de extremo mundo veniens, ubi bella Domini præliari ſpirituales Duces conſpexi, & ſperans in antea videre fortiores, peritioreſque hujus ſancti conflictus Duces; & ita inveniens, ac ſiquidam campi bellrci ruſcidus cadaverum, ac madidus poſt pugnam contemplator Crucidus,* (ideſt conſperſus ſeu rubricatus ſanguine cæſorum; ut verba, quæ immediate habet Columbanus, inſinuant), *ſtupeo, & dolens ac timens, ad Te tantum, qui unica ſpes de Principibus es, per honorem potens Petri Apoſtoli Sancti, reſpiciens plango tanti exercitus ſtragem. Sed quia fragilis ingenii cymba non tam in altum, juxta verbum Domini ducta eſt, quam adhuc in uno hæreat loco,* (*non enim charta totum comprehendere poteſt, quod animus variantibus cauſis, Epiſtolæ anguſtiis concludere voluit, dum a Rege cogor, ut ſingillatim ſuggeram tuis piis auribus ſui negotium doloris: dolor namque ſuus eſt* (6.) *Schiſma populi pro Regina, pro filio, forte & pro ſe ipſo: fertur enim dixiſſe, ſi certum ſciret, & ipſe crederet. Redeamus ad librum, quem juxta ripam dimiſimus* (ideſt ad propoſitum redeat oratio). Luc. 4.

XIV. *Columbanus Bonifacium IV urget ut Schiſma Trium Capitulorum profliget.* *Ne igitur hoc fune erroris longiſſimo liget latro antiquus homines, cauſa Schiſmatis incidatur, quæſo, confeſtim a Te cultello quodammodo Sancti Petri, ideſt, vera in Synodo fidei confeſſione, & Hæreticorum omnium abominatione, ac anathematizatione, ut mundes Cathedram Petri ab omni errore,* (*horrore*, hæc vox videtur intruſa) *ſi quis eſt, ut aiunt, intromiſſus; ſi non, puritas agnoſcatur ab omnibus. Dolendum enim ac deflendum eſt, ſi in Sede Apoſtolica fides Catholica non tenetur, ſed ut totum dicam,* (*ne adulari ultra fas, etiam Vobis videar*) *dolendum quoque eſt, quod non Vos priores pro Zelo fidei, ut decebat, parte a vobis recedente* (ideſt fidelium & maxime ipſius Bonifacii Comprovincialium, ideſt, Italorum, ratione Schiſmatis) *utpote qui poteſtatem legitimam habuiſtis, continuo oſtenſa prius Veſtræ fidei puritate condemnaſtis, nec excommunicaſtis; quare* (ideſt, quod, aut quia) *vel infamare auderet fidei Orthodoxæ Sedem principalem. Scitis enim quam ſæva animadverſione a Patribus in Synodo Nicæna Sancta damnati ſunt innocentium criminatores. Sed hæc dicens, non neſciens multas eſſe cauſas in multitudine clamoſa, & acuta, tumultuoſa, quæ non permittunt hæc ad purum uſque inveſtigari; non quia crederem, ſed quia nunc fieri debeant, dixi. Si qui ſunt rebelles contra veritatem veſtri Comprovinciales, tantum culpa includat hos; non enim ignem ſtare poteſt os farina, aut aliqua materia plenum: omnis enim res læditur aliena contrarietate.*

XV. *Columbanus a Schiſmaticis deceptus de Bonifacii fide dubitat.* *Idcirco precor Vos pro Chriſto, ſubvenite famæ veſtræ, quæ laceratur inter gentes, ne perfidiæ veſtræ reputetur ab æmulis, ſi amplius taceatis. Nolite itaque amplius diſſimulare, nolite tacere; ſed potius emittite vocem veri Paſtoris, quam agnoſcunt ſuæ oves, quæ alienorum vocem non audiunt, ſed fugiunt ab eo. Ego inſtigo Vos, meos Patres & proprios Patronos ad depellendam confuſionem de facie filiorum Veſtrorum ac diſcipulorum, qui pro vobis confunduntur, & quod his majus eſt, ut caligo ſuſpicionis tollatur de Cathedra Sancti Petri. Inde Conventum coge, ut ea, quæ Vobis obiiciuntur, purgetis: non enim luſus currus Vobis obiicitur* (ideſt, non aliquid parvi momenti Vobis obiicitur). *Hæreticorum enim receptio* (7.) *ut audio Vobis reputatur, quod abſit credi verum fuiſſe, eſſe, vel fore. Dicunt enim Eutychen, Neſtorium, Dioſcorum, antiquos, ut ſcimus, Hæreticos, a Vigilio in Synodo, neſcio quam* (lege, qua) *in Quinta receptos fuiſſe. Ecce cauſam totius, ut aiunt ſcandali: ſi & Vos ſic recipitis, ut dicitur,* Joann. 10.

*aut*

Extat ibidem ejuſdem Bonifacii alia ejuſmodi ſepulcralis inſcriptio:

*Gregorio quartus jacet hic Bonifacius almus.*
*Hujus qui Sedis fuit æquus rector, & ædis.*
*Tempore qui Phocæ cernens templum fore Romæ.*
*Delubra cunctorum fuerant quæ dæmoniorum.*
*Hoc expurgavit ſanctis cunctiſque dicavit,*
*Cujus natalis ſolemnia qui celebratis*
*Primis Septembris ferte hoc lux quarta Kalendis.*

Hæc ibi.

Sed quod habet de menſe Septembris, non ad obitum refertur, ſed ad creationem, quæ natalis dici & celebrari antiquitus conſuevit, licet ex Anaſtaſio ſuperius dictum ſit, ipſum creatum die decimaoctava Septembris. ☞

Deuſdedit Papa creatus.

Cumque poſt obitum vacaſſet ſedes menſes quinque & dies duodecim, Deuſdedit Romanus filius Stephani, ex ſubdiacono creatur Romanus Pontifex decimatertia die Novembris. Hæc ex Anali.

PAGIUS

Rom. 14. 23.

*aut ſi & ipſum Vigilium ſcitis ſic infectum defunctum fuiſſe, quare illum contra conſcientiam recitatis?* Omne enim quod non eſt ex fide, peccatum eſt. *Jam Veſtra culpa eſt, ſi vos deviaſtis de vera fiducia,* (ideſt de fide Catholica & Orthodoxa, ut ex ſequentibus liquet) *& primam fidem irritam feciſtis, merito veſtri juniores Vobis reſiſtunt* (8.), *& merito Vobiſcum non communicant, donec prædictorum memoria deleatur, & oblivioni tradatur. Si enim hæc certa magis quam fabuloſa ſunt, verſa vice filii veſtri in caput converſi ſunt, Vos vero in caudam, quod etiam dici dolor eſt; ideo & veſtri erunt Judices, qui ſemper Orthodoxam fidem ſervaverunt, quicumque illi fuerint, etiamſi juniores veſtri videantur. Ipſi autem Orthodoxi, & veri Catholici* (ideſt, ſunt) *qui neque Hæreticos, neque ſuſpectos aliquos aliquando receperunt, neque defenderunt, ſed in Zelo vero fidei permanſerunt,*

XVI. Ex quorumdam errore univerſam Eccleſiam affligi neceſſe eſt.

*Si igitur & iſti tales non tales ſint, ut Seniores ordine, culpa tamen Majores judicent, certatim invicem veniam pro tam longa diſcordia poſtulantes, & utrique nullum contra rationem defendentes, nec Vos hæreticos, nec illi ſuſpectos; quo utrique celerius concordate. Sed indulgete mihi talia conflagroſa loca tractandi, ſi qua forinſecus verba aures pias offenderunt, quia conſequentiæ* (legendum, conſequentis) *ratio hiſtoriæ nihil me de quæſtione præterire permittit, & libertas paternæ conſuetudinis, ut ita dicam, me audere ex parte facit. Non enim apud nos perſona, ſed ratio valet; amor autem Pacis Evangelicæ totum me dicere cogit, ut Vobis ſit ſtupor ambobus, qui unus chorus eſſe debuiſtis,* (&) *magnitudo ſollicitudinis meæ pro concordia,* (&) *pace Veſtra.* (Ideſt, ut utraque pars, nempe Vigilius, & qui ab eo receſſerant, mirentur ſollicitudinem meam pro concordia & pace veſtra: videtur enim ibi intelligenda conjunctio.) *Si enim patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.*

I Corinth. 12.

*Non enim, ut ante dixi, devincti ſumus Cathedræ Sancti Petri; licet enim Roma magna eſt, & vulgata; per iſtam Cathedram tantum apud nos eſt magna & clara. Quamquam enim Auſonici decoris, ac ſi auguſtiſſimum quoddam ac ætheris procul ſejunctum climatibus promiſcuis, Urbis quondam conditæ nomen, nimio favore omnium prope gentium, totis per Orbem, uſque in Occidua tranſmundialis limitis loca, triundalibus ſaltuatim, licet hyperbolice pelagi verticibus undique conſurgentibus* (*mirum dictu!*) *non prohibentibus longe lateque vulgatum eſt: ex eo tamen tempore quo Deus & Dei filius eſſe dignatus eſt, ac in duobus illis ferventiſſimis Dei Spiritus equis, Petro ſcilicet & Paulo Apoſtolis* (*quorum chara pignora Vos felices fecerunt*) *per mare gentium equitans, turbavit aquas multas, & innumerabilium populorum millibus multiplicavit quadrigas ſupremus ipſe auriga currus illius, qui eſt Chriſtus, Pater verus agitator Iſrael, trans Euriporum, reuma, trans Delphinum dorſa trans urgeſcentem Drodantem, ad nos uſque pervenit*

XVII.

*Ex tunc Vos magni eſtis & clari, & Roma ipſa nobilior & clarior eſt: & ſi dici poteſt propter Chriſti geminos Apoſtolos* (*dico ipſos cœlos a Spiritu Sancto dictos, Dei gloriam enarrantes, de quibus fertur*: In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba illorum) *vos prope Cæleſtes eſtis, & Roma Orbis terrarum caput eſt Eccleſiarum, ſalva loci Dominicæ Reſurrectionis ſingulari prærogativa.*

Novis rationibus Bonifacium IV. urget, ut diſcordiis finem imponat.

Pſalmo. 18.

*Et ideo ſicut magnus honor Veſter eſt pro dignitate Cathedræ, ita magna cura Vobis neceſſaria eſt, ut non perdatis Veſtram dignitatem propter aliquam perverſitatem. Tandiu enim poteſtas apud Vos erit, quandiu recta ratio permanſerit: ille enim certus Regni cœlorum Clavicularius eſt, qui dignis per veram ſcientiam aperit, & indignis claudit. Alioquin ſi contraria fecerit, nec aperire nec claudere poterit. Cum hæc igitur vera ſint, & ſine ulla contradictione ab omnibus vere ſapientibus recepta ſint* (*licet omnibus notum eſt*) *& nemo* (ſit) *qui neſciat qualiter Salvator noſter Sancto Petro Regni cœlorum contulit claves, & Vos per hoc forte ſuperciliosum neſcio quid præ cæteris Vobis majoris auctoritatis, ac in divinis rebus poteſtatis vindicatis, noveritis minorem fore poteſtatem Veſtram apud Dominum, ſi vel cogitatis hoc in cordibus veſtris, quia unitas fidei in toto Orbe unitatem fecit poteſtatis, & prærogativæ; ita ut libertas veritati ubique ab omnibus detur, & aditus errori ab omnibus ſimiliter abnegatur; quia confeſſio recta etiam Sancto privilegium dedit Claviculario, communi omnium Nonno* (hauſit Columbanus hanc vocem a regula S. Benedicti cap. 62. ubi dicitur: Juniores Priores ſuos *Nonnos*, vocent, quod intelligitur paterna reverentia. Ita ibi), *liceat etiam Junioribus veſtris ſollicitare vos pro zelo fidei, pro amore pacis, pro Eccleſiæ unitate communis matris, quæ nimirum intra viſcera more Rebeccæ, diſcerpitur materna, & dolet pro rixa, ac inteſtino bello filiorum ſuorum, & mœſta luget diviſionem viſcerum ſuorum. Lachrymis in his opus eſt magis quam verbis.*

XVIII. Iterum pacem inculcat Columbanus.

*Quomodo prævaluit inimicus Chriſtiani nominis poſt filii Dei viva verba poſt Evangeliorum plenitudinem, poſt Apoſtolicam doctrinam, poſt neothericam Orthodoxorum Auctorum ſcripturam, qui de Novo ac Veteri ſacramenta fidei diverſo ſermone aperuerunt, Corpus Chriſti dividere & membra ſeparare, & ipſius filii Dei Salvatoris mundi tunicam ſcindere, quæ eſt unitas? Tuum eſt hoc artificium, Diabole, quem Chriſtus pax noſtra, qui fecit utraque unum, vincat. Ideo cito, chariſſimi, concordate & convenite in unum, & nolite contendere pro antiquis litibus; ſed magis tacete & æterno ſilentio & oblivioni eas tradite; & ſi quæ dubia ſunt, Divino judicio reſervate. Quæ autem manifeſta ſunt, de quibus homines judicare poſſunt juſte ſine perſonarum acceptione judicate; ſitque judicium pacificum in portis veſtris, & agnoſcite vos invicem; ut ſit gaudium in cælo & in terra pro pace & conjunctione veſtra; Quid vobis aliud defendere præter fidem Catholicam, ſi veri Chriſtiani eſtis utrique? Non enim ego poſſum ſcire, unde Chriſtianus contra Chriſtianum de fide poſſit contendere; ſed quidquid dixerit Orthodoxus Chriſtianus, qui recte*

Epheſ. 2.







PAGIUS

*Dominum glorificat, reſpondebit alter Amen; quia & ille ſimiliter amat & credit. Unum itaque omnes dicite & unum ſentite, ut utrique unum ſitis toti Chriſtiani.*

XIX. Ex his patet, Columbanum non vidiſſe Acta V Synodi.

*Nam ſi, ut audivi, aliqui in Chriſto duas ſubſtantias non credunt, Hæretici potius, quam Chriſtiani credendi ſunt; Chriſtus enim Salvator noſter verus Deus, æternus ſine tempore, & verus homo abſque peccato ex tempore eſt, qui juxta Divinitatem coæternus eſt Patri, & juxta humanitatem junior eſt matre. Qui natus in carne nequaquam deerat cœlo; manens in Trinitate vixit in mundo. Et* (9) *ideo ſi ſcriptum eſt in V. Synodo, ut quidam mihi dixit, quod qui duas ſubſtantias adorat, orationem ſuam diviſam habeat, ille diviſus eſt a Sanctis, & ſeparatus eſt a Deo, qui ſcripſit. Nam nos pro unitate perſonæ, in qua complacuit plenitudinem Divinitatis inhabitare corporaliter, unum Chriſtum credimus, Divinitatem ejus & humanitatem; quia qui deſcendit ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cælos ut adimpleret omnia.*

Epheſ. 4.

*Si quis aliter de Incarnatione Domini ſenſerit, hoſtis eſt fidei & abominandus eſt omnibus Chriſtianis ac anathematizandus, cujuſcumque ordinis, aut ſtatus, aut gradus fuerit; nullus enim ad injuriam Dei hominem honorare debet. Ideo quæſo vos pro Chriſto nulli parcite, qui vos a Chriſto ſeparare tentaverit; ſed potius ei in faciem reſiſtite, ſi quis nolens recte credere, Vos a fide Catholica revocare voluerit.*

XX. Iterum aſſerit ſe juſſu Longobardici Regis hæc cribere.

*Date quæſo, veniam mihi nimis injurioſo aſperoque cuidam loquaci, qui de tali cauſa aliter ſcribere non potui. Dum enim veritati per omnia placere volui, azima cum amaritudine non neſciens comedenda, ſoli Deo ſervivi, qui eſt benedictus in ſæcula. Ego germanitatem meam probavi & zelum fidei meæ, dum malui reprehenſoribus locum dare, quam in tali cauſa os, quamvis ineruditum, non aperire. Idcirco quamvis triſulcus arcuato vulnere ſcorpius inſurgat in his, de quibus ſcriptum eſt, extendere linguam ſuam, ſicut arcum mendacii; qui nova quæque, licet epicroca judicant, copes nimirum effecti, hyperbolice; quique oliginoſis celotes, palearibus, ſcriptis quibuſque non lepidis, invidæ refragationis ſemper opponunt pellaces; ſed quando Rex gentilis* (ideſt indigena, ſeu qui de gente ac terra eſt) *peregrinum ſcribere Longobardus* (nempe Rex Agilulfus) *Scotum hebetem rogat, quando unda torrentis antiqui retro redundat, quis non mirabitur potius quam calumniabitur? Ego tamen non trepidabo, neque in cauſa Dei linguas hominum formidabo, quæ frequentius mentiuntur, quam vera loquuntur; cum potius verecundiæ reſiſtendum, quam ignaviæ ſubiiciendum ſit, ubi neceſſitas cogat.*

XXI.

*Igitur, ut ad id loci regrediar, unde digreſſus ſum, rogo Vos, quia, multi dubitant de fidei Veſtræ puritate, ut cito tollatis hunc nævum de Sanctæ Cathedræ claritate; non enim decet Romanæ Eccleſiæ gravitatem, hæc inſtantis levitatis fama, ut qualibet vi poſſit moveri a ſoliditate veræ fidei pro qua tot Martyres Dei ſuum ſanguinem fuderunt, malentes mori, quam convelli. Nunquid enim ſi in noſtris temporibus perſecutio venerit ultima ſquamnæ illius inviſæ, cujus corium vix univerſæ naves poterunt portare, non uſque ad ſanguinem reſiſtemus adverſus peccatum repugnando, ſicut Patres noſtri fecerunt, Apoſtolos dico, & tot Martyres? Si gravis fuit perſecutio in initio fidei, quanto magis in fine, de quo Dominus dicit:* „ Putaſne veniens filius hominis inveniat fidem in terra? *Et iterum:* „ niſi breviati fuiſſent dies illi, non fieret omnis caro ſalva. *Felix quem mors ante tollat, quam infirmus neget. Dicit tamen electos ibi futuros, de quibus nimirum prædixit diſcipulis ſuis:* Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. *Cum itaque electi futuri in diebus illis periculoſioribus cæteris, ante etenim* (loco, etenim, legendum etiam) *ac retro incomparabilibus, ſuſtinebunt, Domino roborante, majora: cur nos in tutioribus adhuc ac ſecurioribus, vel pro fide noſtra, qua Ethnicis ac Judæis, ac Hæreticis differimus, non ſuſtinebimus, Domino adiuvante minora.* (Supra ſquamnæ nomine intelligit Antichriſtum, ut colligitur ex locis Scripturæ poſtea citatis, de illo a Sanctis Patribus explicatis.)

Exemplo perſecutionis initio Eccleſiæ motæ omnem perſecutionem contemnendam dicit.

Lucæ 18.

Matthæi 24.

XXII. Rogat Bonifacium IV. ut tam diuturno bello finem imponat.

*Sed talia ſuadenti, utpote torpenti actu, ac dicenti potius, quam facienti mihi,* Jonæ *Hebraice,* Periſteræ *Græce,* Columbæ *Latine, potius* (forſan tamen) *tantum veſtræ idiomate linguæ nancto* (forſan nuncupato) *licet priſco* (deeſt aliquod verbum) *inter Hebræo nomine, cujus & pene ſubivi naufragium, veniam quæſo ſicut ſæpe rogavi, date;* quia neceſſitate magis quam cenodoxia ſcribere coactus ſum, dum quidam literis ſuis, quibus me *primo pene ingreſſu in hujus regionis terminos arripuit, vos mihi cavendos, tanquam in Neſtorii ſectam decidentes, ſignificavit. Cui attonitus reſpondi in brevi, ut potui, non credens ſuæ allegationi: ſed ne ullo modo veritati eſſem contrarius, juxta ſuam Epiſtolam & juxta meam bonam de Vobis æſtimationem* (*ego enim credo ſemper columnam Eccleſiæ firmam eſſe in ramo*) *reſponſum variavi, quod Vobis direxi relegendum, ac concertandum, ſicubi contra veritatem venit; non enim me inter irreprehenſibiles profiteri audeo. Poſt hanc autem ſcribendi occaſionem, inſuper Regis inſiſtit juſſio Agus* (legendum Agilulfi): *cujus poſtulatio me in ſtuporem ac in ſollicitudinem poſuit multiplicem: quippe quia non ſine miraculo reor eſſe quod video. Reges namque Arianam hanc labem in hac diu regione, calcando fidem Catholicam, firmarunt; nunc noſtram rogant roborari fidem. Forte Chriſtus pio* (adde oculo) *nos nunc reſpicit, cujus favore omne naſcitur bonum. Nos valde miſeri ſumus, ſi noſtra de parte ſcalon amplius fiat. Rogat itaque Rex, rogatque Regina, rogant Te toti, ut quam celerrime poſſit fieri, fiant omnia unum, fiat ut patriæ pax, pax fiat mox fidei, ut toti deinceps, grex unus, fiat Chriſti, Rex Regum, Tu Petrum, Te tota ſequatur Italia. Quid ſuavius pace per* (legendum poſt) *bella? Quid dulcius conjunctione fratrum, diu ſeparatorum?* Finis Epiſtolæ valde depravate deſcriptæ ad rem noſtram non facit.

naſtaſio. Ut autem Subdiaconus Romanus Pontifex crearetur, tunc primum accidit abſque majorum exemplo: ut plane in clero magnas fluctuationes concitatas eſſe, ſit argumento. ☞ Verum alia eſt lectio ab hac diverſa, ut dicat, Filius Stephani ſubdiaconi. ☞ Sed ut, omiſſis aliis, Deuſdedit eligeretur, egregia ejus id ſanctitas præſtitit, qua mirifice inter tot tenebras illuſtratus emicuit. Quo

PAGIUS XXIII. *Epiſtola Columbani notis Patricii Flamingi illuſtrata.*

Hæc Epiſtola hoc vel ſuperiori anno, *Agilulphi* Longobardorum Regis juſſu, e Monaſterio Bobienſi a *Columbano* ſcripta, qui ſe numero (1.) ex humilitate *Palumbum* vocat, ideſt columbam ſilveſtrem. (2.) Inſinuat per hæc tempora inter Romanum Pontificem & Italiæ Epiſcopos illos, ut puto, qui Tria Capitula defendebant, fuiſſe aliquam diſcordiam, de qua clarius infra num. XVIII. his verbis: *Agnoſcite vos invicem, ut ſit gaudium in cœlo, & in terra pro pace & conjunctione veſtra*; mox concludens: *Unum itaque omnes dicite, & unum ſentite, ut utrique unum ſitis, toti Chriſtiani,* &c. (3) *Toti Heberi*, hoc eſt, Hiberni, ut ipſemet Columbanus indicat in Epiſtola ſua II. ſub finem, ubi ait: *Unius enim ſumus corporis commembra, ſive Galli, ſive Britanni, ſive Iberi ſive quaque gentes*. Hiberni dicti *Iberi*, ab Ibero flumine Hiſpaniæ. Referunt enim originem ſuam ad *Iberiam* ſive *Heſperiam Antiquam*, hoc eſt, Hiſpaniam. (4.) Schiſma ob Tria capitula in V. Synodo damnata enatum multis poſt *Vigilium* annis, in aliquibus Occidentis Regionibus perduravit, & quidem in Hibernia, & Italia, ut ex hac Divi *Columbani* Epiſtola diſcimus. Qui eo infecti erant, *Vigilium* caput ſcandali inclamaſſe referuntur; qui & *Bonifacium* IV. Sanctiſſimum Pontificem, Hæreticorum receptorem calumniabantur; ad quam calumniam tollendam tota hæc Epiſtola directa. Cæterum non vituperandus *Vigilius*, ſi novis emergentibus cauſis & periculis Schiſmatis, ſæpe ſententiam mutarit; & ſi quæ per *Conſtitutum* ſtatuerat, eadem denuo ad reducendos Orientales Schiſmaticos, Quintæ Synodi approbatione revocarit. Cum enim V. Synodus teſte S. Gregorio lib. 3. Epiſt. 37. nihil contra quatuor Synodos conſtituerit, vel ſenſerit: & in ea de perſonis tantummodo, non autem de fide, actum ſit, & de his perſonis, de quibus in Chalcedonenſi Concilio nihil habetur; potuit *Vigilius* pro remedio tot malorum mutare ſententiam.

XXIV. *Defenſores Trium Capitulorum Bonifacii IV tempore Eccleſiam turbarunt.*

[5.] *Dolor namque ſuus eſt*, &c. Is locus intelligitur de Schiſmate illorum, qui V. Synodum a *Vigilio* & Succeſſoribus probatam impugnare pergebant, idque *Theodolindæ* Longobardorum Reginæ, ipſique Regi, ac *Adaloaldo* filio agendum ſuggerebant, ad quorum calumnias repellendas S. *Gregorius* Reginæ litteras cum Legatis tranſmiſerat, quibus hortabatur, ne imperitorum & malevolorum hominum, contra V. Synodi auctoritatem impoſturis aures præbeat, ipſi & filio *Adaloaldo* V. Synodi exemplaria mittens, ut ipſemet lib. 12. Epiſt. 12. teſtatur. Hujus factionis homines per *Bonifacii* IV. tempora Eccleſiam turbaſſe, ex hac Columbani Epiſtola, & ex Monumentis a Baronio anno DCXXXVIII. numer. IV. recitatis, uſque ad initium Pontificatus Honorii Papæ in Schiſmate perduraſſe intelligimus. Illorum ſuaſionibus *Agilulphum* & Regiam familiam nonnihil fuiſſe ſuſpenſos, inſinuat *Columbanus*, dum ait num. XIII. *Fertur enim Rex dixiſſe*, &c. Ubi notatur ejus hæſitatio, quæ eum movit, ut ſingula per *Columbanum* Pontifici ſuggereret, ut hic clare indicat. [6] *Hæreticorum receptio*, &c. quia enim *Bonifacius* V. Synodum admiſerat, qui *Vigilium* Hæreticorum receptorem & fautorem, ita etiam *Bonifacium* calumniabantur. Porro quod hac ratione *Bonifacium* Hæreticorum receptorem dixerint, conſequentia mox verba demonſtrant: *Dicunt enim Eutychen, Neſtorium*, &c. *Ecce cauſam totius, ut ajunt, ſcandali*. Verum commentum illud a Schiſmaticis confictum erat. Verba *Columbani* manifeſte oſtendunt, eum non fuiſſe de cauſa *Vigilii* & Quintæ Synodi Actis bene edoctum: ubique enim conditionate ac dubitative, ſeu ex aliorum duntaxat relatione loquitur; *Hæreticorum enim*, inquit, *receptio, ut audio*, & iterum: *a Vigilio in Synodo, neſcio quam*, &c. Huc item ſpectant illa verba ejus ad Bonifacium: *Si & vos ſic recepiſtis, ut dicitur*. Nec non & iſta: *Si hæc certa magis quam fabuloſa ſunt.*

XXV. *Bonifacium ipſum de hæreſi criminati ſunt.*

[7] *Merito veſtri Juniores*, &c. poſſunt enim ſubditi reſiſtere Papæ publice in hæreſim lapſo, ex communi Theologorum ſententia. Quare *Bonifacius*, publice hæreſeos inſimulatus erat a Schiſmaticis. Dicit enim *Columbanus* ipſum alloquens: *Hæreticorum enim receptio, ut audio, vobis reputatur*. Et infra: *Multi dubitant de fidei veſtra puritate*. Et quidem hoc manifeſte oſtendit, cum poſtea ſubdit, plures ab ejus communione abſtinuiſſe, quod propter occultam hæreſim fieri minime licuiſſet. Deinde ad calcem Epiſtolæ refert, ſe monitum a quodam, ut ipſum tanquam Neſtoriana infectum hæreſi declinaret. Ex quibus ſatis apparet, falſam illam de *Bonifacio* ſuſpicionem jam tum apud multos fuiſſe vulgatam, & inter alios apud ipſum forſan Longobardorum Regem, qui ſanctum virum ad hæc ſcribenda induxerat. Sed ea nulla veritate fulciebatur, illamque pro falſa ſemper habuit *Columbanus*, ut multa hujus Epiſtolæ loca evidenter declarant. Nam in principio demonſtrat, ſe conſtanter reſiſtere iis, qui *Bonifacium* vel ſuos Hæreticorum receptores clamabant, cum ait: *Ego enim pro vobis promiſi*, &c. Item poſtea alio in loco: *Dolendum eſt, quod non Vos priores pro Zelo fidei*, &c. Ubi videtur reprehendere Pontificem, quod non repreſſerit Schiſmaticos illos vel Hæreticos, qui ipſum & quidem innocentem injuſte calumniabantur: unde ſubdit: *Scitis enim quam ſæva animadverſione in Synodo Romana*, &c. Non multo poſt in eandem ſententiam: *Hæreticorum receptio, ut audio, vobis reputatur, quod abſit credi verum fuiſſe*

NOTÆ [1] Schiſma trium Capitulorum in Hiberniam penetraſſe, neque ex hac S. Columbani Epiſtola, neque ex alio quocumque veteri monumento probari poſſe oſtendimus in Nota ad A. 529. 2. Id autem manifeſte ex eo etiam liquet, quod argumentum Schiſmatis illius adeo ignotum erat S. Columbano, ut de eo cum Pontifice acturus ſcribere ſe dixerit quæ ex auditu, cum in Italiam venit, compererat. Parumque adeo rem norat, ut ex Epiſtola hic a Pagio recitata conſtet de Synodo V. ex qua omnis diſſidiorum origo, nihil vel parum illum noſſe. MANSI



II. Quo pariter anno Eccleſia Anglicana collapſa reſurgit, & majoribus in dies incrementis augetur ac ſtabilitur. Siquidem Rex Adelvaldus filius Edilberthi præter ſpem omnem Chriſtianus effectus, Epiſcopos qui in Galliam fugerant, Mellitum & Juſtum revocavit poſt annum in Angliam. Quomodo autem hæc adeo inexpectata a Deo conceſſa fuerint, a Beda ſic narrantur (a): *Cum vero Laurentius Mellitum, Juſtumque ſecuturus, ac Britanniam eſſet relicturus, juſſit ipſa ſibi nocte in Eccleſia beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, de qua frequenter jam diximus, ſtratum parari. In quo cum poſt multas preces ac lacrymas ad Deum pro ſtatu Eccleſiæ fuſas, ad quieſcendum membra potuiſſet, atque obdormiſſet: apparuit ei beatiſſimus Apoſtolorum Princeps, & multo illum tempore ſecretæ noctis flagellis acrioribus afficiens, ſciſcitabatur Apoſtolica diſtrictione, quare gregem, quem ſibi ipſe crediderat, relinqueret, vel cui paſtorum oves Chriſti in medio luporum poſitas fugiens ipſe dimitteret? An mei, inquit, oblitus es exempli, qui pro parvulis Chriſti, quos mihi in judicium ſuæ dilectionis commendaverat, vincula, verbera, carceres, afflictiones, ipſam poſtremo mortem, mortem autem crucis ab infidelibus & inimicis Chriſti ipſe cum Chriſto coronandus pertuli? His beati Petri flagellis ſimul & exhortationibus animatus famulus Chriſti Laurentius, mox mane facto, venit ad Regem, & retecto veſtimento, quantis eſſet verberibus laceratus, ei oſtendit. Qui multum miratus, & inquirens quis tanto viro tales auſus eßet plagas infligere: ut audivit, quia cauſa ſuæ ſalutis Epiſcopus ab Apoſtolo Chriſti tanta eſſet tormenta plagaſque perpeßus; extimuit multum, atque anathematizato omni idololatriæ cultu, abdicato connubio non legitimo ſuſcepit fidem Chriſti, & baptizatus, Eccleſiæ rebus, quantum valuit, in omnibus conſulere & favere curavit.*

(a) Beda l. 2. c. 9. Laurentii Epiſc. correptio, & Adelvaldi Regis converſio.

III. *Revocantur in Angliam Epiſcopi.*

*Miſit etiam in Galliam, & revocavit Mellitum & Juſtum, eoſque ad ſuas Eccleſias libere inſtituendas redire præcepit. Qui poſt annum ex quo abierant, reverſi ſunt. Et Juſtus quidem ad civitatem Rhofi, cui præfuerat, rediit; Mellitum vero Londonienſes Epiſcopum recipere noluerunt, idololatris Pontificibus magis ſervire gaudentes. Non enim tanta erat ei, quanta patri ipſius regni poteſtas, ut etiam nolentibus ac contradicentibus Paganis, Antiſtitem ſuæ poſſet Eccleſiæ reddere. Verumtamen ipſe cum ſua gente, ex quo ad Dominum converſus eſt, divinis ſe ſtuduit mancipare præceptis. Denique & in monaſterio beatiſſimi Apoſtolorum Principis Eccleſiam ſanctæ Dei genitricis fecit, quam conſecravit Archiepiſcopus Mellitus.* Hæc Beda.

IV. Sed de Britannia in Gallias tranſeat oratio, narratura terribile Dei judicium adverſus improbum Regem Theodoricum, & nefariam Brunichildem Reginam ejus

PAGIUS *iſſe, eſſe, vel fore*. Ubi non tantum innuit, ſe nullam illi commento fidem adhibuiſſe, ſed neque ab alio ullatenus adhiberi debere. Nec his obſtat, quod infra dicit ad Bonificium: *Si & Vos ſic recepiſtis*. Nam loquitur in caſu, quo iſta vera fuiſſent, non quod ipſe pro tunc ita contigiſſe crediderit, ut colligitur ex particula conditionali addita, & his, quæ mox infra ſubdit: *Si enim hæc certa magis quam fabuloſa*, &c. Denique in calce Epiſtolæ hoc expreſſius quod diximus, indicat, cum ait: *Quidam literis ſuis, quibus me primo*, &c. Sed quia nonnulli alii, præſertim Schiſmatici, non ita bene de Bonifacio ſentiebant, falſis Hæreticorum criminationibus ſeducti, Vir Sanctus in hac Epiſtola, Zelo fidei commotus, conatur ipſum inducere ad cogendam Synodum, ſeque de ſiniſtra per æmulos ſuſpicione ſuſcitata purgandum.

XXVI. *Columbanus non bene edoctus de geſtis in Synodo V.*

(8.) *Ideo ſi ſcriptum eſt in V. Synodo*, &c. Merito aſſerit Vir Sanctus, eum qui illa verba ſcripſit, diviſum eſſe a Sanctis & ſeparatum a Deo, in unitate Perſonæ, Divinam humanamque Chriſti naturam devote profeſſus. Sed inde liquet, eum de Actis in V. Synodo non ſatis inſtructum, vel ſaltem depravata exemplaria nactum eſſe; cum error iſte de una in Chriſto ſubſtantia ejuſque auctor Eutyches non ſemel in V. Synodo damnatus reperiatur. Ita Patricius Flamingus, qui anno 1637. Opuſcula Columbani in lucem emiſit, & notis illuſtravit. Illud valde dolendum eam Epiſtolam variis in locis depravatam ad nos perveniſſe: ex ea enim diſcimus quæ hactenus omnes latuerant.

XXVII. *Eadbaldus Rex fit Chriſtianus.*

Ad num. II. *Eadbaldus* Cantii Rex, qui poſt Sancti *Ethelberti* patris mortem Chriſtianam Religionem amplexus eſt, revocavit *Mellitum* & *Juſtum*, quos antea expulerat, *qui poſt annum ex quo abierant, reverſi ſunt*, inquit Beda lib. 2. cap. 6. Quare cum *Ethelbertus* anno DCXVI. ad Deum migrarit, Mellitus & Juſtus anno DCXVII. in Britanniam rediere.

XXVIII. *Moritur Theodoricus Burgundiæ & Auſtriæ Rex.*

A. num. IV. ad XII. poſt *Theodeberti* Auſtraſiæ Regis mortem, quæ anno DCXII. contigit, *Clotarius* II. Neuſtriæ Rex, ſicuti inter ipſum & *Theodoricum* Burgundiæ Regem, antequam hic adverſus *Theodebertum* bellum moveret convenerat Ducatum *Dentelini* a Theodeberto quondam ſibi ereptum, in Ditionem ſuam celeriter redegit. Erat Ducatus *Dentelini* Regio inter Sequanam & Iſaram ac Oceanum jacens. Verum *Theodoricus*, qui *Clotharium* inani pollicitatione præmii a ſocietate *Theodeberti* ſolummodo avertere voluerat magna indignatione accenditur, & Ducatum *Dentelini*, velut partem Auſtriæ ſibi ademptum a *Clotario* poſtulat, *anno Regni ſui XVIII.* inquit Fredegarius in Chronico cap. 38. Jamque copiæ iter faciebant contra *Clotarium*, cum Theodoricus *profluvio ventris moritur*, ideoque non hoc anno, ut putavit Baronius, neque an DCXII. ut arbitratus eſt Hadrianus Valeſius lib. 17. Rer. Franc. ſed anno ſexcenteſimo decimo tertio, cujus initio cœpit annus XVIII. Theodorici Regis, qui *Divinitus percuſſus inter flagrantis ignis incendia mortuus eſt*, inquit Jonas in Vita Sancti Columbani num. 58. in genere mortis diſſentiens

ejus aviam, qui poſt alia peccata deformia ( ut vidimus ) addiderunt ut bellum excitarint adverſus Dei ſervos: nam poſtquam S. Deſiderium Epiſcopum Viennenſem occidendum curarunt, & S. Columbanum e ſuo regno longius expulerunt: aliud etiam nefandum ſacrilegium his additum eſt ab impia femina: etenim virum ſanctiſſimum necandum juſſit Delfinum Epiſcopum Lugdunenſem, ut Beda teſtatur ( *a* ), qui dum agit de Vvilfridi in Urbem peregrinatione, hæc ait: *Cum menſes aliquot in ſtudiis occupatus felicibus exegiſſet, rediit ad Delfinum in Galliam, & tres annos apud ipſum commoratus, attonſus eſt ab eo, & in tanto habitus amore, ut hæredem ſibi illum facere cogitaret: ſed ne hoc fieri poſſet, Antiſtes crudeli morte peremptus eſt, & Vvilfridus ad ſuæ potius, hoc eſt, Anglorum gentis Epiſcopatum reſervatus. Nam Brunichilda Regina, miſſis militibus, Epiſcopum juſſit interfici: quem ad locum quidem, in quo decollandus erat, ſecutus eſt Vvilfridus clericus illius, deſiderans cum eo ( tametſi ipſo multum prohibente ) pariter occumbere. Sed hunc ubi peregrinum atque oriundum de natione Anglorum cognovere carnifices, pepercere illi, neque eum trucidare cum ſuo voluere Pontifice.* Hæc Beda. Riſimus autem recentiorem auctorem, qui conatus eſt eamdem Brunichildem excuſare, Aethiopem lavans, quæ ab omnibus hiſtoricis hujus temporis ſacrilega, ſanguinaria, & ubique nefaria conclamatur: neque enim Gregorii laudes crimina poſtea commiſſa purgant. Jam vero ubi completa eſt iniquitas ejus, adfuit tempus ut ejuſdem S. Columbani ſæpius repetitum vaticinium impleretur, quo prædixerat fore ut intra triennii temporis ſpatium Clotharius totius Galliæ regno potiretur.

( *a* ) *Beda l. 5. c. 20.*

Delfinus Epiſ. Lugdun. occiditur.

V. Theodorici Regis Francorum interitus.

Jam accepiſti anno ſuperiori, bello victum a fratre Theodorico Theodobertum e medio internecione eſſe ſublatum anno regni ſui decimoſeptimo, quem ſuperiorem annum fuiſſe, ex ipſius regni exordio ſatis exacte ſuperius eſt demonſtratum: cum vero uno amplius anno Theodoricum regnaſſe majores tradant, utique hoc anno ipſum finem impoſuiſſe regnandi, dicere opus eſt. Quem quidem fulmine ictum interiiſſe, Jonas ( *b* ) Abbas ſui temporis hiſtoriam ſcribens teſtari videtur: veneno autem necatum dolo Brunichildis aviæ ob inimicitias poſt obitum Theodoberti ortas teſtatur Aimoinus ( *c* ), refertque aliorum ſententiam dicentium eum ex hac vita ereptum dyſenteriæ morbo, decimooctavo regni ſuo anno. Sed accipe quæ Jonas de ejus interitu habet, & addit de vindicta Clotharii in Brunichildem divini judicii ſeveritate vibrata. Ubi enim de Theodoberti obitu egit, iſta mox ſubdit: *Porro Theodoricus penes Metenſe morans oppidum, divinitus percuſſus, inter flagrantis ignis incendia mortuus eſt. Poſt quem Brunichildis filium ejus Sigebertum in regnum ſuffecit.*

( *b* ) *Joan. in Columb. c. 28.*

( *c* ) *Aimoin. l. 3. c. 100.*

VI.

Antequam autem reliqua proſequamur, non prætereamus de hoc Sigeberto filio Theodorici in Regem provecto egregium facinus, quod hoc tempore, ipſo exordio ejuſdem regni accidit: ſcribit id Uvalfridus Strabo magni nominis ſuæ ætatis auctor in rebus geſtis S. Galli Abbatis, de virgine ejuſdem Regis ſponſa, Fridiburga nomine, a S. Gallo a dæmone liberata, & Deo dedicata, dignum quidem memoria exemplum, quod intexatur Annalibus. Ubi enim de virgine ornata narrationem abſolvit, hæc auctor: ( *d* ) *Non multis evolutis diebus, volens Rex*

( *d* ) *Apud Sur. 16. Octobr. c. 21.*

PAGIUS tiens a Fredegario & hic ab Aimoino, qui lib. 3. cap. 100. ſcribit, Theodoricum *dyſenteriæ morbo* periiſſe. Vixit *Theodoricus* annos viginti ſex, regnavitque annos XVIII. incompletos. Reliquit quatuor filios, *Sigibertum*, *Childebertum*, *Corbum*, & *Meroveum*. Fallitur enim Jonas laudatus, quando ait, Clotarium cepiſſe Sigibertum, *fratreſque ejus quinque*, hoſque ſeparatim peremiſſe. Nam præter *Sigibertum*, non fratres ejus quinque, ſed fratres ejus duos cepit *Clotarius Corbum* ſcilicet & *Meroveum*, ac Sigibertus & Corbus ejus juſſu interfecti, vita Meroveo conceſſa ut prodit Fredegarius, cap. 42.

XXIX. *Sigibertus Theodorici filius paucis menſibus in Auſtria regnat.*

Mortuo enim Theodorico Rege *Brunechildis filium ejus Sigibertum in Regnum ſuffecit*, inquit Jonas, cui favet Hermannus Contractus. Imo Fredegarius ipſe in libro primo Chronici publicati ab Henrico Caniſio Tomo 2. Antiq. Lect. diſertis verbis annos CLVI. eſſe dicit, a *Conſtantino & Rufo Coſſ. ad annum primum Regni Sigiberti Regis Francorum, filii Theuderici Regis*. Conſtantinus & Rufus anno Chriſti CDXLVII. Conſulatum geſſere, ideoque anni illi CLVI. integri numerati anno Chriſti ſuperiori terminantur; liquetque non tantum *Sigibertum*, puerum annorum circiter undecim, per aliquot menſes regnaſſe in Auſtria, & erraſſe qui eum inter Francorum Reges connumerari nolunt; ſed etiam Baronium *Theodorici* mortem in præſentem annum male diſtuliſſe. Walafridus Strabo Abbas Augienſis, Ludovici Pii æqualis, in libro de Vita Sancti Galli Abbatis *Sigibertum* hunc de uxore ducenda cogitaſſe ſcribit, traditque Sanctum *Gallum* filiam Gunzonis Ducis nomine *Frideburgam*, Sigiberti ſponſam a dæmonio liberaſſe: cumque Edicto convocati ad nuptias Epiſcopi & Principes eſſent, *Frideburgam* depoſita veſte Regia Monaſticam ſumſiſſe, Cyprianumque Arelatenſem Epiſcopum ſuaſiſſe Regi, ne puellæ votum irritum faceret, cui ipſe morem præſtitit, & *Frideburgam* Monaſterio puellarum in Civitate Metenſi præpoſuit, ut pluribus narrat Baronius ex eodem Walafrido, cui hac in re fidem adhibet. Verum commentum hoc eſſe, pluribus oſtendunt Hadrianus Valeſius laudatus, & poſt eum Cointius anno DCXIV. num. VI. & ſeqq. Walafridus manum admovit calamo poſt ducentos & amplius annos ab obitu Sancti Galli, facileque labi potuit in errorem, cum ad-



*Rex idem puellam ſuis thalamis ſociare, celebri edicto ſacerdotum & principum ſuorum ſenatum nuptiarum præcepit adeſſe ſolemniis. Cumque ſtipatus agmine procerum, introiſſet ubi ipſa manebat, dixit illi: Aſcendamus in palatium: nam nuptiæ paratæ ſunt, ſacerdotes & capita populorum cum benedictionibus congruis advenerunt. Quibus illa auditis, cecidit ad pedes ejus, dicens: Mi domine, quia præterita paſſio ſuo me pondere tabefecit, vires abſorbuit valetudo contraria, & membrorum officia ægritudine ſunt reſoluta: da mihi vel ſeptem dierum inducias, ut aliquatenus virium detrimenta recuperem, & ſic tuis poſſim applicari conſpectibus. Quam petitionem dum Rex pie ſuſciperet, ad palatium remeavit.*

Fridiburgæ virginis dignum facinus.

VII. Ad ſacrum aſylum Fridiburga confugit.

*Tranſactis interea ſeptem diebus, circa matutinum officium, puella cum duobus viris totidemque puellis eccleſiam beati Stephani protomartyris introivit, & ſecedens poſt januas templi, exuit ſe veſtimentis regalibus, & habitum propoſiti ſanctioris aſſumpſit, neſcientibus hoc viris qui pariter cum illa advenerunt. Depoſito ergo terrenæ dignitatis amictu, ſanctimoniæ nitorem cum quodam ſui ſecuta contemptu, acceſſit ad altare, & in faciem proruens, Dominum ſtudioſius adoravit; ac deinde cum ſe erigeret, cornu comprehendit altaris, & hujuſcemodi voces emiſit: B. Stephane, qui ſanguine tuo teſtimonium Chriſto perhibuiſti, deprecationem meam tuis meritis Domino commendato, ut tua interceſſione hodie cor domini mei Regis convertat ſecundum voluntatem meam, ne velamen, quod amore Dei ſuſcepi, auferat de capite meo.*

VIII.

*Viri ergo qui erant cum illa, hæc videntes, venerunt ad Regem, & nunciaverunt ei quæ facta fuerant. Et ille advocans ſacerdotes & quoſdam principes ſuos, cœpit inquirere ab eis, quid ſuper hac re faciendum cenſerent. Cyprianus Arelatenſis Regi reſpondit: Quia ( ut liquido claret ) puella hæc, cum a dæmonio erueretur, hoc ſe voto, quod perfeciſſe videtur, conſtrinxit: cavendum tibi eſt, ne forte, ſi irritum feceris votum ejus, redivivo dæmonum comprimatur incurſu, & ſint illi noviſſima pejora prioribus, tu vero tanti criminis reatum incurras. Rex ergo juſtitiæ tenax, & timore Domini plenus, huic conſilio devotæ mentis pandit aſſenſum: & ingreſſus eccleſiam, fecit afferri veſtem nuptiis præparatam, & coronam ſponſæ nitoribus imponendam. His allatis, dum puellam ad ſe juſſiſſet accedere: ſponſa Dei jam Agni comitatibus hærens, avelli non potuit ab altari; quia ſe timebat de eccleſia protrahendam.*

*Cumque inſtantius aræ cornibus inhæreret, Rex eam ne timeret, admonuit: Hodie, inquiens, per omnia tuæ voluntatis vi-*

PAGIUS adeo remotus eſſet ab illius ætate cujus geſta literis commendabat. Secundo, *Sigibertus*, ut ex Fredegario cap. 21. liquet, in lucem editus eſt anno VII. Regni Theodorici, periitque anno Chriſti DCXIII. ideoque uxori ducendæ impar tunc erat. Tertio, *Sigibertus* paucos menſes regnavit turbatiſſimis temporibus, neque variæ res, quas Walafridus de Sigiberto & Frideburga narrat, bello flagrante, brevique ſpatio geri potuerunt.

XXX. *Duæ de Sigiberto Rege opiniones refelluntur.*

Mabillonius, qui Sæculo ſecundo Benedictino Vitam Sancti Galli a Walafrido ſcriptam recitat, recurrit ad alium Sigibertum, aitque convenire hæc *vel Sigiberto Dagoberti filio ( quemadmodum vetuſta Abbatiæ S. Martini Metenſis Inſtrumenta docent apud Meuriſſium Madaurenſem Epiſcopum in Hiſt. Metenſ. Epiſc. in Pappolo ) vel certe tribuenda eſt Sigiberto ſeu Sigberchto Orientalium Anglorum Regi*, homini bono ac religioſo, qui dudum in Gallia, dum inimicitias *Reduvaldi* fugiens exularet, lavacrum Baptiſmi percepit, *regnante Dagoberto, ut Beda in lib. 3. Hiſt. cap. 18. auctor eſt*. Ita Mabillonius. At Walafridus *Sigibertum Theodorici filium* diſerte appellat cap. 15. Ad hæc Sigibertus Dagoberti filius anno DCXXXIII. vix natus erat, *Theodorus* Eccleſiæ Arelatenſi præerat, & Sanctus *Gallus* vivere deſierat, ut infra oſtendam: neque denique veroſimile eſt, *Sigberchtum* Principem exulem in Civitate Regia *Frideburgam* potuiſſe præferre *Monaſterio Ancillarum Dei, quod in honore B. Petri Principis Apoſtolorum conſtructum eſt in Metenſium Civitate*, quod tamen ſcribit Walafridus cap. 22. Parte alia Trithemius, Hieronymus, Gebuillerus, Wolfangus, Lazius & alii, qui Auguſtiſſimæ Domus Habsburgo-Auſtriacæ Originem a Pharamundo primo Francorum Rege derivarunt, referunt, *Sigibertum* poſt fratrum & patris cædem occulte ſervatum, in Francia Orientali apud cognatos ſuos latuiſſe, & poſt patrui ſui *Theodorici* Regis mortem a Clotario II. Francorum Rege Ducatum *Alamanniæ ſuperioris*, ſive *Helvetiam* accepiſſe, nec diadema & cætera Regni inſignia uſurpare prohibitum eſſe. Verum tota hæc de *Sigiberto* fabula ex dictis corruit, & jam pridem a Franciſco Guillimanno lib. 1. Habsburgiacorum, cap. 4. & a Joanne Seifrido Abbate Zwetalenſi lib. 1. *Arboris Anicianæ* cap. 3. ſolide refutata fuit.

XXXI. *Theodorici Regis familia penitus extincta.*

*Clotarius* Rex Neuſtriæ, qui copias legerat, ut Theodorico pro Denteleni Ducatu bellum minitanti reſiſteret, audita Theodorici morte, *factione Arnulphi & Pippini, vel cæterorum Procerum Auſter ingreditur*, inquit Fredegarius cap. 40. tandemque cum exercitu *uſque Ararem, id eſt, Saogonnam fluvium pervenit. Captis filiis Theodorici tribus, Sigoberto, Corbo, & Meroveo, quem ipſe de fonte excepit; Childebertus fugaciter aſcendens, nunquam poſtea fuit reverſus*, inquit Fredegarius cap. 42. qui addit, Sigobertum & Corbum juſſu Clotarii interfectos, Meroveum in Neptriam perductum, & Brunechildem poſt varia opprobria membratim diſruptam. Anonymus in Appendice ad Marium Aventicenſem, anno ſexcenteſimo viceſimo quarto, quæ acceperat de morte Brunichildis nepotum ac pronepotum ejus ita enarrat: *Per illud tempus diviſa in tribus olim Regnis Francia, in uno a præfato Rege* ( ſcilicet Clotario ) *Franco-*

*videbis effectum. Porro illa inter ſpem & metum poſita, caput ſuper altare reclinans: Ecce, ait, ancilla Domini, fiat mihi ſecundum voluntatem ejus. Rex vero juſſit ſacerdotibus, ut elevarent eam, & ad ſe perducerent: Quo facto, induta eſt, illo jubente, veſte regali, & ſacro velamine coronata. Intuitus autem eam Rex religioſus, dixit illi: Ecce meis te nuptiis præparatam, ſponſi cæleſtis, Domini noſtri videlicet Jeſu Chriſti cedo complexibus. Et dexteram ejus comprehendens, poſuit in altari: deinde eccleſiæ limen excedens, lacrymis abſconditum patefecit amorem. Poſt hæc vocavit eam, & juxta ſe fecit in palatio reſidere, & donis ingentibus honoratam, præfecit monaſterio ancillarum Dei, quod in honore B. Petri principis Apoſtolorum conſtructum eſt in Metenſium civitate, ubi geſta ſunt univerſa quæ proxima narratione retulimus. In his autem omnibus perficiendis ſecuta eſt puella conſilium beatiſſimi Galli, qui eam, Domino auxiliante, a dæmonio liberavit.* Hactenus de Fridiburga filia Gunzonis Ducis, ſponſa vero Sigeberti Regis. In quo glorioſo facinore non minus eluxit pietas Regis, cum religionem ſuis cenſuit affectibus præponendam, quam virginis de contemptis regalibus nuptiis ingens animi fortitudo.

IX. Sed obfuit pio Regi avia Brunichildis a qua poſt Theodorici patris obitum evectus fuerat in Regem: quotquot enim adverſus Brunichildem odium conceperant, in Sigebertum illud penitus convertebant. Obfuit & deteſtabilis vitæ parentis, ut divinitus immiſſa vindicta omnes filios ejus ſecundum ſancti Columbani oraculum cito pertigerit. De his enim Jonas iſta habet (a): *Itaque Clotharius memor prophetiæ viri Dei, collecto exercitu, fines regni, qui ſuæ ditioni debebantur, conatur accipere. Contra quem Sigebertus cum hoſtium cuneis pugnaturus advenit. Quem Clotharius captum perimit, fratreſque ejus quinque Theo-*

(a) *Jon. in vit. S. Columbani c. 28.*

PAGIUS *eorum Regnum conjungitur, atque perſequente Theuderico Rege germanum ſuum Auſtraſiorum Regem Theudebertum, vincentes Franci in Burgundiam moventes, Auſtraſios ad extremum ipſum occiderunt. Nec mora, victor Theudericus Mettis cum obiiſſet, Sigoberto filio parvulo cum avia ſua Brunihilde, Regnum male uſurpatum reliquit, qui vivente adhuc germano ſuo nepotem proprium ad petram in albis elidi juſſit. Per idem tempus victi filii ſui a Rege præfato Chlotachario capiuntur, ac præfata Regina, prædictorum avia, ab eo capta, diverſoque pœnarum genere afflicta, deinde camelo impoſita, multis ſuis ſpectaculum præbuit; poſtremo ferociſſimo conligata pedibus equi tergo, extremum ſpiritum exhalavit. Cujuſque deinceps corpuſculum incendentes populi, ſepulcrum ignis fuit, ac deinceps judicium paternum ſine miſericordia in germano & nepote quondam datum, in filiis redundavit, eoſque a quibuſdam, ut ajunt, interemptos, Monarchiam prænuncupatus Rex in tribus Regnis obtinuit, quam feliciter religioſeque gubernans, quadrageſimo nunc cum prioribus Regni ſui anno vitam ducit.* Deinde hæc verba proxime ſubiicit, opuſque ſuum ſic claudit: *Fiunt igitur ab exordio mundi uſque in Heram præſentem, ideſt XIV. Heraclii, & XL. Chlothacarii Regis annum, anni quinquies mille, DCCCXXII.* Verum error irrepſit in numerum DCCCXXII. legendumque, DCCCXXV. quinarii enim nota in binarium ſæpe a Librariis transformata, & annus mundanus Eræ LXX. Interpretum, in minori numero, ſi unitatem abiicias, oſtendit annum currentem Eræ Dionyſianæ, in minori ſcil. numero. Quare Anonymus ille hæc ſcribebat anno Chriſti DCXXIV. quo XIV. *Heraclii* Auguſti, & XL. Clotarii Regis in curſu erant. Neque enim dici poteſt errorem cubare in anno Heraclii. Anonymus enim iſte Clotarii Regis an. XL. cum anno XIV. Heraclii Auguſti componit alio etiam loco, ubi hæc habet: *Hujus Imperatoris* (nempe Heraclii) *temporibus, ad XIV. uſque Imperii ſui annum, & Chlothacarii glorioſiſſimi Francorum Principis quadrageſimum Regni ſui annum, multa Reipublicæ partibus, ubique pene a diverſis gentibus diſpendia inlata fuere.*

XXXII. *Brunichildis a quibuſdam immerito excuſata.* Regnavit *Brunichildis* primum in Auſtria cum Viro, atque cum filio; deinde poſt *Guntramni* mortem etiam in Burgundia. Amiſſo filio nepotum *Theodeberti* ac *Theodorici* aliquandiu tutelam geſſit, itaque vixit, ut minime initiis extrema reſponderint. Vitia enim diu reverentia & metu viri ac filii repreſſa, vel potius utcumque diſſimulata & obtecta, poſtremo ſub nepotibus parvulis univerſa eruperunt. Sunt tamen qui eam excuſare, & quemadmodum vulgo dicitur; Æthiopem lavando dealbare conantur. Imprimis *Mariana* Hiſpanus in Hiſtoria Regum Hiſpaniæ, & Cointius in Annal. Eccleſiaſt. Francorum; ille quia popularem ſuam hic quia Reginam Franciæ. Sed Hadrianus Valeſius citatus, quia Baronius ſub nomine recentioris Auctoris *Marianam* deridere contentus fuit, hunc pluribus refellit, & ex iis, quæ habet, Cointium audiendum non eſſe apparet. Porro cædes Sancti *Dalphini* Epiſcopi Lugdunenſis, quam Baronius num. IV. recitat, non *Brunichilde*, ſed *Bathilde* regnante patrata eſt, ut anno DCLVIII. num. VI. & ſeq. demonſtrabimus.

XXXIII. *Initium Monarchiæ Clotarii II. certis argumentis ſtabilitur.* His anno DCXIII. jam provecto, ut ex duratione Regni *Sigoberti*, ſeu *Sigiberti*, & ex iis quæ contigere poſt Theodorici mortem colligitur geſtis, *Clotarius* II. Neuſtriæ Rex Monarchiam Francorum obtinuit, extinctis Regibus *a quibus per quinquaginta ferme & unum regnatum eſt annos*, inquit Aimoinus initio Libri IV. *Clotarius* I. qui eandem adeptus fuerat mortuus eſt anno DLXI. a quo ad annum DCXIII. intercurrunt anni quinquaginta & unus: Aimoinus enim annum DCXIII. quia incompletus fuit, excludit, qui numerandi modus fraudi fuit Hadriano Valeſio. Inde enim perperam intulit Clotarii II. Monarchiam ab anno DCXII. inchoatam fuiſſe, refragante Fredegario, qui cap 43. refert, *Clotarium* anno XXX. Regni ſui Burgundiæ & Auſtriæ Regna arripuiſſe, poſt mortem ſcilicet Theodorici & Sigiberti ejus filii; quem Regni annum prioribus menſibus anni Chriſti DCXIII. *Clotarius* exorſus eſt. Præterea Fredegarius cap. 42. ait: *firmatum eſt omne Regnum Francorum, ſicut a prio-*



Brunichildis & filiorum Theodorici interitus.

*Theodorici filios cum avia Brunichilde cœpit: pueros ſeparatim peremit; Brunichildem vero primo ignobiliter camelo impoſitam, hoſtibus gyrando monſtravit; poſtque indomitorum equorum caudis irretitam miſerabiliter vita privavit. Funditus ergo radicituſque deleta Theodorici ſtirpe, Clotharius potitus eſt trium regnorum ſolus monarchia. Quo facto beati Columbani prophetia in omnibus impleta eſt.* Hæc Jonas: eadem pluribus Aimoinus & alii recenſentes feminæ improbæ ſcelera, quam non duorum, ſed unius indomiti equi caudæ alligatam tradunt, ſicque miſerando modo raptatam mori calcibus equi coactam. Hæc quidem Rex, ut clamanti in eam populo ſatisfaceret. Ait enim Aimoinus (b):

(b) *Aimoin. l. 4. c. 1.*

X. *Acclamantibus cunctis*, poſtquam camelo impoſita eſt circumducta, *inauditis eam debere ſubiici pœnis, jubet immitem exhiberi equum, crineſque miſerrimæ Reginæ cum brachiis caudæ ejus colligari, ac demum ad curſum concitari. Sicque primo impetu currentis equi calcibus cerebrum diſperſum, reliqua vero membra per aſpera quæque ſentibus rupibuſve protracta loca diſſipata ſunt.* Hunc conſecuta eſt finem femina ſuorum propinquorum cædibus per multa annorum ſpatia exſatiata: decem namque Reges ejus opera & conſilio fuiſſe extinctos, Clotharius numeravit. Porro tanta iſtius ſcelera toleravit Deus, uſque dum in ſervos ſuos non eſt furens femina debacchata. Has ipſa meſſuit fruges ex mundanæ prudentiæ ſemine, quæ nihil non tentavit facinoris, ut regnaret, poſ-



ſetque mori Regina; talemque triumphum meruit ex cæde multiplici conjunctorum, ac tali morte obire diem illa, quæ Dei ſervos hoſtiliter eſt perſecuta.

XI. Clotharius ſolus regnat in Gallia. Sic igitur Brunichilde una cum ſpuria prole Regum e medio ſublata, Clotharius ſolus monarchiam totius Galliæ (ſecundum quod ſanctus Columbanus prædixerat) eſt conſecutus: memorque viri ſanctiſſimi vaticinii, legationem ad eum ſatis dignam mittit per Euſtathium præfectum Luxovienſis monaſterii ejus diſcipulum una cum collegis nobilibus monachis, ut rogarent ipſum remeare in Gallias ad locum ex quo ejectus fuerat. Obiit diligenter munus ſuſceptum legationis Euſtathius: verum perſuadere id minime potuit Columbano, utpote qui probe ſciret jam imminere ſui corporis diſſolutionem: præſtitit autem illud, ut pareneticas ad Regem litteras daret eaſdemque commonitorias, quibus eum intra limites bene inſtitutæ vitæ contineret: quas Rex pius gratiſſime accepit, & ex earum præſcripto vitam moreſque compoſuit. Habet hæc omnia Jonas in fine rerum geſtarum ejuſdem Columbani. De eodem Clothario Rege illud quidem habetur expreſſum, fuiſſe ſtudioſiſſimum ſervorum Dei, qui ſciret eorumdem cultu conciliare ſibi pariter Deum. Inter alios autem ſanctiſſimos viros, qui diebus his florebant in Galliis, fuit Arnolphus Metenſis Epiſcopus vitæ moribus & miraculis clarus: hunc ſibi adhibuerat in conſiliis Rex Thedobertus: quomodo autem & Clotharius ejus uſus eſt opera, dicemus anno ſequenti.

Proficit Clotharius monitis Columbani.

S In-

PAGIUS *priore Clotario fuerat dominatum, cunctis theſauris ditioni Clotarii ſubiectis. Quod feliciter poſt XV. annos tenuit.* Obiit autem *Clotarius II.* anno DCXXVIII. ideoque anni illi XV. non ſolum ab anno DCXIII. inchoati ſed etiam aliquot menſium appendicula a Fredegario, ut fit, prætermiſſa. Initium itaque Monarchiæ *Clotarii* II. extra omnem controverſiam eſſe debet.

XXXIV. *Floret S. Arnulphus Metenſis Epiſcopus.* Antequam *Clotarius* II. in Neuſtria regnaret, Sanctus *Arnulphus* ad Epiſcopatum Metenſem evectus fuerat. Is cum *Pippino*, in diviſione Procerum Auſtraſiorum, quorum aliqui *Brunichildi* pronepotique ejus, & Burgundionum maxima pars favebant, eam execrabatur, poſt expertam toleratamque diu ejus ſævitiam. Itaque cum *Pippino*, aliiſque Auſtraſiorum Optimatibus clam accerſivit *Clotarium*, qui Auſtraſiam cum exercitu ingreſſus eſt, ut refert Fredegarius laudatus. Ante Epiſcopatum uxorem duxerat, in Vita S. Clodulphi ejus filii *Dodam* appellatam, ſed paucis annis cum illa vixit. Anno enim ſexcenteſimo decimo factus eſt Antiſtes Metenſis, & *Doda* Treviros in Monaſterium ſeceſſit. Ex illorum conjugio nati ſunt duo filii, *Clodulphus* ſcilicet & *Anſchiſus*, quos, cum pater creatus eſt Pontifex, in tenerrima ætate fuiſſe ex iis, quæ infra dicemus, conſtabit. Paulus Diaconus præter Hiſtoriam Langobardorum ſcripſit etiam Libellum *de Epiſcopis Metenſis Eccleſiæ*, qui refertur in corpore *Francicæ Hiſtoriæ veteris & ſinceræ*, Hannoviæ anno MDCXIII. edito, in cujus Libelli fine habentur nomina Pontificum Metenſis Sedis cum annis & diebus quibus in Præſulatu fuere, ab Auctore Anonymo deſcripta: quo utroque Opuſculo in digerendis temporibus Epiſcoporum Metenſium utemur, Appendicem illam ſub nomine *Codicis S. Symphoriani* citantes. Ab anno enim, quo S. *Clodulphus* Epiſcopus Metenſis ordinatus eſt, pendet Chronologia ſubſequentium Pontificum Metenſium, eo fere modo, quo Chronologia Epiſcoporum Turonenſium ab ordinatione & morte Sancti Martini. Sed cum nullus ex recentioribus Scriptoribus, qui de Epiſcopis Metenſibus, aut univerſim, aut in ſpeciali egere ad diem Dominicam, qua Epiſcoporum ordinationes fieri ſolitæ erant, animum adverterit, hinc factum, ut Succeſſorum Sancti *Arnulphi*, inter quos plures valde illuſtres fuere, finis & initia male conſignata reperiantur. Diem ordinationis S. *Arnulphi* & S. *Goerici* ejus ſucceſſoris detegere potis non fuit; ſed ex die emortuali S. *Goerici* liquet, Sanctum *Arnulphum* anno ſexcenteſimo decimo Epiſcopatum adeptum eſſe.

Ad

XII. Inhærebat præterea lateri Regis Faro nobilis vir & prudentiſſimus, qui poſtea creatus Epiſcopus Meldenſis egregia claruit ſanctitate, in cujus rebus geſtis fideliter ſcriptis mentio habetur de legatione contumelioſa a Saxonibus ad Clotharium miſſa hoc ipſo anno nempe monarchiæ ipſius exordio, cujus cauſa ipſi legati ſubiiſſent ſupplicium mortis, niſi Faro interceſſiſſet. Res geſta ita narratur (*a*): *Non deſunt qui ſcribant, miſſos tum ad Clotharium Regem* ( cum ſuſcepit Francorum monarchiam ) *a Saxonum gente legatos, eoſque verbis injurioſis uſos, uſque adeo Clotharii animum exacerbaſſe, ut juſſerit eos confeſtim interfici, ira præcipite eum extimulante. Et quamvis proceres eum a tali facinore dehortarentur, dicerentque, ſi legatis quamvis inimicæ gentis eam vim afferat, eum jus gentium violaturum, & contra: ipſas quoque Francorum leges venturum, nihil tamen apud iratum Regem efficere potuiſſe, quod ruptis moderationis habenis, ſanum conſilium non admitteret. Tum vero magna uſum prudentia Faronem, dixiſſe, ut fieret quod Rex mandaſſet, ſed ita tamen ut in poſterum diem legatorum cædes differretur. Eam ſententiam omnium ſediſſe animis, legatos ea nocte a milite cuſtoditos: ad eos autem acceſſiſſe Faronem, & tantum ſuis apud eos ſermonibus effeciſſe, ut Chriſtiana religione voluerint initiari. Atque id cum ille Regi & aulicis indicaſſet, non ſolum vita donatos, ſed etiam muneribus affectos ad ſuos cum gaudio revertiſſe.* Hæc de legatis. De ipſo autem Farone quomodo ſæculo atque curiæ nuncium remiſerit, ita idem proſequitur auctor:

(*a*) *Apud Sur. die 28. Octobr.*

Cohibet iram Regis Faro.

XIII. De S. Fara Abbatiſſa.

*Interea autem cum apud Clotharium Regem multa præclare gereret, ſororem Faram virginem ſanctiſſimam cognovit magno ipſius videndi deſiderio teneri. Acceſſit igitur ad eam, & in tantum familiari ejus colloquio ſapientique ſermone permotus eſt, ut ampliſſimos palatii honores, Regiſque ſingularem amicitiam ſibi negligendam putarit, ipſiuſque conjugii oblectamenta, adhuc vigente juventutis flore, reſpuerit, & conſentiente uxore Blidechilde, Eccleſiaſtico ordini ſe adjunxerit, eccleſiam beati Stephani Meldenſis, quæ tum magna premebatur paupertate, multis villarum opibus ditarit, ſanctæ quoque Faræ cœnobium magnifice ſub-*

PAGIUS XXXV. *Florent S. Faro Epiſ. Meldenſis & S. Fara ſoror ejus.*

Ad num. XII. & ſeq. Sanctus *Faro*, quem ſummo in honore habuit *Chlotarius* Rex, ſucceſſit *Gundoaldo* Epiſcopo Meldenſi, qui Synodum Remenſem anno DCXXIV. ſua ſubſcriptione confirmavit. *S. Burgundofaram*, *Faram* etiam appellatam, S. Faronis ſororem, quam S. *Columbanus* Deo ſacraverat ab infantia, *S. Euſtaſius* Sanctimonialium diu deſideratis veſtibus per *Gundoaldum* tunc Meldenſem Epiſcopum induit. *Chagnericus* Faræ pater in ſolo ſibi proprio Monaſterium ei erexit paulo infra Meldas *Ebriacenſe*, & S. *Faræ* poſtea nuncupatum; quod etiamnum florentiſſimum eſt tum numero ac religione Sanctimonialium, quæ S. Benedicti Regulam diſtricte ſervant, tum nomine ac opibus. De iſto Monaſterio agit Beda lib. 3. cap. 8. & Anglos, cum necdum multa apud eos conſtructa eſſent Monaſteria, filias ſuas Francorum Monaſteriis erudiendas, ac Sponſo Cœleſti copulandas mittere ſolitos eſſe teſtatur, *maxime*, inquit, *in Brige & in Cale, & in Andilegum Monaſterio*, ideſt, in Monaſterio Farenſi, quod ipſe *Brigenſe* vocat, in Calenſi, & in Andelago Monaſterio, non longe ab Urbe Rotomagenſi ſito. *Faro* ſororis exemplo incitatus Eccleſiaſtico ordini ſeſe ſociavit, ejuſque conjux Sacrum velamen accepit. Sancto *Fiacrio* ex Scotia venienti Monaſterium tribus ab urbe Meldis milliaribus diſtans conceſſit, & poſt *Gundoaldi* ejus Urbis Epiſcopi mortem ei ſuccedere meruit, *Clotario* ſecundo adhuc ſuperſtite. Vixit uſque ad annum circiter ſexcenteſimum ſeptuageſimum ſecundum: nam, ut docet Beda lib. 4. cap. 1. *Adrianum* a Vitaliano Papa in Angliam miſſum anno DCLXVIII. Meldis excepit. Colitur in Martyrologiis Uſuardi & Adonis die XXVIII. Octobris, ſucceſſoremque habuit, non *VValdebertum* Abbatem Luxovienſem, ut putavit Cointius, ſed *Hildevertum*, ut recte in Officio Eccleſiaſtico Meldenſis Eccleſiæ legitur. Surius ad diem XXVIII. Octob. compendium Vitæ hujus S. Præſulis exhibet; Mabillonius autem Sæculo II. Benedictino integram ejus Vitam, ex qua illud excerptum, Auctore (ut videtur) Hildegario Meldenſi Epiſcopo, regnante Carolo Calvo Imperatore ſcriptam, primus in lucem protulit; quam tamen fabulis ſcatere tam Mabillonius, quam Cointius anno DCLXXII. n. VI. & ſeqq. demonſtrant.

XXXVI. *Teſtamentum S. Faræ.*

Vivebat adhuc Sancta *Burgundofara* anno DCXXXII. San-Marthani enim Tom. IV. Galliæ Chriſtianæ pag. 365. & Cointius anno DCXXXII. num. XXIII. ejus Teſtamentum recitant, quod his verbis inchoatur: *Anno quinto regnante Domno Dagoberto Rege glorioſiſſimo, ſub die VII. Kal. Novembris*, & his abſolvitur: *Actum in Cœnobio Eboriaco ſub die VII. Idus Octobris*. Quare in diem error irrepſit. Claudius Caſtellanus Canonicus Eccleſiæ Metropolitanæ Pariſienſis, Vir eruditiſſimus, qui vidit exemplar hujus Teſtamenti in Monaſterio Faræmonaſterii aſſervatum, docuit me illud non eſſe autographum, accuratius extare apud San-Marthanos, quam apud Cointium, qui dicit, quæ ſequuntur hæc verba, *ſub die VII. Idus Octobris*, legi non potuiſſe; cum tamen vox *Octobris* ultima ſit in eo Teſtamento. Præterea hæc verba, *centum libras*, quas Fara ſe dare dicit *Chanulfo*, non habentur in exemplari ejuſdem Monaſterii, nec in eo quod tranſmiſſum eſt ad San-Marthanos. Character valde diverſus eſt a Merovingico, eique ſimilis, quo exaratæ ſunt Chartæ ſæculo decimo & duobus ſequentibus.

XXXVII. *Interpolatum & immutatum.*

Adhæc ſtylus non magis Merovingicus, quam character, ut manifeſte liquebit Teſtamentum hoc conferenti cum Charta *Chrothildis* prænobilis Matronæ, æri inciſa apud Mabillonium lib. 5. de Re Diplomatica pag. 379. cum Charta *Vandemiris* Viri illuſtris, cum Charta *Agirardi* Epiſcopi Carnutenſis, quæ in eodem libro habentur, & cum Charta *Ermentruda* Matronæ, quæ extat apud Mabillonium in Appendice Litur-



*ſublimarit, & non cives modo, ſed etiam peregrinos & exules ſuis facultatibus ſuſtentarit. Creſcente autem famæ ſanctitatis ejus, gens Anglorum magno ejus amore incenſa, puellas virgines mittebat, quæ ejus opera in monaſteriis Faræ, & alio quodam, Chriſto militarent.* Teſtatur id quidem etiam Beda, (*a*) qui & meminit de Farone Meldenſi Epiſcopi hoſpite Hadriani, qui a Vitaliano Papa in Angliam miſſus (*b*) fuit, ſitque mentio ejuſdem in Actis S. Euſtaſii Abbatis Luxovienſis, ubi & plura de ſorore ejus Burgundofora, eadem cum Fara, quaſi Burgunda Fara. Sed de his modo ſatis.

(*a*) *Beda lib. 4. c. 23.*
(*b*) *Beda lib. 4. c. 2.*

XIV. Hieroſolyma capta a Perſis.

Jam vero qui auditur ab Oriente luctus, & quæ Hieroſolymis clamat vox ſanguinis, in ſe ſtylum convertit. Hoc ſiquidem anno quinto Heraclii Imperatoris a Coſrhoe Perſarum Rege Syrias cum exercitu devaſtante ſacroſancta Hieroſolymitana civitas capitur, & qui in ea erant Chriſtiani captivi miſere ducti ſunt, Judæiſque vili pretio venumdati, qui ab ipſis non more gentium in ſervitute retenti ſunt, ſed diverſis innumeriſque afflicti ſuppliciis, dire admodum trucidati. Luctuoſa quidem hiſtoria, lugubriſque tragœdia, quæ tamen quam breviſſime in Annalibus a Theophane ita reperitur eſſe deſcripta:

*Anno quinti Imperii Heraclii ceperunt Perſæ Jordanem bello & Palæſtinam & ſanctam civitatem, & multos in ea per Judæorum manus interfecerunt, id eſt ( ut quidam aiunt ) millia nonaginta. Iſti enim ementes Chriſtianos, prout unuſquiſque habere poterat, occidebant eos. Zachariam vero Hieroſolymitanum Præſulem comprehenſum, & pretioſa & vivifica ligna S. Crucis cum multa præda abduxerunt in Perſidem.* Hæc Annales, paucis his verbis dignam ingenti volumine hiſtoriam perſtringentes: ut hoc doloris ad luctum accedat, quod dignam prolixa narratione tractationem nimia brevitate reſtrinxerint, & quodammodo præfocaverint; fortaſſe ne legentis animum nimio mœrore conficerent. Sed contrarium ſæpe accidit: etenim uberiores lacrymas elicit lacrymarum ipſa compreſſio, cum terminum dolor tandem inveniat, ſi liberæ ei ſemel relaxentur habenæ.

XV. Joannes eleemoſ. ſubvenit Hieroſolymitanis.

Si quæ autem in tanta vaſtitate inveniri potuit conſolatio, ſubminiſtrata eſt ea quidem a magno illo Alexandrino Patriarcha Joanne, de quo ſcribit iſta Leontius: *Cum Perſæ populati eſſent univerſam Syriam; qui eorum manus potuerunt effugere, tum laici qui magiſtratum gerebant & privati, tum clerici cum Epiſcopis confugiunt Alexandriam. Quibus omnibus dives ille & minime anguſtus convivator quotidie ſuppeditabat quæ erant ad uſum neceſſaria, non ad indigentium aſpiciens multitudinem, ut aliquid faceret quod eſſet ſordidi & illiberalis animi; ſed ad eum qui aperit manum, & omne animal implet benedictione. Cum autem Raſmizus dux exercitus Coſrhois vaſtaſſet & depopulatus eſſet veneranda loca Hieroſolymorum: poſtquam hoc audivit ille homo Dei & quod omnia ſancta fuiſſent igni tradita, deflet quidem non ſecus ac Hieremias, id quod factum fuerat. Non hactenus autem conſtitit ejus commiſeratio, ſed mittit etiam Chryſippum quemdam virum pium, tradens ei multum auri, frumentumque & alia alimenta & indumenta, & ad ea vehenda jumenta plurima, tum ut aſpiceret vaſtitatem, tum etiam ut eos qui remanſerant ex captivitate ſatis per ea quæ dicta fuerunt recrearet. Præterea autem Theodorum quoque Amathuntis Epiſcopum, & Anaſtaſium Præfectum magni montis Antonii, & Gregorium Epiſcopum Rinocurorum emittit ad eos recipiendos, qui abducti fuerant in captivitatem, vim auri præbens prope innumerabilem.* Hæc Leontius obiter.

XVI. Threni Antiochi de Hieroſolyma capta.

Non defuit ejuſmodi Hieroſolymitano excidio, præter Joannem Epiſcopum Alexandrinum, alius qui proxime cuncta vidit lamentator, & qui Threnos ſcripſerit Hieremias, & ad lugendum pariter alios invitarit. Fuit iſte Antiochus monachus Palæſtinus vitæ ſanctitate mirificus, & doctrina celebris, cujus extant homiliæ centum undetriginta; qui ſparſim ejuſmodi cladem in ſuis homiliis deploraſſe apparet, ut cum ait (*c*): *Debemus lacrymas profundere amaritudinis plenas. Primum quidem, quod civitas ſancta incendio conflagrarit, Crux quoque ſancta Chriſti Dei noſtri in Perſidem tranſmigrarit. In eorum item gratiam qui tot at-*

(*c*) *Antio. hom. 107. to. 2. Bib. ſan. Patr.*

*Ann. Eccl. Tom. XI.* S 2

PAGIUS

turgiæ Gallicanæ pag. 462. Quare Teſtamentum iſtud non ex autographo, ſed ex aliquo exemplari, eoque correcto & immutato deſcriptum. Nono enim, decimo, & undecimo ſæculo pravus uſus invaluerat, ut verba, & integræ phraſes Chartarum & Vitarum Sanctorum ab Exſcriptoribus emendarentur & corrigerentur. Denique ſigillum Chartæ impreſſum non eſt, ut mos fuit ante Pippinum, & in eo repræſentatur Abbatiſſa cum litteris iſtis circum deſcriptis, SIGILLU........ DIS, ac iſta FAREMONAST.......... cum tamen vivente Sancta *Fara* ſcriptum fuiſſet, EBORIACENSI, non vero FAREMONAST. Hæ litteræ, DIS, videntur, eſſe ultima ſyllaba, vel *Rothildis*, vel *Herſendis*, vel Helvidis, aut alicujus alterius Abbatiſſæ Faræmonaſterienſis, quæ ſæculo circiter XII. vixerit. Porro cum *Eboriacus*, ſeu *Faræmonaſterium* fuerit in Epiſcopatu Meldenſi, quintus ille *Dagoberti* annus de Regno ejus Neuſtraſiano intelligendus.

XXXVIII. A num. XIV. ad XXXIX. Theophanes anno Eræ

*attriti bellis perierunt: nobis enim erant concorpores, & eadem nobiſcum inſigniebantur fide.* Ad quem modum Joel propheta clamat (a): *Plangite ſacerdotes qui miniſtratis altari, quia miſere afflicta eſt omnis terra. Flete ſacerdotes qui miniſtratis Domino, & dicite: Parce Domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur ejus nationes, ut ne dicant: Ubi eſt Deus eorum?* Et rurſum eadem lugendo refricat (b). Inſuper alibi his verbis (c): *Si quando alias, nunc maxime temporis, juxta quod dictum eſt: Neque enim nunc vel obgannire licet, aut aperire os. Siquidem, Domine ſervis tuis, & iis qui te colunt, confuſio inuſta eſt, & illatum opprobrium. Tibi enim Deo noſtro juſtitia, nobis autem confuſio vultus noſtri (ut hæc probat dies) nobis, Principibus noſtris, & Regibus noſtris: quia peccavimus, inique egimus, & a rectitudine deflexImus viæ tuæ, nec mandatis tuis obedivimus. Quæ enim prophetico afflatus ſpiritu futura præcinuit Hieremias, nunc temporis contigere. Is enim ait (d): Confuſi ſumus, quia audivimus opprobrium noſtrum; operuit ignominia faciem noſtram, quia ingreſſi ſunt alienigenæ ſanctuaria noſtra in domum Domini, &c.*

(a) Joel. 2.
(b) Antioc. hom. 90.
(c) Antio. hom. 69.
(d) Hier. 31.

XVII. Preces Antiochi, ſive exomolog.

Sed ſicut & Hieremias ad Threnorum calcem preces appoſuit fructuoſas, eodem quoque modo ſanctus Antiochus adddidit orationem ad Deum converſus, ſermonem precatorium fundens, qui inſcribitur Antiochi exomologeſis, quæ ad homiliarum finem legitur in hunc modum: *Domine Deus omnipotens, magnus tu & admirabilis, qui cuſtodis teſtamentum tuum & miſericordiam tuam his qui te diligunt & cuſtodiunt mandata tua. Memor (e) eſto miſerationum tuarum & copioſæ miſericordiæ tuæ, quæ a ſæculo ſunt. Ne oblviſcaris teſtamenti tui, qui dixiſti: (f) Si mandata mea non cuſtodieritis, viſitabo in virga iniquitates veſtras, & & in verberibus injuſtitias veſtras, miſericordiam autem meam non diſpergam a vobis; & quæ procedunt per labia mea non faciam irrita. Confirmentur ſermones iſti tui, Here benigniſſime, & aufer peccata noſtra, quippe qui miſerator es & longanimis. Tibi enim Domino Deo noſtro juſtitia, nobis autem confuſio facies noſtras adoperuit (ut hæc dies probat) quia peccavimus coram te, Domine, neque exaudivimus vocem tuam, ut ambularemus in mandatis tuis quæ dediſti in conſpectu noſtro, ſed contempſimus te, Domine Deus noſter: eoque cohæſerunt nobis ingentia mala hæc. Ne ſic quidem converſi ſumus ad cuſtodiam mandatorum tuorum, ſed abivimus unuſquiſque in ſenſum pravi cordis noſtri, ut faceremus quæ mala ſunt coram oculis tuis, Domine. Ecce ſanctuaria noſtra hæc deſerta: civitas igni ſuccenſa eſt, populus in captivitatem abductus. Facti ſumus in opprobrium his qui in circuitu noſtro ſunt. Facti ſumus ſubtus & non ſupra: quia peccavimus tibi Domino Deo noſtro, eo quod non audivimus vocem tuam. Ob hoc expuliſti nos, & deſtruxiſti nos, & commoviſti terram, & conturbaſti eam. Cæterum tu longanimis cum ſis & copioſæ miſericordiæ, ſana contritiones ejus, quia commota eſt vehementer: populus enim tuus expertus eſt dura, ſuper quo fruſtra invocatum eſt, nomen tuum. Impleti ſunt ſermones prophetarum tuorum ſuper nos: Quia venerunt (g) gentes in hæreditatem tuam, & polluerunt templum tuum in quo myſterium perfectum eſt, diſpenſationis unigeniti tui: & ſanctuarium tuum igni ſuccenderunt, quin & Hieruſalem poſuerunt in pomorum cuſtodiam: morticina ſervorum tuorum in medio juxta ac in circuitu Hieruſalem paſſim diſiecta ſunt, nec erat qui ſepeliret.*

(e) Pſal. 24.
(f) Pſal. 88.
(g) Pſal. 78.

XVIII. Opprobrium deflet Chriſtianorum.

*Fortitudinem noſtram, ornamentum ac decus, ſalutis, inquam, noſtræ ſpem, nempe Crucem Chriſti tradidiſti fidei adverſariis. Facti ſumus opprobrium tam vicinis, quam qui longiſſime diſſiti ſunt, ſubſannatio & deriſio omnibus gentibus. Avertiſti enim nos retrorſum poſt inimicos noſtros, & qui oderunt nos, diripiebant ſibi. Dediſti nos tamquam oves ad eſcam expoſitas, & inter gentes diſperſiſti nos. Vendidiſti populum tuum ſine pretio, & non erat multitudo in commutationibus noſtris. Tradidiſti nos in manus inimicorum exlegum, ac Regi iniquo, omniumque qui per univerſam terram gradiuntur longe maligniſſimo addixiſti nos. Ne ſic quidem univerſis flagellis tuis attriti indoluimus: adeo ſenſus noſtri nimia con-*

PAGIUS

*Hieroſolyma a Perſis capta.*

Eræ Alexandrinæ DCVI. qui Kalendis Septembris currentis Chriſti anni inchoatur, refert Perſas Jordanis loca, Palæſtinam & Sanctam Civitatem armorum vi ſubegiſſe. Hinc Baronius hanc cladem huic anno illigavit. Signantius quam Theophanes tempus expreſſit Auctor Chronici Alexandrini, qui ſub Indictione II. ſcribit: *Hoc anno menſe Junio malum nobis accidit æternis lachrymis proſequendum. Præter alias enim multas Orientis Civitates etiam Hieroſolyma a Perſis capta eſt, multis millibus in ea Clericis, Monachis & Sacris Virginibus occiſis. Incenditur Dominicum Sepulcrum, nobiliſſimaque Dei templa, & ut verbo dicam, pretioſa omnia evertuntur. Veneranda Crucis ligna una cum Sacris vaſis, quorum innumerus fuit numerus a Perſis auferuntur. Ipſe Zacharias Patriarcha captivus ducitur. Atque hæc omnia non longo facta ſunt tempore, ſed intra paucos dies accidere XIV. Gorpiæi menſis, qui Romanis eſt September, III. Indictione, in tertia Vitalis Crucis exaltatione accepta eſt Sacra ſpongia, quæ una cum Vitali Cruce exaltatur in Magna Eccleſia miſſa ab Niceta Patricio. XXVIII. Hyperberetæi ſive Octobris die*



*contentione ac ſtudio in malum propendent ab uſque pueritia, ſed & ad annos provecti viriles in hujuſmodi vitiis ſolito amplius occalleſcimus. Prorſus Domine juſtus tu in omnibus quæ feciſti nobis: nunc demum ſcimus, quia peccata noſtra ipſa reſtiterunt nobis: peccata enim noſtra nimis quam multa increverunt in conſpectu tuo, Domine. Sed miſericordia tua, Domine, anticipet nos, quia tu in nobis, Domine, & nomen tuum ſanctum invocatum eſt ſuper nos.*

XIX.

*Quieſcat, obſecro, ira furoris tui, & ne confundas nos in finem, neque memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum & ne a nobis quidem recens commiſſarum: neu indignos nos pronuncies tuis miſerationibus: quin potius reminiſcere quia tanti nos æſtimavit tua benignitas, quos pretioſo tuo ſanguine redimeres. Peccavimus; placare Domine: inique geſſimus; tua, Here, condonet indulgentia: offendimus, conciliator ſancte. Illuſtra faciem tuam Domine ſuper ſervos tuos, qui tyrannica impreſſione premuntur inclementer: eque ſolio ſublimi tuo mitte eis & ſuggere auxilium, o potens. Populum tuum ab omni calamitate, cui miſere ſuccumbit, eripe, & ab omni legis tuæ prævaricatione redimito, & e manu prævaricatorum ſubduc illos. Per tua viſcera pietatis excute a nobis Domine ac diſperge impendens omne vitæ diſcrimen: neque in finem tuam hanc hæreditatem tradideris in internecionem, tametſi noſtræ iniquitates id promereantur. Quin potius tuæ nos anticipent miſerationes Domine Deus noſter: etenim a ſæculo non deſinis copioſæ & exuberantis miſericordiæ tuæ dona effundere in omnem creaturam tuam. Tu quidem omnium noſtrum refugium factus es, & in te ſperantium aſylum ſalutare. Eſto nobis Domine turris fortitudinis a facie inimicorum noſtrorum, neu ſinas ad internecionem & cladem extremam tradi in eorum manus qui te non moverunt, animas confitentium tibi; neque patiaris, Domine, tam inſigni ignominia aſpergi hæreditatem tuam a gente ſic effræni & impudenti.*

XX.

*Magis tu inclina Domine aurem tuam & exaudi, ac reſpice de cœlo ſancto tuo ad hanc noſtram exinanitionem, ac demolitionem & excidium civitatis tuæ Hieruſalem, pro qua invocatum eſt nomen tuum ſuper ipſam cunctam Eccleſiam tuam, cujus ſubſtructionem ſupra ſolidam petram collocaſti, dicens: Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Exaudi Domine orationem ſervorum tuorum, aureſque tuas accomoda noſtris deprecationibus. Illuſtra faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum: neque enim fiducia ſubnixi juſtificationum noſtrarum, noſtram hanc ſupplicationem tuæ majeſtati offerimus. Nam qua fronte id auſint, qui te quotidiana acceſſione peccatorum exacerbant? Magis vero ſub umbram tuarum confugimus miſerationum: multæ ſunt enim. Domine exaudi: Eſto Domine placabilis: Domine attende. Parce, mi Domine, populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur ei gentes: ne quando dicant: Ubi eſt Deus eorum? Neque propter iniquitates noſtras umquam permiſeris, ut nomen tuum ſanctum blaſphemetur in gentibus quæ te non noverunt. Tibi Domino Deo noſtro juſtitia, nobis autem confuſio faciei uſque in præſens. Huc enim uſque neglеximus ad te converti: calloſæ adeo ſumus ac prædurae cervicis. Si mutabit Æthiops pellem ſuam, & nos vitæ hactenus peſſime inſtitutæ propoſitum immutabimus. Plane mala hæc omnia in nos propterea reciderunt; neque ſic ad pœnitentiæ portum nos*

PAGIUS

*die Sabbati, ea nocte, qua præcedit Dominicam, Veneranda Lancea e Sacris Hieroſolymorum locis allata eſt, quam quidam familiaris execrabilis Sarberæ, acceptam a Barbaris dedit Niceta, de quo diximus. Et ſtatim die Dominico in Maximo & ſanctiſſimo Templo proclamata eſt ſimul ac illata eſt. Tertia & quarta feria a viris adorata eſt; quinta & ſexta a feminis.* Sed loco, XXVIII. *Hyperberetæi*, legendum, *XXVI. Hyperberetæi*, hoc enim anno dies XXVI. Octobris incidit in diem Sabati, dies vero XXVIII. in feriam ſecundam, ſed is error, ad quem animum non advertit Ducangius in nova hujus Chronici Editione, librario adſcribendus.

XXXIX. *Hæc Epocha magis confirmata.*

Petavius in Notis ad Breviarium Nicephori pag. 66. mendum illud quidem obſervavit, ſed inde perperam intulit, quæ mox ex Auctore Chronici Alexandrini retulimus revocanda eſſe ad annum ſequentem, quo Indictio III. in curſu fuit, & loco, *die XXVII. Hyperberetæi* ſeu Octobris, legendum eſſe, XVIII. in quem Sabbatum incidebat. Inde concludit, hanc calamitatem anno ſequenti contigiſſe; præſertim quia Theophanes & Cedrenus eam cum anno quinto Heraclii copulant: & Auctorem Chronici Alexandrini Indictionem inchoare a die XXIV. Septemb. non vero a Kalendis Septembris, ut Scaliger lib. 5. de Emendat. Temp. putavit. Verum inde colligere debuit Petavius, hunc Chronographum, qui priores hujus anni menſes Indictione II. notavit, Indictionum circulum a die prima Septembris auſpicari. Galli quidem, Germani & Angli id præſtiterunt, ſed ut alibi oſtendi, Græci a Kalendis Septemb. nunquam vero a die XXIV. Septemb. Indictionem exorſi ſunt. Quo ad annum captæ Hieroſolymæ, in quo etiam Petavius errat, præterquamquod Thophanes & Cedrenus Imperatorum annos menſe Septembri cum anno civili auſpicantur, & in Chronologia Theophanis recte digerenda, non ad annos Imperatorum, ſed ad annum Eræ Alexandrinæ reſpiciendum eſt, auctoritas Chronici Alexandrini hac in re prævalere debet; cum menſem, dies, & ferias diſerte memoret, & error Librarii, qui committi facile potuit ob numerorum affinitatem, ei adſcribendus non ſit. Obiter obſervabis, per hæc tempora Theophanem in Chronologia, præter annum, quem præterit, non raro peccare.

*nos recepimus, aut reſipuimus, magis vero prioribus peccatis peccata adjecimus. Ne ſic quidem, Domine, rogavimus faciem tuam, ut vel ſero avocares nos a cogitationibus cordis noſtri peſſimi.*

XXI. *Evigilaſti tandem Domine, experrectus ſuper flagitiis noſtris, & ſuper nos induxiſti virgam furoris tui: ſiquidem juſtus es Domine in omnibus: non enim exaudivimus vocem tuam, ut per viam mandatorum tuorum ingrederemur. Sed & nunc, Domine Deus noſter, quandoquidem inſignis & portentis ab inſano errore idololatriæ ſummoviſti nos, feciſtique tibi ipſi nomen uſque in præſens; quieſce, obſecro Domine. Imminuti enim ſumus ſuper terram & tamquam immundi omnes nos effecti. Quaſi pannus mulieris menſtruatæ juſtitia noſtra, inque morem marceſcentium foliorum ipſi defluximus propter iniquitates noſtras. Non enim ſupereſt qui invocet nomen tuum. Sane quam juſte avertiſti a nobis faciem tuam. Et nunc, Domine, Pater noſter tu es, nos autem lutum, opera manuum tuarum omnes nos. Ne iraſcaris nobis valde, neve in tempore memineris peccatorum noſtrorum: quin potius vide Domine, quia populus tuus omnes nos.*

*Civitas ſancti templi tui in ſolitudinem redacta eſt, & gloria Sion incendio conflagravit, ſimulque monumenta gloriæ noſtræ univerſa conciderunt. Ad hæc etiam omnia, alliſiſti nos, Domine, valide, & humiliaſti vehementer. Neque enim viam inivimus vitæ melioris, magis autem per calles devios, nempe poſt peccata noſtra. Parce Domine populo tuo & hæreditati tuæ, proque gloria nominis tui erue nos de manu inimicorum noſtrorum: ut noverit terra omnis, quia tu Domine Deus noſter in bello potens, & miſerationes tuæ in generationem & generationem perſeverant ſuper populum tuum de ſe alioqui minus præſumentem. Cæterum, o hominum amator clementiſſime, quid te oremus peccatores, aut apprecemur nobis ſecundum quod oportet, plane neſcimus, qui ſumus terra & cinis: habemus tamen apud tuam benignitatem qui pro nobis interpellet, nempe Verbum tuum nulla prorſus aſpergine peccati decoloratum, quod per tuæ viſcera miſericordiæ miſiſti, ſuum ut plaſma revocaret in vitam. Caro factus Filius idem tuus noſtri cauſa paſſus eſt cruci ſe affigi. Is abolevit quod adverſum nos erat chirographum peccatorum noſtrorum, factus propitiatio. Sed & Spiritum ſanctum tuum totius ſanctitatis infuſorem miſit. Et hic pro nobis quoque interpellat, non quidem ſervili more, ſed prout tantam addecet majeſtatem, & conſueta in nos benignitate; cui etiam curæ eſt tuum hoc plaſma. Here mi, memor eſto tantæ iſtius tuæ erga nos clementiæ.*

XXII. *Crucis etiamnum reminiſcere unigeniti tui, & a magnitudine gloriæ tuæ nobis emitte miſerationes tuas, neque non gratiam ac donum ſancti Spiritus tui, qui ſuo ad nos gratioſo adventu recta provehat ad ea exempla quæ tibi cum primis placent, ac demum vitam illam aſſequi promereamur æternam. Nos igitur, indigni licet, o Domine, fiducia tamen ſubnixi tuæ ſolius gratiæ, petimus propter immaculatum Filium ac Verbum Patris Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui dixit: (a) Petite, & dabitur vobis: Quærite, & invenietis: Pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit; & qui quærit invenit; & pulſanti aperietur. Iterum: Si igitur vos, cum ſitis mali, noſtis dona bona dare filiis veſtris: quanto magis Pater veſter cæleſtis dabit Spiritum ſanctum petentibus ſe? Eoque te addecet gloria omnis, honor ſuſpiciendus, & ſupplex cultus o Pater, Fili, & Spiritus ſancte, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hucuſque Antiochi cum peccatorum confeſſione precatio, nec quidem inutilis & inefficax.

(a) *Matt.* 7.

Etenim non (ut olim, cum tempore Sedeciæ Regis facta eſt Hieroſolymorum deſolatio) ad ſeptuaginta annos retardata eſt ejus reſtauratio, neque ut ſub Tito Imperatore facta eſt nunquam reſarcienda vaſtatio, ſed paucos poſt annos contigit hoſtium præpotens debellatio; & captivorum qui aderant, necnon ſancti Epiſcopi Zachariæ & aliorum poſtliminio reverſio, atque ſanctiſſimæ Crucis cum triumpho ſolemnis reſtitutio, eccleſiarumque (ut ſuo loco dicturi ſumus integra reſtauratio.

XXIII. Porro ſciendum, preces has, aliaſque Antiochi homilias ita ab eo elaboratas eſſe hoc ipſo tempore, ut ſuis prodeſſet monachis non valentibus loco uno conſiſtere, ſed ob eorumdem barbarorum graſſationes huc atque illuc per loca deſerta ſalutem ſibi quærentibus: ut ſcilicet illi in tanta penuria verbi Dei ſecum in pera ſua ferrent quem manducarent panem ſpiritualem, ac ne exortes penitus eſſent monaſticæ vitæ inſtitutorum. Quod autem iſtud fuerit animi ipſius conſilium, accipe ex iis quæ ipſe earum exordio eſt præfatus ad Euſtathium (a), cujus exhortatione elaborandum opus ſuſceperat: *Tale enim*, inquit, *ſcribendi munus veſtra ſuſcepi exhortatione: quod momentis ſingulis loca & civitates permutare cogimur per hanc Chaldaicæ gentis tempeſtatem, quæ totum pene terrarum orbem ſua premit tyrannide.* Et paulo poſt: *Non auſus uni e vobis peculiariter, ſed in commune omnibus qualemcumque hanc inferre doctrinam.* Hæc & alia de concionibus quas temporibus iis ipſe pertexuit. Sed & in epiſtola nuncupatoria præfixa operi hæc felicius explicantur, ſimulque & mar-

(a) *Antio. hom.* 66.



martyrii ſanctorum monachorum, quod octo ante dies quam caperetur Hieroſolymorum civitas contigerat, enarratio. Quod autem ipſum exordium minus integrum habeatur in Antiocho Latinitate donato & in lucem edito, cum deſint nonnulla ipſius epiſtolæ ad Euſtathium; id tibi ex Vaticano codice integro reddere integrum, operæpretium me facturum exiſtimo: ſic enim ſe habet ex verſione Federici Metii uſu litterarum amicitia mihi conjunctiſſimi, præfixo epiſtola ejuſmodi titulo:

XXIV. *Epiſtola Antiochi monachi lauræ Sabæ Abbatis ad Euſtathium præpoſitum monaſterio Datalenæ Ancyræ civitatis Galatiæ* His adjectum a gloſſario Lauream neoterici Græci inſignia dicunt monaſteria pro magna hominum copia, quæ devotionis ergo inſtar multarum aquarum confluunt.

XXV. *Cum ad me ſcripſeris, Euſtathi pater venerande, te magna aſſici moleſtia, dum e loco ad locum & e regione in regionem migrare cogeris metu vigentis Chaldæorum calamitatis; fame etiam & ſiti laborare non panis & aquæ, ſed juxta Evangelicum * dictum, verbi Dei, cum neque libros circumferre poſſitis, neque ita facile in locis in quibus exulatis, quæ vultis, invenire valeatis: cumque meæ præceperis humilitati, ut epitomen aliquam divinarum ſcripturarum ad te mitterem, quæ neque circumferendo gravis eſſet præ magnitudine, neque ſui tenuitate in ea aliquid eorum quæ ad utilitatem & ſalutem animæ faciunt, deſideraretur: Obtemperavi libenter tuis mandatis, & quamprimum quod petis faciendum curavi. E ſacra igitur Scriptura centum quinquaginta excerpſi capita juncta quidem ſimul, invicem tamen ita diſiuncta, ut qui ea legerit, nulla confuſione trahatur. Et hæc tuæ miſi pietati: quæ cum acceperis, Deo, quam par eſt, & gloriam & gratiarum actionem reddas, qui ſuam virtutem imbecillis impertitur, ut in infirmitate perficiantur. Tu vero contra tuis Deo gratis precibus nos foveas, ut quod reliquum eſt nobis vitæ tempus juxta Dei voluntatem peragere poſſimus. Si vero aliquid (ut facile fieri potuit) imperfectum offenderis ignoſcas (quæſo te) meæ tenuitati, tum etiam temporis anguſtiæ tribuas, qua tuis mandatis volui obtemperare.*

Epiſt. Antioc. ad Euſtathium.

* Propheticum

XXVI. *Quoniam vero illud præterea ſcripſiſti, ut tibi aliquid diceremus de ſanctis patribus noſtræ Lauræ, an vera ſint quæ a nonnullis audiſſe dicis de eorum videlicet vita & nece, cum vix illa credi poſſint, & ſenſum omnem ſuperent: neceſſarium propterea duxi, brevibus tibi prius aperire quæ ad illos attinent, ea deinceps ſubiicere quæ diximus ſacræ Scripturæ capitula. De laudabili vero vita eorum in præſentiarum agere, id temporis non poſtulat, nec mea lingua illa poſſet facile percurrere. Illud tantum dicam, quod re vera homines erant divini (ſi homines tantum illos oporteat dicere potius quam Angelos, cum in exercitatione ſpirituali, & monaſtica vita, & laboribus quos pro pietate ſuſtulerunt a juventute ſua, inſenuerint) ſenes quidem venerandi & canos capillos habebant, ſed mente magis præſtabant & humilitate, honeſti, modeſti, veridici, irreprehenſibiles, juſti, pii, ab omni turpitudine & pravitate alieni, omnibus bonis exornati, & divino repleti amore: nonnulli ipſorum centum exceſſerunt annos, & quinquagintaſex in quieta & monaſtica vita cum peregiſſent, nec e Laura & monaſterio umquam receſſerunt: nonnulli vero neque ad eccleſiam proceſſerant, nec civitatem amplius viderant, ex quo vitam monaſticam ſemel fuerant amplexati: variis etiam virtutibus emicabant, terreſtres ſcilicet Angeli, & cæleſtes homines. Quapropter hunc finem ſunt adepti, & victoriæ præmium ſunt conſecuti.*

De martyribus necatis a Sarracenis.

*Cum enim Iſmaelitæ ad noſtrum acceſſiſſent monaſterium, una ſeptimana antequam ſancta civitas fuiſſet occupata & univerſa eccleſiæ ſacra vaſa jam diripuiſſent: plerique patres aufugerunt quamprimum: remanſerunt autem in monaſterio qui fortiores Chriſti fuerant ſervi, ſacrum illum locum deſtituere nullo pacto volentes. Barbari vero cum illos comprehendiſſent, & multos dies illos inhumane tractaſſent & tormentis afflixiſſent, pecunias hoc pacto ſe inventuros putantes, apud quos nihil hujus ſæculi reperiebatur.* Hucuſque ſunt quæ deſiderantur in codice ex quo Godefridus Tilmannus tranſtulit in Latinum & edidit, quæ ex Vaticano ſupplevimus; reliqua autem quem ſequuntur, ex verſione Tilmanni promuntur his verbis:

*Illi ſimulatque intellexerunt ſua ſe tandem ſpe & propoſito excidiſſe, in efferatiſſimam verſi rabiem, ad unum membratim beatos illos conciderunt. Qui & lætitia incredibili perfuſi, ac proinde alacri vultu renidentes, omni cum actione gratiarum animas reddiderunt Domino, quippe non ita pridem in votis habuerant reſolvi & eſſe cum Chriſto. Corpora vero pluſquam tragice cæſa cum non paucos dies in humum diſiecta ſine ſepulturæ beneficio jacuiſſent, ab Arabia illo uſque adproperavimus. Et quidem eximius Abbas Nicomedes ſpectaculum illud miſerabile cæſorum patrum contemplatus, deliquio animi concidit, atque illinc relatus mortuus prope eſt. Modeſtus præterea & ipſe ſanctiſſimus adventum noſtrum cum antevertiſſet, & ſanctorum illorum luſtraſſet prius habitacula omnia, itidem an-* XXVII.

XXVII. Sarraceni fuerunt in Sanctos monachus.

*angore animi contractus, multis ſe proluit lacrymis ac ſancta quæ eatenus reſederant lipſana* (hoc eſt, ſanctorum reliquias) *circumplexus, in patrum ſuperiorum depoſuit conditoriis.*

*Is ad hæc ubi ſolemnem perſolvit ex more ſermonem conſuetum, illud mox oraculum Iſaiæ exerta voce deprompſit* (a): *Viri juſti tolluntur, & nemo recogitat. A facie iniquitatis ſublatus eſt juſtus. Erit in pace ſepulcrum ejus & ſpes illorum immortalitate plena. In paucis* (b) *vexati, in multis bene diſponentur: quia Deus tentavit illos, & invenit eos dignos ſe, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos in tempore viſitationis ipſorum, ſplendeſcent ac refulgebunt. Et hæc de ſanctis illis cum ediſſeruiſſet, unumquemque noſtrum hortari cœpit, ne quo emigraremus loci illius noſtri deſertores, magis vero eas quæ imminebant tentationes generoſo pectore perferremus, Dominicæ illius memores ſententiæ* (c), *quia anguſta eſt porta & arcta via quæ ducit ad vitam; ſed & Apoſtoli dicentis* (d): *Quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Hujus itaque admonitioni viſum eſt gerere morem, eoque in Laura duos prope menſes permanſimus.*

(a) Iſai. 57.
(b) Sapien. 3.
(c) Matt. 7. Luc. 13.
(d) Act. 14.

XXVIII. Subdit vero de fuga illinc rurſus inita ad aliud monaſterium, & inde ad aliud, ac de aliis hinc inde diſperſis. Et inferius de iiſdem ſanctis monachis a Sarracenis occiſis: *Numerus*, inquit, *ſanctorum patrum, quos tyrannica ſuſtulit impreſſio, eſt quadragintaquatuor. Horum memoria Maio menſe celebratur decimaquinta * menſis die.* Addit his de ſpirituali præfectura ſanctæ civitatis collata Modeſto ſanctiſſimo monacho; ſed de ea ſuo loco dicturi opportune ſumus. Porro eumdem martyrum diem natalem celebrat Eccleſia Catholica decimaſexta menſis Maii, qua deſcripti habentur in ſacris tabulis, ex quibus dicta die annis ſingulis eorum memoria publico præconio redditur Chriſtiano populo rediviva.

* decimaſexta

XXIX. Judæorum in Chriſtianos inſultatio.

Præter igitur immenſa mala, quæ a Sarracenis, & multo magis a Perſis ſunt illata, inſultatio his acceſſit & perfidorum exprobatio Judæorum in Chriſtianos ac perſecutio, poteſtate (ut vidimus) a Perſis accepta occidendi, omnique crudelitate in eos ſæviendi: adeo ut collapſæ penitus viſæ ſint res Chriſtianorum, dato in captivitatem ſacroſancto vexillo Crucis, quod hactenus appareret dæmones etiam ſuperaſſe. Puſillo quidem animo & fida imbecilla præditi homines grave ſunt ſcandalum paſſi, deficientibus ex eis aliquibus ad Judæos, quaſi victa Cruce, extinctum ipſum videretur Chriſtianæ religionis robur, atque potentia. Ad debiles enim pervertendos ſatis præpotens ob oculos poſitum ſpectaculum videri poterat, Chriſti cuncta loca profanata cernere, ubi vel natus vel paſſus Dominus eſſet, ſacroſanctumque vexillum ab impiis e templo abſque ulla vel levi ſaltem ultione manu violenta ſublatum, aliaſque ſacras reliquias conculcatas, ac vaſa ſacra divinis aptata myſteriis manibus contrectata nefandorum, & eorum uſui mancipata: hæc, inquam, & alia hujuſmodi ſatis erant ad debilium dejectionem: ad fortiorum vero caſum diabolica quoque acceſſit tentatio, in angelum lucis apparens ipſe diabolus. Nam audi miſerandum caſum monachi Sinaitæ, quem idem deſcribit Antiochus (e):

(e) Antio. homil. 84.

XXX. Sinaitæ monachi labentis in Judaiſmum miſerandus caſus.

*Fuit*, inquit, *in monte Sina monachus quidam, qui celebre adeo edidit ſuæ continentiæ ſpecimen, ut in cellula multos vixerit annos incluſus: poſtremo multifariis revelationibus diaboli & in ſomniis illuſus, ad Judaiſmum delapſus eſt & carnis circumciſionem. Cum igitur diabolus huic identidem vera quædam inſomnia demonſtraſſet, & veluti objecta illecebra ineſcaſſet illius obſcuratam mentem: noviſſime oculis illius obiicit copioſam turbam Apoſtolorum, Martyrum, aliorumque omnis generis Chriſtianorum denſiſſimis tenebris & omni dedecore oppletam: parte oppoſita, Moſen, prophetas, populum quoque Judæorum* (Deo alioqui inviſum) *offert ſplendida admodum luce conſpicuos, inque gaudio & hilaritate vitam traducentes. Hæc cum ſpectaſſet miſer, eveſtigio ſurrexit, derelictoque ſancto illo monte in Palæſtinam uſque pervenit, rectaque contendit in Noara & Libyadem, aſyla Judæorum. Cum iſtis denarraſſet, quæ ſibi viſæ fuiſſent, diabolicas apparitiones, circumciſus eſt, ac profeſſus Judaiſmum, accepit uxorem, inque omnium proſpectu adverſus Chriſtianos edidit dogmata, propugnator factus Judaicæ ſuperſtitionis.*

XXXI. Vindicta in monach. apoſt.

*Hunc ego vidi ac plerique monachorum: neque enim, quatuor anni ſunt a morte illius, qua miſere perruptus eſt: catharri enim profluvium aliquandiu paſſus, & vermium arroſione contabeſcens, expiravit. Hunc cum vidiſſemus ego & alii aliquot monachi correpti timore ingenti, cum luctu lamentati ſumus. Erat id ſane quam miſerabile ſpectaculum. Vir hic totus incanuerat in monaſtica exercitatione, conſenueratque laboribus attritus: & is tandem cum mulieribus jocabatur, immundarum carnium, nempe Judaicarum guſtu ſe defœdabat & inquinabat, verba loquebatur obſcœna & impudica, blaſphemabat Chriſtum, Spiritum ſanctum non tolerandis afficiebat contumeliis. Et hunc talem illi ſine lege Judæi ſecundum vocabant Abraham.* Hucuſque de his Antiochus. Sed redeamus ad Coſrhoen Crucem





cem ſanctam Hieroſolymis in Perſidem transferentem.

XXXII. S. Crux intacta tranſlata in Perſidem.

Plane admiratione dignum illud fuit, impium hominem adeo eſſe reveritum ſalutis noſtræ trophæum, ut nec auſus fuerit ab ipſa theca, qua operiebatur, ſignaculum amovere, & clave aperire, ut vel illud inſpiceret; ſed timore perculſum, uti in ſacroſancto templi loco aſſervabatur, eodem modo in Perſidem voluiſſe transferre, veluti demum intactum Hieroſolymam reportatum fuit: quod teſtatus eſt Modeſtus tunc Hieroſolymorum Epiſcopus, itemque univerſus clerus Hieroſolymitanæ Eccleſiæ. Tradit hæc omnia Suidas in Heraclio. His adde quæ in eamdem ſententiam apud Adonem (a) in Martyrologio narrata habentur, nimirum ſumma religione Crucem in Perſide aſſervatam & honorifice cuſtoditam.

(a) Ado in Marty. 14. Sept.

XXXIII. Crux vincit cum victa videtur.

Adde his majora, nempe quod ſicut qui in Cruce pependit, tunc vicit omnia, cum victus atque mortuus viſus eſt: ita plane cum a Coſrhoe capta veluti ſe defendere neſcia Crux fuit inter hoſtium manubias collocata, tunc ipſa victorem vicit, & Chriſtianum populum liberavit, atque triumphans debellatis penitus hoſtibus, divina potentia ad propria remeavit: ut longe id ſuperet miracula illa quæ Arca (b) fœderis, cum captiva ducta eſt, in terra Philiſthinorum olim edidit: etenim tunc etſi afflicti, non tamen victi ab Iſraelitis penitus ſunt Philiſtæi.

(b) 1. Reg. 5.

XXXIV. De virtute immenſa S. Crucis.

At nequaquam fuit ligni aridi tanta præſtare, ſed plane virtutis divinæ ejus qui Deus & homo in Cruce pependit, cujus poteſtas omnem ſuperat poteſtatem atque potentiam, ipſe Rex Regum & Dominus dominantium, ſtatuens per infame ſupplicium Crucis ſalvos facere credentes, ut quod infirmius eſt Dei, hoc fortius ſit apud homines. Quod cum ſemper in Eccleſia ſit demonſtratum ſive per lignum ſive per ſignum Crucis ſanctiſſimæ: hoc quoque tempore maxime claruit cum ab hoſtibus delata fuit in Perſidem. Ubi cum eſſet, terrorem ingentem iiſdem Perſis incuſſit, quod jactaretur ab ipſis Deum Chriſtianorum in eam provinciam adveniſſe: ut plane non emortuum illuc viſum fuerit lignum advectum, ſed virga vigilans, & ſceptrum vivens, omnibus dominans. Hæc quam vera ſint, teſtimonium petamus ab ipſis Perſis, ex Actis inquam, ſanctiſſimi martyris Anaſtaſii Perſæ, quæ quidem non a Metaphraſte ſcripta fuere, ſed deſcripta potius, & ante ipſum Metaphraſtem cognita probataque in ſacroſancto Nicæno poſteriori Concilio, & a Latinis ut fide digniſſima recepta, atque emendata a Beda, ſi quæ vitio tranſlatoris potuiſſent mendoſa videri. Audi igitur ex ipſo exordio præfationis auctorem (c):

XXXV. (c) Ext. apud Sur. die 22. Januarii. Crucis virtus non poteſt eſſe captiva.

*Cum*, inquit, *magna civitas Hieroſolymorum capta fuiſſet a Rege Perſarum, & ſacra illa loca quæ mei Chriſti videre converſationem & Cruci affixionem & reſurrectionem, Medorum lanceæ & igni, iis quos ipſe novit modis eſſent tradita: & multa alia capta ſunt cum civitate, & ſalutis quoque noſtræ trophæum, mortis ſolutio, peccati internecio, lignum inquam vivificæ Crucis illinc tranſlatum eſt in Perſidem: quod quidem mihi videtur divinioris eſſe gratiæ, & ejus qui eſt crucifixus, ſolius diſpenſationis, quæ ſæpe novit etiam per adverſarios ea contexere, quæ ſunt meliora & utiliora. Poſtquam enim ſalutaris Crux Domini hoſtilibus capta fuit manibus, & in Perſidem* (ut diximus) *in ea captivitate captiva abducta eſt a barbaris; imitatur eum qui in ea fuit affixus, Chriſtum: vel potius ipſa Perſiam evertit, & ſpoliat falſam religionem, & quæ ſe dignæ erant captivas abducit animas vere laudabili, & longe pulcherrima captivitate; aut* (ut magis proprie dicam) *a captivitate revocat, & eis rurſum priſtinam reſtituit libertatem.*

XXXVI. Anaſt. Perſæ converſionis origo.

*Simulac enim ingreditur Perſidem, eam ſtatim totam illuſtrans radiis ſuæ gratiæ, ferit quidem animas infidelium, non ſecus ac Sol, qui laborantem oculum ingreditur: fideles autem non ſecus ac fulgor quidam apparens in tenebris, revocat. Ex quibus fuit unus is qui nobis nunc eſt propoſitus Anaſtaſius, & ſi nondum quidem cultu, ſed jam moribus & inſtituto. Qui proceſſit quidem e vico qui vocabatur Raſnuni, eſt vero regionis Razech, quæ ſita eſt in Perſide. Erat autem nomen ejus moribus conveniens & ex re ipſa magis cognitum* (is enim vocabatur Magundat). *Erat autem illius Bau filius qui erat in re magica præſtantiſſimus & eruditiſſimus. Qui cum præeſſet communi ludo litterario, & multos haberet adoleſcentes ad eum ventitantes captus amore præſtigiarum, & cum in hoc ſolum omne ſuum ſtudium poneret, nempe in rei magicæ exercitatione, in filio maxime arte utitur, & rem magicam eum tam diligenter docet, ut in ejus cognitione patri nihil eſſet reliquum, quod non notum quoque eſſet filio.*

XXXVII. Anaſt. Perſa afflatur divino ſpiritu.

*Cum autem adoleſcentiæ ætatem jam attingeret, & Rex Coſrhoe novum exercitum in Perſide colligeret, ipſe quoque cum aliis refertur in numerum tyronum. Quoniam vero veneranda Crux Domini totam agitabat & perturbabat Perſidem, infidelibus quidem horrorem & terrorem incutiens, fidelibus autem ſuaviter admodum & placide illuceſcens: de ea quidem fama quædam per omnes pervadebat, fama inquam, quæ paulo craſſius & indoctius prædicabat, Chriſtianorum Deum adeſſe*

*Perſis. Ad quam hic adoleſcens repente fuit accenſus animo. Jam enim occculte eum tangebat ille ignis, quem Chriſtus venit jacere ſuper terram: qui quidem non ſinebat quieſcere pulchram illius adoleſcentiam: ſed ſtatim omnes obibat partes, de eo ſciſcitans quam vehementiſſime poterat & diligentiſſime. Cum audiret autem ab omnibus, eam eſſe Crucem, in qua Chriſtus Dei Filius, qui a Chriſtianis adoratur, fuit crucifixus; veluti ignem igni adjecit, & quæſtioni conjunxit quæſtionem & ex reſponſione accepit occaſionem alterius interrogationis, & multo magis ſitiebat diſcere, Quemadmodum ex cælo quidem deſcenderit, cum ſit Deus, & quemadmodum etiam factus ſit homo, & cur etiam ſit ad Crucem condemnatus, & a quibus, & an ſit ad cælum reverſus, unde deſcenderat.*

XXXVIII. Anaſtaſius inſtruitur Chriſt. fide.

*Cum autem a piis ei annunciaretur carnis ſuſceptæ divini conſilii myſterium, aures quidem pietatis ſemina libenter ſuſcipiebant, anima vero producebat ſenſim ſpicam fidei, & ei deſiderium paulatim innaſcebatur, ſubibatque æmulatio ejus perpeſſionum: quæ cum in ejus anima aucta & amplificata eſſent, eum informant & inſtituunt ad optimum vitæ genus, clarumque & inſignem teſtem, martyrem inquam, efficiunt, ut jam procedens declarabit oratio.* Subdit his, quomodo idem relicto Perſarum exercitu, amore ſuſcipiendi baptiſmatis, ſe contulit ad Romanorum exercitum, indeque Hierapolim, ubi apud argentarium degens genere Perſam hominem Chriſtianum, latius res didicerit Chriſtianorum; incenſus vero fuerit multo magis ad ſubeundum martyrium, ubi in eccleſiarum (ut ait auctor) parietibus picta intueretur certamina ſanctorum martyrum. Quomodo autem inde abiit Hieroſolymam, atque conſecutus eſt ſacrum baptiſmum, ſuo loco dicemus.

Illuxit & virtus Crucis tunc in Perſide iis etiam qui vincti abſque ſpe redemptionis tenebantur in carcere, dum per hoſtiam illam in Cruce primitus immolatam, divinitus liberantur. Rem admirandam Leontius tradit ſui temporis ſcriptor, & rei in ſua patria geſtæ narrator (*a*): *Dicebat enim*, inquit, *quod a Perſis quidam abductus captivus, in cuſtodia quæ appellatur Lethe aſſervabatur vinctus. Lex autem erat apud Perſas, ut qui conjecti erant in eam cuſtodiam, nunquam revocarentur, & ea ratione conſentaneum eſt, eam fuiſſe vocatam Lethen, id eſt oblivionem. Illinc autem cum quidam potuiſſent aufugere & in Cyprum venire, affirmarunt parentibus adoleſcentis, eum eſſe mortuum in cuſtodia. Illi vero tres quotannis Synaxes celebrabant, tamquam eo mortuo. Quatuor anni præterierant, cum filius illinc aufugiens, redit domum. Quem cum parentes non tamquam qui fugiſſent e cuſtodia, ſed tamquam qui ſurrexiſſet e mortuis, cum magno ſtupore aſpexiſſent, & fuiſſent ineffabili voluptate repleti, & alia faciebant & dicebant, quæ anima quæ talem vidiſſet, faceret & diceret; & quemadmodum ei tamquam jam mortuo fecerant juſta quæ fiunt mortuis; & cum eum docuiſſent, quinam eſſent ii dies, nempe dies ſanctorum Theophaniorum, & dies ſalutaris Paſchæ, & dies ſanctæ Pentecoſtes. Hæc cum ille audiſſet & in memoriam revocaſſet, parentibus affirmabat, quod iis ipſis diebus relaxabatur a vinculis adventu cujuſdam qui geſtabat lampadem, & fruebatur omni ſecuritate; diebus autem ſequentibus tenebatur vinculis, ſicut prius.* Hæc Leontius in Joanne.

XXXIX. Fulgent in Perſide Crucis mirac.

(*a*) *Leon. in vita S. Joan. Eleemoſy.*

De captivo Miſſæ oblatione ſæpe vinculis ſoluto.

Sed jam Hiſpaniarum res inviſamus: Siſebuti regnantis in Hiſpaniis annus hic quartus numerandus erit, ſecundum Iſidori Chronicon, dum uno amplius an- XL.

PAGIUS XL. *Siſebutus anno DCXII. Rex Hiſpaniæ dictus.*

Ad num. XXXIX. & ſeqq. Extant in Gothorum legum Volumine leges duæ a *Siſebuto* Rege promulgatæ quarto Regni anno, quibus *Judæos* ſibi ſubditos fidem Catholicam amplecti jubet. Quare cum *Siſebutus* anno ſexcenteſimo duodecimo regnare in Hiſpaniis cœperit, *Judæi* qui Baptiſmum ſuſcipere noluerunt, anno tantum ſequenti e Gothicis ditionibus expulſi. Iſidorus quidem in Chronico ſcribit: *Era DCL. anno Imperii Heraclii ſecundo Regali faſtigio evocatur. Qui initio Regni Judæos ad fidem Chriſtianam promovens*, & cætera a Baronio num. XLI. ex Luca Tudenſi recitata. Sed tam Iſidorus, quam Lucas Tudenſis hallucinantur quoad annum rei geſtæ, & Baronius, quoad initium Regni Siſebuti. Supponit enim *Siſebutum* anno DCXI. Regem Hiſpaniarum creatum eſſe, quia, inquit, Iſidorus affirmat *Heraclium* uno amplius anno præcedere Siſebutum in Regno, cum tamen *Heraclius* menſe Octobri anni DCX. dictus fuerit Imperator & *Siſebutus* Idibus Februarii anni DCXII. nondum regnaret; quod liquet ex Epitaphio relato a Garſia Loaiſa in Notis ad Concilium Hiſpalenſe II. in quo legitur: SACERDOS OCCVRRIT AMATOR· ÆTATIS SVÆ XLIII. DIE ID. FEBR. ÆRA DCLII. FELICITER II. SISEBVTI REGIS. EPISCOPATVS AN. I. ET MEN. X. T. IN PACE AMEN. Era DCLII. coincidit cum currenti Chriſti anno, quo Idibus Februarii ſecundum Regni annum agebat *Siſebutus*. Quare anno DCXII. Poſt Idus Februarias Regnum inierat; & quidem circa finem illius menſis. Cum enim, ut num. ſequenti oſtendam, Antiqui annum quintum Heraclii cum quarto Siſebuti comparent; maniſeſte indicant, utrumque in majori ſui parte ſimul concurriſſe. *Heraclius* autem anno DCX. die quinta menſis Octobris Imperator renunciatus eſt, ideoque & *Siſebutus* circa finem menſis Febuarii Hiſpaniarum Rex declaratus, cum eum ante menſem Februarium dignitatem Regiam obtinuiſſe, ut exiſtimemus, obſtet laudatum Epitaphium. Sed redeo ad Iſidorum, in cujus Chronico non annorum Impe-



anno Heraclium præcedere Siſebutum in regno affirmat: nam quem ponit Heraclii quintum, quartum aſſerit Siſebuti, ſicut ab ipſo conſcripta breviter Gothorum hiſtoria docet. Qui & in Chronicon præfatione tradit ſe uſque ad Heraclii & Siſebuti tempora ipſum Chronicon perduxiſſe: quod nuper editum habes jam erroribus emaculatum, quantum licuit, & doctis notis illuſtratum a Garſia Loaiſa, viro quidem diſerto, cujus induſtria ſacra Concilia & alia Eccleſiaſtica Hiſpaniæ monumenta, carie conſumpta & ſitu obſita, mirifice illuſtrata jam fulgent. Sed quod idem Iſidorus illic poſtremo loco ponit, hic reddamus: *In Hiſpania quoque*, inquit, *Siſebutus Gothorum Rex quaſdam ejuſdem Romanæ militiæ urbes cepit, & Judæos regni ſui ſubditos ad Chriſti fidem convertit.* Sed violentia quidem adhibita, ut canon quingenteſimusſeptimus Toletani quarti magni Concilii docet his verbis, dum de Judæis ait: *Ergo non vi, ſed libera arbitrii facultate, ut convertantur, ſuadendi ſunt, non potius impellendi. Qui autem jampridem ad Chriſtianitatem venire coacti ſunt (ſicut factum eſt temporibus religioſiſſimi Principis Siſebuti) quia jam conſtat eos eſſe ſacramentis divinis aſſociatos, & baptiſmi gratiam percepiſſe, & chriſmate unctos eſſe, & corporis Domini & ſanguinis extitiſſe participes; oportet ut fidem etiam quam vi vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, &c.*

Judæi juſſi inviti baptizari.



Quamnam vim ipſe Rex adhibuerit, ut Judæi ad fidem converterentur, lex ab eo de his data ſignificat, quæ ſic ſe habet (*a*): *Cum Veritas ipſa petere & pulſare nos deceat, præmonens quod regnum cœlorum vim patitur: in nullo eſt dubium, quod ille indultæ gratiæ munus abhorreat, qui ad eam procedere ardenti animo non feſtinat. Proinde ſi quis Judæorum, de his ſcilicet qui nondum ſunt baptizati, aut ſe baptizare diſtulerit, aut filios ſuos vel famulos ſuos nullo modo ad ſacerdotes baptizandos remiſerit, vel ſe ſuoſque de baptiſmo ſubtraxerit, & vel unius anni ſpatium poſt legem hanc editam quiſpiam illorum ſine gratia baptiſmi tranſierit: horum omnium tranſgreſſor quiſque ille repertus fuerit, & centum flagella decalvatus ſuſcipiat, & debita multetur exilii pœna: res tamen ejus ad Principis poteſtatem pertineat, qualiter ſi incorrigibilem durior eum cuſtodierit vita, perpetua in ejus, cui Prin-* XLI.

(*a*) *Leg. Uviſigot. l. 12. tit. 3. l. 3.*

Lex Siſebuti de Judæi baptis.



PAGIUS

peratorum, qui ſæpius in eo mendoſe deſcripti ſunt, ſed Eræ Hiſpanicæ ratio habenda; juxta quam regulam *Siſebutus* Gundemaro Regi ſucceſſit anno DCXII. quia Iſidorus ejus Regni initium cum Era DCL. conjungit. Et hæc de initio Regni *Siſebuti*.

XLI. *Judæos Baptiſmum ſuſcipere compellit.*

Auctor Appendicis ad Marii Aventicenſis Chronicon, qui hoc tempore vivebat, ut ſupra oſtendi, Judæos anno tantum ſequenti ad fidem Chriſtianam ſuſcipiendam coactos eſſe nos edocet; *Heraclius*, inquit, *quinto Imperii ſui dum fungitur anno, Siſebotus Gothorum Rex in Spania plurimas Romana militia, Urbes, quarto Regni ſui ſibi bellando ſubiicit, & Judæos ſui Regni ſubditos, præter eos qui fuga lapſi ſunt ad Francos, ad fidem Chriſti convertit.* Factum id itaque anno ſequenti, quo *Heraclius* quintum Imperii abſolvit, & *Siſebutus* quartum Regni inchoavit. Vaſæus in Chronico notat Iſidorum in Etymologiis lib. 5. cap. ult. juxta exemplaria MSS. aſſerere geſtum id eſſe, *anno Heraclii quinto, & Siſebuti quarto*. Quæ diverſa lectio Iſidori notatur etiam in fine vulgarium Editionum Librorum de Etymologiis. In Bibliotheca Colbertina num. 240. extat *Brevis Temporum Expoſitio Melliti*, quæ ab Adamo incipitur, & anno V. Heraclii Imp. terminatur, in cujus fine *Mellitus* ait, Siſeburum Gothorum Principem in Hiſpania plurimas Romanæ militiæ Urbes ſibi bellando ſubjeciſſe, & *Judæos* ſui Regni ſubditos ad fidem Chriſti convertiſſe. Addit Mellitus: *Fiunt igitur anni ab exordio mundi uſque in Eraclii annum præſentem; hoc eſt in anno quinto Imperii Heraclii, & quarto religioſiſſimi Principis Siſebuti V̄. DCCCXLVIIII.* Ubi V̄. quinque millia ſignificat; ſed loco DCCCXLVIIII. legendum DCCCXV. Eſt enim hæc Era Septuaginta Interpretum, quæ in minori numero, ſi unitatem abdices, minorem numerum, anni Dionyſiani repræſentat. Ex his intelligimus, illam Expoſitionem Temporum, quæ nondum lucem vidit, non tantum eſſe perductam uſque ad annum Chriſti DCXV. ſed etiam eo anno ab Auctore ſuo ſcriptam. Is enim poſt hæc dicit, *ſequentia tempora Deo nota eſſe*. [1] Quare ea nondum

NOTÆ [1] JUvat hic nonnulla promere quæ pergrata Eruditis fore confido. Ea igitur quæ hic apud Pagium ex MS. Colbertino eruta Mellito cuidam tribuuntur, totidem verbis in MS. Codice Cathedralis noſtræ Lucanæ, ſæculo nono, vel forte etiam octavo ſcripta leguntur. Ita ergo MS. iſte Codex Chronicon Iſidori referens: *VDCCCCXIII.* (ita codex ſed mendo manifeſto, cum inferius hæc eadem temporis nota ita exprimatur VDCCCXIII.) *Heracleus dehinc quintum agit annum imperii. Siſebutus Gothorum glorioſiſſimus Princeps plurimas Romanæ militiæ urbes ſibi debellando ſubiicit, & Judæos ſui regni ſubditos ad Chriſti fidem convertit. Fiunt igitur ab exordio mundi uſque ad præſentem eram, hoc eſt in anno V. Imperatoris Heraclii & IV. principis Seſebuti anni VDCCCXIII.* Eram hic non exprimit Iſidorus & annos Mundi non ſatis accurate ab amanuenſi expreſſos cenſeo; forte enim ſcribendum fuerat VDCCCXIIII. ut in editis Chronicis Iſidori legitur. Idem facile retulit Mellitus quem in fragmento a Pagio ſervato Iſidorum excripſiſſe ex iis quæ ex noſtro Codice retulimus perſpicuum eſt. Ita ergo forte & Mellitus ſcripſit; nec niſi oſcitantia amanuenſis in Codicem Colbertinum aliter irrepſit. MANSI

ceps largiri voluerit, poteſtate permaneant. Hactenus lex. Ado Viennenſis ait, Judæorum, qui baptizari renuerunt, nonullos fuga lapſos ad Francos migraſſe in Gallias: nonaginta millia Judæorum tunc baptizata fuiſſe, alii (*a*) tradunt. Porro & hoc ipſum factitatum eſſe in Galliis ſub Dagoberto Rege Clotharii filio, hortante Heraclio Imperatore, hiſtorici qui Francorum res ſunt proſecuti (*b*) confirmant: factumque hoc ipſum poſtea ab eodem Heraclio Hieroſolymis, ex ejus legibus (*c*) liquet.

(*a*) *Aimo. hiſt. Fran. l. 4. c. 22.* (*b*) *Aimo. ibid. & Append. ad Greg. Turon.* (*c*) *Jur. Oriental. lib. 1.*

XLII. In Galliis & in Oriente Judæi baptizari juſſi.

Fuit ejuſdem Imperatoris in Judæos accenſus zelus, cum & illi in Chriſtianos inſito medullis odio flagrantes graſſati eſſent tempore quo Coſrhoes Perſarum Rex (ut diximus) potitus fuerat ſancta Hieroſolymorum civitate. Porro alia interceſſit cauſa, cur de baptizandis cunctis Judæis Heraclius tum apud ſuos tum apud exteros durus fuit exactor, nempe quæ apud Gregorium Turonenſem ita ponitur, cum agitur de fine ejuſdem Heraclii Imperatoris: *Cum eſſet litteris nimium eruditus, aſtrologus efficitur: per quod cernens a circumciſis gentibus divino nutu Imperium eſſe vaſtandum, ad Dagobertum Regem Francorum dirigens, petit ab eo ut omnes Judæos regni ſui ad fidem Catholicam baptizandos præciperet. Quod protinus Dagobertus implevit. Heraclius per omnes provincias Imperii tale idemque facere decrevit: ignorabat enim unde hæc calamitas contra Imperium ſurrectura eſſet.* Nempe a Sarracenis, iiſdemque Hebræorum inſtar circumciſis. Sed Hæc de Heraclio poſtea contigerunt, ubi defuncto Clothario, ejus filius Dagobertus regnare cœpit: hic autem occaſione Siſebuti Regis ſanctionis narrata. De his Tudenſis agens in Chronico, affirmat iſta de Judæis facta eſſe ipſo ejus regni exordio; ait enim: *Initio regni, Judæos ad fidem Chriſtianam promovens, æmulationem quidem habuit, ſed non ſecundum ſcientiam: poteſtate enim compulit, quos provocare fidei ratione oportuit. Sed (ſicut ſcriptum eſt) ſive per occaſionem, ſive per veritatem Chriſtus annuncietur.* Hæc ipſe qui eundem Regem egregia ſanctitate præditum commendat, de quo in fine ipſius dicturi ſumus.

Qui

PAGIUS dum tranſierant. Cæterum laudata de Heraclio & Siſebuto verba, quæ tam in Libro 5. Etymol. Iſidori, quam in Chronico MS. Melliti leguntur, non hic ab Iſidoro, ſed Iſidorus ex Mellito excerpſit; cum ille Libro quinto Etymologiarum quindecim alios adjecerit, ideoque & Libros ſuos XX. Originum ſive Etymologiarum longe poſt hunc annum compoſuerit, quos cum non complevisſet S. *Braulio* Cæſaraugustanus Epiſc. perfecit, digeſſitque in eam, quam cernimus, formam.

XLII. *Dagobertus Rex Judæos ad Baptiſmum cogit, ſed non hortatu Heraclii Aug.*

Baronius num. XLI. citat locum Fredegarii in Chronico cap. 65. ſub nomine Appendicis ad Gregorium Turonenſem, in quo dicitur de Heraclio Imperatore: *Cum eſſet Literis nimie eruditus, Aſtrologus efficitur, per quod cernens incircumciſis gentibus Divino nutu Imperium eſſe vaſtandum, ad Dagobertum Regem Francorum dirigens, petens, ut omnes Judæos Regni ſui ad fidem Catholicam baptizandum præciperet; quod protinus Dagobertus implevit. Heraclius per omnes Provincias Imperii taliter, idemque facere decrevit. Ignorabat unde hæc calamitas contra Imperium ſurgeret.* Narrat hæc Fredegarius anno Dagoberti octavo, deducto ab anno Chriſti DCXXII. quo is conſors Regni a Clotario patre declaratus eſt. Verum, ut ait Hadrianus Valeſius lib. 19. Rer. Franc. pag. 100. Veteres rerum Gallicarum Scriptores id memoriæ non tradidere: nec rei hujus ulla uſquam in Græcis Scriptoribus mentio: Ex quibus etiam nullus *Heraclium Auguſtum* Aſtrologum fuiſſe dicit. Contra Cedrenus prodit, *anno XII. Imperii Heraclii Stephanum Alexandrinum Aſtrologum, tertio Nonas Septembris aſſirmaſſe Saracenos per annos CCCLXV. longe lateque regnaturos.* Heraclius autem ignorare non potuit, quæ Stephanus Mathematicus, homo ditionis ſuæ, natus ſcilicet Alexandriæ in Ægypto, Saracenis prædixerat; ideoque nec Judæos metuere debuit, ſed Saracenos. Præterea *Heraclius*, cum Crucem Dominicam a *Siroe* Rege Perſarum remiſſam Hieroſolyma referret, *Beniamin* cuidam Judæo, homini admodum opulento & Chriſtianis infeſto, a quo ipſe cum exercitu ſuo Tiberiade fuerat exceptus epulo, admonitionibus perſuaſit, ut baptizaretur, Teſte Theophane. Non ergo *Judæos* coegit fidem Chriſtianam profiteri, aut recuſantes finibus Imperii Romani expulit *Heraclius*, qui Judæis Hieroſolymitanis Hieroſolymam, de qua tam male meriti erant, tertium ab Urbe lapidem interdicere contentus fuit. Denique non minus Imperatoris intererat, Hiſpanienſes Judæos, quam Gallicanos baptizari, aut domo expelli; & tamen nihil ejuſmodi a Rege Hiſpaniæ petiiſſe dicitur. Falſum eſt enim quod gratis affirmat Mariana in Hiſtoria Regum Hiſpaniæ, jam antea hortatu *Heraclii* a Siſebuto Rege Hiſpaniæ Judæos ablui juſſos coactoſque eſſe. Si itaque *Dagobertus* Judæos ad Baptiſmum ſuſcipiendum coegit, id *Heraclii* Imperatoris rogatu factum non fuit. Vide hac de re Cointium anno DCXXIX. n. IX.



I. Coſrhoes Ægyptum & alias provincias depopulatus.

QUi ſequitur annus ſexcenteſimus decimusquintus, notatur Indictione tertia: quo, nullo reſiſtente, Corſhoes (ut habent Annales *a*) invaſit Ægyptum, excurrenſque Libyam, Carthaginem uſque pervenit, quam fruſtra tentavit: plurimiſque in captivitatem abductis, onuſtus præda eſt reverſus in Perſidem. Eſt de his item mentio apud Leontium occaſione narrationis hiſtoriæ Joannis Epiſcopi Alexandrini, perpetuis quidem digne monumentis, cum de ingenti fame agit, quæ vexavit Ægyptum: ait enim (*b*):

(*a*) *Miſc. li. 14. ex Theophane, & Cedren. in Compen. hoc anno 6. Heracl.*

II. (*b*) *Leont. in vit. Joa. Eleemoſ.*

*Cum magna multitudo eorum qui manum Perſicam effugerant, confugiſſet Alexandriam, & eſſet magna alimenti penuria, maxime quod nec illo tempore Nilus aſcendiſſet, ut conſueverat, & pecuniæ Eccleſiæ eſſent conſumptæ: coactus eſt ille magnus mille libras auri mutuas accipere ab aliquibus. Cum autem eas quoque conſumpſiſſet, agitabatur magna ſolicitudine, & Dei orabat benignitatem, ut in rebus dubiis aliquam viam excogitaret. Sed etiam ſi ad tantam redactus fuiſſet inopiam, non fuit tamen victus a calamitate, non divinas leges & ſacras conſtitutiones affecit dedecore, nec intermiſit commiſſum ſibi gregem accurate regere. Itaque cum quidam clericus ex iis qui ſecundas nuptias contraxerant, abundans divitiis vellet conſequi gradum diaconatus, reſciviſſet autem has Patriarchæ anguſtias, & arripuiſſet tempus tamquam opportunum, ſi pecuniis levata inopia, aſſequeretur id quod deſiderabat, chartam tradit beato Joanni, quæ ſic habebat.*

III. Simoniacus opportunam captat occaſionem.

*Cum accepiſſem anguſtias in quas redacta eſt munifica dextera domini mei, non exiſtimavi oportere me quidem degere in deliciis & rerum abundantia, dominum autem meum redactum eſſe in anguſtias. Sunt autem apud me frumenti quidem multa millia, auri autem centum libræ & quinquaginta. Eas velim per te dare Chriſto, ſi tamen judicatus fuero dignus ejus diaconatu per ſanctam tuam ordinationem. Inventum enim eſt alicubi dictum fuiſſe apud Apoſtolum, ex neceſſitate legis quoque fieri tranſlationem.* Vidiſti artem, & attendiſti fraudes, quibus invadit Eccleſiæ ſepta pecuniis Simoniacus? Sane quidem meminiſſe debemus, fuiſſe S. Gregorii querelam apud Eulogium Alexandrinum Epiſcopum de Simoniaca peſte, quæ Alexandrinam Eccleſiam invaſiſſet.

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLVIII. A.C. 615.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6108.

☉ 8. E. ☽ 8. P. 10. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 615.

DEUSDEDIT PAPÆ 1.

HERACLII IMP. 6.

I. *Poſtconſulatus.*

IS annus hac formula notatus: *V. poſt Conſulatum Heraclii Aug. IV.* ut legitur in Chronico Alexandrino, ubi additur: *A XXII. Januarii ſcribitur: Imperii Heraclii Junioris annus III.*

II. *Ægyptus a Saracenis ſubacta.*

A num. I. ad VI. Theophanes anno Eræ Alex. DCVII. qui Kal. Sep. hujus Chriſti anni exorditur ait: *Hoc anno Perſæ Ægyptum, Alexandriam, & Libyam ad uſque fines Æthiopiæ ſubegerunt: & collecta captivorum multitudine, ſpoliis etiam ampliſſimis, & pecuniarum vi aſportata, ſuas in Provincias redierunt. Chalcedonem quidem occupare non valuerunt; ſed præſidio ad eam obſidendam relicto, ſeceſſerunt.* Hæc depopulatio hoc anno a Baronio recitata ex Auctore Miſcellæ, Anaſtaſio in Hiſt. Eccleſiaſt. & Cedreno ad annum VI. Heraclii. Verum referenda eſt ad annum ſequentem, cujus verno tempore expeditiones militares de more ſuſceptæ. Præterea Auctores illi *Carthaginem* pro *Chalcedone* ſcripſere, Baroniumque decepere, quia hæc Græcis Καλχηδὼν illa Καρχηδὼν dicitur, & ea nominum vicinitas Librarios facile in errorem inducere potuit. Immo Petavius in Notis ad Nicephori Hiſtoriam qui hoc obſervavit, poſtea, cum ſermo eſt de iterata *Chalcedonis* oppugnatione, de qua anno ſequenti agemus, aſſerit Perſas *Carthaginem* expugnaſſe; cum tamen non ſint alia quæ narrat Theophanes, cum de iſta ſecunda oppugnatione loquitur, ab iis, quæ narrat S. Nicephorus de ea ſecunda obſidione: neque enim verbum ullum de *Carthagine* Nicephorus habet.

III. *Prior Legatio Heraclii ad Choſroen Perſarum Regem.*

Ad Chalcedonem tamen Perſas hoc anno excurriſſe teſtatur Auctor Chronici Alexandrini *Indictione III.* hoc ſcilicet anno, qui etiam memorat Legationem ab Imperatore in Perſidem miſſam: *Sain*, inquit, *Perſarum Exarchus Chalcedonem uſque populabundus excurrit, agrumque Chryſopolitanum infeſtavit, & Antiperæ videbatur, qui acceptis ab Imperatore Heraclio ad portum Chalcedonenſem per ſe navigio traiiciente muneribus receſſit pollicitus pacem futuram, ſi ab Romanis Legati ad Choſroen mitterentur. Miſſi ergo ex nobis Legati tres, Olympius, inquam, Præfectus Prætorio, Leontius Præfectus Urbi, & Anaſtaſius ſanctiſſimæ Eccleſiæ Magnæ Conſtantinopolitanæ Presbyter cum reſponſis a noſtris Principibus ad execratum a Deo Choſroen, quarum ſententia hæc fuit.* Sed antequam eam referam, explicandum quid *Antiperæ* voce intelligat Auctor Chronici Alex. Ducangius lib. 4. Conſtantinopolis Chriſtianæ cap. 10. oſtendit, *Græcos* littus ſinus Ceratini, quod Conſtantinopoli obverſatur, *Peræam*, *Antiperam* vero ripam ejuſdem ſinus Urbi obiectam appellaſſe, interdumque *Antiperam* ab eis ſumi pro Aſiatico littore, quod Peræ ſeu Peræ obverſatur. Sic apud Curopalatem in Romano Diogene, *Herium* Palatium, quod ad littus Aſiaticum Urbi oppoſitum extitit, εἰς τὸν ἀντιπέραν ſtatuitur. Quo etiam ſenſu Auctor Chronici Alex. loco laudato *Antiperam* Aſiaticum littus vocat. Pergit hic Chrono.

et. Sed quid ad hæc Joannes, ita Leontius pergit narrare.

IV. Reiicitur a Joanne Simoniacus.

*Eum ergo ſeorſum accerſit Patriarcha, non volens multis præſentibus eum afficere dedecore, & dicit ei: Tua quidem oblatio, o fili, eſt magna & huic tempori neceſſaria, ſed eſt vitioſa, & propter hoc ipſum non admittenda. Non ignoras enim quod oves quæ ex lege (a) offerebantur, ſi non eſſent vitii expertes, etiam ſi eſſent magnæ, non poterant admitti ad ſacrificium. Qua de cauſa nec munera (b) Cain Deo fuerunt accepta. Illud autem ex neceſſitate (c) etiam fieri legis tranſlationem, hoc ab Apoſtolo dictum eſſe ſcimus de lege veteri. Quid enim tibi videtur quod ſitum eſt apud fratrem Domini Jacobum? ſic autem habet (d): Qui totam legem impleverit, in uno autem lapſus ſit, eſſe omnium reum. Fratres autem noſtros pauperes, etiam ſi nos verſemur in inopia, qui aluit Deus uſque in hodiernum diem, ipſe eorum quoque de cætero curam geret, ſi modo nos ejus mandata ſervemus immobilia. Quid enim quod facere non poſſit? aut quid ſit difficile ei, qui (e) quinque panes in deſerto aliquando multiplicavit, ſi decem modios qui ſunt in meo horreo benedixerit, eos in magnam augere multitudinem? Quamobrem tibi, o fili conveniet id quod Simoni dictum eſt in Actis (f): Non eſt tibi pars neque ſors in hac parte.* Hæc ad eum Joannes magna ergo Deum fiducia præditus. Sed quid mirandum fuerit ſubſecutum, attende.

(a) Levit. 22.
(b) Geneſ. 4.
(c) Hebr. 7.
(d) Jacob. 2.
(e) Joan. 6.
(f) Act. 8.

V.

*Nondum ille* (inquit Leontius) *dimiſſus domum ire, re infecta redierat; cum magno Joanni ſignificatur, duas naves Eccleſiæ in portum appuliſſe, ferentes ex Sicilia multa frumenti millia. Quod quidem cum ille audiviſſet, procidens ad genua Deo egit gratias, dicens: Qui quærunt te Domine, & ſervant tua mandata, non minuentur omni bono. Quamobrem magnifico ſanctiſſimum nomen tuum quod non permiſeris ſervo tuo, ut tuam gratiam venumdaret pecunia. Sed ſic quidem in anguſtiis dilatatus fuit inclytus, quod non pro uſu rerum neceßariarum prodidit accuratam regulæ obſervationem.* Hucuſque Leontius: quibus plane docetur, quanta ſuadeat mala prudentia carnis, cum in Deum peccare conſulit potius, quam de ejus providentia ſpem concipere; eradicans quam fideles habere jubentur erga Deum fiduciam: quo fit ut res Eccleſiæ quotidie in deterius prolabantur, ſi humana prudentia nitamur potius, quam ſpe in Deo firmiter collocata.

Prudentia carnis adverſatrix Eccleſiæ.

VI. Tyranni in Italia.

Acceſſit autem hoc anno ad mala quibus Romanum Imperium adeo eſſet in Oriente labefactatum, ut etiam in Occidente quod reſiduum erat nutare cœperit, rebellante Joanne Præfecto urbis Neapolitanæ, cæſo Joanne Exarcho. Cujus rei gratia miſſus eſt in Italiam Eleutherius Exarchus, qui & ipſe poſt ☞ biennium ☜ ſuæ adminiſtrationis in tyran-

PAGIUS

nographus, recitatque Legatorum Orationem his verbis conceptam.

IV. *Oratio Legatorum.*

*Qui omnia procreavit, & omnia continet Deus dignum ſua bonitate munus mortalibus contulit, Imperii, inquam, providentiam, qua ſecuritas vitæ nobis procuratur, aut ſi in difficultatem incurramus, curam reperimus. Ad hoc divinum munus providentiam, inquam, Regiam (reſpicientes) præ cunctis ſummam Veſtram clementiam oratum venimus, uti venia dignetur auſos præter rationem prioris Reipublicæ ſtatus, præſenti erga Majeſtatem Veſtram recognitione uti. Neque enim ignoramus præterito tempore conſuetudinem obtinuiſſe, quæ volebat lites quaſdam inter duas Reſpublicas natas per Principum earum declarationes mutuas, quidquid erat controverſum, componere. Sed hunc morem Phocas Imperii Romani inſidiator infregit. Corrupto enim Romano, qui in Thracia erat, exercitu, ſtatim imperantem hanc Urbem noſtram invaſit, & Mauricium ſancte nobis imperantem una cum conjuge & liberis, cognatiſque, nec paucis ex Magiſtratu ſuſtulit. Unde factum, ut V. Majeſtas incitata tantopere ſtatum Reipublicæ Romanæ debilitarit. Cum ergo intelligeret is, qui nunc pie nobis imperat, quæ a prædone illo facta eſſent, unaque æterna memoria dignus pater ejus decreverunt, ex tantis illis anguſtiis Imperium Romanum in libertatem aſſerere, quod & fecere quamvis a Veſtra Majeſtate valde labefactatum.*

V.

*Poſt mortem ergo tyranni cum noſter Imperator vellet cognatos ſuos accipere, & in Africam ad patrem ſuum remittere, moneretque nos, ut quem vellemus Imperatorem deſignaremus, ægre ceſſit precibus noſtris, ut Imperium reciperet; propter duarum quoque Rerumpublicarum perturbationem, & civilem motum locum non habuit præſtandi, quæ oportebat, ut debitum honorem ampliſſimæ Majeſtati Serenitatis veſtræ exhiberet. Statueramus ergo, neglecto more cujus ante mentionem fecimus, humiles nos homunciones ad tantum Regum Regem preces ſternere, & mittere ex nobis, qui ad veſtigia veſtra admitterentur; ſed hoc propter ea, quæ intervenerunt, exequi uſque ad hodiernum diem non fuimus auſi. Quia tamen Sain Bahmanzadago illuſtriſſimus Perſici exercitus Exarchus ad fines Chalcedonis acceſſit, & cum noſtro religioſiſſimo Imperatore nobiſcum collocutus, rogatus eſt ab omnibus, ut nobiſcum de pace tractaret, reſpondit penes ſe paciſcendi poteſtatem non eſſe, deprecaturum tamen ſuper hoc Clementiam Veſtram.*

*Aſſerunt hanc primam eſſe Heracl. ad Choſroem Legationem.*

VI. *Petunt, ut Pax Perſas inter, & Romanos ſanciatur.*

*Nunc vero & reſponſum miſit nobis per Spaduarem, pollicitus juratuſque ampliſſimam Veſtram Majeſtatem Legatos noſtros pro dignitate, ut decet ſuſcepturam, & ſalvos ad nos remiſſuram, illudque a Clementia Veſtra imperatum eſſe. Nos vero his freti promiſſis imprimis vero Deo & Veſtra Magnificentia, ſervos veſtros Olympium clariſſimum virum, Conſularem, Patricium & Præfectum Prætorio: Leontium clariſſimum item Conſularem, Patricium, Præfectum Urbi, eundemque Syncellum, quos ut ſuprema Majeſtas Veſtra, quemadmodum decet, excipiat, oramus, uti quamprimum fieri poterit nobis cum grata Deo pace, quæ amantem pacis Majeſtatem Veſtram deceat, nobis reportent. Obſecramus etiam Clementiam Veſtram, ut Heraclium religioſiſſimum Imperatorem noſtrum loco*



rannum erupit. Quod enim prope collapſum crederetur Romanum Imperium, Perſis abſque obice ubique graſſantibus; quodque adeo infirmæ vires eſſe ſcirentur tunc regnantis Heraclii, ut ejus conſternatus penitus animus cerneretur: crevit audacia ſceleratorum, qui iſtiuſmodi dejectionis Imperatoris conſideratione animum erexerunt; atque ipſe qui in Italiam fuerat miſſus Exarchus, ſtudere cæpit, ut pereuntis Imperii ſibi partem aliquam vendicaret: ad quod magis impellebat ipſa ſecuritas. Etenim Heraclius cum non ſatis eſſet ob oculos graſſantibus Perſis occurrere; quomodo putaretur rebus Italicis eſſe ſubventurus, & non magis fore contempturus crederetur ipſum quod intra fauces erat Longobardorum Italiæ regnum, quod etſi e tyranni manibus eriperetur, a barbaris tamen jam fixas illic ſedes habentibus ut defenderetur, nulla penitus ſpes eſſe videri poſſet?

VII. Joannes Tyrannus occiditur.

Hæc agitans mente Eleutherius, non ſtatim defectionem inſtituit, ſed ad conciliandos ſibi primum ſubditorum animos juſtiſſimi principis munus exolvit, ut prædeceſſoris Joannis cædem ulciſceretur: quo facto, Romam ſe contulit atque inde Neapolim, ubi contra Joannem illum cognomento Compſinum ejus civitatis ac provinciæ Præfectum, qui ſe principem conſtituerat, arma movens, eum ſubegit atque occidit; ſeque Regem appellavit Italiæ. Habet hæc paucis iſtis Anaſtaſius in rebus geſtis Deuſdedit Rom. Pontificis: *Eodem*, inquit, *tempore veniens Eleutherius Patricius & cubicularius occidit omnes qui in nece Joannis Exarchi & Judicis Reipublicæ fuerant mixti. Hic venit Romam & ſuſceptus eſt a ſanctiſſimo Deuſdedit Papa optimo. Qui egreßus de Roma, venit Neapolim, quæ tenebatur a Joanne Compoſino intacta. Et ſic pugnando Eleutherius Patricius ingreſſus eſt Neapolim*

PAGIUS

*loco filii habeat, paratum in omnibus Serenitati Veſtræ cultum & officium præſtare. Quod ſi fecerit, geminam ſibi gloriam comparabit, cum ex fortitudine bellica, tum ex pacis gratificatione. Nos porro quiete immortali munere Veſtro nobis parta cauſam habebimus pro Veſtro beato ſtatu longaque vita Deum deprecandi æternum Reipub. Romanæ a vobis beneficium poſſeſſuri.* Ita Auctor Chronici Alexandrini hoc anno.

VII. *Legati a Perſis crudeliter habiti.*

Nicephorus in Breviario pag. 7. eadem quæ ex Theophane ſupra recitavimus, ſed ſine ulla temporis nota, refert: ac præterea narrat orationem, quam habuit *Sais*, quem *Saitum* vocat, ad Imperatorem Heraclium, ut eum ad Legatos deſtinandos impelleret, additque: *Cum his* (tribus nempe Heraclii Legatis) *Saitus, abductis a Chalcedone copiis receſſit, & in Perſidem profectus eſt. Ac quandiu iter per Romanum Imperium fuit, Legatos omni honore ac cultu proſequebatur: ſimul atque vero Perſarum fines attigit, ferreas catenas iniiciens ad Choſroen deduxit. Qui ubi comperit Heraclium a Saito Imperatoris loco habitum, & honoratum, non ad ſe tanquam captivum abreptum, quod jamdudum ſomniabat, atque animo præceperat, vehementer in eum commotus eſt: ac poſtremo detracta pelle, & utre ex illa facto, acerba ac violenta morte damnavit: Romanorum vero Legatos ſeorſim quam diligentiſſimis cuſtodiis habitos miſerandum in modum afflixit.*

VIII. *Ex Legatio hoc anno obita.*

Petavius in Notis ad Breviarium Nicephori pag. 62. contendit, colloquium illud cum *Sae*, atque *Heraclii* Legationem ad Choſroen pertinere ad annum ſequentem, & ad Indictionem IV. ac annum Heraclii VI. licet ſub Indictione III. quæ hoc anno obtinuit, recitetur in Chronico Alexandrino; quia in eodem poſt memoratam Indictionem III. dicitur: *Hoc anno Sergio Patriarcha Conſtantinop. a prima Jejuniorum ſeu Quadrageſimæ hebdomade, Indict. IV. cœpit pſalli poſt illud, Dirigatur, quando præſanctificata dona e ſacrario in Altare inferuntur, poſtquam dixit Sacerdos: Juxta gratiam donumve Chriſti tui, ſtatim incipit populus: Nunc virtutes cœlorum nobiſcum inviſibiliter Deum colant: ecce ingreditur Rex gloriæ: ecce Sacrificium myſticum offertur: in fide & timore accedamus, ut participes Vitæ æternæ efficiamur, Alleluia. Hoc non ſolum in jejuniis præſanctificatorum canitur, ſed aliis etiam diebus, quandocumque præſanctificata fiunt.* Parte alia ſub Indictione IV. annoque Heraclii VI. diem primam menſis Martii feriam ſecundam fuiſſe dicit Auctor Chronici Alexandrini. Igitur, inquit Petavius, anno Chriſti DCXVI. Indict. IV. Heraclii VI. *Saes* caſtra ad Chalcedonem applicuit. Petavium ſequuntur Bollandus in Vita S. Anaſtaſii Perſæ ad diem XXII. Januarii in Commentario prævio paragrapho 2. & alii paſſim. Verum hallucinantur; cum Auctor Chronici Alexandrini anno DCXV. ſuo more ipſo anni, de quo loqui intendit, initio characteres præfigat, ſcilicet Indictionem III. annum V. poſt Conſulatum Heraclii Aug. IV. annumque III. Heraclii Junioris, quæ certæ ſunt currentis anni notæ, & poſtea verba faciat de conſuetudine inducta a *Sergio* Patriarcha, & de Legatione ad *Choſroen* miſſa. Verum quidem eſt anno ſequenti diem primum Martii feriam ſecundam fuiſſe, & Indictionem IV. locum habuiſſe. Sed inde tantum ſequitur, loco laudato, ubi legitur, *Indict. IV. cœpit pſalli*, legendum eſſe, *Indict. III. cæpit pſalli*. Similia menda in eo Chronico paſſim deprehendere eſt. Cæterum feriæ ſecundæ Chronographus Alexandrinus non hoc anno, ſed ſequenti mentionem facit; at hoc ad rem noſtram non facit.

IX. *Heraclii Imp. ad Choſroen Legatio in tres perperam diviſa.*

Præterea fallitur Petavius, quando ait, hujus Legationis *Theophanem* non meminiſſe. Hic enim mentionem facit duarum Legationum ab *Heraclio* ad Choſroen miſſarum, & Zonaras ſcribit, Imperatorem per Legatos bis pacem a *Choſroe* petiiſſe, priorique Legatione repudiata miſiſſe & aliam, ſed utramque irritam fuiſſe. Theophanes autem de priori loquitur, anno Heraclii IV. Eræque Alexandrinæ DCV. ſeu anno Chriſti DCXIII. aut DCXIV. ideoque unius anni prochroniſmo peccat. De alia anno DCXVII. ex eodem Theophane agemus. Legationem enim, quam ex Auctore Chronici Alexandrini mox recitavimus, priorem fuiſſe, & ante eam nullam miſſam, ipſimet Legati in ſua Oratione mox relata expreſſis verbis affirmant, ut legere eſt num. V. Baronius utriuſque Legationis mentionem facit; prioris quidem anno DCXIII. num. I. poſterioris anno DCXXI. num. III. ſed Heraclium ſemel tantum

*polim, & interfecit tyrannum: reverſuſque eſt Ravennam: & data roga militibus pax facta eſt in tota Italia*. Hæc apud Anaſtaſium: ſed de tyrannide ejus & nece dicetur ſuo loco in ſucceſſore Deuſdedit Pontificis.

VIII. Deuſdedit Papa oſculo ſanat leproſum.

Fuit infauſtus item hic annus Italiæ itidem ob terræmotus vehementiſſimos, & ob eam quæ eos ſubſecuta eſt lues elephantiæ. Tuncque accidit, ut cum afflictatæ Urbi proſpiceret ipſe ſanctiſſimus Pontifex Deuſdedit, præſenſque viſitaret ægrotos, miſeratione commotus, unum ex illis, in quo Chriſtum (qui ab Iſaia *a*) quaſi leproſus ob immanes cruciatus, quos paſſurus erat, præcognitus fuit) contemplatus, exoſculatuſque, divino miraculo ab eodem morbo reddiderit mundum. Teſtantur id veterrima Eccleſiaſtica monumenta (*b*), ex quibus in ejus natali die, cum fieri ipſius ſolet in Eccleſia commemoratio anniverſaria, ejuſmodi miraculum publice decantatur.

(*a*) *Iſai.* 53.1.

(*b*) *Marty. Rom. die* 8. *Novem.*

IX. Clotharii pietas.

Quod ſpectat ad res Francorum: cum anno ſuperiori Clotharius, peremptis hoſtibus, ſolus totius Galliæ regni monarchiam conſecutus eſſet, nihil antiquius habuit, quam ut coleret pietatem, Deique amicos viros ſanctos (ut anno ſuperiori dictum eſt) uſu ſibi amicitiæ jungeret, atque conſiliarios adhiberet. Fuit ex iis unus Arnulphus Metenſis Epiſcopus cui ſuum filium Dagobertum tradidit inſtituendum, quem regni totius hæredem fore ſperaret. Tanti enim ſanctum hunc virum faciebat Clotharius Rex, ut eo inconſulto quicquam facere non auderet, itemque Regina; qui non interdiu tantum, ſed noctu etiam eumdem ſæpius adire ſolerent: unde curialibus canibus oblatrandi in eum & famam ejus dilacerandi ac corrodendi occaſio data eſt. Sed quam ſevere Deus ultus ſit in hujuſmodi detractores, accipe ab auctore qui tunc vixit & ſcripſit, Jona Abbate, qui poſt alia miranda de viro ſancto relata, iſta ſubiicit: *Quidam ſceleſtus homo, nomine Notto, auſus eſt irrogare cum complicibus ſuis Epiſcopo ſancto injuriam, aſſerens ſcilicet eum non eſſe cultorem Dei, ſed potius hominem deditum voluptati, ad cujus lectum nocturnis horis non ſolum Rex, verum etiam Regina tamquam conſilium flagitantes interdum properarent.*

X. Divina ultio in detractores.

*Cum ergo vir ille die quadam, alvo referto vino, una cum detrahente ſocio ſuo ſtrata petiſſet, jubente Domino, omnia veſtimenta illorum vallantur undique flamma. Quibus illico cum ingenti clamore proſilientibus, & aquam circa nates ac genitalia loca, ubi camiſiæ illorum acerrime cremabantur, iniicientibus, nec omnino flammam divinitus miſſam extinguere valentibus, tandem ad inſtar porcorum luto volutabri ſeſe pariter involuunt, & ibi diu vociferantes, vix ad ultimum pœnam, quam merito patiebantur, evaſerunt. In quibus profecto impletum eſt hoc, quod ſcriptum eſt in pſalmo (c): Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar. In tantum ut & illud divina cenſura factum non ambigamus, quod detractores iſti vehementiſſime cremabantur in partibus illis, ubi libido, de qua calumniabantur virum juſtum, regnare non dubitatur. Nec multo poſt auctor hujus detractionis, præfatus videlicet Notto, in hujuſmodi criminibus diffamatur apud*

(*c*) *Pſal.* 100.

PAGIUS

tum Legatos ad *Choſroen*, & quidem hoc anno miſiſſe jam oſtendi, ideoque ſecundam & tertiam Legationem, de qua loquitur Baronius, fictitiam eſſe, apud me certum. Zonaras enim refert Legatos Heraclii ad Choſroen interfectos fuiſſe. Hæc ejus verba, dum de geſtis anno primo Perſici belli agit: *Heraclius etiam in Perſiam interiorem penetravit, Urbes evertit, Lucos una cum igni, qui ab illis colitur, delevit, cognitaque Legatorum ſuorum cæde iratus, ferro atque incendio in omnia graſſatus eſt.* Nicephorus vero pag. 14. dum ſermonem habet de iis, quæ geſta ſunt inter Heraclium & Siroen filium ac ſucceſſorem Choſrois poſt hujus interitum, refert, *Siroen* inter alia hæc ad Heraclium ſcripſiſſe: *de Legatis vero, quos Saitus fraude circumventus ad Choſroen perduxerat, ita ſignificavit, Leontium naturali exitu vitam finiſſe, cæteros Choſroen fuſtuario necaſſe, cum primum Heraclii in Perſidem irruptionem audiſſet.* Idem Nicephorus & Auctor Chronici Alexandrini unius tantum Legationis ad Choſroen miſſæ meminere; & cum Proceres qui hoc anno miſſi ſunt, detenti fuerint, & iſtorum tantum cædis Zonaras & Nicephorus mentionem faciant, evidens eſt, ſecundam & tertiam legationem mera commenta eſſe.

X. A num. IX. ad XIII. In Vita Sancti Arnulphi Metenſis Epiſcopi, & unius ex præcipuis Conſiliariis Clotarii II. univerſæ Franciæ Regis, referuntur quæ Baronius de eo hic habet. Scripta ea Vita a Monacho Anonymo coævo, ut oſtendit Mabillonius Sæculo 2. Benedictino, ubi eam repræſentat. Siquidem numero II. Arnulphi *laudabilia facta nonnulla a familiaribus illius narrantibus, pleraque per ſemetipſum cognoviſſe ſe*, aſſerit Anonymus. Deinde hunc ipſum Auctorem interfuiſſe illi miraculo, quo *Arnulphus* ipſum incendium extinxit, conſtat ex num. XX. ubi ſe *Romarici* ſocium, ac proinde Monachum ſatis declarat. Poſtremo in fine Vitæ alloquitur *Clodulphum Mettenſem* Epiſcopum, *Arnulphi* filium, quo jubente eam ſcripſerat, ut Auctor Vitæ Clodulphi num. XXIII. obſervavit. Quæ quidem Jonæ Bobienſi Monacho, quem Baronius iſtius lucubrationis conditorem ſuſpicatur, convenire non poſſunt, qui nec Sancti *Romarici* ſocius, nec ad Sancti *Clodulphi* Pontificatum ſuperſtes fuiſſe videtur. Certe Jonas principio Vitæ Sancti *Bertulfi* Abbatis Bobienſis mentionem facit *Arnulphi*, cujus conſanguineus erat *Bertulphus*; nec tamen de Arnulphi Vita a ſe ſcripta aut ſcribenda quidquam loquitur. Ita Mabillonius. Ultimum tamen ejus argumentum, ſi priori non inniteretur, fidem non faceret; præſertim cum *Jonas* po-

*Floret S. Arnulphus Epiſcopus Metenſis.*



*apud Regem, ut ſcelera ejus una cum vita regalis gladius amputaret, necnon & filius ejus eidem ſententiæ ſubjaceret.* Hæc de ultione divinitus in detractores immiſſa. Qui rurſum ſubiicit iſta.

XI. Vas ſacrum non impune retinet laicus.

*Per idem tempus, cum beatus Arnulphus jam pene omnes theſauros Eccleſiæ in uſus pauperum erogaſſet, ſupererat adhuc diſcus argenteus habens libras ſeptuagintaduas. Hunc quidam Hugo primus procerum dato pretio comparavit. Sed omnipotens Deus non paſſus eſt, ut laicus illo frueretur, qui in honorem beati Stephani protomartyris olim conſecratus habebatur. Prædicto ſiquidem Hugone præpeti morte proſtrato, diſcus ille Clothario Regi allatus eſt: qui cum, referentibus quibuſdam, comperiſſet hunc a beato Arnulpho ob alimoniam pauperum venumdatum fuiſſe, mox tamquam cælitus inſpiratus, jubet eum velociter ſuperpoſitis centum aureis ad Metenſem civitatem ſancto Pontifici deferri.* Hæc auctor qui & recitat fragmentum epiſtolæ Regis ejuſdem ad Arnulſum eremi ſecreta captantem & nuncium remittere Eccleſiæ cupientem, verbis iſtis:



XII. Clotharii ad Arnulfum Epiſ. epiſtolæ fragmentum.

*Hoc quod per epiſtolam veſtram, domine pater, rogare voluiſtis, ut in loco veſtro alter ſubſtituatur Epiſcopus: nullatenus noſtra præſumptio facere præſumit; ſed potius omni devotione rogamus, ut ſi in bonorum operum exercitio vitam alicubi ducere deliberatis, apud populum vobis commiſſum, ſicut cœpiſtis, converſando, exemplum ei ſitis promerendæ ſalutis.* Hæc ex Clotharii ad eum epiſtola ſcripta. Coluit præterea Clotharius ſanctum Gaudericum Cameracenſem Epiſcopum, qui hoc ipſo tempore egregia florebat ſanctitate, ut ejus Acta (*a*) teſtantur. Sed & magno honore proſecutus eſt ſanctam Godobertam virginem diſcipulam ſancti Eligii Epiſcopi Noviomenſis, a quo & Deo dicata fuit. Huic idem Rex ſuum ceſſit palatium ad monaſterium erigendum, quod & villis locupletavit. Extant res ab ea præclare geſtæ (*b*).

(*a*) *Apud Sur. die* 11. *Auguſti.*

(*b*) *Apu Sur. die* 11. *April*

XIII.

Quod autem ad bellicas ejuſdem Clotharii expeditiones pertinet, hoc ipſo exordio monarchiæ in Gallia exercitum



ad-

PAGIUS

potuiſſet prius Vitam Sancti Bertulfi, quam S. Arnulphi ſcribere; nec tunc de altera ſcribenda cogitare. Argumentum itaque inficiativum ſolitarie ſumtum infirmum eſt, quod vel ex eo patet, quod ibidem Mabillonius tradat, *Arnulphum* non fuiſſe Epiſcopum initio Monarchiæ Clotarii, cum Fredegarius cap. 40. dum *factione Arnulphi & Pippini* Clotarium in Auſtriam anno DCXIII. vocatum ſcribit, *Arnulphum* non dicat Epiſcopum, quod tamen poſtea nomen capp. 52. & 58. eidem tribuit. Sedem itaque Metenſem *Arnulphum* anno DCXIV. iniiſſe exiſtimat Mabillonius, & eam abdicaſſe anno DCXXIX. Verum *Arnulphum* anno DCX. Epiſcopum Metenſem dictum eſſe, ſupra inſinuavimus, eumque anno DCXXV. abdicaſſe infra demonſtrabimus. Recte igitur Auctor Vitæ Sancti Clodulphi ejus filii num. IV. prodit eum Principatu ac permiſſu Thodeberti Regis Sedem Metenſem obtinuiſſe: quod in altera Vita S. Arnulphi, diverſa ab ea, quæ extat apud Mabillonium, etiam aſſeritur.

XI. *S. Godeberta Clotario III. regnante vixit.*

Sancta *Godebertha*, de qua loquitur Baronius, non regnante Clotario II. ſed regnante *Clotario III.* vixit. Nam in ejus Vita mendoſe ſcripta, quæ extat apud Bollandum die XXI. Aprilis, dicitur: *Vir Dei* Sanctus Eligius *in conſpectu Clotarii Regis eam annulo ſuo deſponſavit Domino. Inde perveniens ad Noviomenſem Civitatem, Clotarius Rex dedit illi Palatium ſuum cum Oratorio Sancti Georgii Martyris, & villas duas & duodecim feminas, quæ in illo Monaſterio ſedulo ſerviebant.* Eligius vero nondum præerat Sedi Noviomagenſi, quando *Clotarius* II. in tota Francia regnabat, ordinatus tantum Epiſcopus anno DCXL. Dum adhuc laicus eſſet, in villa Solemniaco, vulgo *Solignac*, nobiliſſimum Virorum Cœnobium conſtruxit, & factus Epiſcopus duo alia fundavit, alterum ad Tornacum, alterum Monialium in Civitate Noviomenſi; & ex Luxovienſi Cœnobio ac Sancti Columbani diſciplina Monachos accepit, quos in utroque Virorum Monaſterio conſtituit. In Monaſterio Noviomenſi Sanctam *Godebertam* vel *Godobertam*, coram Clotario Rege ſponſam dicavit, ideoque coram Clotario hujus nominis tertio, qui anno DCLVI. regnare cœpit. *Eligii* itaque Pontificatus, qui toties in Actis Sanctæ Godebertæ aſſeritur, annis duodecim a morte Clotarii II. diſtat. Cumque Sanctus *Eligius* anno DCLVIII. vitam clauſerit, Sancta *Godeberta* anno uno aut altero ante Sancti Eligii mortem Monialis effecta. Multis illa miraculis inclaruit, ſæviſſimam peſtem indicto triduano jejunio ſopivit, & incendium ſigno ſanctæ Crucis profligavit. Noviomenſes eam tanquam Patronam colunt tertio Idus Aprilis.

XII. *Floret S. Gaugericus Epiſc. Camerac. & Attrebat.*

Sanctus *Gaugericus* Epiſcopus Attrebatenſis & Cameracenſis uſque ad Clotarii II. Francorum Monarchæ tempora pervenit, ut aperte teſtatur vetus Auctor ejus Vitæ apud Surium III. Idus Auguſti, quo die nomen ejus legitur in Tabulis Eccleſiaſticis. Ait enim eum a Clotario ad Aulam vocatum, ut quæ Regia pietas in pauperum uſus conferebat, liberali manu diſtribuenda ſuſciperet. Neque Cameracum paruit Clotario, antequam Auſtraſiæ & Burgundiæ præeſſet. *Obtinuit Cathedram ſuam Beatus Epiſcopus ad annos plus minus triginta novem, virtutibus inſignis, miraculis celebris, fide integer, operibus bonis perpetuo intentus*, inquit Anonymus in ejus Vita, qui & ait, conſtruxiſſe Baſilicam haud procul Cameraco, in loco olim Dæmonum cultui dedicato, & *III. Idus Auguſti* obdormiiſſe in Domino. Monaſterium iſtud in honorem Sancti *Medardi* tunc fundatum, eſt hodie quadraginta Canonicorum Collegium, tranſlatum ad Cameracenſem Sancti Vedaſti Eccleſiam Parochialem, ut refert Cointius anno DCXIX. num. XXI. quo ejus mortem collocat.

XIII. Ad num. XIII. & ſeq. Sanctus *Lupus* Epiſcopus Senonenſis poſt Sanctos Martyres *Savinianum & Potentianum*, quibus ſuæ Sedis Encœnia debet Eccleſia Senonenſis, cæteris ſuis Præſulibus

adverſus Burgundiam novit. Quæ vero tunc geſſerit ſanctus Lupus Epiſcopus Senonenſis, ejus Acta declarant his verbis: (a) *Mortuo Theodorico Principe, Rex Clotharius in Burgundiam veniens, hoſtili manu armatum Blidebodem ducem miſit in Senones. Illo ergo tela atrociter in oppidum vibrante, ſanctus Epiſcopus Lupus in Domino fidens, ad protomartyris Stephani ædem ſe contulit. Cumque ad convocandum populum ſignum eccleſiæ tangeret, viribus hoſtes deſtituti, tantoque ſunt terrore correpti, ut nullam ſibi ſalutis opem ſupereſſe putarent, niſi fuga ſibi conſulerent. Ita vir ſanctiſſimus, dum inſtar Moyſi ad cælum tollit manus, hoſtes profligat.* Hæc ibi.

(a) *Extant apud Sur. tom. 5. die 1. Septem.*

XIV. De uſu campanarum.

Porro quod ait auctor, S. Lupum ad convocandum populum ſignum Eccleſiæ tetigiſſe: illud fuiſſe prægrande tintinnabulum quod vocant campanam, quæ habentur inferius declarant: nam poſt multa hæc ibidem: *Clotharius Rex ubi comperit ſignum vel campanam S. Stephani ſonum edere gratiſſimum, juſſit eam Pariſios transferri, ut ejus tinnitu ſæpius delectaretur. Diſplicuit ea res beato Epiſcopo. Itaque mox ut ablata eſt a Senonibus, omnem ſoni gratiam amiſit. Id Rex intelligens, ocyus jubet ſuo illam loco reſtitui. Ubi autem ad pontem Senonicum ventum eſt, rediit illi priſtinus ſonus & ob ſancti viri merita ſeptimo milliario auditus eſt.* Hæc de campana Senonenſi: quibus declaratur, jam hoc tempore in uſu frequenti eas eſſe receptas: In Oriente autem adhuc conſuetudo illa perſeverabat pulſandi ligna ad populum convocandum.

XV. S. Columbani Abbatis obitus.

Hoc pariter anno mirificus ille Dei cultor Columbanus, Regum pravorum terror & vindex, ex hac vita migravit; de quo iſta Jonas habet: *Beatus Columbanus, expleto anni circulo, in antedicto cænobio Bobienſi, vita beata functus, animam membris ſolutam cœlo reddidit no-*

PAGIUS

*S. Lupus Epiſc. Senonenſis ſtetit a partibus Sigiberti Junioris.*

libus eminet ſanctimonia morum & ſignorum magnificentia, jugique populorum accurſu ad ejus ſacrum corpus in Cœnobitica *S. Columbæ Martyris* Senonenſi Baſilica, ubi ſepultus eſt. Ejus Vitam ſcripſit Auctor antiquus Anonymus apud Surium ad diem I. Septembris, ex qua refert Baronius, mortuo *Theodorico* Rege, *Clotarium* II. in Burgundiam venientem *Blidebodem* Ducem in Senones miſiſſe; ſed cum Sanctus *Lupus* Epiſcopus ad evocandum populum ſignum Eccleſiæ tetigiſſet, hoſtes fuga ſibi conſuluiſſe. Ex quibus diſcimus, *Sanctum Lupum* pro Sigiberto Rege filio Theodorici laudabiliter ac ſtrenue ſe ſe geſſiſſe. Verum acta hæc anno ſexcenteſimo decimo tertio, quo *Theodoricus* obiit, *Clotarius* II. in Burgundiam venit, & *Sigibertus* puer miſere periit. De *Sancto Lupo* rurſus ſermo erit anno DCXXXI. ubi Baronius recitat ejus exilium, quod tamen ad annum DCXIV. pertinet.

XIV. *Moritur Sanctus Columbanus Abbas Bobienſis.*

Ad num. XV. Mors *Sancti Columbani* Abbatis Luxovienſis accurate hoc anno a Baronio conſignata. Annus colligitur ex Jona, qui teſtatur, illum uno duntaxat anno vixiſſe poſt *Euſtaſii* Abbatis Luxovienſis ad eum Legationem, juſſu Clotarii II. ſuſceptam, quæ ad ſuperiorem annum ſpectat. Dies ejus emortualis in controverſiam vocatus. In ejus Vita a Jona Monacho Bobienſi fere æquali ſcripta, & collata cum diverſis Codicibus MSS. a Mabillonio, qui eam recitat Sæculo ſecundo Benedictino, legitur: *Animam membris ſolutam cœlo reddidit, XI. Kalend. Decembris*, ſeu die XXI. menſis Novembris, quo etiam die in variis Martyrologiis ejus memoria recolitur. In vulgata tamen Vita Sancti Columbani, & in ea, quam Patricius Flamignus ex MS. Trevirenſi inter ejus Opuſcula edidit, habetur: *Animam membris ſolutam cœlo reddidit IX. Kalend. Decembris*, ſeu die XXIII. Novembris, quo etiam die nomen ejus in aliquot Martyrologiis recitatur. Verum retinenda lectio, quam ſecutus eſt Mabillonius; neque enim dubito, quin *Columbanus* die XI. Kalend. Decembris ad Deum migrarit, & die IX. Kalend. ejuſdem menſis ſepultus fuerit, indeque aliquos occaſionem ſumſiſſe corrumpendi notam illam numeralem in ejus Vita, quod viderent ejus Feſtivitatem in Martyrologiis Luxovienſi, Biſontino, & Epternacenſi inſcribi ad diem *IX. Kalend* Decemb. cum inde inferre debuiſſent, *Jonam* notaſſe diem ejus mortis, & illos Martyrologos diem ejus ſepulturæ. Ejus Vitam ſcripſit *Jonas*, paulo poſt mortem Sancti Bertulfi tertii Abbatis Bobienſis, ut liquet ex Præfatione in Vitam Sancti Columbani; & quidem *Eligio* jam Epiſcopo Noviomagenſi, ex Vita Sancti Euſtaſii num. XVII. ideoque paulo poſt annum Chriſti DCXL. Monaſticum Beati *Columbani* genus a Benedictino diverſum ac ſeparatum fuit; ſed utrumque poſtea in unum vivendi genus quibuſdam ritibus detractis & temperatis coaluit. *Columbanus* quinque ad diverſos Epiſtolas ſcripſit, quas ex MS. Codice Monaſterii Bobienſis erutas Patricius Flamingus Franciſcanus in Collectaneis ſacris ſancti Columbani Lovanii publicavit, ſeu potius eo mortuo ibidem typis mandatæ ſunt, quarum in hoc Opere ſuis locis mentionem fecimus. Ei in Monaſterio Bobienſi ſucceſſit Sanctus *Attala*.

XV. *Synodus Parienſis.*

Poſt Baronii mortem Sirmondus publicavit *Synodum Pariſienſem*, Clotario II. univerſam Monarchiam Francorum regente, coactam. Septuaginta novem Epiſcopos eidem interfuiſſe dicitur in Veteri quadam Collectione, quot in nullo antea Francorum Concilio fuiſſe memorantur. Quare *generalis Synodus* appellatur in Concilio Rhemenſi Canone III. Quindecim ſuperſunt illius Canones; licet plures in ea editos fuiſſe manifeſte pateat ex ejuſdem Clotarii Regis Edicto, quod ipſi ſubnectitur, ex quo & hujus Concilii Epocham diſcimus. Conſtitutio quippe dicitur, *Data ſub die XV. Kalendas Novemb. anno XXXI. Regni noſtri, Pariſius.* Clotarius II. Chilperico patri ſucceſſit anno DLXXXIV. jam provecto, ideoque Synodus illa menſe Octobri ſuperioris vel currentis anni indicta. Canonum in ea ſancitorum explicatio legenda in Hiſtoria Eccleſiæ Pariſienſis a Carolo du Bois in lucem emiſſa.

XVI. *Concilium Egarenſe.*

Hoc anno Epiſcopi Provinciæ Tarraconenſis convenientes in locum *Egara*, confirmarunt Conſtitutionem datam in Concilio Oſcenſi *anno XIII. Regni Reccaredi Regis*, quæ eſt de caſtimonia Presbyterorum, Diaconorum atque Subdiaconorum. In ejus enim Epigrahe dicitur, Concilium



*nono Kalendas Decembris: cujus ſtrenuitatem ſi quis noſſe velit, in ejus dictis reperiet. Reliquiæ autem ejus eo habentur in loco conditæ, ubi & virtutum decore pollent, præſule Chriſto.* Hæc Jonas qui & ejus ſucceſſoris Attalæ laudandam vitam æque conſcripſit. Conſtat quidem ſubrogatum eſſe in ipſius locum Attalam Burgundionem origine, ſuo magiſtro ſanctitate non imparem. Porro qui dum vixit Columbanus Dei Eccleſiam in tot tenebris ſanctitudine vitæ & miraculorum editione veluti fulgentibus radiis illuſtravit; æque poſt obitum clarus miraculis, ab ipſa Eccleſia conſueto ſanctis viris honore annis ſingulis coli cœpit. Carens autem Columbano Clotharius Rex Francorum, ejus diſcipulo & ſucceſſore in Luxovienſi cœnobio Euſtaſio fruebatur; adeoque coluit monachos ejuſdem Luxovienſis monaſterii, ut ex eo complures ad Epiſcopatum promovendos curarit: recenſentur hi a Jona in Euſtaſio, Chagnoaldus Epiſcopus Lugduni, Acharius Viromandorum & Noviomenſis & Tornacenſis, Rachnacarius Auguſtoduni & Baſileæ, Audemarus Bononiæ & Tharonenſis oppidi.



PAGIUS

ilium Egarenſe habitum eſſe *ſub die Idus Januarias, anno tertio Siſebuti Regis*, qui anno DCXII. poſt Idus Februarias Regnum inierat. Quare hallucinatus eſt Labbeus in editione Conciliorum, ubi illud cum ſuperiori anno Chriſti connectit. *Egara* autem, cujus nullus Veterum Geographiæ Scriptorum meminit, ſita erat inter Barcinonem, Gerundam & Auſonam, ut oſtendunt Baluzius in Differt. de Epiſcopatu Egarenſi, & Marca lib. 2. Marcæ Hiſpanicæ cap. 16. aliiſque ejuſdem Operis locis. Hodie eſt in Diœceſi Barcinonenſi, jam inde ab an. DCXCIII. aut circiter, ejuſque Epiſcopatus Barcinonenſi conjunctus, & in loco ubi erat Egara, eſt Oppidum Terracinenſe, vulgo *Teraſſa* dictum.

XVII. *Moritur Bonifacius IV.*

Sanctus *Bonifacius IV.* Pontifex Romanus mortuus eſt die VII. menſis Maii, cui ſucceſſit *Deuſdedit* die XVIII. menſis Octobris, ut anno præcedenti vidimus.

XVIII. *Naſcitur Imperatori filius.*

Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCVI. Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoato, ait: *Eodem anno Conſtantinus alter ex Martina conjuge Imperatori natus eſt.*

I. Agilulphi Reg. obitus.

(a) Paul. diac. l. 4. cap. 15.

SExcenteſimus decimusſextus vertitur Redemptoris annus, quarta currente Indictione: quo Agilulphus Longobardorum Rex moritur, ubi regnaſſet (ut Paulus (a) diaconus ait) annos vigintiquinque, cui ſucceſſit major natu filius Adaluvaldus ſub tutela Reginæ matris Theodolindæ: *Sub his*, inquit, *eccleſiæ reſtauratæ ſunt, & multæ donationes per loca venerabilia largitæ*. Sed famoſa illa fuit munificentia, quam exhibuerunt baſilicæ in honorem S. Joannis Baptiſtæ erectæ in Modoetia, de qua iſta idem Paulus (b), deque ejus erectione vivente adhuc ipſo Agilulpho perfecta:

(b) Paul. diac. l. 4. c. 22. in vet. edit. Aſcenſian.

II. De Eccl. S. Joann. Bapt. in Modoetia.

*Per idem quoque tempus*, inquit, *Theodolinda Regina baſilicam beati Joannis Baptiſtæ in Modoetia conſtruxit pro ſe & pro viro ſuo & pro filiis & filiabus & cunctis Longobardis Italicenſibus, ut ipſe ſanctus Joannes ſit interceſſor pro cunctis ad Dominum. Et illi venerunt inter ſe unanimiter majores natu cum Rege ſuo, una cum Theodolinda Regina dicentes: Si ſanctus Joannes pro nobis interpellator ſit ad Dominum Deum noſtrum Jeſum Chriſtum, nos omnes unanimiter pollicemur illi omni anno in die nativitatis ſuæ, hoc eſt, VIII. Kal. Julii, de noſtris facultatibus tranſmiſſuros honorifice ad oraculum ejus, ut per illius interpellationem habeamus juvamen Domini noſtri Jeſu Chriſti tam in bello, quam in aliis locis omnibus, quocumque ituri ſumus.*

III. *Ab illo ergo die in omnibus actibus eorum cœperunt invocare S. Joannem, ut illis præberet auxilium virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, & illi omnes permanebant illæſi, victoreſque extiterunt ſuper cunctos adverſarios ſuos. Locus autem ille ſupra Mediolanum duodecim millibus eſt, quem Regina dedicandum curavit, multiſque ornamentis auri & argenti mirifice decoravit, prædiiſque ditavit, familiaſque & poſſeſſiones multas eidem loco addixit in honorem ſancti Joannis Baptiſtæ. Dicamus aſſertionem ſcripturæ Theodolindæ Reginæ: Offert glorioſiſſima Theodolinda Regina una cum filio ſuo Adaluvaldo Rege ſancto Joanni patrono ſuo de dono Dei, & de dotibus chartulam ſuæ donationis, quam in ſuorum præſentia ſcribere fecit. Si quis quolibet tempore hanc teſtem voluntatis ſuæ corruperit, in Judicii extremi die cum Juda traditore damnetur. Ordinatio vero ejus talis fuit: De rebus ſancti Joannis nullo modo ſe debet aliquis intromittere, niſi tantum ſacerdotes qui ibi ſerviunt die ac nocte, tantumque famuli & famulæ quæ ibi ſubjecti ſunt, communiter debeant vivere.* Hæc apud Paulum diaconum, quæ deſiderari videntur in nonnullis ſcriptis codicibus: accidiſſe enim potuit ut ex ipſo originali exemplari donationis aliquis fortaſſe iſta ad Paulum appoſuerit, qui poſt hæc pergit narrare de habitu quo uti ſolerent eo tempore Longobardi; quod ſi cupis, tu ipſum conſulas.

Oblatio Theodolindæ.

IV. Quod pertinet ad res Orientalis Imperii, calamitoſum plane illud reddunt Annales, nempe eo uſque progreſſos eſſe Perſas, ut per Libyam venerint Carthagi-

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLIV. A. C. 616.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6109.

☉ 9. DC. ☽ 9. P. 11. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 616.

DEUSDEDIT PAPÆ 2.

HERACLII IMP. 7.

I. Poſt conſulatus.

IS annus hac formula notatus: *VI. poſt Conſulatum Heraclii Aug. V.* ut habet Auctor Chronici Alexandrini, qui ſubdit: *a XXII. menſis Januarii ſcribitur: Imperii Heraclii Junioris Conſtantini annus quartus.*

II. Obit. Agilulfus Langob. Rex.

Ad num. I. Paulus Diaconus lib. 4. de geſtis Longobard. cap. 43. juxta accuratas editiones Grotii & Gruteri, ait: *Agilulfus, Rex, qui & Ago eſt appellatus, poſtquam viginti & quinque annos regnaverat, diem clauſit extremum, relicto in Regno ſuo Adaloaldo admodum puero, cum Theudelinda matre.* Regiam dignitatem ſuſcepit Agilulfus *inchoante jam menſe Novembri: ſed tamen congregatis in unum Longobardis, poſtea menſe Maio ab omnibus in Regnum apud Mediolanum levatus eſt*, inquit Paulus lib. 3. cap. ult. referens geſta anno DXC. & DXCI. Quare ejus mors recte ab Hermanno Contracto ex editione Caniſii, & a Baronio huic anno illigata, perperamque a Sigeberto in Chronico in annum ſequentem dilata. Quod confirmatur Diplomate Adilwaldi, ſeu Adaloaldi ejus filii ac ſucceſſoris, recitato ab Ughello Tomo IV. Italiæ Sacræ pag. 1324. quod dicitur: *Datum Ticino in Palatio, ſub die VIII. Kal. Aug. anno feliciſſimi Regni noſtri ſexto, Indict. IX. feliciter.* Nam ſi anno DCXXI. Indictione IX. inſignito ſextum Regni annum numerabat, profecto hoc anno ante diem XXVI. Julii Regnum capeſſierat. Donatio facta ab *Agilulfo* Rege Baſilicæ S. Joannis Baptiſtæ a Theodelinda conſtructæ, quam recitat Baronius ex Paulo, in neutra editione laudata extat.

III. Perſæ Alexandriam & Chalcedonem capiunt.

Ad num. IV. Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCVIII. Kalendis Septembris hujus Chriſti anno inchoato ait: *Hoc anno Perſæ expeditionem in Chalcedonem inſtruentes, bello eam ceperunt*, non vero *Carthaginem*, quem errorem anno ſuperiori emendavimus, oſtendimuſque *Alexandriam* hoc tantum anno in poteſtatem Perſarum veniſſe. Quare hoc etiam anno Sanctus *Joannes Eleemoſinarius* Epiſcopus Alexandrinus





ginem, eamque obſeſſam diu tandem ceperint. Tantopere invaluit potentia Coſrhoes, ut cum totam depopulatus eſſet Aſiam, invaſerit poſt Ægyptum. Africam quoque, nullo obice oppoſito: Ita Deus permiſit barbarum Regem ad populorum peccata plectenda libere pro arbitrio in Orientem & Occidentem longe lateque graſſari: cum vero ipſi placuit, redegit eum in nihilum. Inter tot tantaque orbis flagella Heraclius ſtupiditate quadam oppreſſus, omiſſa omni de bellicis rebus cura, ad ſuos filios honoribus provehendos incumbit: hoc ſiquidem anno (ut iidem habent Annales (a) creat Conſulem Conſtantinum Juniorem qui & Heraclius dictus eſt; inſuper & minorem ejus fratrem ex Martina genitum, Conſtantinum itidem nominatum, Cæſarem appellat.

(a) Miſcel. l. 18. an. 7. Heraclii.

V. Modeſtus curat Hieroſolymorum Eccleſiam.

Quod vero Eccleſia ſancta Hieroſolymitana, abducto in perſidem Zacharia Patriarcha captivo, abſque Paſtore relicta eſſet: injuncta eſt ejus adminiſtratio Modeſto patri monachorum cujuſdam monaſterii Palæſtinæ: qui quidem magno animi ardore non ea tantum quæ ad animarum curam ſpectare videbantur, quietemque monachorum extorrium, ſummo ſtudio pertractavit, ſed etiam in reſtituendis igne conſumptis eccleſiis (licet impoſſibile videretur rem tantam monachum unum poſſe præſtare) alterum ſe Zorobabelem exhibuit. Locuples teſtis de his omnibus eſt Antiochus monachus in epiſtola ad Euſtathium, quam ſuperius citavimus, in qua de Modeſto primum hæc habet: *Nos proinde humiles & abjecti, gratia primum Dei, deinde ſeria admodum & accurata diligentia præmemorati ſanctiſſimi Modeſti, ſedentariam hanc exigimus vitam in liberiore & tranquilliore otio.* Et inferius rurſum: *Gratia enim Chriſti, ſed & ſolerti ſedulitate jam dicti venerandi apprime patris noſtri Modeſti, cuncta id temporis incoluntur effuſe iſtius eremi monaſteria.* Ac paulo poſt:

VI. *Superſunt nuncia aliquot ſane quam læta, quorum fideli relatu & veſtra & omnis ſinceriter Chriſtiani anima merito poſſit exhilareſcere. Hæc igitur valde promptus & alacer annuncio vobis: Modeſtus ſanctitatis eximiæ vir (de quo non ſemel dictum) non eorum modo providam gerit curam ſolicitus, quæ per hanc vaſtam eremum ſparſim disjecta ſunt, monaſteriorum; ſed & moderandæ huic civitati ac univerſæ circum finitimæ regioni ſolerter proſpicit, Deo eidem cooperante in omnibus. Hic enim ad vivum nobis exprimit imaginem novi cujuſpiam Beſeleelis, aut certe Zorobabelis. Gratia etenim plenus Spiritus ſancti, templa Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ quidem barbarico igne conflagrarunt in ſublime erigit omni prorſus digna veneratione, pura ædes ſanctæ Calvariæ, ac ſanctæ Reſurrectionis, domum inſuper dignam omni honore venerandæ Crucis, quæ mater Eccleſiarum eſt, ſed & ſanctæ Aſſumptionis ædem a fundamentis exædificat: adeo ut per hæc læta initia de futuris quoque ſpes ampliſſimas concipiamus, idque vel ob eos maxime, qui huc ſperantur venturi ab externis regionibus, ſancta hæc loca ut adorent, ut omnes in commune glorificemus Deum.* Hactenus Antiochus monachus.

Templa incenſa Hieroſol. reſtaurantur.

Quod

PAGIUS

nus, ea Urbe relicta, in Cyprum venit, ibique mortuus eſt, ut anno DCXX. in quem Baronius obitum ejus diſtulit, oſtendemus.

IV. Heraclius Junior Conſul, & ejus frater Cæſar dicuntur.

Poſt laudata verba ſubjungit Theophanes: *Hoc eodem anno Januarii menſis die prima, Indictione quinta, Conſtantinus Junior, qui & Heraclius, Heraclii filius, Conſul renunciatus eſt: qui Conſtantinum minorem proprium fratrem Heraclio & Martina genitum declaravit Cæſarem*, ideoque hic Conſulatus non hoc anno, ut putavit Baronius ſed inſequenti ab Heraclio Juniore ſuſceptus. Hinc Cedrenus, Auctor Miſcellæ, & Simeon Logotheta in Chonico MS. Conſulatum Conſtantini cum anno ſeptimo Heraclii recte conjungunt.

V. Modeſtus fuit Vicarius Zachariæ Epiſc. Hieroſolym.

Ad num. V. & ſeqq. *Zaccharia* Epiſcopo Hieroſolymitano a Perſis in captivitatem ducto, *Modeſtus* Presbyter tanquam ejus Vicarius Eccleſiam illam rexit, ut probat Baronius ex Antiocho Monacho in Epiſtola ad Euſtathium, & confirmatur ex Auctore Anonymo coævo, qui Vitam Sancti Anaſtaſii Perſæ ſcripſit: ibi enim numer. XI. juxta verſionem Bollandi ad diem XXII. menſis Januarii, de Modeſto Presbytero dicitur: *qui eo tempore Vicarius erat Apoſtolici throni*, Hieroſolymitani ſcilicet, quando Sanctus Anaſtaſius Perſa baptizatus eſt. Præterea Combeſiſius anno MDCLVI. Pariſiis Zachariæ Epiſtolam publicavit, quam *Viduæ ſponſæ civitatis Regis magni liberis orbatæ Hieroſolymitano gregi Paſtorem non habenti, ſed & reliquis omnibus in Chriſto Eccleſiis, reſiduiſque in illis filiis orphanis* e Perſide ſcripſit; quam ibidem prolixiori alia proſequitur *Modeſtus Zachariæ Vicarius*, omneſque fideles officii ſui admonet. Quare hallucinatur Nicephorus in Breviario Hiſtorico, ubi ait, Perſas ſalutaris Crucis vivifica ligna in Sanctis locis occupaſſe, *Modeſto tunc Hieroſolymorum Eccleſiam gubernante.*

VI. Initium hæreſeos Monothelitharum.

Hoc circiter tempore *Monothelitarum* hæreſis pullulare cœpit. Etenim *Sanctus Maximus* Abbas & Martyr *Pyrrho* Epiſcopo Conſtantinopolitano Sergii proximo ſucceſſori *Sophronium* Hieroſolymorum Patriarcham de hujus mali origine accuſanti, reſpondet apud Baron. ann. DCXXXIII. num. LIII. *Ubi erat Sophronius, quando ad Georgium cognomento Arſam Paulianiſtam ſcripſit Sergius, rogans, ut mitteret ſibi auctoritates de una Operatione; inſeruitque Epiſtolæ facere etiam ſe his auctoritatibus unionem Eccleſiæ cum eis? Hanc autem Epiſtolam B. Joannes Papa Alexandrinus manu ab Arſa abſtulit. Unde cum vellet eum ob ipſam deponere, impeditus tunc fuit ab incurſu a Perſis in Ægyptum facto*: qua ratione Sanctus Maximus Sophronii innocentiam tuebatur. Quamobrem cum hoc

| CHRISTI | DEUSDEDIT PAP. | HERACLII IMP. |
| --- | --- | --- |
| 616. | 2. | 7. |

VII. Quod enim Zacharias viveret, non alius admiſſus eſt Hieroſolymorum Epiſcopus, cum non liceret in eodem loco Epiſcopos duos eſſe: licet ob Epiſcopalem præfecturam idem vivente adhuc Zacharia, fuerit nominatus Hieroſolymorum Præfectus, ut in Actis S. Anaſtaſii martyris, dum agitur de ejus baptiſmo poſt Zachariæ reditum per Modeſtum Hieroſolymis exhibito, ut ſuo loco dicturi ſumus. Sed re vera ſi non Epiſcopus, loco tamen Epiſcopi, uſque dum idem poſtliminio rediit Zacharias, Modeſtus illam adminiſtravit Eccleſiam, cuncta reſtituens: adeo ut maximæ fuerit conſolationis in tanto mœrore videre (quod impoſſibile putabatur) exædificari cuncta, quæ exuſta fuerant ſacra ædificia, adverſantibus præſertim Judæis, & Perſis ipſis Palæſtinam obtinentibus, atque tyrannice dominantibus, ut quæ dicturi ſumus, oſtendent.

An-

PAGIUS hoc & ſuperiori anno Ægyptum Perſæ afflixerint, & menſe Novembri hujus anni Sanctus *Joannes Eleemoſinarius* vitam cum morte commutarit, Monothelitarum exordium ultra hunc annum differri non poteſt. Hæc tamen hæreſis, ſicuti & Manichæorum, diverſis temporibus erupit. Baronius de ea agere incipit, anno DCXXII.



| JESU CHRISTI ANNUS | DEUSDEDIT PAP. ANNUS | HERACLII IMP. ANNUS |
| --- | --- | --- |
| 617. | 3. | 8. |

I. Deuſdedit Papæ obitus.

ANnus agitur Domini ſexcenteſimus decimusſeptimus, quinta Indictione: quo Deuſdedit Papa, ubi ſediſſet annos tres minus diebus quinque, ex hac vita diſceſſit octava die Novembris. Ita quidem ſecundum Anaſtaſii rationem, necnon Martyrologium Romanum & alia, quæ celebrant ejuſdem natalem diem octava Novembris: unde nefas putamus a tanta reſilire auctoritate: qua ratione (ut dictum eſt) ipſum habuiſſe in ſede minus dies quinque ab annis tribus apparet. Porro de eodem Deuſdedit iſta idem Anaſtaſius habet: *Hic clerum multum dilexit, ſacerdotes & clerum ad loca priſtina revocavit. Hic dimiſit propter obſequia ſua ad omnem clerum rogam unam integram. Hic fecit ordinationes tres, & in eis presbyteros novem, diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca numero vigintinovem.* Hæc tantum de eo Anaſtaſius: ut plane dolendum ſit tanti Pontificis facta ſcriptorum inopia adeo obſcura eſſe relicta, quæ quidem oportuit inſignia fuiſſe, cum ipſum antiquitus Eccleſia Dei coluerit ut ſanctum, eoque titulo receperit inter ſanctos, atque annua commemoratione aſſidue ſit venerata. Hujus ſcriptorum fragmentum tantum extat unius epiſtolæ ad Gordianum quemdam in Hiſpania Epiſcopum datæ, quod retinet Gratianus (a) in ſuo Decretorum volumine, quod unicum tanti viri monumentum hic præteriiſſe noluimus: ſic enim ſe habet:

(a) 30. q. pervenit ad nos.

II. De ſpirituali cognatione decretum.

*Pervenit ad nos diaconus veſter, ſanctitatis veſtræ epiſtolam deferens, quod quidam viri ac mulieres præterito ſabbato Paſchali die, præ magno populorum incurſu, neſcientes, proprios filios ſuſcepiſſent ex lavacro ſancto. Cupis ergo ſcire, ſi pro tali accidente ratione debeant viri ac mulieres ad proprium uſum redire, an non. Nos vero mœſti in hac re inquiſivimus priorum patrum noſtrorum dicta. Invenimus autem in archivis hujus Apoſtolicæ ſedis jam talia contigiſſe in Eccleſiis Iſauriæ, Epheſiorum, ſimulque Hieroſolymæ, aliarumque civitatum. Epiſcop. etiam earum civitatum ab hac Apoſtolica ſede volentibus ſcire, utrum viri ac mulieres redirent ad proprium thorum: beatæ memoriæ ſanctiſſimi patres Julius, Innocentius, & Cæleſtinus cum Epiſcoporum plurimorum & ſacerdotum conſenſu in Eccleſia Apoſtolorum Principis probibentes talia, perſcripſerunt & confirmaverunt, ut nullo modo ſe in conjugium*

PAGIUS SÆC VII Olymp. 349. An. V. C. 1370. Anno Eræ Hiſpan. DCLV. A.C. 617.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6110.

☉ 10. B. ☽ 10. P. 3. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 617.

DEUSDEDIT PAPÆ 3.

HERACLII IMP. 8.

I. Poſtconſulatus.

IS annus hac formula notatus: *Heraclii VII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. VI.* inquit Auctor Chronici Alexandrini, qui addit: *Et a. XXII. Januarii ſcribitur: Annus Imperii Heraclii Junioris quintus.* Hic quidem menſe Januario *Conſul* proceſſit, ut ex dictis anno ſuperiori num. IV. liquet, ſed ejus Conſulatu nulla monumenta reperiuntur notata, præterquam Epiſtola Honorii Papæ ad Honorium Epiſcopum Dorovernenſem ſcripta, quam recitat Beda lib. 2. cap. 18. ubi tamen Conſulatus annus mendoſe deſcriptus eſt, ut anno DCXXXIII. oſtendemus.

II. Moritur Deuſdedit Papa.

A num. I. ad IV. Baronius, qui editione Colonienſi Bedæ variis in locis depravata utebatur, verbis lib. 2. cap. 7. quæ in ea leguntur, deceptus, poſt Gregorii Magni mortem Chronotaxim Pontificiam labefactavit. Hæc Bedæ verba juxta illam editionem: *Iſte Bonifacius poſt Deusdedit Eccleſiæ præfuit anno Incarnationis Dominicæ ſexcenteſimo decimo octavo.* Verum locus ille corruptus, legendumque cum editione Chiffletiana, & Cantabrigenſi omnium optima: *qui poſt Deusdedit Eccleſiæ præfuit, anno Incarnationis Dominicæ ſexcenteſimo nono decimo.* Deusdedit enim ad annum ſexcenteſimum decimum octavum perveniſſe, & Bonifacium V. ejus ſucceſſorem anno ſexcenteſimo decimo nono ad Pontificatum evectum eſſe, tam ex dictis, quam ex mox dicendis certum impoſterum eſſe debet. Anaſtaſius de Deusdedit ſcribit: *qui defunctus, & ſepultus eſt ad Beatum Petrum Apoſtolum, die octava menſis Novembris;* quod & in Chronico Mariani Scoti, & quibuſdam Catalogis legitur. Ait autem eum ſediſſe annos tres, dies viginti quatuor, cui quoad annos tres conſentiunt Catalogi fere omnes, qui tamen quoad dies variant. Verum *Deusdedit* ſediſſe *annos III. & dies XX.* tam ex die & anno ejus emortuali, quam ex Gotfrido Viterbienſi, Martino Polono in Chronicis, Auctore Faſciculi Temporum, & ex quinque Catalogis eruitur. Martinus enim Polonus, Auctor Faſciculi Temporum & Catalogi I. & II. noſtri, II. Corbeienſis a Mabillonio quinque Catalogis eruitur. Catalogi enim noſtri I. & III. II. Cobeienſis a Mabillonio Tom. III. Analect. editus, alius a Dodvvello in fine Diſſert. *de Pontif. Rom. primæva ſucceſſione*, & quintus a Scheleſtratio in Appendice ad Opus Chronologicum Antiquit. Eccleſiæ ex vetuſto Codice Vaticano DCCC. annorum deſcriptus, ſupra annos III. habent dies XX. indeque conſequens eſt, *Deusdedit* anno DCXV. die XIX. menſis Octob. conſecratum fuiſſe Pontificem Romanum; cum ejus mors a die VIII. menſis Novemb. anni DCXVIII. removeri non poſſit. Sancti *Deusdedit* nomen in Martyrologio Romano Galeniſii, & in antiquioribus non legitur; ſed Baronius ob præclaras ejus virtutes illud Martyrologio Romano a ſe auctoritate Apoſtolica emendato ad

diem

*gium reciperent mulieres ac viri, quicumque aliqua ratione ſuſceperint natos proprios, ſed ſepararent ſe; ne ſuadente diabolo, tale vitium innoteſcat.*

III. *Scitis quia quomodo ſeptem ſunt dona Spiritus ſancti, ita ſunt ſeptem dona baptiſmi a primo pabulo ſacrati ſalis & ingreſſu Eccleſiæ uſque ad conſummationem ſancti Spiritus per chriſma. Ab hoc ergo primo ſancti Spiritus dono uſque ad ſeptimum nullus Chriſtianus ſuam commatrem in conjugium ſuſcipere debet: & qui præſumpſerit, tamdiu vinculo anathematis religetur, donec pœnitentiam digne egerit.* Hucuſque fragmentum epiſtolæ Deuſdedit apud Gratianum deſcriptum; adduntur ab aliis alia, nempe reſtituendam eſſe dotem, & liberam facultatem nubendi conceſſam poſt annum: ſed neutrum apud Gratianum.

Bonifacius V. Pap. eligitur.

Poſt mortem vero Pontificis Deuſdedit vacaſſe ſedem menſem unum & dies ſexdecim, idem qui ſupra Anaſtaſius habet: licet alii codices legant dies ſex. Qua ratione dicendum eſt, ſucceſſorem ipſius Bonifacium, ejus nominis quintum ordine, ſubrogatum eſſe die decimaquarta Decembris, vel ſecundum alios vigeſimaquarta. Quod vero hic ad finem anni hujus creatus fuerit Pontifex, in ſequentem annum a Beda ponitur, ubi ait (a): *Iſte Bonifacius poſt Deuſdedit Eccleſiæ præfuit anno incarnationis Dominicæ ſexcenteſimo decimooctavo.* Hæc ipſe. Fuit Bonifacius hic patria Neapolitanus, de quo plura inferius ſuo loco. *Ante tempus autem ordinationis Bonifacii* (inquit Anaſtaſius) *Eleutherius eunuchus Patricius & Exarchus tyrannidem cum ſumpſiſſet, Rexque Italiæ dici voluerit, venturus Romam, a militibus Ravennatibus in via occiſus eſt, caputque ejus miſſum Conſtantinopolim ad Imperatorem.* Hæc breviter de extincto tyranno.

(a) Beda l. 2. c. 7.

IV. De Agreſtino monacho & ſchimatico.

Quo tempore monachus vagus & profugus e monaſterio Luxovienſi, nomine Agreſtinus, deficiens ad ſchiſmaticos, alios ſecum præcipites in ruinam abducere cupiens, magnos tum in Italia tum in Gallia motus excitat. Sed cum nihil penitus proficere valuiſſet, inhærentibus cunctis communioni Catholicæ & Apoſtolicæ ſedis (ſicut alias ſemper cum in Galliis eadem eſſet mota quæſtio) in eaque firmiter permanere ſtatuentibus, certamen aliud ſuſcipit, adverſus ſcilicet monaſtica inſtituta a S. Columbano relicta ſuis. Traxit ſeditioſus homo in hanc pugnam ad ſuas partes plures Epiſcopos,

PAGIUS diem VIII. Novemb. inſcripſit. Hermannus Contractus, Marianus Scotus & Sigebertus in Chronicis, *Deusdedit* mortem cum anno DCXVIII. accurate copulant, ſed Bonifacii V. ejus ſucceſſoris initium male cum eodem anno conjungunt, ut ſtatim oſtendo.

III. *Poſt longum Interpontificium ſuccedit ei Bonifacius V.*

Poſt ejus mortem ceſſavit Epiſcopatus non *menſem unum, & dies XVI.* uti habet Anaſtaſius vulgatus, cui ſuffragantur Catalogi noſtri IV. & V. ſed *annum unum, menſem unum, & dies ſedecim*, licet annus ille tam in Anaſtaſianis Codicibus MSS. quam in Catalogis, quos videre licuit, præterquam in noſtro Catalogo ſexto Librariorum errore prætermiſſus fuerit; in quo tamen menſis deſideratur, ac loco dierum XVI. leguntur dies VI. quaſi Interpontificium fuerit anni unius, & dierum VI. Sed in eo annum illum recte expreſſum eſſe, indubitatum reddunt tam duratio Pontificatus eorum, qui *Deuſdedit* præceſſere, quam mors *Bonifacii* V. ejus ſucceſſoris. Utraque enim ad fidem Anaſtaſii, Catalogorum, & quorumdam Epitaphiorum ſuis locis memoratorum a nobis accurate conſignata. Baronius, Onuphrius, aliique, qui de Pontificibus Romanis egere, ad diuturnum illud Interpontificium animum non advertere, ſoluſque Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico, ex duratione Sedis Succeſſorum Divi Gregorii, & initio Bonifacii V. collegit, poſt *Deusdedit* obitum, Sedem diu vacaſſe; exiſtimavitque ſocordem Librarium quempiam ex Antiquioribus, pro *menſibus XV. dies XV.* ſcripſiſſe, quibus alii deinde ſaltem *menſem unum* præponendum putaverint. In Catalogis tamen & Anaſtaſii exemplaribus, non dies XV. ſed dies XVI. leguntur, vel ſaltem dies VI. Quare longe veroſimilius eſt, Librarios, qui menſem unum & dies XVI. paſſim recte notavere, annum omiſiſſe. *Bonifacium* enim V. *natione Campanum* die vigeſima tertia menſis Decembris anni ſexcenteſimi decimi noni, in quem Dominica cadebat, ordinatum fuiſſe, dies & annus ejus emortualis demonſtrant. Papebrocius loco laudato *Bonifacii* V. initium in diem XXVII. menſis Aprilis anni DCXX. reiicit, contra auctoritatem Bedæ loco citato, ubi docet, Bonifacium V. jam anno DCXIX. Pontificatum geſſiſſe, quod ipſemet Papebrocius obſervavit adverſus Baronium, qui depravatum Bedæ Codicem nactus erat. Porro cum *Deusdedit* die VIII. menſis Novemb. mortuus fuerit, & *Bonifacius* V. die XXIII. menſis Decemb. ordinatus, dies hujus ordinationis inter dies Interpontificii ab Anaſtaſio, ut quandoque aſſolet, numeratus fuit; neque enim dici poteſt, eum excludere diem mortis Deusdedit, ac ordinationis Bonifacii V. hancque differre in diem Nativitatis Chriſti; Cum Beda annum Chriſti DCXX. ab eodem die Natali, Anglorum ſuorum more, exordiatur, & tamen teſtetur, *Bonifacium* anno DCXIX. Pontificatum ſuſcepiſſe.

IV. *S. Euſtaſius Gentibus Evangelium prædicat.*

A num. IV. ad XV. Jonas in Vita Sancti Euſtaſii Abbatis Luxovienſis ait: *Reverſus venerabilis vir Euſtaſius ad Luxovium, Magiſtri præceptum implere parat: ut gentes, quæ vicinæ erant fidei pabulo alerentur. Progreſſus igitur VVaraſcis prædicat; quorum alii idololatriæ cultibus dediti, alii Photini vel Bonoſi errore maculati erant. His ad fidem converſis, ad Boios, qui nunc Bavocarii vocantur, tendit, eoſque multo labore imbutos fideique lineamento correptos* (ſic legitur in MS.) *plurimos eorum ad fidem convertit: ubi cum aliquantiſper moratus fuiſſet, dimiſit ſagaces Viros, qui cœpti laboris in ſtudio deſudarent; ipſe vero ad Luxovium remeare ſtudet*, quod currenti anno contigiſſe indicat Vita Sancti *Agili*, qui ſo-



rumores ubique excitans: uſque adeo, ut ad hos comprimendos Clothario Francorum Regis opus fuerit dare operam ut cogeretur Matiſcone Concilium. Hæc autem quomodo ſe habuerint, Jonas (a) Abbas ſui temporis res geſtas proſecutus, cuncta exacte quam ſinceriſſime ſcripſit in vita Euſtaſii, ex quo iſta tibi depromimus.

(a) Jonas in Euſt. apud Bedam.

V. Agreſtinus inſurgit in Euſt.

*Cum jam*, inquit, Euſtaſius in monaſterio Luxovienſi ſucceſſor ſancti Columbani *ab omnibus haberetur, gratus, ut nullus ſe beatum Columbanum perdidiſſe gemeret, qui ejus doctrinis imbutus fuiſſet, omniumque Francorum procerum honore fulciretur, & præcipue Clotharii Regis amore ac veneratione eluceret, præſertim cum cernerent in diſcipulo magiſtri inſtituta per omnia manere; exarſit more ſuo lividus adverſus ſancti viri famam Chelidrus, excitans contra eum unum ex ſubditis Agreſtinum nomine, qui quondam Theodorici Regis Notarius fuerat, & quadam compunctione cordis tactus, omnia quæ poſſederat relinquens, & Luxovium veniens, ſe & ſua omnia eidem venerabili Patri tradiderat. Is inquam (ut cuncta replicem) religionis ſpeciem in monaſterio geſtans, poſt non longum tempus converſationis ejus, arrogantia mentis elatus, poſtulat ut gentium eſſe prædicator permitteretur. Quem vir ſanctus diu objurgans increpat, dicens, eum rudem adhuc in religione non debere ad tale opus idoneum ſe putare, proponens ei in exemplum Hieremiam, qui electione Domini prædicator deſignatus, ſe dignum eſſe denegat, dicens* (b): *A a a Domine Deus, ecce puer ego ſum, & neſcio loqui. Moyſen quoque, qui electus a Domino, tardioris & impeditæ linguæ ſe eſſe teſtatur.*

(b) Hierc. 1.

VI. Apoſtolatum ad Gentes ſibi arrogat Agreſtinus.

*His & hujuſmodi diſſuaſionibus cum nihil proficeret; quem tenere non valet, ire permittit. Qui cum in regionem Bajoariorum, veniſſet, nullum fructum exercens, ibi poſt aliquantum temporis ad Aquilejam tranſit. Aquilejenſes enim diſcordabant a communione ſedis Apoſtolicæ (de qua Dominus in Evangelio ad beatum Petrum loquitur, dicens: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam) ob Trium videlicet capitulorum diſſenſionem, quæ præſenti opere neceſſarium non duximus inſerere. Itaque veniens Aquilejam, ſocius ſtatim ſchiſmatis effectus, Romanæ ſedis a communione ſejunctus ac divisus eſt, totius orbis communionem quicumque Romanæ ſedi jungeretur damnans, in ſola Aquileja Orthodoxam fidem retineri decertans. Quo ſchiſmate imbutus, epiſtolam venenoſam & increpationibus plenam ad beatum Attalam Bobienſis cœnobii patrem per Aureum Adaluvaldi Regis Longobardorum Notarium dirigit. Quam epiſtolam beatus Attala perlectam & ridiculo habitam, mihi tradidit ſervandam: quam ego etiam per multorum ſpatia annorum abditam penes me habui, & poſtea mea negligentia perdidi: nec alius utique quilibet eam, ſed ipſe proprio ſtylo ſcripſit.*

VII. Fugatus ut ſchiſmaticus Agreſtin. aliud bellum excitat.

*Directa itaque ad beatum Attalam epiſtola, ipſe ad Luxovium properat: Euſtaſium ſchiſmatis aculeis tentat, ſi ſanam mentem ſua veſania corrumpere queat. Venerandus autem vir Euſtaſius paternis effaminibus errantem increpat; ut reſipiſcat, hortatur & obſecrat. Cumque ſalutaribus monitis & ſalubri antidoto mentem peſte corruptam curare nequiſſet, a ſuo ſuorumque collegio ſegregatum abire coegit. Fugatus igitur ab Euſtaſio miſerabilis Agreſtinus, huc illucque divertit, ut aliquos ſui erroris fautores facere poſſet.* Cum vero a ſententia receſſiſſe videri potuiſſet, ex novo certamine quærit ſibi coronam, qui ex primo retulerat ignominiam. Quodnam iſtud fuerit; Jonas ita declarat: *Sed cum nihil ejus imperitia longo tempore peragere quiviſſet, tandem adverſus regulam B. Columbani livido dente garrire cœpit, ac velut cœnoſa ſus grunniens, per quoſcumque potuit parilitatis ſuæ ſimiles abominabile murmur excitavit, annuente ſibi Appellino Genuenſis urbis Epiſcopo, qui ei conſanguinitate proximus erat. Hic denique Appellinus vicinos Epiſcopos ſingulatim ſibi jungere in auxilium Agreſtini niſus eſt omni ſtudio, ita ut Re-*



*gem*

PAGIUS ſocius itineris Euſtaſio Abbati fuit. Uterque enim ad prædicandum Evangelium *Synodica diſinitione* miſſus aſſeritur, nec illa Synodica difinitio deſignat alium Epiſcoporum cœtum, quam qui celebratus eſt hoc anno in villa Regia *Bonogello*, ſeu *Bonogilo* ad Matronam ſita, cujus mentionem facit Fredegarius cap. 44. *anno XXXIV Regni Clotarii*. Waraſci autem, ut in Vita Sanctæ Salabergæ legitur, in Provincia Sequanorum ad utramque, Duvii ſeu Dubis ripam ſedebant, & apud eos hæreſis Photiniana repullularat, quam tamen Epiphanius hæreſi 71. ſcribit, *brevi admodum tempore* diſſipatam fuiſſe. *Bajoariæ* Præfecturam ſeu Ducatum gerebat *Taſſilo*, de quo ſupra verba fecimus. Aventinus lib. 4. cap. 14. quem multi ſecuti ſunt, ait, præter *Salisburgenſem* Epiſcopatum erectos tunc alios duos, *Laureacenſem* videlicet ac *Patavienſem*. Verum hanc inſtitutionem ſæculo tantum ſequenti factam, ex iis quæ tunc dicemus, certum & indubitatum reddetur.

V. *Synodus Matiſconenſis adverſus Agreſtinum Monachum.*

Cum vero Euſtaſius *omnium Francorum Procerum honore fulciretur*. Diabolus excitavit contra eum unum ex ejus Monachis *Agreſtinum* nomine, qui cum per Aquileiam tranſiret, Trium Capitulorum ſchiſmate imbutus fuit, & Luxovium reverſus *Euſtaſium* Abbatem conatus eſt eo veneno inficere; ſed cum nihil proficeret

*tan-*

*gem Clotharium tentaret, ſi ſuæ partis aſſentator fieri voluiſſet. At ille ſciens & experimento cognitam habens B. Columbani ſanctitatem & diſcipulorum ejus doctrinam, poſtquam diu redarguere tentavit, grunnientis hæretici ſectam, nec prævalere potuit adverſus eam: ſtatuit ut Synodali examinatione probaretur, non ambigens de auctoritate venerabilis viri Euſtaſii, quin omnes adverſantes ſanctæ regulæ ſua prudentia ſuperaret.*

VIII. Concilium Matiſc. cogitur. *Tunc emanante regali auctoritate, multi jam Burgundiæ Epiſcopi in ſuburbio Matiſconenſis urbis conveniunt: inter quos maximus hæreticorum Vvarnacharius quidam, dum & ipſe fieri vellet aſſentator Agreſtinianæ partis, ipſo die quando adverſus Euſtaſium altercatio futura erat, morte præventus interiit. Sed nec eo terrore turbati cæteri confautores adverſæ partis, qui convenerunt, deductum in medium Agreſtinum depromere cogunt, quid contra regulam Columbani vel Euſtaſii obiiciendum haberet. Tum ille trementibus labiis aſſiſtens, & nihil auctoritatis vel elucubrati eloquii habens, ait ſuperflua quædam & canonicæ inſtitutioni contraria in eorum ſtudiis teneri cochleam videlicet, quam lamberent; Crucis ſigno crebro ſignari; & in ingreſſu cujuſlibet domus intra cœnobium tam introeuntem quam egredientem benedictionem poſtulare: Columbanum etiam a cæterorum Eccleſiaſticorum more deſciſcere, & ſacra Miſſarum ſolemnia multiplicatione orationum vel collectarum celebrare.*

*Auditis hujuſmodi objectionibus B. Euſtaſius converſus ad ſuæ partis epiſcopos dixit: Vos, o decus ſacerdotii, probare debetis, qui in Eccleſiis veritatis ac juſtitiæ ſeminarium diſtribuant, & qui veritati ac religioni aliena tradant. Quicquid enim a norma veri tramitis diſſentit, extra Eccleſiæ corpus ſegregari debet. Veſtrum eſt diſcernere obiecta, an ſint a Scripturarum ſerie aliena. Agreſtinus ait: Tuo ore nobis edicito: noſſe enim a te volumus, quod dignum ſuper hoc reſponſum reddas? S. Euſtaſius reſpondit: Nequaquam, ait, reor contrarium eſſe religioni, ſi cochleam quam Chriſtianus lambit, vel quodcumque vas ut poculum Crucis ſigno munit, cum per adventum ſigni Dominici pellatur peſtis adverſantis inimici.*

IX. Fuiſſe quidem in more poſitum apud Chriſtianos antiquitus, ut ad omnem actum & ad omnem potum & cibum ſignarent ſe ſignaculo Crucis, præter illa quæ de his Tertullianus tradit in libello de corona militis, & S. Hieronymus ad Euſtochium; ex Euſebio ſuo loco vidimus Chriſtianos milites in caſtris Ethnici Imperatoris militantes ex eo indicio detectos fuiſſe Chriſtianos eſſe, quod ad omnem potum ſignarent poculum Crucis ſigno. Ad aliud vero accuſationis caput quod obiiciebatur, Euſtaſium ita reſpondiſſe, Jonas affirmat: *Introeuntem vero monachum cellulam, vel exeuntem, benedictione Domini armari, ratum duco, juxta Pſalmiſtæ vocem (a): Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus: Dominus cuſtodit introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc & uſque in ſæculum. Licet enim hoc ad unumquemque Chriſtianum referatur, ut gratia baptiſmi per fidem in Eccleſia ſervetur, in eo videlicet, qui ad eam ingreditur, & uſque ad finem perſeverantiæ vigore firmetur; de quotidiano tamen motu, ſive ingreſſu, vel egreſſu, ſeu progreſſu unumquemque noſtrum ſigno Crucis armari, vel benedictione ſodalium fas duco roborari.*

*Multiplicationem vero orationum in ſacris officiis credo omnibus proficere Eccleſiis; quia dum plus Dominus quæritur, plus invenitur; & cum uberius oratione pulſatur, eo citius exaudire probatur. Nihil enim amplius deſiderare debemus, quam orationi incumbere, ſicut Dominus ſub Apoſtolorum numero hortatur (b): Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Sic & Apoſtolus (c) nos ſine intermiſſione jubet orare: ſic omnis Scriptura ſacra hortatur nos ad Dominum ſine ceſſatione clamare. Nihil equidem tam utile, tamque ſalutare, quam Creatorem multiplicatione precum & aſſiduitate orationum pulſare.* Ita quidem quod de multiplici collectarum numero (ut dictum eſt) argueretur monaſtica inſtitutio, nihil judicatum eſt eſſe quod repugnaret conſtitutionibus ſanctorum Patrum; quibus illud tantum prohibitum fuiſſe, ſuo loco diximus, ne quis præſumeret orationes in Eccleſia publice recitandas ex ſua inventione præponere. Sed pergit Jonas: X.

*His & horum ſimilibus reſponſis confuſus Agreſtinus addit garrulitatis noxam: calumniatur capitis comam inepte præcidi, & ab omnium hominum more deſciſci. Euſta-* XI.

(a) Pſal. 120.

(b) Matt. 26. & Luc. 22.

(c) 1. Theſ. 5.

PAGIUS *tandem adverſus regulam Beati Columbani livido dente garrire cœpit*, inquit Jonas citatus, qui addit: *Tunc emanantes Regali auctoritate, multi jam Burgundiæ Epiſcopi, in ſuburbio Matiſconenſis Urbis conveniunt, inter quos maximus hæreticorum VVarnacharius quidam dum & ipſe fieri vellet aſſentator Agreſtinianæ partis, morte præventus interiit*. Sirmondus Synodum hanc Matiſconenſem uſque ad annum DCXXVII. diſtulit, quod Fredegarius cap. 54. ſcribat, anno XLIII. Regni Clotarii mortuum eſſe *VVarnacharium* Majorem-Domus. Verum perperam Sirmondus *VVarnacharium* illum cum Warnachario hæretico confundit. Hujus itaque Concilii Epocha in-



*ſtaſius autem, ut erat virtute patientiæ & ſcientiæ comptus: In præſentia, ait, omnium horum qui præſto ſunt ſacerdotum, ego ejus diſcipulus & ſucceſſor, cujus tu diſciplinam & inſtituta damnas, te ad divinum judicium cum eo intra præſentis anni circulum cauſaturum invito, ut juſti Judicis examine ſentias, cujus famulum tuis detractionibus maculare procures.* Pacem ſuadent Epiſc. *His dictis, metus quoſdam eorum qui Agreſtinianæ partis fautores erant, perculit, hortanturque omnes ut pacis nexu corda jungerent, & ut iſte temeritatis audaciam tolleret, & ille paterno affectu labentem piis correptionibus ſolveret. Ad hæc Euſtaſius: Veſtris, inquit, libens ſatisfacerem precibus, ſi miſera mens duritiam vecordiæ molliret, & correctis cauterio morbis, vel antidoto viſceribus dejectis, redux ad ſalutifera monita remeare nitatur. Cogentibus ergo cunctis; Agreſtinus ſimulatam pacem poſtulat, quod poſtea actibus deprompſit. Euſtaſius vero mitis animi ſuaſione flexus poſcentium, pacem tribuit, & pacis oſculum illi porrexit.* Hæc de fine Matiſconenſis Synodi Jonas: in qua cum nihil umquam obiectum ſit ab Euſtaſio ſchiſmaticum illum eſſe hominem & a Catholicæ Eccleſiæ communione ſejunctum, utique par eſt credere ipſum ante judicium, ut illic agere poſſet, quoquo modo palinodiam recantaſſe: alioqui illi pacem dari, repugnante ſententia Apoſtolica (a), ex qua nec Ave ei dicendum erat, nequaquam juſſiſſent Epiſcopi, neque Euſtaſius implere curaſſet. Sed finem initæ paleſtræ ſpectemus. Etenim etſi ad pacis oſculum receptus eſt, haud tamen arma dimiſit, ſed occultavit, ſuo illa tempore exerturus, ut fecit: nam audi Jonam:

(a) 2. Joa.

XII. Romaricus & Amatus ſeducti ab Agreſtino. *Vix ad intervallum brevis ſpatii manifeſtam veſaniam ſuam Agreſtinus verecundiæ metu repellens, cœpit iterum monaſteria tentare, & ſub ſpecie diſcipuli pretium proditionis taxare. Ad quemdam namque virum venerabilem Romaricum nomine venit, qui primæ nobilitatis fuerat apud Theodobertum Regem habitus, poſtque per exemplum Columbani, ac per Euſtaſii prædicationem monitus ad Luxovium veniens monachicæ inſtitutioni ſe ſubdit. Quo diu ſub regulari tenore vitam agente, poſtea Euſtaſio annuente, puellarum monaſterium in ſuo proprio inſeruit, & regulam Columbani illis cuſtodiendam indidit. Cumque jam multa religione polleret, ad eum Agreſtinus pergit, ſeſeque ſubditum atque obedientem ſimulat; ſimulque Amatum, quem ibi Euſtaſius ob imbuendam regulam præfecerat, mollibus ſugillationibus tentat. Nam quibuſdam ſacræ religionis regulis ab eis neglectis, tam Amatus quam Romaricus ab Euſtaſio objurgati fuerant. Læſos ergo eos ut præſenſit Agreſtinus, exaſperatas mentes ſuis aſſertionibus jungere volens, ſtimulavit venenata verba ſanas mentes recipere, & in contemptum regulæ Columbani propriam veſaniam propagare. Proh dolor! exitiale vas ac lethifera doctrina repletum ſanas mentes diabolica inſania maculavit. Abjectis etenim priſtinis inſtitutis, rudibus conati ſunt præfati jam viri inſtruere plebem doctrinis.*

*Deinde nefandus Agreſtinus ad venerabilem matrem Burgundoforam iter dirigit* (Abbatiſſa hæc erat monaſterii ſanctarum virginum, S. Columbani diſcipula) XIII.



PAGIUS incomperta, licet veroſimile ſit, aliquot poſt currentem annos celebratum eſſe. In eo tria *Agreſtinus* Euſtaſio Abbati objecit, ad quæ is ſolide reſpondit, ut videre eſt apud Baronium: *His & horum ſimilibus reſponſis confuſus Agreſtius addit garrulitatis notam calumniator, capitis comam aliter tondi, alio charactere exprimi, & ab omnium more deſciſci*, inquit Jonas, ad quam quartam objectionem *Euſtaſius* apud Jonam nihil reſpondet, quia rem diſſimulare non poterat, nec aliis forſitan approbari poſſe exiſtimabat. *Notabat Agreſtinus*, ſeu *Agreſtius* Scoticam tonſuram, quæ dimidiatam coronam reddebat: ſcilicet ab aure ad aurem per frontem in coronam cæſus erat capillus, ab aure ad aurem per occipicium capillus intonſus depende-

NOTÆ [1] Quanquam de anno, quo Matiſconenſe Concilium celebratum fuit, nihil certi conſtat; illud tamen affirmare audeo, ejus celebrationem intra ſpatium annorum octo, quot ab anno 616. uſque ad 624. excurrunt aſſignandam eſſe. Id autem eruo ex Jona in Vita S. Euſtaſii; narrat enim Agreſtium e Luxovio in Italiam contendiſſe, indeque Aquilejam venientem ſchiſma trium Capitulorum ebibiſſe, qua de re Epiſtolam ad Attalam ſcripſit. Tunc rediit in Galliam ubi turbas ciens Concilii Matiſconæ indicendi cauſam præbuit. Ex his intelligimus Concilium coactum fuiſſe poſtquam Attala Bobienſem præfecturam obtinuit; ad illum enim tamquam ad ſuorum Monachorum Præſulem literas ſuas Agreſtium direxiſſe opinor. Cœpit autem Attala poſt obitum S. Columbani, nempe circa annum 716. Poſt Concilium Agreſtius SS. Romaricum & Amatum ſeduxit. Sed ambo dein errorem agnoverunt & acerba pœnitentia luxerunt, præſertim S. Amatus qui tantis macerationibus corpus affecit, ut ponderi ſuccumbens, tandem anno 624. ut Pagius hic num. 7. probat, interierit. Ex hoc liquere arbitror Concilium inter annum 616. quo Attala cœpit, & 624. quo Amatus deſiit, habitum fuiſſe. Ut autem demus aliquid excurſioni Agreſtii in Italiam, ſchiſmati, & molitionibus ejus in S. Euſtaſium ante Concilium; viciſſim autem deceptioni S. Amati, ejuſque reſipiſcentiæ ac pœnitudini poſt Concilium, non inani conjectura ſedem Concilio annum 618. aut 620. circiter conſtitueremus. MANSI

Tentatur fruſtra a ſchimatico S. Burgundofora.

la ) *ut etiam illam ſuis ſimulationibus, ſi valuiſſet, macularet. Quem beata virgo Chriſti non femineo more, ſed virili confudit reſponſione, dicens ad eum: Num tu confutator veritatis, & novorum introductor argumentorum ad hoc huc acceſſiſti, ut veneno tuo dulcia mella perfunderes, & vitalia alimenta lethali amaritudine commutares? Miſer ac deteſtabilis, tu detrahis illis, quorum ego virtutes agnovi, quorum doctrinam ſalubrem recepi, ex quorum eruditione multos cæleſtia regna penetraſſe comperi. Meminiſſe te velim Iſaiæ dictum* ( a ): *Væ qui dicit malum bonum, & bonum malum! Feſtina ergo ab his venenatis aſſertionibus recedere, ne te ira Dei comprehendat. Confutatus itaque his famulæ Dei increpationibus impius Agreſtinus, rurſus ad Romaricum & ad Amatum repedat, ut cæptum opus erroris ad effectum nequitiæ perducat.* Magna plane iſta fuit Burgundofora & celebris ſanctitate virgo, cujus res præclare geſtas idem Jonas ( ut ipſe profitetur in vita ſancti Columbani ) conſcripſit, de qua dicturi ſumus poſtea. Sed de ultione divinitus in ſeditioſos immiſſa idem Jonas narrare pergit his verbis.

XIV. Dei vindicta in ſchiſmaticos.

*Nec defuit illis ultio divina, cum & ipſi & alii complures jam ad hoc aſpirarent, ut perverſi dogmatis hæretici hujus aſſentatores*, id eſt, conſentientes, *fierent. Lupi ſiquidem per intempeſtam noctem intra ſepta monaſterii irrumpentes, aliquos ex fratribus morſibus ſuis laniarunt, atque in prædicta peſte derelictos diræ morti miſerabiliter tradiderunt. Quemdam etiam Plereum nomine, qui adhuc diſcordiæ fomitem vehementer adminiſtrabat, dæmonum rabies pervaſit, & ignobiliter ad extrema perduxit: nam propria manu ipſe laqueo ſe ſuſpendit. Porro cum hæc ultio nequaquam fieret correctio delinquentium, major protinus vindicta ſecuta eſt. Subito namque fulgur ingens e cœlo lapſum, tanto fragore percutit locum, devaſtat monaſterium, tegmenta ſubvertit, plebem exurit, ut præſens correptio manifeſte monſtraret futuram debere fugere iram: mortique ſunt ad præſens pluſquam viginti homines, auctore tamen totius criminis ad pœnitentiam reſervato, ut ſi cognoſceret ſemetipſum & rediret, ſanitatem proculdubio reciperet: nullum etenim Dominus perire deſiderat; ſed ſemper, quamvis gravibus delictis obrutum, per pœnitentiæ fomenta redire expectat. Cumque ſibi ſæpius pænitentiæ locum datum infelix Agreſtinus non cognoviſſet; ut Euſtaſii ſententia ad judicium eum invocantis prævaleret, ante triginta dierum circulum quam vertentis anni meta compleret, a ſervo ſuo, quem ipſe redemerat, ſecuri percuſſus interiit; & occaſio criminis dicebatur uxoris permixtio; quod quamvis multi dixerint, & vera aſſerere vellent, noſtrum tamen affirmare non eſt: cuncta enim, juxta Salomonem* ( b ), *adducent Deus in judicium pro omni reatu, ſive bonum, ſive malum.* Subdit de duobus ab eo ſubverſis monachis ad pœnitentiam receptis, necnon de Epiſcopis qui adverſabantur ad ſaniorem mentem reverſis, & erga inſtituta eadem propenſioribus redditis, deque mira propagatione ordinis, & aliis monaſteriis recens erectis poſt ſuperatas ejuſmodi tentationes. Audiſti finem ſchiſmaticorum, & ad declarandam veritatem Dei judicium in vindictam prævaricatorum interpoſitum?

(b) Eccl. 12.

Quod ad lapſos reſtitutos pertinet, ſubdit iſta Jonas: *Poſt hæc Amatus & Romaricus Euſtaſii patris indulgentiam* XV.

*po-*

PAGIUS debat, ut patet ex Ceolfridi Abbatis Epiſtola apud Bedam lib. 5. cap. 22. Quantas turbas in Britannia excitaverit *Scotica* illa *tonſura*, aliique Scotorum ritus, teſtatur Beda lib. 3. capp. 3. & 4. & lib. 5. cap. 16. Cogentibus ergo cunctis, *Agreſtius* ſimulate pacem poſtulat, quam ei *Euſtaſius* tribuit, ut habet Jonas.

VI. *Floret S. Romaricus II. Abbas Monaſterii Habendenſis.*

Ad num. XV. & XVI. *Agreſtius* aliquos ex fratribus Monaſterii Luxovienſis ſeduxit, eiſque contemptum Regulæ Sancti Columbani afflavit; quorum aliqui, & inter eos Agreſtius miſere periere: *Poſt hæc Amatus & Romaricus Euſtaſii patris indulgentiam poſtulantes ab eo recipiuntur, & in priſtinum gradum reſtituuntur*, inquit Jonas in Vita Sancti Euſtaſii, poſtquam retulit ultionem Divinam de quinquaginta & amplius Monachis, & *Romarici* ac *Amati* Monachorum culpam. *Romaricus*, relicta Clotarii Regis II. Aula, Sancti *Amati* conſilio, & cum multarum rerum ſubſtantia Monaſterium *Luxovienſe* petiit, & aliquot poſt annos non longe a flumine Moſelia, adjutore Sancto *Euſtaſio*, Monaſterium Sacrarum Virginum in proprio caſtro *Habendi*, ſeu *Habundi* vocato, in vertice montis Voſagi condidit anno circiter DCXX. cujus regimen poſt obitum *Amati* ſocii ſui ſuſcepit. Auctor Anonymus ſuppar, qui Sanctorum Amati & Adelphi Abbatum Habendenſium geſta etiam ſcripſiſſe videtur, Sancti *Romarici* ſecundi Abbatis Habendenſis Vitam literis mandavit. Eam recitat Mabillonius Sæculo Secundo Benedictino, obſervatque *Habendi*, Amato duce, floruiſſe Collegium duplex, Monachorum ſcilicet, ſeu Anachoretarum, ac Virginum, uſque ad tempora Hunnorum, qui ineunte ſæculo X. Cœnobium ſolo æquarunt. Poſt aliquot annos, non in eodem loco, ſed ad radices montis trans Moſellam, opitulante Ludovico Rege Arnulfi Imperatoris filio, inſtauratum eſt Monaſterium, accrevitque in Oppidum, *Remiremond* Gallice appellatum, nunc nobilium Virginum Canonicarum illuſtre Collegium. Omiſit laudatus Anonymus id quod cum Agreſtio ſeu Agreſtino contigit Romarico, ut ſupra diximus, ſed illud ex Vita citata Sancti Euſtaſii a Jona ſcripta ſupplendum. Ait Anonymus eum obiiſſe *die, qua Dominus triumphans ex inferis ad ſuperos victor remeavit*, die ſcilicet Dominica, quæ paſſim ab Antiquis dies Reſurrectionis Dominicæ dicitur, ideoque die octava menſis Decembris anni ſex-

cen-



*poſtulantes, ab eo recipiuntur, & in priſtinum gradum reſtituuntur.* Quod vero ad Amatum ſpectat, vere ſe pœnitentem exhibuit, adeo ut ſanctitate claruerit; morienſque ſe probe Catholicum eſſe declaravit edita publice fidei profeſſione: nam qui ejus vitæ res geſtas eſt proſecutus, hæc de ipſius pœnitentia & profeſſione Catholica ante obitum ( a ): *Jam annum in eo cilicio & cinere egerat, die ac nocte jugiter precibus vacans, cum præ nimio membrorum cruciatu, cute & carnibus exeſis, nuda oſſa paterent, interim ille nihilominus cum lacrymis ſemper Domino loquebatur. Cum autem fidem adeſſe ſentiret, cuidam fratri ait: Affer epiſtolam Leonis Papæ, quam ille ad S. Flavianum ſcripſit, in qua Catholicæ fidei pleniſſima ratio continetur. Allata eſt epiſtola; & cum illi legeretur, ita dixit: Sic credo, o Trinitas ineffabiis: Ita confiteor, Deus omnipotens: Ita de te ſentio, Fili Dei Chriſte Jeſu: Sic de te intelligo, Spiritus ſancte, æterne Deus: Atque ita unum Deum in Trinitate, trinumque in unitate confiteor.*

(a) Vit. S. Amati Sur. die 13. Sept.

Amatus pœnitens & ſanctus.

*Cum autem ſumma eſſet humilitate præditus, indignum ſe putavit, qui intra Eccleſiæ ſepta ſepeliretur. Juſſit igitur ſibi fodi ſepulcrum in ipſo aditu baſilicæ Matris Dei, & hoc epitaphium, quod ipſe compoſuit, ei imponi:*

OMNIS HOMO DEI QVI IN HVNC LOCVM SANCTVM AD ORANDVM INTROIERIS, SI MERVERIS OBTINERE QVÆ POSTVLAS, PRO ANIMA AMATI POENITENTIS HIC SEPVLTI DOMINI MISERICORDIAM DEPRECARI DIGNERIS: VT SI QVID MEA PRAVITAS DE MEIS PECCATIS OBTINERE NON POTVIT TEPIDE POENITENDO, OBTINEAT VESTRA TANTORVM CHARITAS SEDVLO DOMINI MISERICORDIAM DEPRECANDO.

Hactenus epitaphium, quo veri penitentis ſpecimen edidit; qui & ob præclara merita inter ſanctos relatus, Idibus Septembris ( b ) anniverſaria memoria in Eccleſia celebratur.

(b) Marty. Roman. ea die.

XVI. Romaricus etiam & ipſe digne omnes veri pœnitentis numero explens, ſancto fine quievit, & inter ſanctos æque adnumeratus rediviva memoria annis ſingulis colitur ſexto Idus Decembris ( c ). Sed mirati ſumus, eos qui ipſorum res geſtas ſunt proſecuti, de lapſu nihil dicere: adeo ut omnino hoc remanſiſſet incognitum, niſi Jonas in Euſtaſio, rerum ſui temporis ſcriptor, id amplis notis teſtatum reliquiſſet, majori utique gloria Dei, & proficuo exemplo in ejus Eccleſia, in qua raro contingit redeuntem ab hæreſi ſive ſchiſmate digne pœnitere. Sed de his hactenus.

(c) Marty. Rom. dicta die.

Quod ad res Orientales pertinet, cum nullam ſibi adeſſe vim reſiſtendi Perſarum Principi Heraclius Imperator ſentiret, tandem ad preces ſupplices ſe convertit: & quamvis antea eodem uſus remedio fuiſſet jam miſſa legatione repulſus; rurſus tamen novam legationem ad Coſrhoen Regem Perſarum decernit, qua ab eo quibuſvis iniquis conditionibus pacem expoſceret. Non deerant argumenta pervalida ad movendum Regem, ſi apud ſuperbum & faſtu tumidum elatum victoriis hominem aliqua ratio locum habere potuiſſet: verum inflata arrogantia mens expers mox omnis redditur rationis. Præpotens vero præ cæteris illud potuiſſet ferream emollire cervicem, quod idem ipſe Coſrhoes profugus, exors regni, ſuis redditus infenſiſſimus; fuiſſet tamen ab Imperatore Romano ( ut ſuo loco dictum

eſt

XVII. De Legatione Heraclii ad Coſrhoen. Reg. Perſarum.

PAGIUS centeſimi quinquageſimi tertii, quo Dominica in eumdem incidit. Interpolator enim Vitæ Sancti Romarici addit: *Obiit idem Pater plenus dierum in ſenectute bona VI. Idus Decemb. ſceptrum quidem Auſtraſiorum tenente Rege Sigisberto, Francorum vero Chlodoveo*, paulo ſcilicet ante Sigiberti obitum; cum prædixerit motus, qui poſt hujus mortem in Auſtraſia contigere, ut citatus Anonymus indicat. Ei ſucceſſit *Sanctus Adelphius* in regimine Monaſterii *Habendenſis*, ſeu *Romaricenſis*.

VII. *Floret S. Amatus primus Abbas Monaſterii Habendenſis.*

Quoad *Sanctum Amatum*, Monachum is induerat, dum adhuc adoleſcens eſſet, in Agaunenſi Cœnobio, ubi *cum jam annos triginta* totum ſe virtuti dediſſet, majoris ſolitudinis ſeceſſum expetens, non procul ad cujuſdam excelſi montis rupem ſe contulit. Ibi per triennium vixit cum maximo corporis ſui ac divitiarum contemptu. Verum cum anno DCXIV. *Euſtaſius* Abbas Luxovienſis Bobium ad Sanctum *Columbanum* mitteretur a *Clotario* totius Franciæ Rege, Agaunum adiit, & per arctam & pene præcipitem ad *Amatum* tetendit ſemitam, ut Virum Dei videret. Deceptus poſtea *Amatus* ab Agreſtino Monacho culpam tandem agnovit, & diebus ac noctibus jugiter orationibus incubuit cum tantis macerationibus, ut ante mortem, cute & carnibus ſublatis, oſſa pura paterent. Anonymus qui Vitam ejus ſcripſit, de quo numero ſuperiori locuti ſumus, nec annum nec diem mortis ejus memorat. Sed cum mortuus ſit paulo ante ſeceſſum Sancti *Arnulphi* Metenſis Epiſcopi in eremum ( ſiquidem a *Romarico* illuc deductus fuiſſe dicitur Arnulphus in Vita ſua, nulla Amati mentione facta ), apparet *Romaricum* jam Abbatis Habendenſis curam egiſſe. Quare cum ſeceſſum *Arnulphi* anno DCXXV. contigiſſe exiſtimemus, *Amati* primi Habendenſis Abbatis mors anno ſexcenteſimo viceſimo quarto conſignanda videtur. Nomen ejus inſcribitur Martyrologiis Adonis, & Uſuardi ad diem XIII. menſis Septembris; Vita vero extat apud Mabillonium Sæculo ſecundo Benedictino.

Ad num. XVII. Theophanes anno Eræ Alexan- VIII.

xan-

eſt ſuperius) magna potentia in Imperium reſtitutus atque defenſus: cujus præſtiti adeo immenſi beneficii ſi memor, ſi gratus exiſtere voluiſſet, parere utique naturæ legibus debuiſſet, ut redderet quod acceperat beneficium. At quid omnium legum exors barbarus truculentus? Quo cernit Romanum Imperatorem magis ſe ſubiicere, eo ſe ipſe adverſus eum omnemque Chriſtianorum gentem inſolentius extollit, nec veretur impiam illam pacis conditionem per legatos præſcribere, qua vellet, ſi pacem cuperet, ipſum, cum omnibus ſuis Chriſtianæ religionis fieri negatorem, cultorem vero Solis Perſarum Dei. Referunt enim hæc Annales (*a*) hoc anno his verbis: *Anno octavo Imperii ſui rurſus Heraclius miſit in Perſidem legatos ad Coſrhoen poſtulans pacem. At Coſrhoes iterum eos ſprevit, aſſeverans: Non parcam vobis, donec Crucifixum abnegetis, quem Deum fatemini eſſe, & adoretis Solem.* Hæc ibi. At reſpexit tandem, ſero licet, Deus in Regem Aſſyriorum, quem dedit in opprobrium gentibus. Sed de his ſuo loco dicendum erit.

(*a*) *Apud Miſcell. li. 18. anno 8. Heracl. Imper.*

Qui

PAGIUS

*Commentitia legatio Imperatoris ad Choſroen.*

xandrinæ DCIX. Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoato, ait: *Hoc anno aliam legationem de pace cum Perſis habenda, & ab eis expetenda ad Choſroen deſtinavit Heraclius. Eam iterum reſpuit Choſroes, dicens: Vobis minime parcam; donec Crucifixum, quem vos prædicatis Deum, Solem adoraturi, abnegaveritis.* Quod & ex Auctore Miſcellæ narrat hoc anno Baronius; Verum, ut anno DCXV. oſtendimus unam tantum Legationem ad illum Heraclius direxit; nec iſtam mittere potuit; cum Legati anno DCXV. in Perſidem miſſi ibidem catenis conſtricti detenti fuerint uſque ad annum DCXXI. quo eos Choſroes occidit, ut ſupra obſervavimus.

IX.

*Conſtantinopolis fame & peſte afflicta.*

Nicephorus in Breviario, prioris tantum mentionem facit, qua narrata ait: *Angebant hæc Imperatoris animum, & magnopere terrebant* (quod nempe Legatos ſuos Choſroes ita inhumaniter habuiſſet). *Accedebat & famis acerbitas, quæ ſub idem tempus Imperium Romanum invaſit; cum nihil amplius frumenti ex Ægypto ſubveheretur: ex quo Imperatori annonæ magna ex parte ſuppreſſæ ſunt. Sed & peſtilens morbus tota Urbe graſſatus magnam Civium multitudinem abſumpſit. Quibus ex incommodis Imperator ſummum in mœrorem ac deſperationem redactus eſt. Jamque migrare in Africam cogitabat, & magnam opum vim, aurique & argenti copiam ac gemmarum eo præmiſerat. Quarum rerum haud exigua pars cum jam appelleret, ingenti coorta tempeſtate naufragio periit. Hæc cum Cives animadvertiſſent, quoad in ipſis ſitum erat, impediebant. Ac demum Patriarcha Imperatorem ad templum vocans, jurisjurandi religione obſtrinxit, non ſe ab Urbe Regia diſceſſurum. Quibus ille cedens, tametſi præſentibus miſeriis ingemiſceret, eorum tamen voluntati vel invitus paruit.* Cum vero Perſæ anno ſuperiori Alexandriam ac Ægyptum in ſuam poteſtatem redegerint, fames ac peſtis hoc anno cœpiſſe videntur; cum ſequenti Imperator annonam ſuppreſſerit, ut tunc videbimus.





I. QUi primus Bonifacii Papæ numeratur annus, idem & Redemptoris ponitur ſexcenteſimus decimusoctavus, Indictionis ſextæ: cum ipſe Pontifex in eminenti Petri cathedra collocatus, paſtorali munere mentis oculis luſtrans orbem, unde lugeat, conſpiciens ubique tragœdias; ex reſtituta tamen jam pene collapſa in Anglia Chriſtiana religione, unde lætetur, reperit argumentum: quod ſcilicet, qui jam profugi rediiſſent Epiſcopi, iterata Evangelii prædicatione, ex jacto ſemente manipulos læti referrent. Acceptis enim ipſe Bonifacius litteris de converſione Eadvaldi * Regis, ejuſque ſororis Edilbergæ, uxoris Eduini Regis, admodum lætatus, primum omnium diligentem operarium Evangelicum digna remuneratione proſequitur, & amice congratulatur. Etenim ſcribens ad Juſtum Roffenſem Archiepiſcopum, eidem pallium in ſignum elargitæ plenitudinis poteſtatis mittit. Extant quidem ipſæ Pontificis litteræ hic merito recitandæ, quæ ſic ſe habent (*a*):

*Adelnaldi Eadhaldi.

(*a*) *Apud Bedam lib. 2. c. 8.*

II.

Bonif. Pap. V. epiſt. ad Juſtum.

*Dilectiſſimo fratri Juſto, Bonifacius,*

*Quam devote, quamque etiam vigilanter pro Chriſti Evangelio elaboraverit veſtra fraternitas non ſolum epiſtolæ a vobis directæ tenor, immo indulta deſuper operi veſtro perfectio indicavit; nec enim omnipotens Deus aut ſui nominis ſacramentum, aut fructum veſtri laboris deſeruit, dum ipſe prædicatoribus Evan-*

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLVI. A.C. 618.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6111.

☉ 11. A. ☽ 11. P. 16. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 618.

DEUSDEDIT PAPÆ 4.

HERACLII IMP. 9.

I.

*Poſtconſulatus.*

IS annus hac formula notatus: *VIII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. VII.* ut habet Auctor Chronici Alexandrini, qui addit: *A die XXII. Januarii menſis ſcribitur: Imperii Heraclii Junioris Conſtantini annus VI.*

II.

*Quæ narrat Baronius de Anglis ad hunc annum non pertinent.*

A num. I. ad IV. Narrat Baronius hoc anno *Bonifacium* V. Papam acceptis de converſione *Eadbaldi* Cantuariorum Regis, ejuſque ſororis *Edilbergæ*, ſeu *Edilburgæ*, uxoris *Eduini* Nordanhymbrorum Regis, literis, ea de re congratulatum eſſe *Juſtum* Rofenſem Archiepiſcopum, eique Pallium miſiſſe. Et poſtea recitat ex Beda lib. 2. cap. 8. literas Bonifacii, cujus initium: *Dilectiſſimo fratri Juſto Bonifacius quam devote*, &c. Verum hæc Epiſtola anno tantum ſexcenteſimo viceſimo quarto ſcripta, poſt mortem *Melliti* Epiſcopi Cantuarienſis, cui Juſtus, qui Epiſcopus Rofenſis erat, non vero Archiepiſcopus, ut eum vocat Baronius, eo anno ſucceſſit, ut mox demonſtrabimus, poſtquam breviter quæ ante annum DCXXIV. in Anglia contigerint, retulerimus.

III.

*Non Juſtus ſed Laurentius auctor converſionis Eadbaldi Regis.*

S. *Ethelberto* Cantuariorum Rege anno ſexcenteſimo decimo ſexto, menſe Februario, vita functo ſucceſſit *Eadbaldus* ejus filius, qui vivente patre *Chriſti fidem ſuſcipere noluerat*. Quare *Mellitus* Epiſcopus Londinenſis, & *Juſtus* Epiſcopus Rofenſis ad partes Galliæ ſecedere coacti ſunt, *Laurentio* Archiepiſcopo Cantuarienſi Beati Petri Apoſtolorum Principis *flagellis ſimul & exhortationibus* animato, ut in Cantio remaneret. Is poſt illam exhortationem & flagella ad *Eadbaldum* Regem venit, qui, ut audivit quæ ab Apoſtolo *Laurentius* perpeſſus eſſet, extimuit, *ſuſcepit fidem Chriſti, & baptizatus, Eccleſiæ rebus, quantum valuit, in omnibus conſulere ac favere curavit*. Revocavit etiam Mellitum & Juſtum, *qui poſt annum, ex quo abierant, reverſi ſunt*. Quæ omnia a Beda lib. 2 cap. 6. narrata. Converſio itaque *Eadbaldi* Regis non a *Juſto*, ut ſcribit Baronius, ſed a *Laurentio* peracta, licet Juſtus poſtea in eo erudiendo multam operam poſuerit. Converſio illa contigit hoc anno, vel ſequentis, quo *Laurentius* obiit, initio.

IV.

*Tempus Converſionis Eadbaldi Regis magis explicatur.*

Reditus pariter *Melliti* & *Juſti* in Angliam, ad hunc annum vel ad ſequentem pertinent. Fit quidem mentio Regis *Eadbaldi* in literis Bonifacii Papæ hujus nominis V. *Juſto* anno DCXXIV. datis, quemadmodum & in iis, quas idem Pontifex ad *Eduinum* Anglorum Regem, a Beda lib. 2. cap. 10. recitatis, anno DCXXV. ut ſuo loco oſtendetur, ſcripſit; ſed non uti de Converſione, quæ recens peracta fuerit, ut Bedam Baronius explicat. Ibi enim Bonifacius V. *Eadbaldi* exemplum *Eduino* proponit, & ob curam in erudiendo Eadbaldo a *Juſto* adhibitam, hujus prædicationi & miniſterio vicinarum gentium ſalutem committit. Hanc Baronii interpretationem ſecutus eſt Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſt. ad Bonifacium V. qui arbitratus eſt, *Bonifacium*, quem Beda ibidem cap. 9. indicat, literas accepiſſe ex Anglia de ſpe converſionis Eduini Regis, poſt menſem Julium anni DCXXV. datas, ſuperſtitem fuiſſe poſt diem XXV. menſis Octob. ejuſdem anni, quo tamen Anaſtaſius illum ſepultum fuiſſe diſerte docet; quia, inquit Papebrocius, menſium III. ſpatium, quod a fine Julii ad *Bonifacii* obitum interceſſiſſet, anguſtum nimis eſt rebus ante literas ſcriptas geſtis, converſioni ſcilicet Athelvaldi ſeu Eadbaldi, Ethelburgæ ejus ſororis, & Eduini cum ea matrimonio, ac converſioni. Verum anno DCXXV. poſt menſem Julium, neque de Baptiſmo *Eadbaldi*, neque de Baptiſmo ſororis ejus actum, quia uterque hoc vel ſequenti anno fidem Chriſtianam amplexi ſunt, ſed tantum tunc de matrimonio *Ethelburgæ* cum *Eduino*, & de hujus Baptiſmo ſermo fuit, quod intra menſem unum fieri potuit, ac ante menſem Octobrem *Bonifacio Papæ* ſignificari, quem ideo nullum dubium eſſe debet, quam die XXV. Octob. anni DCXXV. terræ mandatus fuerit; quod tamen Papebrocius in annum DCXXVI. perperam differt, ut ſuo loco oſtendam. Sed pergo narrare, quæ ab hoc anno ad DCXXV. in Anglia geſta ſunt, quia Baronius ea hoc anno narrat.

Eo-

(a) Mat. 28. *Evangelii fideliter repromiſit (a): Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. Quod ſpecialiter, injuncto vobis miniſterio, ejus clementia demonſtravit, aperiens corda gentium ad ſuſcipiendum prædicationis veſtræ ſingulare myſterium. Magno enim præmio faſtigiorum veſtrorum, delectabilem curſum bonitatis ſuæ ſuffragiis illuſtravit, dum creditorum vobis talentorum fideliſſimæ negotiationis officiis, uberem fructum impendens ei quod ſignare poſſitis, multiplicatis generibus præparavit. Hocque etiam illa a vobis repenſatione collatum eſt, qui injuncto miniſterio jugiter perſiſtentes, laudabili patientia redemptionem gentis illius expectatis; & veſtris ut proficerent, meritis, eorum eſt ſalvatio propinata, dicente Domino: Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Salvati ergo eſtis ſpe patientiæ, & tolerantiæ virtute: ut infidelium corda naturali ac ſuperſtitioſo morbo purgata, ſui conſequerentur miſericordiam Salvatoris.* Hæc dum Bonifacius Papa inculcat, ſatis oſtendit, profectionem ipſorum in Galliam non fuiſſe fugam, ut illuc amplius revertendi deſierit animus, ſed potius ad tempus factam ſeceſſionem, ut ibi redeundi tempus expectarent opportunum; cujus rei gratia adeo eorum tolerantia a Bonifacio commendetur. Sed pergit epiſtola:

III. *Suſceptis namque apicibus filii noſtri Eadualdi Regis, reperimus quanta ſacri eloquii eruditione ejus animum ad veræ converſionis & indubitatæ fidei credulitatem fraternitas veſtra perduxerit. Qua ex re de longanimitate clementiæ cæleſtis certam aſſumentes fiduciam, non ſolum ſuppoſitarum ei gentium pleniſſimam ſalutem, immo quoque vicinarum, veſtræ quoque prædicationis miniſterio credimus ſubſequendam: quatenus (ſicut ſcriptum eſt) conſummati operis vobis merces a retributore omnium bonorum Domino tribuatur. Et vere per omnem terram exiſſe ſonum eorum, & in fines orbis terræ verba ipſorum, univerſalis gentium confeſſio, ſuſcepto Chriſtianæ ſacramento fidei, proteſtatur.*

*Pallium præterea per latorem præſentium fraternitati tuæ, benignitatis ſtudiis invitati, direximus: quod videlicet tantum in ſacroſanctis myſteriis celebrandis licentiam, utendi impertivimus: concedentes etiam tibi ordinationes Epiſcoporum, exigente opportunitate, Domini præveniente miſericordia, celebrare; ita ut Chriſti Evangelium plurimorum annunciatione in omnibus gentibus, quæ necdum converſæ ſunt, dilatetur. Studeat ergo tua fraternitas hoc, quod ſedis Apoſtolicæ humanitate percepit, intemerata mentis ſinceritate ſervare, intendens cujus rei ſimilitudine tam præcipuum indumentum humeris tuis bajulandum ſuſceperis: talemque te Domini implorata clementia exhibendum ſtude, ut indulti muneris præmia non cum reatitudine, ſed* De uſu pallii.

*cum*

PAGIUS

V. *Obitus S. Laurentii Cantuarienſis Archiep.* Eodem libro cap. 7. recitat Beda mortem *Laurentii* Arrhiepiſcopi Cantuarienſis, quem dicit ſepultum eſſe *die quarto Nonarum Februariarum*, poſt quem Mellitus Londini Epiſcopus, Sedem Dorovernenſis ſeu Cantuarienſis Eccleſiæ ſuſcepit. Quot annos Sanctus Laurentius Eccleſiam illam rexerit, non declarat Beda. Sed cum ibidem ſcribat, Mellitum *annis quinque* rexiſſe Eccleſiam Cantuarienſem, & obiiſſe anno DCXXIV. *die octavo Kalendarum Maiarum*, ſeu die XXIV. menſis Aprilis, manifeſtum eſt, Sancti Laurentii mortem accidiſſe anno ſexcenteſimo decimo nono, dum Sedes Romana vacaret; cum *Laurentius* die II. menſis Februarii illius anni e vivis exceſſerit, & *Bonifacius* V. die XXV. menſis Decembris ejuſdem anni Pontifex Romanus conſecratus fuerit. Quare *Laurentii* obitus a Sigeberto in Chronico anno Chriſti DCXIX. accurate illigatus. Quæ mihi certa ſtabat ſententia, cum apud Warthonum part. 1. Angliæ Sacræ pag. 91. legi id tradere Gotſelinum in Vita S. hujus Præſulis adhuc MS. Nam Gotſelinus Monachus Bertinianus, qui exeunte ſæculo Eccleſiæ XI. floruit, S. Laurentii Vitam ſcripſit, quæ deperdita credebatur. Illam noſtro ſæculo adornarunt, tam Henſchenius ad diem II. Februarii, quam Mabillonius Sæc. II. Benedict.

VI. *Monachus fuit.* Cointius anno DCXVI. n. VIII. *Laurentium*, & Francum, & Presbyterum fuiſſe contendit. Sed, ut obſervat Mabillonius ibidem, exploratum videtur, *Laurentium* ex Italia cum Auguſtino, non vero ex Gallia, in Britanniam profectum fuiſſe. Auguſtinus enim *Archiepiſcopus genti Anglorum ordinatus miſit continuo Romam Laurentium Presbyterum, & Petrum Monachum*, inquit Beda lib. 1. cap. 26. non miſſurus profecto, niſi quos Roma ſecum adductos, *Gregorio Magno* notos habebat. Ex quo apparet, etiam *Laurentium* Monachum fuiſſe; cum nonniſi *Monachos timentes Deum*, ut ait Beda lib. I. cap. 25. ex Italia Gregorius in Angliam miſerit. Quoniam vero rariores tum erant in Monaſteriis *Presbyteri*, hos Presbyteros non Monachos appellare ſolebant, quo nomine *Bedæ Presbyter* celebrari conſuevit. Adde in Eccleſia Cantuarienſi ab Auguſtino ad longa uſque tempora nullos Antiſtites, niſi Monachos, præfuiſſe. Quæ duo Mabillonio recte obſervata. Quibus adde quæ Ordericus, qui Anglus erat, lib. 4. pag. 516. in eamdem rem habet: *Auguſtinus*, inquit, *& Laurentius, aliique primi Prædicatores Anglorum Monachi fuerunt, & in Epiſcopiis ſuis vice Canonicorum (quod vix in aliis terris invenitur) Monachos pie conſtituerunt. Cœnobia multa & præclara conſtruxerunt, & converſis inſtituta regularia verbis & exemplis tradiderunt.* Agit de Laurentio Baronius anno DCIV. n. LXIV. & an. DCXIV. num. II.

VII. *Geſta in Anglia anno DCXX. & ſeqq.* Mortuo Sancto Laurentio *Mellitus* Cantuarienſis Archiepiſcopus, & Juſtus Rhofenſis Epiſcopus *cum magna Eccleſiam Anglorum cura ac labore gubernarent, ſuſceperunt Scripta exhortatoria a Pontifice Romanæ & Apoſtolicæ Sedis Boni-*

*fa-*



*cum commodis animarum ante tribunal ſummi & venturi Judicis repræſentes. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime frater.* Hucuſque Romani Pontificis epiſtola.

IV. Quod ad ſtatum rerum Orientalium ſpectat, nihilo hic annus ſuperiore felicior fuit, etſi non cum Perſis res acta. Chaganus enim Avarum Rex dolo, ſub pacis nomine decipiens Heraclium Imperatorem ſuburbia Conſtantinopolitanæ urbis eſt deprædatus. Hæc pluribus tradunt Annales ſummatim ex Theophane relata; & a Cedreno eadem repetita.

Edidit hoc nono anno ſui Imperii Heraclius, exigente Sergio Patriarcha Conſtantinopolitano pragmaticam ſanctionem, ne quis cooptaretur in clerum, niſi in defuncti locum ſubrogaretur. Accidebat enim ut procerum favore complures ſeſe intruderent in eam Eccleſiam, adeo ut reditus ad alendos omnes non ſuppeterent. Id ergo cum ipſe Patriarcha, jam ſtatuiſſet, ab eodem Imperatore ea quæ a ſe decreta eſſent, pragmatica ſanctione firmari petiit, quæ ſic ſe habet (a): (a) Novel. Impp. lib. 2. Novel. 4.

V. *Heracl. ſanctio de clericis Eccleſ. Conſtantinopol.* *Etiam ea quæ ſæpenumero ab hominibus excogitata præclare videntur, caſus quidam forte fortuna ſupervenientes ad ſtatum plane diverſum traducunt. Quale quiddam cum nunc quoque contigerit, ut ad præſens mandatum reſpiceremus, nos incitavit. Quippe cum ii qui clero ſanctæ majoris Eccleſiæ in hac urbe regia continentur, ejus res non mediocriter gravari perſpexerint, multis ſanctitatem veſtram moleſtantibus, ut diverſas perſonas in clerum recipiat, & in oratoria ſanctiſſimæ Matris Domini ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti qui Deus eſt, tam id quod eſt in Blachernis, quam quod in iis quæ Urbicii appellantur: adeo quidem ut inde diariorum quantitas* (quæ alii quotidianas vocant diſtributiones) *quæ ipſis datur, magnopere excreſcat. Deinde petentibus ut aliqua etiam officia Eccleſiaſtica committantur aliis de quibus non exigua rebus ejuſdem ſanctiſſimæ Eccleſiæ utilitas proveniret. Cumque quod ita geritur, correctionem conſequi petiverint: gratificandum tam ſanctitati veſtræ, quam iis qui dicto clero continentur, duximus, ut certarum perſonarum numero circumſcribantur indicatarum religioſarum ædium clerici, & qui Eccleſiaſtici miniſterii officia gerunt: ita ut nemo poſſit inter indicatos clericos recipi, vel curas Eccleſiaſticas ſuſcipere prius quam aliquibus ex eorum ordine deficientibus, ad eum numerum, qui vobis univerſis placuerit, vel clerici dictarum religioſarum ædium, vel Eccleſiaſticæ curationes redigantur.*

*Hæc ergo vobis ita placita poſtquam noſtras ad aures pervenerunt, precibus etiam nobis oblatis, ut per ſanctionem noſtram pragmaticam recte a vobis trutinata con-* VI.



*fir-*

PAGIUS

*facio, qui poſt Deusdedit Eccleſiæ præfuit, anno Incarnationis Dominicæ DCXIX.* inquit Beda lib. 2. cap. 7. ideoque anno ſexcenteſimo viceſimo; cum Bonifacius V. die XXIII. menſis Decembris, anni DCXIX. Eccleſiam Romanam regere cœperit. Scripta illa Bonifacii, ſeu Epiſtolæ, de quibus loquitur Beda, ad nos non pervenerunt. Poſt hæc Beda ibidem refert, *Mellitum, poſtquam annis quinque* rexit Eccleſiam ad cœlos migraſſe *anno ab Incarnatione Domini DCXXIV. die VIII. Kal. Maiarum.* Annus quidem in Bedæ verſione Saxonica deſideratur, ſed reperitur in Additamentis Bedæ ætate paulo inferioribus, ut inquit Whartonus citatus pag. 92. Tum capite ſequenti ait Beda, *Juſtum* ſuſcepto Epiſcopatu Cantuarienſi *Romanum* Epiſcopum Rhofenſem conſecraſſe, *data ſibi ordinandi Epiſcopos auctoritate a Pontifice Bonifacio*; cujus auctoritatis iſta eſt forma: *Dilectiſſimo fratri Juſto Bonifacius. Quam devote*, &c. Qua in Epiſtola narrat Bonifacius accepiſſe ſe ab Eadvaldo Rege *quanta ſacri eloquii eruditione, ejus animum ad veræ converſionis & indubitatæ fidei credulitatem* Juſtus perduxerit. Addit Bonifacius ſe ei Pallium direxiſſe, ac concedere etiam *ordinationes Epiſcoporum*. Ea itaque Epiſtola, quam Baronius hoc anno recitat, ſcripta *Juſto*, non amplius Rhofenſi Epiſcopo, ſed Cantuarienſi Archiepiſcopo, quem tamen Baronius *Archiepiſcopum Rhofenſem* perperam appellat, ideoque non ante annum DCXXIV. data. Adhæc *Edilburga Eduino* Regi anno tantum DCXXV. nupta, ut eo anno num. VIII. ipſemet Baronius oſtendit: ac denique ea ante matrimonium fidem Chriſtianam profitebatur.

VIII. *Irruptio Chagani in urbem Conſtantinopolitanam.* A num. IV. ad VIII. Acceſſum Chagani *Abarum* Regis ad muros Urbis Conſtantinopolitanæ ejuſque deprædationes, de quibus Baronius ex Cedreno ad annum IX. Heraclii Imp. Theophanes conſignat anno Eræ Alexandrinæ DCX. qui Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoatur; qua in re inter Thophanem & Cedrenum convenit. Turbat tamen Auctor Chronici Alexandrini, in quo anni duo deſiderantur, a Librariis omiſſi. Nam in editione Raderi, qua utor, poſt Indictionem VIII. & Characteres anni DXX. Raderus hiatum illum duorum annorum collocat. Tum quæ in eo Chronico ſub Indictione IX. recitantur, idem Raderus refert ad annum Chriſti DCXXIII. & quæ in eodem Chronico conſequuntur, ad alios deinceps annos. In eo autem irruptio *Chagani* cum Indictione IX. ideoque cum anno Chriſti DCXXIII. ſecundum Raderum, qui eam Indictionem mendoſam exiſtimavit, copulatur. Motus ad eam Indictionem corrigendam, ut conjicere licet, quia Auctor Chronici Alexandrini ſemel & iterum aſſerit, irruptionem factam die Dominica, quam initio affirmat incidiſſe in diem V. menſis Junii. Verum duo, qui deſiderantur, anni notabantur Indictione X. & XI. & reſpondebant annis Chriſti DCXXII. & DCXXIII. quod vel ipſa lectio ejuſdem Chronici manifeſtum facit. Nam narratis, quæ pertinent ad Indictionem VIII. ſeu annum Chriſti DCXX. narrat quæ pertinent ad

*In-*

*firmarentur: non abs re nos, qui de commodis ejuſdem ſanctiſſimæ majoris Eccleſiæ Dei ſolicite ſemper cogitamus, reapſe precibus veſtris annuendum duximus, dictamque ſanctionem pragmaticam ſanctiſſimæ apud nos Eccleſiæ largiti ſumus, licentia vobis per eam conceſſa, ut eum qui manifeſta emolumenta rebus Eccleſiæ affert, idque vel per donationem, vel pactiones, vel per ſupremam voluntatem, vel alia ratione beneficium id quod ei datur excedentia: prius etiam quam dicti clerici, vel Eccleſiaſticorum officiorum adminiſtratores ad ſtatutum numerum redacti fuerint, citra ullam prohibitionem, voti ſui compos fiat, ordine ſacrorum canonum nibilominus obſervando: ſive is ipſe qui hoc agit, in aliquem ex prædictis cleris recipi voluerit, aut officium Eccleſiaſticum conſequi; ſive animus ei ſit alteri perſonæ hunc ordinem impetrare.*

VII. *Hæc igitur cum indicata ſanctio pragmatica contineat: retulit ad nos in præſenti ſanctitas veſtra, diverſas quidem perſonas indicatis cleris adſcribi cupere vel Eccleſiaſticum officium accipere, vel tale quid alteri cuipiam impetrare ſed vereri ne poſtea quidam eis negotia faceſſant, inquirendo, quanam re ad utilitatem rerum Eccleſiaſticarum peracta, voti ſui compotes facti fuerint; quando poſt aliquod elapſi temporis intervallum eis hujuſmodi probatio difficilis accidat. Et quidem alios nolle nota eſſe, quæ tum in ipſos, tum erga Eccleſiam facta ſint: unde fiat, ut nonnulli ab iis faciundis revocentur, quæ ad utilitatem rerum Eccleſiæ ſpectant. Quamobrem ne per hanc occaſionem id quod nuper ad ejus utilitatem eſt excogitatum, damni cauſam ei præbeat: nos ſcientes ſupra omnes alios ſanctitatem tuam Eccleſiæ ſanctiſſimæ conducentia ſolicite curare atque perficere; fiduciam ei præſtamus, quod haudquaquam indicatæ ſanctionis, etiam abſque illa obſervatione quæ per eam exponitur ad dicta duo capita pertinentia procuret, reſpiciens (ut ſolet) ad ipſum Deum qui omnium quidem religioſarum ædium inſpector eſt, ſed in primis ſanctæ Dei majoris Eccleſiæ in hac ipſa regia urbe a qua citra intermiſſionem tot ac tantæ circa pias actiones expenſæ proficiſcuntur. Confidimus enim, quod etiam ſola per ſe ſanctitas veſtra relatorum ab ſe capitum quodlibet examinans, in propoſito negotio ea cum conſultet, tum agat, quæcumque rebus Eccleſiaſticis utilitatem ſive manifeſtam, ſive quæ ignota vulgo eſſe debeat, afferre poſſunt.* Quæ ſequuntur (ut vides) litteris fuere grandiuſculis exarata in Græco etiam exemplaria Latinis notis: LEGI

PAGIUS Indictionem IX. qua & conſignat illam deprædationem Urbis Conſtant. ac poſtea refert, quæ ſub Indictione XII. ſeu anno Chriſti DCXXIV. accidere. Quare Raderus hiatum illum inter Indictionem VIII. & IX. male interpoſuit: cum inter Indictionem IX. & XII. interiici debeat, ideoque in eo Chronico deſiderentur anni Chriſti DCXXII. & DCXXIII. non vero anni DCXXI. & DCXXII. ut Raderus credidit, aliiſque perſuaſit.

IX. *Facta an. DCXXI.* Auctor itaque Chronici Alexandrini ſcribit; *Indict. IX. Heraclii XI. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XII. & a XXII. ejuſdem indict. menſe Jan. ſcribitur annus XI. Imperii Heraclii Junioris Conſtantini. Hoc anno menſe Deſio apud Romanos quinto Junii, feria prima, cum Imperator Heraclius in Thraciæ partibus una cum Præſidibus & Præfectis atque Clericis, imo & opificibus & plebeis & altera factione cum copiis non exiguis verſaretur: Chaganus Abarum Dux ad Longum Murum cum ingenti exercitu, per ſpeciem pacis inter Romanos & Abares pangendæ acceſſit. Cumque Heracleæ ludi equeſtres inſtituti eſſent, hac fama excita eſt ingens hominum multitudo ex Urbe feliciſſima Conſtantinopolitana. Sub horam autem quartam diei Dominicæ Chaganus, dato Abaribus per mappulam ſigno, omnes ſecum ad Longum Murum invadendum excivit, ingreſſique ſunt Murum, illo extra cum quibuſdam familiaribus manente, & ut fertur dixiſſe, ſe & mœnia aſcenſurum, & Urbem occupaturum fuiſſe, niſi Deus arcuiſſet. Enim vero exercitus illius ingreſſus circa veſperam Dominicæ uſque ad Auream portam, omneſque, quos extra Urbem reperere, una cum ſuburbanis, quidquid in illis, vel hominum, vel jumentorum fuit inventum, in prædam rapuere. Invaſerunt etiam templum SS. Coſmæ & Damiani in Blachernis, & Michaelis Archangeli trans Urbem in Promoto, neque tantum Ciboria, & alia pretioſa abſtulerunt; ſed ipſam ſacram Aram in templo Archangeli, omneſque captivos cum præda ſecum trans Danubium, nemine prohibente, abduxerunt.*

X. Cladem illam, uti jam dixi, anno Chriſti DCXXI. contigiſſe exiſtimo, non quidem die V. menſis Junii, quæ eo anno cadebat in feriam ſextam, ſed alia die ejuſdem menſis cum feria prima concurrente. Qui error, non Aucto-

NOTÆ [1] IN Codice ex quo Changius Verſionem ſuam adornavit omnis hic ſcrupulus, quem ſibi Pagius conficit ex Chronico Alexandrino, tollitur; ibi enim in annum Heraclii IX. Indictionem VII. & Heraclii Junioris VII. qui characteres ſunt anni 619. irruptio iſta Chagani & Avarorum confertur. Qua in re Theophanes, Cedrenus, & Chronicon conveniunt. Annus enim Alexandrinus DCX. menſe Junio (cui excurſionem hanc illigat Theophanes) in annum Chriſti 619. incidit. Hic autem trium Chronographorum conſenſus certam ejus rei epocham ad ſenſum demonſtrat, erratque Pagius, qui hic annum 621. inferius vero ad A. 621. 4. annum 620. illi aſſignat. MANSI



LEGI. DAT. VIII. KAL. MAIAS, C. P. DOMINORUM NOSTRORUM PIISSIMORUM PERP. AVGG. HERACLII ANNO NONO, ET HERACLII NOVI CONSTANTINI FILII IPSIVS ANNO SEPTIMO.

VIII. Huic inſcriptioni adiicimus aliam itidem temporis hujus indicem, quam in Confeſſione Eccleſiæ ſanctæ Cæciliæ in Urbe trans Tiberim poſitam legimus hiſce verbis:

HIC REQVIESCIT THEODORVS V̄ C̄ GRÆCVS VIZ . . . . . . . . .
TEVS QVI FVIT FIDELIS ET CARVS AMICVS MVLTORVM Romanæ Rei-
PVBLICÆ JVDICVM AMICITIÆ CVSTOS BENIGNVS PIVS DOMVI ſu-
Æ BENE PRÆPOSITVS. QVEM ETIAM LOCVM COMPARAVIT ĀV̄V. . . .
IORE ARCHIPB̄Ō TĪT SC̄ĀĒ CECILIÆ SOLIDOS SEX. DEPOSITVS DIE QVar-
TADECIM̄A AVGVSTI IND. SEPTIMA. ET EIVS FILIVS THODORIC. qui
BIXITM̄ VII. DEPOSITVS IDVS OCTOBRIS ĪM̄P̄P̄. D̄D̄ N̄N̄ PIISSIMIS ĀV̄ḠḠ
HERACLIO ANNO NONO P̄C̄ EIVSDEM D̄N̄ ANNO OCTABO. ATQVE
HERACLIO CONSTANTINO NOVO FILIO IPSIVS ANNO SEPTIMO IND.
SEPTIMA, QVI VIXIT ANNOS PLVSMINVS LXXV.

*De pretio pro ſepultura.* At quod audiſti pretium datum pro ſepultura: id quidem ex antiqua conſuetudine quam S. Gregorius abolere conatus eſt, ut ipſe teſtatur in Epiſtola ad Meſſalinum Epiſcopum (a), ubi hæc ait: *Secundum noſtrum inſtitutum noveris nos illicitam antiquam conſuetudinem a noſtra Eccleſia omnino vetuiſſe, nec cuiquam aſſenſum præbere ut loca humandi corporis pretio poſſit adipiſci. Nam ſi Gentiles (ut arbitramur) viri Sichimitæ Abrahæ (b) pro Sara mortua, atque in loco proprio humanda, ſepulturam gratis obtulerunt, & vix magna ejus importunitate coacti ſunt, ut pretium de loco ſepulturæ perciperent: nos qui Epiſcopi dicimur, de humandis fidelium corporibus, penſa quid facere debemus. Hoc ergo fraternitatis veſtræ judicio committimus.* Hæc Gregorius. Vides igitur poſt ipſius obitum

(a) *Greg. l. 7. epiſt. 4. Indict. 1.*

(b) *Geneſ. 23.*



PAGIUS ctori, ſed Librariis adſcribendus, quemadmodum & quod loco, *poſt Conſulatum Heraclii Aug. X.* in eo legatur, *poſt Conſul. Heraclii Aug. XII.* & denique loco, *annus IX. Imperii Heraclii Junioris Conſtantini*, legatur *annus XI.* In eo enim Chronico crebræ librariorum mendæ occurrunt. Anno DCXXI. *Heraclius* Conſtantinopoli moratus eſt, anno vero DCXXIII. menſe Martio profectus eſt in Orientem, ubi per aliquot annos manſit. Quare Auctor Chronici Alexandrini hanc irruptionem cum eo Chriſti anno minime copulavit; quo etiam anno, non Indictio IX. ſed XI. neque annus Heraclii XI. ſed annus Heraclii XIII. in curſu fuere. Cum quocumque itaque Chriſti anno citatos characteres copules, in aliquos eorum errorem irrepſiſſe, certum eſt. Eandem *Chagani* irruptionem Zonaras & Nicephorus in Breviario Hiſtorico pluribus referunt, ſed ſine certa temporis nota.

*Quo Heraclius Conſtantinop. moratus eſt.*

XI. *Annona publica Conſtantinopoli ſuppreſſa.* Ægypto & Alexandria anno DCXVI. in Perſarum poteſtatem redactis, cum nihil amplius frumenti ex Ægypto ſubveheretur, Conſtantinopolim fames invaſit, ut anno ſuperiori oſtendimus. Quam ob rem *hoc anno a Præfectis panum civilium, ſeu ſportularum, exacta ſunt in ſingulos panes, per rationes, tria numiſmata, & poſtquam omnes ſatis dedere, ſtatim menſe Aug. ejuſdem Indict. VI. omnes ſportularum largitiones omnino ſublatæ ſunt*, inquit Auctor Chronici Alexandrini ſub Indictione VI. quæ præſenti anno obtinuit. Gothofredus in Commentario Codicis Theodoſiani lib. 14. tit. 16. qui eſt *de frumento Urbis Conſtantinopolitanæ*, & tit. 17. qui eſt *de annonis civicis*, varia notabilia habet de annona, quæ Conſtantinopoli diſtribui ſolita erat, apud ipſum legenda.

XII. *Pragmatica Sanctio Heraclii Aug.* Pragmatica Sanctio ab Heraclio emiſſa, qua cavetur, ne quis cooptetur in Clerum, niſi in defuncti locum ſubrogetur; quam Baronius hoc anno recitat, quæque Græce & Latine extat Tomo 2. Bibliothecæ Juris Canonici veteris, pertinet ad annum ſequentem; dicitur enim *DAT. VIII. KALEND. MAIAS. CP. DOMINORVM NOSTRORVM PIISSIMORVM PERP. AVGG. HERACLII ANNO IX. ET POST CONSVLATVM EIVS ANNO VIII. ET HERACLII NOVI CONSTANTINI FILII IPSIVS ANNO VII. INDICT. VII.* quamvis ibidem in verſione Latina *Indictio VII.* omiſſa fuerit, quemadmodum & in exemplari, quo uſus eſt Baronius, & præterea in eadem verſione loco, *anno IX.* legatur, *anno XIX.* & loco, *anno VII.* ſcriptum ſit *anno XVII.* error qui ultimus in textum Græcum etiam irrepſit. Ex quibus intelligis, verum eſſe quod mox diximus, numeros ſæpe in libris mendoſe deſcribi, ſimileſve errores Auctoribus plerumque male attribui.

XIII. Ad num. VIII. refert Baronius Epitaphium cujuſdam *Theodori* a ſe, ut teſtatur lectum in Eccleſia S. Cæciliæ in Urbe trans Tiberim, quod his verbis deſinit: DEPOSITVS DIE QVARTA DECIM. AVGVSTI IND. SEPTIMA ET EIVS FI-

ſtum ejus decretum de ſepultura pretio non tradenda exoleviſſe. Sed quomodo juſte pieque pro ſepulturæ loco perpetuo conſervando aliquid tradatur & accipiatur, tu conſule Canoniſtas id pluribus diſputantes.

Sex-

PAGIUS *Chronologia Heracliana Epitaphio confirmata.*

FILIVS THEODORIC. qui VIXIT. M̄. VII. DEPOSITVS IDVS OCTOBRIS IMP̄P̄. DD̄. N̄N. PIISSIMIS AVG̅G̅. HERACLIO ANNO NONO PC̄. EIVSDEM DN. ANNO OCTAVO. ATQVE HERACLIO CONSTANTINO NOVO FILIO IPSIVS. ANNO SEPTIMO INDICT. SEPTIMA. [1] Verum Epitaphium illud anno ſequenti poſitum, ut Indictio VII. cum menſe Auguſto juncta certo denotat, quemadmodum tam anni Heraclii, quam ejus filii in ea memorati. Anno tamen ſequenti menſe Octobri, non Indictio VII. ſed Indictio VIII. in curſu erat. Quare ea indictio mendoſe deſcripta. Nam ante ſæculum Eccleſiæ octavum nullum in Italia Indictionis a Kalendis Januarii inchoatæ in Monumentis publicis exemplum occurrit. Ex duobus Heraclii Poſtconſulatibus liquet tam ejus Conſulatum, quam Imperii annos recte a nobis collocatos fuiſſe.

*Deuſdedit* Papa hoc anno e vivis exceſſit, annoque ſequenti die XXIII. Decembris *Bonifacius* V. ei ſucceſſit, ut anno DCXVII. oſtendimus.

NOTÆ [1] THeodori epitaphium, alicubi mendoſe a Baronio exſcriptum, accurate ex archetypo delineavit Antonius Maria Lupus, ſocietatis Jeſu presbyter, ac illud edidit in erudito Commentario ad S. Severæ martyris epitaphium, pag. 25. Eſt autem.

HIC REQVIESCIT THEODORVS VC̄ GRECVS VIZANTEVS QVI FVIT FIDELIS ET CARVS AMICVS MVLTORVM REIPVBLICAE IVDICVM CVSTVS BENIGNVS PIVS DOMVI SVAE BENE PRÆPOSITVS QVEM ETIAM LOCVM COMPARAVIT AV̄V̄ VICTORE ARCHIPB̄O T̄IT SC̄AE CAECILIAE. SOLDOS VI. DEPOSITVS DIE QVINTADECIMA M̄ AVGVSTI IN̄D SEPTIMA ET FILIVS EIVS THEODORACI QVII BIXIT M̄ VII. DEPOSITVS IDVS (ſic) OCTOBRIS IMP̄P̄ D̄D N̄N PIISSIMIS AVG̅G̅ HERACLIO ANNO NONO P̄C EIVSDEM D̄N ANNO OCTABO ATQ HERACLIO CONSTANTINO NOVO FILIO IPSIVS ANNO SEPTIMO INDICTIONE SEPTIMA QVI VIXIT ANNOS PLVS MINVS LXXV.

Recte, ſiquid video, Lupus coniicit, præmortuum potius Patri Theodoro, filium *Theodoracium* quam mendum ad Indictionem quod attinet in lapide ſuſpicari, ut Pagius hoc loco habet. Si enim *Theodoracius*, *Idibus Octobris*, *Inctione Septima*, a Kalendis Septembris inchoata obiit, & poſt aliquot menſes, nempe die XV. Auguſti anni inſequentis 619. obiit pater ejus Theodorus, nodus omnis ſolvitur. Epochæ ergo Imperii *Heraclii*, & *Conſtantini* ejus filii in epitaphio adnotatæ, ad diem depoſitionis *Theodori* tantummodo pertinere videntur, non ad *Theodoracium* ejus filium, patri ante aliquot menſes præmortuum; quapropter *Indictio ſeptima* utrobique recte adnotatur; nam quæ menſe *Octobris* ſtatuitur, annum 618. deſignat; quæ menſe Auguſto, annum 619. Hinc omnis mendi ſuſpicio ſublata; neque de ſcalptoris vitio aut Baronii lapſu Pagius conqueri poteſt. Exploratiſſimum eſt autem, ut Pagius ipſe monet ad A. D. 619. n. 1. annum æræ vulgaris 619. notari formula *IX. poſt Conſulatum Heraclii Aug.* VIII. ut ex Chronico Alexandrino liquet, a quo additur: *Et a XXII. ejuſdem Indictionis* (VII.) *Januarii menſis ſcribitur annus Heraclii Junioris Conſtantini VII* GEORGIUS



I. *Concilium Spalenſe.* SExcenteſimus unde vigeſimus annus agitur, Indictionis ſeptimæ, quo & nonus numeratur Siſebuti Hiſpaniarum Regis ſecundum Chronicon Iſidori: cum celebrata eſt in Hiſpania Synodus Spalenſis, ita dicta, ut haud obſcure titulus ejus ſignificat verbis iſtis: *Synodus habita in civitate Spali, ſub die Iduum, Novembrium, anno nono regnante glorioſiſſimo Principe Siſebuto, æra ſexcenteſima quinquageſima ſeptima.* Sed licet ita titulus habeat, brevitatis cauſa, pro Hiſpalenſis, Spalenſis dicta videtur, ſicut loco Hiſpalis, Spalis, cum non dubium ſit intelligi de præclariſſima illa civitate quæ in Betica provincia eſt, cujus bene notus, qui eidem Synodo præfuit, Epiſcopus Iſidorus erat.

II. In hac autem Synodo controverſiæ plures diverſarum Eccleſiarum per ſeſſiones ſingulas, quæ extant numero tredecim, ſunt deciſæ, & quidem ſatis erudite utpote S. Iſidori, qui præfuit, doctrina examinatæ. In quibus obiter illud notamus, improbari miniſtros Epiſcopi eſſe laicos. Sunt enim hæc verba in nona ſeſſione, cum de œconomo ſtatuunt, ut ſit clericus, ſicut & alii: *Oportet nos & divinis libris & ſanctorum Patrum obedire præceptis, conſtituentes, ut hi qui in adminiſtrationibus Eccleſiæ Pontificibus ſociantur, diſcrepare non debeant, nec profeſſione, nec habitu.* Sed & illud obſervatione dignum vetari monachis omnem conſuetudinem cum dicatis Deo virginibus: nam hæc in undecima ſeſſione: *Ea circa monachos diſciplinæ cautela ſervata, ut remoti ab earum peculiaritate, nec uſque ad veſtibulum habeant accedendi familiare permiſſum: ſed nec Abbati, vel ei qui præficitur, extra eam quæ præeſt, loqui virginibus Chriſti aliquid, quod ad inſtitutionem morum pertinet, licebit; nec cum ſola quæ preeſt frequenter eis loqui oportet, ſed ſub teſtimonio duarum aut trium ſororum, ita ut rara ſit acceſſio, & brevis omnino locutio. Abſit enim ut monachos (quod etiam dictu nefas eſt) Chriſti virginibus familiares eſſe velimus, &c.* Ita ſanctiſſimi Patres, non amplius his ſecuritatis tribuentes, quam Adam & Evæ in paradiſo Dei exiſtentibus.

III. Quid autem actum ſit cum hæretico Eutychiano ejus partis quæ dicitur Acephalorum, demonſtrat decima ſeſſio. Jam diaboli opera in Hiſpanias uſque ex Orientalibus oris venenum diffuſum erat, ut niſi quantocyus eidem remedium paraſſet ſanctiſſimus Iſidorus, per facile illud potuerit Hiſpaniarum Eccleſias labefactare. Magno vero divinæ diſpenſationis beneficio impegit in ſcopulum, qui ex Oriente venenatas merces detulit in Hiſpanias: ſcopulum dixerim fidei robore fortem atque conſtantem Iſidorum Epiſcopum. Sed breviter totius duodecimæ ſeſſionis progreſſum audi quæ ſic ſe habet: *Duodecima Actione ingreſſus eſt ad nos quidam ex hæreſi Acephalorum, natione Syrus (ut aſſerit ipſe) Epiſcopus duarum in Chriſto naturarum proprietatem abnegans, & Deitatem paſſibilem aſſerens: cujus dum noſtris ſenſibus tanti erroris confuſio patuiſſet, prolatis illi de incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti teſtimoniis, ſanctorumque Patrum ſententiis recitatis, omni eundem exhortatione ad veræ fidei rectitudinem ſacerdotali modeſtia invitavimus. Qui ſalutaribus monitis pertinaciter per multos diuturnoſque communionis conflictus renitens, tandem gratia divina edoctus, cunctis coram aſtantibus, hæreſim propriam abdicavit, duaſque naturas & unam perſonam in uno eodemque Domino noſtro* (Hæretici Acephali Eutychiani converſio.)

*Jeſu*

PAGIUS SÆC.VII Anno Eræ Hiſpan. DCLVII. A.C. 619.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6112.

☉ 12. G. ☽ 12. P. 8. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 619.

BONIFACII V. PAPÆ 1.

HERACLII IMP. 10.

I. *Poſtconſulatus.* IS annus hac formula notatus: *IX. poſt Conſulatum Heraclii Aug. VIII.* ut habet Auctor Chronici Alex. qui addit: *Et a XXII. ejuſdem Indict. Januarii menſis ſcribitur annus Heraclii Junioris Conſtantini VII.*

II. A num I. ad V. Epocha Concilii *Hiſpalenſis* II. pro Eccleſiaſticis negotiis, & contra *Acephalos*, negantes duas in Chriſto Naturas in una Divina Perſona, tempore *Siſebuti* Hiſpaniarum Regis celebrati, magnis tenebris circumſepta, quia nullus in eo temporis character exprimitur, & qui de eo locuti ſunt, inter ſe non conveniunt. (*Epocha Synodi Hiſpalenſis II.*) In exemplari, quo uſus eſt Baronius, dicitur habitum *ſub die Iduum Novembrium, anno nono, regnante glorioſiſſimo Principe Siſebuto, Æra DCLVII.* At titulus ille ab aliquo imperito poſitus. Nam annus DCLVII. Eræ Hiſpanicæ in præſentem Chriſti annum competit; annus vero IX. Siſebuti Regis anno tantum ſequenti, & quidem poſt Idus Februarii, inchoatus eſt, ut anno DCXIV. oſtendimus. Quare in editione Conciliorum Labbeana dies Idus Novembris & annus Eræ Hiſpanicæ retenti ſunt, annus vero *Siſebuti* omiſſus. Iſidorus Pacenſis Epiſcopus in ſuo Chronico tradit, S. Iſidorum Hiſpalenſem Epiſc. illud celebraſſe *anno ſeptimo Principis Siſebuti*. Rodericus Toletanus lib. 2. cap. 17. & Vaſæus in Chronico

cum-

*Jeſu Chriſto confeſſus eſt, credens impaſſibilem naturam Deitatis, atque in ſola humanitate ſuſcepiſſe infirmitates paſſionum & Crucis. Converſus itaque atque receptus ſuſceptæ fidei confeſſionem cum ſtipulatione jurejurando protulit, atque ab omnibus purgatus apparuit. Talique pro merito gaudentes, Chriſto gratias egimus, quod eumdem poſt pravitatem hæreſis, ad rectitudinem fidei divina gratia promoviſſet. Quem optamus, ut permanens in fide Chriſti pure ac devotiſſime conſervetur.* Ita Patres.

IV. Qui ſcientes quam infida eſſe ſoleat fides hæreticorum pœnitentiam præſeferentium, ad omne malum cavendum, vel quod per eumdem in Hiſpania factum eſſet, vel fieri poſt hæc poſſet; ſalubri inito conſilio, ſequenti ſeſſione quæ ultima eſt numero decimatertia, edito canone perfectam edidere doctrinam, qua penitus Acephalorum error confutaretur, parantes antidotum ad omnes morſus venenoſi ſerpentis, perfectam de incarnatione Domini confeſſionem ponentes, quam & ſinguli ſingulis ſubſcriptionibus munivere octo numero qui Synodo interfuerunt Epiſcopi.

V. *Siſebuti Regis obitus.* Porro ipſe Rex Hiſpaniarum Siſebutus hoc ipſo anno nono ſui regni ex hac vita tranſivit ad ſuperos, pietate quidem vir inſignis; de quo hæc apud Chronicon Lucæ Tudenſis: *Adeo*, inquit, *poſt victorias clemens fuit, ut multos ab exercitu ſuo hoſtes in ſervitutem redactos, pretio illorum dominis dato, abſolveret: adeo ut ejus theſaurus redemptio fuerit captivorum. Eccleſiam S. Leocadiæ Præfatus Princeps miro opere fundavit.* Fuiſſe ipſum moribus ſanctum, ſcientiis eruditum, & in bello manu potentem, idem affirmat. Sed de Siſebuto Rege hactenus, qui ſucceſſorem habuit Reccaredum parvulum filium, qui ab obitu patris poſt ſex menſes itidem moritur: eique ſucceſſit Suinthilla anno ſequenti: qui pulſis iis qui nomine Imperatoris aliquas tenebant in Hiſpania civitates, ipſe ſolus monarchia potitur Hiſpaniarum.

VI. Inter hæc autem in Orientem tumultus bellici in dies magis augentur, Perſis

PAGIUS

eumdem Siſebuti Regis annum exhibent, additque Vaſæus congregatum eſſe *menſe Decembri*, ideoque anno Chriſti DCXVIII. juxta dicta anno DCXIV. ubi oſtendi, *Siſebutum* circa finem menſis Februarii anni DCXII. Regnum iniiſſe. Horum trium Hiſtoricorum ſententia præferenda, & hæc Synodus ad annum ſuperiorem retrahenda; ſi tamen menſe Novembri aut Decembri celebrata ſit, qua de re non ſatis liquet [1] Garſias annum nonum *Siſebuti* Regis elegit, ſed nullo ad id probandum argumento in medium allato.

III. *Obitus Siſebuti Regis Hiſp.* Ad num. V. Sanctus Iſidorus in Chronico ſcribit, Siſebutum Regem regnaſſe *annis octo, menſibus ſex*, quibus Wlſa in Chronico *dies ſexdecim* addit; ideoque mors ejus incidit in annum ſexcenteſimum vigeſimum juxta dicta anno DCXIV. num. XL. Refert idem Iſidorus, eum de Romanis bis triumphaſſe, quaſdam eorum Urbes pugnando ſibi ſubjeciſſe *Reccaredum*, filium parvulum, ejus ſucceſſorem *paucorum dierum* Principem fuiſſe, & *Era ſexcenteſima quinquageſima nona*, anno nempe Chriſti ſexcenteſimo viceſimo primo *Suinthilam* ei ſucceſſiſſe. Ex initio Suintilæ cum anno DCXXI. a Sancto Iſidoro alligato intelligimus *Reccaredum* aliquot menſibus regnaſſe. Iſidorus Pacenſis illi tres menſes aſſignat, & Wlſa *quatuor annos*, loco menſium IV. a Librario exaratos. Rectius Rodericus Toletanus citatus ait: *Poſt patris obitum Princeps paucorum dierum, ideſt ſeptem menſium, conſummatur.* Nam Hiſtoricos *dierum* nomine ſæpe menſes vel etiam annos exprimere certum. Aurelius Victor loquens de Conſtantino Juniori Conſtantini Magni filio anno CCCXVI. nato, ut eo anno num. I. oſtendi, & die prima Martii anni CCCXVII. Cæſare a patre dicto, ut anno CCCXV. num. II. videre eſt, ait: *Conſtantinum, iiſdem diebus natum oppido Arelatenſi, Licenianumque Cæſares effecit:* & tamen Conſtantinus Junior anno antecedenti in lucem prodierat. Mitto alia hujuſmodi exempla.

IV. *Pax Heraclium inter & Chaganum ſancita.* Ad num. VI. Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXI, qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur, refert Heraclium cum Chagano pacem iniiſſe, & inter utrumque priſtina pacta renovata fuiſſe. Anonymus vero coævus in Appendice ad Marium Aventicenſem, poſtquam dixit, Heraclii *temporibus ad XIV. uſque Imperii ſui annum & Chlotacharii glorioſiſſimi Francorum Principis XL. Regni ſui annum, multa Reip. partibus, ubique pene a diverſis gentibus diſpendia inlata* fuiſſe, ſubiicit: *Hunni, Murum Longum interrumpentes & ad mœnia Conſtantinop. peraccedentes, cum prædicto Imp. mutuo in muro ſtante conloquuntur; qui acceptum ab eo pacis pretium ad tempus recedunt.* Et nihilominus tam Theophanes & Cedrenus, quam Zonoras eam pacem *per Legatos* ſancitam ſcribunt. Auctor Chronici Alexandrini, qui eam irruptionem cum Indictione IX. ſeu anno Chriſti DCXXI. conjungit, eo anno de illa pace mentionem non facit, quia, ut coniicere licet, narravit eam, vel in fine ejuſdem anni, vel in alterutro duorum conſequentium; qui cum in exemplari deſiderentur, datur hinc locus coniiciendi finem etiam anni DCXXI in eo deeſſe. Ex verbis tamen ejuſdem Chronici Alexandr.

NOTÆ [1] SYnodus II. Hiſpalenſis ad annum ſuperiorem 618. pertinet, ut optime Pagius evincit; ſed & conſtare pariter arbitror (qua de re Pagius ambigit) habitam illam fuiſſe Idibus Novembris, illa enim dies anno 618. in feriam ſecundam cadebat; cum viciſſim Idus Decembris anni illius feriam quartam ſignarent. Concilia autem ex veteri more feria ſecunda exordiebantur. MANSI



*Capta a Perſis Ancyra Galatiæ.* ſis Galatiam invadentibus, qui & Ancyram ejus provinciæ Metropolim occuparunt. Tot cladibus obrutus Heraclius Imperator, cogitur rurſum cum Avarum Rege Gajano inire concordiam, & petere pacem, paraturus anno ſequenti expeditionem in Perſidem, ſi liceret.

Vige-

PAGIUS

xandrini anno ſuperiori recitatis colligi videtur, ipſo irruptionis tempore pacem factam non eſſe. Sed nihil impedit, quin credamus ſub ejuſdem anni finem Legatos ad *Chaganum* ab Imperatore miſſos, niſi forte Auctor Chronici Alexandrini, qui ſecundam Heraclii in Orientem profectionem ad annum DCXXIII ſpectantem, anno uno diſtulit, ut infra videbimus, eam irruptionem anno uno etiam ſerius recitarit. At ſemper ſcrupulus reſtat, cui potius credendum ſit, an Auctori, qui anno DCXXIV. ſcripſit, an laudatis Scriptoribus, qui plura poſt ſæcula de eadem pace egere. Interim *Ancyra* Galatiæ Metropolis a Perſis capta, ut habet Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXI. [1]

*Bonifacius* V. die XXIII. Decembris Pontifex Romanus conſecratus eſt, ut anno DCXVII. oſtendi.

NOTÆ [1] IN chronologia invaſionis hujus, quam anno ſuperiori conſtituimus recto curſu omnia fluunt. Igitur anno iſto 619. Indictione VII. currente & notato anno Heraclii IX. menſe Junio die decimaquinta (ita enim emendandam cenſeo corruptam lectionem Chronici Alexandrini, in quo habetur die quinta feria prima; neque enim dies quinta in Dominicam cadebat, ſed dies decimaquinta) Chagani exercitus ad Urbis C. P. mœnia ſucceſſit, & poſtquam hoſtilia multa intulit, tandem ingentem prædam & captivorum turbam ſecum trans Danubium abduxit. Ita Chronicon Alexandrinum, cui Theophanes & Cedrenus conſentiunt. Addit hiſce Theophanes pacem ſeu inducias inter Chaganum & Heraclium compoſitas, eaſque conſignat anno Alexandrino DCXI. qui a Septembri anni hujus cœpit. Ex quo intelligimus inducias haſce nonniſi poſt Septembrim hujus anni conciliatas fuiſſe. MANSI

I. Apparatus ad bellum Perſicum.

VIgeſimus ſupra ſexcenteſimum annus adeſt, indictione octava: quo Heraclius Imperator, inita pace cum Avarum Rege Gajano, totus eſt in expeditione paranda adverſus Perſas, ſequenti anno contra eos moturus exercitum. Sed quod primum exiſtimatur robur exercitus, pecunia cum careret, nec unde mutuo eam acciperet, uſpiam eſſet, vel aliquod a populis exigendi tributum ſpes ulla reliqua remaneret, ſæpe iiſdem ſpoliatis a Perſis; eo tandem adactus eſt, ut ab Eccleſiis & aliis religioſis domibus mutuo pecuniam quæreret, quam eſſet eiſdem reſtituturus: ſed & quod ea non ſatis eſſet, ſacris uſus eſt vaſis aureis vel argenteis ad conflandam pecuniam, qua poſſet militibus pro templis ipſis certantibus ſtipendia ſolvere. Hæc autem de pecunia & vaſis ſacris in pecuniam conflatis, Theophanes ſic habet: *Sumptis autem mutuo venerabilium domorum pecuniis, a penuria coarctatus, accepit etiam Eccleſiæ magnæ multa candelabra ſimul & vaſa miniſtratoria: quibus conflatis, exarari fecit in his nummos aureos & argenteos plurimos.*

II. Porro collectio iſtiuſmodi pecuniarum non facta eſt Conſtantinopoli tantum, ſed & in aliis totius Imperii civitatibus, in quibus pretioſum aliquid inventum eſſet, Legati ſunt in Orientalem univerſam plagam ab Imperatore Quæſtores viri quidem inſignes: Alexandriam autem & in univerſam Ægyptum miſſus eſt Nicetas Patricius, de quo ſuperius diximus. Hic igitur cum Alexandrinæ Eccleſiæ pecunias in fiſcum inferre conaretur, nactus eſt adverſantem Joannem Alexandrinum Epiſcopum, qui cuncta ſoleret in pauperes erogare, cum negaret ſe daturum, quod ſuum non eſſet, ſed pauperum. At quomodo hæc altercatio memoria digna tranſacta ſit inter ipſum Nicetam Patricium, atque Joannem, petamus a Leontio Neapolis in Cypro Epiſcopo, qui omni ſinceritate res ab ipſo Joanne geſtas ſcriptis mandavit (*e*). Sunt ea hujuſmodi quæ in magnam admirationem legentem adducant, ut niſi eſſent a graviſſimo ejus temporis ſcriptore prodita, vix fidem apud aliquem invenirent. Sed hic totidem verbis reddamus: ſic enim ſe habent:

(*a*) *Extat apud. Sur. die 23. Jan.*

III. Joan. Eleemoſyn. reſtitit Nicetæ exactori.

*Accedens ad beatum Joannem Patriarcham Nicetas Patricius: Manus, inquit, Imperatoris eget multis pecuniis, quas ad neceſſarios uſus Reipublicæ quotidie conſumat. Nam ipſe quoque vides, in quantas anguſtias redacta ſit Reſpublica. Oportet ergo, ut quæ temere & ad nihil quod oportet a te conſumuntur, deferantur ad ærarium publicum. Ille autem nihil propterea conturbatus: Non eſt, inquit, juſtum, ut quæ Regi cæleſti ſunt conſecrata, prodantur Regi terreno: eſt hoc enim plane ſacrilegium, & non parvum in Deum peccatum. Sin autem tibi viſum eſt ſic facere: ecce quæcumque ſunt Eccleſiæ, ea accipe, & fac ut volueris, ſi quidem nulla ratio ab hac te abducit ſententia; mea enim voluntate ne obolum quidem dimittam eorum quæ ſunt repoſita.* Hæc quidem ipſe: cui, eo quod cauſa eſſet Deo grata ut per Heraclium Perſæ debellarentur, & ſancta Crux vindicaretur ex ipſorum manibus, ad rem tan-

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLVIII A. C. 620.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 6113.

☉ 13. FE. ☽ 13. P. 30. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 620.

BONIFACII V. PAPÆ 2.

HERACLII IMP. 11.

I. Poſtconſulatus.

IS annus hæc formula notatus: *X. poſt Conſulatum Heraclii Aug. IX.* ut habet Auctor Chronici Alex. qui ſubdit: *Et a XXII. ejuſdem Indict. Januarii menſis ſcribitur annus Heraclii Junioris Conſtantini VIII.*

II. *Heraclius ad debellandum Choſroen ſacra vaſa inſumit.*

Ad num. I. Quod narrat Baronius de ſacris vaſis ad conflandam pecuniam militibus diſtribuendam ab *Heraclio* inſumptis, pertinet ad ſequentem Chriſti annum, quia Theophanes recitat illud anno Eræ Alexandrinæ DCXIII. Kalend. Septemb. illius Chriſti anni inchoato, & tam Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſiaſt. quam Cedrenus, & Auctor Miſcellæ ad annum XII. Heraclii eamdem rem referunt. His accedit Zonoras qui ait: *Imperator cum exercitum hoſtibus parem non haberet, ac pecuniæ inopia laboraret: argentum & aurum ex Magna Eccleſia & aliis Sacris ædibus mutuatus, nummos inde cudit, collectumque ex Provinciis populum militari diſciplina exercet, ac ſocios accerſit. Et poſt Feſtum Paſchatis, Sarbarum Choſroæ Archiſatrapam, cum magnis copiis contra Romanos miſſum, profligat, ejuſque exercitum trucidat*, anno ſcilicet DCXXII. ut ſuo loco videbimus.

III. *Annus emortualis S. Joannis Eleemoſin.*

A num. II. & ſeqq. *Leontius* Epiſcopus Neapoleos in Cypro, qui, ut ait Baronius num. II. omni ſinceritate res a Sancto Joanne Eleemoſinario Epiſcopo Alexandrino geſtas ſcriptis mandavit, locuturus de ejus morte cap. 14. ait: *Quando permittente Deo pro peccatis noſtris, futurum erat, ut traderetur Alexandria ſine Deo Perſis, . . . fugam arripuit in propriam patriam, videlicet in Cyprum, in civitatem ſuam.* Addit Leontius, *Nicetam* Patricium Joanni amiciſſimum rogaſſe eum, ut veniret *uſque ad Reginam Civitatem.* Sed cum in Rhodum navi perveniſſent, & Joannes per Angelum vocaretur ad Deum, rediit in Cyprum, ubi animam Deo red-



tantam divinitus aliæ, quas donaret Nicetæ Patricio & Quæſtori, ſunt ſuppeditatæ pecuniæ, ut proxime audies, magno miraculo, quod exigebat maxima cauſa, ipſa ſcilicet vindicatio ſanctiſſimæ Crucis de manibus barbarorum, pergit enim Leontius:

IV. *Nihil ergo (neſcio quomodo) ex eo repreſſus vir ille admirabilis* Nicetas, *vocat eos qui ſequebantur, & ſtatim jubet tollere pecunias, nihil aliud relinquens Patriarchæ, niſi ſolas centum libras auri. Interim autem dum deſcendebant ii qui eas portabant, occurrunt quibuſdam aſcendentibus ad Patriarcham, qui mellis amphoras afferebant ad eum, in quarum nonnullis inſcriptum erat, MEL PRIMARIUM, in aliis autem, MEL FUMO CARENS. Poſtquam ergo hæc vidit Patricius, & agnovit inſcriptionem, ſignificavit Patriarchæ, ut ad ipſum mittatur una ex amphoris. Cum is autem cujus fidei hæc commiſſa fuerant, eorum (ut mos eſt) feciſſet periculum, & deinde intellexiſſet quod in eis factum erat miraculum, & B. Joanni ſignificaſſet quod ſunt omnia auri plena; illico unum mittit ad Patricium, quod inſcriptum erat. MEL PRIMARIUM. Ad eum autem mittit etiam litteras, quarum hæc erat vis: Dominus, qui dixit (a): Non te dimittam, nec te derelinquam; ipſe pro iis, quas tua celſitudo nunc abſtulit, pecunias reddidit alias: id autem tibi declarabit quæ nunc ad te miſſa fuit amphora, quæ eſt una ex iis. Scias ergo, quod Deum, qui ſpiritum & alimentum omnibus ſuppeditat, homo in quem cadit interitus, nequaquam poterit in anguſtum redigere.* Hæc breviter ad Nicetam Patricium Patriarcha. Pergit reliqua ita narrare Leontius.

Aurum divinitus ſuppeditatum.

(*a*) *Hebr. 13. Joſ. 1.*

V. *Porro autem præcipit etiam, iis qui ferebant amphoram, ut eis præſentibus aperiretur in conſpectu Patricii, & ei renunciarent, quod aliæ omnes, quas vidit, ita ſe habent, & ſic ſunt auro plenæ. Cum eum ergo inveniſſent convivantem, ei tradunt epiſtolam, oſtendentes etiam amphoram. Quam quidem poſtquam vidit: Iraſcitur mihi omnino dominus meus, inquit; neque enim unam mihi ſolam miſiſſet. Qui autem portabant, quomodo fuerat eis imperatum, cum in ejus conſpectu aperuiſſent amphoram, & pecunias effudiſſent, annunciabant fuiſſe reliquas auro ſimiliter repletas. Cum vero perlegens epiſtolam, inveniſſet quod homo Deum non poteſt in anguſtum redigere: ad ſe poſtea reverſus, & timore repletus (eorum enim quæ non recte facta ſunt pœnitentia cito movetur generoſa virtutis amans anima) Vivit Deus, exclamavit, nec humilis Nicetas ſuſtinebit tentare eum in anguſtum redigere. Cum ſtatim itaque ſurrexiſſet, & quaſcumque ex Eccleſia ſuſtulerat pecunias rurſus ſumpſiſſet, & ipſam quæ miſſa fuerat amphoram, quin etiam e ſuo libras trecentas addidiſſet; aſcendit ad Patriarcham, veniam petens inconſiderati conſilii. Ille autem eum lubenter excipiens, neque ei* ex-



PAGIUS

reddidit. Quare cum *Alexandria* in poteſtatem Perſarum redacta fuerit anno ſexcenteſimo decimo ſexto, ut anno DCXV. num. II. oſtendimus, & ex iis, quæ conſequentibus annis retulimus non ſolum Alexandriam; ſed etiam totam Ægyptum eo anno amiſſam conſtet, fuga illa Sancti Joannis Eleemoſinarii ejuſque mors ab eodem Chriſti anno removeri non poſſunt, ut jam obſervarunt Roſweydus in Notationibus ad vitam Sancti Joannis, Petavius in Notis ad Breviarum Nicephori, & Bollandus ad diem XXIII. Januarii in Commentario prævio ad hujus Sancti Vitam. Nec eſt quod reſpondeat Baronius num. VI. Sanctum *Joannem* nequaquam eo tempore ſuam reliquiſſe Eccleſiam, *etſi*, inquit, *latebras, ne captivus duceretur, captaſſe potuit.* Nam a quo id accepit Cardinalis doctiſſimus, qui quæ nos ex Leontio, ipſe ex Metaphraſte in Vita Sancti Joannis refert? Reſpondet Baronius, nullam apud ſe dubitationem eſſe, quin ea narratio a Metaphraſte Vitæ Joanni addita fuerit. At eadem narratio, quod non animadvertit Baronius, apud Leontium, cujus verba mox recitavimus, legitur, ideoque Metaphraſte eam Vitæ Joannis, non addidit, ſed ex Leontio hauſit.

IV. *Ejus Vita explicatur.*

Ad hæc quod recitat Baronius ex utraque Sancti Joannis Vita, *Nicetam* ſcilicet Patricium dixiſſe *Joanni* Regnum arctari, & pecunia egere, ideoque quæ eidem a fidelibus ſine parcitate erogabantur, daret Imperio, & *Joannem* noluiſſe quidem dare, ſed non reſtitiſſe Nicetæ Patricio theſaurum ſuum auferenti, ut narrat Leontius cap. 4. & Metaphraſte cap. etiam 4. longe ante mortem Sancti Joannis contigiſſe oportet, & ante annum DCXVI. cum eo anno *Alexandria* a Perſis expugnata fuerit, ideoque nonniſi ante illum annum *Nicetas Patricius* ad eam mitti potuerit, ut Eccleſiaſticas pecunias in fiſcum redigeret. Quare ea pecuniarum collectio nihil commune habet cum illa, de qua num. II. egimus. Hæc enim anno DCXXI. imperata; illa vero ante annum DCXVI. contingere debuit.

V. *Dies ejus emortualis.*

Baronius num. IX. ait, memoriam *Sancti Joannis* die XXIII. menſis Januarii, *qua*, inquit, *obiit*, hactenus repetitam in Eccleſia perſeverare, & in Notis ad Martyrologium putat, hanc ipſam eſſe diem ordinationis ejus, quæ & natalis dici conſuevit, aſſeritque agere itidem de eodem ea die Græcos, licet *Natalis dies ſit tertia Februarii.* Sed hac in re, ut notat Bollandus citatus, non ſolum a ſemetipſo diſſentit; ſed etiam manifeſte fallitur. Nam Leontius cap. 15. & Metaphraſte cap. 14. tradunt, ſanctum *Joannem* mortuum eſſe die ſancto Martyri Mennæ ſacra, ideoque die undecima menſis Novembris, quo Syri, Ægyptii, Græci & Latini memoriam ejus celebrant. Quia tamen dies ille Sancto Mennæ apud Orientales, apud Latinos Sancto Martino Turonenſi Epiſcopo dicatus eſt, Sanctus *Joannes* aliis diebus, prout cui-

*exprobravit, neque aliquid locutus eſt quod ei afferret moleſtiam; ſed verbis potius animum conſolantibus & ſpiritualibus admonitionibus confirmatum amandavit. Ab eo autem tempore tanto fuerunt inter ſe conjuncti vinculo amicitiæ, ut etiam Patriarcha fuerit ejus filiorum ſuſceptor.* Hactenus Leontius de magno illo Dei Eleemoſynario, cui re vera non ſemel e cœleſti theſauro potentiæ divinæ, cui omnia parent, unde dare pauperibus poſſet, copioſe Deus eſt elargitus: ne putes a tanto viro ſcriptas fabulas, cui teſtimonium perhibet ſeptima œcumenica Synodus, ex cujus Actis habetur expreſſum etiam Simeonis Sali vitam ipſum ſcripſiſſe, necnon hiſtoriam ſui temporis, incipientem a Mauritio narrare eas quæ fuerunt in Eccleſia perturbationes, qua caremus. Porro qui exſcripſit ex prototypo, Metaphraſten paraphraſtice aliquid addidiſſe ad Acta Leontii, non negamus, ut quæ poſtea addidit haud veritate conſtantia verbis iſtis:

VI. (a) Mat. 10. De receſſu Jo. Epiſc. Alexan. *Hic re vera bonus paſtor, divinus inquam Patriarcha, credens principi paſtorum Chriſto, qui jubet (a): Si perſecuti fuerint vos in una civitate, fugite in aliam; cum eſſet Alexandria tradenda Perſarum manibus, divina providentia illinc quidem recedit, migrat autem in ſuam patriam Cyprum, ſuum ei corpus largiturus, ut quæ eum aluerat: præſciverat enim jam appropinquare deceſſum.* Hæc, inquam, ab ipſo addita, nulla eſt apud me dubitatio: etenim Perſarum incurſionem factam in Ægyptum diu ante contigiſſe, certum eſt ex iis quæ ſuperius dicta ſunt: quo tempore ipſe nequaquam ſuam reliquit Eccleſiam, etſi latebras, ne captivus duceretur, captaſſe potuit. Cæterum hujus Alexandria profectionis alia cauſa longeque diverſa fuit. Cum enim virtutem tanti viri Nicetas Patricius cognoviſſet, optavit eum ducere ad Imperatorem Conſtantinopolim, quo ab ipſo percepta benedictione, ſecurior ille ad Perſicum bellum proficiſceretur: id quod demonſtrant ipſius verba Leontii, quæ ſequuntur in hunc modum: *Is itaque cujus ſæpe mentionem fecimus, Patricius Nicetas, accepta occaſione ex eo quod Perſæ irruperant, obſecrat virum divinum, ut veniat uſque ad regiam civitatem precibus & benedictione impertiturus Imperatorem.*

VII. *Ille autem cum ſciret qualis eſſet fides viri clariſſimi, annuit quidem petitioni. Cum ambo autem nave veherentur, & jam eſſent in medio mari, incidunt in gravem tempeſtatem. Cum vero navis tam vehementer quateretur fluctibus, ut mox eſſet mittenda in profundum, viſus eſt nocte illa, qua fuerat excitata tempeſtas, Patricius in ſomnis videre Patriarcham cum pauperibus aliquando quidem per totam navem circumcurſantem, aliquando autem cum ipſis manus extendentem, & e cælis petentem auxilium. Cum autem jam in Rhodum inſulam perveniſſent, ipſe ille Patriarcha cum a ſe diſceſſiſſet, re vera vidit & non in ſomnis ſplendidum virum eunucho ſimilem, aureum ſceptrum habentem in manibus, ad eum accedentem dicere: Vocat te Rex Regum. Statim ergo accerſito Patricio, cum dixiſſet qualem habuiſſet viſionem: Tu, inquit, o vir ſplendidiſſime, ſtuduiſti nos deducere ad eum qui regnat in terra; qui autem cælum & terram & omnia ſua tenet*



PAGIUS cuique Eccleſiæ opportunum fuit, colitur; cujus rei varia exempla ſuis locis in medium adduxi. Petavius citatus, qui annum emortualem S. *Joannis* ſuo anno reddidit, ejus tamen Epiſcopatus initium cum anno DCX. mortem vero cum initio anni DCXVI. perperam illigavit, præſertim cum ibidem pag. 56. tradat, *Alexandriam* a Perſis anno DCXVI. fuiſſe occupatam; nam hoc pacto Sanctus Joannes anno DCXV. ab ea Urbe fugiſſet, imo & mortuus fuiſſet, antequam a Perſis caperetur. Metaphraſte quidem in Sancti Joannis Vita num. 3. de Epiſcopatu ejus loquens ait: *Heraclius tunc ſceptra tenebat Romanorum*. Sed Metaphraſte, ut inquit Bollandus laudatus, dum ſuæ Chronologiæ Vitas Sanctorum conformat, non ſemel aberravit. Nihil enim profert Leontius unde id confici queat. Quare nec Baronius, nec Petavius eorum verborum rationem habere debuerunt.

VI. *Quot annis Epiſcopus fuerit.* Epiſcopus renunciatus fuerat Sanctus Joannes anno DCIX. quare ſedit tantum annos octo, eoſque utrimque incompletos, non vero annos decem, ut legitur in Chronico Nicephori, & in Tabulis Theophani inſertis, qui error neminem movere debet, cum idem Nicephorus annos XXII. *Zachariæ* Patriarchæ Hieroſolymitano ante captam Hieroſolymam aſſignet, qui tamen vix quinque annos in ea ſedit. Baronius qui initium *Joannis* anno DCX. perperam collocavit, Nicephori auctoritate innixus decem illos annos retinere voluit, ut videre eſt num. X. Bollandus in laudato Commentario num. 10. eundem decem annorum numerum retinere volens exiſtimat, *Joannem* anno DCVI. electum Patriarcham, poſt decem annos, anno DCXVI. vita functum eſſe; quo pacto ejus Deceſſorum initium & finis ei loco ſuo movendi fuerunt, ut incorrupta, quam de eis ſtatuit Chronologia videre eſt.

VII. *Leontius Vitam Joannis eleemoſynarii, aliaque ſcripſit.* Accurate vero obſervat Bollandus Vitam *Sancti Joannis eleemoſinarii* primum ſcriptam fuiſſe a *Joanne* & *Sophronio*, qui ſæpe *Sancti* a Leontio, & a Metaphraſte *Viri excellentiſſimi* nominantur. *Joannes* ille, vulgo *Moſchus*, ſive *Eviratus* cognominatur, Auctorque eſt libri, qui inſcribitur, *Pratum ſpirituale*, quod extat Cræce & Latine, in cujus elogio lib. 10. præfixo dicitur, *Sophronium* Joannis Eleemoſinarii demortui Reliquias ad Cœnobium Sancti Theodoſii, Indictionis VIII. initio, anno ſcilicet Chriſti DCXIX. vel currenti tranſtuliſſe. Sed vita illa de Sancto Joanne Eleemoſinario non





*ditione, prior ad ſe accerſit. Ille vero hoc dicto triſtitia affectus & dolore repletus, non potuit quidem eum retinere: ſed cum venerabilium ejus precum fructum jucunde accepiſſet, quam potuit officioſiſſime eum dimittit in Cyprum.*

VIII. Teſtamentum Joannis Eleemoſynarii. *Cum autem in ſuam civitatem perveniſſet Amathuntem, juſſit Scribis ut ſcriberent teſtamentum, quod ſic habebat: Joannes humilis quidem ſervus ſervorum Dei, propter autem mihi impoſitam Pontificatus dignitatem gratia Chriſti liber, ago tibi gratias, Domine Deus meus, quod me dignum cenſueris, qui tua tibi offerrem, & quod ex mundi bonis nihil aliud ſit mihi reliquum, niſi tertia pars nummi, quam ipſam jubeo quoque dari pauperibus, qui ſunt mihi fratres in Chriſto. Quando enim Dei permiſſione creatus fui Epiſcopus Alexandriæ, inveni in meo Epiſcopatu circiter octo milliæ librarum auri: ex oblatione autem piorum collegi denis millibus plures bis pecunias; quas cum cognoſcerem eſſe Chriſti, Chriſto etiam dare volui, cui nunc quoque trado animam.*

IX. Obitus ejuſdem Joann. & miracul. in ſepultura. *Cum hoc teſtamentum ſic feciſſet, ille magnus homo Dei depoſuit ſpiritum in manus Dei viventis. In ejus autem ſepultura ſit miraculum, quod nulli cedit ex iis quæ umquam facti ſunt mirabilia. Nam cum eſſet deponendus in æde oratoria admirabilium operum effectoris Tyconis, in quadam capſa, in qua erant condita duo corpora Epiſcoporum; videre licebat hæc mortua corpora veluti animata tribuere cultum beato corpori: nam a ſe invicem ſejuncta in medium accipiunt. Et hoc quidem quod evenit in ejus ſepultura, viſum eſt multorum oculis.* Pergit Leontius alia narrare miracula, quæ poſt obitum ad ejus ſepulcrum facta ſunt; ſed hæc ſatis ad inſtitutum. Porro celebris eſt toto orbe Chriſtiano memoria S. Joannis Eleemoſynarii, cultu ſanctis debito honorata, quæ anniverſaria die qua obiit, hactenus repetita in Eccleſia (a) magno præconio perſeverat.

(a) *Marty. Roman. die 23. Jan.*



X. Georgius Joanni ſuccedit in Epiſcopatu. Joanne itaque ad ſuperos (ut vidimus) evocato, hoc ipſo anno, qui decimus ponitur ſedis ejus (tot enim tradit Nicephorus vixiſſe in Epiſcopatu) in locum ipſius ſuffectus eſt Georgius. Hunc illum eſſe conſobrinum putamus ejuſdem Joannis, de quo in Actis Leontius elegantem hanc ſcribit hiſtoriam:

*Magni Joannis conſobrinus erat, nomine Georgius. Is contumelia affectus ab aliquo caupone civitatis vehementer fuerat morſus, & id ferebat graviſſime. Id enim faciebat magnum quod erat inter eos diſcrimen, nempe & ejus cum magno affinitas, & nimiæ ſordes & humilitas ejus qui fecerat injuriam. Accedit ergo ſeorſum ad B. Joannem adoleſcens, lacrymis & dolore cordis, quo angebatur, deplorans injuriam. Cum ſic eum vidiſſet victum ab omni perturbatione Patriarcha volens eum demulcere & veluti recreare: Et auſus eſt, inquit, omnino os adverſus te aperire, & omnino contumelia afficere aliquis eum, qui eſt mihi cariſſimus? Benedictus Dominus, rem in ipſo faciam, ut admiretur omnis Alexandria.*

XI. Manſuetudinis dignum exemplum. *Poſtquam autem vidit eum propter id quod dixerat, paululum remiſiſſe de animi ægritudine: Fili, inquit, mihi jucundiſſime: ſi re vera vis meæ parvitatis eſſe & nominari conſobrinus, para te ipſum non ſolum adverſus contumelias, ſed etiam ſi ſit amplius aliquid dicendum etiam adverſus ipſa flagra. Vera enim nobilitas non ex ſanguine & carne, ſed ex virtute animæ accipit formam & characterem. Statim ergo accerſito principe cauponum, ei denunciavit, ne conſuetum deinceps vectigal acciperet ab eo qui ſuum conſobrinum affecerat contumelia, aut aliquid ex iis quæ ab eo de more dabantur Eccleſiæ. Propter quæ admirati omnes incomparabilem illius patientiam, intellexerunt omnes hoc eſſe ſupplicium, quod erat miratura tota Alexandria.* Hucuſque Leontius Porro quod antiquitus in more eſſet poſitum Eccleſiæ Alexandrinæ, ut defunctis illis Epiſcopis qui præſtantiores fuiſſent, &



PAGIUS extat. Deinde ejuſdem Sancti Vitam ſcripſit *Leontius* Neapoleos, vulgo *Lemiſſæ*, ſive *Nemoſia*, in inſula Cypro Epiſcopus, quam Metaphraſte e Leontio aut integre deſcripſit, aut in compendium contraxit, paucis admodum in medium adductis, ſoloque primo capite contentis, quæ a *Leontio* omiſſa fuerant. Quare mirum eſt, inquit Bollandus, Leontio *Metaphraſten* a Baronio præferri; præſertim cum poſt paucos a Sancti *Joannis* morte annos Leontius Vitam illam in lucem emiſerit. Baronius n. V. ubi de utraque Vita agit, addit ex Actis haberi expreſſum etiam *Simeonis Sali* Vitam Leontium ſcripſiſſe, nec non Hiſtoriam ſui temporis, incipientem a Mauricio narrare eas, quæ fuerunt in Eccleſia perturbationes. Sed an. DXLVIII. num. XI. ubi de Sancto *Simeone Salo*, egimus, illius hallucinationis cauſam aperuimus. Tomo 2. Auctarii Græco-Latini poſterioris ad Bibliothecam Sanctorum Patrum editionis Pariſienſis referuntur Orationes duæ hujus Leontii, quarum prima *in Sanctum Simeonem ſenem, qui Chriſtum Dominum in ſuas ulnas ſuſcepit*: altera *in Feſtum Mediæ Pentecoſtes, in Cæcum a nativitate, & in Sanctum Petrum ab Herode in carcerem detruſum*, titulum præfert.

VIII. *Georgius Epiſcopus Alexandrinus poſt S. Joannem Eleemoſinarium.* Sancto Joanni ſucceſſit *Georgius*, quem Baronius num. X. hunc illum eſſe conſobrinum putat ejuſdem Joannis, de quo in Actis *Leontius* cap. 5. recitat quandam hiſtoriam apud Baronium legendam, qui num. XI. hanc ſuæ conjecturæ rationem reddit, quod antiquitus in more eſſet poſitum Eccleſiæ Alexandrinæ, ut defunctis Epiſcopis, qui præſtantiores fuiſſent, *aliquis*

eam illuſtraſſent Eccleſiam, aliquis ex eorum propinquis ſucceſſor eligeretur (ut vidimus de Cyrillo nepote Theophili in locum ejus ſubrogato) inde ducimus argumentum, ut quem ponunt ſucceſſorem Joannis Georgium, is fuerit ejuſdem, quem diximus conſobrinus. Sed de his ſatis.

*Cum*

PAGIUS *ex eorum propinquis Succeſſor eligeretur*. Sed inquit Bollandus, id ducentis abhinc annis contigerat quidem in *Cyrillo* nepote Theophyli, ſed ſæpius factum, non obſervatur. Deinde *Georgius* ille ea tunc ætate eſſe non potuit, ut Patriarchæ fungi munere poſſet, qui Metaphraſtæ *ὁ νἱς*, ideſt, *adoleſcens* dicitur, & apud *Leontium* inſtar pueri flet, ut obſervavit Roſvveydus. Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſiaſt. ſcribit: *Anno Imperii Heraclii decimo Georgius Antiochenus habetur Antiſtes*. Verum Theophanes, quem Anaſtaſius ibidem e Græco in Latinum vertit, ne verbum quidem habet de *Georgio* aut Antiocheno aut Alexandrino, prorſuſque commentitium anno X. Heraclii *Georgium* aliquem renunciatum eſſe Epiſcopum aut Alexandrinum aut Antiochenum. Is tamen Anaſtaſii locus fucum feciſſe videtur Baronio, eumque induxiſſe, ut mortem Sancti *Joannis* & *Georgii* ejus ſucceſſoris initium cum hoc anno copularet.



I. Heraclii expeditio in Perſas. *CUM ageret Heraclius in Imperio annum duodecimum, & annus eſſet Domini ſexcenteſimus vigeſimusprimus, menſe Aprili, die quarta, Indictione nona* (ita corrigendum pro decima) *celebrata ſolemnitate Paſchali, mox ſecunda feria veſperi motus eſt contra Perſidem*. Hæc ex Theophane. Et paulo poſt: *Dimiſitque filium ſuum cum Sergio Patriarcha in urbe, diſponendi cauſa negotia una cum Bonoſo Patricio viro ſagaci & per cuncta prudenti atque perito. Scripſit autem & ad Gajanum Regem Avarum preces curam agendi ſuper Romanorum negotiis, tamquam qui ſecum amicitiam fuerit pactus, tutorem filii ſui hunc appellans. Motus autem a regia urbe, exivit per locum qui dicitur Portæ, navigio iter agens.* Quomodo vero antequam in hoſtes proficiſceretur, delectu habito, exercuit ad prœlium deſides milites, narrat, cum & juramento ſe militibus loco parentis obſtrinxit. Sed quomodo id tunc ab eo factum ſit, itidem ex Theophane accipe: Heraclius confirmat milites. *Imperator venerandam Chriſti imaginem manibus ſumens, illam videlicet, quam non hominis manus coloribus pinxit, ſed Dei virtus, qua effectum eſt ut ſine ſemine conciperetur in utero & naſceretur, id miraculo ante præſtiterat; ea, inquam, ſumpta, juravit univerſo exercitui ſe una cum illis uſquem ad mortem ſtrenue certaturum, militeſque omnes loco filiorum habiturum. Ita benevolentia potius quam potentia ſibi conciliavit exercitum, fortemque reddidit adverſus Perſas ejuſmodi verbis:*

II. *Videte fratres & filii: quot inimici Dei conculcaverint regionem noſtram, & urbes exterminaverint, & altaria concremaverint, & menſas incruentorum ſacrificiorum ſanguinibus homicidiorum repleverint, & eccleſias, quæ flagitia non admittunt, flagitioſiſſimis repleverint voluptatibus*. His adjecit præcepta, quibus omnes commonuit ſectari juſtitiam ac pietatem, & a peccatis penitus abſtinere. Hæc omnia ex Theophane: reliqua petimus ex Cedreni Annalibus in quibus iſta ſubiiciuntur, quibus allocutus ſit Sergium Patriarcham: *In manibus Dei, Deiparæ, & tuis relinquo urbem hanc, & filium meum. Inde magnum templum ingreſſus, atratus calceos pronus procubuit, & ita precatus eſt: Domine Deus & Jeſu Chriſte, ne nos propter peccata noſtra hoſtibus tuis irridendos præbeas, ſed intuere in nos, ac miſerere noſtri, & victoriam de hoſtibus tuis concede, ne glorientur ſcelerati, & tuæ inſultent hæreditati. Hunc ita animo demiſſo orantem videns Georgius Piſidenſis, ita allocutus eſt:* Dei auxilium ſupplex implorat Heraclius.

*Nigrum, Imperator, nunc indute calceum,*
*Rubefacies tinctum cruore Perſico.*

*Inde Heraclius in manus ſumpta Chriſti imagine, quam ſine manuum opera effectam ſupra retulimus, Euxinum mare adverſus Perſas navigavit*. Sed quid ante hæc hoſtes? ex eodem ſic accipe.

*In-*

PAGIUS SÆC. VII Olymp. 350. Anno Eræ Hiſp. DCLIX. A.C. 621.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6114.

☉ 14. D. ☽ 14. P. 19. April. Indict. 9.

Jesu Christi 621.

Bonifacii V. Papæ 3.

Heraclii Imp. 12.

I. Poſtconſulatus. IS annus hac formula notatus; *XI. poſt Conſulatum Heraclii Aug. X. & a XXII. Indict. IX. menſe Jan. ſcribitur, annus IX. Imperii Heraclii Junioris Conſtantini*, ut habet Auctor Chronici Alexandrini, niſi quod errore Librariorum, loco *poſt Conſ. Heraclii Aug. X.* legitur, *poſt Conſ. Heraclii Aug. XII.* & loco *annus IX.* ſcribitur, *annus XI.* ut anno DCXVIII. n. VIII. oſtendimus, refellentes vulgarem opinionem, quæ hunc annum in Chronico Alexandrino deeſſe docet.

II. A num. I ad X. Bellum *Perſicum*, quod per ſexennium duravit, anno tantum ſequenti inchoatum, ideoque Baronius, qui ejus exordium hoc anno collocat, anno illud anticipat. Theophanes quæ in eo geſta, accurate quidem narravit, & ex eo Cedrenus ac Miſcella; ſed res uno ſemper anno citius quam contigerint, recitavit, cujus errorem Baronius ſecutus eſt. Quare quæ de anno primo belli Perſici mox explicabimus poſtquam rerum hoc anno geſtarum mentionem fecerimus, pertinent ad annum ſequentem. *Bellum Perſicum anno ſequenti inchoatum.*

III. Theophanes anno Incarnationis ſecundum Alex. DCXII. Kal. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoato, ait; *Heraclius divino ardore incitatus, pace ex voto cum Abaribus compoſita, exercitus ſuos ab Europa in Aſiam tranſtulit, invadendaque Perſidis Deo opitulante conſilium cepit*, ubi Theophanes de re præſenti anno peracta loquitur, ut oſtendit Cedrenus, qui anno Heraclii XII. quem Kalendis Septembris hujus anni cum anno civili de more auſpicatur, refert *tertia menſis Septembris, ſeptimanæ quintæ die*, Stephanum quemdam Alexandrinum nonnulla prædixiſſe de duratione Imperii Saracenorum, quæ ipſe recitat, poſtquam ſcilicet anno XI. ejuſdem Imperatoris, eadem quæ mox ex Theophane narravimus, in medium adduxit. *Annus primus belli Perſici prapoſtere collocatus.*

III. * Sain Legati lxx. decepti a Sai & male habiti a Coſrhoe.

*Interea Saes * a Coſrhoe Perſarum Rege cum magno exercitu contra Romanos, miſſus, univerſum Orientem vaſtat: cumque ad Chalcedonem uſque perveniſſet, ibi aliquandiu aſſedit. Idem Heraclium ſimulata pacificationis ſpe ad colloquium de pactis invitavit. Et Imperator Sais fallacibus verbis deceptus, mittit cum eo ſeptuaginta de proceribus ſuis legatos ad Coſrhoen, quos Saes vinctos cum contumelia in Perſidem adduxit. Sed Coſrhoes Sai, quod Heraclium vidiſſet, neque cæpiſſet, cutem detrahi, legatos Romanos in cuſtodiam dari, maleque tractari juſſit.* Aderat tunc cum Sai Perſarum exercitus duce Anaſtaſius Perſa, qui poſtea martyr fuit, & hoc anno Perſas relinquens ad Chriſtianos transfugit, de quo iſta (a) in rebus geſtis ipſius: *Erat ei quidam frater genere & commilito: ambo autem relati in numerum exercitus Sain, venerunt uſque ad inclytam Chalcedonem. Cum autem divinus Heraclius eruptione facta in Perſidem contra Sain retraxiſſet, rurſum Perſa exercitum aggreſſus eſt, & in ſuam regionem vehementi ſtudio eſt reverſus. Exercitum autem Perſicum relinquit Anaſtaſius, & refertur in alium multo meliorem & diviniorem.* Proſequitur auctor, quomodo divertit Hierapolim, & ibi rudimenta quædam fidei Chriſtianæ ſuſcepit, ac demum Hieroſolymam petens, ibi a Modeſto curante illam Eccleſiam eſt baptizatus. Sed ante quam iſta videamus (quod ita temporis ordo poſtulat) bellica proſequamur ex iiſdem Annalibus, in quibus hæc rurſus de rebus geſtis anni iſtius: Alium deinde adverſus Romanos ducem emittit, nomine Sarbarum: qui maximis cum copiis Aſiam ingreſſus, Romanorum ditionem deprædatus eſt.

(a) *Act. S. Anaſtaſ. apud Sur. die 23. Jan.*

Anaſt. Perſa ad Chriſtianos tranſiit.

IV. Dignum ſpectaculum ab auctore proponitur.

Dignum plane conſideratione ſpectaculum, cum altera ex parte vides aſtare Coſrhoen florentiſſimo pollentem exercitu, victoriis exaturatum, tot tantiſque triumphis ex ſubjugato tam in Oriente, quam in Occidente Carthaginem uſque Imperio Romanorum elatum, exuviis ſacris onuſtum, quibus & viciſſe non Chriſtianos tantum, ſed ipſum Chriſtianorum Deum & Dominum Jeſum Chriſtum ſuperbiſſime jactaretur, cum tropæo eſt illo potitus inſigni, quo univerſa quæ ſunt in terris atque apud inferos idem Dominus Jeſus Chriſtus ſubjugaſſe a colentibus eum fidelibus vere diceretur: eumdemque ipſum Coſrhoen tumido faſtu Romanorum contemnentem Imperatorem, quem quamtumlibet indignis conditionibus ipſius amicitiam omni demiſſione poſcentem recipere dedignatur. In adverſam vero partem convertens oculos, Heraclium intueris ubique ab Orientalibus & Occidentalibus hoſtibus exagitatum, provinciis ſpoliatum, exercitibus omnibus ſæpe privatum, a ſuis plerumque Præfectis in tyrannos mutatis eluſum, ipſumque tandem pro foribus urbis pro libertate pugnare coactum, eumdemque omni humana fiducia deſtitutum; a ſuperis auxilium implorare, divinoque tantum auxilio fretum movere acies, quas non ipſe, ſed Chriſtus ducat, univerſo exercitui conſpicuus in imagine; atque ante altare procumbentem, dejectum humi pro ſuarum virium diffidentia, in ſignumque doloris atratum, atque animo conſternatum.

Heraclii virium imbecillitas.

V. Robur Perſarum.

Quidni deſponderet animum, conſiderans robur Perſarum invictum ac penitus inſuperabile, quos, dum ipſum Romanum Imperium florentiſſimum eſſet, tot bellicoſiſſimi Imperatores ſuperare minime potuiſſent, immo ab iiſdem victi plerique ipſorum indigniſſima pati coacti eſſent. Si tanta tunc pollerent iidem barbari fortitudine, cum antiquis terminis retinerentur occluſi, a limitaneis Romanorum legionibus coarctati: quanta jure putaret modo eos præſtare potentia, eſſeque viribus ſuperiores, cum in Africam uſque Imperium propagaſſent? Quæ enim mens humana, hæc meditata, non langueſceret, & non deficeret penitus humanis viribus deſtituta cæcutiens prudentia carnis?

VI.

Sed tunc viribus auctus reſurgit, cum didicit omnem ſuam in Deo collocare fiduciam, exemplo magni ducis, manu fortis, belligerique Regis & Prophetæ, di-

PAGIUS

xit. Quare Heraclius hoc anno ante menſem Sptembrem ex Europa exercitum in Aſiam tranſportavit, & die tertia Septembris, quæ hoc anno cum feria quinta concurrebat. *Stephanus* Alexandrinus vaticinatus eſt ea, quæ a Cedreno narrantur. Fallitur autem Cedrenus, qui de priore Heraclii ad Choſroen Legatione ad annum IV. Heraclii, & de ſecunda ad annum ejuſdem Imperatoris VIII. loquitur, & ad annum XII. ejuſdem Heraclii aliam Legationem ad Choſroen obtrudit, Baroniumque, qui eandem ex eo recitat, in errorem induxit. Nam Heraclius ſemel tantum Legatos de pace ad Choſroen miſit anno ſcilicet DCXV. ut ibi demonſtravit. Quare quæ Cedrenus & Baronius narrant de tertia Legatione, referenda ſunt ad annum DCXV. Neque enim *Saes*, cum quo dicitur *Heraclius* de pace colloquium habuiſſe, hoc tempore præfuit exercitui Perſico, ſed anno DCXV. quo interiit: ac præterea copiis Imperialibus in Aſiam jam tranſlatis colloquium illud haberi non potuit.

IV. *Pax inter Heraclium & Chaganum ſancita.*

Cum vero, Theophane citato teſte, *Heraclius* copias in Aſiam non tranſportarit, niſi pace jam cum Chagano facta, hujus irruptio ad Urbem Conſtantinopolitanam, quam ſupra ex Auctore Chronici Alexandrini, qui eam hoc anno recitat, narravimus, pertinere videtur ad præcedentem Chriſti annum, & pax ad præſentem; ita ut ſicut Auctor Chronici Alexandrini ſe-



centis (a): *Ad me ipſum conturbata eſt anima mea, propterea memor ero tui.* Qui & quantum ex hoc ſibi ſpondeat, alibi ſecure fatetur, ubi ait (b): *In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos:* ipſe ſcilicet Dominus Deus exercituum, Dominus fortis & potens, Dominus potens in prœlio (c). Vireſcere ſentit magis langueſcentem animum, dum enim irriguo divinarum promiſſionum infundit, dum recolit dictum a Domino (d): *Confidite, ego vici mundum.* Et: *Data* (e) *eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Dumque Apoſtolico claſſico illa audit pronunciata (f): *Sancti per fidem vicerunt regna, fortes facti ſunt in bello, & caſtra verterunt exterorum.* Dumque ſcit magna fiducia dictum a Jonatha (g), & repetitum ab Aſa Rege Juda (h): *Non eſt Domino difficile ſalvare, vel in multis, vel in paucis.* Cum ille uno tantum milite armigero ſuo ſtipatus ingentes copias vicerit Philiſtinorum, iſte vero longe impari numero fugarit proſtraverit decies centena millia hoſtium falcatis curribus ſepta; ſed & cum in mentem revocat etiam abſque militibus pugnaſſe aliquando pro populo Dei adverſus hoſtes (i) cæleſtes acies, eoſdemque penitus deleviſſe.

(a) *Pſal.* 41. (b) *Pſal.* 59. (c) *Pſal.* 23. (d) *Joan.* 16. (e) *Matt.* 28. (f) *Hebr.* 11. (g) 1. *Reg.* 14. (h) 2. *Par.* 14. (i) 4. *Reg.* 19.

Heraclius omnem ſpem collocat in Deo.

VII. Juſtitia & religio Heraclii exercitum comitantur.

Talia vero tantaque de Deo ſperare poſſe pietas ſuadebat, atque juſtitia promittebat. Militabat enim in caſtris ipſa religio, comitabatur vero juſtitia: ſanctificat illa bellum, iſta coronat. Quænam umquam religioſior hac bellandi cauſa præceſſit, qua ſacroſanctum atque vivificum Crucis lignum Hieroſolymis ablatum, & tranſlatum in Perſidem repetitur, atque tot damna & ignominiæ illatæ ubique ſanctis eccleſiis vindicantur, & quæ adhuc remanſerant integræ defenduntur, & in omnibus pro religione ipſa ſervanda certatur? Quod umquam iſto prœlio juſtius, quo cum juſta quærantur, ingratiſſimi omnium Principis, qui Romanorum armis amiſſum receperat regnum, injuſtitia propulſatur, adeo læſo ab ipſo jure naturæ, & jure gentium violato, atque divino penitus proculcato?

VIII.

Quod igitur religioſum juſtumque ſuſcepit bellum Heraclius, æque religioſe ac juſte aggreditur atque proſequitur, cum primum (ut vidimus) ex legis divinæ præſcripto (k), hoſti pacem obtulit, quam ille penitus reſpuit. His acceſſerunt efficaces ad Deum preces, cultuſque juſtitiæ. Quæ vero quantave hæc ſecuta ſint bona, anni ſinguli qui ſequuntur ſignificabunt: haud enim tot ampliſſima dona valuerunt anni unius periodo circumſcribit. Sed quæ ſubiiciant ſuperius dictis (l) Annales, audi ſummatim iſta reddentes, quæ ſui magnitudine volumen expoſcerent:

(k) *Deut.* 20.

Legitimum bellum.

(l) *Cedr. in Annal. an. 12. Heraclii Imp. ante eum Theophanes, Zonaras, & alii.*

IX. Victoria de Perſis.

*Ut Armeniæ fines intravit, occurrere ſibi intellexit turmam equitum Perſarum, quibus animus erat ſubito ipſum adoriri. Sed Romani qui in primo erant agmine, cum in hos incidiſſent, multis cæſis, ducem eorum vinctum ad Heraclium adduxerunt. Ingruente hieme, in Ponticam regionem deflexit Heraclius: cumque eum ibi hiematurum Perſæ opinarentur, clam ipſis reverſus in Perſidem irruit.* Hoc auditum barbarorum animos dejecit. *Et eorum ductor* Sarbarus nomine *cum Romanorum avertendorum cauſa in Ciliciam duxiſſet, rebus ſuis metuens, neceſſe habuit Romanos a tergo ſubſequi. Cumque ſtatuiſſet nocte quadam obſcura furtim hoſtes lædere, accidit forte ut Luna ea nocte emergeret. Itaque Romanos aggredi non auſus, montes occupat atque inde digreſſus levia committit prælia, in quibus omnibus Romana res fuit ſuperior. Animos exercitui auxit Imperatoris alacritas, qui audacter in primam aciem proſiliebat, ac pro ſuis propugnabat. Juſta deinde conſerta pugna, victores Romani Perſicum exercitum deleverunt: tantum paucis quibuſdam fuga elapſis, omnibus hoſtium impedimentis potiti ſunt. Ob hæc Romani Deo & Imperatori gratias egerunt. Cæ-*

PAGIUS

cundam Heraclii profectionem in Orientem, ita & Chagani irruptionem, anno uno diſtulerit. [1]

V. *Geſta anno ſequenti in bello Perſico.*

Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXIII. qui kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoatur, exorditur narrationem belli Perſici, atque: *Hoc anno menſis Aprilis die quarto, Indictione decima, Heraclius ſolemnitate Paſchali peracta, feria ſecunda ſub veſperam confeſtim arma moturus in Perſidem perrexit.* Addit Theophanes, eum candelabra Magnæ Eccleſiæ cudendis numiſmatis applicaſſe, & filium ſuum *Sergii* Patriarchæ & *Bonoſi* conſilio rem communem adminiſtraturum in Urbe reliquiſſe. Quamobrem cum anno ſequenti Paſcha inciderit in diem quartam Aprilis, eo anno die quinta ejuſdem menſis, quæ fuit feria ſecunda, *Heraclius* ad bellum Perſicum profectus eſt, non vero currenti, ut habet Baronius, quo Paſcha celebratum die XIX. Aprilis: Vidit difficultatem Baronius, atque Indictionem *nonam*, loco *decimæ* reponendam eſſe. Verum vim argumen-

NOTÆ [1] IRruptionem Chagani in Urbem Conſtantinop. neque in hunc annum, ut Pagius ad A. 618. 8. ſenſit, neque in annum 620. ut idem Pagius hic deducit, ſed in annum 619. referendam eſſe Chronologi omnes ſummo conſenſu docent, ut nos ad A. 618. 8. demonſtravimus. MANSI

*Cæterum Heraclius exercitu cum duce in Armeniam ad hiberna dimiſſo, Byzantium rediit.* Hucuſque in Græcorum Annalibus de rebus geſtis hoc anno in Perſas: quibus hæc adduntur ad alia ex Theophane in Miſcella: *Porro Romani, extentis in cœlum manibus, Deo gratias referebant, & pro Imperatore, qui ſe bene probaverat, indeficienter orabant. Qui enim antea nec Perſicum audebant pulverem videre, nunc immota inventa eorum tabernacula ſpoliant. Quis enim ſperaßet Perſarum inexpugnabile genus terga daturum Romanis?* Hæc ibi & alia quæ narrata ſunt totidem ferme verbis habentur expreſſa. Sic igitur tot tantaque Crux Chriſti dona largitur, vincens Perſas, cum captiva detinetur a Perſis.

X. Sed jam quem transfugam ad Romanos reliquimus Perſam voluntate Chriſtianum, conveniamus, ejuſque Hieroſolymam proficiſcentis & ſanctum baptiſmum ſuſcipientis veſtigia conſectemur. Acta enim ipſius ab auctore ejus temporis ſcripta eſſe noſcuntur, cognitaque in Nicæno poſteriori Concilio, quæ iſta habent (*a*):

(*a*) *Apud Sur. die 22. Januarii.*

De Anaſtaſio Perſa.

*Primum quidem* poſt fugam ad Romanos, *cum veniſſet Hierapolim, divertit ad quemdam Perſam Chriſtianum arte argenti conſlatorem: & cum artem conſlandi argenti exercuiſſet, manus quidem habebat intentas operi, animus autem ſemper & cogitatio in Dei amore verſabatur & alebatur, eumque ſibi adhuc magis accendebat, & ab ipſo rurſus inflammabatur vehementius. Quamobrem eum rogabat ille beatus, ut divinum baptiſmum conſequeretur, & omnino a prioribus ſordibus expurgaretur, & ab illa labe præſtigiarum: ut non ſolum voluntate & electione, ſed anima quoque & corpore eſſet purgatus, & fieret Chriſti partis, quam deſiderabat, illius ſignatus ſignaculo. Cum ille autem ex Perſis timeret periculum, & ideo morando, rem differret in futurum: interim quidem ad divina templa aditione magnum ſuum ſolabatur deſiderium, & cum argenti conflatore ad ipſa adeunte ipſe quoque ſimul adibat, & cum orante ſimul orbat. Et cum ſanctorum miracula & certamina videret deſcripta in parietibus, de iis admodum diligenter rogabat. Cum vero audiviſſet, quales eis vita, mores, & virtus, & qualia propter Chriſtum certamina, & qualem apud ipſum rurſus fiduciam eis liceret conſequi: non poterat am-*

PAGIUS

menti non elidit, quia Indictione nona Paſcha celebratum eſt die XIX. Aprilis, ut mox dixi.

VI. *Heraclius Perſas vincit.* Prima hæc expeditio *Heraclio* felix fauſtaque fuit. Nam, ut narrat Theophanes, ubi *ad Armeniæ fines intravit*, adverſariorum Dux vinculis mancipatus ad eum ductus eſt, illius comites fuſi, reliquique armis deleti. *Ingruente vero hyeme* in Perſidem irruit. Perſæ levia ſæpius iniere prælia, in quibus omnibus ſemper ſuperiores evaſere Romani. Cæterum Perſarum Dux moræ impatiens, diviſo in tria agmina exercitu, ex improviſo apparuit. Verum Romani occupatis eorum Caſtris, bellicum apparatum omnem diripiunt. *Imperator, relicto exercitu, Duceque ei propoſito, ſub cujus cura hyberna in Armenia tranſigeret, Byzantium reverſus eſt.* Sed hæc, ut jam dixi, anno ſequenti peracta.

VII. *S. Anaſtaſius Perſa militiam deſerit.* Ad num. X. & ſeqq. Sanctus *Anaſtaſius Perſa* Baptiſmum Hieroſolymis ſuſcepit anno ſexcenteſimo viceſimo, non vero currenti, ut habet Baronius. Acta enim ejus & ſeptuaginta ſociorum Martyrum in Aſſyria paſſorum ab Auctore coævo ſcripta, & a Simeone Metaphraſte in compendium redacta, quæ Bollandus ad diem XXII. Januarii, ex veteri Græco MSS. Latine reddidit, capite primo teſtantur, Anaſtaſium in exercitu, quem *Sain* Perſarum Dux ducebat, militantem cum eo Chalcedonem, profectum eſſe, indeque in Orientem, ubi relicta militia *Hierapolim conceſſit, ac divertit ad Chriſtianum quendam opificio argentarium, eique cohabitans artem eam addidicit, cumque eo operabatur. Exiguo igitur tempore cum Chriſtiano illo viro commoratus, optimum animo deſiderium concipit Hieroſolymam adeundi, atque illic ſanctum ſuſcipiendi Baptiſma. Illud vero propoſitum Deo propitio exequuturus in ſanctam venit Civitatem, & viro Chriſtum amanti, eandem cudendi argenti artem profitenti, cohabitat; cui cum omne animi ſui deſiderium apperuiſſet, expetere ſe nimirum, & Chriſto dare nomen, & Sacro baptiſmate initiari, deductus eſt ab eo ad Eliam ſanctiſſimum Presbyterum Sanctæ Reſurrectionis*, inquit Anonymus citatus, qui addit, *Eliam* deduxiſſe eum ad *Modeſtum* eo tempore *Vicarium Apoſtolici Throni*, & peracto Baptiſmate *Eliam* perduxiſſe illum ad Monaſterium Sancti Abbatis Anaſtaſii, & a *Juſtino* illius Cœnobii Præfecto factum eſſe Monachum, *Indictione octava imperante Heraclio piiſſimo & Chriſtum amante anno Imperii ejus decimo*, qui annus eſt Chriſti DCXIX. a die quinta menſis Octobris, & DCXX. potiore ſui parte. Sanctus igitur *Anaſtaſius* anno ſexcenteſimo decimo ſeptimo, quo *Sais Chalcedonem* expugnavit, ut anno DCXVI. oſtendimus, in Orientem venit; anno incerto ab exercitu ſeceſſit; Hierapoli primum, mox Hieroſolymæ, aurifabro cohabitavit uſque ad annum DCXX. quo Chriſti fidem & Monaſticam vitam amplexus eſt, ut habent Hermannus ex editione Caniſii, & Sigebertus in Chronicis, qua in re eis adhærendum eſſe, ex dicendis in morte S. Anaſtaſii conſtabit.

VIII. *Sed aliquot ante præſentem annos.* Baronius, qui laudata Acta non viderat, ſed tantum, quæ ex iis Metaphraſtes excerpſit, ait corrigendum eſſe numerum, dum id accidiſſe dicit anno X. Imperii Heraclii; cum liquido, inquit, conſtet *Sais* Ducis Perſarum, ſub quo *Anaſtaſius* militabat, adventum Chalcedonem contigiſſe anno XII. Heraclii Imp. Ita ille num. XII. qui jam num. III. retulerat ex Cedreno *Saen* a Choſroe Perſarum Rege miſſum Chalcedonem uſque perveniſſe, & Imperatorem cum eo LXX. de Proceribus ſuis Legatos ad Choſroen miſiſſe, ſed hunc *Sai* cutem detrahi & Legatos male tractari juſſiſſe. Verum Cedrenum valde hallucinatum eſſe, & ex unica Imperatoris Heraclii ad Choſroen Legatione tres conſinxiſſe ſupra obſervavimus. Præterea falſum eſt



*amplius continere id quod ejus parturiebat animus, ſed ſtatuit proficiſci Hieroſolymam, & baptiſmum illic conſequi.*

XI. *Anaſtaſius Perſa Hieroſolymis baptizatur.* *Cum ergo in ſanctam perveniſſet civitatem, & acceſſiſſet in domum cujuſdam qui ipſe quoque argenti conſlandi exercitabat artem, ei aperit cauſam ſui adventus, nempe quod vellet traduci ad pietatem & verum Dei cultum, & ad Chriſtum adduci per baptiſmum. Ille autem eum adducit ad Eliam ſanctæ Reſurrectionis ſanctiſſimum presbyterum: qui cum ſupinis (ut dicitur) manibus juvenem accepiſſet, de eo refert ad Modeſtum, qui ſedi præerat Apoſtolicæ, & ſic divinum baptiſmum aſſequitur, & venerandæ Crucis vere pulcher fructus oſtenditur; & Anaſtaſius*, ex Magundat, *tranſmutato nomine appellatur, ſumpta denominatione a revocatione & ad meliora mutatione a priori infidelitate & præſtigiis. Una autem cum eo baptizatur quoque quidam alius qui erat ejuſdem etiam patriæ & regionis, cujus Anaſtaſius, qui fuit ejus quoque ſocius in perferendo pro Chriſto martyrio, & eaſdem eſt Edeſſæ coronas conſecutus.*

XII. *Cum autem manſiſſet Anaſtaſius octoginta dies apud presbyterum, quibus non licet egredi eos qui modo fuere illuminati: rogavit eum divinus Elias, quidnam de ſe deinceps velit. Ille autem rogavit ut habitum conſequeretur monaſticum. Cum vero ad hoc quoque annuiſſet presbyter (jam enim veluti ex quadam pellucida veſte & ex decoro habitu & ſtatu oſtendebatur nobilitas animæ, & quali virtute futurus eſſet Anaſtaſius, & ideo ipſe facile ceſſit ejus precibus) venit cum eo poſt divini myſterii celebrationem ad monaſterium ſancti Anaſtaſii, ut ejus quoque fieret manſionis particeps, cu-*

Anaſtaſius ſub Juſtino Abbate inſtituitur.



*jus futurus erat virtutis ſocius, ſicut etiam nominis. Ac monaſterium quidem ad quartum lapidem erat remotum a ſancta civitate, ei autem præerat Juſtinus vir & alioqui clarus & boni ſpiritus, variis donis ornatus. Quem cum ſimul cum multis quoque aliis rogaſſet presbyter, in monaſterium admiſſus eſt Anaſtaſius anno decimo, * Imperii Heraclii illius egregii & fidelis.* Hæc auctor: corrigendus eſt tamen numerus errore corruptus, dum id accidiſſe dicit anno decimo Imperii Heraclii, cum liquido conſtet Sais ducis Perſarum, ſub quo Anaſtaſius militabat, adventum Chalcedonem contigiſſe anno duodecimo Heraclii Imperatoris.

* duodecimo

XIII. Conveniunt his quæ dicta ſunt de monaſterio Anaſtaſii, quæ habet Antiochus hujus & ipſe temporis ſcriptor in epiſtola ad Euſtathium, dum ejuſdem monaſterii meminit, aitque: *Confugimus ad monaſterium civitati propinquum, quod quidem ab Hieroſolymis diſtat ſtadiis fere viginti, cui nomen Abbatis Anaſtaſii.* Deque Juſtino Præfecto ejuſdem monaſterii iſta habet: *Juſtinus hic Dei cum ſit ſapientiſſimus cultor, in illo ſuo monaſterio, gratia præduce Chriſti, numeroſam admodum confluentium eo loci adſcivit congregationem, ſic tenax & obſervans canonis ac cæterarum conſtitutionum Laurenſis cœnobii, ut ab his neutrobi evariet, ſui ſemper ſimilis: adeo ut non facile quis uſpiam inveniat inter vitæ communis profeſſores, qui ſic tueatur ac ſervet mordicus ſpiritualem vivendi ſanctionem. Floret is, & quotidiana virtutum acceſſione ſuccreſcit, fitque magnus temporis progreßu, ut ille olim eximius Iſaac: ita ut & nos quoties aciem mentis in hunc unum preſſius intendimus, ac*

Juſtini Abbatis virtutes.



PAGIUS

eſt, tot Proceres ab *Heraclio* Legatos deſtinatos: in ea enim Legatione tres tantum fuere, uti Auctor Chronici Alexandrini & Nicephorus teſtantur; neque plures fuiſſent in ſecunda, ſi vere obita eſſet. Dicit quidem Petavius in Notis ad Nicephorum pag. 64. numerum iſtum apud Græcos littera ὀ indicatum expungendum eſſe, uti & apud Theophanem. Sed littera illa non habetur apud Theophanem editionis Regiæ, neque in variantibus lectionibus, ſed in Annalibus tantum Michaelis Glycæ pag. 276. quod indicat, unum ab altero ingentem illum Legatorum numerum, vel utrumque, a quodam fabulatore hauſiſſe. Adhæc *Sais* ille, qui de pace collocutus eſt cum *Heraclio*, & Legatos ejus ad *Choſroen* duxit, morti traditus eſt anno DCXV. quo Legatio illa miſſa. Quare *Sais* ille diverſus eſt ab eo, de quo ſermo in Vita Sancti Anaſtaſii Perſæ. Bollandus in Commentario prævio ad laudata Acta paragrapho II. ſcribit, tempus Converſionis *Anaſtaſii* ad fidem, & ejus Martyrii ex ipſis Actis clarius eſſe, quam ut ulla prorſus elucidatione egeret, niſi ſummi Chronologi novas ſibi ultro hic difficultates creaſſent. Et quidem Petavius in Notis Chronologicis ad Breviarium Nicephori aſſerit *Saen*, a Choſroe anno DCXVI. miſſum Ægyptum occupaſſe, indeque ad Chalcedonem uſque cum copiis profectum, *Heraclii* Legatos ſecum in Orientem ad *Choſroen* deduxiſſe, eoque anno Sanctum *Anaſtaſium* in *Sais* caſtris militantem, Baptiſmum ſuſcepiſſe, annoque DCXXII. Martyrium obiiſſe.

IX. *Anaſtaſius alio anno militiam deſeruit, alioque baptiſmum ſuſcepit.* Verum ex dictis conſtat, Ægyptum & Alexandriam eo quidem anno in poteſtatem Perſarum veniſſe, ſed Legatos *Heraclii* anno DCXV. a *Sae* ad *Choſroen* perductos fuiſſe, & nonniſi anno DCCXVII. quo Chalcedo a Perſis ſubacta aut altero ex inſequentibus, *Anaſtaſium* militiam reliquiſſe. Infra vero viſuri ſumus ejuſdem Anaſtaſii Martyrium ante annum DCXXVIII. non contigiſſe, quod recte obſervavit Bollandus, qui tamen male confundit annum, quo Chalcedonem venit cum eo, quo baptizatus eſt. Ait enim docere Theophanem, *anno* X. *Heraclii Perſas Ancyram Galatiæ bello cepiſſe*, & cum Ancyra haud procul Chalcedone diſtet, eos ad eam Urbem excurriſſe, juxta hæc Nicephori in Breviario verba: *Quin Perſæ longius inſuper progreſſi, Chalcedonem properabant*, ideoque Præfe-

*ac veluti ad ſcopum recta collineamus, incredibili perfundamur gaudio. In omni circum regione tanti patris celebritas inſtar pellucidi luminaris micat, ſplendoremque ſuum ejaculatur. Semen eſt hic ſancti patris noſtri Sabæ.* Hæc de Juſtino Abbate Antiochus ad Euſtathium, a nobis hic relata tum ad pulchram conſenſionem utriuſque hiſtoriæ demonſtrandam, tum etiam ad declarandum ſub quam ſancto viro fuerit Anaſtaſius ſpiritualibus inſtitutis educatus. Porro conveniemus eumdem Anaſtaſium iterum, cum matryrii candidatum eum agon excipiet.

Chri-

PAGIUS fectum exercitui Perſico, dum eo anno Ancyram obſidione cingeret, Chalcedonem populabundum excurriſſe. Verum *Chalcedo* anno DCXVII. Perſicæ Ditionis facta, quam utrum Perſæ poſtea deſeruerint, incertum; cui ſi præſidium impoſuere, ad eam poſtea excurſiones non fecere. Neque Nicephorus Bollando favet, cum occupationis *Ancyræ* ne verbum quidem habeat, & uti Theophanes ac Cedrenus, bis loquatur de obſidione Chalcedonis. Primo pag. 7. ubi ait, *Saitum* ſeu *Saen*, dum eam obſideret, ad colloquium Imperatorem invitaſſe, & ab eo obtinuiſſe, ut Legationem ad *Choſroen* deſtinaret. Et ſecundo pag. 11. ubi narrata Hieroſolymorum occupatione, quæ contigit anno DCXIV. ſubiicit verba a Bollando de Chalcedone mox recitata. Quare Nicephorus confirmat quod ſcribit Theophanes, Perſas ſcilicet Chalcedonem occupare non valentes, *Præſidio ad eam obſidendam relicto*, ſeceſſiſſe, anno nempe DCXVI. aut ſaltem DCXV. exeunte, & poſtea anno DCXVII. expeditionem in illam inſtruentes, bello eam cepiſſe.

X. *Refellitur contraria ſententia.* Ad hanc expeditionem hæc Nicephori verba referuntur: *Quin Perſæ longius inſuper progreſſi Chalcedonem properabant*, ad quam & venere, cum ab illis expugnatam fuiſſe affirmet Theophanes. In eo itaque peccat Bollandus, quod annum, quo Anaſtaſius Chalcedonem profectus eſt, ab eo quo Baptiſmum accepit, & Monachum induit, non diſtinguat. Nam inter expugnationem Chalcedonenſem & Baptiſmum ſuſceptum triennii ſpatium interjectum fuit. Fallitur denique Bollandus quando exiſtimat, *Sigebertum* in Chronico Martyrium Sancti Anaſtaſii conſignare anno DCXX. qui juxta eum eſt octavus Heraclii, quod eo anno tam ejus Converſionem, quam mortem ac ſociorum recitet. Sigebertus quippe Epitomatorum more res diverſis annis geſtas uno tenore recitat, & licet in Imperatorum annis ſæpius erret, non inde tamen ſequitur, eum etiam errare in iis, quæ male cum Imperatorum annis copulat. Recte itaque Sigebertus Converſionem Sancti Anaſtaſii anno Chriſti DCXX. narrat; cum eo ineunte ſacro Lavacro tinctus fuerit.



I. *Vis magna Crucis Chriſti in Perſide demonſtrata.* CHriſti Redemptoris annus adeſt ſexcenteſimus vigeſimusſecundus, Indictionis decimæ: quo ſancta Crux capta a Perſis & in Perſide collocata, ſua potentia, immo ejus qui in ipſa paſſus eſt virtute corroboratos erectoſque Romanos ad novas victorias provehit & exaltat; contra vero erectos ſuperbia Perſas, elatoſque continuatis plurium annorum victoriis deprimit uſque ad ipſius Coſrhois miſerandum interitum. Iſta, inquam, omnia non humana virtute ſunt facta (nam ferme ſemper Perſis vis Romana ſuccubuit) ſed Chriſti potentia, cujus veneranda imago præcedebat Romanos exercitus: quod etiam ipſi profeſſi ſunt Perſæ, cum accidit ſecundum illud cantici Moyſi (a): *Quomodo perſequebatur unus mille, & duo fugarent decem millia? Nonne ideo, quia Deus ſuus vendidit eos, & Dominus concluſit illos? Non enim eſt Deus noſter ut dii eorum, & inimici noſtri ſunt judices.* Sed magna cum invidia Iconoclaſtarum, qui optaſſent peſſumdatum potius Romanum Imperium, quam prævia ſancta Chriſti imagine vincere. Jam vero quæ hoc anno decimotertio Heraclii Imperatoris facta ſunt, videamus.

(a) Deut. 32.

II. Ut tantis a Deo augeretur hoc potiſſimum anno Heraclius beneficiis, etiam in eo ipſius erga Deum pietas interceſſit, cum hæreticum hominem pravam hæreſim ſibi ſuadere tentantem confutavit, redarguit, atque a ſe procul abjecit. Iſta quidem habet Sergius Epiſcopus Conſtantinopolitanus in epiſtola data ad Honorium Romanum Pontificem, recitata in Actione duodecima Sextæ Synodi, verbis iſtis: *Ante aliquod certum tempus, cum adverſus Perſas confirmatus dominus noſter & magnus victor Imperator promovebat exercitum propter certamina a Deo ſibi creditæ Chriſto amabilis Reipublicæ, & ad partes Armeniæ provinciæ perveniſſet; unus ex principibus impiæ partis Severi execrabilis, nomine Paulus, in illis locis apparens, ad ejus pietatem acceſſit, ſermonem pro ſua errabunda hæreſi proferens, & hoc profecto dumtaxat ſatisfaciendo; in quibus piiſſima ejus ac regalis magnanimitas (cum cæteris enim donis Dei etiam divinorum dogmatum locupletari ſcientiæ meruit) dum redarguiſſe ac depompaſſet pravam ejus impietatem, profanis ejus aſtutiis, ſanctæ noſtræ Eccleſiæ ut verus ejus propugnator recta atque immaculatæ diverſo protulit dogmata, inter quæ & unius operationis Chriſti veri Dei noſtri mentionem effecit.* Hæc Sergius, dum pravam ſuam ſententiam Imperatoris nomine nobilitate ſtuduit, cum tamen non Imperator, ſed ipſe eſſet hæreticus, licet adhuc occultus: nomine enim Imperatoris (quod ſuis ſcriptis indidit) ſtuduiſſe hæreſim propagare, quæ inferius di-



PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLX. Anno Hegiræ I. inchoato die 15. Julii Fer. 6. A.C. 622.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6115.

☉ 15. C. ☽ 15. P. 4. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 622.

BONIFACII V. PAPÆ 4.

HERACLII IMP. 13.

I. *Poſtconſulatus.* IS annus hac formula notatus: *XII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XI. & a XXII. menſis Januarii ſcribitur annus X. Heraclii Junioris Conſtantini*, ut ex dictis annis præcedentibus liquet. Hic enim annus prior eſt e duobus, qui in Chronico Alexandrino deſiderantur.

II. *Hæreſis Monothelitarum paulatim ſe prodit.* A num. I. & II. Hoc anno *Paulus Monoculus* Severi ſectator qui Theodoſiopoli in Armenia habitabat, cum Heraclio Auguſto collocutus, ſe ſe hæreſim Monothelitarum profiteri teſtatus eſt. De eo enim Sergius Patriarcha Conſtantinop. hæc ad Honorium Papam ſcribit: *Ante aliquod certum tempus cum adverſum Perſas confirmatus Dominus noſter & Magnus victor Imperator promovebat exercitum, & ad partes Armeniæ perveniſſet, unus ex principibus impiæ partis Severi execrabilis, nomine Paulus, in illis partibus apparens, ad ejus Pietatem acceſſit, ſermonem pro ſua errabunda hæreſi proferens, & hoc profecto duntaxat ſatisfaciendo, in quibus piiſſima ejus & regalis magnanimitas, dum redarguiſſet, ac depompaſſet pravam ejus impietatem, prophanis ejus aſtutiis Sanctæ Eccleſiæ noſtræ, ut verus propugnator ejus recta atque immaculata e diverſo protulit dogmata, inter quæ & unius Operationis Chriſti veri Dei noſtri mentionem effecit.* Hæc diſputatio, inquit Lupus in Diſſert. de VI. Synodo cap. 1. fuit omnino Synodalis, facta, ut teſtatur in eadem Epiſtola *Sergius*, præſente *Cyro* Phaſidis Epiſcopo, Lazorum Metropolita, atque in ea juſſi ſunt Armeni expungere profanum Sacri *Triſagii* additamentum, recipere Synodum Chalcedonenſem penitus recedere ab *Eutychete*, & plena communione uniri Græcis, ut dicitur in Armena Hiſtoria a Galano publicata.

III. *Heraclius deceptus a Paulo Severiano.* Porro Sergius Jacobita *Paulum Severianum*, Eutychianiſta Eutychianiſtam vocat hæreticum, quia nempe ejuſdem erroris diverſam factionem ſequebantur. *Heraclium* Auguſtum ex tunc fuiſſe ſeductum, oſtendit facta ab illo mentio de una Operatione & quidem *Cyrus* Phaſidis Epiſcopus adhuc Orthodoxus erat, profitens non ſolum dogmaticam Sancti *Leonis* Epiſtolam; ſed & duas Operationes in Domino. Unde & illum inde deducere multis conatur *Sergius* per litteras in XII. Actione VI. Synodi lectas. De iſto *Paulo* Acephalorum intra Armeniam capite loquitur Maximus Martyr Sophronium, qui illum de hæreſis origine accuſabat, defendens: *Ubi erat Sophronius, dum Theodoſiopolim ad Paulum Monoculum & Severi ſectatorem ſcripſit* (Sergius

dicentur, oſtendent. Haud namque concordat, ut redarguens Heraclius hæreticum Severianum duas in unum confundentem naturas, unam ipſe cum eo operationem in Chriſto ſtatueret. Sed de his ſuo loco inferius.

III. Quod autem pertinet ad ipſas res in bello geſtas, eas (breviter licet) Græcorum reddunt Annales, vel qui ex vetuſtioribus monumentis a Cedreno ſunt deſcripti, vel qui a Theophane; nos (ut anno ſuperiori fecimus) quæ deſiderantur in alteris, ex alteris concinne ſupplebimus. Qui vero ex Theophane ab Anaſtaſio traduntur accepti, hæc habent:

Secunda expeditio Heraclii in Perſas.

*Anno Imperii ſui decimotertio Heraclius profectus a regia urbe, celeriter in Armeniam properavit. Choſroes autem Rex Perſarum miſit Sarmanazarim* (quem alii vocant Sarnabazam) *cum exercitu ſuo, ut in Romanorum terram intraret. Heraclius autem ſcribebat Choſroi, ut pacem amplecteretur.* Fecerat id etiam alias ante Chriſtianus Imperator (ut dictum eſt) ex divinæ legis (*a*) præſcripto, qua jubetur, ut illaturus bellum in hoſtes, pacem prius eis offerat; quam ſi accipere recuſent, tunc armis agendum. *Præmiſſa igitur legatione pacis, eam conteſtationem appoſuit, quod ſi Choſroes pacem reſpueret, ſciret* (inquit auctor) *ſe cum exercitu ſuo in Perſidem ingreſſurum.* Verum ventoſa hæc viſa eſt Choſroi comminatio Imperatoris, cui nec tantum virium atque animi ineſſe putaret, ut tam ardua vel cogitare poſſet, nempe miſſum a Choſroe ingentem exercitum a tergo ſibi relinquere, & ulterius procedendo caput petere, ipſumque aggredi Regem tot tantiſque victoriis glorioſum, cujus vel nomen etiam longe poſitis Afris territamento eſſet. Choſroi igitur omnia iſta de Heraclio inania penitus viſa ſunt: non enim audere illum Perſidi appropinquare putabat: verum eventa ipſum longe falli ſignificarunt. Siquidem: *Imperator* (ſubdunt Annales) *duodecima Kalendarum Majarum die ingreſſus eſt Perſidem. Quo Choſroes comperto, Sarmanazarim reverti juſſit; & collectis ex tota Perſide militibus ſuis, & traditis eis Sathin, velociter eos adunari Sarmanazari juſſit.*

(a) Deut. 20.

IV. Heraclii concio ad milites.

*Heraclius autem, advocato exercitu ſuo, verbis exhortatoriis incitabat eos, dicens: Viri fratres Dei amorem in mente ſumamus, injuriam ejus requirere ſatagamus. Stemus igitur fortiter adverſus inimicos, qui multa dira in Chriſtianos operati ſunt. Revereamur Romanum Imperium, quod ejuſdem ipſius eſt Domini, & non alterius: & ſtemus adverſus hoſtes impiis telis armatos. Induamus fidem, nec timeamus interemptionem & interemptricem gentem; quia intra terram Perſarum conſiſtimus, & ingens fuga fert periculum. Vindicemus corruptiones virginum: reciſa commilitonum membra noſtrorum videntes, corde doleamus. Non ſunt hæc nullam mercedem habentia, ſed vitæ perennis præmia. Stemus vigilanter, & Dominus nobis cooperabitur, & perdet inimicos noſtros.* Hactenus ex oratione Imperatoris, non quidem ab hiſtorico (ut abſolet fieri in profanis) oratoriis coloribus picta, arbitrioque eloquentis oratoris luculenter efficta, ſed pure reddita ex verbis ejuſdem loquentis, ac ſincere deſcripta: in qua potius aliquid ſit diminutum, quam additum. Sed pergit auctor:

V. Quæ reſpondit exercitus.

*Cumque Imperator his & aliis quampluribus commonitionibus populum exhortatus eſſet, reſpondit ei unus pro omnibus*

Di-

PAGIUS gius ſcilicet) *miſſo etiam ad illum libello Mennæ & Theodori Pharanitani cum ſua approbatione?* Fuit Theodorus Pharanitanus unus ex primis Monotheliſmi Auctoribus, ut ex eo Sancti Maximi loco liquet. Quare cum Heraclius currenti anno Armeniæ fines intraverit, ut anno ſuperiori oſtendimus, hoc etiam anno *Paulus Monoculus* impietatem ſuam detexit, quod recte a Baronio hic narratum.

IV. *Primus annus belli Perſici.*

Ad num. III. & ſeqq. Eſt hic primus annus belli Perſici, non ſecundus, ut autumavit Baronius, ideoque quæ de illo anno ſuperiori narravit, ad præſentem pertinent; quæ vero ex Theophane hic explicamus, anno ſequenti geſta ſunt Theophanes enim anno Eræ Alexandrinæ DCXIV. Kal. Septembris hujus Chriſti anni inchoato, ait: *Hoc anno menſis Martii die decimo quinto, Indictione undecima* (ideoque ſequenti Chriſti anno) *ſolvens ab Urbe Regina Imperator magnis itineribus in Armeniam contendit. Perſarum vero Rex Choſroes Sarbanazam ad fines Romanorum invadendos ſummiſit.... Imperator menſis Aprilis die vigeſimo in Perſiam irruptionem fecit: quod ubi reſcivit Choſroes, Sarbarazam revocat, & collectis ex univerſa Perſide copiis, iiſque Saii Duci commiſſis, quam citius Sarbarazæ adjungeret ſe, ut viribus unitis in Imperatorem progrederentur, edixit.* Refert poſtea Theophanes, *Heraclium* in mediam ipſam Perſidem velociſſime penetraſſe, & obvias quaſque Urbes & vicos igne devaſtaſſe, ac in Albania hyemaſſe, ubi Perſas, quos ad quinquaginta millia captivos ſecum ducebat, *pro innata ſibi miſericordia a vinculis ſolvit*, quæ ex Anaſtaſio fuſius Baronius narrat.

V. *Nomina Ducum a Choſroe adverſus Heraclium miſſorum.*

Petavius in Notis ad Breviarium Nicephori pag. 62. dicit, quinque omnino Duces a *Choſroe* contra Heraclium miſſos; ſed ſex ego invenio. Primus eſt *Raxates*, de quo locuti ſumus anno DCXII. num. III. & cujus Baronius non meminit. Secundus eſt *Sais*, quem *Saitum* Nicephorus appellat, & a quo Ægyptum & omnem Orientem vaſtatum refert. Huic Choſroes pellem detrahi juſſit anno DCXV. ut eo anno n. VII. oſtendimus. Tertius eſt *Sarbarus*, ut eum vocat Nicephorus, vel *Sarbanazas*, ut a Theophane & Cedreno, vel *Sarbarazas*, ut ab iiſdem vocatur ad annum Heraclii XIII. Quartus eſt *Sarablancas*, de quo meminere Cedrenus & Theophanes anno Heraclii XIV. Quintus *Sais*, cujus iidem mentionem fecere, quique anno Heraclii XVI. mortuus eſt. Sextus *Razates*

qui



*Dilataſti anguſtiam cordis noſtri, domine, os tuum in admonitione dilatans: acuerunt ſermones tui gladios noſtros, & animos qui vinci nequeunt, effecerunt. Expeditos nos tuis verbis exhibuiſti. Erubeſcimus in pugnis, te aſpicientes, non procedere; & juſſiones tuas in omnibus ſequimur. Hæc nomine omnium dicta. Imperator autem ſumptis militiis, mox ad Perſidem interiorem acceſſit, igne comburens urbes & caſtra.* Vidiſſet plane, qui mente aliquid amplius quam corporis oculis intueri ſolet, Heraclio præſtitum, quod olim Deus fuerat Cyro pollicitus verbis illis (*a*): *Perge fortiter. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam: & dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum.* Etenim cum ſæpe Romanis, ut Juliano & aliis, vitio datum ſit, quod incaute nimis ſe ad perdendum exercitum in regiones Perſarum immiſerint; cum & longe præſtantioribus numero atque fortitudine militibus polleret Romanus exercitus, & ex univerſo terrarum orbe ſuppeditarentur pecuniæ Imperatori, ipſaque militaris diſciplina vigeret, & longe infirmiores eſſent hoſtes, attriti ſæpe ac bellis ſuperati a milite Romano, quomodo non temeritatis nota fuiſſet ſugillandus Heraclius, qui cum adeo paucis iiſdemque collectitiis copiis ad nomen tantum Coſrhois fugere ſolitis, hoſtium provinciis poſt terga relictis, auderet in Perſidem ingredi, & ipſum aggredi Coſrhoen: niſi certo ſciſſet præire exercitum Deum? Quod declaratum eſt illo ſigno, de quo in pſalmo (*b*): *Cum pertranſires in deſerto, terra mota eſt: etenim cæli diſtillaverunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Iſrael.* Nam pergit auctor:

(a) Iſai. 45. Deus præeſt Chriſtiano exercitui.

(b) Pſal. 67.

VI. *Fit etiam terribile hic quoddam miraculum. In æſtivo quippe Solſtitio æther ſudore factus eſt madidus, animos Romani exercitus recreans, adeo ut hinc ſpem optimam ſumerent*, ſecundum quod ſequitur: *Pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt: tu vero perfeciſti eam.* Equidem (ut vidimus anno ſuperiori) ſicut Luna non obfuit Romanis copiis, ſed profuit, ita nec Sol hoc anno iiſdem fuit detrimento, eam benedictionem feliciter conſecutis, qua dicitur (*c*): *Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem.* Ita quidem, cum ad imperium (*d*) Domini caſtra moverentur, & ad imperium ejuſdem tabernacula figerentur. Sed videamus majora quæ ſunt ſecuta, nam ſubdit idem auctor:

(c) Pſal. 120.
(d) Num. 9.

VII. Turbis fuga Coſrhois.

*Audiens præterea Heraclius quod Coſrhoes apud Gazacoten civitatem cum quadraginta millibus bellicoſorum eſſet virorum, impetu adverſus illum perrexit. Et præmiſſis quibuſdam ab eo Sarracenorum ſibi ſubditorum, Coſrhois occurrunt vigiliæ, & horum quoſdam occiderunt, quoſdam vero vinctos compedibus cum prætore ipſorum Imperatori præſentarunt. Hoc comperto Coſroes, derelicta tam civitate quam militia, fuga uſus eſt.* Quis neget iſta divinitus facta, ut ob necem vigilum turpi fugæ tantus Perſarum Rex omnium quicumque fuerant potentiſſimus ſe ſuoſque committat? Accidit enim ſecundum divinum oraculum (*e*): *Nullus ſtabit contra vos: terrorem veſtrum & formidinem dabit Dominus Deus veſter ſuper omnem terram, quam calcaturi eſtis.* Et ſecundum illud (*f*): *Per unam viam venient contra te, & per ſeptem fugient a facie tua.* Sed quæ poſt fugam Coſrhois Heraclius divino

poſt

(e) Deut. 11.
(f) Deut. 34.

PAGIUS qui anno XVII. Heraclii ab eo occiſus eſt; ſed incertum, an iſte idem ſit cum *Raxate*, cujus jam mentionem fecimus. Fit & alterius Ducis mentio a Leontio in Vita S. Joannis Eleemoſinarii, quem *Raſmiſzum* vocat, a quo loca Sacra vaſtata ſcribit, quamvis id *Sarbaro*, alii attribuant.

VI. *Auguſta Heraclium ad bellum proficiſcentem comitata eſt.*

Auctor Chronici Alexandrini ad Indictionem XII. hæc narrat quæ pertinent ad annum ſequentem, ſicuti & quæ mox ex Theophane retulimus: *Hoc anno, menſe Dyſtro, qui apud Romanos eſt Martius, quinta, & vigeſima die menſis, Feſto Annunciationis Dominæ noſtræ Dei Genitricis Imperator Heraclius cum liberis ſuis, Heraclio, Epiphania ſeu Eudocia, & Imperatrice Martina in Orientem eſt profectus, & ferias Paſchales haud procul Nicomedia peregit* (anno autem ſequenti Paſcha die XXVII. Martii celebratum) *Poſt Paſcha Imperator cum Martina Auguſta Orientem recta petivit, habuitque in comitatu Antanum Maximum Domeſticum. Liberi Conſtantinopolim reverſi ſunt.* Quibus ex verbis liquet irrepſiſſe errorem in Theophanem, & loco, menſis Martii die XV. legendum eſſe, menſis Martii die XXV. ſeu κε, loco ιε, qui error non Theophani, ut putat Petavius citatus, ſed Librariis adſcribendus. Quæ cum narratis a Theophane egregie concordant. Si Anaſtaſius Indictionem undecimam a Theophane memoratam in ſua verſione poſuiſſet, Baronius intellexiſſet, quæ de bello Perſico hoc anno narrat ad ſequentem ſpectare. Porro *Martinam* comitatam eſſe Imperatorem docet etiam Nicephorus, cujus verba anno DCXXV. recitabimus.

VII. *Initium Sectæ Mahumeticæ.*

Duæ Epochæ hoc anno inchoatæ, a quibus cum multa magni momenti pendeant, eo magis hic annotandæ, quo a Baronio prætermiſſæ ſunt. Hoc enim anno *Mahometes* Pſeudo-Propheta, cum in Urbe *Mecca* in Arabia Felice ſita apparuiſſet, ob innovatam religionem in diſcrimen vocatus, ex ea fugere coactus eſt. Ab ea fuga Eram ſuam, quam *Hegiram*, id eſt, perſecutionem vocant, Mahumetani novi cultus annos ac durationem emetiuntur. Eſt ea apud Mahumetanos omnes ac Orientalium Regionum incolas celeberrima, initiumque ducit a die decima ſexta menſis Julii, quæ hoc anno in feriam ſextam incidebat. Natus erat Mahometes, ut habet Georgius Elmacinus in Hiſto-

ria

præſidio fultus egerit, iſta accipe ex Theophane in Annalibus: *At Heraclius inſecutus, quoſdam præoccupatos occidit; cæteri autem hac illacque palantes diſſipati ſunt.*

*Cumque perveniſſet Imperator ad Gazacotenſium civitatem, in ſuburbanis hujus reficiebat exercitum ſuum. Perſæ vero qui confugerant ad eum, perhibebant, quod Coſrhoes fugiens, igne conſumpſerit omnia ſata in locis illis, & pervenerit ad civitatem Thebatmam in Oriente ſitam, in qua erat templum ignis, & pecuniæ Cryſilydorum* (ſeu Crœſi Lydorum Regis, ut habet Cedrenus) *& impoſtura carbonum: & his acceptis, idem Coſrhoes Damaſtager* ſive Dagaſter, *iter egerit. Imperator autem profectus a Gazacotenſium civitate, pervenit Thebatmam, & ingreſſus in eam, igne combuſſit templum Ignis: & tota civitate combuſta, perſecutus eſt Coſrhoen in anguſtias regionis Medorum.* Hæc ex Theophane: in Annalibus vero Cedreni, non in Thebatma, ſed in Gazacote fuiſſe theſauros Regis & templum Ignis, traditur his verbis:

VIII. Superſtitio Perſica & impoſturæ Regis combuſtæ.

*Heraclius perſequens, bellatores interficit, fugientes diſſipat, urbemque Gazacoten capit. Ea in urbe fuit fanum Solis, theſaurus Crœſi Lydorum Regis, & impoſtura carbonum. Ingreſſus autem in eam, abominandum offendit Coſrhois ſimulacrum & effigiem ejus in globi formam, referente palatii tholo tamquam in cælo ſedentem. Circum erat Sol, Luna, & aſtra, quibus ille ſuperſtitioſus tamquam diis ſerviebat, circumſtantibus ſibi angelis ſceptrigeris. Machinas porro impius paraverat, quæ eo ex loco guttas pluviæ inſtar emitterent, ſonitumque tonitrus æmulum ederent. Hæc omnia, ipſamque Ignis ædem, totamque urbem combuſſit Heraclius: propereque Coſrhoen per anguſtias Mediæ inſecutus, multas urbes, multoſque agros vaſtavit.* Hæc ibi. Quæ cum audis, memoria pariter repete, quam vera ſint, quæ ſuperius dicta ſunt, cum de captiva ducta Cruce Domini in Perſidem actum eſt, eam nimirum ad demolitionem nefandorum idolorum, ad dejectionem ſuperbiſſimi Regis, & converſionem complurium Perſarum eſſe perductam: quod declaravit eventus, ut tum ex his quæ hactenus facta intellexiſti, tum ex iis quæ inferius ſuo loco dicentur, accipies. Sicut enim magno Philiſthinorum & deorum ipſorum damno illata eſt captiva Arca in templum Dagon; ita plane, ſed longe majori jactura regni Perſarum & ſuperſtitionis ipſorum, ſanctiſſima Crux captiva in Perſidem ducta eſt. At quid poſt hæc reliqua anni hujus parte Heraclius? accipe ex iiſdem Annalibus iſta referentibus:

IX. *Imperator juſſit populum,* exercitum ſcilicet, *tribus diebus divinum oraculum præſtolantem, caſte ac pure converſari: ſicque reſponſo accepto in Albania decrevit*

PAGIUS ria Saracenica, in Urbe Mecca, die duodecima menſis Rabiei prioris, qui diei quinto Maii noſtri reſpondet, ideoque anno Chriſti DLXX. Poſt completos annos ætatis XL. Prophetiæ munus ſibi arrogavit, annoque ætatis XLIV. *publicata vocatione, juſſit credere in ſolum Deum eumque colere & adorare; deſtruxitque idolorum cultum, præcepit circumciſionem: ſancivit jejunium menſis Ramadani; quinque orationes; munditiem; peregrinationem ad Templum Meccanum; & ne comederetur ſanguis, morticinum, aut caro porcina: atque eos, qui hæc non obſervabant, bello vexabat, & oppugnabat,* inquit Elmacinus, quo in rebus Saracenicis explicandis, & Hiſtoria compendioſa Dynaſtiarum edita a Gregorio Abulpharaiio ſecta Jacobita, qui uterque Auctor Baronii tempore lucem non viderat, utemur, ſicuti & variis aliis rerum Arabicarum Chronographis & Hiſtoricis.

VIII. *Elmacinus Scriptor Chriſtianus.*

Papebrocius in Hiſtoria Chronologica Patriarcharum Hieroſolymitanorum pag. 34. ait, *Elmacinum*, etſi non Chriſtianum, Chriſtianæ tamen Hiſtoriæ valde ſtudioſum fuiſſe, & quod præcipuum eſt, ſincerum Scriptorem. At eum Chriſtianam religionem profeſſum eſſe, docet Abrahamus Ecchelenſis in *Eutyche Vindicato*, in Indice MSS. librorum, quos in eo Opere ipſe laudat, ubi etiam teſtatur, *Elmacinum* præter *Hiſtoriam Saracenicam* ſcripſiſſe Hiſtoriam ab Orbe condito ad Mahometis tempora, & illius extare adhuc duo exemplaria, ex quibus quæ Ecchelenſis citat, & ex ejuſdem Auctoris lectione eum Chriſtianum fuiſſe manifeſtum redditur. Utitur Era mundana Alexandrinorum, & aliquando Era Diocletianea, a Chriſtianis inſtitutis & uſurpatis. Eum fuiſſe *Jacobitam*, ex eo liquet, quod accuratum Catalogum Patriarcharum Jacobitarum exhibeat, nulla fere Orthodoxorum Patriarcharum mentione facta.

IX. *Orthodoxi in Oriente Melkitæ appellati.*

Cum porro unus mihi ſcrupulus reſtaret, quod ſcilicet Elmacinus pag. 12. & alibi religionem Græcam *Orthodoxam*, Romanos vero *Orthodoxos* appellet, per literas conſului amicum Hiſtoriæ Arabum peritiſſimum, qui me docuit, id errori Interpretis adſcribendum eſſe, & ubicumque apud Elmacinum in verſione Latina vox *Orthodoxi* legitur, *Melchitæ* nomen ſubſtituendum, ut recte vidit Erpenius Interpres pag. 247. Vox enim *Melkita* in uſu eſt apud Chriſtianos, qui lingua Arabica utuntur, & Elmacinus religionem Catholicam Romanam, ſeu Conſtantinopolitanam & Græcam appellat *Melkiticam*, Romanos vero ſeu Græcos *Melkitas* vocat. Neque enim Elmacinus, qui ſecta Jacobita erat, Græcos *Orthodoxos* appellaſſet, ſed *Melkitas*, qui quidem Orthodoxi ſunt, ſed non in ſenſu ab Elmacino intento: ad quod Erpenius animum non advertit. Vox *Melki* deſignat hominem, qui Imperatoris religionem ſequitur, & hæc diviſio, quæ etiamnum in Oriente in uſu eſt, Marciani Imperatoris, qui Dioſcorum expulit, tempore exorta. Poſtea enim duo in Ægypto Patriarchæ fuere, quorum unus *Orthodoxis* poſt eam diviſionem Melkitis nuncupatis, alterque *Dioſcori* ſectatoribus: quorum numerus magnus erat, præfuit, Baronius de *Maho-*



*vit hieme commorari.* Quomodo autem id acciderit de divino reſponſo, ita apud Cedrenum reperies: *Triduo exercitum luſtrat, apertiſque poſtea inviolatis Dei Evangeliis, invenit ſibi mandari ut in Albania hiemet.* Frequentem fuiſſe ejuſmodi conſultationem divini numinis per Evangelii ſive totius ſacræ Scripturæ codicis apertionem, quæ ſuperiori tomo dicta ſunt, ſatis oſtendunt. Enituit tunc in Chriſtiano Principe charitas vere Chriſtiana in libere dimittendis quotquot captivos e Perſide duxerat: nam audi reliquum itineris uſque in Albaniam:

X. Heraclii miſericordia erga captivos.

*Dum vero abiens iter ageret, habens ſecum copioſam Perſarum prædam, haud paucos incurſus a Perſicis cuneis pertulit: ipſe vero divina cooperatione triumphum de omnibus retulit. Cum vero vehemens tempeſtas & gelu eum occupaſſet in via, haberetque quinquaginta millia captivorum, compaſſus eis corde, omnium vincula ſolvit, indulgentiam ac libertatem omnibus tribuens: ita ut omnes cum lacrymis exorarent, etiam eum Perſidis totius fieri liberatorem a mundi exterminatore & trucidatore Coſrhoes.* Hactenus de rebus ab Heraclio geſtis hoc anno.

Ad

PAGIUS *home*te ſermonem non habet ante annum DCXXX. quo ejus mortem recitat. Porro annum Hegiræ currentem e regione annorum Chriſti ſingulis annis notabimus, ne identidem cogamur in rebus Mahumeticis narrandis initium annorum Hegiræ, quibus contigere, exponere, utque ex lectione Annalium Eccleſiaſticorum major utilitas in Lectorem redundet. Annos autem tam Olympiadum, quam Romæ conditæ prætermittemus, quia eorum mentio poſt hæc tempora vix apud Auctores occurrit.

X. *Dagobertus Rex Auſtraſiæ renunciatur.*

*Clotarius* II. poſt annos decem quam Auſtraſiam, Burgundiamque receperat, *Dagobertum* filium jam adultum una cum Pippino Duce in *Auſtriam* miſit, ut ibi Rex fieret, atque regnaret. Quare ab Epiſcopis & Optimatibus regali ſolio Mettis impoſitus fuit. Fredegarius cap. 47. *octavo & triceſimo* Regni Clotarii anno id factum ait. Sed, ut ſcribit Hadrianus Valeſius lib. 18. Rer. Franc. vitiata eſſe vulgati Fredegarii exemplaria docent tres ipſius Codices ſcripti, in quibus, pro *triceſimo octavo*, XXXIX. Regni Clotarii annus notatur: docent & præter Hermannum Contractum Auctor Geſtorum Dagoberti ac Aimoinus qui cum Fredegarium tranſcribere ſoleant, & in ea re enarranda more ſuo ipſis *Fredegarii* verbis ambo utantur, emendatiora exemplaria nacti, *Dagobertum* anno Regni XXXIX. Auſtraſiorum Regem factum eſſe tradiderunt: quod maxime obſervandum eſt: quippe hoc initium Regni *Dagoberti*; cum in titulo illius capitis Fredegarius dicat: *De initio Regni Dagoberti*, & inde annorum Regni ejus exordium ſumat. Nimirum annos XVI. regnavit *Dagobertus*, non poſt *Clotarii* patris ſui mortem, ut ante Hadrianum Valeſium recentes omnes Francorum Hiſtorici putarant: ſed annos ſex vivo parente Auſtriam rexit, eoque anno Regni XLV. Chriſti DCXXVIII. mortuo in tota Francia decennio regnavit. Dagoberti Epocha cum Baronium, ſicuti & ante H. Valeſium, omnes alios latuerit, Rerum Francicarum Chronologia toto hoc fere ſæculo in Annalibus Eccleſiaſticis reſtituenda erit. Catellus lib. 2. Hiſt. Comit. Toloſæ cap. 3. hæc de Regni Dagoberti exordio e veteri Codice MS. exſcripſit: *Legitur in Chronicis quæ habentur in Monaſterio S. Dionyſii, quod regnante Dagoberto Rege Francorum, qui cœpit anno Domini DCXXII. & regnavit annis fere XVI. tranſlatum fuit corpus S. Saturnini Martyris primi Epiſcopi Toloſani in Eccleſiam B. Dionyſii, Sociorumque ejus;* quod is Anonymus addit revectum poſtea fuiſſe Toloſam. Illa Chronica nunc non extant, ſed ex his verbis apparet Dagoberti, initium alias ignoratum non fuiſſe.

XI. *Quæ ſibi retinuerit Clotarius.*

Clotarius *Dagobertum* ſuper Auſtraſios Regem ſic inſtituit, ut tamen in ſua poteſtate retinuerit, *quod Ardennæ & Voſagus verſus Neuſter & Burgundiam excludebant*, inquit Fredegarius. Itaque Auſtraſiæ Regnum Neuſtriam verſus Ardenna ſylva, & Burgundiam verſus Voſago monte ſic circumſcriptum multo minus quam antea patebat: *Clotarius* enim Diœceſes, Remenſem Catalaunenſem, Meldenſem, Laudunenſem, & Cameracenſem, ſibi retinuit cis Ligerim, cum multis aliis trans eum fluvium ac Rhodanum in Aquitania & in Provincia, quæ prioribus Auſtraſiæ Regibus quondam paruerant. Baronius de initio Regni Dagobertini anno tantum DCXXVI. ſermonem habet, de quo ibidem rurſus agemus. Porro hallucinatus eſt idem Valeſius, quando tam loco citato, quam in Obſervationibus *de Annis Dagoberti primi Francorum Regis*, tradidit, Dagobertum anno Chriſti ſequenti inauguratum fuiſſe, ut enim anno DCXXIX. num. X. videbimus, hæc inauguratio currenti anno peracta eſt, & quidem menſe Martio, die hactenus incomperto. Ex qua obſervatione etiam liquebit, *Fredegarium* annos Regum Francorum a Paſchate non inchoare, ut aliquibus viſum fuit; alioquin cum hoc anno Paſcha in diem quartum Aprilis inciderit, *Dagobertus* non anno Clotarii patris XXXIX. ſed anno XXXVIII. exeunte Auſtraſiæ Rex creatus fuiſſet. Denique Fredegarium annum a Kal. Martiis exordiri infra demonſtrabimus.

| JESU CHRISTI ANNUS 623. | BONIFACII PAP. V. ANNUS 6. | HERACLII. IMP. ANNUS 14. |
|---|---|---|

I. ADveniente anno Redemptoris ſexcenteſimo vigeſimotertio, undecima Indictione, ab Heraclio hæc geſta eſſe adverſus Perſas, produnt Annales (a): *Anno decimoquarto Heraclii Imperatoris Choſroes ducem exercitus conſtituit Sarablacam virum ſceleſtiſſimum magna elatum ſuperbia, tradiditque ipſi exercitum eorum militum, qui dicuntur Coſrhoitæ & Perozitæ, qui habebantur cæteris robuſtiores aſſueti præliis, eumque adverſus Heraclium miſit in Albaniam: qui ubi illuc pervenerunt, nequaquam adverſus Imperatorem pugnare auſi ſunt, ſed tenuere loca anguſta, quibus in Perſidem iter clauderetur, expectantes occaſionem Heraclio inſidiandi. Heraclius vero ſimulac ver illuxit, eſcis ad uſum exercitus largiter præparatis, per apertos campos Perſidem verſus iter faciebat. Sarablacas vero per anguſtias montium atque vallium acceleravit, & occurrit ei in Perſidem properanti. De his autem Heraclius ad ſuos, ne timerent, verba fecit, utpote difficillimis itineribus feſſos; hortaturque alacriter pergere contra Choſroen. Exercitus vero parere renuit, adverſantibus Lazis atque Abſagis ulterius progredi. Cujus rei gratia in diſcrimina inciderunt. Etenim dum moras nectunt, alius dux Perſarum, cui nomen Sarbaras, ſive (ut alii tradunt) Sarbazanes, omni fultus potentia mittitur a Choſroe adverſus Heraclium, quem inſequebatur Sarablacas, qui eum ad prælium provocare minime audebat, expectans Sarbaram jam adventantem.*

(a) *Miſcel.* 18. *an.* 14. *Heracl.* & *Cedr. eod. an.*

Annus tertius belli Perſici.

Hoſtium auctæ vires.

II. *Quod cum Romanus exercitus comperiſſet, intellexit quam proficuæ hoſtibus moræ illæ ceſſiſſent, contra ſui Imperatoris conſilium; ſicque timore perculſi, ſupplices ad pedes Heraclii accidentes, pœnitentes, inobedientiæ veniam, ne interirent, omnes pariter petierunt. Hos bono animo eſſe jubet Heraclius, & adverſus Sarablacam inire bellum curavit, antequam cum eo Sarbaras jungeretur, quem multis incurſionibus factis die noctuque perterruit, ſed & feſtinavit poſt progredi cum ſuis adverſus Choſroen, dimiſſis retro utriſque Perſarum ducibus. Inter hæc duo transfugæ ex Romano exercitu ad Perſas accedentes, nunciant timore perterritos Romanos captare fugam. Cum autem fama eſſet, alium inſuper ducem cum exercitu a Choſroe adverſus Heraclium decretum jam eſſe in procinctu, nomine Sain*: duo illi priores duces, ne quam ſe putabant præ manibus habere victoriam, expectantes, ipſum ejus participem facerent, partem illam gloriæ ſibi derogare putantes, feſtinarunt Heraclium obtinere; qui noctu recedens, ſequenti die in loco opportuno caſtrametatus eſt: eum vero cum fugientem Perſæ putarent, inordinate aggreſſi ſunt, qui magna ex parte ab Heraclianis Dei ope repulſi atque occiſi fuere una cum altero ipſorum duce Sarablaca enſe in dorſo transfixo, cum & captis impedimentis, inſperataque ſunt Romani potiti victoria.*

Veniam precantur milites.

* Sathin Perſæ plures cum duce ipſorum occiſi.

III. *Sed adventu Sain animos reſumpſere Perſæ, quique fuga diſperſi erant, ipſum adiere: ſicque iterum invaleſcentes illi, timorem haud modicum ingeſſere Romanis, quos inſequi pergunt per loca devia & difficilia in Hunnorum provinciam tendentes. Cum Lazi atque Abſagi, qui in Romano militabant exercitu, formidantes, reliquerunt exercitum, atque in patriam ſuam reverſi ſunt. Ex quo factum eſt, ut celeriori curſu & ardentioribus animis exercitus Perſarum Heraclium perſtringere conaretur.*

Reparant & augent vires Perſæ.

IV. *Tunc ad ſuos, quos videbat animo conſternatos, concionem Heraclius habuit, monens eos ne timerent, utpote qui Deum haberent ſecum, cujus ope facillime accidere poſſet, ut unus mille inſequeretur; hortaturque ut hilari animo, ſi opus ſit, mortem oppetant martyrum inſtar: quos & occiſos pro Chriſtianæ religionis gloria, & Imperii incolumitate, atque ſalute fratrum, fore tandem ut poſteri omnes magno ſint proſecuturi præconio. Quibus dictis, ſtruit acies hilari vultu, tamquam pu-*

Heraclius hortatur ſuos in diſcrimen adductos.

PAGIUS SÆC. VII

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6116.

☉ 16. B. ☽ 16. P. 27. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 623.

BONFACII V. PAPÆ 5.

HERACLII IMP. 14.

Anno Eræ Hiſpan. DCLXI. Anno Hegiræ II. inchoato die 5. Jul. fer. 3. A.C. 623.

I. IS annus hac formula notatus: *XIII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XII. Et a XXII. menſis Januarii ſcribitur annus XI. Heraclii Junioris Conſtantini*, ut ſequitur ex dictis: hic enim annus deeſt in Chronico Alexan.

*Poſtconſulatus.*

II. Ad num. I. & ſeqq. Eſt hic ſecundus annus belli Perſici, eoque geſta quæ anno ſuperiori retulimus. Quæ vero Baronius ex Anaſtaſio hoc anno habet, ad ſequentem revocanda. Theophanes enim anno Eræ Alexandrinæ DCXV. Kal. Septembris hujus Chriſti anni inchoato, eadem narrat quæ Baronius ex Anaſtaſio, ſcilicet *Choſroen* adverſus Heraclium tres Duces miſiſſe *Sarablancam*, ſeu Sarablagam, & *Sarbazanem* ſeu *Sarbarazam*, necnon & *Sainum* ſeu *Saem*, quos *Heraclius* tribus præliis ſuperavit, indeque hyemem in Albania traduxit, ut recte Baronius habet.

*Annus II. belli Perſici.*

Hoc



| CHRISTI 623. | BONIFACII PAP. V. 6. | HERACLII IMP. 14. |
|---|---|---|

*gnaturus cum Perſis, qui jam aderant & ipſi parati ad prælium. Ita diſpoſiti utrinque ſunt cunei, qui immobiles a mane uſque ad veſperam conſtitere, utriſque pugnam aggredi detrectantibus. Veſpere autem Romanus Imperator cum ſuis cœptum proſecutus eſt iter, inſequentibus eum Perſis; ſed cum illi hos ſtudent viæ compendio prævenire, ut intercluderent iter, incidunt in Paludes, & in magnum diſcrimen deveniunt: cujus rei gratia Heraclio ulterius progrediendi fuit aditus ſecurior patefactus in Armeniam uſque, inſequentibus a longe nihilominus Perſis Romanos auctis copiis ex regionibus illis ſibi ſubjectis. Qui putantes fugatos jam Romanos ac nonniſi in fuga ſalutem ſperare, factum eſt, ut ipſi nihil ſibi timentes, in ipſo itinere quo Romanos inſequebantur, ſatis redderentur incauti, minime cogitantes a Romanis celeri fuga abeuntibus poſſe damnum aliquod imminere.*

V. *Cum Heraclius ea bene uſus occaſione, intempeſtæ noctis & procelloſæ ſilentio, delectis equitibus qui in exercitu robuſtiores eſſent, duobus ex iiſdem confectis agminibus, ei qui primum ductabat agmen jubet irruere in Sarbaram, ipſe cum reliquis ſubſecutus. Hora itaque noctis nona progreſſi, nullo obice, omnes quos habuere obvios occiderunt; vixque ex eis reverſus eſt unus, qui quod agebatur Sarbaræ nunciavit. Quo audito, mox nudus ſurgens e lecto, nudus nudum pavidus conſcendens equum, fuga ſuæ ſaluti conſuluit, relictis omnibus principibus & ſatrapis inſuper & mulieribus cum omnibus impedimentis; qui cum ſupra domorum tecta effugium ſibi paraſſent, ſuppoſito igne omnes cremati ſunt, cæſi alii, alii vero capti, ut pene nullus evaſerit ex iis qui ſub Sarbara militarent. Inventa ſunt ſpolia ipſius ducis exercitus Sarbaræ & arma aurata illa quidem omnia, & zona lapidibus pretioſis intexta, ſimul & calcei iiſdem ornamentis æque decori. His omnibus potitus Heraclius, inſperatam victoriam conſecutus, eodem in loco tranquillo animo hiemavit.* Hæc ſunt quæ hoc anno per varios caſus geſta, tum Theophanes, tum reliqui Græcorum Annales fideliter produnt.

Ingenti Heraclius potitur victoria.



VI. Sic igitur divino conſilio ingens illa arbor (a) altis firma radicibus ad imperium Domini juſſa præcidi, ad eam ſecuri licet poſita, haud uno vel altero ictu ſterni potuit, ut in id non unius vel alterius anni operam inſumi ſatis fuerit, ſed oportuerit annis pluribus laborare: ita Deo, qui in ſacra imagine & in virtute Romanum exercitum præcedebat, cuncta diſponente, ne eſſent fidentes ſibi ipſis, neve dicerent (a): *Manus noſtra excelſa fecit hæc omnia.* Qui tunc victoriam e manibus præripiebat aliquando, cum in militari robore potius fiduciam collocaſſent; contra vero tunc Dei virtus enituit, cum res magis deploratæ videri poſſent: ut hoc anno accidit, cum derelicto Heraclio a ſocialibus copiis, ſatis bene ſibi videri poterat eſſe conſultum, ſi cum reliquis ſuis incolumis fines Romanos attingeret. Ita quidem cum in caſtris primum locum religio ſibi vendicat, accidere ſolet ut ipſe Deus milites ducat.

(a) *Dan.* 4.

Fortiſſimum regnum Perſicum haud potuit facile ſuperari.

(a) *Deut.* 32.

VII. Dum autem apud Lazos eſſet Heraclius Imperator, magnam amicitiæ conjunctionem iniiſſe cum Cyro Lazorum Epiſcopo, teſtatur Sergius Conſtantinopolitanus Epiſcopus in epiſtola (b) ad Honorium Romanum Pontificem. Fuiſſe illum tunc quidem Catholicum, & poſtea tranſlatum ab eo in Eccleſiam Alexandrinam, quæ ſuo loco dicentur, oſtendent.

(b) *Sex. Synod. Act.* 12.

B b Se-

PAGIUS III. Hoc anno, ut teſtatur Florilegus, *Sexredus* & *Sivvardus*, qui mortuo *Seberto* patri Orientalium Saxonum Regi ſucceſſerant, & ad cultum idolorum reverſi erant, cum *Kinigilſo* Occidentalium Saxonum Rege pugnantes occiduntur, & impietatis in Deum pœnas luunt, ut habet etiam Malmeſburienſis lib. de Reg. cap. 6. Succeſſit in Regnum Orientale *Sigebertus*, cognomento *Parvus*, Siwardi filius, inquit Malmeſburienſis. Quare *Sigebertus* Seberti filius ante fratres mortuus creditur. Nam *Sigeberto* Parvo ſucceſſit alter *Sigebertus*, *Seberto*, e fratre Sigebaldo nepos, qui Chriſtianam fidem in Orientale Regnum reduxit, ut infra videbitur. *Sigebertus Parvus* frater fuit *S. Sebbi*, de quo ſuo loco agetur.

*Orientalium Saxonum Reges occiſi.*

I. *Quartus annus belli Perſici.*

SEquens annus Domini vigeſimusquartus poſt ſexcenteſimum, duodecima Indictione, æque laborioſus fuit Romanis bello Perſico occupatis, quo divina protectio adfuiſſe cognita eſt Imperatori: ut merito illud Davidicum Heraclio ipſi fuerit occinendum (*a*): *Obumbraſti ſuper caput meum in die belli*: cum videlicet caſus tulit, ut cum giganteæ ſtaturæ homine iniret ſingulare certamen, dum in prima acie certare fuerit compulſus. Hæc autem & alia anni hujus quomodo ſe habuerint, ex ſæpe citatis Annalibus accipe (*b*):

(*a*) *Pſal.* 139.
(*b*) *Theop. an. 15. Heracl. & Cedr. Compend. Annal. eod. anno.*

II. *Anno decimoquinto Imperii, cum exercitu, itinere quod per Taurum montem in Syriam ducit, ſuperato, ſeptimo die poſt exhauſtum magnum laborem, ad Tigrin fluvium pervenit. Inde per Martinopolim & Amidam itinere facto, exercitum & captivos quiete refecit. Indeque litteras de rebus ſuis Byzantiam miſit, quæ magnum in urbe gaudium excitaverunt. Sarbaras porro adverſus eum tendebat. Ideo Heraclius, miſſo militum agmine, clauſtra quibus ad cum iter erat, ſervare jubet, & ipſe per exitus profectus qui verſus Orientem ſunt, ſe adverſus barbaros fert. Tum Nymphio amne trajecto, ad Euphratem pervenit. Erat is ponte ex funibus & lana contexto inſtratus, quem Sarbaras ſolutum in alteram partem tranſtulit. Cæterum Heraclius vadum fluminis reperit, dum ad ripam ejus decurrit: itaque præter omnium opinionem Euphratem tranſiit menſe Martii.*

III. *Inde occupatis Samoſatis rurſum Taurum tranſiit, & Germaniciam pervenit, Adanaque peragrata, ad Sarum amnem accedit. Interim Sarbaras, rurſum ſponte extento, Euphratem tranſiit, Romanoſque inſequitur. Imperator, Saro tranſmiſſo, exercitum quiete relaxat. Venit & barbarus ad alteram fluminis partem; cumque cerneret amnem, pontem, & propugnacula in eo a Romanis occupata, caſtra poſuit. Romani porro incompoſito agmine per pontem excurrentes, multos Perſas interfecerunt, nequicquam Imperatori momenti obtemperantes, ne ita nullo ordine evagarentur, atque inſidiis hoſtium ſe exponerent. Itaque non multo poſt a Perſis per inſidias circumventi, pœnas ſuæ contumaciæ & temeritatis dederunt. Ipſe tunc Imperator ſuis in periculo conſtitutis opem tulit, ac quemdam giganti ſimilem in medio pontis ſecum congreſſum feriit, inque profluentem deturbavit. Cujus caſu reliqui etiam barbari territi, cum fugam facerent, obſiſtente pontis anguſtia, alii in amnem dejecti, alii gladiis interfecti ſunt. Imperator eo tempore paucis quibuſdam ſtipatus, pugnam obiit fortitudine quam pro hominis natura majore; adeo quidem, ut Sarbaras admiratione perculſus, cuidam Coſmæ cognomento Margaritæ dixerit: Vides ne, o Coſma, Cæſarem (agnoſcebatur enim inſignibus Imperatoriis) quanta is audacia prælium ſubit, ſoluſque contra tantam multitudinem certat? Nox ſuperveniens prælium diremit. Barbarus autem ſibi metuens, retro abiit. Imperator porro ſuos ad Sebaſteam adducit, ac trajecto Halis flumine, ibi hiemat. At Coſrobes inſania percitus, donaria omnium Eccleſiarum, quæ ſub Perſis erant, abſtulit; utque Heraclio moleſtam rem faceret, Chriſtianos omnes ad ſocietatem Neſtorianæ hæreſis adegit.* Hæc tunc impius; ſed adeo immanis ſacrilegii cum impietate conjuncti meritas poſtea pœnas dedit, ut quæ dicturi ſumus palam oſtendent. Hic finis rerum geſtarum anni hujus, ejuſdemque quarti belli Perſici.

*Imperator cum Gigante congreditur & ſuperat.*

Sed jam Occidentalem Eccleſiam inviſamus, quæ hoc anno aucta novo ſancto IV.

co-

PAGIUS SÆC. VII

An. Æræ Hiſpan. CDLXII.

Ann Hegiræ III. inchoato die 24. Jun. fer. 1.

A. C. 624.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6117.

☉ 17. AG. ☽ 17. P. 15. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 624.

BONIFACII V. PAPÆ 6.

HERACLII IMP. 15.

I. *Poſtconſulatus.*

IS annus hac formula notatus: *XIV. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XIII.* ut habet Auctor Chronici Alex. qui ſubdit: *Et a XXII. ejuſdem Indict. menſis Januarii ſcribitur annus XII. Heraclii Junioris Conſtantini.*

II. A num. I. ad IV. Eſt hic tertius belli Perſici annus, quo geſta ea, quæ ſuperiori Baronius refert. Theophanes enim anno Eræ Alexandrinæ DCXVI. Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni incœpto, refert, *menſis Martii die primo*, (ideoque anno Chriſti DCXXV.) *Heraclium* collecto exercitu univerſo *Syriam* dierum ſeptem ſpatio emenſum, ad *Euphraten* tandem perveniſſe, *menſeque Martio* flumen trajeciſſe, ac poſtea *Sari* fluminis pontem tranſgreſſum fixis caſtris quieviſſe, & oppoſitam fluminis partem *Sarbarum* Choſrois Ducem occupaſſe. Multa eo anno prœlia ſupra humanas vires ſtrenue ac fortiter ab *Heraclio* edita, qui, ut ait Theophanes, *in Urbem Sebaſteam ſe recepit, trajectoque Aly fluvio in ea Regione per totam hyemem ſubſtitit.*

*III. annus belli Perſici.*

III. Ad num IV. & ſeq. Geſta hoc anno in Anglia, anno DCXVIII. Baronii ordinem ſequentes, narravimus, diximuſque cum Beda, Sanctum *Mellitum* primum Epiſcopum Londonenſem



coruſcat. Siquidem conſtat, auctore Beda (*a*), hoc ipſo anno Mellitum Dorovernienſem Epiſcopum in Anglia virum Apoſtolicum miraculis clarum ex hac vita migraſſe, de quo hæc ipſe in fine: *Erat autem Mellitus quidam corporis infirmitate, id eſt, podagra gravatus, ſed mentis greſſibus ſanus, alacriter terrena quæque tranſiliens, atque ad cœleſtia regna ſemper amanda, petenda & quærenda pervolans. Erat carnis origine nobilis, ſed culmine mentis nobilior. Denique ut unum virtutis ejus (unde cætera intelligi poſſint) teſtimonium referam tempore quodam civitas Dorovernienſis per culpam incuriæ igne correpta, crebreſcentibus cœpit flammis conſumi: quibus cum nullo aquarum injectu poſſet aliquis obſiſtere, jamque civitatis eſſet pars vaſtata non minima, atque ad Epiſcopum furens ſe flamma dilataret, confidens Epiſcopus in divinum, ubi humanum deerat auxilium, juſſit ſe obvians ſævientibus & huc illucque volantibus ignium globis efferri.*

(*a*) *Bed. l. 2. c. 7.*

*Melliti Epiſcopi laudes.*

V. *Erat autem eo loci, ubi flammarum impetus maxime incumbebat, Martyrium beatorum quatuor Coronatorum. Ibi ergo perlatus obſequentum manibus Epiſcopus, cœpit orando periculum infirmus abigere, quod firma fortium manus multum laborando nequiverat. Nec mora, ventus qui a Meridie flat, ubi incendia ſparſerat, contra Meridiem reflexus, primo vim furoris ſui a læſione locorum quæ contra erant, abſtraxit, ac mox funditus quieſcendo flammis pariter ſopitis atque extinctis compeſcuit. Et quia vir Dei igne divinæ charitatis fortiter ardebat, qui tempeſtates poteſtatum aeriarum a ſua ſuorumque læſione crebris orationibus vel exhortationibus repellere conſueverat: merito ventis flammiſque mundialibus prævalere, & ne ſibi ſuiſque nocerent, obtinere poterat. Et hic ergo poſtquam annis quinque rexit Eccleſiam, Eadbaldo regnante, migravit ad cælos, ſepultuſque eſt cum patribus ſuis in ſæpe dicto monaſterio & eccleſia beatiſſimi Principis Apoſtolorum, anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo viceſimoquarto, die octavo Kalendarum Majarum.* Hactenus de feliciſſimo ſancti Melliti ad cælum tranſitu Beda. Vides ergo in omnibus mirabilem Deum in ſanctis ſuis, eaſdem diverſis in locis operari virtutes, de quibus Apoſtolus ad Hebræos (*b*) ſcribit, nempe quod ſancti per fidem, præter alia magna, extinxerunt impetum ignis in Britannia, & effugaverunt aciem gladii eodem pariter anno in Oriente.

*Melliti obitus.*

(*b*) *Hebr. 11.*

 Qui

PAGIUS *Obitus Melliti Archiepiſcopi Cantuarienſis.*

ſem, & tertium Archiepiſcopum Cantuarienſem, hoc anno, die XXIV. menſis Aprilis, ad Deum migraſſe. Ejus nomen genuino Martyrologio Bedæ, Rabani, Uſuardi, & aliorum ad eum diem inſcriptum eſt, ſicuti & hodierno Martyrologio Romano.

IV. *Synodus Remenſis.*

Celebrata hoc anno, ſub *Sonnatio* Præſule, Synodus Rhemenſis *cum aliis XL. vel eo amplius Galliarum Epiſcopis, ubi etiam Sanctus Arnulphus Metenſium Præſul invenitur interfuiſſe*, inquit Flodoardus lib 2. cap. 5. qui poſtea Epiſcoporum, qui interfuere nomina profert, interque alios *Sulpitii* Bituricenſis Epiſcopi, (qui Sancto *Auſtregiſilo* die XX. menſis Maii currentis anni demortuo ſucceſſit, ut ſuo loco diximus), & *Senocii* Epiſcopi Eloſanenſis, ſeu Eloſani, qui teſte Fredegario cap. 54. anno Clotarii Regis XLIII. anno ſcilicet DCXXVI. in exilium pulſus eſt. Ideoque Synodus iſta hoc anno vel tardius ſequenti congregata; cum Sanctus *Arnulphus* anno ſequenti abdicato Epiſcopatu in Voſagum ſeceſſerit, ut ſuo loco oſtendam. Inter alios Sanctos Tabulis Eccleſiaſticis inſcriptos, ei ſubſcripſit *Donatus* Epiſcopus Veſontionenſis, qui Monaſterium Virorum in ea Urbe conſtruxit, aliudque Puellarum mater ejus *Flavia*, & alterum Virorum in ſaltu Jurenſi frater ejus *Ramelenus*, ut legitur in Vita Sancti Columbani a Jona ſcripta. Sanctus *Donatus* poſt aliquot annos a præfati Monaſterii Monialibus rogatus, *Regulam*, quam illæ cuſtodirent, ex Regulis Sanctorum Cæſarii, Benedicti, & Columbani collegit, ut in Præfatione ejus ipſemet profitetur. Extat ea in tertia parte Regularum ab Holſtenio poſt Baronii mortem publicatarum, & explicatur a Cointio anno DCXXVI. num. LXVI. & ſeqq. quo anno Concilium Rhemenſe habitum putat, exiſtimatque *Donatum* vixiſſe uſque ad annum DCLII. mortuum *ſeptimo Idus Auguſti*, quæ dies illi Feſta in Diœceſi Biſuntina, inquit Chiffletius in Hiſtoria Epiſcoporum Veſontionenſium. Verum perperam uterque eo die mortuum colligit ex eo quod eo die colatur, quod ſæpius monuimus, ut error ille vulgaris tandem eliminetur. Hujus Concilii Rhemenſis nulla in Annalibus mentio.

I. Quintus Annus belli Perſici Romanis felix.

QUI ſequitur belli Perſici annus quintus, idemque Domini ſexcenteſimus vigeſimusquintus, Indictione decimatertia, Romanis felix illuxit: eluxitque eo magis divina potentia, quo adverſariorum conatus fortiores atque multipliciores apparuere: ut niſi divinum auxilium Romano Imperio multipliciter affuiſſet, illud a barbaris penitus diſſipatum eſſet. Qui enim tam ſæpe, tamque ignominioſe fugatum ſe ac ſuperatum Coſrhoes a Romanis vidit, omnes quas tum valuit vires collegit, omnemque excogitavit artem, machinatuſque eſt conſilium, quo Imperatorem una cum ſubjecto ipſi populo perderet. Quidnam agit? Conatur omnibus viribus convertere bellum e Perſide in Romanum ſolum, ut æque cogeret Imperatorem in patriam reverti, atque ſui tutari ſedem Imperii. Quod ut præſtaret, iniit fædus cum barbaris omnibus quibus potuit ad invadendam Conſtantinopolitanam urbem; paciſciturque in primis cum Avarum duce Romanis formidando Gajano, homine perfido atque fidifrago, cujus fidei, recedens ab Urbe, res Romanas, prolemque ſuam Heraclius commendarat. Solicitat inſuper Bulgaros atque Sclavos ſive Sclavinos, omneſque ſimul barbaros permovet ad invadendam capiendamque ipſam urbem regiam Conſtantinopolim: aliaque inſuper in Imperatorem comparat damna atque diſcrimina, & multiplices parat interitus. Sed quomodo ab iis omnibus eum Deus eripuit, videamus, relegentes ipſos Græcorum Annales a Theophane primum editos & ab Anaſtaſio Latinis datos, a Cedreno vero Græcis in compendium redactos: ex quibus omnibus ſimul omni fide conſcriptis nos iſta reddimus æque fideliter hiſce verbis (a):

(a) *Theop. an. 16. Heraclii Imp. & eod. an. Cedr.*

II. Barbari coeunt adverſus Ro. Imperium.

*Anno decimoſexto Imperii Heraclii Coſrhoes Perſarum Rex novam fecit militiam prœlium initurus, peregrinos & cives & ſervos, ex omni natione facta electione, coacervans. Qua delectione Sain tradita Prætori, alia quinquaginta millia ex phalange Sarbaræ electa tollens, huic ſociavit, nominavitque illos Chryſolocas, quaſi aureum cuneum, & hos adverſus Imperatorem direxit. Porro Sarbaram cum reliquo exercitu ſuo Conſtantinopolim miſit, quatenus Hunnos qui eſſent in Occidente, quos Avares vocant, cum Bulgaribus & Sclavinis atque Gipedibus concordia ſociarent, ſicque adverſus urbem Conſtantinopolitanam properarent, & hanc unanimiter obſiderent. Cum autem hoc didiciſſet Imperator, exercitum ſuum triplici parte dividens, unam ex illis præmittit ad cuſtodiam urbis: alia tradita Theodoro fratri, contra Sain bellare præcepit: humiliore ſibi parte retenta, in Lazicam properat regionem, & in ipſa degens, Turcos ab Oriente, quos Gazaros vocant, in auxilium advocat.* Sed audi mira quæ iſta ab Imperatore ita bene diſpoſita ſecuta ſunt:

PAGIUS SÆC. VII An. Æræ Hiſpan. DCLXIII Anno Hegiræ IV. inchoato die 13. Jun. Fer. 5. A. C. 625.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6118.

☉ 18. F. ☽ 18. P. 31. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 625.

HONORII PAPÆ 1.

HERACLII IMP. 16.

I. *Poſtconſulatus.*

IS annus hac formula notatus: *XV. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XIV.* ut habet Auctor Chronici Alexandrini, qui ſubdit: *Et a XXII. ejuſdem Indict. menſis Januarii ſcribitur annus XIII. Heraclii Junioris Conſtantini.*

II. *Chalcedo a Perſis obſidetur.*

A num. I. ad IV. Eſt hic annus quartus belli Perſici, non vero quintus, ut ſcribit Baronius, qui ideo anno ſequenti geſta, hoc anno recitat, quæ hic tam ex Theophane, quam ex Nicephoro Patriarcha, & Auctore Chronici Alexandrini, qui Baronii tempore lucem non viderant, magis explicabimus. Theophanes anno Æræ Alexandrinæ DCXVII. Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoato, narrat *Choſroen Sain* Ducem cum potenti exercitu adverſus Imperatorem miſiſſe: *Sarbarum* vero Conſtantinopolim verſus cum reliquis copiis deſtinaſſe; ut initis pactis cum *Unnis* ſeu Abaribus, *Bulgaris*, *Sclavis* & *Gepidibus* eam Urbem obſideret: Imperatorem vero in tres acies exercitum ſuum diſtribuiſſe: & primam quidem ad Urbis defenſionem: aliam *Theodoro* fratri traditam *Saen* aggredi juſſit: cum tertia ipſe in Lazicam Regionem ſeceſſit. *Saes* a Theodoro victus præ mœrore & deſperatione miſere interiit. Interim dum Conſtantinopolis obſidetur, *Sarbarus Chalcedonem* adoritur, & terras trans fretum poſitas devaſtat, ac hibernam iiſdem in locis agit tempeſtatem. Cauſam tam pertinacis moræ unus Nicephorus nos docet, qui pag. 12. ait: *Poſtquam Choſroes cum alia omnia comperit, tum Turcos ab Heraclio in ſocietatem receptos, de his certiorem per literas Sarbarum reddit, ac quam celerrime ex Romanorum finibus ad ſe reverti jubet, & Heraclio copias ſuas opponeret; neque enim ſe illius exercitum ſuſtinere poſſe. Hæ porro litteræ in itinere interceptæ ad Heraclium delatæ ſunt: quibus ille perlectis & ſuppreſſis alias tanquam a Choſroe miſſas ſuppoſuit, & illius ſigillo obſignatas ad Sarbarum miſit, quibus ea continebantur: Romanorum Imperatorem cum Turcis amicitiam iniiſſe & Adoryadiganum uſque perveniſſe, quem miſſo a ſe exercitu cum Turcis eſſe profligatum, reliquos fuga ſibi conſuluiſſe. Quamobrem hortari ne ex Romanorum agro exercitum tranſportet, ſed Chalcedonem obſidere, ac Romanos capere prædarique pergat. Quibus acceptis literis Sarbarus eodem in loco ſubſiſtit.*





III. Grando conterit hoſtes.

*Sain Coſrhois primarius dux pollens ſelectiſſimis copiis, iiſdemque (ut dictum eſt) præ excellentia aureis nominibus nominatis, perveniens ad fratrem Imperatoris Theodorum, bellavit contra eum. Deo autem per interceſſionem ſemper laudabilis Dei genitricis opitulante, bello commiſſo, grando miræ magnitudinis contra barbaros cecidit, eorumque plurimos perculit: at vero Romana acies tranquillitate aeris potita eſt. Vertunt autem Romani Perſas, & interficiunt multitudinem copioſam. Hoc comperto, Coſrhoes iraſcitur contra Sain: qui ex multo animi mœrore ægrotans, mortuus eſt. Cujus corpus ſale conditum Coſrhoes, ad ſe juſſit afferri, quod pluribus reddit confoſſum vulneribus.* Hic finis potentiſſimi ducis, per quem Coſrhoes, ſicut prius, ſe conſecuturum perfectam victoriam exiſtimabat. Accedunt his alia feliciſſima, dum moti per Imperatorem Orientatales Turci, qui Gazari dicebantur, a tergo Perſarum regnum invadunt: quod in Annalibus ita deſcribitur.

IV. *Porro Gazari, diſruptis Caſpiis portis, Perſidem adeunt in regionem Adrabigæ una cum ipſorum duce Ziebil, qui dignitate ſecundus a Gajano Principe erat: & quæcumque loca peragrabant, tum Perſas deprædabantur, tum civitates & villas igni tradebant. Profectus vero obviam Heraclius Imperator, iiſdem occurrit a Lazica. Ziebil autem ipſo viſo accellerans, complectitur eum collo, & adorat eum, Perſis ejus civitatis inſpicientibus. Univerſus autem populus Turcorum in terram cadentes, omnes proni ſuper faciem extenſi, Imperatorem eo honore venerabantur, qui excederet morem conſuetum: ſimiliter & principes eorum ſuper ſaxa concidentes, eodem ſchemate procidunt. Obtulit autem & Ziebil filium ſuum primogenitum Imperatori; ejuſque ſermonibus delectatus tam vultum quam prudentiam ejus admiratur. Electiſque Ziebil quadraginta millibus virorum fortium, dedit Imperatori in auxilium: porro ipſe reverſus eſt in regionem ſuam. His Imperator acceptis, ſtatim contra Coſrhoen procedit.* Magna quidem Dei benignitate actum eſt, ut cum omnes qui in Occidente eſſent barbari rebellarent adverſus Imperatorem, ut civitatem regiam obſiderent, qui erant in Oriente fortiſſimi populi ſponte cum validis copiis præſto eſſent ipſi Imperatori, & in Coſrhoen moleſtiſſimi. Sed quid actum a barbaris Conſtantinopolim invadentibus audiamus. Sic enim pergit auctor:

V. Conſtantinop. divinitus obſidione liberata.

*At vero Sarbaras Coſrhois dux Chalcedonem properans, Avareſque Thraces urbi appropinquantes, hanc depopulari parant, multis machinis adverſus eam commotis: iidemque & navium ſculptarum ex Iſtro flumine multitudine infinita delata, ſinum repleverunt maris. Decem ſane dies urbem obſidentes, bellum terra marique gerentes, Domini virtute pariter & cooperatione, necnon & intemeratæ Dei genitricis & virginis Mariæ interceſſionibus ſuperati ſunt: amiſſis vero terra marique ingenti numero ſuis magno cum dedecore diſceſſerunt.* Vigebat tunc quidem Conſtantinopoli, poſt omnipotentis Dei primarium honorem, cultus Deiparæ Virginis, cui ab ipſis Conſtantini temporibus eadem urbs dedicata, ejuſque nomine appellata eſt civitas Virginis. Quamobrem & Conſtantinopolitani cives omnes ipſam Dei genitricem enixius invocare ſoliti erant, ſicut & Heraclium feciſſe ap-

PAGIUS

III. *Turci an. DCXXVII. cum Heraclio militarunt.*

Ad num. IV. Theophanes ad annum XVI. Heraclii, Eræque Alexandrinæ DCXVII. Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoatum, narrat adventum *Turcorum*, ut Heraclio cum quo ſocietatem inierant auxilium ferrent: quod & ex Anaſtaſio Baronius recitat. Sed cum Baronius bellum Perſicum anno uno anticiparit, & expeditiones militares non ab autumno, ſed a verno tempore inchoentur, *Turci* juxta Theophanem anno ſequenti auxilio Imperatori fuere. Verum enim vero Theophanes illorum adventum anno uno citius narrat; quod ex ipſomet demonſtrari poteſt. Initio enim anni Heraclii XVII. Eræque Alexandrinæ DCXVIII. de diſceſſu *Turcorum* verba facit, ac de iis, quæ a menſe Septembri anni Chriſti ſexcenteſimi viceſimi ſeptimi in Perſide peracta ſunt, prætermiſſis omnibus, quæ a Septembri anni Chriſti DCXXVI. ad Septembrem anni DCXXVII. acciderunt, contentus retuliſſe ſub finem anni Heraclii XVI. quæ contigere anno ejuſdem Imperatoris XVII. idque verno tempore anni Chriſti DCXXVII. Quod evidenter eo Chriſti anno demonſtrabo, & explicabo geſta a *Turcis* contra Perſas, tam ex Nicephoro, quam ex Elmacino, eodemque Theophane, qui omnes in eundem prochroniſmum lapſi ſunt, licet evidenter indicent, ſe loqui de rebus anno DCXXVII. in Perſide peractis. Quamobrem, ut res obſcuriſſima clarior reddatur, hic Baronii ordinem non ſequar. Porro ex dictis manifeſtum fit, Turcos ab Unnis diverſos non fuiſſe.

IV. *Conſtantinopolis a Chagano Avarum Rege obſeſſa.*

Ad num. V. & VI. Obſidionem Conſtantinopolitanam, quam breviter Baronius ex Anaſtaſio narrat, accurrate deſcribunt Nicephorus pag. 12. & Auctor Chronici Alexandrini, Indictione XIV. anno ſcilicet ſequenti, quo contigit. Hanc ex Auctore Chronici Alexandrini ad ſupplendos Annales Eccleſiaſticos, hic referemus: *Eſt operæ pretium exponere, quemadmodum & nunc ſolus Deus plenus & miſericordiæ & commiſerationis, per gratiſſimas acceptiſſimaſque intemeratæ Matris ipſius, & vere Dominæ noſtræ Dei Genitricis & ſemper Virginis Mariæ preces humilem ſeu ſupplicem hanc illius Urbem ex impiorum immanitate hoſtium, qui conjurati illam cin-*

apparet, ejuſque ope tam grandia confeciſſe quæ diximus, atque hoc eodem anno a Theodoro ſuperatum robuſtiſſimum Perſarum exercitum, pariterque a tot leonibus faucibus inhiantibus urbem ereptam. Ex quibus ſingulis diſcant duces exercitus, quibus debeant niti e ſuperis petitis auxiliis, & pollere viribus, nimirum conciliare ſibi obtinentem cuncta ſemper a Deo precibus ſui Dei genitricem Mariam.

VI. Viſa hoſtibus Dei Genitrix urbis liberatrix.

Ne autem inanis hæc fiducia videretur de ope Mariæ Virginis; divinitus factum eſt, ut non ſolum obſeſſi id perſpicuo intelligerent, ſed etiam hoſtes ipſi ſuo experirentur damno: nam audi quæ a Cedreno narrantur: *Tale enim*, inquit, *quippiam hoſtibus accidit. Viderunt barbari prima luce, cum Sol oriretur, mulierem quamdam illuſtrem eunuchis comitatam, porta Blachernarum exeuntem* (erat

PAGIUS

*cinxerant, & potenti ſua manu una cum populo in illa reperto liberarit, & ab expectato gladio, vinculis, & acerbiſſima ſervitute (expediverit) quod nemo ex omnibus facile poterit exponere: etenim execratiſſimus ille Salbaras Perſici Exarchus Profectuſque exercitus deprehenſus eſt, uti apparuit ex factis ipſis expectare inviſiſſimi Deo Chagani Regis Abarum adventum, quando complures ante dies Chalcedonem acceſſit, omniaque illius Suburbia, Palatia, Ædeſque Sacras incendio ſacrilege abſumpſit; ibique deinceps illius adventum expectavit. Itaque XXIX. Junii Indict. XIV. hoc eſt die feſto SS. & glorioſorum Apoſtolorum Petri & Pauli accepit nuncium ab hoſte Dei Chagano, qui cum triginta millibus Longum tunc Murum ferebatur occupaſſe, quaque intra id ſpatium murorum eſſent, ita ut quicumque extra Urbem ex generoſis equitibus militibuſque eadem Die Dominica ſe ſe intra mœnia Theodoſiana nova hujus Regiæ Urbis receperint. Et manſit exercitus circa Melantiadem paucis ex illis excurrentibus uſque ad mœnia ex intervallis, & non permittentibus quemquam prodire ad quemcumque jumentorum paſtum colligendum. Decem interim dies fluxere, cumque nullus hoſtium ad mœnia appareret, milites cum pallicariis, & civibus egreſſi ad decimum ab Urbe lapidem, uti meterent perexiguam ſegetem, obviam caſu habuere hoſtes, caſique ſunt ex utraque parte, & capti nonnulli ex militibus pallicariis, & civibus qui cum illis exierant, quod niſi milites noſtri occupati fuiſſent in defendendis ſarcinis ſuis & civibus, ſatis magnum numerum hoſtium eo die interfeciſſent. Nec diu fuit cum ex hoſtibus mille ad Sacram Divorum Macchabæorum ædem trans Urbem apud Sycas viſendum proxime acceſſere, ſeſeque Perſis prodiderunt; quibus ad vicina Chryſopoleos coactis, ſuam inter ſe præſentiam per ignes ſignificavere.*

V. *Chaganus de pace fruſtra agit.*

*Interim deteſtabilis Chaganus Athanaſium clariſſimum Patricium Adrianopoli cum his dictis ad Conſtantinopolitanos amandavit; Abi, & vide quomodo me velint tui Cives placare, & quibus donis afficere, ut in domum revertar. Clariſſimo ergo Athanaſio Conſtantinopolim veniente, & hæc Bono clariſſimo Patricio & Magiſtro, cæteriſque Præfectis exponente, illi Athanaſium reprehenſum iverunt quod execrabili Chagano ita ſe ſubiecerit ac promiſerit Conſtantinopolitanos, quæ illi placitura eſſent, facturos. Tunc Athanaſius clariſſimus dixit hæc a ſe dicta eſſe, quæ a Magiſtratu (accepiſſet) quo tempore Legationem apud eum obiiſſet. Cæterum ſcire ſe ita Murum munitum eſſe, exercitumque præſentem adeſſe: nihilominus paratum ſe datum Chagano reſponſum iiſdem verbis referre. Deinde videndi in Urbe exercitum & arma petivit Athanaſius. Luſtratione ergo facta, reperta in Urbe degentium equitum millia duodecim. Tunc Præfecti juſſerunt reſponderi ea, quæ omnino Chaganum permoverent ad exercitum mœnibus ſive Urbi admovendum. Cum ergo Athanaſius illuſtriſſimus ad Chaganum cum reſponſis properaret, ab eo receptus non eſt, ſed minatus eſt execrandis, quod niſi ſibi omnia traderentur, & Cives & Urbem funditus everſurum.*

VI. *Conſtantinopolitani Urbem ſtrenue tuentur.*

*XXIX. Julii ipſe Deo inviſus Chaganus occupavit Murum cum univerſo exercitu, & ſe ipſum Civitati oſtendit, proximo die, qui fuit XXXI. ejuſdem menſis Julii venit & inſtruxit aciem, manſitque a prima luce uſque ad XI. bellum, ciens ad portam Coliandrii uſque ad portas Quinti, & inde ulterius. Ibi enim frequentiſſimum militem ſtatuit in Conſpectu Civitatis. In reliqua parte muri Sclavos primam quidem aciem Sclavorum pedeſtrem nudam, alteram pedeſtrem loricatam. Ad veſperam machinas aliquot ſeu tormenta bellica, & chelonas, a Brachialio uſque ad Brachialium. Poſtera vero luce plura tormenta in illam partem, qua oppugnabatur ab ipſo, conſtituit, ita inter ſe vicina, uti neceſſe fuerit, ab obſeſſis quam plurimas machinas opponere intra murum, pugnæ quotidie ex pedeſtribus concurrenti noſtris, Deo gubernante, e ſuperiore loco hoſtes longe propulſantibus. Texit autem machinas multa arundine, & extrorſum corio munivit. Ædificavit porro Chaganus a Porta Coliandrii uſque ad Portam S. Romani duodecim rotunda caſtella ſeu turres præaltas, quæ prope ad defenſores uſque pertinebant, texitque eas corio. Nautæ vero qui in Urbe erant egreſſi in Civium ſubſidium, excogitarunt machinamentum e malis nauticis, & ſuſpendit inde carabum (*genus navigii eſt*), quo incenderet caſtella hoſtium, qui non mediocriter hoſtes perterruit, Bono præſertim clariſſimo Magiſtro plurimum cum incitante.*

VII. *Chaganus petit ut ſibi Conſtantinopolis tradatur.*

*Illuſtriſſimus vero Magiſter Bonus, poſtea quam hoſtis ſub mœnia ſucceſſit, non deſtitit illum hortari, non ſolum ad pacta & conditiones accipiendas, ſed etiam aliam partem cujus cauſa ad murum acceſſerat. Atqui Chaganus non admiſit (ullam conditionem) ſed interminatus dixit: Urbem veſtram mihi cedite, & fortunas omnes mihi relinquite, ſervate vos ipſos & familias veſtras. Demiſit autem cymbas in mare quas ſecum advexerat, ſed impeditus eſt ſcaphocarabis. Et hinc cymbas curavit deduci ad pontem S. Callinici tertio poſt die quam cœperat Urbem oppugnare: monoxyla vero ſeu ſcaphas ex una trabe confectas eo deſtinavit, quod magnæ illinc eſſent locorum anguſtiæ, & ſcaphocarabi non poſſent tranſire. Relicti porro ſunt ſcaphocarabi in conſpectu cymbarum a S. Conone uſque ad fontes quæ prohibebant monoxyla ſeu ſcaphas penetrare.*

VIII. *Sed poſtulatis excluditur.*

*Sabbato poſtea circa veſperam, hoc eſt alteræ die Auguſti menſis, evocavit Chaganus Præfectus Urbis ad colloquium. Et prodierunt ad ipſum Georgius illuſtriſſimus Patricius & Theodorus clariſſimus Commerciarius, Theodoſius illuſtriſſimus Patricius & Logotheta, Theodorus religioſiſſimus Syncellus, & Anaſtaſius illuſtriſſimus Patricius. Hi cum abiiſſent, duxit Chaganus in conſpectum illorum tres Per-*



erat namque a Blachernis Deiparæ templum a Conſtantinopolitanis frequentari ſolitum) *quam cum Heraclii opinarentur uxorem eſſe, & ad ſuum Principem ob mariti abſentiam ire pacis petendæ cauſa, tranſitum ei conceſſerunt, ſubſequentem ex urbe hominum turbam ipſi adorturi. Ut vero foſſæ ambitum egreſſam, non ire ad Regem viderunt, inſecuti ſunt eam uſque ad locum, cui Veteris ſaxi nomen eſt; ubi cum fere jam eſſent aſſecuti, illa cum ſuis ex odulis & conſpectu eorum evanuit. Ipſi autem tumultu concitato, inter ſe congreſſi ad veſperam uſque mutuo ſtrages ediderunt. Mane inſequentis diei dux cauſam inquirens quod majorem ſuorum partem inteſtino conflictu periiſſe videret, turpiter domum rediit: ſtatimque claſſis ab obſidione receſſit; quam domum revertentem in Euxino mari oborta tempeſtas ita afflixit, ut perpauci ad ſuos redierint. Sarbaras, tametſi hæc ei moleſta acciderant, tamen obſidionem Chalcedonis non ſolvit: ſed hiemavit ibi, populans tranſmarina, & urbes evertens.* Hæc ibi. Quæ autem geſta ſint per Heraclium Imperatorem una cum Turcis adverſus Coſrhoen progredientem, in ſequentem annum Annales reiiciunt, noſque ſuo loco de his agemus. Sic igitur hiſce adeo præclaris de hoſtibus divino præſidio acceptis victoriis, clauſus eſt

PAGIUS

*Perſas holoſerico ſpectabiles, miſſos ad Chaganum a Salbara, quos Chaganus juſſit aſſidere ſibi, noſtrates autem Legatos adſtare, atque ita verba fecit: Ecce vobis, Perſæ Legationem ad me miſerunt, parati mihi tria millia ſuppetiarum mittere. Ergo ſi placet, ſinguli Cives veſtri accepto ſago & induſio ineamus ſocietatem cum Salbara, eſt enim amicus meus, & tranſite ad illum & nulla vos injuria afficiet: mihi vero Urbem cum bonis relinquite, alia via expediendæ ſalutis nulla eſt: An poteſtis in piſces verti & per mare evadere? An in aves migrare & in cælum evolare? En uti narrant ipſi Perſæ neque Imperator veſter Perſidem eſt ingreſſus, neque exercitus veſter hic ullus eſt. Cui Georgius illuſtriſſimus: Iſti, inquit, ſycophantæ ſunt, & impoſtores, impudentiſſimeque mentiuntur. Nam exercitus noſter hic propugnat (Urbem) & religioſiſſimus Imperator noſter ac Dominus in Perſide verſatur, & Regionem illam vaſtat. Hic lancinatus dicto unus ex Perſis conviciis illuſtriſſimum Georgium Chagani nomine appetivit; cui Georgius, non tu me inquit, contumelia afficis, ſed Chaganus. Addidere etiam illuſtriſſimi Præfecti, qui (ad colloquium) exierant, hoc dictum, quid eſſet, cur qui tantas haberet ſecum copias, Perſarum tamen auxilio indigeret: & Chaganus. Si petivero, inquit, ſuppetiatum mihi venient, ſunt enim amici mihi: & rurſum Præfecti ad Chaganum: Urbem numquam deſeremus, expectamus duntaxat dum aliquid quod ad rem ſit, loquamur eaque de cauſa ad te egreſſi ſumus. Ergo ſi de pace nobiſcum agere non habes in animo, dimitte nos. Et miſſos fecit.*

IX. *Legati Perſarum ad Chaganum in naves Conſtantinopolitanorum incidunt.*

*Eademque ſtatim nocte, quæ Dominicam præcedit, ſingulari benigni & miſericordis Dei opera Perſæ illi, qui Legati ad Chaganum (a Salbara) venerant, dum per Chalas Chryſopolim traiiciunt, in noſtras naves incidunt, in quibus erant quidam ex Orphanotropio, unuſque ex illis Perſis deprehenſus eſt, qui ſe ipſum in Caraben, quem ſandalin vocant pronum in faciem abiecit, ſuperneque ſtragula iniecit, & ita traiicere Chryſopolim (conabatur). Nauclerus autem, qui in navicula erat, eamque regebat, opportune dextreque iis, qui ex Orphanotrophio erant, innuit qui revocato curſu ſtragula ſuſtulerunt. Perſamque ævo maturum, in faciem jacentem inventum occidere, caputque ejus abſtulere. Alios vero duos Perſas in alio navigio vehentes una cum nauta ceperunt, & hos intra mœnia deduxere, & alterius quidem ex vivis manus detruncarunt, ligataſque una cum cervice illius interfecti, de collo (mutilati) ſuſpenderunt, atque navigio impoſitas ad Chaganum tranſmiſere. Alterum vero in navim conjectum, vivumque in portum Chalcedonenſem deductum, & Perſis oſtenſum in ipſa navi capite plexerunt, quod cum literis in hæc verba ſcriptis in terram ejecere. Chaganus, quando nobiſcum de pace egit, miſit nobis illos a vobis ad eum miſſos Legatos, & duos quidem in Urbe capite punivimus, tertii vero en vobis habetis cervicem. Damnatus vero Chaganus eadem Dominica Chalas abiit, duxitque Scaphas in mare, quibus traiiceret, & ſecum Perſas ſibi promiſſos adduceret. Quo cognito, die illuceſcente, noſtri cum ſeptuaginta Carabis ſeu navibus ad Chalas, quamvis contrario vento, eruperunt, ut Chagani trajectum impedirent, reverſuſque eſt ad veſperam, cui ex Urbe exculenta poculentaque nonnulla tranſmiſſa ſunt. Venit autem Ermitzis Exarchus Avarum ad portam, qui, atrox, inquit, facinus deſignaſtis, quando illos, qui heri cum Chagano pranſi ſunt, occidiſtis, & caput illi alterumque manibus truncatum tranſmiſiſtis. Cui noſtri; Nos, inquiunt, non curamus illum. Nocte ergo ſequentis diei non potuerunt fallere noſtras excubias illorum Scaphæ, nec traiicere ad Perſas, quos merſerunt & occiderunt quoſcumque in Scaphis Sclavos invenire potuerunt.*

X. *Mari Avares victi.*

*Quin & Armeni eruperunt ex manibus Blachernarum, & in noſtra illic ignem conjecere quæ ſunt ad D. Nicolai. Cumque Sclavi, qui ex Schaphis in aquam dimiſſi natandi ſtudio tenebantur, putarent ex ignibus Avares eſſe, qui ad mare ſtationem haberent, ibi egreſſi ab Armeniis ſunt interfecti. Alii vero perpauci natatu evadentes ad eum locum, ubi impius Chaganus caſtra habuerat, illius imperio ſunt trucidati. Ita Deo jubente, & Domina noſtra Dei Genitrice deprecante, uno momento per mare caſus hoſtium accidit: ſubduxerunt deinde noſtri omnes Scaphas e mari in terram. Quæ cum accidiſſent, execratus Chaganus in caſtra ſua ſeu foſſatum reverſus, tormenta bellica ex muro, quæ ipſe in eo collocaverat, detraxit, & machinam, quam ædificaverat, exuſſitque rotundas turres, quas fecerat, deſtruere, & per noctem vallum palis ſudibuſque munitum ſuum, & turres, & chelonas corio nudatas exuſſit, atque cum exercitu receſſit. Sunt qui dicant Sclavos, cum quod acciderat, vidiſſent, receſſiſſe, eoque & impium Chaganum obſidionem ſolviſſe, atque hos coactum eſſe ſequi.*

XI. *Obſidio ope B. Virginis ſolvitur.*

*Hoc vero impius Chaganus tempore oppugnationis teſtatus eſt, Ego, inquit, video auguſta quadam ſpecie feminam ſolam per mœnia diſcurrere. Nunciavit quoque noſtris receſſurus: Nolite putare me territum metu recedere, ſed quia in*

eſt præſens annus quintus Perſici belli.

VII. Converſio Borealium Anglorum per Paulinum tentata.

Dum hæc aguntur in Oriente, Deus, ubique mirabilis, in Occidentali Eccleſia Catholica novæ plantationis multiplices futuras propagationes ſpem auget. Hoc ſiquidem anno ad Anglos Boreales, quibus præerat Rex Eduinus, porta aperta eſt prædicationi S. Paulini Epiſcopi Eboracenſis, cum ad eas gentes ſuſcepit feliciter Apoſtolatum. Fuerat jam ante Paulinus miſſus a ſancto Gregorio Papa una cum Mellito, Juſto atque Ruffiniano (ut teſtatur Beda (a) cum monitus fuiſſet ab Auguſtino, ad ingentem meſſem novis opus eſſe meſſoribus: poſtea autem, hoc videlicet anno, a Juſto Archiepiſcopo Epiſcopus eſt ordinatus, ut idem Beda (b) pluribus in locis profitetur. Ex quibus corrigas quod in ejuſdem auctoris reperitur epitome, ipſum a Juſto Epiſcopum ordinatum anno Domini ſexcenteſimo vigeſimoſecundo: quod potius hoc anno factum eſſe, idem auctor diſertis verbis profitetur, etiam cum ad calculum revocat annos quibus ſedit, dum agit de obitu ejus. Etenim cum anno ſexcenteſimo quadrageſimoquarto eum eſſe defunctum affirmet ſexto Idus Octobris, (c) tradatque ſediſſe annos decem & novem, & menſes duos, ac dies viginti unum; conſtetque inſuper ex eodem auctore (d) ipſum conſecratum eſſe Epiſcopum duodecimo Kalendas Auguſti: plane aſſerere cogimur, hoc anno ipſum creatum eſſe Epiſcopum. His jam de tempore ſatis elucidatis, quonam modo aperta ſit ei janua ad annunciandum gentibus illis Evangelium, ex eodem auctore Bedæ dicendum erit, qui ita rei geſtæ narrationem aggreditur (e):

(a) Bed. lib. 1.c.29.

(b) Bed.l. 2. c. 7. in fin.

Paulini Epiſcopi creationis tempus.

(c) Bed. lib.3.c.14.

(d) Bed.l. 2.c. 9.

(e) Beda lib. 2. c.9.

VIII. Nuptiæ Regis Eduini gentilis cum Edelburga Chriſtiana.

*Huic*, inquit, *genti* Nordanhumbrorum, hoc eſt, Anglorum Aquilonarium ob flumen Humbrum ita dictorum, *occaſio fuit percipiendæ fidei, quod præfatus Rex ejus Eduinus cognatione junctus eſt Regibus Cantuariorum, accepta in conjugem Edelburga filia Edelberti Regis, quæ alio nomine Tate vocabatur. Hujus conſortium cum primo ipſe, miſſis procis, a fratre ejus Eadbaldo, qui tunc regno Cantuariorum præerat, peteret: reſponſum eſt, non eſſe licitum, Chriſtianam virginem Pagano in conjugium dari, ne fides & ſacramenta cæleſtis Regis, conſortio profanarentur Regis qui veri Dei cultus eſſet prorſus ignarus. Quæ dum Eduino verba nuncii referrent, promiſit ſe nihil omnibus modis contrarium Chriſtianæ fidei, quam virgo colebat, eſſe facturum: quin potius permiſſurum, ut fidem, cultumque ſuæ religionis cum omnibus qui ſecum veniſſent viris ſive feminis, ſacerdotibus ſeu miniſtris, more Chriſtiano ſervaret. Neque abnegavit ſe etiam eamdem ſubiturum eſſe religionem, ſi tamen examinata a prudentibus ſanctior ac Deo dignor poſſet inveniri. Itaque promittitur virgo, atque Eduino mittitur, & juxta quod diſpoſitum fuerat, ordinatur Epiſcopus vir Deo dilectus Paulinus, qui cum illa veniret, eamque & comites ejus, ne Paganorum poſſent ſocietate pollui, quotidiana exhortatione & ſacramentorum cæleſtium celebratione confirmavit.*



PAGIUS *in difficultatem commeatus incidi, nec opportuno tempore vos aggreſſus ſum. Recedo ergo nunc, & ſumptus annonamque comparo, reverſurus ad vos, tractaturuſque prout de me meriti eſtis. Manſerunt die Veneris cuſtodes agminis equites, qui agmen claudebant, & tela in loca muro proxima eadem die jam clara, multaque ſuburbia uſque ad horam ſeptimam conjecerunt, atque ſubduxerunt ſe incenſa æde SS. Coſmæ & Damiani in Blachernis, & Templo S. Nicolai, omnibuſque circum jacentibus locis. In ædem vero Dominæ noſtræ Dei Genitricis, & Sacrarium ejus ingreſſi hoſtes nihil omnino lædere aut violare, Deo ſic intemeratæ Matris precibus propitiato ac volente, potuerunt. Petiverunt autem in colloquium illuſtriſſimum Commerciarium.* Bonus *laudatiſſimus Magiſter* Chagano *reſpondit, Adhuc quidem mihi integrum fuit uti tecum agerem & paciſcerer, nunc autem hanc Præfecturam germanus religioſiſſimi Imperatoris noſtri una cum exercitu accepit, qui tecum nunc traiicit, & te in Regionem tuam comitatur, ubi inter vos de pace tractare poteritis.*

XII. Nicephorus pag. 13. loquens de prælio navali Sclavinos inter & Conſtantinopolitanos habito, ait: *Tanta cædes hoſtium facta eſt, ut mare ipſum purpureo colore tingeretur. Inter cæſorum cadavera Sclavinæ quoque mulieres inventæ ſunt.* Addit Barbaros obſidionis ac moræ pertæſos in patriam reverſos eſſe; tumque Patriarcham cum Conſtantino Imp. ad Divæ Virginis templum in Blachernis ingentes Deo gratias reddidiſſe, ibidemque murum ad hujus templi præſidium ædificaſſe. Ab eo tempore populus Conſtantinopolitanus Sabbatum quintæ hebdomadis Quadrageſimalis feſtivum eſſe voluit Deiparæ, cujus auxilio tam eximium trophæum erectum fuit, ut in Triodio Græcorum legitur; hymnum vero in laudem ejus dici ſolitum, *Acathiſtum nominavit, quod tunc & populus & Clerus univerſus eodem ardore idem facerent, nemine ceſſante, nemine a Divinis laudibus conquieſcente*, ut idem Triodium habet. Legenda oratio Hiſtorica in Feſtum τῆς ἀκαθίςε, quam Combefiſius in Hiſtoria Hæreſis Monothelitarum publicavit, obſervandumque ex eodem Triodio ter Conſtantinopolim ab hoſtibus ope B. Virginis liberatam eſſe. Primum, anno ſequenti, quo narrata contigere, ideoque ſub *Heraclio*; ſecundo ſub *Conſtantino Pogonato*; tertio ſub *Leone Iſauro*, ut ſuis locis oſtendetur; & propter triplicem illam liberationem Feſtum illud celebrari. Is itaque hymnus *Acathiſtus* appellatur, quia *ſtando*, non ſedendo canitur; dies vero *Acathiſtus*, quia omnes, nemine excepto, & nemine otiante, aut a Divinis laudibus ceſſante, peragitur: de quo Feſto plura Gretſerus lib. 3. Obſervat. in Codinum cap. 7.

*Inſtituitur Hymnus Achatiſtus in gratiarum actionem de Urbis liberatione.*

XIII. A num. VII. ad XV. Beda lib. 2. cap. 9. teſtatur, hoc anno gentem Nordanhymbrorum,





*Ordinatus eſt autem Paulinus Epiſcopus a Juſto Archiepiſcopo ſub die duodecima Kalendarum Auguſtarum, anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo vigeſimoquinto, & ſic cum præfata virgine ad Regem Eduinum quaſi comes copulæ carnalis advenit, ſed ipſe potius toto animo intendens, ut gentem quam adibat, ad agnitionem veritatis advocans, juxta vocem Apoſtoli (a), uni viro virginem caſtam exhiberet Chriſto.*

(a) 2.Cor. 11.

IX. Studium Paulini propagandæ fidei.

*Cumque in eam provinciam veniſſet, laboravit multum, ut & eos qui ſecum venerant, ne a fide deficerent, Domino adjuvante contineret, & aliquos (ſi forte poſſet) de Paganis ad fidei gratiam prædicando converteret. Sed ſicut Apoſtolus ait (b) quamvis multo tempore illo laborante in verbo) Deus ſæculi hujus excæcavit mentes infidelium, ne eis fulgeret illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti.* Hucuſque Beda de rebus geſtis a Paulino hoc anno, reliqua in annum ſequentem reiiciens, eadem narraturus: cujus nos veſtigia affectamur. Iſtæc autem cum reſciviſſet ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Bonifacius Pontifex ſuperſtes adhuc, cum ſui eſſe muneris intelligeret, univerſi orbis Eccleſiis, ſalutique omnium hominum animarum proſpicere, eveſtigio literas dedit ad ipſum Regem Eduinum, hortans eum ad idolorum cultum relinquendum, Deique veri religionem fidemque ſectandam. Extant ipſæ quidem a Beda recitatæ his verbis (c):

(b) 2.Cor. 4.

(c) Apud Bed. l. 2. c. 10.

X. Bonifacii Pap. ad Eduinum Regem epiſtola.

*Viro glorioſo Eduino Regi Anglorum, Bonifacius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei.*

*Licet ſummæ Divinitatis potentia humanæ locutionis officiis explanari non valeat; quippe quæ ſui magnitudine ita inviſibili atque inveſtigabili æternitate conſiſtit, ut eam nulla ingenii ſagacitas, quanta ſit, comprehendere diſſerereque ſufficiat: quia tamen ejus humanitas ad inſinuationem ſui reſeratis cordis januis, quæ de ſemetipſa proferantur, ſecreta humanis mentibus inſpiratione clementer infundit, ad annunciandam vobis plenitudinem fidei Chriſtianæ, ſacerdotalem curavimus ſolicitudinem prærogare: ut perinde Chriſti Evangelium, quod Salvator noſter omnibus præcepit gentibus prædicari, veſtris quoque ſenſibus inſerentes, ſalutis veſtræ remedia propinemus. Supernæ igitur majeſtatis clementia, quæ cuncta ſolo verbo præceptionis ſuæ condidit & creavit, cælum videlicet & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt (diſpoſitis ordinibus, quibus ſubſiſterent) coæterni Verbi ſui conſilio, & Sancti Spiritus unitate diſpenſans, hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam ex limo terræ plaſmatum conſtituit, eique tantam præmii prærogativam indulſit, ut eum cunctis præponeret, atque ſervato termino præceptionis, æternitatis ſubſiſtentia præmuniret. Hunc ergo Deum Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, quod eſt individua Trinitas, ab ortu Solis uſque ad occaſum humanum genus, quippe ut creatorem omnium, atque factorem ſuum, ſalutifera confeſſione fide veneratur & colit; cui etiam ſummitates imperii, rerumque poteſtates ſubmiſſæ ſunt: quia ejus diſpoſitione omnium prælatio regnorum conceditur. Ejus ergo bonitatis miſericordia, totius creaturæ ſuæ dilatandæ ſubſidiis etiam in extremitate terræ poſitarum gentium corda frigida, ſancti Spiritus fervore, in ſui quoque agnitione mirabiliter eſt dignata ſuccendere.*

XI. *Quæ enim in glorioſi filii noſtri Audobaldi Regis, gentiumque ei ſuppoſitarum illuſtratione clementia Redemptoris fuerit operata, plenius ex vicinitate locorum veſtram gloriam coniicimus cognoviſſe. Ejus ergo mirabile donum & in vobis certæ ſpei cæleſtis longanimitate conferri confidimus: cum profecto glorioſam conjugem veſtram, quæ veſtri corporis pars eſſe dignoſcitur, æternitatis præmio per ſacri baptiſmatis regenerationem illuminatam agnovimus. Unde præſenti ſtylo glorioſius vos adhortandos cum omni affectu intimæ charitatis curavimus; quatenus abominatis idolis, eorumque cultu, ſpretiſque fanorum fatuitatibus, & auguriorum deceptibilibus blandimentis, credatis in Deum Patrem omnipotentem, ejúſque Filium Jeſum Chriſtum, & Spiritum ſanctum: ut credentes a diabolicæ captivitatis nexibus, ſanctæ & individuæ Trinitatis cooperante potentia, abſoluti, æternæ vitæ poſſitis eſſe participes.*



PAGIUS hoc eſt eam nationem Anglorum, quæ ad Aquilonarem Humbræ fluminis plagam habitabat, cum Rege ſuo *Eduino*, qui in Eboracenſi Civitate morabatur, fidei Chriſtianæ ſuſcipiendæ ſpem dediſſe, accepta in conjugem *Edilburge* filia Sancti Ethelberti Regis, & ſororis *Eadbaldi* tunc in Cantia regnantis. Miſſus itaque cum ea *Paulinus*, qui ideo *ordinatus eſt Epiſcopus* (ſcilicet Eboracenſis) *a Juſto Archiepiſcopo* (nempe Cantuarienſi) *ſub die duodecima Kalendarum Auguſtarum anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo vigeſimo quinto*, inquit Beda. Vides eam ordinationem die Dominica factam; hoc enim anno dies XXI. menſis Julii in Dominicam incidit. Eam ordinationem præſenti anno peractam iterum ſcribit Beda in Epitome, licet exemplar hujus Epitomes, quod nactus eſt Baronius, haberet, *anno DCXXII.* Hoc conjugium ubi accepit Bonifacius Papa literas ad Eduinum Regem miſit, quibus hortatus eſt eum ad fidem, aliaſque ad conjugem ejus feminam piiſſimam, quibus illam monuit, ut ſalutis *Eduini* Regis ſedulam ageret curam. Refertur utraque Epiſtola a Baronio ex Beda cap. 10. & 11.

*Eduinus Rex Gentilis accipit in uxorem Edilburgam feminam Chriſtianam.*

*Quanta autem reatitudinis culpa teneantur adſtricti hi qui idololatriarum perniciosiſſimam ſuperſtitionem colentes ampleƈtuntur, eorum quos colunt exempla perditionis inſinuant. Unde de eis per Pſalmiſtam dicitur* ( *a* ): *Omnes dii gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit. Et iterum* ( *b* ). *Oculos habent, & non vident: aures habent, & non audiunt: nares habent, & non odorabunt: manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt. Similes ergo efficiuntur his, qui ſpem ſuæ confidentiæ ponunt in eis. Quomodo enim juvandi quamlibet poßunt habere virtutem ii, qui ex corruptibili materia, inferiorum etiam ſuppoſitorumque tibi manibus conſtruuntur, quibus videlicet artificium humanum accomodans, eis inanimatam membrorum ſimilitudinem contuliſti: qui niſi a te moti fuerint, ambulare non poterunt, ſed tamquam lapis in uno loco poſitus, ita conſtructi, nihilque intelligentiæ habentes, ipſaque inſenſibilitate obruti, nullam neque lædendi neque juvandi facultatem adepti ſunt? Qua ergo mentis deceptione eos deos, quibus vos ipſi imaginem corporis tradidiſtis, colentes ſequimini, judicio diſcreto reperire non poſſumus.*

(a) Pſal. 95. (b) Pſal. 113.

XII. *Unde oportet vos, ſuſcepto ſigno ſanctæ Crucis, per quod humanum genus redemptum eſt, execrandæ diabolicæ verſutiæ ſupplantationem, qui divinæ bonitatis operibus invidus æmulusque conſiſtit, a cordibus veſtris abiicere; injectiſque manibus hos quos eatenus materiæ compage vobis deos fabricaſtis, confringendos diminuendoſque ſummopere procurare. Ipſa enim eorum diſſolutio, corruptioque quæ numquam viventem ſpiritum habuit, nec ſenſibilitatem a ſuis factoribus potuit quolibet modo ſuſcipere, vobis patenter inſinuet, quod nihil erat quod eatenus colebatis, dum profecto meliores vos, qui ſpiritum viventem a Domino percepiſtis, eorum conſtructione nihilominus exiſtatis: quippe quos Deus omnipotens ex primi hominis, quem plaſmavit, cognatione deductos, per ſæcula innumerabilibus propaginibus pullulare conſtituit. Accedite ergo ad agnitionem ejus qui vos creavit, qui in vobis vitæ inſufflavit ſpiritum; qui pro veſtra redemptione Filium ſuum unigenitum miſit, ut nos ab originali peccato eriperet, & ereptos de poteſtate diabolicæ nequitiæ cæleſtibus præmiis muneraret.*

*Suſcipite verba prædicatorum, & Evangelium Dei quod vobis annunciant: quatenus credentes ( ſicut ſæpius dictum eſt ) in Deum Patrem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum ejus Filium, & Spiritum ſanctum & inſeparabilem Trinitatem, fugatis dæmoniorum ſenſibus, expulſaque a vobis ſolicitatione venenoſi & deceptibilis hoſtis, per aquam & Spiritum ſanctum renati ei cui credideritis, in ſplendore gloriæ ſempiternæ cohabitare ejus opitulatione & munificentia valeatis. Præterea benedictionem protectoris veſtri beati Petri Apoſtolorum principis vobis direximus, id eſt, camiſiam cum ornatura in auro una, & læna Ancyriana una: quod petimus ut eo benignitatis animo gloria veſtra ſuſcipiat, quo a nobis noſcitur deſtinatum.* Hucuſque Bonifacius ad Eduinum Anglorum Regem nondum Chriſtianum. *Ad conjugem quoque ejus Edelburgam ( ſubdit Beda c ) hujuſmodi litteras idem Pontifex miſit*: quibus iſte inerat præfixus titulus.

(c) Bed. l. 2. c. 11.

XIII. Exemplar epiſtolæ beatiſſimi & Apoſtolici Bonifacii Papæ urbis Romæ directæ Edelburgæ Reginæ Eduini Regis.

*Dominæ glorioſæ filiæ Edelburgæ Reginæ, Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

Bonifacii Pap. ad Edelburgam Reginam epiſtola.

*Redemptoris noſtri benignitas humano generi, quod pretioſi ſanguinis ſui effuſione a vinculis diabolicæ captivitatis eripuit, multa providentia, quibus ſalvaretur, propinavit remedia: quatenus ſui nominis agnitionem diverſo modo gentibus innoteſcens, Creatorem ſuum ſuſcepto Chriſtianæ fidei agnoſcerent ſacramento: quod quidem in veſtræ gloriæ ſenſibus cæleſti collatum munere myſtica regeneratio veſtræ purgationis patenter innuit. Magno ergo largitatis Dominicæ beneficio mens noſtra gaudio exultavit quod ſcintillam Orthodoxæ religionis in veſtri dignatus eſt converſione ſuccendere; ex qua re non ſolum glorioſi conjugis veſtri, immo totius gentis ſuppoſitæ vobis intelligentiam in amorem ſui facilius inflammaret.*

*Didicimus namque, referentibus his qui ad nos glorioſi filii noſtri Audobaldi Regis laudabilem converſionem nunciantes pervenerunt, quod etiam veſtra gloria, Chriſtianæ fidei ſuſcepto mirabili ſacramento, piis & Deo placitis jugiter operibus eniteſcat; ab idolorum etiam cultu, ſeu fanorum, auguriorumque illecebris ſe diligenter abſtineat, & ita in amore Redemptoris ſui immutata devotione perſiſtens invigilet; ut ad dilatandum Chriſtianam fidem inceſſabiliter non deſiſtat operam commodare. Cumque de glorioſo conjuge veſtro paterna charitas ſolicite perquiſiſſet, cognovimus, quod eatenus abominandis idolis ſerviens, ad ſuſcipiendam vocem prædicatorum ſuam diſtulerit obedientiam exhibere. Qua ex re non modica nobis amaritudo congeſta eſt, ab eo quod pars corporis veſtri ab agnitione ſummæ & individuæ Trinitatis remanſit extranea. Unde paternis officiis veſtræ glorioſæ Chriſtianitati noſtram commonitionem non diſtulimus conferre, adhortantes, quatenus divinæ inſpirationis imbuta*



*ta ſubſidiis importune & opportune agendum non differas ut & ipſe Salvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti cooperante potentia, Chriſtianorum numero copuletur, ut perinde intemerato ſocietatis fœdere jura teneas maritalis conſortii. Scriptum namque eſt* ( *a* ): *Erunt duo in carne una. Quomodo namque unitas vobis conjunctionis ineſſe dici poterit, ſi a veſtræ fidei ſplendore interpoſitis deteſtabilis erroris tenebris remanſerit ille alienus?*

(a) Matth. 19.

XIV. *Unde orationi continuo inſtens, a longanimitate cæleſtis clementiæ illuminationis illius beneficia impetrare non deſinas: ut videlicet, quos copulatio carnalis affectus unum quodammodo corpus exhibuiſſe monſtratur, hos quoque unitas fidei etiam poſt hujus vitæ tranſitum in perpetua ſocietate conſervet. Inſiſte ergo, glorioſa filia, & ſummis conatibus duritiam cordis ipſius religioſa divinorum præceptorum inſinuatione mollire ſummopere de matura, infundens ſenſibus ejus quantum ſit præclarum, quod credendo ſuſcepiſti myſterium; quantumve ſit admirabile, quod renata præmium conſequi meruiſti. Frigiditatem cordis ipſius ſancti Spiritus annunciatione ſuccende: quatenus amoto torpore pernicioſiſſimi cultus, divinæ fidei calor ejus intelligentiam tuarum exhortationum frequentatione ſuccendat: ut profecto ſacræ Scripturæ teſtimonium per te expletum indubitanter præclareat: Salvabitur* ( *b* ): *vir infidelis per mulierem fidelem. Ad hoc enim miſericordiam Dominicæ pietatis conſecuta es, ut fructum fidei creditorumque tibi beneficiorum Redemptori tuo multiplicem reſignares. Quod equidem, ſuffragante præſidio benignitatis ipſius, ut explere valeas, aſſiduis non deſiſtimus precibus poſtulare.*

(b) 1. Cor. 7.



*His ergo præmiſſis, paternæ vobis dilectionis exhibentes officia, hortamur, ut nos ( reperta portitoris occaſione ) de his quæ per vos ſuperna potentia mirabiliter in converſione conjugis veſtri ſubmiſſæque vobis gentis dignatus fuerit operari, proſperis quantocyus nunciis reveletis: quatenus ſolicitudo noſtra, quæ de veſtri veſtrorumque omnium animæ ſalute optabilia deſideranter expectat, vobis nunciantibus relevetur; illuſtrationemque divinæ propitiationis in vobis diffuſam opulentius agnoſcentes, hilari confeſſione largitori omnium bonorum Deo, & beato Petro Apoſtolorum principi uberes merito gratias exolvamus. Præterea benedictione protectoris veſtri beati Petri Apoſtolorum principis vobis direximus, id eſt, ſpeculum argenteum, & pectinem eburneum inauratum: quod petimus ut eo benignitatis animo gloria veſtra ſuſcipiat, quo a nobis noſcitur deſtinatum.* Hactenus ad Reginam Bonifacius Papa. Quomodo autem vir ejus Eduinus Rex fidei Chriſtianæ ſuſcipiendæ admodum refractarius, urgentibus malis tandem reliquit idola, atque demum effectus eſt Chriſtianus, ſuo loco dicturi ſumus.

Cæterum in hunc uſque annum Bonifacium Papam perveniſſe, ex recitatis ejus litteris & ſignificatione temporis ordina- XV. Bonifacii Pap. V. obitus.



PAGIUS XIV. *Obitus Bonifacii V. Papæ.*

Ad num. XV. & ſeq. *Bonifacius* V. poſtquam eas in Angliam miſit literas, diu ſuperſtes non fuit. Hoc enim anno die viceſima ſecunda Octobris ſupremum diem obiit, &, ut inquit Anaſtaſius, *ſepultus eſt ad Beatum Petrum Apoſtolum die vigeſimo quinto menſis Octobris*, licet in Anaſtaſio vulgato, in uno MS. Colbertino, aliiſque Anaſtaſianis legatur, eum ſediſſe *annos quinque & dies tredecim*: loco enim dierum tredecim, legendum, *menſes decem*, ut habent aliud MS. Colbertinum, Gotfridus Viterbienſis in Chron. Luitprandus, Catalogus nominum Apoſtolicorum, ac 1., 2., 4, & 5. Catalogi noſtri. Præterea in Bonifacii V. Epitaphio a Baronio recitato præter annos quinque, menſes decem eidem aſſignantur: illud enim his duobus Verſibus clauditur.

*Culmen Apoſtolicum quinque & bis menſibus annis*
*Rexit, & ad magni culmen honoris abit.*

Verum itaque eſt quod in ordinatione ejus diximus, *Bonifacium* ſcilicet conſecratum eſſe Pontificem Romanum die XXIII. menſis Decembris anni DCXIX. cum ab eo die ad XXII. Octobris hujus anni, intercurrant anni quinque ac menſes decem ſine ulla dierum appendice. Indeque intelligimus primo exequias Bonifacii die XXII. menſis Octob. demortui in diem vigeſimum quintum ejuſdem menſis præter morem dilatas fuiſſe, cum tamen die emortuali aut ſaltem poſtridie fieri ſolitæ eſſent. Sed hac de re poſtea. Intelligimus ſecundo perperam Baronium ſcripſiſſe ſediſſe *Bonifacium* annos VII. menſes X. diem unum, contra fidem Epitaphii a ſe recitati, in quo legitur eum rexiſſe Eccleſiam quinque annis, & bis quinque menſibus, ſic enim explicari debet; ac demum hallucinatum eſſe Papebrocium in Conatu Chronico-Hiſtorico, ubi tradit, *Bonifacium* ordinatum anno DCXX. die XXVII. Aprilis, ſediſſe annos V. menſes X. dies XIII. & obiiſſe anno DCXXVI. die XXI. Martii, ac ſepultum die XXV. Octobris. Baronius ideo annos duos, contra Epitaphii & laudatorum Catalogorum fidem, Pontificatui Bonifacii adiicit, ut inveniat annum, quem *Sabiniano* detraxit, alterumque, quo Interpontificium poſt *Deusdedit* mortem & *Bonifacii* ordinationem interjectum mutilavit. Papebrocius autem ideo peccavit, tam in die & anno ordinationis Bonifacii, quam in die & anno ejus mortis, quia perſuaſum habuit, Pontifices Romanos ſero poſt eorum mortem ſolemnibus exequiis cohoneſtatos fuiſſe, & Anaſtaſium annotaſſe dies, quibus illæ peractæ, non vero dies quibus Pontifices ſepulturæ mandati fuerint; quo principio innixus Chronotaxim Pontificiam ante ſæculum IX. plerumque labefactat.

XV. Papebrocium in ea ſententia confirmavit alterum *Bonifacii* V. Epitaphium ab *Honorio* ſucceſ-

tionis Paulini, poſtquam illæ ſcriptæ noſcuntur, certum eſt: ex quibus eos corrigas, qui ejuſdem Pontificatui tribuunt annos dumtaxat quinque & paulo amplius quem hoc anno vigeſimaquinta die menſis Octobris vita functum eſſe Anaſtaſius tradit, cum videlicet ſediſſet annos ſeptem, menſes decem, diem unum. Porro de rebus ab eo geſtis ex pluribus hæc tantum ab eodem Anaſtaſio referuntur:

XVI. Bonif. reliquæ res geſtæ. *Hic conſtituit ut nullus traheretur ab eccleſia*, qui ad eam confugiſſet, renovans ſcilicet antiquos canones atque decreta prædeceſſorum. *Inſuper hic conſtituit, ut acoluthus non præſumat reliquias ſanctorum martyrum levare, ſed tantum presbyter, Inſuper hic conſtituit, ut in Lateranis acoluthus non baptizaret cum diacono, ſed ſubdiaconi ſequentes. Hic perfecit cœmeterium S. Nicodemi, & dedicavit illud. Erat enim Bonifacius mitiſſimus ſuper omnes homines & miſericors. Hic clerum amavit, rogamque integram clero ſuo dedit*, donationem videlicet, ita dictum ab erogando. *Qui defunctus eſt ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum die vigeſimaquinta menſis Octobris.* Et paulo poſt: *Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem creavit presbyteros vigintiſeptem, diaconos quatuor, Epiſcopos per diverſa loca numero vigintinovem. Et ceſſavit Epiſcopatus ejus menſes ſex & dies decem & octo.* Hæc apud Anaſtaſium, at pauca quidem & exilia reſpectu aliorum quæ nobis ob inopiam ſcriptorum remanſerunt obſcura; qui enim tanta polleret probitate, præſtantiora quidem peregiſſe, mihi facile perſuadeo. Fuerunt enim ſilentio plane ſepulta quæ his temporibus geſta ſunt cum ſchiſmaticis in Italia conſtitutis & alia hujuſmodi plura.

(a) Extat. in Appen. antiq. Inſcrip. pag. 1165. num. 10.

☞ Ex antiquis monumentis emerſit una cum aliis antiquis Inſcriptionibus, ejuſdem Bonifacii Epitaphium, quod ipſi inſcripſit ejus ſucceſſor Honorius Papa: ſic enim ſe habet (a):

CVR

PAGIUS Bonifacii V. exequiæ & ætas. ceſſore poſitum, & recitatum in Appendice *Antiquarum Inſcriptionum*, ex quo intulit, ſolemnes Bonifacii ad Vaticanum exequias diu dilatas fuiſſe, *forte*, inquit, *ad annum DCXXVII. aut ultra.* Verum Poeta non intelligit juſta funebria poſt hujus Pontificis obitum, ſed ſerius Epitaphium illi poſitum. Immo ſi primum intelligeret, inde non ſequeretur uſum tuliſſe, ut ſolemnes Pontificum Rom. exequiæ diu differrentur, cum Poeta dicat cauſam hujus dilationis non culpam, ſed ſegnitiem fuiſſe; ideoque indicet non juxta, ſed contra morem id accidiſſe. En illud Epitaphium in margine emendatum.

* legendum pro velata.

*Cur * titulata diu torpuerunt jura ſepulchri,*
*Et populi nullus perſtrepuit gemitus!*
*Segnities, non culpa fuit, ſi forte requiris:*
*Nam dolor incluſus plus lacerare ſolet.*
*Pande dolor gemitum, meritiſque quieſce beatis,*
*Ut libeat Summi geſta referre Patris.*
*Hic Vir ab exorto Petri eſt nutritus olivo,*
*Sic meruit Sancti Paſtor adeſſe gregis.*
*Simplicitas, ſapiens, vivax: ſolertia, ſimplex,*
*Serpentina, fuit ſimplicitate vigens.*
*Cumque quater denos compleret Presbyter annos,*
*Sera ſenectutis mens tamen alma fuit.*
* legendum, ſex.
*Culmen Apoſtolicum coluit tres * ferme per annos.*
*Perfectum numerum terque quaterque gerens.*
*Hoc ſibi pro meritis ſucceſſor HONORIUS amplis*
*Marmore conſtruxit munus Epitaphii.*

Utraque emendatio videtur neceſſaria; vox enim, *titulata*, nullum ſenſum hoc in loco præfert, quod & Papebrocius vidit, qui in margine ait, *an? dilata.* Loco vero, *tres*, legendum eſſe, *ſex*, Pontificatus *Bonifacii* duratio in altero ejus Epitaphio expreſſa manifeſte indicat. Cum vero denarius numerus perfectus cenſeatur, ex hoc verſu, *perfectum numerum terque quaterque gerens*, idem Papebrocius deducit, *Bonifacium* V. annos LXXIII. vixiſſe, ſed inde colligendum, ut puto, eum perveniſſe ad annum ætatis LXX. denario ſcilicet numero *ter* & *quater* multiplicato; quo pacto anno ætatis LXIV. Pontifex renunciatus eſt, & poſt ſextum annum nondum abſolutum e vivis abiit.

XVI. Honorius creatur Pontifex Romanus. Anaſtaſius ait poſt *Bonifacii* mortem ceſſaſſe Epiſcopatum *menſes ſex, dies XVIII.* indeque Baronius *Honorii* natione Campani creationem differt in diem XIII. menſis Maii ſequentis Chriſti anni: Papebrocius vero dies duos ex illo Interpontificio aufert *Honoriumque* die XXVIII. menſis Septemb. anni DCXXVI. ordinatum arbitratur. Verum durationem vacationis Sedis in vulgatis, immo & in MSS. Anaſtaſii exemplaribus & Catalogis Pontificum, quos mihi videre licuit, mendoſe deſcriptam fuiſſe, ex ipſomet Anaſtaſio & *Honorii* Papæ Epiſtola mox memoranda manifeſte conſtat. [1] Nam juxta dicenda ex Anaſtaſio in morte *Honorii*, conſecratus is fuit hoc anno die vigeſima ſeptima men-

NOTÆ [1] QUæ hic notat Pagius de breviando Interpontificio poſt Bonifacii obitum, egregie confirmantur ex pervetuſto Anaſtaſii Codice quod in pluteis Bibliothecæ Cathedralis Eccleſiæ S. Martini Lucenſis ſervatur. Codex eſt ſæculo VIII. exaratus, quanquam alia, ſed vetuſta manu additas continet Vitas Pontificum quaſdam quæ in vulgato Anaſtaſio leguntur. In eo vero, quo loco vulgatus Anaſtaſius fert: *Ceſſavit Epiſcopatus menſes VI. dies XIV.* legitur tantummodo: *Ceſſavit &c. dies XIII.* Quæ ſi admittatur lectio, Honorii ordinatio diei III. Non. Novembris aſſignanda eſt. MANSI



Boniſac. Epitaph.

CVR TITVLATA DIV TORPVERVNT JURA SEPVLCRI
ET POPVLI NVLLVS PERSTREPVIT GEMITVS
SEGNITIES NON CVLPA FVIT QVICVMQVE REQVIRIS
NAM DOLOR INCLAVSVS PLVS LACERARE SOLET
PANDE DOLOR GEMITVM MERITISQVE QVIESCE BEATIS
VT LIBEAT SVMMI GESTA REFERRE PATRIS
HIC VIR AB EXORTV PETRI EST NVTRITVS OVILI
SED MERVIT SANCTI PASTOR ADESSE GREGIS
PVRA FIDES HOMINIS VOTIS * MANDATA BENIGNIS
* EXCVVIANS CHRISTI CANTIBVS HYMNISONIS
SIMPLICITAS SAPIENS VIVAX SOLERTIA SIMPLEX
SERPENTINA FVIT SIMPLICITATE VIGENS.
CVMQVE QVATER DENOS COMPLERET PRESBYTER ANNOS
SERA SENECTVTIS MENS TAMEN ALMA FVIT
CVLMEN APOSTOLICVM COLVIT TRES FERME PER ANNOS
PERFECTVM NVMERVM TERQVE QVATERQVE GERENS
HOC TIBI PRO MERITIS SVCCESSOR HONORIVS AMPLIS
MARMORE CONSTRVXIT MVNVS EPITAPHII.

* f. mundata
* f. Exultat

(a) Antiq. Inſcript. in Appen. pag. 1166. n. 2.

Item aliud (a):

DA

PAGIUS menſis Octobris, in quam Dominica incidebat. Quare Pontificatus dies tantum quinque ceſſavit. Poſt Baronii mortem Holſtenius Collectionem Romanam publicavit, in qua pag. 248. recitatur Epiſtola *Honorii* Papæ *ad Epiſcopos Epiri* directa, quæ dicitur *Data Idus Decembris Indictione XIV.* ideoque hoc anno, quo Kalendis Septembribus Indictio XIV. uſurpari cœpit. Quam Epiſtolam ſi Papebrocius vidiſſet, Bonifacii V. mortem in annum ſequentem non diſtuliſſet; ex eaque, Interpontificium breviſſimum fuiſſe certo eruitur.

XVII. Pontificis Romani confirmatio Exarcho Ravennæ commiſſa. *Honorii* confirmatio non ab *Heraclio* qui a triennio in Oriente agebat, ſed ab Exarcho Ravennatenſi obtenta, & quidem dum is hoc anno propter rationes nobis ignotas Romæ verſaretur. Neque enim fieri potuit, ut intra dies quinque electio Ravennæ nunciari potuerit, & Romam confirmatio mitti, ut ibi ordinatio fieret, attenta locorum diſtantia. Quamobrem Exarchum tunc Romæ fuiſſe omnino exiſtimandum. *Heraclius* itaque quando *Iſaacum* Conſtantinopoli Exarchum in Italiam miſit, hanc auctoritatem ei largitus eſt, ne Eccleſia Romana, ſuæ abſentiæ occaſione, vacante Sede incommodum pateretur. Hanc facultatem Exarchis ab Imperatoribus collatam tandem fuiſſe, aliqui Viri docti jam obſervarunt, & in Libro diurno Romanorum Pontificum quadraginta poſt *Joannis* IV. Pontificatum annis ſcripto nonniſi obſcuram mentionem Imperatoris fieri ac Decretum de electo Pontifice cum libello precum pro conſenſione ita delatum fuiſſe ad Exarchum, ac ſi tota in ipſum Imperialis poteſtas traducta eſſet. Rogantur etiam Archiepiſcopus Ravennas, Judices & Apocriſarius Pontificius ibidem velut in Aula ipſa Imperiali reſidens, ut operam ſuam, non apud Imperatorem, ſed apud Exarchum interponant pro negotii celeri expeditione. Papebrocius citatus exiſtimat, hunc novum morem anno DCXL. in creatione *Joannis* IV. inductum fuiſſe. Verum breviſſimum Interpontificium quod mortem *Bonifacii* V. ſecutum eſt, quodve in dubium vocari non poteſt, cum Anaſtaſius Bonifacii V. obitum & Honorii ejus ſucceſſoris initium recte conſignaverit, nunc morem præſenti anno cœpiſſe demonſtrat. Quod eo magis exiſtimandum, quod longum diuturnumque Interpontificium, quod poſt mortem *Deuſdedit Bonifacii* V. deceſſoris fuit, & damna inde ſecuta movere potuerint Clerum Romanum, ut Imperatorem rogaret, quo eam poteſtatem in Exarchum Ravennatenſem conferret. His addo contigiſſe aliquando ut Pontifex electus non expectata confirmatione, neque Imperatoris, neque Exarchæ Ravennatenſis conſecraretur, ut in *Pelagio ſecundo* S. Gregorii Magni deceſſore oſtendi.

XVIII. Iſidorus abſolvit Chronicon Gothorum. Hoc anno, qui quintus eſt *Sunthilani* Hiſpaniarum Regis abſolvitur Chronicon Gothorum a Sancto *Iſidoro* Hiſpalenſi Epiſcopo elucubratum: his enim verbis clauditur; *Comportatis Gothorum Regum temporibus, ab exordio Athanarici Regis uſque ad quintum glorioſiſſimi Sunthilani Principis annum, Regnum Gothorum per annos CCLVI. Deo favente reperitur eſſe porrectum.* Quare cum *Athanaricus* anno Chriſti CCCLXIX. Regnum inierit, ipſo etiam Baronio ad eum annum teſte, manifeſtum eſt, non ſolum *Iſidorum* hoc anno finem Chronico ſuo impoſuiſſe, ſed etiam hunc eſſe quintum *Sunthilani* Regis & Baronium ejus exordium cum anno DCXIX. male copulaſſe. Ideo autem *Iſidorus* ab Athanarico potius, quam ab aliquo alio Gothorum Rege hoc intervallum emetitur, quia is primus Rex e gente ſua fuit, qui Chriſtianam religionem amplexus eſt, contaminatam tamen Ariana hæreſi, quia *Valens* Imperator a quo Doctores Chriſtianos petierat, miſit ad eum Epiſcopum Arianum. *Suinthilam* Iſidorus variis laudibus optimo Rege dignis cumulat; *Ita ut*, inquit, *non ſolum Princeps populorum; ſed etiam Pater pauperum vocari ſit dignus*; neque dubitandum, inquit Vaſæus in Chronico, quin principio Regni talis fuerit, alioquin numquam Sanctus Iſidorus Regem illaudabilem falſis ornaſſet præconiis. *Poſtquam apicem faſtigii Regalis conſcendit, Urbes reſiduas, quas in Spaniis Romana manus agebat, prælio conſerto obtinuit; auctamque triumphi gloriam præ cæteris Regibus felicitate mirabili reportavit. Totius Spaniæ infra Oceani fretum Monarchiam Regni primus idem potitus, quod nulli retro Principum eſt conlatum*, inquit Iſidorus. Mariana lib. 6. de Reb. Hiſpan. cap. 4. tanto tempore ut Romanorum Imperium in exigua Hiſpaniæ parte tenuerit, Africæ vicinitatem feciſſe credit, novas in dies copias ſupplementi cauſa mittentis; quo præſidio per hæc tempora deſtituti, cum tantum belli eſſet in manibus adverſus Perſas, non vero adverſus Ma-

DA MECVM GEMITVM SINGVLTI ROMA DOLORIS
PLENA SACERDOTIS LVCTIBVS EGREGII
CVR QVONIAM DEFLERE SOLET MENS ACTA PERICLIS
PLEBSQVE ORBATA PIIS INSVPER OFFICIIS
HIC VIR INACCESSIS TENVIT CONTRARIA FACTIS
HÆC DOCVMENTA BONIS MORIBVS APTA SVIS
MITIS IN ADVERSIS POSITVS REBVSQVE SECVNDIS
OMNIA GRATA FERENS ALTERA PRESSA TENENS
PRÆVENIT NE NATA FORENT DELICTA VIRITIM
ORTA TAMEN SECVIT CVM PIETATE GRAVI
IN COMMVNE BONVS BONIFACIVS INDE VOCATVS
PROPRIA LVCRA PVTANS PVBLICA SVBSIDIA
MVNIFICVS SAPIENS CASTVS SINCERVS ET ÆQVVS
ISTA BEATORVM SVNT PIA SVFFRAGIA
NAM VIDVALIS APEX PVPILLORVMQVE * FALANGES
CÆCORVMQVE CHORVS DVX TIBI LVCIS ERIT
INFREMVIT POST FATA SVIS MORS SAVCIA TELIS
RESPICIENS MERITVM VIVERE POSSE VIRVM
CVLMEN APOSTOLICVM QVINQVE ET BIS MENSIBVS ANNIS
REXIT ET AD MAGNI CVLMEN HONORIS ABIT.

* Phalanges

Sex-

PAGIUS Mahometem, ut perperam Mariana facile Gothorum virtuti ceſſerunt. *Hujus filius Riccimiros in conſortium Regni adſumptus, pari cum patre ſolio conlatatur*, inquit, Iſidorus. Quare quoniam in eo Gothorum mores & jura evertebantur, Regia poteſtate facta hæreditaria, quæ Procerum ſuffragiis veteri inſtituto deferebatur, gentis voluntates abalienatas arbitrabatur Mariana citatus. Conſtat enim ex hoc tempore Republica perturbata vim, & audaciam dominatam eſſe; neque prius conquieviſſe Provincialium animos, quam *Suinthilam* & filium de Regis gradu & faſtigio deturbarint. Iſidori Chronicon emendatius a Grotio in *Hiſtoria* Gothorum, & a Labbeo Tom. I. Bibliothecæ MSS. librorum editum.





I. Honorius Papa creatus.

SExcenteſimus vigeſimusſextus Domini annus adeſt, Indictione decimaquarta: quo decimatertia die menſis Maii Honorius Campanus ex patre Petronio, Conſulari homine, creatus eſt Romanus Pontifex. Laudatiſſimus ipſe quidem apud Anaſtaſium habetur: res autem ab eo geſtas, annis ſingulis, quibus peractæ eſſe noſcuntur, in medium afferemus, eaſdemque omni fide probatas. Quod vero ſextus hic numeretur annus belli Perſici: quomodo a Romanis, divino impertito auxilio, bene pugnatum eſt adverſus Perſas, ex Theophane dicturi ſumus omnium antiquiore, atque Cedreno, & aliis, his primum verbis (*a*):

(*b*) *Theop. hoc ann. Heraclii, & Cedren. in Comp. eod. anno.*

II. Annus ſextus belli Perſici.

*Anno decimoſeptimo, hieme in Perſidem Heraclius cum Turcis ingreſſus, improviſo Coſrhoen perterruit. Sed Turci hiemem ac crebras Perſarum incurſiones ægre ferentes, neque tolerandis ærumnis ſocios ſe Imperatori præbere ſuſtinentes, paulatim ex caſtris dilabi, tandemque univerſi, deſertis Romanis, domum reverti cœperunt. Tum Imperator ſuos ita eſt allocutus: Videtis, fratres, neminem nobis adeſſe velle, præter unum Deum, & quæ eum ſine ſemine peperit, Virginem. Ideo fit, ut cælitus nobis miſſo auxilio, in nobis ac omnibus iſtis ſuam demonſtret potentiam.* Iſta tum quidem magna fide pollens Heraclius, nec ſane fruſtra, ut declararunt eventa: hoc namque anno ſuperato novo præpotenti a Coſrhoe electo duce nomine Razate, ipſum Coſrhoen in anguſtum valde redegit. Incenſis enim pluribus civitatibus, aliiſque locis obviam poſitis, pridie Idus Decembris collatis ſignis, adverſus Razatem prœlium iniit, in quo cum ipſe Imperator, tum ex adverſo Razates: in prima acie (ut in re maximi momenti) pugnarunt, rati nimirum, quorum altera prima acies prævaleret, eo victoriam univerſi exercitus inclinaturam.

III. Heracl. vincit Perſas & fugat Coſrhoen.

Enituiſſe tunc quidem in pugna virtutem Imperatoris, ita iidem Græcorum produnt Annales: *Pridie ſane Idus Decembris geſtum eſt bellum: & ante omnes proſiliens Imperator, principi Perſarum exercitus occurrens, divina virtute, Deique genitricis opitulatione hunc dejecit.* Alioſque ab Imperatore cæſos addunt; ipſum vero Imperatorem, vulnerato equo, in diſcrimen adductum, ictibus plurimis ſcuto repulſis: factumque tandem, ut victo-

PAGIUS SÆC. VII

Anno Eræ Hiſpan. DCLXIV

Anno Hegiræ V. inchoato die 2. Jun. Fer. 2.

A.C. 626.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6119.

☉ 19. E. ☽ 19. P. 20. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 626.

HONORII PAPÆ 2.

HERACLII IMP. 17.

I. *Poſtconſulatus.*

IS annus hac formula notatus: *XVI. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XV.* ut habet Auctor Chronici Alexandrini, qui addit: *Et a XXII. menſis Januarii ſcribitur annus XIV. Imperii Heraclii Junioris Conſtantini.*

II. *Honorius fit Papa.*

Ad num. I. Honorius die XXVII. menſis Octobris anni ſuperioris ordinatus eſt Pontifex Rom. ut ibidem oſtendimus.

III. *Quintus belli Perſici annus.*

A num. II. ad IV. Eſt hic annus belli Perſici *quintus* a verno tempore, ut ſolent expeditiones militares, inchoatus, quo *Chalcedo* a *Sarbara* Perſarum Duce biennali obſidione cincta, Conſtantinopolis *a Chagano* Avarum Duce obſeſſa, ac Beatæ Virginis patrocinio liberata, & *Turci* in ſocietatem Romanorum allecti ab Heraclio, quæ anno ſuperiori, Baronius narrat: quia enim bellum Perſicum anno uno anteverti, annum illum appellat quintum ejuſdem belli. Hoc vero anno, quem *ſextum* belli Perſici perperam vocat refert, *Turcos*, imminente hyeme *Heraclium* deſeruiſſe & prælium *die XII. Decembris* Perſas inter & Heraclium commiſſum memorat. Sed illud ad diem XII. menſis Decemb. anni ſexcenteſimi viceſimi ſeptimi revocandum, quia Theophanes affirmat Sabbatum cum eo die concurriſſe quæ feria certus eſt anni ſequentis character. Baronius tamen, qui legerat tantum Anaſtaſium, Auctorem Miſcellæ, & Cedrenum, quorum duo priores diem XII. Decembris exprimunt, & feriam omittunt, & tertius diem ac feriam tacet, non potuit aliter ſcribere; cum tres hi Auctores hæc cum anno Heraclii XVII. connectant. At Petavius in Notis ad Nicephorum, pag. 70. obſervavit, Theophanem ac Cedrenum annos duos *Heraclii*, ſcilicet XVII. & XVIII. in unum temere confundere, qua in re omnes poſtea eum ſecuti ſunt. Et profecto non ſolum character feriæ jam recitatus; ſed etiam Epiſtola Imperatoris e Perſide ad ſuos Conſtantinopolitanos data anno DCXXVIII. quo & eam recitat Auctor Chronici Alexandrini, & anno ſequenti in medium afferemus, hanc Petavii aſſertionem certam eſſe demonſtrant; neque dubito, quin tres laudati Auctores eum Theophanis lapſum agnoverint; cum feriam Sabbati de induſtria prætermiſerint, imo & Indictionem XV. a Theophane cum die nona Octobris copulatam etiam tacuerint. Porro nulla in his tenebris nobis lux affulgere poteſt ex Nicephoro & *Zonara*, qui tamen aliquando narrant quæ a Cedreno & Theophane omiſſa fuere.

IV. *Sextus belli Perſici annus ex Georgio Piſidio ſupplendus.*

Quæ itaque de diſceſſu *Turcorum*, ac in patriam reditu, & de prælio *Heraclium* inter & *Rhazatem* die XII. Decembris inito Baronius habet, exponenda remittimus ad finem anni ſequentis, eo magis, quo Baronius ne verbum quidem eo anno habeat de iis, quæ per illum acta ſunt, ſive vere, ſive æſtate, ſive etiam autumno, aut hyeme. Quia enim bellum Perſicum, quod per *ſexennium* tantum duravit, annoque ſeptimo profligatum eſt, ab anno ſexcente-

victoria a Romanis ſtaret glorioſa admodum, utpote incruenta, cæſis nimirum ex Romanis dumtaxat numero quinquaginta, vulneratis nonnullis, ex quibus poſtea decem tantum mortui ſunt; potituſque tunc fuit Heraclius opimis ſpoliis Razatis, nimirum auratis armis: quod totum Dei, Deique genitrici, quam in auxilium totius belli adſciverat Imperator, tributum eſt.

Pugnatum autem tradunt a primo mane uſque ad horam nonam. Sed licet Romani victores extiterint, haud tamen a reliqua hoſtium parte fuga captata eſt; quæ ſe recepit in caſtra, expectans uniri cum ſuperventuris copiis a Coſrhoe miſſis. At Imperator bene uſus occaſione victoriæ, contra Coſrhoen feſtinavit, quem haud admodum longe abeſſe ſciret. Sed ipſe ſuorum clade cognita, expeditus ad fugam, inde receſſerat, relictis palatiis campeſtribus, quibus ad delicias utebatur, ubi animalium diverſorum vivaria reperta ſunt; quibus potitus Heraclius, ex illis pavit exercitum. Hæc uſque ad Kalendas Januarias facta produntur: quæ vero poſt hæc ſecuta ſunt, ſuo loco anno ſequenti, quo contigerunt, reddenda erunt. Celebraſſe autem Natalem diem Domini cum exercitu Imperatorem iiſdem in locis abſque timore, ſed ſumma cum tranquillitate Deo gratias agentem, iidem produnt Annales. Iſtum adeo felicem nactum eſt finem bellum anni hujus, cum Deus ipſe (ut conteſtatus eſt Imperator) una cum Dei genitrice Maria in caſtris adeſſet Romanis opitulaturus.

IV. Præceſſerat iſta quidem confeſſio Anaſtaſii Perſæ jam religione Chriſtiani atque profeſſione monachi: hoc namque anno Cæſareæ eſt tentus a provinciæ Præſide, qui a Coſrhoe miſſus Præfectus erat in Palæſtinam, quam ſuo imperio adjeciſſet. Fuit plane celebre ejuſmodi certamen martyris, totique Chtiſtiano orbi conſpicuum; hocque anno cœptum, ſequenti vero conſummatum. Magna quidem divini conſilii diſpenſatione actum eſt, ut cum ſæviſſimus ac maxime impius Coſrhoes nulla jam conditione accepturum ſe Romanos ad pacem legatis ad hoc miſſis ante reſponderit, niſi Chriſto abnegato, omnes Perſarum colerent idola; ipſe audiret Perſas incipere eſſe Chriſtianos, & opus eſſe jam ipſum in ſuos animadvertere, quod facti tunc Chriſtiani, eſſent ſuperſtitionis patriæ deſertores & confeſſores ſpontanei, validique præcones nominis Chriſti: ex quibus quidem ſpecies reddita eſt priorum temporum, cum Gentiles Imperatores quo magis inſanirent adverſus Chriſtianos, eo copioſior multitudo ex gentibus ipſis converteretur ad fidem. Ne autem egregium certamen martyrum, quo pariter Coſrhoen, diverſo tamen modo, vinci contigit, obvolutum ingrato ſilentio præteriiſſe videamur, qui tot Imperatoris prælia per ſex annos integros recenſuimus; hic ipſum ex eorum Actis deſcribere, operæpretium exiſtimamus.

Coſrhoes a ſuis patitur ignominiam.

V. Debet autem in primis meminiſſe lector, primo anno Perſici belli hunc ipſum nobilem Perſam Anaſtaſium, de quo eſt ſermo jam plene redditum Chriſtianum, initiatumque monaſticis inſtitutis in monaſterio S. Anaſtaſii apud Hieroſolymam poſito, vitam monaſticam coluiſſe; ibique adeo profeciſſe, ut cum virtutum omnium culmen propemodum attigiſſet, quod reliquum ſibi eſſe videretur, optarit pro Chriſti nomine vitam quoque profundere, impellente ad hoc eum divino Spiritu, quo agebatur & movebatur pariter, præcedentibus ſignis haud dubiis illis quidem, quibus monitus contulit ſe Cæſaream Palæſtinæ. Qui enim cum Syria ſuperiori etiam Palæſtinam ſibi ſubegerat Coſrhoes, haud eam dimiſe-

PAGIUS teſimo viceſimo primo inchoavit, eo innixus principio ejus narrationem anno ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo abſolvere neceſſe habuit. Præterquam quod non animadverterat Cardinalis eruditiſſimus, *Anaſtaſium*, quemadmodum *Theophanem* ac *Cedrenum*, aut prætermiſiſſe geſta vere & æſtate ſexti anni belli Perſici, aut ſaltem cum aliis annis ejuſdem belli confudiſſe. Omiſſio illa nonniſi ex Georgio Piſidio Auctore coævo, qui edidit libros tres *de bello Perſico*, quos Holſtenius habuit ſuppleri poteſt. Quare cum is omnia Manuſcripta ſua Emin. Cardinali Franciſco Barberino legaverit, rogavi V. C. Scheleſtratium Bibliothecæ Vaticanæ Præfectum, ut pro ſua in me benevolentia ex Piſidio deſcribere vellet; quæ anno ſexto belli Perſici geſta fuiſſe narrat. Sed ad me reſcripſit Vir eruditiſſimus, ſe omnia MSS. Bibliothecæ Barberinæ, præſertimque quæ fuerunt Holſtenii, ibidem ſeparatim aſſervata ſtudioſe percurriſſe, ſed nihil ſibi *Georgii Piſidii* occurriſſe. Quare alia via nobis ineunda erit, ut integram belli hujus hiſtoriam exhibere valeamus. Magis autem mirum videri non debet quod Theophanes, & ex eo Cedrenus, annum unum belli Perſici ab Heraclio confecti prætermiſerit, quam quod annos belli Perſici a Mauricio geſti multiplicarit, & ſingulis annis hujus Imperatoris aliquam ejus adverſus Perſas expeditionem narrarit; licet, ut ſuo loco oſtendi, per decem & octo menſes nihil actum fuerit.

V. *S. Anaſtaſius Perſa comprehenditur & dire torquetur.*

A num. IV. ad XIV. Sanctus *Anaſtaſius Perſa* anno ſexcenteſimo viceſimo Sacro lavacro tinctus eſt, & Monachum induit, ut ſupra ex ejus Actis antiquitus conſcriptis oſtendimus. *Aſſidue legebat in cella ſecretius certamina vel agones Sanctorum Martyrum, quotidie lachrymas effundebat, & cogitabat atque æſtuabat ſecretius in corde ſuo, hoc deſiderio accenſus, ut eum Dominus ad Martyrii palmam vocare dignaretur. Perſeve-*



ſerat, ſed Præſidem illi provinciæ præficere conſueverat, qui Cæſareæ degebat; apud quem contigit Anaſtaſium fidem Chriſtianam primum profiteri. Quomodo autem res ſe habuerit, ejus Acta recitata atque probata in Nicæno poſteriori Concilio docent his verbis (*a*):

(*a*) *Extant apud. Sur. die 22. Jan.*

VI. Anaſt. Perſa progreditur fidei confeſſor.

*Cum perveniſſet Anaſtaſius uſque ad Cæſaream Palæſtinæ, in templo Deiparæ virginis duobus diebus moratur, & exinde eum rurſus excepit templum omni ex parte laudandæ Euphemiæ veluti quodam viæ duce utentem clanculum, qui plane ejus dirigebat greſſum ad martyrium. Nam cum accederet ad templum illius ſemper laudandæ Euphmiæ, videt quoſdam Perſarum magos occupatos in quibuſdam præſtigiis; zeloque protinus concitatur ejus animus: ſciebat enim, quam ea res eſſet impia & ſcelerata, eo quod ipſe quoque in ea improba arte eſſet verſatus: Quænam, inquit, tanta caligo veſtris offuſa eſt oculis, ut ne ea quidem aſpiciatis, quæ ante pedes veſtros ſita ſunt, quemadmodum in univerſum ſcilicet eſt deceptio, quæ veſtram levitatem ludificatur & facilitatem, & eorum quos vos rurſus ad eumdem vobiſcum corripitis interitum?*

VII. Qualis antea Anaſt.

*Hanc illi admirati in dicendo libertatem & audaciam, rogaverunt, quiſnam eſſet, & quid eum impuliſſet, ut hæc diceret. Ille autem: Fui ego quoque, inquit, aliquando vobis ſimilis, & eodem falſus errore, & eiſdem dedi operam præſtigiis. Hæc audacter dixit, cum nihil eum puderet ſuæ, quam ab ineunte ætate acceperat, impietatis & ſordium vitæ prioris, ſed potius gloriaretur, quod in fidem eſſet tranſlatus, & ſacro baptiſmo ablutus. Deinde prolixa cœpit uti oratione, rem eſſe execrandam arguens, & quam eſſet inſigniter abſurda aperiens; & ſic paulatim ſeipſum eis exemplum adducens, & ſimiliter eos invitans ad meliorem mutationem. Illi autem non ſolum ad hæc fuere ſurdis ſimiles, ſed eum etiam vehementer rogarunt ne tam impudenter quæ ſunt apud Perſas præclara contemneret, & in vulgus irridenda proponeret. Exinde ille vere egregius & deſiderabilis Anaſtaſius feſtinabat ad delectabile & jucundum martyrii hoſpitium.*



VIII. Anaſtaſius profitetur ſe Chriſtianum.

*Cum non longe autem a ſe remotum eum quidam vidiſſent ex iis qui dicuntur a Perſis Caballarii, ſedentes apud Derbas, ſicut etiam conſueverunt (hoc autem eſt prætorium ejus, qui apud eos dicitur Sellarius) Certe hic eſt delator, dixerunt inter ſe ſermone Perſico. Ille autem cum verbum ſenſiſſet, & linguam non ignoraſſet, ut qui ipſe quoque eſſet Perſa, & in eadem voce qua illi eruditus, eos torve & acriter intuens: Non ſum delator, inquit, ſunt hæc, ait, nugæ & ineptiæ; ſed potius ſervus Jeſu Chriſti, & vobis quidem melior: ſiquidem & ego fui aliquando ſicut vos, & in Caballariorum numerum fui relatus. Hæc cum illi audiſſent, & e cathedra ſtatim exiliiſſent, eum detinuerunt. Deinde cum Sellario quoque fuiſſet annunciatum, egreditur etiam ille ex prætorio. Et cum quiſnam is eſſet, interrogaſſet, & undenam veniret, & quæ ad ipſum pertinebant, diligenter examinaſſet: dat ſervandum Anaſtaſium in cuſtodia tutiſſima. In qua jam tres dies incluſus, neque cibum, neque potum, neque aliquid aliud ab eis omnino accipere ſuſtinuit; ſed ſic omnino jejunus detentus eſt in cuſtodia, ut qui futurorum pro Chriſto periculorum aleretur ſola expectatione.*

IX. Anaſtaſii iterata confeſſio.

*Cum autem jam rediiſſet Marzabanas ex peregrinatione (neque enim tunc erat Cæſareæ) & de Anaſtaſio ſignificaſſet Sellarius; vinctus ſtatim adducitur martyr in prætorium. Interim vero dum Marzabanas erat in aliquibus aliis curis occupatus, agnoſcit aliquis ex piis Anaſtaſium, qui eum in venerando templo Deiparæ aſpexerat. Cum ergo ſic eum agnoviſſet in prætorio, & eum interrogaſſet quanam de cauſa illic adeſſet, ejus ſcopum & inſtitutum laudans, & eum eo nomine beatum pronuncians, ejus promptum & alacrem animum magis confirmat in rebus gravibus & aſperis, ut neque propter Chriſtum timeret vincula, nec tormenta, nec mortem, ſed Marzabanæ reſponderet ſtrenue & viriliter. Certe etiam cum fuit apud tyrannum introductus, nec genu quidem flexit, ut ſemper mos eſt Perſis adorationem reddere majoribus; ſed generoſum, & qui in ſervitutem redigi non poterat, animum per externa ſignificabat. Cum ergo fixis oculis eum ſatis eſſet intui-*



PAGIUS *ſeveravit autem in eadem manſione annos ſeptem*, ut dicitur in ejus Actis cap. 2. num. 13. Cum vero ſomnio de Martyrio ſubeundo admonitus fuiſſet, poſtquam ſe Abbati ſuo commendavit, abiit e Monaſterio, & venit uſque Cæſaream Palæſtinæ, ubi arguens artem magicam exercentes, ſe ſeque Chriſtianum eſſe confitens, comprehenſus varie vexatus eſt, ut idem Anonymus & Baronius ex Metaphraſte narrant. Sed cum recuſaret Chriſtum etiam privatim negare, ferro vinctus ductus eſt ad Choſroen. Interim *approximante die Feſto Exaltationis Veneranda Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti*, quæ ab Orientalibus recolebatur die XIV. menſis Septembris, permiſſum ei fuit ire ad Templum Chriſtianorum. Egreſſus de Civitate Cæſarea, tandem ingreſſus eſt in Perſidis Civitatem, ubi conjectus fuit in carcerem, *ſexto milliario a Diſcarthas, in quo erat Imperator*, inquit idem Anonymus. *Diſcarthas* autem idem eſt ac *Deſtager*, quo in loco *Choſroen* Perſarum Regem anno ſequenti fuiſſe uſque ad diem viceſimum tertium Decembris, ſupra ex Theophane oſtendimus; *Imperatoris* enim nomine Interpres Latinus

*tuitus Marzabanas, partim quidem ut conſtanti aſpectu ei terrorem incuteret, partim autem ut eum conſideraret diligentius, rogavit eum quiſnam eſſet, & cujas. Ille vero reſpondit: Verus ſum Chriſtianus. Quod ſi velis etiam ſcire cujas ſim; ſum quidem Perſa genere ex regione Razech, vico autem Raſnuni: qui ipſe quoque aliquando fui Caballarius, & in rebus magicis exercitatus. Cumque ſic eſſem miniſter tenebrarum, potui (ut vides) tranſire ad lucem e tenebris, & diſcere veritatem.*

X. *Marzabanas autem cum nondum feciſſet periculum quam eſset generoſus athleta, ſed putaret rem eſſe facilem & expeditam eum a ſua traducere ſententia, cœpit illius mentem non ſecus ac parvi alicujus pueri parvis tentare promiſſionibus ille vere parvi & abjecti animi: Deſiſte, dicens, ab hoc errore ad patriam religionem. Si enim ſic feceris, dabo tibi equos & nummos & multa bona. Martyr autem cælum intuens: Abſit, inquit, Rex Chriſte, ut beatam tuam fallam confeſſionem. Propter quæ eum tamquam volens pudore afficere Marzabanas: quid autem, placetne tibi, inquit, hoc habitu indui, quo nunc es indutus? Ille vero: Non minoris, reſpondit, eum facio, quam tu hanc tuam dignitatem. Quamobrem ille ira commotus: Certe tu, inquit, uteris cohabitante dæmone: neque aliud per te ipſum loqueris, quam quæ tibi ipſe ſuggeſſerit. Ad ea martyr: Quando eram, inquit, in errore, male honorans impietatem, aut potius ab illa affectus ignominia, tunc gravis dæmon mecum cohabitabat; nunc habeo ipſum Chriſtum cohabitantem qui tuos expellit dæmones. Cum autem adjeciſset Marzabanus: Quid ergo? Non times, inquit, ne hæc ad Regem referantur, ille vero acerbe te cruci affigat? Quomodo, inquit, hominem timuerim, qui eſt patibilis, in quem cadit interitus? Nam etſi corpus ſuperaverit, capi tamen non poteſt anima, & ei non poſſunt omnino parari inſidiæ.*

XI. Marzabanas atterit laboribus Anaſtaſium.

*Hæc ergo non ferens Marzabanas, jubet ferreis collaribus collum & alterum ex pedibus ſubjectum vinciri, & ductum ad ergaſtulum, illic lapides cogi ferre graviſſimos. Quod quidem cum ejus juſſu factum eſſet, & ad ferendos lapides ſemper ſanctus manus afferret, manus ſanctas, manus quæ multum poterant apud Deum, corporeis laboribus plura erant quæ extrinſecus ei afferebantur. Multi enim ex Perſis ad eum accedentes, & maxime ex iis qui orti erant ex eodem vico ex quo Anaſtaſius, veluti proprium reputantes dedecus quæ in illum fiebant, exprobrationem adverſus proximum (ut cum divino David (a) dicam, ſumebant: Cur hoc feciſti? dicentes: cur antiquam nobilitatem generis affeciſti contumelia effectus Chriſtianus, & tantam nobis inuſſiſti ignominiam, propterea in vincula conjectus & maleficorum damnatus ſupplicio? quod quidem noſtri ferre non poſſunt oculi.*

(a) Pſal. 14.

XII. *Cum his autem gravibus linguæ verberibus, manuum quoque beato verbera infligebant, vehementer verberantes, atque barbam vellentes, & ejus veſtimenta lacerantes; & lapides quos quatuor ſimul juncti ferebant, eos ſoli Anaſtaſio ferendos imponebant: adeo ut ipſe rurſus loqui viſus ſit cum Davide (b): Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem ſuam. Idque cum nec ferre poſſet ferrum quod erat collo & pedi ejus impoſitum, ſed ſub eodem ferro alius quoque, cum martyre pedem haberet vinctum, quæ quidem ei nectebant omnino multiplicem coronam martyri. Habes (ſi vis) alios quoque dolores & occaſiones aliarum coronarum, hoc ipſum inquam, quod in conſpectu eorum qui ipſum noverant, hæc & multa alia probra ab eis pateretur, quæ jam prius dicta ſunt: a quibus adeo manſit nihil affectus, ut ea putaret potius encomia propter Chriſtum, quam cor ejus ab eis moveretur aliquid.*

(b) Pſal. 128.

XIII. Sævit in Anaſt. Marzabanas Perſa.

Cum autem Marzabanas eumdem rurſus revocatum fruſtra tentaſſet ad Perſarum ſuperſtitionis cultum revocare, verberibus ab eo exigit obedientiam, extentum enim humi, verberibus dire tam diu affici juſſit, donec profiteretur facere quod juberetur. Tunc autem ille duo præſtitit: alterum, ut carnifices rogarit ne vinceretur, immobilem ſe manſurum pollicitus abſque vinculis; alterum; ne cum ipſo etiam monaſticum habitum veluti ſacroſanctum indumentum verbera-

PAGIUS tinus Actorum Sancti Anaſtaſii *Choſroen* intelligit. Ibi hujus juſſu examinatus fuit a Tribuno, cujus munera reſpuit, minaſque contempſit. Hinc immaniter cruciatus eſt, ut narrat idem Anonymus. Verum contigere hæc omnia anno ſequenti; cum Anaſtaſius annos ſeptem in Monaſterio manſerit, illudque anno DCXX. ingreſſus fuerit. Quare Baronius, qui ejus Baptiſmum & Monachatum anno DCXXI. narravit, ea cum præſenti anno illigare non potuit. Anno ſequenti de ejus Martyrio anno DCXXVIII. tolerato verba faciemus. Porro ex iis quæ retulimus de Feſto Exaltationis Sanctæ Crucis, ſeu juxta verſionem Bollandi antiqua accuratiorem; *Inſtante interea ſancta Feſtivitate Exaltationis Sanctæ Crucis, pervigilium in carcere celebrarunt*, ut ait Anonymus cap. 2. num. XXVII. liquet hanc Feſtivitatem ante Heracliana tempora in Oriente inſtitutam fuiſſe, & ejus originem non male a Baronio in Notis Martyrologii Romani ad diem XIV. Septemb. ad Conſtantiniana tempora referri.



rarent, ſed nudum expoliatum plagis afficerent. Cum vero neque ab eo male affecto verberibus aliquid extorquere potuiſſet de cultu Chriſtiano deſerendo promiſſionis, iterum detrudi Anaſtaſium in carcerem Marzabanas juſſit, duplici jam confeſſione nobilitatum. Sed rurſum revocatus ad Marzabanam, & ut ſacrificaret, iterum requiſitus, cum id præſtare penitus renuiſſet; denuo eſt retruſus in carcerem. Ubi cum eſſet, inviſitur a monachis ejus monaſterii, ubi ipſe ante degebat: ſed & Angelorum viſitatione dignus habitus eſt, perſpicua facta etiam Judæo homini in eodem cum ipſo degenti carcere: quæ apud Acta ejus martyrii lector copioſius enarrata inveniet. Subiicit his auctor alia plura, quæ facta ſunt Cæſareæ de celebratione diei feſti ſanctiſſimæ Crucis, quam idem ibi Anaſtaſius celebravit, & alia uſque ad migrationem in Perſidem, cum miſſus eſt ad Coſrhoen Regem: quæ in annum ſequentem reiicimus, quo eſſe peracta noſcuntur.

XIV. De converſione Eduini Regis.

At vero jam ad res novæ & coaleſcentis Eccleſiæ Anglicanæ ſtylum convertamus. Qui enim litteris Bonifacii Papæ cohortantis ipſum ad Chriſtianam religionem amplexandam minime adhuc fuerat perſuaſus Rex Eduinus, de quo diximus; Dei miſericordia factum eſt, ut in vitæ diſcrimen adductus, veritatis luminis aliqua ſaltem ex parte cœperit fieri particeps. Hæc autem quomodo acciderint, Beda ſic narrat (a):

(a) Bed. l. 2. c. 9.

Eduinus in vitæ diſcrimen adductus.

*Anno*, inquit, *ſequenti*, ab inito conjugio ſcilicet, quod factum eſt anno ſuperiori, *venit in provinciam quidam ſicarius, vocabulo Eumerus, miſſus a Rege Occidentalium Saxonum, nomine Cuichelmo, ſperans ſe Regem Eduinum regno ſimul & vita privaturum: qui habebat ſicam bicipitem toxicatam, ut ſi ferri vulnus minus ad mortem Regis ſufficeret, peſte juvaretur veneni. Pervenit autem ad Regem primo die Paſchæ juxta amnem Doroventionem, ubi tunc erat villa regalis. Intravitque quaſi nuncium domini ſui referens: & cum ſimulatam legationem ore aſtuto volveret, exurrexit repente, & evaginata ſub veſte ſica, impetum fecit in Regem. Quod cum videret Lilla miniſter Regis amiciſſimus, non habens ſcutum ad manum, quo Regem a nece defenderet, mox interpoſuit corpus ſuum ante ictus pungentis. Sed tanta vi hoſtis ferrum infixit, ut per corpus militis occiſi etiam Regem vulneraret. Qui cum mox undique gladiis impeteretur, in ipſo tumultu etiam alium de militibus, cui nomen erat Fordherio, ſica nefanda peremit.*

XV. *Eadem autem nocte ſacroſanctæ Dominicæ Paſchæ pepererat Regina filiam Regi, cui nomen Eanfled. Cumque idem Rex præſente Paulino Epiſcopo gratias ageret diis ſuis pro nata ſibi filia: contra Epiſcopus gratias cœpit agere Domino Chriſto, Regique aſtruere, quod ipſe precibus ſuis apud illum obtinuerit, ut Regina ſoſpes & abſque dolore gravi ſobolem procrearet. Cujus verbis delectatus Rex, promiſit ſe, abrenunciatis idolis, Chriſto ſerviturum, ſi vitam ſibi & victoriam donaret pugnanti adverſus Regem, a quo homicida ille, qui eum vulneraverat, miſſus eſt: & in pignus promiſſionis implendæ, eamdem filiam ſuam Chriſto conſecrandam Paulino Epiſcopo adſignavit: quæ baptizata eſt die ſancto Pentecoſtes, prima de gente Nordanhumbrorum, cum duodecim aliis de familia ejus. Quo tempore curatus a vulnere ſibi pridem inflicto Rex, collecto exercitu, venit adverſus gentem Occidentalium Saxonum, ac bello inito, univerſos quos in necem ſuam conſpiraſſe didicerat, aut occidit, aut in deditionem recepit. Sicque victor in patriam reverſus, non ſtatim & inconſulte ſacramenta fidei Chriſtianæ percipere voluit: quamvis nec idolis ultra ſervivit, ex quo ſe Chriſto ſerviturum eſſe promiſerat; verum primo diligentius ex eo tempore & ab ipſo venerabili viro Paulino rationem fidei ediſcere, & cum ſuis primatibus, quos ſapientiores noverat, curavit conferre, quid de iis agendum arbitrarentur. Sed & ipſe cum eſſet vir natura ſagaciſſimus, ſæpe diu ſolus reſidens, ore quidem tacito, ſed in intimis cordis multa ſecum colloquens, quid ſibi eſſet faciendum, quæ religio ſervanda tractabat.* Et poſt multa ſuperius recitata idem Beda iſta addit (b):

Filia Eduini baptizata.

Eduinus conſultat de fide Chriſt. ſuſcipienda.

(b) Bed. l. 2. c. 12.

XVI. *Sed & oraculum cæleſte, quod illi quondam exulanti apud Redualdum Regem Anglorum pietas divina revelare dignata eſt, non minimum ad ſuſcipienda vel intelligenda doctrinæ monita ſalutaris ſenſum illius, juvit. Cum ergo videret Paulinus difficulter poſſe ſublimitatem animi regalis ad humilitatem viæ ſalutaris & ſuſcipiendum myſterium vivificæ Crucis inclinari, ac pro ſalute illius ſimul & gentis cui præerat, & verbo exhortationis apud homines & apud divinam pietatem verbo deprecationis ageret; tandem (ut veriſimile videtur) didicit in ſpiritu, quod vel quale eſſet oraculum Regi quondam cælitus oſtenſum. Nec exinde diſtulit, quin continuo Regem admoneret, explere votum, quod in oraculo ſibi exhibito ſe facturum promiſerat, ſi temporis illius ærumnis exemptus ad regni faſtigia perveniret. Erat autem oraculum hujuſmodi:*

XVII. *Cum perſequente illum Edelfrido, qui ante eum regnavit, per diverſa occultus loca vel regna multo annorum tempore pro-*

De perſecutione quam paſſus eſt Eduinus.

*profugus vagaretur; tandem venit ad Regem Redualdum, obſecrans ut vitam ſuam a tanti perſecutoris inſidiis tutando ſervaret. Qui libenter eum excipiens, promiſit ſe, quæ petebat, eſſe facturum. At poſtquam Edelfridus in hac eum provincia apparuiſſe, & apud Regem illius familiariter cum ſociis habitare cognovit: miſit nuncios, qui Redualdo pecuniam multam pro nece ejus offerrent, neque aliquid profecit: miſit ſecundo, miſit tertio, & copioſiora auri & argenti dona offerens, & bellum inſuper illi, ſi contemneretur indicens. Qui vel minis fractus, vel corruptus muneribus, ceſſit deprecanti, & ſive occidere ſe Eduinum, ſeu legatariis,* legatis ſcilicet ipſis, *tradere promiſit.*

*Quod ubi fideliſſimus quidam amicus illius animadvertit, intravit cubiculum quo dormire diſponebat (erat enim prima hora noctis) & evocatum foras, quid erga eum agere Rex promiſiſſet, edocuit; & inſuper adjecit: Si ergo vis, hac ipſa hora educam te de hac provincia, & ea in loca te introducam, ubi numquam te vel Redualdus vel Edelfridus invenire valeant. Qui ait: Gratias quidem ago benevolentiæ tuæ: non tamen hoc facere poſſum quod ſuggeris, ut pactum quod cum tanto Rege inii, ipſe primus irritum faciam, cum ille mihi nihil mali fecerit, nihil adhuc inimicitiarum intulerit. Quin potius ſi moriturus ſum, ille me magis quam ignobilior quiſquam morti tradat. Quo enim nunc fugiam, qui per omnes Britanniæ provincias tot annorum temporumque curriculis vagabundus hoſtium vitabam inſidias?*

XVIII. Viſio cælitus miſſa Eduino in anguſtiis laboranti.

*Abeunte igitur amico, remanſit Eduinus ſolus foris: reſidenſque mœſtus ante palatium, multis cœpit cogitationum æſtibus affici; quid ageret, quove pedem verteret, neſcius. Cumque diu tacitis mentis angoribus & cæco carperetur igne, vidit ſubito intempeſtæ noctis ſilentio appropinquantem ſibi hominem vultus habituſque incogniti. Quem videns, ut ignotum & inopinatum, non parum expavit. At ille accedens, ſalutavit eum, & interrogavit, quare illa hora, cæteris quieſcentibus, & alto ſopore preſſis, ſolus ipſe mœſtus in lapide pervigil ſederet? At ille viciſſim ſciſcitabatur, quid ad eum pertineret, utrum ipſe intus an foris noctem tranſigeret. Qui reſpondens, ait: Ne me æſtimes tuæ mœſtitiæ & inſomniorum, & forinſecæ ac ſolitariæ ſeſſionis cauſam neſcire. Scio enim certiſſime qui es, & quare mœres, & quæ ventura tibi in proximo mala formidas. Sed dicito mihi, quid mercedis dare velis ei, ſi quis ſit, qui his te mœroribus abſolvat, & Redualdo ſuadet, ut nec ipſe tibi aliquid mali faciat, nec tuis te hoſtibus perimendum tradat? Qui cum ſe omnia quæ poſſet, huic tali pro mercede beneficii daturum eße reſponderet; adjecit ille: Quid ſi etiam te Regem futurum, extinctis hoſtibus, in veritate promittat, ita ut non ſolum omnes progenitores tuos, ſed & omnes qui ante te Reges in gente Anglorum fuerunt, poteſtate tranſcendas?*

XIX. Prædictiones quo tetenderint.

*At Eduinus conſtantior interrogando factus, non dubitavit promittere, quin etiam ei qui tanta ſibi beneficia donaret, dignis ipſe gratiarum actionibus reſponderet. Tum ille tertio: Si autem, inquit, is qui tibi tanta taliaque dona veraciter adventura prædixerit, etiam conſilium tibi tuæ ſalutis ac vitæ melius atque utilius quam aliquis de tuis parentibus ac cognatis umquam audivit, oſtendere potuerit; num ei obtemperare & monita ejus ſalutaria ſuſcipere conſentis? Nec diſtulit Eduinus, quin continuo polliceretur, ſe in omnibus ſecuturum doctrinam illius, qui ſe tot ac tantis calamitatibus ereptum, ad regni apicem proveheret. Quo accepto reſponſo, confeſtim is qui loquebatur cum eo, impoſuit dexteram ſuam capiti ejus, dicens: Cum hoc ergo tibi advenerit, memento hujus temporis ac loquelæ noſtræ, & ea quæ nunc promittis adimplere ne differas. Et his dictis (ut ferunt) repente diſparuit; ut intelligeret non hominem eſſe qui ſibi apparuiſſet, ſed ſpiritum.*

XX. Mutata mens Redualdi.

*Et cum regius juvenis ſolus adhuc ibidem ſederet, gaviſus quidem de collata ſibi pia ac benigna conſolatione; ſed multum ſolicitus ac mente ſedula cogitans, quis eſſet ille, vel unde venißet, qui hæc ſibi loqueretur: venit ad eum præfatus amicus illius, lætoque vultu ſalutans eum: Surge, inquit, intra, & ſopitis ac relictis curarum anxietatibus quieti membra ſimul & animum compone; quia immutatum eſt cor Regis, nec tibi aliquid facere, ſed fidem potius pollicitam ſervare diſponit. Poſtquam enim cogitationem ſuam, de qua tibi ante dixi, Reginæ in ſecreto revelavit, revocavit eum illa ab intentione, admonens, quia nulla ratione conveniat tanto Regi amicum ſuum optimum in neceſſitate poſitum auro vendere, immo fidem ſuam, quæ omnibus ornamentis pretioſior eſt, amore pecuniæ perdere.*

XXI. Victoria adverſus Edelfridus.

*Quid plura? fecit Rex ut dictum eſt; nec ſolum exulem nunciis hoſtibus non tradidit, ſed etiam eum, ut in regnum perveniret, adjuvit. Nam mox redeuntibus domum nunciis, exercitum ad debellandum Edelfridum collegit copioſum, eumque ſibi occurrentem cum exercitu multum impari (non enim dederat illi ſpatium quo totum ſuum congregaret atque adunaret exercitum) occidit in finibus gentis Merciorum ad Orientalem plagam amnis qui vocatur Idle: in quo certamine & filius Redualdi, vocabulo Regneri,*



*ri, occiſus eſt. Ac ſic Eduinus, juxta oraculum quod acceperat, non tantum Regis ſibi infeſti inſidias vitavit, verum etiam eidem perempto, in regni gloriam ſucceſſit.* Hæc cum impleta eſſent, venit tempus exigendi ab eo quod cæleſti nuncio pollicitus erat ſe facturum, quicquid monſtraretur ab eo qui ſuper caput ipſius manum eſſet impoſiturus: quod ut præſtaretur a Paulino Epiſcopo Deus volens, ipſum ſanctum de omnibus iis quæ tranſacta fuerant cum Eduino admonuit, & ut ab eo promiſſionem exigeret, pariter juſſit. Sed audi Bedam:

XXII. Paulin. cum ſecretum Regi pandit, ut credat adducit.

*Cum ergo, prædicante verbum Dei Paulino, Rex credere differret, & per aliquod tempus (ut diximus) horis competentibus ſolitarius ſederet, & quid agendum ſibi eßet, quæ religio ſequenda, ſedulus ſecum ipſe ſcrutari conſueſſet; ingrediens ad eum quadam die vir Dei Paulinus, impoſuit dexteram capiti ejus, & an hoc ſignum agnoſceret, requiſivit. Qui cum tremens ad pedes ejus procidere vellet, levavit, eum, & quaſi familiari voce affatus: Ecce, inquit, hoſtium manus quos timuiſti, Domino donante, evaſiſti: ecce regnum quod deſideraſti, ipſo largiente, percepiſti: memento ut tertium, quod promiſiſti, facere non differas, ſuſcipiendo fidem ejus, & præcepta ſervando, qui te & a temporalibus adverſis eripiens, temporalis regni honore ſublimavit. Et ſi deinceps voluntati ejus, quam per me tibi prædicat, obſecundare volueris, etiam a perpetuis malorum tormentis te liberabit, & æterni ſecum regni in cælis faciet eſſe participem. Quibus auditis Rex, ſuſcipere quidem ſe fidem quam docebat, & velle, & debere, reſpondebat: verum adhuc cum amicis principalibus & conſiliariis ſuis ſeſe de hoc collaturum eſſe dicebat, ut ſi & illi eadem cum eo ſentire vellent, omnes pariter in fonte vitæ Chriſto conſecrarentur. Et annuente Paulino, fecit ut dixerat.* Habentur Regis juſſu indicta comitia, eaque maximi ponderis, utpote de vera religione ſectanda. Vocantur & primates, ſimulque totius collegii Gentilicii ſacerdotum Pontifex maximus: cujus cor Deus ita movit, ut ipſe dicendo ſententiam primus de idololatria abiicienda ſtatuerit, firmiterque decreverit: nam audi Bedam:

XXIII. Gentilis Pontificis ſcita ſententia.

*Habito enim cum ſapientibus conſilio, ſciſcitabatur ſingillatim ab omnibus, qualis ſibi doctrina hæc eatenus inaudita, & novus Divinitatis qui prædicabatur cultus videretur? Cui primus Pontificum ipſius, Coifi nomine, continuo reſpondit: Tu vide Rex, quale ſit hoc quod nobis modo prædicatur: ergo tibi veriſſime, quod certum didici, profiteor, quia nihil omnino virtutis habet religio illa, quam hucuſque tenuimus. Nullus enim tuorum ſtudioſius quam ego culturæ deorum noſtrorum ſe ſubdidit; & nihilominus multi ſunt, qui ampliora a te beneficia quam ego, & majores accipiunt dignitates, magiſque proſperantur in omnibus quæ agenda vel acquirenda diſponunt. Si autem dii aliquid valerent, me potius juvare vellent, qui illis impenſius ſervire curavi. Unde reſtat, ut ſi ea quæ nunc nobis nova prædicantur, meliora eſſe & fortiora, habita examinatione, perſpexeris, abſque ullo cunctamine ſuſcipere illa feſtinemus. Cujus ſuaſioni verbiſque prudentibus alius optimatum Regis tribuens aſſenſum, continuo ſubdidit:*

XXIV. De vitæ brevitate ſententia & veritate quærenda.

*Talis, inquiens; mihi videtur, Rex, vita hominum præſens in terris ad comparationem ejus quod nobis incertum eſt temporis, quale cum te reſidente ad cœnam cum ducibus ac miniſtris tuis tempore brumali, accenſo quidem foco in medio, & calido effecto cœnaculo, furentibus autem foris per omnia turbinibus hiemalium plus viarum vel nivium, advenienſque unus paſſerum domum citiſſime pervolarit; qui cum per unum oſtium ingrediens, mox per aliud exierit: ipſo quidem tumpore quo intus eſt, hiemis tempeſtate non tangitur; ſed tamen minimo ſpatio ſerenitatis ad momentum excurſo, mox de hyeme in hyemem regrediens, tuis oculis elabitur: ita hæc vita hominum ad modicum apparet; quid autem ſequatur, quidve præceſſerit, prorſus ignoramus. Unde ſi hæc nova doctrina certius aliquid attulerit, merito ſequenda eſſe videtur. His ſimilia & cæteri majores natu ac Regis conſiliarii divinitus admoniti proſequebantur.*

XXV.

*Adjecit autem Coiſi* primus Pontificum, *quia vellet ipſum Paulinum diligentius audire de Deo, quem prædicabat, verbum facientem. Quod cum jubente Rege, faceret; exclamavit, auditis ejus ſermonibus, dicens: Jam olim intellexeram, nihil eſſe quod colebamus: quia videlicet quanto ſtudioſius in eo cultu veritatem quærebam, tanto minus inveniebam. Nunc autem aperte profiteor, quia in hac prædicatione veritas claret illa, quæ nobis vitæ, & ſalutis, & beatitudinis æternæ dona valet tribuere. Unde ſuggero, Rex, ut templa & altaria, quæ ſine fructu utilitatis ſacravimus, ocyus anathemati & igni tradamus. Quid plura? præbuit palam aſſenſum evangelizandi beato Paulino Rex, & abrenunciata idololatria, fidem ſe Chriſti ſuſcipere confeſſus eſt. Cumque a præfato Pontifice ſacrorum ſuorum quæreret, quis aras & fana idolorum cum ſeptis, quibus erant circumdata, primus profanare deberet; ille reſpondit: Ego. Quis enim ea quæ per ſtultitiam colui, nunc ad exemplum omnium aptius, quam ipſe per ſapientiam mihi*

Pontifex idolorum demolitus deorum fanum.

*bi a Deo vero donatam, deſtruat? Statimque abjecta ſuperſtitione vanitatis, rogavit ſibi Regem arma dare & equum emiſſarium, quem aſcendens, ad idola deſtruenda venit: non enim licuerat Pontificem ſacrorum vel arma ferre, vel præter quam in equa equitare. Accinctus ergo gladio, accepit lanceam in manu, & aſcendens emiſſarium Regis, pergebat ad idola. Quod aſpiciens vulgus, æſtimabat eum inſanire. Nec diſtulit ille, mox ut appropiabat ad fanum, profanare illud, injecta in eo lancea, quam tenebat: multumque gaviſus de agnitione veri Dei cultus, juſſit ſociis ſuis deſtruere ac ſuccendere fanum cum omnibus ſeptis ſuis. Oſtenditur autem locus ille quondam idolorum non longe ab Eboraco ad orientem amnem Doruventionem, & vocatur hodie Gotmundin Gabam, ubi Pontifex ille, inſpirante Deo vero, polluit ac deſtruxit eas quas ipſe ſacraverat aras.* Hæc quidem hoc anno facta eſſe, diſcriminans ſingula tempora Beda declarat, qui & anno ſequenti Redemptoris noſtri ſexcenteſimo vigeſimoſeptimo baptizatum primo fuiſſe ipſum Eduinum Regem, ac deinde alios proceres, docet; noſque ſuo loco ea deſcribenda ſervamus.

XXVI. Sacra Eccleſiæ Anglicanæ cunabula. Sunt iſta ſacra cunabula Eccleſiæ Anglicanæ tot ſignis, prodigiis, atque prædictionibus cœpta non humana arte (id enim impoſſibile erat) ſed divina potentia, per Apoſtolicos tamen viros Roma a Pontifice Romano miſſos; quos veritatem ſincere docere, & præcedentes prophetiæ, & miracula ſubſequentia quam manifeſtiſſime declararunt. Ut plane ingemiſcendum & exclamandum cum Hieremia (a) ſit piis omnibus noſtri temporis: *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Ita quidem, cum averſione contentioſa averſi ſunt a fonte unde primum ipſis Evangelium fluxit, & hæreticis inhæſerunt. Sed unica ſpes illa ſolatur, ut exciſæ arboris rigatis radicibus ſanguine martyrum, rurſus eædem fœcundiore germine pullulent.

(a) *Hier.* 2.

Hoc pariter anno, qui numeratur Clotharii Regis trigeſimuſnonus ab obitu Chilperici parentis (quem mortuum diximus anno Redemptoris quingenteſimo octogeſimoſeptimo) idem Rex (b) conſortem ſibi regni adſcivit Dagobertum filium ſuum ex Beretrude Regina ſuſceptum, atque S. Arnulfo Metenſi Epiſcopo (ut ſuperius diximus) educandum traditum; quem ab eodem optimis moribus imbutum, ejuſdem Arnulfi Acta teſtantur.

(b) *Aimoi. l.* 4. *c.* 8.

XXVII. Quod vero ad rerum Longobardorum ſta-

PAGIUS

VI. *Dagobertus fit Auſtriæ Rex.* Ad num. XXVI. Quia Baronius mortem *Chilperici* Neuſtriæ Regis in annum quingenteſimum octogeſimum ſeptimum male diſtulit, inaugurationem *Dagoberti*, Clotarii qui Chilperico patri ſucceſſit, filii, in Regem Auſtriæ cum hoc anno copulare neceſſe habuit; cum Fredegarius & Aimoinus anno XXXIX. Clotarii Regis eam factam teſtentur. Verum certis argumentis liquet, *Chilperici* Regis mortem anno DLXXXIV. contigiſſe, ideoque *Dagobertus* anno ſexcenteſimo viceſimo ſecundo Rex Auſtriæ renunciatus, ut eo anno oſtendimus. Sanctus vero *Arnulphus*, qui ei Conſiliarius a patre datus eſt, jam anno ſuperiori in eremum ſeceſſerat, ut infra videbimus.

VII. *Arioaldus tyrannidem in Longobardia arripit.* Ad num. XXVII. & ſeqq. Paulus Diaconus lib. 4. cap. 43. de *Adaloaldo* ſeu *Adalvvaldo* Langobardorum Rege loquens ait: *Cum Adaloaldus everſa mente inſaniret, poſtquam cum matre* (Theodelinda ſcilicet) *decem regnaverat annis, de Regno ejectus eſt, & a Langobardis in ejus loco Arioaldus ſubſtitutus eſt; de cujus Regis geſtis ad noſtram notitiam minime aliquid pervenit.* Tum cap. ſequenti: *Arioaldus, poſtquam ſuper Langobardos duodecim annis Regnum tenuit, ab hac luce ſubtractus eſt. Langobardorum Regnum Rothari genere Arodus ſuſcepit.* Recentiores omnes Chronologi non animadvertentes, Paulum Diaconum de *Arioaldi* geſtis parum edoctum, ut ipſemet fatetur, perperam ſcripſiſſe hunc proxime poſt *Adalvvardum* in Langobardia per annos duodecim regnaſſe, Langobardorum Chronotaxim per annos triginta & amplius depravarunt; neque ante *Grimoaldi* Regis initium in viam redierunt. Regnum Langobardorum anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo ſuſcepit *Grimoaldus*, ideoque triceſimo ſexto poſt currentem anno: & tamen ſecundum Pauli ſupputationem, quadraginta tres tantum anni ab *Adaloaldi* depoſitione, quam hoc vel ſaltem ſuperiori anno factam fuiſſe ſupponit, ad *Grimoaldi* initium interiiciuntur. Paulus enim annos duodecim *Arioaldo*, ſedecim & menſes quatuor *Rhotari*, quinque annos & aliquot dies *Rodoaldo*, & novem *Ariberto* aſſignat, poſt cujus mortem *Bertaridus*, & *Godebertus* ejus filii per annum circiter Regnum tenuere. Hujus Hiſtorici error inde profluxit, quod non adverterit, *Arioaldum* & *Adalvvaldum* uno eodemque tempore in diverſis Langobardiæ partibus, per aliquot annos, regnaſſe; quod tamen non fugit Sigebertum in Chronico, qui *Adalvvaldo* annos tredecim recte attribuit, nulla *Arioaldi* (quia ſcilicet Regnum Langobardicum ex parte duntaxat uſurparat, illudque vivente Adalwaldo adminiſtrarat), mentione facta. Ideo autem Sigebertus *Adaloaldi* mortem anno uno ſerius differt, quia *Agilulfi* ejus patris initium anno uno etiam tardius collocarat.

VIII. *Arioaldus eodem quo Adoloaldo tempore regnavit.* Res ita ſe habuit; Poſtquam *Adalvvaldus* aliquot regnaverat annos, *Arioaldus*, qui Arianus erat, partem Regni occupavit, & *Ticini* quæ tunc Urbs Regia erat, ſedem fixit, *Adalvvaldo* interim aliam Regni partem conſervante. Simultanea duorum iſtorum Regnum Dominatio ex Honorii Pontificis Romani literis deducitur. Is per literas incerto anno datas hortatus eſt *Iſacium* Ravennæ Exarcham, ut *Adalvvaldum*



ſtatum pertinet: hoc ipſo anno eorum Rex Adalvaldus, cum regnaſſet annos decem, ejectus regno eſt, ſubrogato in ejus locum Ariovaldo. Habet enim de his iſta Paulus: (a) *Sub iis*, nempe Adalvaldo, & matre ipſius Theodolinda, *eccleſiæ reſtauratæ ſunt, & multæ donationes per loca venerabilia largitæ. Sed cum Adalvaldus everſa mente inſaniret, poſtquam cum matre decem regnaverat annis de regno ejectus eſt, & a Longabardis in ejus locum Ariovaldus ſubſtitutus eſt.* Hæc Paulus: qui licet non dicat ejuſdem mentis everſionem arte venefica procuratam, ex iis tamen quæ inferius idem aſſerit, filium Arichis itidem Longobardorum Regis ex potione doloſe propinata eadem eſſe paſſum, id ipſum accidiſſe Adalvaldo poſſumus exiſtimare. Cæterum id paſſum eſſe Adalvaldum, ubi mater ejus Theodolinda ex hac vita deceſſiſſet, videri poteſt: etenim ante filium eam deceſſiſſe, inde coniicimus, quod poſt filii obitum nuſquam amplius de ea ſit mentio, quæ in tot turbinibus Longobardorum neceſſario fuerat nominanda, cum regia polleret auctoritate.

(a) *Paul. diac. lib.* 4. *c.* 5.

Adalvaldus Regno privatur, & ſubrogatur Ariovaldus.

XXVIII. Honorius Papa laborat pro reſtitutione Adalvaldi Regis. Cæterum haud putamus Adalvaldum Regem ita mente motum fuiſſe, ut omnem penitus rationis uſum amiſerit: etenim ſi ita fuiſſet, minime putandum pro eo reſtituendo in regnum Honorium Pontificem adeo laboraſſe. Sanctus enim Pontifex cum accepiſſet Regem ejectum qui Catholica fide præſtabat, inque locum ejus fuiſſe ſubrogatum Ariovaldum, idque favore Epiſcoporum Ciſalpinorum, hominem præſertim Arianæ hæreſis ſordibus labefactatum; nihil prætermiſit ſtudii & diligentiæ ut eos puniret, litteraſque de his dedit ad Iſacium Ravennatem Exarchum: qui laboravit, ut qui ejectus fuerat Adalvaldus, reſtitueretur in regnum, & perfidus eiiceretur Arianus. Porro Pontificis Romani epiſtola apud Ivonem ita breviter ſcripta legitur:

XXIX. *Delatum eſt ad nos, Epiſcopos Tranſpadanos Petro Pauli filio ſuadere conatos eſſe, ut Adalvaldum Regem deſereret, Ariovaldoque tyranno ſe applicaret. Quamobrem quia Petrus pravis eorum conſiliis reſpuit obedire, & ſacramenta Regi Agoni* (Agilulpho videlicet) *Adalvaldi patri præſtita ſancte cupit ſervare: & quia hoc Deo & hominibus eſt ingratum, ut qui tale facinus vindicare deberent, eorum ipſi ſuaſores exiſtant; rogamus vos, ut poſtquam Adalvaldum divino in regnum (ut ſperamus) auxilio reduxeritis, prædictos Epiſcopos Romam mittere velitis, ne ſcelus hujuſmodi impunitum relinquamus.* Hactenus apud Ivonem.

XXX. Deſiiſſe autem a cœptis Exarchum, pacemque cum novo Rege iniiſſe, eamque integram ſervatam eſſe conſtat. Quod vero Exarchus cum tyranno pacem ſanxerit, nullam aliam puto cauſam interceſſiſſe potiorem, quam cum vires Romani Imperii ſimul collectæ eſſent contra Choſroen ad bellum Perſicum: haud ſatis videri poterant ad aliud bellum in Italia contra univerſam gentem Longobardorum agendum. Cum igitur reſtitutio Adalvaldi haud adeo facilis futura cognita eſſet, Exarchus viſus eſt mutaſſe conſilium, ceſſaſſeque de Adalvaldo eſſe ſolicitus. Quid autem contra abſentes Ciſalpinos Epiſcopos Honorius canonum vindex egerit, haud compertum habetur. Sed & res geſtæ tum ab Exarcho, tum ab

PAGIUS

*dum* in regnum reduceret, ut videre eſt apud Baronium, qui illas recitat, ex iiſque colligit, *Adalvvaldum* rationis uſum omnino non amiſiſſe; cum alioquin Pontifex Romanus pro eo reſtituendo operam ſuam non contuliſſet. Addo rumorem illum a tyranno ſparſum, ut obducta dementiæ ſpecie Regnum ejus facilius invaderet. Præterea Jonas, qui hoc tempore vivebat, in Vita Sancti *Bertulſi*, qui anno DCXXVII. S. *Attalæ* in Abbatiam Bobienſem ſucceſſit num. XI. tradit *Blidulphum* Monachum Monaſterii Bobienſis miſſum fuiſſe a ſancto *Attala* Abbate Bobienſi *ad Ticinum Urbem*, ibique obvium habuiſſe *Ariovaldum* Regem Longobardorum, ut ex Jona Baronius narrat. Ex quo liquet, *Arioaldum* tyrannidis ſuæ initio *Ticini* ſedem fixiſſe. Inde tamen poſtea ejectum eſſe, & eam Urbem *Adalvvaldum* recuperaſſe ſtatim videbimus. Adhæc tradit Jonas, *Bertulfum*, poſtquam S. *Attalæ* in Abbatiam Bobienſem ſucceſſiſſet, regnante *Arioaldo*, Romam ad Honorium Papam ejus permiſſu veniſſe. Eſt autem *Bobium* inter Placentiam & Dertonam, & 35. milliaribus a Ticino diſtat, quod ideo *Arioaldo* parebat; cum ſine ejus conſenſu *Bertulfus* Romanum Pontif. adire non potuerit.

IX. *Oſtenditur Adalvaldum in Regnum reſtitutum fuiſſe.* At non minus exploratum eſt, *Adalvaldum* eodem tempore Langobardiæ dominatum eſſe: extat enim Tomo 2. Bullarii Caſinenſis Diploma ab eo ad Bertulfum, cum jam Bobii Abbas eſſet directum, quo bona Monaſterio Bobienſi ab Agilulfo Rege patre collata confirmat, *Datum Papiæ ſub die XVI. menſis Auguſti, anno Regni noſtri feliciter XVII. per Indictionem primam*; quæ anno Chriſti DCXXVIII. Bertulfi Abbatis primo, menſe Auguſto in curſu fuit annuſque ille XVII. Adalwaldi ab anno Chriſti DCXVI. quo Agilulpho patri in Regnum ſucceſſit, deſumtus. Quare loco, *anno Regni noſtri XVII.* legendum, *anno Regni, noſtri XII.* vel forſan XIII. In eodem Bullario legitur aliud Diploma, quo eadem bona confirmantur, ſed directum *Attalæ* Bertulfi deceſſori, datumque *Ticini in Palatio ſub die octavo Kal. Aug. feliciſſimi Regni noſtri ſexto decimo, per Indictionem quintam decimam*. Eſt hic annus Chriſti ſexcenteſimus viceſimus ſeptimus, quo ideo exeunte Julio Sanctus *Attala* adhuc Monaſterii Bobienſis non procul a Ticino ſeu Papia ſiti, Abbas erat. Ex quibus intelligimus, *Ticinum* & *Bobium*, dum adhuc Bertulfus Monachus eſſet, in poteſtate tyranni fuiſſe juxta ſuperius ex Jona in ejus

ab Ariovaldo, remanſerunt prorſus obſcuræ. Paulus enim diaconus, quod de Ariovaldo Longobardorum Rege nihil ſcribat, hiſce verbis excuſat: *De cujus rebus geſtis ad noſtram notitiam minime aliquid pervenit*. Sicque ſilentio ſepultam relinquit hiſtoriam duodecim annorum Regis Longobardorum, ita plane de rebus ſuorum Longobardorum haud adeo benemeritus, multa præteriens, quæ nos ex diverſis ſcriptoribus ejus temporis in medium adduximus, atque pariter adducemus; & de hoc ipſo Ariovaldo multa ex Jona Abbate hujus temporis hiſtorico, de quo ſuperius meminimus, dicturi ſumus. Hic enim in rebus geſtis S. Bertolfi, de his quæ acciderunt ſub Attala Abbate, hæc habet de eodem Rege Ariovaldo Arianæ ſectæ addictiſſimo:

XXXI. Blidulfus presb. quid in Regem Arianum.

*Cum aliquo tempore Bidulfus presbyter*, ejuſdem vero Bobienſis monaſterii monachus, *a beato patre Attala ad Ticinum urbem directus fuiſſet, ibique perveniſſet, obvium habuit Ariovaldum Regem Longobardorum Arianæ ſectæ credulum. Is ergo cum vidiſſet Blidulfum presbyterum, ait ad ſuos: De Columbani monachis iſte eſt, qui nobis ſalutantibus apta denegat reſpondere. Cumque jam haud procul abeſſet presbyter, ſalutavit eum Rex, ironice tamen. Ad hæc Blidulfus: Salutem, inquit, optarem tuam, ſi tu ſeductoribus tuis non faveres, & alienis a veritate Chriſti doctrinis animum non accommodares. Juſtum etenim eſſet, ineffabilem Trinitatem una Deitate confiteri, non tres poteſtates, ſed tres perſonas; nec unam trium nominum perſonam, ſed tres in veritate, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti perſonas, una voluntate, poteſtate, & eſſentia. Hæc paulisper audiens Rex, cum progreſſus fuiſſet, iracundia ſuccenſus queſtus eſt, ſe non habere miniſtros, qui obruente noctis caligine monachum illum ita contumaciter in conſpectu ſuo locutum ſolicitarent, & fuſtibus ac ſudibus conſciſſum morti traderent.*

*Tunc unus veſanior cæteris, ad hoc patrandum, ſe reſpondit eße paratum: Dicit ei Rex: Si voluntati meæ ſatisfeceris in hoc, muneribus te mox, illuceſcente die craſtino, ditabo. Progreſſus itaque peſſimus ille, alium ſceleris ſocium ſimilem ſibi aſſumit, & obortis tetris tenebris, viam qua monachus a cœna cujuſdam Chriſtiani, qui invitaverat eum, ad hoſpitium regredi debuit, vigilanter cuſtodit. Cum ergo monacus inopinate veniſſet ad locum cuſtodiæ, percuſſus in cerebro, & omni compage corporis colliſus, pro mortuo cadavere relictus eſt ab ipſis ſatellitibus, nullo de populo id ſentiente; erat enim abditus locus,* XXXII.

*ſed*

PAGIUS ejus vita in medium allata; ſed anno Chriſti DCXXVII. eodem *Bertulfo* adhuc Monacho, jam paruiſſe *Adalvvaldo* Regi, quemadmodum & anno DCXXVIII. *Bertulfo*, jam Abbate Bobienſi. Turbat tamen Privilegium quoddam ab Honorio Pontifice Romano eidem Bertulfo Abbati conceſſum, quod legitur Tomo IV. Italiæ Sacræ in Catalogo Epiſcoporum Bobienſium, quod dicitur datum III. *Idus Januar. Indict. I.* anno ſcilicet Chriſti DCXXVIII. Nam Jonas Abbas in Vita Sancti Attalæ, apud Bollandum ad diem X. Martii, & apud Mabillonium Sæculo ſecundo Benedictino, indicat *Attalam* animam cœlo reddidiſſe menſe circiter Februario aut Martio circa annum DCXXVI. ſecundum Bollandum, anno DCXXVII. ſecundum Mabillonium. Et tamen ex Diplomate citato, & *Indictione XV.* ac *menſe Julio* dato liquet, eum mortuum non eſſe menſe Februario, aut Martio anni DCXXVII. & ex Reſcripto Honorii Papæ exarato *Indictione prima* ipſum jam demortuum fuiſſe menſe Januario anni ſexcenteſimi viceſimi octavi. Adhæc Jonas in Vita Sancti *Vvalarici* Abbatis Leuconaenſis apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino num. XL. aſſerit *Blitmundum*, cum eſſet in Bobio ſub obedientia B. Attalæ Abbatis, ab hoc obtinuiſſe licentiam veniendi ad locum, ubi Sanctus *Vvalaricus* ſepultus fuerat, & *pauco intervallo* Attalam *migraſſe ad Dominum. Tunc ille Monachus ad antedictum locum acceſſit, in quo pene anni ſpatio eremitalem ac ſterilem vitam duxit. Tunc petiit præfatus Vir Blitmundus a glorioſo Rege Clotario, ut tale præceptum daret ut ibi conſtrueret monaſterium*, nempe *Leuconaenſe* in Diœceſi Ambianenſi, ideoque *Attala* animam Deo reddidit anno ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo, die incerto, ut anno ſequenti oſtendemus; cum *Clotarius* Rex anno DCXXVIII. vita functus fuerit. Quare cum tam ex citato Honorii Reſcripto, quam ex Jona Auctore coævo conſtet, *Attalam* mortuum eſſe anno ſequenti, in Diplomate Adalwaldi Regis legendum, *anno Regni noſtri decimo, Indict. decima tertia*, loco, *decimo ſexto, & Indictione decima quinta*. [1]

X. *Adaloaldus* itaque & *Arioaldus* eodem tempo-

NOTÆ [1] HÆc Aduvaldi, ſeu Adaloaldi in regnum reſtitutio viris doctis minime probatur, utpote quæ eſt contra perſpicua Pauli Diaconi & Fredegarii teſtimonia; ambo enim conveniunt in aſſerenda Regis hujus depoſitione, & poſt eam obitu. Nec multum deferendum ſubſcriptionibus illis diplomatum a Pagio adductis, utpote quæ ipſo fatente Pagio, mendoſæ ſunt. Recte igitur cum Cl. Blanchio in Notis ad Paulum Diaconum lib. 4. cap. 43. depoſitio Adaloaldi anno 624. qui & quadrageſimus Clotharii eſt illiganda; atque hinc deducti anni duodecim Arioaldi in annum 636. deſinunt, quod exordium Regni Rotharis figendum eſt. His conſtitutis, Rotharis Regis annus octavus incidet in annum 643. quod Prooemio Legum ejuſdem Rotharis, de quo nos in Nota ad A. 638. congruit. MANSI



*ſed nec vocem dare quiverat, anticipatus loco & immanibus ictibus*. Conſideraſti ne, lector, barbarum Regem, eumdemque perfidum Arianum, in presbyterum inſultantem ſibi, alioqui ſui regni monachum monaſterii, ulciſcendo, erubuiſſe die lucem, ſed tenebras noctis interfectorem expectare voluiſſe? Unde intelligas, quam eo detoriores ſint noſtri temporis Novatores gloriantes cum quid hujuſmodi ipſos in Orthodoxum hominem ex optato contigerit perpetrare. Sed audi miranda quæ Jonas ſubdit his verbis:

Quam deteriores Arianis Novatores.

XXXIII. Incolumis a Deo redditus presbyter.

*Porro is ad cujus domum metatus fuerat, neſciens quidem eventum rei, ſed tamen ſuſpicatus hoc ipſum quod evenerat (erat enim & ipſe presbyter) arrepto baculo, venit ad locum, reperienſque jacentem ac ſi ſomno depreſſum, excitare conatus eſt. Ad cujus ille vocem, velut ab ſtratu incolumis ſurgit, nec plagarum veſtigiis apparentibus, cum eo pariter ad hoſpitium pergit, indicans qualiter a latronibus quibuſdam comprehenſus, diriſſimis plagis mactatus fuiſſet, nec tamen aliquid inde ſenſiſſet. Peractis deinde cauſis pro quibus exierat, ad monaſterium repedavit. Poſt cujus diſceſſum protinus ille, qui ſe ſe ſpontaneum ad iniquum opus patrandum indiderat, dæmonio corripitur, & diverſis pœnarum incendiis flagellatur, commiſſum facinus exitiabiliter confitetur. Univerſus autem populus in ejus cruciatibus timore perculſus clamavit, & dixit: Quicumque Bobienſibus monachis malum aliquod intulerit, ſimili ultioni ſubjacebit: & qui Arianorum perſuaſionibus acquieſcit, tales iras juſti Judicis merito ſuſtinebit.*

Divina ultio in percuſſorem.

XXXIV. *Videns facinus ſuum infelix Ariovaldus divinitus manifeſtatum, confuſus inde & metuens, ne ſibi tale quid eveniat, ipſum quem vis horrida torquebat cum conviatoribus ad beatum Attalam dirigit, poſtulans ut commiſſum malum ignoſcat, reſpondens ſe multum ejus obſequio paratum fore, ſi ſua dona dignaretur accipere. Beatus pater Attalas reſpondit, ſe numquam in perpetuum Ariani hominis dona ſuſcepturum. Rogat tamen univerſos fratres, ut pro peſtifero qui adductus fuerat, orationem ad Dominum fundant. Quibus attentius orantibus, peſtifer ille ſanitati redditur, ſed vitæ lucris non diu potitur. Nam cum ad propria redire deſideraret, correptus igne febrium, inter pœnales incendii calamitates vita privatus eſt. Quem nequaquam juxta aliorum ſepulcra ſepelire auſi ſunt, ſed procul ab hominibus in quodam conſpicuo loco poſuerunt, quo prætereuntes dicerent. Hic jacet ille miſer humatus, qui Bobienſibus monachis crudelitatem ſuam oſtendit.* Hæc de presbytero, qui ob zelum Catholicæ fidei adeo vehementer eſt in Regem ipſum Arianum invectus. Quid autem tunc pariter acciderit monacho fanum idolorum incendere ſatagenti, ex eodem Jona Abbate audi mira: narratis enim quæ nuper dicta ſunt, mox iſta proſequitur recenſere:

Dona Ariani hominis reſpuuntur.

XXXV. *Per idem tempus alius monachus, Moroveus nomine, ad Terdonam urbem a beato patre Attala directus, ad quamdam villam ſupra Yram fluvium ſita pervenit: ubi fanum inter arbores poſitum videns, allatum ignem ſuppoſuit, lignorumque congeriem in modum pyræ coacervavit.*



*Quod*

PAGIUS pore in Longobardia regnarunt, idque ab anno XL. Clotarii Regis, ut teſtantur Fredegarius cap. 49. & Aimoinus lib. 4. cap. 10. ideſt, ab anno Chriſti DCXXIV. quo cum duodecim ex Proceribus *Adalvvaldus* Rex gladio trucidaſſet, a cæteris Regno pulſus eſt, & in ejus locum *Arioaldus* Taurinenſis Dux, qui germanam Adalwaldi Regis habebat uxorem nomine *Gundebergam*, ſubſtituerunt, ut inquit uterque Hiſtoricus. Addit Fredegarius, *Adalvvaldum* Regem veneno hauſto interiiſſe, & *Arioaldum*, quem *Charoaldum* appellat, ſtatim Regnum arripuiſſe. Sed hac in re manifeſte fallitur, ut ex dictis liquet. Tum cap. 69. *anno VIII. Dagoberti*, Chriſti ſcilicet DCXXIX. refert Fredegarius, *Arioaldum* tertiam partem ſummæ, quæ ſibi ſingulis annis ab Imperatore ſolvebatur, *Iſacio* Ravennæ Exarchæ remiſiſſe; quod *Taſonem* unum ex Ducibus Longobardorum cum ageret in Tuſcia, adverſus ſe rebellantem Regni ſui initio, eo *Dagoberti* Regis anno proditione ſuſtuliſſet; *Poſt hæc* ſubdit Fredegarius, *Continuo Charoaldus Rex moritur*. Certum eſt itaque Paulum Diaconum annos XII. *Arioaldo* Regi male attribuiſſe: Sigebertum *Adalvaldo* Regi annos XIII. recte aſſignaſſe, Baronium, cæteroſque omnes recentiores, ignorata reſtitutione *Adalvvaldi* in Regnum, ejus Succeſſorum annos uſque ad *Grimoaldum* Regem mutilaſſe, eidemque *Arioaldo* ſucceſſiſſe *Rotharim*, juſtitiæ tramitem ſequentem, ſed Arianum, ut prodit Paulus lib. 4. cap. 44. Nam idem Jonas in Vita Sancti Bertulfi num. XII. ſcribit, *Ariovvaldum generum Agilulfi, cognatum Adalvvaldi ſectæ Arianæ credulum, poſt Adalvvaldi obitum Regnum Longobardorum regendum ſuſcepiſſe*. Denique ex Fredegario alium Pauli errorem anno DCLIX. num. V. manifeſte emendabo.

*Rotharis ſuccedit Arioaldo.*

XI. Habita hoc anno Pſeudo-Synodus Conſtantinopolitana a *Sergio* Regiæ Urbis Epiſcopo, ut docet Libellus Synodicus, qui tempore Baronii non extabat. In eo legitur: *Heraclius bello contra Perſas divinitus ſuſcepto* (an. nempe DCXXII. *Phaſidem fluvium in poteſtatem redegit* (anno currenti,) *ubi quidam Acephalorum* Paulus nempe Monoculus, de quo an. DCXXII. egimus, qui ideo Heraclium Auguſtum iterum convenit) *quæſtionem de voluntatibus & operationibus ei ſuggeſſit. Quam quidem quæſtionem magis cum Cyro Phaſidis* (Civitatis ſitæ ad oſtia Phaſidis fluvii) *Epiſcopo communicaſſet; & uterque dubitaret, Sergio Conſtantinopolitano iſthæc renunciarunt. Ille vero hæretico inſtituto Synedrio, & Acta Menæ particulatim conſiderans, unam voluntatem in Chriſto Deo & Servatore noſtro eſſe, Imperatori Heraclio reſcripſit.* Quæ revera

*Synodus Conſtant. Monothelitarum.*

Cy-

De Moroveo incenſore delubri.

*Quod videntes cultores fani, Moroveum apprehenſum, diuque fuſtibus cæſum, & ictibus colliſum, in fluvium demergere conantur: ſed monachum unda recipere nolebat, quamquam ille omnimode pro tali cauſa mori paratus eſſet. Cumque cernerent non poſſe demergi, quem Domini miſeratio cuſtodiret, proſternunt ſuper undas Moroveum, maceriamque lapidum deſuper coacervant, ut immane pondus corpus ejus ſubmitteret undis: relictoque (ut ipſi rebantur) cadavere, ad metatus revertuntur. Quibus abeuntibus, Moroveus nihil mali ſentiens, incolumis a fluvio ſurgit, ac diſruptis nexibus, Terdonam ingreditur; & peracto negotio ſuo, ad monaſterium repedat. Continuo divina ultione proſequente, omnes qui ad opus illud patrandum crudeles ſe exhibuerant, diverſis pœnis afflicti ſunt: alios namque cæcitas, alios ignis urit, alios contractio publica, alios omnium membrorum debilitas invaſit, diverſique diverſa percepere tormenta: quorum tamen aliqui ad Bobienſe cœnobium ſe deduci rogaverunt, & poſtulata jam venia, per pœnitentiæ medicamenta illatas pœnas evaſerunt; reliqui omnes in eadem ultione mortui ſunt.* Hæc Jonas de rebus quæ ſuo tempore acciderunt, qui ſub eodem Attala ſe annos novem tranſegiſſe in eodem monaſterio, ipſe teſtatur, dum ejuſdem Attalæ res geſtas ſua ſcriptione proſequitur. Sed redeamus ad reliquas res geſtas cum Honorio Papa ſub ſucceſſore ejus Bertolfo, Abbate, & eodem Rege Ariovaldo, qui etſi hæreticus eſſe non deſierit, ad meliorem tamen frugem in iis quæ ad mores pertinent revocatus eſt. Id enim Jonas, ejuſmodi ſui temporis retexens hiſtoriam, ita tradit: *Cum jam*, inquit, *egregiis moribus, bonitate diſciplina, & omni virtutum ornamento polleret, cœpit antiquus anguis quiddam contrarietatis adverſus eum machinari. Excitavit enim quemdam Proclum nomine, Cleronenſis urbis Pontificem: qui ut ſubjectum ſibi præfatum Abbatem cum cœnobii ſupplemento faceret, omni niſu intendebat, vicinoſque Pontifices & alios quoſlibet primates ad id peragendum muneribus attentabat. Super eadem quoque re adiit Ariovaldum Regem Longobardorum, qui eodem tempore regnabat. Sed cum nihil aliud a Rege reſponſi accepiſſet, niſi ut Eccleſiaſtico jure probarent, utrum cœnobia procul ab urbibus ſita, Epiſcopali debeant miniſtrari dominio: ille omnes quos potuit ſuo intentui jungit.*

Epiſc.Cleronenſis quid in monachos Bobien.

XXXVI. Explorat mentem Regis Abbas.

*Cumque hæc agerentur, unus aliquis ex aula clam præfato Bertolfo totius machinamenti cauſam per internuncium manifeſtavit. At ille ſtatim experiendi cauſa quoſdam de pueris ſuis direxit ad Regem. Quibus Ariovaldus inter alia reſpondit: Non eſt meum ſacerdotum cauſas diſcernere, quas Synodalis examinatio ad purum debet judicare.* Vides Regis quamvis Ariani ſcitum reſponſum, quem imprudens Epiſcopus adverſus monachos interpellavit? ita plane adeo perſpicuum eſt, ſemper ſacra per homines ſacros, & Eccleſiaſtica per Eccleſiaſticos viros tractari debere, ut neque hæretici ipſi Principes tenebris errorum offuſi id potuerint non vidiſſe, ſolis temporis hujus cæcutientibus Novatoribus, qui rebelles facti ſunt lumini: nam ne tanta luce coruſca videre quæ ſunt omnibus nota cogantur, craſſa obſtinatione, obductis mentis oculis, ſpontanea ſunt cæcitate per-

cuſſi.

PAGIUS Cyrum inter & Sergium acta eſſe tradit ipſemet Sergius in Epiſtola ad Honorium Papam, recitata a Baronio anno DCXXXIII. num. X. & ſeqq. *Lazicam* vero, in qua Heraclius Imp. hoc anno contra Perſas pugnavit, diverſam non fuiſſe a *Colchide*, in qua Phaſis Urbs poſita, teſtatur Agathias, qui Juſtiniani & Juſtini Junioris temporibus vixit. Ille enim lib. 2. pag. 55. loquens de Lazis a Perſis bello laceſſitis, ait: *Lazi autem olim Colchi dicebantur, & hos illos eſſe conſtat; neque de hoc quiſquam dubitaverit, qui Phaſidem & Caucaſum, & diuturnam eorum circa hæc loca habitationem conſiderarit.* Quare in ſexta Synodo legitur: *Theodorus indignus Epiſcopus Phaſidis in Lazigi*, id eſt, in Lazica regione: & Ortelius in Theſauro Geographico in voce, *Colchis*, ait, Phaſidem in Colchide eſſe neminem ignorare. Eſt etiamnum Urbs ampla in Mingrelia, ut vocatur regione.

XII. *Congreſſio Cyri Epiſ. Phaſidis cum Heraclio.*

In epiſtola laudata, poſtquam Sergius narravit, *Paulum Severianum* ſeu Monoculum congreſſum eſſe cum Heraclio Aug. cum is ad partes Armeniæ veniſſet, anno ſcilicet DCXXII. ſubiungit: *Poſt aliquod vero tempus idem a Deo confirmatus Imperator in Provinciam Lazorum adveniens* (hoc ſcilicet anno) *recordatus eſt diſputationis, quam, ſicut diximus, fecerat ad Paulum illum hæreticum, in præſentia Cyri ſanctiſſimi tunc quidem ejuſdem Chriſto amabilis Lazorum Provinciæ Metropolitanam Sedem tenentis*, (Phaſiden nempe Urbem) *nunc autem magnam Alexandriam regentis. Prædictus igitur ſanctiſſimus Vir, his auditis, ejus Serenitati reſpondit, neſcire ſubtiliter, utrum unam an duas operationes Chriſti veri Dei noſtri adſtruere neceſſe ſit. Ergo per Juſſionem ejus Pietatis per literas proprias interrogavit nos prædictus ſanctiſſimus Vir, utrum unam operationem an duas in Salvatore noſtro neceſſe ſit dicere: & ſi quoſdam noſcamus Sanctorum & Beatiſſimorum Patrum unam dicentes Operationem. Unde nos, quæ noſtræ erant ſcientiæ, per noſtra reſcripta ei ſignificavimus; dirigentes etiam ſermonem acclamatorium Mennæ ſanctiſſimi quondam Patriarchæ hujus a Deo conſervandæ Regiæ Urbis, porrectum ab eo hic præſenti Vigilio Sanctæ memoriæ Prædeceſſori Sanctitatis Veſtræ, habentem & diverſa teſtimonia de una operatione, & una voluntate Salvatoris noſtri Chriſti veri Dei noſtri.* Libellum tamen Mennæ, qui Vigilio Papæ porrectus fingitur, eidem Mennæ falſo adſcriptum notavit Baronius anno DCLXXX. num. XLVI.

XIII. Quæ currenti anno acta eſſe, non tantum diſcimus ex Theophane, qui *Heraclium* anno V. bel-



cuſſi. Sed pergit Jonas: *Sciſcitantur illi qui a ſancto Abbate miſſi fuerant: Utrum Rex fautor eſſe velit prædicti Epiſcopi, an Abbatis ſui? Ad quod Rex, nequaquam ſe, ait, illis favere velle, qui famulo Dei moleſtias aliquas aut injurias vellent irrogare.*

XXXVII. Bertolfus Romam venit ad Pontificem.

*Cum ergo venerabilis Bertolfus Regem quamvis barbarum & Arianæ ſectæ credulum tam humane de cauſa ſua locutum fuiſſe cognoviſſet: poſcit, ut ſupplemento ipſius, Romam ad ſedem Apoſtolicam venire queat. Quo ſtatim largis manibus impenſo, Romam iter arripiens, ad Honorium Papam acceſſit.* Quamvis enim (ut dictum eſt hoc eodem anno paulo ſuperius) pax compoſita eſſet inter Longobardos atque Romanos, ut commeatus eſſet utrinque liber; tamen vetitum fuiſſe videtur ab Ariano Principe, ne cuiquam ex ſuis liberum eſſet adire Romanum Pontificem quem ſenſiſſet ſibi ſuiſque dogmatibus adverſari, atque Adalvaldo ſtudere; quod & datis litteris ad Exarchum, recitatis ſuperius, declaravit. His tamen poſthabitis, æquitatis amans Princeps licet Arianus aditum illi ad Pontificem Romanum aperuit. Quid autem egerit ſanctus Abbas, ubi Romam ſe ad Honorium contulit, ab eodem auctore ſic accipe:

XXXVIII. Res geſtæ cum Honorio Pap.

*Cum Pontifici*, inquit, *rei cauſam ille patefeciſſet, ille de induſtria quærit, quæ ſit conſuetudinis ſuæ regularis diſciplina.* Hæc idcirco, ne ſi forte errones monachi eſſent, faveret illis, ab Epiſcoporum poteſtate dimovens. *Cum vero* (ſubdit auctor) *cuncta alacri animo in aures Præſulis digeſſiſſet, placuit beato Honorio, ut regularis ſeries religionis cultum ac humilitatis indicia teneret. At ubi hæc omnia vera relatione perdidicit, ſanctus Papa quotidiano affamine venerabilem Bertolfum roborare niſus eſt, ut cœpti itineris laborem non relinqueret, & Arianæ peſtis perfidiam Evangelico mucrone ferire non abnueret.*

XXXIX. Laudes Honorii Papæ.

*Erat enim venerabilis Præſul Honorius ſagax animo, vigens conſilio, doctrina clarus, dulcedine & humilitate pollens. Lætabatur e gentibus ſocium reperiſſe, cum quo dulcia promeret effamina; nec prorſus delectabatur ut cito ab ejus conſortio ſegregaretur: ſed cum vehemens æſtus quieſcendi longum prohiberet ſpatium, præbuit optatum munus ſanctus Papa patri memorato Bertolfo, privilegia ſcilicet ſedis Apoſtolicæ quatenus nullus Epiſcoporum in præfato cœnobio quolibet jure dominari conaretur. Percepto ergo munere optato ad patriam reverſi ſumus.* Ex his vides, lector, ipſum ſcriptionis auctorem Jonam, ut Lucam Pauli, comitem fuiſſe peregrinationis Abbatis ſui Bertolfi, ubi Romam ille ſe contulit; qui & pergit:

XL. Ægrotat S. Bertolfus.

*Cumque peracto aliquanto itineris ſpatio, Tuſcanis arvis poſtpoſitis, Apennini rura attingentes, ad caſtrum, cui nomen Biſmantum eſt, veniſſemus, tanta vis febrium Bertolfum patrem oppreſſit, ut omnino morte præveniri crederetur. Erat enim vigilia paſſionis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli. Cumque jam atra nox irrueret, ille inter ignes febrium accerſivit me, ac curis mens dedita, de nocturna vigilia inquiſivit. Sed cum ego dicerem, omnia jam bene eſſe diſpoſita, ille ait: Et tu ante ſtratum meum per totam noctis metam, quouſque diei prorumpat crepuſculum, excuba. Cum ergo excubaſſem, quouſque intempeſta nox irrueret, tantus ſopor oppreſſit me, ut ſurſum caput attollere non valerem: omneſque qui erga tentorium ſarcinas, vel equos cuſtodientes excubabant, ſimili ſunt oppreſſi ſopore.*

XLI. A S.Petro curatus S. Bertolfus.

*Interea beatus Apoſtolorum princeps Petrus advenit, ac ſuper ſtratum ægri patris aſtans: Surge inquit, & ſoſpes cum conviatoribus tuis abſcede. Inquirente autem beato patre, quis eſſet, qui ſibi talia juberet, ille reſpondit: Ego ſum Petrus, cujus hodie clara in toto orbe celebrantur ſolemnia. Et hæc dicens, abſceſſit. At ille timore perculſus, trepido corde ſciſcitari cœpit a me, ſi audiſſem vocem, vel aſpectum alicujus vidiſſem. Ad quod ego reſpondi: Minime. Non cernis, inquit, fulvam lucem, ubi Petrus Apoſtolus pergit? Tunc tandem agnoſcens quid cauſæ geſtaret interrogatio ejus, vix ob-*



PAGIUS belli Perſici in Lazica fuiſſe teſtatur; ſed etiam ex Actione XIII. Sextæ Synodi generalis. In ea Georgius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus & Chartophylax dixit ad præſentem Synodum: *Inveni in Chartophylacio venerabilis Patriarchii Epiſtolam Cyri Epiſcopi, qui tunc Phaſidis fuerat miſſam ad Georgium quondam Patriarcham hujus Regiæ Urbis ante quinquaginta ſex annos per quartamdecimam Indictionem præteriti circuli, interrogantis per eandem Epiſtolam prædictum Sergium de quæſtione Operationum.* Habita illa Actio anno DCLXXXI. a quo ſi per annos LVI. retrocedas, ad præſentem Indictione XIV. notatum pervenies. Quare Pſeudo-Synodus Conſtantinopolitana hoc vel ſequenti anno celebrata, ante eam vero *Cyri* ad Sergium Epiſtola ſcripta, certumque quod ſcribit Theophanes, *Heraclium* hoc anno in Lazica fuiſſe.

*Currenti anno habitæ.*

XIV. *Arcadius Epiſ.Cypri a Monothelismo abhorret.*

Has literas *Cyri* ad Sergium Baronius anno DCXXIX. num. IX. quo eas datas putat, exhibet; ſed ex his eas ad præſentem annum pertinere evincitur. Ex iiſdem literis diſcimus, *Heraclium* Aug. juſſionem quandam edidiſſe adverſus *Paulum Severianum*, ubi una prædicabatur in Chriſto poſt unionem operatio eamque ad *Arcadium* Cypri Archiepiſcopum tranſmiſiſſe, quam *Sergius* Epiſcopus Conſtantinopolit. pro-

*vinere merui enixis precibus, ut mihi rei panderet veritatem*. Hæc in reditu ab Urbe acciderunt; pergit reliqua de ſancto viro miranda referre, ſed ſatis iſta ad inſtitutum. Hæc autem omnia cum ſub Ariovaldo Rege geſta eſſe Jonas affirmet, qui præſens fuit, nec tamen quotonam regni ejus anno facta ſint, certo tradat, eadem hic ipſo exordio Ariovaldi recenſuiſſe voluimus: quæ cuncta Paulum diaconum prætererunt, cui Jonæ ſcripta incomperta fuiſſe noſcuntur.

An-

PAGIUS. probavit, & quæ in ea de Monotheliſmo continebantur. At *Arcadium* eam reieciſſe, liquet ex litteris *Sergii* Archiepiſcopi Cypri ejus ſucceſſoris relatis in ſecundo Secretario Concilii Lateranenſis. Periit ea *Sergii* Cypri Antiſtitis Epiſtola, quemadmodum & quæ ab Heraclio Aug. ad *Arcadium* miſſa eſt. Ex ea tamen, quam *Sergius* hujus ſucceſſor ad Theodorum Papam ſcripſit, ſatis conſtat, Pſeudo-Synodum Conſtantinopolitanam, omneſque Sergii, Conſtantinopolit. Patriarchæ artes, infelicem in Cypro ſucceſſum habuiſſe.





I. De S. Anaſtaſio in Perſidem ducto & tormentis addicto.

ANno, qui ſequitur, Domini ſexcenteſimo vigeſimoſeptimo, Indictione ☞ decimaquinta ☜ die vigeſimaſecunda menſis Januarii, S. Anaſtaſius Perſa, poſt iteratam ſæpe anno ſuperiori confeſſionem, Cæſaræa Palæſtinæ ad Choſroen Regem in Perſidem miſſus, magna animi conſtantia poſt dira tormenta martyrium conſummavit. Quomodo autem ea acciderint, ejus Acta omni fide poſteris tradita docent: quæ cum dubium non ſit ſcripta eſſe ab ejuſdem temporis auctore, alterum de duobus eum fuiſſe mihi facile perſuadeo; vel Antiochum monachum, quem hujus temporis ſcriptorem in eo argumento verſatum vidimus, dum ſcilicet aliorum monachorum tunc a Sarracenis occiſorum hiſtoriam texuit ad Euſtathium ſcribens; aut Sophronium, qui (ut dicemus) paulo poſt factus eſt Hieroſolymitanus Epiſcopus, & ipſe eodem tempore claruit inter ſcriptores Eccleſiaſticos. Quicquid ſit, ſicuti martyr in tanta caligine toti orbi Chriſtiano glorioſus effulſit, ita pariter res ab eo præclare geſtæ, ſcriptis mandatæ, ubique vulgatæ atque receptæ innotuere. Sed proſequamur ea quæ de ipſo in Perſide hoc anno accidiſſe liquent.

II. Crucis gloria fulget in Anaſtaſio.

Magna quidem Dei providentia contigiſſe declararunt eventa, ut homo Perſa Chriſti confeſſor, Cruciſque prædicator & vindex vocaretur in Perſidem, completurus agonem atque conſummaturus martyrium; ut ibi tamquam in theatro Crucem ab ignominia vindicaret, atque ejus gloriam prædicaret: de qua ſibi videbatur Rex impius triumphaſſe; eamdemque confitendo ſanguine illuſtraret, conſpicuamque morte redderet, & poſt mortem quot miraculis, tot fulgoribus decoraret, a qua ipſe omnem eſſet fortitudinem conſecutus: ut nihil plane aliud oſtenderet factum eſſe, cum ſancta Crux in Perſidem eſt delata quam ſceptrum Dominantis advectum, quo Perſarum imperium frangeretur, ſecundum illud Davidicum (*a*): *Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos.* Tunc enim ſicut fortius, ita & clarius ipſius ſanctæ Crucis potentiſſima virtus enituit. Etenim perſpicuo eſt declaratum exemplo, Choſroen invictum ante ſuperari penitus cædique minime potuiſſe, niſi poſtquam Crux in Perſidem eſt allata; atque cum cæſus eſt martyr, auctus eſt tanto milite Romanus exercitus, qui cæleſtes ſecum duceret legiones. Sed jam certamen ipſum martyris ſpectemus oculis, quod Acta ejus martyrii ita exhibent (*b*):

(*a*) Pſal. 2.

(*b*) Vit. S. Anaſt. Per. apud Sur. die 22. Januar.

III.

*Cum jam perveniſſet in Perſidem, datur in cuſtodiam, ſitam in quodam prædio, quod vocatur Betſaloe, quæ ad ſextum lapidem diſtat a Diſcartha, in quo Rex verſabatur Choſroes. Qui vero cum eo erat frater, in domo Cortacti, qui erat illius Jeſdin filius, hoſpitio fuit acceptus. Et carcer quidem martyrem habuit cum maleficis. Cum autem poſt aliquot dies de eo fuiſſet relatum ad Choſroen: ille miſſo uno ex Magiſtratibus eum rogavit, quiſnam eſſet, & cujas, & quidnam eum moviſſet ut patriam relinqueret religionem. Is vero per quemdam reſpondet interpretem: nam ne voce quidem Perſica volebat uti amplius, ut qui eam abjuraſſet linguam una cum religione, aut linguæ potius eſſet infenſus propter falſam religionem. Reſpondet ergo: Quoniam (dicens) veſter deorum cultus eſt manifeſtum exitium & error dæmonum; quem quidem cum ipſe aliquando ſequerer, nuper luce commutavi tenebras, & die noctem, & Sole obſcuram caliginem, illi Deo me dedicans, qui eſt cæli, & terræ, & omnium quæ videntur & mente percipiuntur, opifex.*

Coſrhoes audit de Anaſt.

IV.

*Cui Magiſtratus: Miſer, inquit, non eum quem vos Chriſtiani colitis, cruci Judæi affixere? Quomodo ergo Perſicæ re-*

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLXV. Anno Hegiræ VI. inchoato die 22. Maii fer. 6. A.C. 627.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 6120.

☉ 20. D. ☽ 1. P. 12. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 627.

HONORII PAPÆ 3.

HERACLII IMP. 18.

I. Poſtconſulatus.

HIc annus iſta formula notatus *XVII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XVI.* ut habet Auctor Chronici Alexandrini, qui addit: *Et a XXII. die menſis Januar. ſcribitur annus XV.* *Imperii Heraclii Junioris Conſtantini.*

II. S. Anaſtaſius Perſa anno ſequenti Martyrio coronatus.

A num. I. ad XIII. Sanctus *Anaſtaſius Perſa*, qui hoc anno ad Choſroen Perſarum Regem, quod fidem Chriſtianam negare nollet, ductus eſt, ejuſque juſſu variis modis cruciatus, ut anno ſuperiori oſtendi, anno tandem ſequenti cum ſociis circiter ſeptuaginta interfectus, ut hoc anno, ſed loco non ſuo, Baronius, ex Metaphraſte narrat. Acta illa depravata eum in hunc errorem induxere: in illis enim legitur, Monachum quendam Sancti Anaſtaſii Reliquias in Sergii Monaſterio depoſuiſſe, *Decimo ſeptimo quidem anno Imperii Heraclii viceſimo autem ſecundo die menſis Jan. Is enim fuit dies, qui vidit deceſſum Martyris*, ideoque die XXII. menſis Januarii hujus Chriſti anni,

quo

Crucis gloriam prædicat Anaſt.

*religioni Chriſtianorum res prætuliſti? Martyr autem: Quod fuerit quidem, inquit, a Judæis crucifixus, ipſe quoque aſſentior; ſed ſua ſponte, & pro nobis ingratis, & qui ſumus beneficii accepti immemores. Ejus enim benignitatis & clementiæ eſt hoc vel maxime admirabile, quod cum eſſet Deus, & Salvator omnium, & opifex hujus univerſi, non ſolum propter nos ſervi formam accepit, cum de cælo deſcendiſſet, ſed etiam pro nobis crucem volens ſubiit & mortem, ut noſtrum peccatum tolleret, quod ex maligni inſidiis & fraudibus inflictum erat hominibus. Vos autem inimicum prætuliſtis, qui ſtulte illius fraudes in hodiernum uſque diem ſequimini, & Soli ſacrificatis, & Igni, & Lunæ, nullam ne Chriſti quidem cædis, ſi non alterius, ducentes rationem.*

V. Habetur quæſt. de Anaſtaſio.

*Reſpondens autem Magiſtratus: Quid tibi, inquit, cum his ſtultis verbis & ſupervacaneis? Ecce enim tibi a Rege inſignes dignitates, & zonæ aureæ, & equi & quæcumque illuſtria & glorioſa ſunt parata. Agedum ergo, patriam ſuſcipe religionem. Ad hæc martyr: Mihi, inquit, o Præſes, quæ hic ſunt jucunda & valde expetenda & invidioſa, nomen ſcilicet, deliciæ, & divitiæ, & ſplendor, jam ſunt diu abhinc contemptui; ut qui vitam ſuſceperim monaſticam, & a ſola ſpe, quam hinc concepi, pendeam. Hujus rei, etiam antequam loquar, hic venerandus monachorum habitus, & hic vilis pannus certus eſt nuncius. Quomodo ergo ea, in quæ omne ſtudium, omnemque meam curam contuli & ſolicitudinem, ea nunc habebo contemptui, Regis, qui eſt ad tempus, & in quem cadit interitus, inductus promiſſionibus? Ad quæ cum non haberet Magiſtratus quid diceret, reducit ad eum qui miſerat e cuſtodia, ei lingua omnia ſignificans. Qua de cauſa ille non leviter indignatus, jubet cum ſua ſuaſione vim quoque adhibere, & verbis etiam miſcere ſupplicia.*

VI. *Sequenti autem die, cum rurſus Magiſtratus veniſſet ad cuſtodiam, ea quæ imperata fuerant, cœpit re ipſa exequi, & juſſit ut per vim protruſum illinc athletam abducerent; ipſe quoque multas minas intentans vehementique inſultu & tumultu ſe fortem & ſtrenuam illam animam perterrefacturum exiſtimans. Ille vero nihil effeminatum, nihil quod ſit puſilli & abjecti animi, & nihil quod ſit indignum iis, quæ præceſſerant, præſeferens cum illa conſueta & jucundiſſima morum ſimplicitate: Ne labores, inquit, neque defatigeris domine Præſes: Mihi enim, qui ſum mei Chriſti gratia confirmatus, non perſuadebis ut a pietate deficiam. Fac ergo quæcumque vis, a nullo abſtinens.*

Quæſtio repetita

VII. Anaſt. dira patitur.

*Hanc Anaſtaſii cum prudentia conſtantiam nulla moderatio excepit, aut humanitas; ſed vinctus, more Perſico, virgis cædebatur crudeliter. Cum is autem verberaretur, hoc decantabat Magiſtratus: Cum maximis Regis donis & honoribus perſuaderi non ſuſtinueris, ad hæc ſis deinceps paratus. Sic enim te quotidie verberans, conſumam plagis. Ille autem cum eum juberet rurſum quæ vellet facere, jubet martyri relaxato a vinculis, cum extenſus eſſet ſupinus, lignis medias intercipit tibias, utraque autem eorum extrema premere viros aliquot robuſtos, qui & corporum magnitudine & ætatis vigore præſtarent. Martyr autem, cum ſic ejus tibiæ premerentur uſque ad oſſa, magno & excelſo animo & plane philoſophico tolerabat. Quod quidem cum vidiſſet Magiſtratus, & cognoviſſet ſe ex eo magis augere ejus patientiæ & tolerantiæ conſtantiam: rurſus in tutiſſimam eum tradit cuſtodiam, ut de eo rurſum referret ad Regem.*

VIII. Viſitatur a Chriſtianis Anaſtaſ.

*Cum is autem cui erat commiſſa cura carceris, Sellarius, eſſet religione Chriſtianus, & ideo eorum miſereretur, qui pro pietate laborabant & eo quod eſt bonum & honeſtum, & eis qui vellent ex Chriſtianis concederet ingreſſum: interdiu ingrediens ſine ulla prohibitione frater monaſterii, qui cum martyre venerat ex Cæſarea, conſolabatur illam aſperam & tetram*

PAGIUS

quo annus Heraclii Imp. XVII. in curſu erat. Verum ſtandum eſt Actis Sancti Anaſtaſii ex Veteri Græco MS. poſt Baronii mortem Latine redditis a Bollando ad diem XXII. Januarii, in quibus legitur: *Conſumavit agonem Confeſſionis Chriſti Martyr Anaſtaſius vigeſima ſecunda Januarii menſis, anni decimi octavi Imperii Heraclii piiſſimi Imperatoris, & decimi ſexti Conſtantini ejus filii*, qui characteres annum ſequentem, quo Heraclius Junior die XXII. Januarii annum Regni XVI. auſpicatus eſt, certo deſignant. Hunc hujus Martyrii annum confirmat Bollandus num. 37. ex oratione Martyris ad duos concaptivos: *Ego craſtina die vitam finio, vos poſt paucos dies liberabimini, & iniquus, impiuſque Rex* (ſcilicet Choſroes) *interficietur*. Diciturque mox num. 38. *poſt decem dies, prima Februarii Heraclius cum exercitu eo venit*. Conſonat ipſius Heraclii Epiſtola, eo ipſius Imperii anno, Indictione I. e Perſide, menſe Aprili (cujus *III. dies Dominica* erat, ut ibi dicitur) Conſtantinopolim miſſa, ibique lecta eſt XV. Maii, ipſa Pentecoſtes die; qua memorat, *Choſroen* XXIV. Februarii a filio primogenito *Syroeo* captum, vinctumque, & XXVIII. ejuſdem omnibus excruciatum doloribus e vivis ſublatum, additque in fine Heraclius, *ſe XX. Aprilis caſtra moviſſe, in Armeniam profecturum*. Ibi vero num. 38. de Theodoro fratre Imperatoris legitur: *Frater ejus cum exercitu egreſſus eſt in Regionem Armeniorum*, ut magis ex iis, quæ mox recito, intelligetur.

So-



*ram in carcere habitationem, & quos ex plagis ſenſerat dolores, & quas ex vinculis & alia malorum perpeſſione acceperat moleſtias. Multi quoque alii viri pii, cum quibus illius quoque Jeſdin filii ad eum ingredientes, ad ſpecioſos ejus pedes & bona aperte evangelizantes, procidebant, & vincula deoſculabantur; & rogabant ut ab eo aliquas conſequerentur preces & benedictiones. Cum is autem hæc omnino minime admitteret (ille enim toto ſemper animo & mente humanæ gloriæ, hujus, inquam, vanæ & infidæ & fallacis, & quæ nihil habet firmum ac ſtabile, reſecabat occaſiones) ipſi vinculis ceram immittentes, quæ ex illis exprimebatur, effigiem, tamquam maximum aliquod remedium & ſalutare ad omnem morbum & dolorem ſolvendum efferebant.*

IX. Rurſum repetita quæſtio.

*Non multum temporis interceſſit, & rurſus veniens ille Magiſtratus in cuſtodiam, an juſſis cederet regiis, fruſtra interrogabat, aut potius quærens occaſionem gratificandi animo crudeliſſimo, qui pœnas cupiebat ſumere. Cum is autem non parum ægre tuliſſet interrogationem, & magna contentione & motione capitis, id quod ſæpe dixerat, tunc quoque reſpondiſſet: Scito me Chriſto & pietati nihil eſſe prælaturum; jubet eum rurſus quoque clavis verberari, ſicut prius. Cum vero viri ſtatuam potius quam virum viſi eſſent verberare, quantum licuit conjicere, ex eo quod eſſet ejus animus plene inflexibilis; eo quidem relicto in cuſtodia, recedit Magiſtratus, & aliquot interjectis diebus ad eum revertitur, varias artes & rationes excogitans, & nunc quidem minis & promiſſis, nunc autem minis & ſuppliciis eum revocans ad negandam pietatem.*

X. Diris afficitur tormentis Anaſtaſius.

*Cum autem idem eſſet Anaſtaſius, nec his inclinaretur, nec illis deliniretur prioribus vinculis & plagis eſt traditus. Deinde cum fuiſſet relaxatus a vinculis, ex altera manu ſuſpenditur, cum lapis graviſſimi ponderis eſſet alligatus alteri ex pedibus. Cum eum ergo ſic pendentem, & ſic divulſum duabus horis reliquiſſet Magiſtratus, videretque robur & firmitatem minime diſſolvi martyri; illum quidem remittit: ad Regem autem reverſus, immutabilem ejus mentem ſignificat & ſummam animi fortitudinem. Ipſe quoque ei conſulit, ne amplius periculum faciat in Anaſtaſio, nec permittat ut tanta altitudo & magnitudo Imperii ab unius viri conſtantia videatur ſuperata.*

XI. Alii ſeptuaginta martyres.

*Hinc cum omnem ſpem ſuperandi martyris Rex abjeciſſet, mittit poſt decimumquintum diem & eumdem Magiſtratum & quoſdam alios ex ſubditis, ut non ſolum ſanctum, ſed multos quoque alios Chriſtianos cum eo interimerent. Illi autem cum veniſſent in carcerem, expellunt Chriſtianos captivos non pauciores quam ſeptuaginta, una cum martyre: cum quibus erant ii quoque qui cum Anaſtaſio Cæſareæ damnati fuerant ad cuſtodiam, ſignaculique & vinculorum fuerant ei ſocii. Quos cum eduxiſſent ex prædio Betſaloes, in quo fuerat carcer ædificatus, & ad fluvium ſtatuiſſent, eos ſingulatim dividentes, & eorum collo funem iniicientes, & miſerabiliter ante oculos martyris ſuffocantes; ſancto in unoquoque ſummergendo dicebant: Cur vis, ſicut unus ex his, violenter tolli de medio, & non potius Regi parere, & priorem conſequi felicitatem? Ille autem cum his mentem adhibuiſſet, & in cælum oculos ſuſtuliſſet, & Deo ingentes egiſſet gratias, quod jam pro ipſo mortem videret eſſe ſubeundam: Deinde ad illos quoque converſus: Ego, inquit, pro Chriſti mei charitate, ardentique & vehementi in eum amore expectabam omne membrum minutatim conſcindi, expectans novam aliquam & inauditam mortem. Quoniam autem hæc eſt ea, quam vos mihi minamini: ago tibi gratias ſoli Deo meo & Salvatori Chriſto, quod morte, quæ uſque adeo vacat omni labore & moleſtia, quam quidem paulo poſt ipſa quoque attuliſſet natura, me voluiſti emere honorem martyrii. Cum hæc dixiſſet, & hæc ultima verba præclare eſſet locutus, æquali morte ſic quoque eſt conſummatus.*

XII. S. Anaſtaſio caput amputatur.

*Carnifices autem cum ſacrum illud caput amputaſſent, ut eum eſſe interfectum oſtenderent, ad Regem deferunt. Sellarium vero, qui præerat cuſtodiæ carceris,*

PAGIUS III. *Sed ante eum ſocii ejus occiſi.*

Sociorum Anaſtaſii Martyrium deſcribitur in Actis num. 33. *Poſt quinque dies miſit Rex eumdem Præfectum & alios cum eo, ut Sanctum Martyrem, alioſque Chriſtianos captivos interficerent. Qui venientes juſſerunt extra oppidum Betſaloen, ubi erat cuſtodia, Anaſtaſium, alioſque circiter ſeptuaginta Viros ad flumen educi: dein coram ſancto Martyre funibus ſtrangulari omnes*. Additur *Sanctum Anaſtaſium* poſtea ſimili morte perfunctum eſſe. Prædixerat antea ſuam mortem & duorum concaptivorum liberationem, qui cum propriis oculis rerum exitum vidiſſent, proprio hæc ore indicarunt Anonymo, Martyrii S. Anaſtaſii, & ſociorum Scriptori. Memoria S. Anaſtaſii inſcripta eſt ad diem XXII. Januarii Græcorum Anthologio, Horologio Menologio Chriſtophori Proconſulis Mitilænei, aliique, quod Genebrardus vertit: ut mirum ſit, inquit Bollandus citatus in Commentario prævio paragrapho 4. a Baronio in Notis ad Martyrologium tradi, de S. Anaſtaſio agere *hoc die Latinos, Græcos autem decima quinta hujus*: quo die in ſolo Menologio a Caniſio edito ejus traditur Elogium, quia ſcilicet eo die aliqua ejus Reliquiarum Tranſlatio alicubi celebratur. Porro Hermannus Contractus ex editione Caniſii, Athanaſii & ſociorum Martyrium cum anno DCVIII. accurate connectit.

A num.

*ris, cum eſſet Chriſtianus, & ſciret martyrum honorare corpora, vellet autem ſancti tollere reliquias, & eas ſeparare ab aliis, ne tantum lateret bonum permixtum cum cæteris corporibus; prohibuere carnifices. Cum filiis autem Jeſdin annunciata fuiſſet viri conſummatio, ad quam euntem martyrem illorum pueri conſequebantur & illi ſerviebant, ii pecunia corrumpunt carnificum diligentiam, & ut corpus ſibi liceret in loco ſeparato deponere, non paucis emunt pecuniis. Deinde is quoque monachus, qui cum martyre exceſſerat e Cæſarea, & cum decertante ad finem uſque manſerat, cujus etiam ſæpe fecimus mentionem, cum & pueros filiorum Jeſdin, & quoſdam ex iis, qui illic erant, monachis in noctem ſequentem aſſumens, ut martyris corpus pie ſancteque componeret, veniſſet (O quomodo, o Chriſte, laudabo miraculorum tuorum magnitudinem) invenit canes alia quidem corpora toto ore exedentes, ab hoc autem ſolo ſe abſtinentes, ut quod non ſubiiceretur amplius legibus corporis. Jam enim erat pulchritudinis corona in manu Dei (ut divinus dixit Iſaias) & diadema regni in manu Dei ejus. Cum ſuſtuliſſet ergo corpus martyris & mundis linteis, quæ dedere filii Jeſdin pro ultimis corporis exequiis, mundans illas & ſanctas involviſſet reliquias, in Sergii martyris monaſterio, quod ad unum lapidem diſtabat a vico, deponit decimoſeptimo quidem anno Imperii pii Heraclii* (qui hoc anno abſolvitur, & inchoatur decimus octavus) *vigeſimo autem ſecundo die menſis Januarii: is enim fuit dies, qui vidit deceſſum martyris.* Quod audis de monaſterio ſancti Sergii martyris nomine apud Perſas, ne mireris ſiquidem ſuperius pluribus declaratum eſt, ob ingentia ab eodem martyre accepta beneficia eundem Coſrhoen ipſum S. Sergium fuiſſe proſecutum muneribus, publiciſque notis inſcriptis id ipſum eſſe teſtatum. Agit poſt hæc auctor de tranſlatione corporis ejuſdem Anaſtaſii martyris, facta illa quidem occiſo Coſrhoe, cum in Perſide miraculis coruſcavit. At deſideratur ſcriptio illa Georgii Piſidæ hujus temporis luculenti ſcriptoris, qua laudationem ejuſdem martyris Anaſtaſii ipſum proſecutum eſſe Suidas teſtatur.

Canes parcunt corpori S. martyris.

XIII. Nos vero quæ interea poſt illatam martyri necem miſeranda valde Coſrhoi acciderint, hic ex Theophanis Græcorum Annalibus referamus. Victus a martyre Coſrhoes, jam facile erat ſuperandus ab Imperatore: ſiquidem adverſus eum pro Heraclio pugnaturus Anaſtaſius moriens exurrexit; quod patefecit eventus. Sa-

De fuga Choſrhois.

ne

PAGIUS IV. *Geſta adverſus Perſas vere & æſtate hujus anni.*

A num. XIII. ad XXX. Anno ſuperiori diximus, Theophanem alioſque qui extant Hiſtoricos Byzantinos tacere quæ verno tempore ac æſtate hujus Chriſti anni, quo ſextus belli Perſici inchoatus, geſta fuere, eaque non niſi ex Georgio Piſidio hactenus inedito addiſci poſſe, cujus de hac re relationem dum fruſtra expectamus, incidimus in Hiſtoriam Saracenicam Elmacini, qui libro primo pag. 13. ea narrat quæ nonniſi vere ac æſtate præſenti agi potuere, ideoque defectum Theophanis & Scriptorum Byzantinorum ſupplere Elmacinus videtur; eo magis quod ipſe diſerte teſtetur, ſe quæ de *Heraclio* narrat, accepiſſe ex Hiſtoriis Chriſtianorum, ideoque ex Georgio Piſidio; cum ea quæ de *Heraclio* habet, in Hiſtoricis Byzantinis, qui lucem viderunt, non reperiantur, & in libris hactenus Editis nulla mentio ſit alterius Hiſtorici, qui hujus Imperatoris geſta ſcripſerit, & ad nos non pervenerit, quam Georgii Piſidii. Ait itaque *Elmacinus*, Heraclium ſcripſiſſe *ad Chacanum Regem Hararorum*, ideſt, Turcarum, Theophanes enim & Cedrenus ad annum Heraclii XVI. teſtantur, *Turcos* Orientales, quorum auxilia Heraclius ambivit, fuiſſe etiam appellatos *Chazaros*, qui Principem ſuum vocabant *Caganum*, ſeu *Cacanum*, quemadmodum & Avares ſeu Hunni, ut teſtatur Sigebertus anno DXX. Addit Elmacinus, ab eo petiiſſe Heraclium, *ut juvaret ſe XL. millibus equitum: id ſi faceret, affinitatem ſe cum eo contracturum, filiamque ei ſuam in uxorem daturum eſſe. Profectus itaque in Syriam Heraclius, multas capere cœpit Urbes, quas Perſæ tenebant, ſuoſque in iis Præfectos conſtituere.... Erat autem major Perſicorum militum pars diſperſa per Syriam, & Meſopotamiam, quos cepit, atque ordine perdidit Heraclius, Choſroes vero mandata dedit Marzubano, qui & Zurabbar vocabatur, eumque præfecit exercitui, ut exiret oppugnatum Heraclium* (eſt is idem Dux, quem Theophanes & Cedrenus ad annum Heraclii XVII. *Rhazatem* appellant, traduntque eo anno a Choſroe adverſus Heraclium miſſum fuiſſe). *Et profectus hic Zurabbar eſt, donec pervenit in Provinciam Mauſilæ. Heraclius autem occupatus erat in ſubjuganda Armenia, Ægypto & Syriis, profligens omnes Perſarum copias, quæ in illis terris erant. Quique ſuperſtites manſerunt, eum ſecuti ſunt. Collecti autem Ruhæ* (ita Edeſſam Meſopotamiæ celeberrimum Oppidum etiam hodie Orientales vocant) *Heraclio erant trecenta equitum millia: & e tractibus Hararorum* (ideſt Chazarorum ſeu Turcorum) *XL. plus minus equitum millia ad eum venerunt* (eundem numerum Nicephorus habet: *quæ cum in Aderbigianæ Provinciam perveniſſent, ſcripſit his Heraclius, ut illic ſubſiſterent, donec eo veniret. Et ſubjugata Armenia Ninevem contendit, ac ad portam Maximam caſtra metatus eſt.*

V. *Turci in belli ſocietatem ab Heraclio vocati.*

Nicephorus pag. 11. temporis ordine non ſervato geſta ſub finem anni ſuperioris & præſentis initio non diſſimiliter a Theophane & Elmacino, ſed fuſius his verbis explicat: *Hinc Euxino mari navigans per Lazorum Provinciam in Perſidem irrumpere conatus eſt: ubi ex Martina conjuge filius naſcitur* (*hanc enim ſecum adduxerat*, *quem Heraclium nominavit. Indidem porro Legatos cum donis ad Turcarum Principem deſtinat, quibus eum ad belli contra Perſas ſocietatem alliceret. His ille acceptis, auxilio futurum ſe pollicitus eſt.* Quæ contigere anno ſuperiori, quo, ut Theophanes ad annum XVI. Heraclii teſtatur, Imperator in Lazica

fuit,



ne quidem ſicuti Abel ſanguis vindictam expetens, ad Deum clamaſſe dicitur, ita & Anaſtaſii martyris ſanguis in Coſrhoen a Deo ultionem quam citiſſime obtinuiſſe cognoſcitur. Fugiens hinc inde miſer inſtar Cain, tandem a filio ſuo vinculis tentus, diriſſimam omnium pati mortem coactus eſt. Sed quomodo iſta ſe habuerint, videamus. Natalem diem Domini egiſſe Heraclium Imp. in ædibus Hyeſdem ſive Jeſdemonis, ibique exercitum refeciſſe, iidem Annales (a) tradunt: occupaſſe inſuper alia loca Coſrhois in campeſtribus ad habitandum erecta (quas villas nos dicimus) iidem produnt, quorum hæc ſunt nomina, Dezeridan, Ruſa, Beibal, ſive Beclam, Beddarach, quæ, erant loca Damaſtager, ubi degebat Coſrhoes.

(a) *Theop. & Cedren. an. 18. Heracl. Imp.*

XIV. Illic vero Romanorum inventa ſigna bellica in prælijs capta trecenta numero Heraclius vindicavit, aliiſque bonis plurimis diverſi generis ad Perſarum delicias ibi poſitis potitus eſt. *Et his ruinis & igni traditis* (inquit auctor) *gratias egerunt Deo, qui per interceſſionem Dei genitricis talia miracula patrat. Quis enim ſperavit umquam Coſrhoen fugere a facie Romani Principis de palatiis ſuis qui erant in Damaſtager & petere Cteſiphontem?* Celebraſſe etiam in gratiarum actione Haraclium Epiphaniæ feſtum diem pene Damaſtager, iidem produnt Annales. Coſrhoes autem novem dies inde profectus cum conjugibus atque liberis, itemque pecuniis, & cum prope eſſet munitiſſimus locus Cteſiphon Romanorum præliis celeberrimus; noluit locum ingredi: quod a Magis ipſi olim prædictum fuiſſet, periturum fore, cum Cteſiphontem accederet. Sed abiit Seleuciam, locum trans Tigrim æque munitiſſimum, ubi reſedit ſecurus tamquam loco tutiſſimo, repoſito ibi theſauro.

Heraclius potitur bonis Coſrhois.

XV. Dum hæc agerentur in Perſide, contigit ſolvi obſidionem Chalcedonis, a Sarbara duce Perſarum inita pace cum filio Imperatoris Conſtantinopoli. Cum enim in ſuſpicionem adductus eſſet Sarbaras apud Coſrhoen, quod Romanis conſentiret, miſſæ ſunt ab eo litteræ ad Cardarigam collegam, ut illum interficeret, exercitumque in Perſidem reduceret: ſed interceptis iis litteris, & a filio Imperatoris oſtenſis Sarbaræ, & aliis confictis

Chalcedo liberata ab obſidione.



de

PAGIUS fuit, expeditione militari anni belli Perſici quinti jam confecta.

VI. *Cum Heraclio contra Perſas militant.*

Subdit immediate Nicephorus: *Ea re gaviſus Heraclius ad illum perrexit* (vere ſcilicet currentis Chriſti anni ineunte,) *Qui adeſſe Imperatorem audiens, cum magna Turcarum manu obviam proceſſit.* Imperator detractam ſibi coronam Turcæ capiti impoſuit, & *Eudociæ* filiæ imaginem demonſtrans, uxorem ei ſpopondit, ſi ſibi contra hoſtes auxiliem daret. Barbarus imaginis pulchritudine impulſus ad firmandam ſocietatem propenſior factus eſt, & ſtatim Turcarum copias cum *Duce ei tradidit;* Hic congreſſus factus, ut videtur, in Aderbigiana Provincia, ubi Turci Imperatorem expectarunt, ut mox diximus ex Elmacino, qui geſta poſtea a Turcis omnino omiſit, ſed quæ accurrate narrat Nicephorus. *Quibuſcum* (Turcarum ſcilicet copiis) *in Perſidem irruens Oppida ſubvertit, atque Ignis delubra proſternit. Poſtquam Choſroes cum alia omnia comperit, tum Turcas ab Heraclio in ſocietatem receptos de his certiorem per literas Sarbarum reddit, ac quam celerrime ex Romanorum finibus ad ſe reverti jubet, & Heraclio copias ſuas opponere; neque enim ſe illius exercitum ſuſtinere poſſe. Hæ porro literæ in itinere interceptæ ad Heraclium delatæ ſunt: quibus ille perlectis & ſuppreſſis alias tanquam a Choſroe miſſas ſuppoſuit, & illius ſigillo obſignatas ad Sarbarum miſit, quibus ea continebantur: Romanorum Imperatorem cum Turcis amicitiam iniiſſe & Adoryadiganum uſque perveniſſe, quem miſſo a ſe exercitu cum Turcis eſſe profligatum, reliquos fuga ſibi conſuluiſſe; quamobrem hortari, ne ex Romanorum agro exercitum tranſportet, ſed Chalcedonem obſidere ac Romanos capere prædarique pergat. Quibus acceptis literis Sarbarus in eodem loco, ſubſtitit.* De diſceſſu Turcorum nullam mentionem facit Nicephorus, ſed Theophanes, qui in narrandis Turcorum geſtis Nicephoro conſentit eos ineunte Septembri currentis Chriſti anni Romanos deſeruiſſe diſerte refert.

VII. *Turci hoc anno a ſocietate belli recedunt.*

Elmacino ſuffragatur etiam Theophanes ad annum Heraclii XVI. qui ait, Heraclium in Lazicam regionem ſeceſſiſſe; *ibique mora aliquandiu protracta, Turcos Orientales, quos Chazaros vocant: ad belli ſocietatem* allexiſſe. Tum addit: *Porro Chazari Caſpiis, portis diſruptis in Perſidem irrumpunt, & Ziebelo Duce, cui a Chagano ſecunda dignitas inerat, Adroegam Provinciam penetrant. Quocumque vero progrederentur, Perſas adducebant captivos, & Urbes pagoſque igne devaſtabant. Interea Imperator e Lazica ſolvens, illi ſe adjungere & occurrere ſtatuit.* Dein ad annum Heraclii XVII. qui cum menſe Auguſto currentis Chriſti anni abſolvitur, ait: *Hoc anno jam a menſe Septembri Heraclius una cum Turcis in Perſiam irrumpens, Choſroen in animi anxietatem coniecit. Turci vero incumbentem hyemem proſpicientes tandem omnes ſocietate belli deſerta redierunt.* Et poſtea narrat Theophanes quæ a menſe Octobri hujus anni uſque ad finem belli Perſici contigiſſe ſtatim oſtendemus. Ex quibus liquet, Theophanem Heraclii cum Turcis ſocietatem anno uno antevertiſſe. Quod confirmat Elmacinus, licet ipſe etiam in eumdem prochroniſmum incidat, cum quæ ex eo recitamus, *cum anno Hegiræ quarto* copulet. Nam nulla de diſceſſu Turcorum mentione facta poſt præfata narrata immediate ſubiungit: *Et ſubjugata Armenia Ninevem contendit, ac ad Portam maximam caſtra metatus eſt* (Heraclius autem ſecundum Theophanem prima die Decembris juxta Nivem caſtra applicuit. *Sed veniente Zurabbare, concurrerunt exercitus, & prælium magnum commiſſum eſt fugati Perſæ, & amplius quingenta eorum millia occiſa. Interfectus & Zurabbar eſt, Dux exercitus. Heraclius autem omnes eorum opes diripuit.* Provinciam, quam Theophanes *Adroegam*, & Nicephorus pag. 12. *Adoryadiganum*, Elmacinus *Aderbigianam* nuncupat, & tam Theophanes ac Cedrenus, quam Elmacinus hunc Turcorum adventum in Perſidem cum an-

no

de nece aliorum ducum exercitus; factum eſt, ut omnes inita pace cum Romanis, in Perſidem ad propria remearint, Coſrhoe in eo quo conſtitutus erat periculo derelicto: qui paucos poſt dies ſuorum proditione captus a filio, atque demum miſerando interitu occiſus eſt.

XVI. Coſrhoes a filio capitur. Etenim cum Coſrhoes Seleuciæ ubi degebat, in dyſenteriæ morbum incidiſſet, ut coronaret filium ſuum Mardeſam ex Syra dilecta conjuge natum, operam dedit. Quod ubi comperit major natu filius Syroes, cum optimatibus egit de necando parente Coſrhoe, uſus ad hoc & Romanorum auxilio, cum de his omnibus ☞ Heraclium ☜ monuiſſet, quem fore ſibi propitium perſuaſerat; dum captivos omnes Imperatori ſubditos vinculis ſolvit, ac patrem inſecutus eſt, fugientemque cepit. Quæ autem poſtquam vinculis Coſrhoes nexus fuit, pati coactus ſit accipe ab auctore:

XVII. Finis miſerrimus Coſrhois. *Cum*, inquit, *Coſrhoes fugere tentaſſet, nec valuiſſet, tentus eſt, & valide vinctus ferreis compedibus colligatus, cui & circa collum ferrea pondera imponunt: & mittunt eum in domum tenebrarum, quam recens extructam ipſe munivit ad recondendas pecunias; paniſque parum & aquæ tribuentes, fame necabant. Ajebat enim Syroes filius: Comedat aurum, quod incaſſum collegit, propter quod etiam multos fame necavit, mundumque delevit. Porro miſit idem Syroes Satrapas ad eum injuriis impetendum & conſpuendum: & ductum Mardazanem**, *quem coronare volebat, filium ejus ante ipſum occidit, & ſic reliquos filios ejus in conſpectu ipſius peremerunt: & miſit omnes qui inimici ejus eſſent, ut eum injuriis afficerent, percuterent, atque conſpuerent. Denique per quinque dies hoc facto, juſſit Syroes ipſum arcubus interficere, ſicque paulatim in malis nequiſſimam animam ſuam tradidit.* Hæc Annales de interitu Coſrhois. Talis plane decebat finis deſtructorem Orientalis orbis Coſrhoen, taliſque exitus expectabat nefarium atque ſacrilegum Regem, peſtem, facemque civitatum Romano Imperio ſubjectarum.

* Mardeſam.

XVIII. Juſtiſſima de Coſrhoe ultio. Non alia quidem quam iſta digna ſupplicia per filium miniſtrata debebantur homini, qui auſus fuerat poſt plurima admiſſa nefanda, etiam in ſacroſanctam Dominicam Crucem Hieroſolymis manus violentes iniicere, inter manubias collocare, & in Perſidem ſecum ferre. Decuit omnino iſta omnia perpeti ingratum & perfidum Regem, qui (ut ſua ipſemet prodidit confeſſione amplis notis in

au-

PAGIUS no Heraclii XVI. & Chriſti DCXXVI. male copulant; alioquin tam *Turci quam Heraclius* verno tempore & æſtate hujus anni otioſi fuiſſent, nullaque expeditio militaris ab utriſque ſuſcepta eſſet. Sed ex Elmacino & Theophane, qui non minus in rerum narratione quam in prava temporis conſignatione inter ſe conveniunt, hæc præſenti anno geſta eſſe mox certo conſtabit.

VIII. *Prælium Heraclium inter & Rhazatem anno exeunte commiſſum.* Theophanes itaque ad annum Heraclii XVII. Eræque Alexandrinæ DCXVIII. refert *Heraclium* poſtquam a Turcis ſe deſertum vidit, exercitum ſuum allocutum eſſe, ac dixiſſe Deum ſolum & Beatam Virginem belli ſocietatem cum illis iniiſſe, ut auxium eis ſuum *manifeſto* mitteret: *Choſroen* copiis ſuis Rhazatem præfeciſſe, & in Heraclium miſiſſe, huncque Perſidis Urbes & vicos ferro igneque devaſtaſſe. Tum ſubiungit; *Nono vero menſis Octobris die, Indictione decima quinta, in Provinciam Chamaetam pervenit, & dierum ſeptem & quiete exercitum refecit. Rhazates autem Gauzacum profectus, pone ſequebatur Imperatorem ..... Prima deinde Decembrs die Imperator ad magnum fluvium, cui nomen Zabas pervenit, eoque trajecto juxta Ninivem civitatem caſtra applicuit. Circa fluvium pariter Romanos inſecutus Rhazates appulit...... Campo ad pugnam apto reperto, exercitum ad allocutionem vocat, & ordines componit. Rhazates pariter cum eumdem locum tenuiſſet, in tres cuneos totum exercitum diſtribuit, & in Imperatorem præliaturus ſe confert. Menſis itaque Decembris die duodecimo, qui Sabbati fuit, certamen commiſſum.* Refert poſtea ipſo toto die nuſquam ſubſtituiſſe, aut ceſſaſſe conflictum *Rhazatem* bello cecidiſſe, & Romanos a Deo ſolo ſuppetiis datis præclaram victoriam reportaſſe; die vero Decembris primo ſupra viceſimum Imperatorem Ninivem occupaſſe, & poſtea ad *Jeſdem* domos caſtra fixiſſe, & in eodem loco Chriſti Natalitiorum celebraſſe ſolemnitatem. Quæ currenti anno, non vero ſuperiori, ut perperam Theophanes, geſta eſſe concurſus Sabbati cum die XII. Decembris certo deſignat; quemadmodum loco, *IX. Octobris die Indict. XV.* legendum eſſe, *IX. Octobris die Indict. I.* quæ hoc anno Kalendis Septembris auſpicata eſt.

IX. *Anno ſequenti Choſroes juſſu Siroeæ filii interficitur.* Dein, ut narrat Theophanes, Imperator aliqua Palatia *Choſrois* evertit & prima Januarii die in Palatio *Beclal* dicto caſtra fixit, didicitque *Choſroen* jam a menſis Decembris die viceſimo tertio a Palatio ad Daſtager ſito moviſſe, ac *Cteſiphontem* ſe ſe recepiſſe. *Feſto Luminum*, ideſt Epiphaniæ in *Daſtager* celebrato, diruit *Choſrois* Palatia, quæ ſtupendæ prorſus ſtructuræ erant. Porro *Sarbarum*, quaſi Romanorum partibus propenſum apud *Choſroen* Perſarum nonnulli criminati ſunt. Quare miſſis per Spatharium ad *Cardaregam* Sarbarazæ collegam ad Chalcedonem expugnandam caſtra metatum juſſis, ut e medio tollat *Sarbarazam*, ſignificat. Is autem, qui literas ferebat, a Romanis comprehenſus Conſtantinop. Imperatoris filio coram ſiſtitur. Hic *Sarbarazam* ad ſe confeſtim vocat, qui lecta illa Epiſtola cum Imperatoris filio & Patriarcha pactum init. Adulteratis deinde *Choſrois* literis, ſibi occidi juſſo quadringentos alios adjunxit Optimates, ac Duces, & ipſum *Cardaregan* convocat, qui Choſroen Regia dignitate excidiſſe publicant, compoſitiſque cum Imperatore pacis fœderibus, decernunt, ut Chalcedone abſcederent, & in patriam revertantur. Cum vero *Siroes* de fratre in Regem coronando patris *Choſrois* conſilium comperiſſet, quia ipſe primogenitus erat, animo commotus, Le-

ga-



auro ſignatis, ut ſuperius ſuo loco eſt demonſtratum) Dei beneficio & Sancti Sergii martyris interceſſione regnum fuerat conſecutus. Ita plane juſto Dei conſilio decens fuit deorſum externi elatam ac ſublimem mentem nullas pacis conditiones Heraclii ſupplicis vel audire volentem, unam illam tantum ſpem ſalutis eidem offerentem, ſi procul abjecta Chriſtiana religione, Perſarum deos colerent Romani omnes: nam putavit infelix, ubi Crucem captivam duxit, ſe Deum Chriſtianorum pariter ſuperaſſe. Iſta quidem ſubire a ſuis Perſis tormenta meruit Rex, qui paucos ante dies in ſanctiſſimum martyrem Anaſtaſium Perſam ſævierat. Pugnavit ſane, & vicit impium tyrannum martyr occiſus, & captivata ſacratiſſima Crux crucem diriſſimam intulit capienti. Ejuſmodi eſſe ſolent Chriſtianæ victoriæ, ut tunc in omnibus vincat Chriſtus, cum omnia videri poſſunt ab hoſtibus ſuperata.

XIX. Triumphi plures de Choſroe relati. At non caruit tanta victoria glorioſo triumpho, immo triumphis. Et ut dicamus de ſingulis, triumphavit martyr occiſus, cum ejus venerandum corpus religioſa pompa Cæſaream transfertur e Perſide. Triumphavit ſanctiſſima Crux, cum illæſa priſtino loco redditur, & ſoluto vinculis Pontifice Zacharia, celebri cultu Hieroſolymis reſtituitur. Egit pariter & triumphum omnibus Imperatorum triumphis auguſtiorem Heraclius Imperator. Sed & de his ſingulis paulo fuſius nobis agendum:

XX. Quod vero ad Anaſtaſii martyris, qui & ordine primus fuit, triumphum pertinet: deſideratur in Actis ejus tranſlatio Cæſaream facta in Palæſtinam, ubi primum contigit ipſum certaſſe pro fide, atque impios ſuperaſſe: præter enim Acta illa, adhuc extabat liber miraculo-



rum

PAGIUS gatum miſit ad Imperatorem, a quo petiit *Heraclius*, ut Siroes cuſtodias reſeraret, vinctos in eis Romanos liberaret, & cum eis moveret adverſus Choſroen. *Siroes* in patrem arma movet, qui captus, gravibuſque catenis onuſtus, conjectus eſt in carcerem, filius, quem nuper Regem coronare conſiliabatur, & reliqui omnes ejus liberi ſub ejus conſpectu e medio ſublati, & *Sirois* juſſu *Choſroes* ſagittis confoſſus. Tum *Siroes* hujus necem per literas Heraclio annunciat: detentos cuſtodiis Chriſtianos cum Patriarcha *Zacharia*, & vivificis Lignis Hieroſolymis cum olim a *Sarbaraza* caperetur, ſublatis, reſtituit. Hæc ſummarie ex Theophane deſcripta, quæ partim ad hujus anni finem, partim ad ſequentis initium geſta, ut Auctor Chronici Alexandrini nos dubitare non ſinit.

X. *Pax inter Heraclium & Syroen Perſarum Regem ſancita.* His conformia ſcribit Elmacinus, qui narrato prælio, inter Heraclium & Rhazatem, quem Zurabharem vocat, habito, ait: *Siroes autem filius Choſroæ, qui in carcere patris ſui vinctus detentus fuerat, e carcere egreſſus, & patre occiſo, ei in Imperio ſucceſſit. Regnaverat autem Choſroes annos XXXVIII. Et Siroes regnare cœpit anno quinto Hegiræ, qui XVIII. erat Heraclii, Alexandri vero DCCCCXL. Heraclius deinde in pagum Themaninum, quem extruxit Noachus P. M. poſtquam ex Archa eſt egreſſus; venit, & ut Arcæ locum videret, aſcendit in Montem Giudium, qui eminet ſupra omnes illas terras: eſt enim valde excelſus. Hinc in Amidæ Regionem abiit, ubi aliquandiu ſubſtitit. Siroes autem Choſroæ filius Legatos miſit ad Heraclium: pacem ab eo petens, quam & obtinuit: ſed ea conditione, ut reſtitueret ei quidquid pater ejus eripuerat Romanis. Atque ea lege pax eſt inita. Et cum ſtatueret Heraclius in Syrias proficiſci, oneris id; loco ejus, ſuſcepit frater ejus Theodorus; quem juſſit Perſas omnes e Meſopotamia, & Syriis in Regionem eorum educere. Hic itaque, loco illius profectus, Civitates ſingulas eſt ingreſſus; conſtituens in iis Præfectos ejus, donec omnes perluſtravit: & Conſtantinopolim eſt reverſus.* Quæ omnia ſequenti Chriſti anno accidere. Cum vero Elmacinus referat ea geſta eſſe anno Hegiræ V. quem male cum anno Chriſti ſequenti copulat, manifeſte indicat, ſe male etiam ſcribere ſocietatem Chazarorum ſeu Turcorum cum Heraclio initam eſſe *anno Hegiræ quarto*. Ex quo tamen errore intelligimus, eum ſignificare ſocietatem illam peractam anno proximo ante *Choſrois* interitum, eodemque anno *Heraclium* ſubegiſſe Urbes Armeniæ, Ægypti, & Syriæ, quod ipſe ſolus nos edocuit; cum nullus ex Hiſtoricis Byzantinis quæ a ſocietate Turcorum cum Heraclio ad eorum receſſum, præliumque cum *Rhazate* habitum, medio illo tempore inter Romanos & Perſas geſta fuerint; literis mandarit.

XI. *Pacis conditiones utrimque exequtioni mandantur.* *Choſroes*, qui exeunte anno DXC. Regnum inierat, recte dicitur ab Elmacino regnaſſe annos XXXVIII. & in Chronico Sigeberti ac Tabulis Theophani inſertis, annos XXXIX. incompletos ſcilicet; ſed perperam traditur periiſſe anno Alexandri ſeu Seleucidarum DCCCCXL. cum menſe Februario, ut mox videbitur, interfectus fuerit, & annus ille Alexandreus die prima Octobris ſequentis Chriſti anni exordium ſumpſerit. Quod vero Elmacinus narrat de Theodoro Imperatoris fratre, confirmatur a Theophane, qui anno Heraclii XVIII. Eræque Alexandrinæ DCXIX. utroque Kalendis Septembris præſentis Chriſti anni inchoato, ait: *Hoc anno pacis fœdere Romanos inter ac Perſas firmato, Imperator Theodorum proprium fratrem cum literis, & a Rege Perſarum Siroe Viris delegatis miſit, qui Perſas Edeſſæ, in Palæſtina, Hieroſolymis, & in cæteris Romanorum Civitatibus repertos cum pace in Perſiam reducerent, & eos abſque impedimento vel incommodo per Romanam Ditionem pertranſire fidem adhiberent operam. Imperator itaque continuos ſex annos Perſiam bello fatigans, ſeptimo tandem pace parta (velut myſtico quodam ſpectaculo in ſe ſe probato) cum ingenti gaudio Conſtantinop. reverſus eſt.* Zonaras, Conſtantinus Manaſſes, & alii eodem modo loquendi utuntur, quod ſcilicet ſicut VI. diebus mundus a Deo fabricatus eſt, ac VII. quievit, ita cum VI. totos annos *Heraclius* cum *Choſroe* pugnaſſet, VII. tandem ei bello optatum finem impoſuit. Verum anni illi VI. ab anno DCXXII. & XII. Heraclii uſque ad annum DCXXVIII. & XVIII. Heraclii intercurrerunt, non vero, ſicut in Annalibus Baronius, ab anno DCXXI. ad currentem, ut certum indubitatumque reddit Epiſtola Heraclii ad Conſtantinopolitanos ſuos ſcripta, ex qua & manifeſtum ſit, tam

Theo-

Corpus S. Anaſtaſii tranſlatum Cæſaream.

rum ejus, qui & ipſe periit, fragmento dumtaxat ſalvo, quod in frequenti Patrum conſeſſu recitatum exſcriptumque reperitur in Actione quarta poſterioris Nicæni Concilii verbis iſtis: *Agedum, & in Cæſarea Palæſtinæ regionis mirifica a ſancto viro deſignata recenſeamus. Cum ſanctæ civitati reliquiæ ſacræ appropinquaſſent, omnibus res ea fuit declarata & ſignificata. Itaque lætitia magna perfuſi omnes, ſurgentes ſubito, lignaque ſacra pulſantes invicem, obviam facti ſunt in veneranda Deiparæ æde, quæ appellatur Nova. Illinc cum Cruce & ſupplicatione egreſſi ſunt læti & gaudentes cum gratiarum actione ſacris reliquiis munus in memoriam ſancti offerentes: cum mulier quædam ex primariis civitatis feminis, cui nomen Arete, verum a virtute, quam Græci ἀρετὴν vocant, longe alieniſſima, ad infidelitatem converſa dixit:* Ego reliquias *e Perſide venientes numquam venerabor.* O *miſeram & deſperatam feminam!* Non *audivit hæc miſera ſacri* Davidici (*a*) *vocem increpantis eos qui impudenti & inverecundo ore quidvis effutiunt: Ceſſare, inquit, facias linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Quid igitur glorificans eos quos glorificat Deus in hanc deſignavit deinceps me referente audietis.*

(a) Pſ. 38.

XXI. *Cum ſacræ reliquiæ in urbem delatæ fuiſſent, communi ſententia cives martyri oratorium prope Tetrapylum (locus is eſt in medio civitatis) conſtruere decreverunt; quin etiam illius imaginem illic conſtituerunt. Jam cum eſſet extructum oratorium, ſanctus martyr in habitu monachi per ſomnum coram miſera aſtitit, illique ait:* E *lumbis ægrotas. Ipſa autem reſpondens:* Non, *inquit, domine: neque enim quicquam mali ſentio. Poſtquam hæc dixiſſet, expergefacta, ſubito dolores inſeruere ſenſit, cœpitque clamare & gemere; atque adeo graviter affecta fuit, ut ne otii quidem ſatis habuerit, qui expectare quiviſſet, quænam tam ſubiti & vehementis doloris cauſa, quiſve auctor eſſe poſſet. Sic enim quatuor diebus in cruciatibus ſubſtitit. Quin-*

Mulier dat pœnas blaſphemiæ.

PAGIUS Theophanem quam Elmacinum accurate quidem quæ paulo ante interitum Choſrois, & poſt illum contigere narraſſe, ſed tamen ea tempori ſuo non reddidiſſe.

XII. *Heraclius ad Conſtantinopolitanos ſcribit interitum Choſrois & inaugurationem ejus filii.*

Auctor Chronici Alexandrini anno ſequenti ſcribit; *XVIII. anno Imperii Heraclii, poſt Conſul XVII. & XVI. Imperii Heraclii Jun. Conſtantini filii ejus XV. Maji Indict. prima ipſa Pentecoſtes die* ( ideoque anno DCXXVIII. quo Feſtum illud incidit in diem XV. Maii, ) *lectæ ſunt literæ ex ſuggeſtu in ſanctiſſima Dei Magna Eccleſia miſſæ ex Oriente ab Heraclio ſacratiſſimo Imperatore noſtro, quæ mortem Choſroæ, & inaugurationem Siroæ Perſarum Regis nunciabant, quæ ad verbum ita habent: Exultate Deo omnis terra; ſervite Domino in lætitia,* &c. *Cecidit enim ſuperbus & perduellis Dei Choſroes. Cecidit, & detractus eſt ad inferos, & deleta eſt de terra memoria ejus. Ille elatus & loquens iniquitatem in ſuperbia & contemptu adverſus Dominum noſtrum J. C. verum Deum & intemeratam ejus Matrem, benedictam Dominam noſtram Dei Genitricem, ſemperque Virginem Mariam. Periit impius cum ſonitu: converſus eſt labor ejus in caput ejus, & in verticem iniquitas ejus deſcendit. Nam XXIV. Februarii præteriti menſis, inſtante jam prima Indictione, tumultu & ſeditione a Siroeo primogenito illius filio in ipſum concitata (quemadmodum vobis in ſecundis mandatis ſignificavimus,) omnibuſque Dynaſtis & Satrapis Perſarum, totoque exercitu, una cum conducto aliunde, & peregrino milite, ab execrato Choſroe ad partes Siroei cum Gurdanaſpa Perſici exercitus prius Ductore tranſiere. Hinc didicit inviſus Deo Choſroes fugitare, qui captus vinctuſque conjectus eſt in turrim ſeu Caſtellum novum ab ipſomet ad ſervandam collectam ab eo pecuniam extructum.*

XIII. *Dies inaugurationis Siroæ & interitus Choſrois.*

*Et XXV. ejuſdem Febr. Siroeo inaugurato, & Rege Perſarum renunciato, & XXVIII. ejuſdem menſis, cum odium Dei Choſroes quartum jam diem in vinculis omnibus excruciatus doloribus fuiſſet, illum ingratum & perduellem Dei, ſuperbumque & impium in Deum acerbiſſimo genere mortis Siroeas ſuſtulit; uti ſciret, Jeſum ex Maria natum, & a Judæis crucifixum, quemadmodum ipſe ſcripſerat, & per blaſphemiam appellarat, Omnipotentem eſſe Deum, illique reddiderit, pro ut a nobis ipſum ſcriptum fuerat. Et ille quidem theomachus ex hac vita ita diſceſſit...*

XIV. *Tractatio Pacis inter Heraclium & Siroen.*

*In ſecundis autem ad vos datis a nobis mandatis ex Caſtris noſtris Canzacis vicinis, quæ continebant acta a XVII. Octobris ad XV. Martii expoſuimus, quo pacto Deus, & Domina noſtra Dei Genitrix, nobis & dilectis Chriſto copiis noſtris ſupra quam capi poſſit ab homine, ſuccurrerit.* ( Ex quibus liquet, ſupra num. VIII. loco *die nono Octobris Indict. XV.* nos recte apud Theophanem legendum monuiſſe *die IX. Octobris Indict. I.* cum ibidem dicat Theophanes, Heraclium dierum ſeptem quiete exercitum refeciſſe, ad diem ſcilicet XVII. Octobris ab Heraclio in hac Epiſtola memoratum. Porro *Ganzacum*, ſeu, ut loquitur Heraclius, *Canzacum*, Urbs fuit Perſidis interioris, ut teſtantur Theophanes & Cedrenus ad annum Heraclii XIII. & quidem juxta Provinciam Chamaetham, vel in eadem Provincia, ut colligitur ex Theophane, dum de illa exercitus quiete ſermonem habet. ) *Et quomodo videntibus nobis impius & e ſterquilinio effoſſus Choſroes a Daſtagerchoſare ad Cteſiphontem uſque profugerit, & Regias ſuas cum multis Provinciis Perſici Regni amiſerit, quodque hac occaſione Siroeas contra illum movere potuerit. Poſt miſſam vero illam noſtram ad nos hanc denunciationem XV. die præſentis menſis Martii, dum explorare ſtudemus, quæ poſtea Choſroæ per Siroeam evenerint, & nos in varias oras, locaque Siarſuram uſque & parvum Zaba Chalchas, ſive Jeſdem miſiſſemus exploratum utraque via, cum ex Caſtris noſtris, tum ex Saracenorum pio Imperio noſtro ſubjectorum Regione, uti, quemadmodum dictum eſt, explorate noſſemus, quid inibi gereretur, tum XXIV. Martii adduxerunt ad nos Excubitores in Caſtra, quæ Canzacis proxima ſunt, Perſam unum & alterum Armenium, qui nobis libellum porrexerunt, a quodam Perſarum Secretario Choſdaæ Axiamarane ſcriptum, qui continebat: A Siroa Rege*



*to autem die ſub crepuſculum vidit ſibi ſanctum illum aſtantem, atque ad eam dicentem: Deſcende ad Tetrapylum, ſanctique Anaſtaſii interceſſionem apud Deum poſce, quo ſana fias. Ipſa igitur cum ſurrexiſſet ex grabato, in memoriamque blaſphema illa & impia verba, quæ contra caput ſuum dixerat, redirent; convocatis liberis ſuis, ad eos dixit: Tollite me tollite me, inque templum S. Anaſtaſii concedamus: ſiquidem jam edocta ſum meo cum periculo, reliquias ex Perſide venientes, adorandas, venerandaſque; & quæ Deus ſacravit, ea non eſſe communia appellanda. Impoſitam itaque eam ferculo bajularunt.*

XXII. Pœnitens mulier ſanatur.

*Cum autem appropinquaret ipſi loco; ipſa eminus conſpicata ſancti imaginem, cum lacrymis cœpit exclamare: Hic eſt qui in ſomnis vere a me viſus inſtruxit me de malis quæ me habent. Deinde ſe ipſam in ſolum proſternens, ſanctumque orationibus flebilibus martyrem placans, ſana firmaque ſurrexit: & quæ paulo ante alienis pedibus incedebat, extremaque patiebatur, nunc ſuis ititans domum una cum reliquis, Deum glorificans, martyremque magnificans perrexit.* Hucuſque in Synodo recitatum; cum mox eadem Acta Nicæna iſta ſubjungunt: *Petrus & Petrus religioſiſſimi preſbyteri, Vicarii Hadriani Papæ veteris Romæ dixerunt: Ipſa illa imago in præſentem diem Romæ eſt in monaſterio cum pretioſo capite. Joannes Epiſcopus Tauromeniæ dixit: Recte dixerunt venerabiles Vicarii; nam & in Sicilia muliercula cum dæmonio vexaretur, Romam profecta, ad imaginem ſanctiſſimam ſupradictam ſanata eſt.* Hucuſque de Anaſtaſii ſacris reliquis & veneranda ejus imagine Acta Nicæni poſterioris Concilii. Ex quibus ſatis intelligere potuiſti, non ſolum e Perſide Cæſaream Palæſtinæ S. Anaſtaſium longum duxiſſe in ſui corporis tranſlatione triumphum; ſed & ipſum Romam uſque, cum illuc ſacrum tranſlatum eſt caput & veneranda ejus imago, ſumma gloria propagatum. Extant adhuc ibi eadem ſacra pignora, caput ipſum & eadem ſacra imago decentiſſimo ornatu recondita, ubi primum tunc tranſlata ſunt in monaſterium S. Vincentii ad Aquas Salvias, quod & auctum eſt etiam Eccleſia nomine S. Anaſtaſii.

De capite & imagine S. Anaſtaſ. Romam tranſlatis.

XXIII. S. Crucis poſt victoriam triumphus.

Sed jam de Crucis triumpho ex perfido victo ac neci dato tyranno agamus. Coſrhois enim filius, Syroes dictus, occiſo patre, & potitus regno Perſarum, non immemor ejus quam pepigerat pacis cum Heraclio Imperatore; eveſtigio Roma-

PAGIUS *ge Perſarum inaugurato miſſum (Secretarium Choſdaen) cum aliis Dynaſtis una cum libello ac monitorio ad nos, qui cum veniſſet in locum Armam, viſum eſt mittere ad nos Viros illos duos, uti a nobis commeatus, (hoc eſt certi homines) daretur Secretario, ut tuto ad nos cum ſuis pervenire poſſet. Ut autem intelleximus, illum ſibi timere quod multa videret tentoria Perſica in itinere a noſtro victore exercitu, & a (Duce) Norbano tria millia ablata, ſine comitatu (a nobis miſſo) noluit ad nos venire. Itaque XXV. ejuſdem menſis Martii amandavimus ad illos Heliam illuſtriſſimum Ducem cognomento Barſocam, & Theodotum ampliſſimum Drungarium cum delecta juventute, & XX. equis phaleris, ſelliſque inſtructis, qui occurrerent Legatis, & ad nos ſalvos deducerent. Placuit etiam his adjungere Guſdanaſpam Rhazium Perſici exercitus Chiliarchum ſeu Tribunum, qui ad nos venerat, quando inter Siroeam & Choſroen tumultus primum & ſimultas extitit.*

XV. *Siroes Legatos mittit ad Heraclium.*

*XXX. Porro Martii accepimus nuncium, in his ipſis Caſtris quæ ad Canzacos ſita ſunt, ab Helia & Theodoto & Guſdanaſpa, qui ſe affirmabant, in monte Zara in altiſſimas nives incidiſſe, incolaſque Perſas ex avibus cum jumentis egreſſos, nivibus disjectis, viam aperuiſſe, quod cognoviſſent Legatos a Siroea Rege miſſos adventare, & præ hiemis niviumque altitudine montem Zara ſuperare non poſſe.*

XVI. *Hos Heraclius perhumaniter excepit.*

*Unde nos & juxta nobiſcum Chriſtianus exercitus noſter apertiſſime vidit a Dei clementi nutu & bonitate nos ductos & ſervatos fuiſſe. Etenim ſi vel paucos dies cunctati ad montem Zaram fuiſſemus, hiemſque tam gravis ingruiſſet, in magnam annonæ & commeatus difficultatem feliciſſimus noſter exercitus incidiſſet. Caſtra enim movimus a Siarſuris, hoc eſt, XXIV. Feb. uſque ad XXX. Martii nives nullæ ceciderunt. Et cum ad agrum Canzacorum veniſſemus, magnam rerum omnium ad victum copiam, & hominum & jumentorum opera accepimus. Hibernavimuſque cum in ipſa Civitate Canzacorum, quæ ampliſſima, domoſque complectitur ter mille, tum in vicinis Oppidis, uti facile potuerimus, tot dies uno loco commorari. Imperavimus etiam noſtris Chriſto dilectis legionibus, uti jumenta per domos in Urbe, dum ſæviret tempeſtas, tribuerent, atque nonniſi unicum equum in caſtris noſtris, quæ Urbi proximæ erant, ſecum ſinguli haberent. Barſimanas enim Præfectus Canzacorum, & omnes incolæ ejus cum intelligerent Zara montem a nobis ſuperatum, receſſerunt ab Urbe, & in montes & Caſtella Arceſque firmiores confugere. Quando autem Viros illos a Siroea Rege Perſarum miſſos admiſimus, unum ex illis, Perſam, inquam, una cum aliis Viris ad Barſimanam Canzacorum Regulum, qui inde XL. millibus paſſuum aberat, & in Caſtellum munitum ſe contulerat, amandavimus, & per libellum monuimus, uti XXVII. jumenta Legatorum cauſa adornaret, ut compendio ac ſine impedimento ad Regem Siroem penetrare poſſent. Bariſmanas receptis Legatis una cum libello, multis hyoris, & nos, & Siroien Regem Perſarum ſummis laudibus celebravit, juxtaque cum illo univerſi, qui illic erant. Certior enim erat factus a Legato Perſa illum perduellem Dei Choſroen periiſſe, Regemque Perſarum Siroen acclamatum eſſe. Reſcripſit ergo nobis idem Bariſmanas, ſe jumenta, ut imperaveramus, ad Legatorum uſum egregie inſtructurum, & quando accepturus eſſet, alterum Nuncium a nobis de adventu Legatorum ſe ipſum præſto futurum, jumentaque ſecum adducturum, omniaque officia, ſervitiaque exhibiturum. Nobis porro eiſdem in caſtris ad Canza-*

manos omnes ſolvit captivos, interque eos Zachariam Hieroſolymorum Antiſtitem, liberoſque abire juſſit, ſimulque ſacratiſſimum venerandæ Crucis lignum illæſum ipſum quidem & intactum, dixerim nec a Perſis quidem viſum, reſtituit: etenim teſte Suida (quod diximus) ſignaculum, quo clauſum erat, fuit inventum illæſum. Sunt hæc Suidæ verba in Heraclio: *Ipſe vero acceptis vivificis lignis obſignatis, quemadmodum accepta fuerant atque permanſerant, Hieroſolymam profectus, Modeſto Pontifici atque ejus clero monſtravit. Hi & ſigillum incolume & intactum agnoverunt, & clavem ab eo ſumpſerunt, & adorarunt, & in altum ſuſtulerunt. Imperator igitur ea Byzantium miſit, quæ Sergius in Blachernis repoſuit.* Hæc Suidas.

XXIV. *Zachar. rediit Hieroſolymam.* Ex quibus etiam intelligis, Zachariam Pontificem, antequam Hieroſolymam venerit, eſſe defunctum, & qui hactenus (ut diximus) eo abſente illam Eccleſiam curaſſet, Modeſtum in locum ejus eſſe ſuffectum. Verum alii his repugnant, ut Theophanes, & (quod majus eſt communis Eccleſiæ traditio, habentes ſcilicet Zachariam excepiſſe Hieroſolymis Heraclium & ſanctam Crucem. Porro primum adveniſſe Heraclium Conſtantinopolim, ſequenti vero anno Hieroſolymam eſſe profectum, reportaſſeque illuc ſanctiſſimæ Crucis lignum, Annales produnt: eo enim glorioſior extitit venerandæ Crucis triumphus, quo longiori ambitu eſt perductus, accurrentibus ad ſpectaculum ubique fidelibus cum ſuffitibus atque luminibus, & ex more hymnos ſacros tantæ victoriæ occinentibus.

XXV. *Triumphus Heraclii.* Ipſi vero Imperatori Crucis virtute datum, ut longe præclarius quam quivis ante Romanorum Imperatorum, de victore Coſrhoe, qui & vinci credi non poterat, triumpharit. Non metimur ex pompa ducta gloriam tanti triumphi, quamvis nec iſta caruerit, ſed ex iteratis per annos ſeptem victoriis, quarum cauſa per annos ſingulos ſinguli erant ipſi decernendi triumphi. Quotnam debita fuere illi trophæa de liberato universo Orientali Imperio, vindicata priſtina libertate, receptis tot ab illis ſublatis munitionibus, ereptis ab hæreticis Neſtorianis Eccleſiis, quas Coſrhoes, Catholicis expulſis, in odium Catholici Imperatoris illis tradiderat? uti Edeſſæ inter alia loca factum eſſe, Annales produnt. Adde his, quot ſpoliis hoſtilibus fuerit exornandus ille triumphus avitis antiquorum Regum & ejuſdem Coſrhois ornamentis: quot inſuper ex provinciis debellatis, captis civitatibus, dirutis & direptis caſtris, tabellis pictis fuerit pompa triumphi locupletanda, & exornanda militaribus ſignis ab hoſtibus ablatis, vel Romanis jam antea a Perſis in prœ-

liis

PAGIUS *zacum poſitis ad diem tertium Aprilis cunctantibus advenit Phaiacus Regi a Secretis, quem Rhaſnanen vocant, circa horam ſecundam, die Dominico* (qui anno DCXXVIII. incidit in diem III. Aprilis,) *eundemque eadem hora admiſimus, qui nobis literas a Cabata Siroe clementiſſimo Perſarum Rege reddidit, qua inaugurationem ejus continebant, quibuſque pollicebatur, ſe nobiſcum & cum omnibus mortalibus pacem colere.*

XVII. *Pace pacta dimiſſi Siroe Legati.* *Viſum ergo nobis eſt exemplar literarum Cabata Siroe clementiſſimi Regis his noſtris ad vos literis ac mandatis inſerere. Deinde quid ad illius libellum reſponderimus, ſubiungere. Manſimus vero eodem in loco caſtrorum Canzacis vicinorum uſque ad ſeptimum Aprilis, hoc eſt XXVII. dies. Octavo autem ejuſdem menſis eundem Phaiacum a Secretis Raſnanen, honore debito, una cum comitibus ipſius cultum & affectum, habuit enim ſecum in comitatu non plurimos, dimiſimus ſociumque ille vis Legatum noſtrum Euſtathium ampliſſimum Virum Tabularium adjunximus. Atque ita ſperamus in Dominum noſtrum J. C. bonum & omnipotentem Deum, atque in Dominam noſtram Dei Genitricem omnia pro bonitate ipſius compoſitum & adminiſtratum iri.*

XVIII. *Heraclius proficiſcitur in Armeniam.* *Nos XX. ejuſdem menſis, Deo auſpice, caſtra movimus, in Armeniam profecturi. Vos rem bene gerite, & pro nobis aſſiduiſſime pro viribus Deum apprecamini, uti nos, quemadmodum deſideramus, ad vos reviſere veſtroque aſpectu frui poſſimus.*

XIX. Subiicit poſtea Auctor Chronici Alexandrini exemplar literarum a Cabata Siroe Sadaſadace Perſarum Rege ad Heraclium ſcriptarum. *Siroes* ab Elmacino vocatur *Kobadus*, quod ideo hic annotamus, quia diverſitatem nominum Scriptores non raro in errorem impellere animadvertimus. *Scripſit Siroes ad Heraclium*

XX. *Heraclius triumphat de Perſis more antiquorum Imperatorum* Heraclius anno ſequenti, quo hæc geſta ſunt, Conſtantinopolim adventavit, *Indictione ſecunda*, inquit Nicephorus pag. 15. ideoque poſt menſem Auguſtum ubi, ut narrat Baronius num. XXVI. & ſeq. magno omnium applauſu exceptus eſt. Suidas vero quem citat, ſcribit in Urbem duxiſſe quatuor elephantes, *quos in equeſtribus certaminibus in triumpho duxit*, quod accepit a Nicephoro pag. 15. Qua in re *Heraclius* imitatus eſt antiquos Imperatores, Alexandrum Severum, Gallienum, & Galerium Maximianum, quorum currus in triumpho Perſico non ab equis, ſed ab elephantis trahebatur; imo in nummis, qui poſt devictos Perſas cudebantur, quadrigæ triumphales in eis expreſſæ ſunt cum quatuor elephantis, ut Tomo præcedenti oſtendi. Hinc Medallio, ſeu Nummus majoris magnitudinis a Ducangio in Diſſert. de inferioris ævi Numiſmatibus, ex Gaza Regia Tabul. IV. delineatus & num. LXV. ab eo explicatus, in quo *Heraclius*, non elephantis, ſed quadrigis inſtructo curru effictus exhibetur, mere adulterinus ac ſpurius eſt. Nec eſt quod dicat Ducangius, eum Nummum referri debere ad ſolemnem Heraclii in Urbem Hieroſolymitanam ingreſſum; cum ſcilicet acceptam a Perſis vivificam Crucem in eam intulit: nullus quippe ex Antiquis prodidit, *Heraclium* tunc triumphum egiſſe, ſed ſolum de ejus triumpho loquuntur, quando ſermonem habent de ejus poſt confectum Perſicum bellum in Urbem re-

ditu



liis ſæpe captis, illo vero potiſſimum quo victus eſt diabolus ſanctiſſimæ Crucis ligno, eodemque ſigno, cujus virtute omnis hoſtium fortitudo fracta robur que ſolutum eſt, ac penitus diſſipatum.

XXVI. *Adventus Conſtantinopolim.* At iſtæc omnia a ſcriptoribus prætermiſſa ſilentio eſſe dolemus, cum hæc tantum Annales habeant: *Populus civitatis, audito adventu Heraclii Imperatoris Conſtantinopolim, intolerabili cuncti deſiderio in Jeriam obviam illi una cum Patriarcha & Conſtantino ſive Conſtantio Imperatore filio ejus egreſſi ſunt, portantes ramos olivarum & lampades, laudantes eum cum gratulatione & lacrymis. Accedens autem filius ejus, accidit ad pedes ejus, & cum amplexatus eum eſſet, infuderunt ambo lacrymis terram. Hoc autem populus inſpecto, univerſi Deo hymnos gratificos retulerunt: ſicque demum ſuſcepto Imperatore, urbem exultantes ingreſſi ſunt.* Hucuſque ex Theophane in Annalibus. Addit vero hæc pauca Suidas.

XXVII. *De pecunia & aliis rebus pretioſis perditis.* *Multis cum laudibus Conſtantinopoli ſuſceptus eſt. In urbem duxit quatuor elephantes, quos in equeſtribus certaminibus in trumpho duxit.* At inter tot læta infauſtum unum non mediocrem mœrorem attulit, quod idem Suidas paucis his narrat: *Hic Heraclius cum Sergio Patriarchæ maximam pecuniam & aurum & argentum & gemmas pretioſas mitteret, illa omnia ſubmerſa ſunt.* Erant iſta reſtituenda Eccleſiis illis, a quibus mutuo Heraclius acceperat. Verum pius Imperator noluit ex his ullum Eccleſias ſentire damnum: nam idem Suidas paulo ſuperius: *Et quia, inquit, de opibus magnæ Eccleſiæ pecuniam ſumpſerat, conſtituit ut fiſco & ipſi Eccleſiæ & clero annua pecunia penderetur.*

XXVIII. Actum præterea ab Heraclio per Theodorum fratrem ſuum apud novum Regem Perſarum Syroen, habent Annales (a) ut quæ hactenus occupatæ fuerant, a Perſis Imperii Romani provinciæ, Perſis, qui in eis eſſent, recedentibus, liberæ eſſe ſinerentur, ut prius. Ceſſerat enim Perſis plena Syria ſuperior & inferior, Palæſtina ſcilicet, & quæ in ea civitates eſſent. Porro de rebus geſtis Heraclii in bello Perſico fideliorem quem ſequeremur invenimus nullum, niſi Theophanem, ex quo ea quæ dicta ſunt, relata habentur in Annalibus. Scimus ab aliis aliqua nonnulla iiſdem adiici fabuloſa, quæ conſulto præteriiſſe maluimus.

(a) *Theop. hoc anno.*

XXIX. Caremus ſcriptis illis Georgii Piſidæ, quibus (ut auctor eſt Suidas) proſecutus eſt hiſtoriam omnem de Heraclio Imperatore tam de bello Perſico, quam etiam de bello Abarico ſoluta oratione, hujus temporis auctor magni nominis; qui & his ferme diebus pulcherrimis jambis adverſus Proclum philoſophum hæreticum ſcripſit Carmen, ſive mundi opificium,

ad

PAGIUS ditu. Scio Nummos *contorniatos*, ut ab Antiquariis appellantur, qualis eſt Nummus ille *Heraclii*, adulterinos omnes eſſe; cum cuſi ſint longe poſt mortem Imperatorum, ad revocandam rerum ab illis geſtarum memoriam. Verum quando illi contra Hiſtoriam peccant, licet antiquioris ſint ævi, parum faciendi. Medallionis tamen Heraclii ectypon varie deſcripſere Lipſius, Strada, Patinus, Oiſelius & alii. Porro Conſtantinopoli etiam poſt annum Chriſti milleſimum aliquando triumphatum fuiſſe Tomo ſequenti oſtendam.

XXI. *In Nummis Heraclii Crux expreſſa.* Baronius num. XXIX dicit, quod cum imagines Imperatorum eorum triumphos conſueverint exornare, pariterque vexilla victricia ipſos reddere clariores, viſum ſibi eſſe proponere imagines Heracliorum patris & filii Imperatorum, & multiplicibus modis Cruces triumphales expreſſas. Sed tempore, quo *Heraclius* de Perſis triumphavit, nimia erat barbaries, quam ut in Nummis ejus juſſu cuſis antiquæ conſuetudinis ratio habita fuerit. Hinc apud Ducangium in Nummis Tiberii Conſtantini, Phocæ, Leonis Iſauri, & aliorum Imperatorum ſimiles Cruces cernuntur, quæ in Nummis *Heraclii* a Baronio propoſitis. Nihil tamen impedit, quin Heracliani occaſione triumphi ejus Perſici cuſi fuerint, aut ſaltem ejus in Urbem Hieroſolymitanam cum vivificis lignis ingreſſus.

XXII. *Hiſtoriam Heraclianam ſcripſit Georgius Piſidius.* Si libri duo de *Heraclii Imperatoris Laudibus*, tres de *Bello ejus Perſico*, & unus *de bello Avarico* ad muros Urbis Conſtantinopolitanæ a Georgio Piſidio elucubrati, quos Holſtenius habuit, aliquando lucem videant, (quod ſummopere exoptandum( hiſtoria Heracliana majorem lucem accipiet, varia quæ nunc latent patefient, non pauci errores vitari & emendari, & aliquæ, quibus nunc fœdata eſt, fabulæ detegi facile poterunt.

XXIII. *Tertia Heraclii in Orientem profectio.* Nicephorus enim varia in medium affert, quibus alii Byzantinæ Hiſtoriæ Scriptores refragantur. Ait verbi gratia quando *Sarbarus* vivifica ligna Crucis in Sanctis locis occupavit, *Modeſtum* tunc Hieroſolymorum Eccleſiam gubernaſſe; *Sarbarum*, qui poſt Siroen & ejus filium tyrannidem in Perſide ſumpſit, vivifica ligna ad Imperatorem miſiſſe, huncque e Perſide redeuntem Crucem ſecum detuliſſe, Hieroſolymam perrexiſſe, & *Modeſto* Patriarchæ ejuſque Clero monſtraſſe: poſt hæc erecta illic Cruce eam illico Byzantium remiſiſſe, & paulo poſt illuc rediiſſe, nec poſtea refert, quo anno ea Hieroſolyma, deſperatis rebus Syriacis, Byzantium reportata fuerit. Præterea dicit *Modeſtum*, tam excidii quam reſtitutionis tempore Hieroſolymorum Epiſcopum fuiſſe, & in Chronico *Zachariæ* Modeſti deceſſori tribuit annos XXII. ante Hyeroſolymorum cladem; *Modeſto* vero annum unum, cæteris Hiſtoricis his contraria ſcribentibus. Verum, donec major lux ex *Piſidio* affulgeat, Theophanem, alioſque ſequi longe tutius eſt; cum ex Actis Sancti *Anaſtaſii* ab Auctore coævo ſcriptis conſtet, poſt captam Hieroſolymam *Modeſtum* Vicarium tantum fuiſſe *Zachariæ*, ut anno DCXVI. oſtendimus. *Heraclius* itaque ſacra ligna a *Siroe* accepit, & recta Conſtantinopolim anno ſequenti detulit. Tum anno ſexcenteſimo viceſimo nono *Heraclius* ea reſtituit Hieroſolymis, non vero hoc anno, ſeu eo quo Conſtantinopolim rediit, ut perpe-

ram

ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum: ad cujus finem pro Heraclio Imperatore; poſt recenſitas acceptas de Perſis victorias, ita fundit ad Deum preces:

*Miraculorum tu architecte maxime,*
*Qui januas ſummi tuo nutu ætheris*
*Quando opus eſt claudis, recludis has item*
*Quoties libet, ſentiſque id eſſe commodum:*
*Nunc inferas expande præſens januas:*
*Valvas enim mundi incolarum dicimus*
*Hanc civitatem, quæ tua eſt munita ope.*
*Concede, ut Imperium obtinet qui a te ſuum,*
*Mundi arbiter, qui ſubegit Perſida,*
*Vel liberavit potius ipſam Perſida,*
*Orbis fruatur ditione, Sol quem obit.*
*Oſtende terram imitarier cæli globos,*
*Sol unicus dominetur his ut infimis.*
*Nam Perſici qui viſus eſt dominator ſoli,*
*Hunc Imperatorem orbis eſſe convenit.*
*Fac ergo ſudores laborum ut ipſius*
*Puri lavacri ſint loco, æternæ & ſtolæ.*
*Timoris auge robur illi Numinis:*
*Inſignia hinc tua aufert victoriæ,*
*Referens ſecundam ab hoſtibus victoriam,*
*Ignobiles ut igne vaſtans barbaros.*

Hucuſque Heraclio preces: pro filiis autem ipſius iſtas mox ſubiicit;

*Fac ſtare virides ſurculos pro vividis*
*Fœcunditatis ſæcularis fructibus:*
*Imagines fac patris ut ſint optimi.*
*Nam ſic eos robur tuebitur duplex.*
*Acutiores redde eorum cuſpides*
*In barbaros ferocientes enſibus.*
*Intende mentes, quo ſaluti conſulant,*
*Et comprime omne robur adverſarium:*
*Expande & iiſdem januas pacis ſacras:*
*Superba cordis ſenſa magni deprime.*
*Hæc Patriarcha clamitat, &c.*

Hactenus ex Georgio Piſida, cum tamquam ex uberrima meſſe pertenues ſpicas legimus. Sed quod & imagines Imperatorum etiam eorum triumphos conſueverint exornare, pariterque vexilla victricia ipſos reddere clariores; eadem ex antiquis nummis hic tibi ſpectanda proponimus, rudi licet (ut ferebat ſæculum) cuſa Minerva, nimirum imagines Heracliorum patris & filii Imperatorum, & multiplicibus modis Cruces triumphales expreſſas.

At

PAGIUS ram Baronius num. XXIII. & ſequenti, ubi & Zachariam jam defunctum fuiſſe aſſerit. Theophanes enim anno Incarnationis DCXX. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti DCXXVIII. exorditur, ait; *Hoc anno ineunte vere Heraclius Imp. venerandis & vivificis lignis ſecum latis, regina civitate ſolvens Hieroſolymam Deo grates perſoluturus perrexit.... Deinde Hieroſolymam ingreſſus, Patriarcha Zacharia Sedi ſuæ reſtituto, & venerandis vivificiſque lignis loco ſuo redditis, debitas grates Deo perſolvit.* Quare *Zacharias* tunc vivebat, ut infra magis videbitur, & peregrinatio illa ab *Heraclio* ſuſcepta anno DCXXIX.



(*a*) *Num. aureus Lelii Paſqua.*




(*a*)




(*b*) *Num. aureus Lelii Paſqua.*




(*b*)




(*c*) *Num. argent. Lelii Paſqua.*




(*c*)




At ſicut in Oriente ex acceptis Crucis virtute victoriis Chriſtiana religio fuit hoc anno mirifice illuſtrata, ita & in Occidentalis Eccleſiæ extrema parte, in Britannia, inquam, ipſa, hoc eodem anno fuit eadem propagata; cum Eduinus Rex, abdicata jam idololatria, fidem Chriſtianam profeſſus, hoc ipſo anno Paſchali tempore ſacro baptiſmate initiatus eſt, ejuſque exemplo Anglorum infinita propemodum multitudo Chriſtianam fidem amplexata fuit. Quomodo vero iſta ſe habuerint, Bedam narrantem audiamus, qui hæc ait (*d*): (*d*) *Bed. de geſt. Angl. l. 2. c. 14.*

XXX. Igitur accepit Rex Eduinus cum cunctis gentis ſuæ nobilibus ac plebe perplurima fidem & lavacrum ſanctæ regenerationis, anno regni ſui undecimo, qui eſt annus Dominicæ incarnationis ſexcenteſimus vigeſimusſeptimus, ab adventu vero Anglorum in Britanniam annus circiter centeſimusoctogeſimus. Baptizatus eſt autem Eboraci die ſancto Paſchæ, pridie Iduum Aprilium, in Eccleſia S. Petri Apoſtoli, quam ibidem ipſe de ligno, cum catechizaretur, atque ad percipiendum baptiſma imbueretur, citato opere conſtruxit. In qua etiam civitate ipſi doctori atque Antiſtiti ſuo Paulino ſedem Epiſcopatus donavit. Mox autem ut baptiſma conſecutus eſt, curavit, docente eodem Paulino, majorem ipſo in loco & anguſtiorem de lapide fabricare baſilicam, in cujus medio ipſum quod

Eduinus Rex baptizatur.



PAGIUS XXIV. *Eduinus Rex Angliæ Baptiſmum ſuſcepit.*

A num. XXX. ad XXXIII. Beda lib. 2. cap. 14. refert, Eduinum Regem Nordanhymbrorum hoc eſt Anglorum, qui ad Aquilonarem Humbræ fluminis plagam habitabant, Baptiſmum accepiſſe, *anno Regni ſui undecimo, qui eſt annus Dominicæ Incarnationis DCXXVII.* Et quidem *Eboraci die Sancto Paſchæ, pridie Iduum Aprilium*, ideſt die XII. Aprilis, quo currenti anno Paſcha celebratum, & in eadem Civitate *Doctori atque Antiſtiti ſuo Paulino Sedem Epiſcopatus* donaſſe. *Eduinus* anno ſexcenteſimo decimo ſexto aut decimo ſeptimo Regnum Nordanhym-

*ria, vel hoſtili manu dejecto, parietes hactenus ſtare videntur, & omnibus annis aliqua miracula ſanitatum in eodem loco ſolent ad utilitatem eorum qui fideliter quærunt, oſtendi. In qua eccleſia Paulinus, tranſeunte ad Chriſtum Juſto, Honorium pro eo conſecravit Epiſcopum, ut in ſequentibus ſuo loco dicemus. De hujus fide provinciæ narravit mihi preſbyter & Abbas quidam, vir veraciſſimus, de monaſterio Peartan, vocabulo Deda, retuliſſe ſibi quemdam ſeniorum, baptizatum ſe fuiſſe die media, a Paulino Epiſcopo, præſente Rege Eduino, & multam populi turbam in fluvio Trebenta, juxta civitatem quæ lingua Anglorum Tiouulfingaceſtir vocatur: qui etiam effigiem ejuſdem Paulini referre eſſet ſolitus, quod eſſet longæ ſtaturæ, paululum incuruus, nigro capillo, facie macilenta, naſo adunco pertenui, venerabilis ſimul & terribilis aſpectu. Habuit autem ſecum in miniſterio & Jacobum diaconum, virum atque induſtrium ac nobilem in Chriſto & in Eccleſia, qui ad noſtra uſque tempora permanſit.*

XXXVI. Pax in Anglia.

*Tanta autem eo tempore pax in Britannia, quoquoverſum imperium Regis Eduini pervenerat, fuiſſe perhibetur, ut (ſicut uſque hodie in proverbio dicitur) etiam ſi mulier una cum recens nato parvulo vellet totam perambulare inſulam a mari ad mare, nullo ſe lædente, valeret. Tantum quoque Rex idem utilitati ſuæ gentis conſuluit, ut pleriſque in locis, ubi fontes lucidos juxta publicos viarum tranſitus conſpexit, ibi ob refrigerium viantium erectis ſtipitibus & æreos caucos*

PAGIUS iterare non poſſumus ad vulgarem opinionem evertendam. Henſchenius quidem ibidem varia Martyrologia memorat, quibus *Attalæ* nomen ad eum diem inſcriptum eſt, aitque Ferrarum in Indice Topographico ad Catalogum Sanctorum Italiæ, & in Catalogo generali ſcribere ſub voce *Bobio*, Tranſlationem *Attalæ* primo die Septembris legi: ſed inde nihil certi colligi poteſt; cum in uno eodemque Martyrologio duobus aut etiam tribus diebus nomen alicujus Sancti aliquando inſcribatur, licet in nullo eorum obierint.

XXIX. *Diſcipulus fuit S. Arigii Epiſc. Vapincenſis.*

Attala nobili genere in Burgundia natus *Arigio cuidam Pontifici a genitore commendatus eſt*, liberalibus literis imbuendus. Factus deinde Monachus Lirinenſis *diu* in illo Cœnobio vitam duxit, cumque ad Beatum Columbanum Luxovienſem Abbatem veniſſet, egregie poſt illius obitum Bobienſe Cœnobium rexit, *& in omni diſciplina regularis tenoris* erudivit, inquit Jonas. Succeſſorem habuit in eadem Præfectura Sanctum *Bertulfum*, de quo infra. Porro *Aridius* ſeu *Arigius*, non Lugdunenſis, ut putavit Henſchenius, ſeu potius Bollandus, ſed Vapincenſis Epiſcopus fuit, ut recte coniecit Mabillonius, hic enim non ſolum Cabillone in Burgundia natus, ut teſtis eſt Anonymus Vitæ ejus Scriptor coævus in Actis Bollandinis ad diem primum menſis Maii, quo colitur; ſed etiam interfuit Conciliis Valentino anno DLXXXV. & Matiſconenſi II. eodem circiter tempore celebratis, & vivebat adhuc anno DCI. quo Gregorius Magnus ad eum ſcripſit Epiſtolam LI. Libri IX ſui Regiſtri; cum contra *Aetherius* Lugdunenſis Epiſcopus eodem anno literas accepit a Divo Gregorio Magno, ut videre eſt apud Baronium eo anno num. XVII. poſt *Aetherium* vero *Arigium* Lugdunenſem Antiſtitem fuiſſe, indubitatum eſt. Quare cum *Attala diu* in Monaſterio Lirinenſi vitam duxerit, eique cura Monaſterii Luxovienſis a B. Columbano, cum in exilium miſſus eſt, commiſſa fuerit, ut ſuo loco dixi, *Arigius* Vapincenſis Epiſcopus magnæ ſanctitatis Vir præceptor Attalæ fuit, anno incerto mortuus. Ejus Vita ab Auctore Anonymo coævo ſcripta extat Tom. I. Bibl. Labbei.

XXX.

Non multo poſt Euſtaſium Sanctus *Gallus* Abbas celeberrimi Monaſterii ad lacum Acronium in finibus Helvetiorum & Vindelicorum poſiti, ac de ejus nomine appellati, mortalitatem reliquit. Nam Walafridus Strabo ejus Vitæ Auctor, poſtquam cap. 28. narravit Legationem a Monachis Luxovienſibus ad eum miſſam, ut eorum Abbas eſſe vellet, & quomodo eos ab ſpe impetrationis hujus amovit, ſtatim capite inſequenti agit de morte ejus, quam ait, contigiſſe inter ædificationis Monaſterii ejus ſtudia apud *Arbonam*, quod Oppidum eſt ad Brigantinum lacum. *Gallus* ex Hibernia in Galliam, jam Presbyter cum *Columbano* transfretavit, ejuſque comes individuus fuit, præterquam in exilio, quia morbus inopinatus, ne eum ſequeretur, prohibuit. Poſtquam ſanitatem recuperavit, cellam condidit in quadam eremo Diœceſis Conſtantienſis, ubi tanquam Propheta habitus eſt. Mortuo *Gaudentio* Conſtantienſi Epiſcopo eum Epiſcopatum ſibi a *Gunzone* Duce, cujus filiam a Dæmone liberarat, oblatum recuſavit, ipſoque die quo Joannes Diaconus ejus diſcipulus Conſtantiæ Epiſcopus ordinatus eſt intra Miſſarum ſolemnia ſermonem habuit, qui in Bibliotheca Veterum Patrum legitur. *Tempore ſubſequenti cœpit Oratorium conſtruere manſiunculis per gyrum diſpoſitis ad commanendum fratribus, quorum jam duodecim Monaſtici Sanctitate propoſiti roboratos doctrina & exemplis ad æternorum deſideria concitavit*, inquit Walafridus, qui addit, quadam poſtea die Beati *Columbani* mortem ſibi per viſionem revelatam Sancto *Magnoaldo* ſuo diſcipulo ſignificaſſe, relataque Sancti *Euſtaſii* morte ait: *Die ſexto decimo menſis Octobris, expletis nonaginta quinque annis ſuæ ætatis, in ſenectute bona, hujus vitæ liberatus ergaſtulo, animam meritis plenam felicibus, reddidit bonis in uſuram perennibus.* Annum, quo ea mors accidit non memorat Walafridus, quia longe poſt Sanctum Gallum vixit, annoque DCCCXLIX. fatis conceſſit.

*Moritur S. Gallus Abbas Monaſterii ejuſdem nominis.*

XXXI. *Ultra hunc vel ſequentem annum vitam non produxit.*

Theodorus Monachus & Abbas Campedonenſis in Vita Sancti Magni ſeu Magnoaldi ſcribit, *Gallum* anno poſt Sancti Columbani mortem decimo obiiſſe, indeque Cointius exiſtimavit, *Gallum* anno DCXXV. e vivis abiiſſe. Verum præterquamquod *Euſtaſius*, cui Gallus ſuperſtes fuit, uſque ad hunc annum vixit, larvatus ille Auctor, qui ſub ſpecioſo *Theodori* ſancti Magni diſcipuli nomine eam Vitam ſcripſit, pleraque a veritate aliena aſſerit, ut demonſtrat Mabillonius Sæculo ſecundo Benedictino in Sancti Magni elogio Hiſtorico. Recitat ibidem Mabillonius Vitam Sancti *Galli* laudatam, autumatque *Gallum* vixiſſe uſque ad annum circiter ſexcenteſimum quadrageſimum quintum, quia, inquit, ſi *Gallus* annos natus XCV. deceſſit, quis putet Conſtantienſi Clero ante annos decem veniſſe in mentem, ut hominem decrepitæ ætatis ultra annos quinque & octoginta provectum in Sedem vacuam promoveret? Imo quis credat, Monachos Luxovienſes poſt *Euſtaſii* mortem de *Gallo* jam fere centenario cogitaſſe, ut illum ex remota regione Abbatem ſibi arceſſerent; deinde jam grandævum fuiſſe Gallum ac Beato Columbano Magiſtro ſuo ætate ſuperiorem, dum in Galliam venit, dicere neceſſe eſt, ſi nonagenario major an. DCXXV. mortuus eſt. Denique *Gallum* Dagoberto Clotarii filio ſupervixiſſe, oſtendit Ratpertus in Libro de diverſis Caſibus Monaſterii S. Galli cap. I. ubi de religioſis Viris, qui Sanctum virum in ſua ſuſceperunt, enumerans horum nomina habet his verbis: *Vuillebertus Presbyter, & Talto Vir illuſtris, Tagoberti ſcilicet Regis Camerarius, & poſtea Comes ejuſdem pagi a quibus idem Sanctus, cum in corpore viveret, cum augmentatione hujus loci non parva, maxima veneratione habitus eſt.* Ita Mabillonius. At hic Ratperti locus indicat tantum *Gallum* ad Regis Dagoberti tempora perveniſſe, & præfatæ conjecturæ parum urgent; cum *Gallus*, ut innuit Walafridus, vigente ac valida virium firmitate ſenex fuerit, *Luxovium* ab ejus Monaſterio non multum diſtaret, ejuſque licet breviori regimine, ac poſt mortem ſepultura Conſtantienſes Eccleſiam ſuam, & Luxovienſes Monaſterium ſuum valde nobilitatum iri non dubitarent. Adhæc nemo ſibi facile perſuaſerit Monaſterium Sancti Galli, quod ante *Columbani* mortem inchoatum fuit, triginta poſt annos, eo ſæculo, quo cætera omnia non minus celeriter, quam laute conſtruebantur, adhuc ſemiperfectum fuiſſe. Denique Cointius anno DCXXXIII. numero IV. & ſeqq oſtendit, jam eo anno *Martianum* Eccleſiam Conſtantienſem adminiſtraſſe, & *Dagobertum* Regem Diœceſim Conſtantienſem ab Auguſtana diſterminaſſe; cum tamen Walafridus cap. 30. *Joannem* Epiſcopum, de quo ſupra, *Galli* funeribus interfuiſſe teſtetur, & a morte Euſtaſii ad Galli mortem tranſeat. Quare utrumque eodem anno, vel ſaltem *Gallum* altero poſt *Euſtaſium* animam *Deo* reddidiſſe, dubitandum non videtur.



*cos ſuſpendi juberet, neque hos quiſquam niſi ad uſum neceſſarium contingere præ magnitudine vel timoris ejus auderet, vel amoris vellet, &c.* Modo hæc ſatis, quæ cœpta hoc anno, in reliquos poſteriores ſunt propagata: reliqua vero inferius ſecundum ordinem temporum deſcribemus. Sic igitur magno Dei beneficio factum eſt, ut populus, qui (a) ambulabat in tenebris, videret lucem magnam, fidem videlicet, lucem veram quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ſimulque igne divini Spiritus glacialis orbis hominum corda coaleſcerent. Sed jam ad anni ſequentis res geſtas veniamus.

(a) Iſai. 9.

An-

XXXII. *Determinatur numerus Clericorum Eccleſiæ Conſtantinopol.*

Cum Sergius Patriarcha Conſtantinopol. determinaſſet numerum Clericorum Majoris Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S Deiparæ, quæ in Blachernis colebatur, & illorum qui in Officiis tam prædictæ Majoris Eccleſiæ, quam Patriarchæ inſerviunt, Heraclius Aug. Novella data *Kalendis Maiis, Conſtantinopoli, Indictione XV.* quæ ab illo ſtatuta fuerant, confirmavit; ac prius quidem quam *Presbyteri* ad LXXX. *Diaconi* ad CL. mulieres *Diaconiſſæ* ad XL. *Subdiaconi* ad LXX. *Lectores* ad CLX. *Cantores* ad XXV. *Oſtiarii* ad LXXV. numerum redigantur, nullus inter hos ullo modo referatur. Poſtquam contigerit, ut *Syncelli* redigantur ad II. *Cancellarii* ad XII. *Notarii* ad XII. *Vaſonum Cuſtodes* ad *Presbyteros* IV. ad *Diaconos* VI. ad *Lectores* II in hoc numero maneant. Conſimiliter, qui in templo Deiparæ, in Blachernis ſitum, Sacrum miniſterii cultum obeunt, in præſenti numero maneant, nec ullus admittatur prius quam *Presbyteros* ad XII. *Diaconos*, mares ad XVIII. *Diaconiſſas* mulieres ad VI. *Subdiaconos* ad VIII. *Lectores* ad XX. *Cantores* ad IV. *Oſtiarios* ad VII. redigi contigerit. *Quippe*, inquit Heraclius, *Si hæc ita peragantur & obſerventur, nec in Divino miniſterio diminutio quædam accidet, omnibus ordini recte comparato reſtitutis: & conveniens denique ſacro ſanctiſſima Eccleſiæ cultui ſtatus reddetur.* Extat hæc Novella Tom. II. Veteris Juris Canonici.

| JESU CHRISTI ANNUS 628. | HONORII PAP. ANNUS 3. | HERACLII IMP. ANNUS. 19. |
|---|---|---|

I. *Heraclius Hieroſolymam petit.*

ANnus ſequitur Redemptoris vigeſimusoctavus poſt ſexcenteſimum, Indictione prima: *Quo Heraclius Imperator recedens Conſtantinopoli* (ait Theophanes) *ipſo veris initio proficiſcitur Hieroſolymam, pretioſa ac vivifica Crucis ligna reportans, ad gratiarum actiones reddendas. Cumque Tiberiadem adiiſſet, accuſavere Chriſtiani Beniamin quemdam nomine Hebræum, quaſi ſibi mala facientem: erat enim admodum opulentus; qui ſuſcepit Imperatorem & exercitum ejus. In eum commotus Imperator: Cur, inquit, moleſtus es Chriſtianis, & fidei Chriſtianæ, quam colo? Eumdemque admonitum ut crederet, redditumque Chriſtianum, in domo Euſtathii* Neapolitani (*ita tunc Samaria dicebatur*) *baptizari voluit; apud eum enim Imperator eſt hoſpitatus. Ingreſſus itaque Imperator Hieroſolymam, reſtituto tam Zacharia Pontifice, quam almæ Crucis honorandis ac vivificis lignis in proprium locum, plurimas egit Deo gratias: pulſiſque ab urbe ſancta Hebræis, nec ad tertium milliarium voluit eos eidem appropinquare.* Hæc habent ſæpe citati Annales Theophanis, & alii ex iiſdem mutuati. Adduntur vero iis ex Eccleſiaſticis Ritualibus iſta:

II. *Crux ſuo loco reſtituta ab Heraclio.*

*Rediens Hieroſolymam Heraclius, ſolemni celebritate ſuis humeris retulit* ſanctiſſimam Crucem *in eum montem, quo eam Salvator tulerat. Quod factum illuſtri miraculo commendatum eſt. Nam Heraclius ut erat auro & gemmis ornatus, inſiſtere coactus eſt in porta quæ ad Calvariæ montem ducebat: quo enim magis progredi conabatur, eo magis retineri videbatur. Cumque ea in re & ipſe Heraclius & reliqui omnes obſtupeſcerent: Zacharias Hieroſolymorum Antiſtes: Vide, inquit, Imperator, ne iſto triumphali ornatu parum Jeſu Chriſti paupertatem & humilitatem imitere. Tunc Heraclius abjecto ampliſſimo veſtitu, detractiſque calceis, & plebejo amictu indutus, reliquum viæ facile confecit, & in eodem Calvariæ loco Crucem ſtatuit, unde fuerat a Perſis tranſportata. Itaque decretum eſt, ut quotannis Exaltationis Crucis memoria celebraretur, quod ibidem fuerit repoſita ab Heraclio, ubi Salvatori primum fuerat conſtituta.* Eſt ea dies decimaquarta Septembris. Cæterum etſi eadem ſolemnitas æque Græcis atque Latinis celebris eſt, tamen dicta die Septembris celebrant illi Exaltationis nomine Inventionem ipſam; Latini vero In-

*Feſtum Exaltationis S. Crucis.*

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLXVI. Anno Hegiræ VII. inchoato die 11. Maii fer. 4. A.C. 628.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6121.

☉ 21. CB. ☽ 2. P. 27. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 628.

HONORII PAPÆ 4.

HERACLII IMP. 19.

I. *Poſt conſulatus.*

IS annus hac formula notatus: *XVIII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XVII.* inquit, Auctor Chronici Alex. qui ſubdit: *Et a XXII. ejuſdem Indict. menſe Januario ſcribitur annus XVI. Imp. Heraclii Junioris Conſtantini.*

II. *Judæi ab Hieroſoly. expulſi.*

Ad num. I. & II. *Choſroes* Perſarum Rex hoc anno ab Heraclio Imp. debellatus, & a *Siroe* filio jam in Regnum ſublimato interfectus: pax inter Romanos & Perſas ſancita, ligna vivifica Crucis ab *Heraclio* Conſtantinopolim delata, ut anno ſuperiori oſtendimus. *Heraclius* vero nonniſi ſequenti anno Crucem Hieroſolymam reportavit, *Zacharia* tunc Eccleſiæ Hieroſolymitanæ præſidente, ut ibidem viſum eſt. Quare exilium Judæorum a Sancta Civitate, quod Baronius hoc anno recitat, ad ſequentem etiam revocandum.

III. *Feſtum Exaltationis Crucis antiquum, Inventionis vero novum.*

Quoad Feſtum tam *Exaltationis* quam *Inventionis* Sanctæ Crucis, celebrabatur Hieroſolymis Exaltatio jam a tempore divæ *Mariæ Ægyptiacæ* die decima quarta menſis Septembris, quo Crux e Sacrario proferebatur, & a populo adorabatur, cujus oſtenſionis occaſione converſa eſt Sancta Maria Ægyptiaca, ut legitur in ejus Vita apud Bollandum, ad diem ſecundam menſis Aprilis cap. 3. num. XXII. quomodo vero Crucis illa Exaltatio fieret, oſtendit Codinus libro de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ, cap. 14. num. XXV. Oſtendebatur etiam Crux *in media Jejuniorum hebdomade*, quæ nobis eſt Quadrageſimæ tertia, ut probat Sophronii Epiſcopi Hieroſolymitani Oratio pro ea feſtivitate ſub *Adorationis* titulo: in qua diſerte dicit, *quod in medio Jejunii, adorationis gratia, proponi ſolet Lignum Vitale venerandæ Crucis*: Hinc Eccleſia univerſalis tam in Occidente, quam in Oriente, XIV. Septembris die hoc Feſtum agendum ſuſcepit. Celebrabatur etiam in Eccleſia Hieroſolymitana Feſtum Dedicationis Eccleſiæ Reſurrectionis, ſeu Sanctæ Crucis, quam Conſtantinus Magnus ædificavit, quæque dedicata eſt die XIII. Septembris anno CCCXXXV. ut eo anno oſtendi. Feſtum vero *Inventionis* ſub eo nomine Græcis ignotum fuit. Celebrabatur quidem Romæ tempore Gregorii Magni; cum memoretur in Sacramentario, & in Antiphonario ejus: at Eccleſiarum Urbis exemplum nonniſi ſero ſecutæ ſunt aliæ Occidentis Eccleſiæ, & poſt annum DCCXX. cœpit inter univerſalis Eccleſiæ Feſta communia numerari, ut inquit Joannes Fronto in Romano Kalendario, annis nongentis vetuſtiori, quod Annotationibus illuſtravit. Indeque factum, ut ad diem tertium menſis Maii in genuino Bedæ Martyrologio, nonniſi ultimo loco, quaſi Feſtum recentiori memoria Faſtis additum, notata legatur *Inventio S. Crucis*, poſt longum Alexandri, Eventii & Theoduli Elogium, ut notat Papebrocius ad diem III. menſis Maii, ubi de Inventione Sanctæ Crucis per SS. Helenam & Macarium Hieroſolymis verba facit, qui & refutat quod ſcribit Ba-

ro-



| CHRISTI 628. | HONORII PAP. 3. | HERACLII IMP. 19. |
|---|---|---|

Inventionem colunt menſe Majo; dicta autem die Septembris memoriam reſtitutionis ejus ex Perſide Hieroſolymam, quam quidem ſolemnitatem nominant Exaltationem. Diximus de his pluribus in Notis ad Romanum Martyrologium. Quod autem ſub Zacharia Epiſcopo id factum tradunt: ſub Modeſto potius accidiſſe, Suidas affirmat.

III. *Heraclius in Syriam ſuperiorem peregrinatus.*

Poſtquam autem Heraclius Hieroſolymis Deo juſta perſolvit, eſt peregrinatus in Orientem; peragranſque Syriam ſuperiorem, Edeſſæ eccleſias collatas (ut vidimus) Neſtorianis, illis pulſis, Catholicis tradidit. Ubi autem Hierapoli eſſet in Phrygia, contigit Syroen Perſarum Regem recens creatum, cum ageret ſuæ electionis annum unum, diem obiiſſe, percuſſum a Sarbara duce, ſive Adeſer, qui & ipſe occiſus eſt menſe ſeptimo, ſubſtitutuſque in locum ejus Barrazas: qui cum item menſem ſeptem regnum tenuiſſet, eum Perſæ necarunt, & regnum filio Coſrhois Barahani dicto tradiderunt, qui totidem menſibus regnaſſe dicitur, & ſucceſſorem habuiſſe Hormiſdam; quo a Sarracenis pulſo, delatum eſſe regnum ad Arabes. Sic igitur præpotens formidandum Romanis, collapſum penitus & deſolatum eſt regnum Perſarum. Ita plane juſta Dei ſententia, ubi ſemel cœpit Coſrhoes contra religionem Chriſtianam inſanire, & Cruci Dominicæ dominari velle, una ipſe cum ſucceſſoribus periit extincto penitus Perſarum regno.

*Collapſum Perſarum Imperium.*

IV. *Legationes ad Heraclium.*

Porro cum nomen Heraclii ob ingentes res fortiter in bello geſtas toto orbe terrarum celeberrimum redditum eſſet, ad ipſum externi Reges tam ab Oriente quam ab Occidente legationes cum muneribus decrevere. Præſtitit id inter alios ex Oriente (ut ex Theophane (*a*) Annales produnt) Rex Indorum, qui eidem gratulaturus ob Perſas penitus debellatos, legatos miſit cum margaritis, & lapidibus pretioſis. Ex Occidentalibus vero partibus hoc idem feciſſe Dagobertum Clothari filium conſtat (*b*), functoſque ea legatione Servatium atque Paternum, qui & pacem ab Imperatore petitam ad Regem, a quo miſſi fuerant, in Gal-

(a) *Theop. an. 22. Heracl.*

(b) *Aimoi. l. 4. c. 21.*

PAGIUS

ronius in Notis ad Romanum Martyrologium, Græcos ſcilicet *Crucis Inventionem* numerare inter mobilia Feſta, tertia die a Reſurrectione Domini celebrandam. Eo enim die Crux quidem exponebatur Hieroſolymis, ſed etiam id duobus aliis diebus fiebat tam Conſtantinopoli, & alibi quam Hieroſolymis, ut mox probavimus. Videndus etiam Florentinus in Notis ad diem XIV. Septembris Martyrologii Hieronymiani, & quæ anno DCXXVI. num. V. diximus.

IV. *Neapolis Urbs Palæſtinæ diverſa a Samaria.*

Porro *Heraclius* Hieroſolymam proficiſcens Judæum quemdam admodum opulentum, qui in Urbe Tiberiade Chriſtianis valde nocebat, Chriſtianum redditum *in domo Euſtathii Neapolitani baptizari voluit*, ut narrat Baronius ex Auctore Miſcellæ, hicque ex Theophane. Sed quod ait Baronius, *Samariam* tunc *Neapolim* vocatam fuiſſe, ex Stephano in Lib. de Urbibus acceptum ſolide refellitur a Cardinali Noriſio in Diſſert. V. de Epochis Syro-Maced. §. I. & II. Plinius enim lib. 5. cap. 13. inter Palæſtinæ Urbes *Sebaſten* & *Neapolim* nominat, & Hieronymus qui diutius in Palæſtina vixit, & mortuus eſt, in Epitaphio Sanctæ Paulæ notat, Neapolim fuiſſe Veterem *Sichen*, additque: *Vidit* (nempe Paula) *XII. Patriarcharum ſepulcra, & Sebaſtem, ideſt, Samariam, quæ in honorem Auguſti ab Herode Græco ſermone* Auguſta *eſt nominata.* Plura de Samaria & Neapoli doctiſſimus Cardinalis citatus.

V. *Zacharias in Sedem Jeroſolymorum reſtitutio, & Siroæ Regis Perſarum obitus.*

Ad num. III. Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXX. qui Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur, poſtquam narravit, Heraclium eo anno *Zachariam* Sedi Hieroſolymitanæ reſtituiſſe, & veneranda ligna loco ſuo reddidiſſe, ait: *Edeſſam profectus, Eccleſiam ſub Choſrois temporibus a Neſtorianis occupatam Orthodoxis reſtituit. Cum Hierapolim veniſſet, Siroen Perſarum Regem obiiſſe, & Adeſer ejus filium Perſarum Regnum conſecutum intellexit. In eum poſt Imperii menſem ſeptimum Sarbarazas rebellavit, & Principe deleto Perſis imperavit menſes duos. Eo ſublato Boranem Choſrois filiam in Regem ſibi præfecere. Quæ Regnum adminiſtravit menſes ſeptem. Huic ſucceſſit Hormiſdas, qui demum a Saracenis ſolio depulſus eſt: ac tandem Perſicum Regnum Arabibus ſubjectum eſt, & in hanc uſque diem ſub ipſis remanſit*, ad initium ſcilicet ſæculi Eccleſiæ noni, quo hæc Theophanes ſcribebat. Verum cum Hormiſda, qui & *Jaſdegirdes* appellatus eſt, anno tantum ſexcenteſimo triceſimo ſecundo Perſarum Regnum adeptus fuerit, poſt mortem aliquot eorundem Regum Interregnum aliquod fuiſſe neceſſe eſt. Elmacinus enim in Hiſtoria Saracenica pag. 12. menſes tantum octo *Siroæ*, & menſes quinque *Ardſiiro* ejus filio ita ab eo vocato aſſignat. Quare circa menſem Aprilis ſequentis Chriſti anni *Adeſer* periit. Perperam autem ſcribit Elmacinus, *Siroen* filium fuiſſe *Mariæ* filiæ Mauricii Imperatoris, quam fabulam ab Arabicis Scriptoribus hauſit Guilielmus Tyrius lib. 1. cap. 2. cum de eo matrimonio *Mariæ* cum Choſroe altum ſit apud Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores ſilentium, & ea fabula conficta ſit ab Arabibus, quod inaudiſſent, *Choſroen* habuiſſe uxorem Chriſtianam, quam *Syram* nuncupatam fuiſſe habent Theophylactus lib. 5. cap. 13. & Evagrius lib. 4. cap. 27. De aliis Perſarum Regibus legendus Elmacinus citatus.

VI. *Legati e Gallia & India ad Heraclium miſſi.*

Ad num. IV. Tam Theophanes, quam Fredegarius cap. 65. teſtantur, *Indorum* Regem, & Dagobertum Francorum Principem Legatos ad Heraclium miſiſſe ob partam ab illo de Perſis Victoriam: ſed Theophanes de illa Legatione Indorum loquitur anno Eræ Alexandrinæ DCXXIII. quæ ideo ante annum Chriſti DCXXXI. peracta non eſt; & Fredegarius, cui conſentit Aimoinus lib. 4. cap. 21. de Legatione Gallicana verba facit anno Dagoberti VIII. a Regno ejus in Auſtria deducto, ideoque anno Chriſti DCXXIX. Addunt Fredegarius & Aimoinus, Francorum Legatos in Galliam reverſos nunciaſſe *Pacem perpetuam cum Heraclio ſe firmaſſe.*

Ad

Gallias retulere. Sed quæ tam læta ſint funeſtiſſima ſubſecuta, aggredimur enarrare.

V. *Heraclius ſuo magno damno ſe ſacris immiſcet dogmatibus.*

Dum enim otioſus Edeſſæ Heraclius Imperator degeret, oblitus ſe eſſe militem atque hominem laicum, magno ſuo damno, velut ſi Epiſcopus eſſet, diſputare cœpit de dogmatibus Eccleſiaſticis. Sergius enim Conſtantinopolitanus Epiſcopus in epiſtola ad Honorium Papam hæc inter alia habet: *Nuper piiſſimus & a Deo coronatus dominus noſter apud Edeſſam demorans civitatem, pios ad nos apices fecit, præcipientes, ut paterna illa teſtimonia defloremus, quæ continentur in libro dogmatico (ſicut dictum eſt) facto a ſanctæ memoriæ Menna ad ſanctiſſimum Vigilium de una operatione & una voluntate; & ſic a Deo inſtructæ ejus ſerenitati dirigere deberemus, quod & ad effectum perduximus. Nos autem quæ dudum mota ſunt, memoria retinentes, & tumultum, qui ex hujuſcemodi motione cœpit, ſcientes, ſuggeſſimus ejus piiſſimæ ſerenitati per mediocrem noſtram ſuggeſtionem & ſcripta ad Sacellarium Imperialem conſequenter hujus capituli ſubtilitatem, &c.* Sic plane accidit, ut feliciſſimus Heraclius, nactus infeliciſſimum præceptorem, pravam ab eo doctrinam acceperit, de qua inferius ſæpius ſuis locis dicendum erit.

VI. Quod enim totus ferme Oriens diverſis ſcateret hæreticis, potiſſimum vero Eutychianis, & iis qui ex eis provenerant, variis nominibus nuncupatis, inſuper & Neſtorianis etiam univerſam plane Syriam occupantibus, itemque Apollinariſtis, quorum haud numerus erat exi-

PAGIUS

VII. *Geſta ab Heraclio dum Edeſſæ moraretur.*

Ad num. V. & VI. Elmacinus in Hiſt. Sarac. pag. 14. poſtquam narravit, *Heraclium* pace cum perſis inita Conſtantinopolim reverſum eſſe, ait: *Deinde profectus eſt Heraclius Rubam, juſſitque Chriſtianos reverti a Secta Jacobitica ad Orthodoxam; id quod fecerunt. Subſtitit autem Rubæ annum integrum.* Heraclius itaque, qui ut num. V. oſtendi, *Edeſſam*, quam Elmacinus *Rubam*, & hodie Orientales *Orfa*, ſeu & *Robai* appellant, anno ſequenti venit, paulo poſt *Hierapolim* 45. circiter milliaribus ab Edeſſa diſtantem profectus eſt, ubi dum adhuc moraretur, *Athanaſius* Jacobitarum Patriarcha ad eum acceſſit, ſi fides hac in re habenda Theophani ad annum Heraclii XX. Cum vero Hierapoli morans mortem *Siroæ* Perſarum Regis acceperit, eaque ſub currentis anni finem contigerit, ut mox dixi, vel *Siroes* menſibus amplius octo regnavit, vel Theophanes fallitur, dum aſſerit, mortem *Siroæ* Heraclio nunciatam, dum Hierapoli eſſet; res enim tanti momenti tardius nunciari non potuit Imperatori, quam tribus aut quatuor menſibus, poſtquam accidit; & tamen, ſi vera ſcribit Theophanes, & *Syroes* octo tantum menſibus Regnum obtinuerit, hujus mortis nuncium poſt annum integrum ad Heraclium pervenit, quod mihi non perſuaſerim. Denique quod narrat Baronius ex Epiſtola Sergii Epiſcopi Conſtantinop. in Epiſtola ad Honorium Papam, Imperatorem ſcilicet *apud Edeſſam* commorantem ſcripſiſſe ad Sergium *de una Operatione & una Voluntate Chriſti*, pertinet ad finem anni ſequentis, vel ad priores menſes anni ſexcenteſimi triceſimi, ut ex dictis colligitur. Imperator jam ab anno ſexcenteſimo viceſimo ſecundo a *Paulo Severiano* deceptus, ut ibidem oſtendi, conſuluit tum *Sergium* Conſtantinopolitanum, tum *Cyrum* Epiſcopum Phaſidis poſtea ad Archiepiſcopatum Antiochenum tranſlatum, utrum ſcilicet in Chriſto duplex eſſet voluntas, an unica: a quibus illud habuit reſponſum, unam prorſus in Chriſto dicendam eſſe voluntatem & operationem. Neque admodum *Sergio* hujus ſectæ Patrono laborandum fuit, ut ad ſua pertraheret *Heraclium* ſpecioſo unionis titulo, Oriente tunc in varias ſectas miſerandum in modum diviſo; ſed tantum abeſt, ut ejus ſpei ac expectationi exitus reſponderit, ut teſtetur Sanctus Maximus in Epiſtola ad Petrum Illuſtrem, quod *Eccleſia Catholica concordia frueretur, & unanimitate, nec non pacifica, atque fide tranquilla, priuſquam caliginoſam nubem, & ſtridentem fluctum maris ipſe Dæmon turbationis amicus concitaret per Miniſtros ſuos Monothelitas.*

VIII. *Moritur Clotarius II. Francorum Monarcha.*

Mortuus eſt hoc anno *Clotarius* II. totius Franciæ Monarcha, quam *XVI. annos tenuit*, inquit Fredegarius cap. 42. incompletos ſcilicet; cum anno ſexcenteſimo decimo tertio eam adeptus ſit. Quod ſi anni Regni ejus a *Chilperici* patris obitu inchoati numerentur, Fredegarius cap. 56. ſcribit eum demortuum *anno XLV. Regni ſui*. Aimoinus vero lib. 4. anno paterni Regni XLIV. quia ſcilicet prior annos incompletos; poſterior vero annos completos recenſet. Patri enim ſucceſſerat anno quingenteſimo octogeſimo quarto. In quibuſdam Necrologiis dies ejus emortualis notatur *IV. Kalendas Octobris*: ſed incertum, an is dies ad mortem ejus aut ad ejus commemorationem ſeu Officium pro defunctis, ut aliquando fit, referendus ſit. Imo ex triennio, quo Charibertus Aquitanis dominatus eſt, liquet illum citius vita functum eſſe. Baronius ob Clotarii initium triennio tardius conſignatum, mortem ejus differt uſque ad annum DCXXXI. quia vero ex initio Dagoberti Regis ejus filii & ſucceſſoris, univerſa Chronologia Francica fere uſque ad ultimos hujus ſæculi annos pendet, hæc mors, & quæ per aliquot annos eam ſecuta ſunt, relicto Baronii ordine diligenter nobis exponenda. Porro *Clotarius* e vivis exceſſit anno regni *quadrageſimo quinto*, & ter uxorem duxit; ex *Haldetrude* ſuſcepit Dagobertum, ex *Beretrude* Charibertum, nullam vero prolem reliquit ex *Sichilde*; qua de re legendus Cointius anno DCXIX. num. VI.

IX. *Mortuo patre Dagobertus Burgundiam & Neuſtraſiam occupat.*

Ut vero magis conſtet Fredegarium, quem in rerum Francicarum Chronotaxi ducem ac ſigniferum omnes ſequi debent, annos *Dagoberti* ab ejus Regno Auſtraſiano, anno DCXXII ſuſcepto deducere, ideoque quæ anno ſeptimo ejus Regni recitat, partim hoc anno, partim inſequenti geſta eſſe, defero hic quæ anno VII. Dagoberti habet cap. 56. *Anno XLV Regni ſui Clotarius moritur, & in ſuburbana Pariſius in Eccleſia S. Vincentii ſepelitur. Dagobertus cernens genitorem ſuum fuiſſe defunctum, univerſis Leudibus, quos regebat in Auſter, jubet cum exercitu promovere: Miſſos in Burgundia & Auſter direxit, ut ſuum deberent regimen eligere. Cumque Remus veniſſet, per ſuggeſtiones accedens, omnes Pontifices & Leudi* (Vaſſalli ſcilicet nobilio-



exiguus; divinum quoddam viſum eſt improbis Eutychianis inventum, ſi dogma aſſereretur, in quod omnes nominati hæretici pariter convenirent, ſicque pax ſanciretur, dum ſcilicet unica tantum affirmaretur eſſe in Chriſto voluntas. In id quidem conveniſſe Apollinariſtas, certum eſt, qui loco animæ vel intellectus Verbum in Chriſto ponerent: Neſtorianos pariter in eamdem de una voluntate ſententiam conſenſiſſe, qui poſuerunt unionem Dei & hominis ſecundum ſolum effectum & voluntatem: Eutychianos vero liquet fuiſſe peculiares hujus blaſphemiæ aſſertores, cum unam dumtaxat in Chriſto naturam aſſererent. Id quidem ex antiquioribus hujus temporis ſcriptoribus teſtatur S. Maximus in diſputatione cum Pyrrho Monothelita, & ex recentioribus ſanctus Thomas (*a*) affirmat. Vana igitur ſpe illa deceptus putatur Heraclius in unam ſententiam omnes hæ-

(*a*) *Thom. 3. p. q. 18. art. 1.*



PAGIUS

liores) *de regno Burgundiæ inibi ſe tradidiſſe noſcuntur: ſed & Neuſtraſiæ Pontificum, & Procerum plurima pars Regnum Dagoberti viſi ſunt expetiſſe, Charibertus frater ſuus nitebatur, ſi potuiſſet, Regnum aſſumere. Sed ejus voluntas pro ſimplicitate parum ſortitur effectum. Brodulfus vellens nepotem ſtabilire in Regnum, adverſus Dagobertum muſcipulare cæperat: ſed hujus rei viciſſitudinem probavit eventus.*

X. *Pars Aquitaniæ Chariberto a Dagoberto conceſſa.*

Cap. 57. *Cumque Regnum Clotarii, tam Neptrico* (ideſt, Neuſtraſiano) *quam Burgundias, ab Dagoberto fuiſſet præoccupatum, captis theſauris & ſuæ Ditioni redactis: tandem miſericordia motus, conſilio Sapientum uſus, citra Ligerem & limitem Spaniæ, qui ponitur partibus Vaſconiæ, ſeu & montes Pyrenæos, pagos & Civitates, quod fratri ſuo Chariberto ad tranſagendum ad inſtar privato habitu convivendum potuiſſet ſufficere, noſcitur conceſſiſſe: pagum Toloſanum, Catorcinum, Agenninſem, Petrocoreum, & Santonicum, vel quod ab his verſus montes Pyrenæos excluditur, hoc tantum Chariberto regendum conceſſit: quin & per pactionis vinculum ſtrinxit, ut amplius Charibertus nullo tempore adverſus Dagobertum de Regno patris repetere præſumeret. Haribertus Sedem Toloſam eligens, regnat in partem Provinciæ Aquitanicæ poſt anno tertio quod regnare cæpiſſet, totam Vaſconiam cum exercitu ſuperans ſuæ Ditioni redegit aliquantulumque largiorem fecit Regni ſui ſpatium.*

XI. *Dagobertus Nantbildem uxorem accipit.*

Cap. 58. *Dagobertus cum jam anno ſeptimo regnans, maximam partem patris Regnum (ut ſupra memini) adſumpſit, Burgundias ingreditur. Tanto timore Pontifices, & Proceres in Regno Burgundiæ conſiſtentes, ſeu & cæteros Leudes adventus Dagoberti concuſſerat, ut a cunctis eſſet mirandum. Pauperibus juſtitiam habentibus gaudium vehementer inrogaverat. Cumque Lingonas Civitatem veniſſet, tantam inter univerſis Leudibus ſuis, tam ſublimibus, quam pauperibus* (hic per Leudes vaſſallos & ſubditos intelligit) *indicabat juſtitiam, ut crederetur omnino fuiſſe Deo placibile, ubi nullum intercedebat præmium, nec perſonarum acceptio; niſi ſola dominabatur juſtitia, quam diligit Altiſſimus. Deinde adgreſſus Diviona, immoque & Latona* (Gallice S. Jean de Lone) *reſedens aliquantis diebus totam intentionem ad univerſum Regni ſui populum juſtitiæ judicandum poſuerat. Hujus benignitatis deſiderio plenus, nec ſomnum capiebat oculis, nec cibo ſatiabatur; intenſiſſime cogitans, ut omnes cum juſtitia recepta de conſpectu ſuo remearent. Eodem die, quo de Latona ad Cabillonum deliberarat properare, priuſquam luceſceret, balneum ingrediens, Brodulfum avunculum fratris Chariberti interficere juſſit; qui ab Amalgario, & Arneberto Ducibus, & Villibado Patricio interfectus eſt. Cumque Cabillonum, ubi juſtitiæ amore, quæ cæperat perficienda, Dagobertus intentionem dirigit: poſt per Auguſtidunum Auteſiedero pergens, per Civitatem Senonas Pariſius venit, ibique Gomadrudem Reginam Romiliaco villa (ubi ipſam matrimonio acceperat) relinquens, eo quod eſſet ſterilis; cum conſilio Francorum Nantechildem unam ex puellis de miniſterio in matrimonium accipiens, Reginam ſublimavit*

XII. *Quibus uſus ſit Conſiliarius.*

*Uſque eodem tempore ab initio, quo regnare cœperat, conſilio primitus Beatiſſimi Arnulfi Metenſis Urbis Pontificis, & Pippini Majoris-Domus uſus; tanta proſperitatis Regale regimen in Auſter regebat, ut a cunctis Gentibus immenſo ordine laudem haberet. Timore vero ſic forti ſua concuſſerat utilitas, ut jam devotione adreperent, ſuæ ſe tradere Ditioni: ut etiam gentes quæ circa limitem Avarorum & Sclavorum conſiſtebant, eum prompte expeterent, ut ille poſt tergum eorum iret feliciter, & Avaros & Sclavos, cæteraſque gentium nationes uſque manum publicam, ſuæ Ditioni ſubiiciendum fiducialiter ſpondebant. Poſt diſceſſum Beati Arnulfi, adhuc conſilium Pippini Majoris Domus, & Chuniberti Pontificis Urbis Coloniæ utens, & ab ipſis fortiter admonitus, tanta proſperitate & juſtitiæ amore complexus univerſas ſibi ſubditas gentes, uſque dum Pariſius (ut ſupra memini) pervenit, regebat: ut nullus de Francorum Regibus præcedentibus ſuæ laude fuiſſet præcellentior.* Hæc Fredegarius de rebus geſtis a Dagoberto poſt patris mortem, anno VII. Regni ſui Auſtraſiani, quo eidem ſucceſſit.

XIII. *Errores in Fredegario notati.*

Sed errores duo Librariorum corrigendi. Nam cap. 56. loco horum verborum, *Miſſos in Burgundia & Auſter direxit*, legendum, *Miſſos in Burgundiam & Neuſter direxit*, ut habent Codex MS. Sirmondianus, Aimoinus lib. 4 cap. 17. & Anonymus in Geſtis Dagoberti Regis cap. 15. non enim in *Auſter* Miſſos direxit; cum in Auſtria jam quiete regnaret: ſed in alia Regna, quæ pater ejus tenuerat. In eodem capite 56. de Dagoberto dicitur in Ducheſniana editione, *per ſuggeſtiones accedens*, ſed legendum cum veteri editione, Codice Sirmondiano, & Chronico Sancti Benigni, *Sueſſionas peraccedens*, & ſic planus ſenſus erit. Præterea cum anno ſequenti *Dagobertus* Rex ad Cadurcenſes ſcripſerit occaſione ordinationis Sancti *Deſiderii* a ſe in eorum Epiſcopum electi, manifeſtum eſt, eos adhuc ei ſubditos fuiſſe, ideoque *Dagobertum* Cadurcenſem pagum retinuiſſe, donec *Charibertus* pacta conventa firmaſſet. Veroſimile etiam eſt *Charibertum*, ut commodis ſuis magis conſuleret, *Cadurcum* cum quapiam alia Urbe Toloſæ viciniori commutaſſe, v. g. cum Albigenſi, quæ in præfata conventione a *Dagoberto* ceſſa fuiſſe non dicitur in Fredegarii Hiſtoria, in qua etiam non habetur expreſſis verbis *Charibertum* in Cadurcenſis Urbis poſſeſſionem immiſſum eſſe. Nam Fredegarius, qui Epitomen tantum condidit, ad iſta particularia non deſcendit. Capite 57. pace inter utrumque fratrem pacta in medium adducta, ſubdit, Charibertum *poſt annum tertium cum regnare cœ-*

hæreticos conjungendi, ut ejuſmodi de una in Chriſto voluntate aſſertioni faveret, & ſic colore pacis ſummum in Eccleſiam bellum inferret; prout quæ ſunt dicenda inferius, demonſtrabunt.

Ita quidem ab hæreticis Orthodoxos ſæpe deceptos fuiſſe liquet, ut prætextu pacis notam inurerent Catholicæ veritati.

Qui

PAGIUS *cœpiſſet* totam *Vaſconiam* ſub ſuam poteſtatem redegiſſe. In hac bonorum paternorum partitione *Dagobertum* acerbius duriuſque fratrem tractaſſe inſinuat Fredegarius, qui & capite ſequenti teſtatur, poſt illam concordiam *Dagobertum* Brodulfum avunculum Chariberti, quod ab hujus partibus ſtetiſſet, inhumaniter interfici juſſiſſe. Porro non explico hic verba aliqua duriora Fredegarii in laudatis capitibus expreſſa, aut a Librariis corrupta, quia hæc ad rem noſtram non faciunt.

XIV. *Geſta a Dagoberto primo Regni anno poſt Patris mortem.* Tacere non poſſum tamen in tribus citatis capitibus narrari a Fredegario Geſta *Dagoberti* ſeptimo ejus anno Regni Auſtraſiaci, ac priori in Neuſtria & Burgundia; In priori capite dicitur Neuſtria cum Burgundia poſt *Clotarii* mortem ab ipſo recepta, in ſecundo pars Aquitaniæ *Chariberto* fratri ab eodem conceſſa; in tertio narrantur ejus adventus Lutetiam & conjugium cum *Nanthilde*. Quæ tria capita, videlicet 56. 57. & 58. Fredegarius conjunxit; 57. quidem cum 56. 58. autem cum 57. ubi clarius indicare non potuit, maximam Regni partem, quæ *Clotarii* patris ad mortem uſque fuerat, Burgundiam ſcilicet ac Neuſtriam, *Dagoberto* filio ſeptimum Regni annum in Auſtria tunc agenti obtigiſſe, ipſumque *Dagobertum* eodem anno, in Auſtriæ Regno ſeptimo, ſtatim a patris obitu profectum eſſe in *Burgundiam*, non vero anno ſeptimo a patris obitu, ut perperam interpretatur Chiffletius in Diſſert. de *Annis Dagoberti Regis*, ubi pluribus vulgarem opinionem adverſus Hadrianum Valeſium tueri conatur; cum tamen nulla vulgaris opinio, tanto plauſu tantoque doctorum Virorum conſenſu exploſa rejectaque fuerit, quam quæ a Chiffletio propugnantur. Et quidem jure merito, præterquam enim quod incredibile videatur, *Dagobertum* ſtatim a patris obitu Neuſtriam & Burgundiam, Francorumque Monarchiam non recepiſſe, & *Charibertum* ejus fratrem nonniſi poſt exactum plenum ſexennium partem Regni paterni non poſtulaſſe, communis ille error univerſam fere hujus ſæculi Chronologiam ſuſdeque vertebat, ut in Annalibus Baronii hoc ſæculo in integrum reſtituendis manifeſtum fiet. Baronius de Regno *Chariberti* anno DCXXXI. de Dagoberti vero matrimonio cum *Nanthilde* anno DCXXXII. differit, ut iiſdem annis videbimus.



I. *Imperium Romanum læſa religione decreſcit.* QUi ſequitur ſexcenteſimus undetrigeſimus Redemptoris annus, Indictione ſecunda, idem vicennalibus Imperatoris Heraclii illuſtratur, ſed ex ejuſdem Heraclii rebus perperam geſtis quiſque prudens potius eum dixerit denſa caligine obſcuratum: ſiquidem hoc anno Monothelitarum hæreſis ita dicta, collecta vero ex Eutychianis, magis magiſque invaleſcere cœpit favore Imperatoris, magno damno totius Orientalis Imperii; quod in hunc uſque annum ad ſummum faſtigium ſublimatum decreſcere cœpit & minui, penituſque proſterni, dum ipſum divina vindicta magna ex parte in manus traditur barbarorum.

II. Ampliſſimis tunc plane notis perſpicue cunctis rem conſiderantibus declaratum fuit, quibus auxiliis fulciatur Imperium ut vindicetur a barbaris, & illis omnibus dominetur, quibuſve ex cauſis minuatur, & in nihilum redigatur. Religio ſiquidem ſancte pieque culta cuſtos eſt, vindexque auctrix & propagatrix Imperii; contra vero ex læſa religione, & fide Catholica hæreſibus lancinata, praviſque moribus labefactata, ut lædatur, atteratur, prorſuſque deſtruatur Imperium, effici conſuevit. Quod ſicut pluribus exemplis in Juſtiniano ſuperiori tomo eſt demonſtratum, ita in Heraclio modo redditur omnibus quam evidentiſſime manifeſtum. Quouſque enim idem Heraclius cultor fuit & cuſtos Catholicæ pietatis, Deum expertus eſt Romani Imperii vindicem & defenſorem, hoſtiumque fortiſſimorum expugnatorem. Ubi vero a Catholica fide deflexit, & ipſe receſſit pariter ab eo Deus, in ejus vindictam hoſtibus hærens. Cum tamen haud inficias eamus, occulto Dei judicio interdum bonos referre mala, deteriores vero rebus proſperis abundare. Quomodo vero adeo luctuoſa contigerint, anno ſuperiori dici cæpta, hoc & ſequentibus annis ſingulis inferius dicturi ſumus: modo autem totius tragœdiæ ſatis ſit pandiſſe originem, quam & reddere ex Theophane in promptu eſt, necnon ex Cedreno & aliis, ex quibus hæc accipe:

*Anno vigeſimo Imperii Heraclii Hormiſda regnat in Perſis. Cum autem eſſet Heraclius apud Hierapolim, venit ad eum Athanaſius Patriarcha Jacobitarum, vir acris & nequaquam ingenii, Syrorum* III.



*in-*

PAGIUS SÆC.VII. Anno Eræ Hiſpan. DCLXVII. Anno Hegiræ VIII inchoato die 30. April. fer. 1. A.C. 629.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6122.

☉ 22. A. ☽ 3. P. 16. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 629.

HONORII PAPÆ 5.

HERACLII IMP. 20

I. *Poſt conſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *XIX. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XVIII.* & a die XXII. Januarii: *Anno Imperii Heraclii Junior. XVII.*

II. *Origo Monotheliſmi juxta Theophanem.* A num. I. ad IX. Theophanes annos Eræ Alexandrinæ DCXXI. Heracliique XX. utroque Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoato originem Monotheliſmi his verbis declarat: *Hoc anno, cum Imperator adhuc Hierapoli moraretur, Athanaſius Jacobitarum Patriarcha, Vir vafer & pernicioſus, ut ex innata ſibi vafritie ſunt Syri omnes, ad eum acceſſit: motiſque cum Imperatore de fide ſermonibus, ſi modo Synodum Chalcedonenſem vellet admittere, Patriarcham Antiochiæ ſe conſtituturum Heraclius promiſit. Is enunciatis in Chriſto naturis duabus, hæreſim ad tempus ſimulans, propoſitam Synodum probavit, & recepit. Tum vero de Operatione & Voluntatibus Imperatorem interrogavit: Quales aſſerere deceat, geminas an unicam? Imperator inuſitata ſibi vocum novitate implicatus, Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo ſcribit. Is Cyrum Phaſidos Epiſcopum ad ſe accerſitum interrogat, & in unicam voluntatem ac actionem pariter unicam conſentire reperit. Sergius etenim, ceu patria Syrus & Jacobitis parentibus ortus, unam phyſicam volendi actionem, unamque Operationem in Chriſto confeſſus & ſcripto teſtatus eſt. Imperator utriuſque ad invicem comparata ſententia, concordem eis poſtmodum invenit Athanaſium. Ibique namque unam ponendam naturam, ubi una operatio aſſeritur, illi probe notum. Interim Imperator opinionibus iſtiuſmodi inſtructus, utriuſque mentem Joanni Papæ Romano Scriptis ſignificat. Ille eorum hæreſim proſcribit. Georgio vero Alexandriæ Antiſtite vivis erepto, Cyrus in Epiſcopatu ſufficitur*, Idem iiſdem fere verbis legitur in Certamine & Actis Sancti *Maximi* Martyris Monothelitarum oppugnatoris, quæ Combefiſius initio Operum hujus Sancti Martyris a ſe publicatorum præfixit, dicens, incertum eſſe an Theophanes ab Auctore Anonymo illorum Actorum, an is a Theophane eam narrationem acceperit. Horum Actorum meminit Baronius num. V. Idem referunt Cedrenus & Auctor Miſcellæ ex Theophane. Zonaras eandem Hiſtoriam recitat, tacito Athanaſii nomine, & rem Hieroſolymis geſtam poſt Zachariæ in Patriarchatum reſtitutionem ſcribens: *In reditu*, inquit, *Jacobitarum Catholicum, quem illi Patriarcham nominant, Hieroſolymis incuſavit, ut qui Chalcedonenſe Concilium improbaret* &c.

III. *Narratio Theophanis fabuloſa.* Combefiſius in Hiſtoria *Hæreſis Monothelitarum* Diſput. 1. paragrapho 6. obſervat, hæc pugnare cum iis, quæ ab aliis narrantur de congreſſione Pauli Severiani cum Heraclio, & laudatis Scriptoribus abrogandam potius eſſe fidem, quorum ſat fuit unum cœpiſſe, ut nullo alii judicio ſecuti ſint. Aliquibus poſtea argumentis hanc Athanaſii cum Heraclio congreſſionem oppugnat, quibus hæc verba ſubiicit: *Plu-*

*ra*

*inditas verſutias poſſidens; & moto de fide ad Imperatorem ſermone, repromiſit ei Heraclius, ſi Chalcedonenſem Synodum ſuſcepiſſet, Patriarcham illum Antiochiæ ſe fore facturum.* Commendatione quidem digna Heraclii recta erga Catholicam fidem intentio; ſed dum putat imprudens ſe fidei recte conſulere, perdit eam, ſeque ipſum in erroris foveam dat præcipitem.

IV. Origo malorum omnium. Sed attende, quæſo, lector, unde fluere incipiat ſtilla, ex qua diluvium Orientem obruens emanavit. Damnatum hominem Eutychianum adverſarium Chalcedonenſis fidei legibus prædeceſſorum Imperatorum, eumdemque aliis dignum ſuppliciis; quod impiorum ſe ducem feciſſet, ſurripuiſſetque uti ſacrilegus Patriarchæ nomen, pluribus digne pœnis afficiendum; eundem hunc ipſum ad colloquium curioſe & libenter magno ſuo damno Imperator admittit, prohibente Apoſtolo ejuſmodi ſceleratis nec brevem quidem ſalutationem, Ave, ſcilicet, impertiendam, ipſo dicente (a): *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec, Ave, ei dixeritis. Qui enim dicit ille, Ave, communicat operibus ejus malignis.* Hinc quidem omne proveniſſe malum Principibus Chriſtianis, Conſtantio, Valenti, Theodoſio Juniori, Juſtiniano, ac demum Heraclio, ipſa declararunt eventa.

(a) 2. Joan. 10.

V. Heraclius levis corde. In rebus geſtis ſancti Maximi abbatis & martyris præcipui oppugnatoris hæreſis Monothelitarum, cujus cauſa & martyrium ſubiit, eadem de Athanaſio perditiſſimo impoſtore narrantur, & de Heraclio, cujus ſive ſimplicitatem, ſive mentis levitatem condemnat; dum putans ſe illum ad Catholicam fidem poſſe perducere, ipſius inventus eſt eſſe captivus, triplici funiculo vinctus, Athanaſii, Cyri, & Sergii; dum quæ illi de unica voluntate Athanaſius verbis doloſis, quaſi Orthodoxus eſſet, inſtillat, eadem poſtea propinavit ejus collega Cyrus Epiſcopus Alexandrinus, eademque Sergius & ipſe iiſdem vinculis irretitus. Principia autem iſta minime cavens Heraclius, magnorum malorum extitit ſibi auctor; nam audi conſilium Athanaſii.

VI. Athanaſius ſimulat ſe Catholicum. Ubi impius ampliſſimam adeo ab Imperatore pollicitationem factam audivit, nempe potiturum ſe Patriarchatu Antiocheno, ſicque fore ut Orientalibus omnibus dominaretur Eccleſiis & Orthodoxis, ac pro arbitrio dimovere poſſet Catholicos profeſſores Præſides Eccleſiarum; nihil cunctatus, ſe facturum ſpondet, quod ab eo exigebat promiſſio Imperatoris. Statuit igitur animo, ut ſimulare ad breve temporis ſpatium ſe exhiberet fidei Catholicæ aſſertorem. Rarum quidem reperitur exemplum, ut quis pollicitationibus illectus, in Catholicam receptus Eccle-

PAGIUS *ra hic devoranda, ac plane gratum faciet, ſi quis digeſtiora protulerit.* Quæ cum legiſſet Jacobus Goarus Vir doctiſſimus ejuſdem ſodalitii Dominicani, in Notis ad Theophanem pag. 609. affirmavit, leviora eſſe Combefiſii tela, quam quibus confodiatur Theophanes, & Hiſtoriæ ab eo conſcriptæ veritas lædatur. Combefiſius notas poſteriores ad Theophanem adjecit, viditque Goari reſponſiones ad ſuas conjecturas, & quaſi hæ defendi non poſſent, illas ſilentio diſſimulavit. Denique fuit qui Goari rationibus perſuaſus, ſcripſerit, eſſe qui de luce Solis ambigant in meridie. Verum Theophanem in hac narratione ſummopere erraſſe, eamque jure merito Combefiſium de errore ſuſpectam habuiſſe, evidenter meo judicio pateſcet, ſi certa ab incertis ſecernamus.

IV. *Quæ certa ſunt in Hiſtoria Monothelitarum.* Certum primo eſt, *Heraclium* anno DCXXII. cum *Paulo Severiano* collocutum eſſe de una Operatione Chriſti, & anno DCXXVI. dum in Lazica eſſet, *Cyro* tunc Phaſidis Epiſcopo injunxiſſe, ut peteret a *Sergio* Epiſcopo Conſtantinop. an una operatio vel duæ in Chriſto fuerint, huncque ad *Cyrum* diverſa de una operatione & una voluntate Chriſti ex libello Mennæ falſo adſcripto teſtimonia miſiſſe. Certum eſt ſecundo, *Sergium* in Epiſtola ad Honorium Papam anno DCXXXIV. ſcripta, aſſerere ab illo congreſſu *Heraclii* cum *Cyro* uſque ad annum DCXXXIII. quo Cyrus tunc Epiſcopus Alexandrinus jam Monotheliſmum amplexus, aliqua Decreta ad hujus hæreſeos defenſionem in Synodo Alexandrina condidit, de hac quæſtione actum non fuiſſe: *& ſilentium quidem*, inquit Sergius, *ex illo tempore hujuſmodi ſuſcepit Capitulum;* quod is ad Honorium Papam non ſcripſiſſet, ſi mendacii argui potuiſſet; cum in ea Epiſtola Pontifici Romano rationem reddat de iis, quæ in ea re, cujus Imperator pars ſumma erat, hactenus geſta eſſent. Certum eſt tertio, Epiſtolam *Cyri* ad *Sergium*, in qua meminit diſputationis *Heraclii* cum *Paulo Severiano*, ſcriptam eſſe anno ſexcenteſimo viceſimo ſexto, non vero currenti Chriſti anno, uti ſcripſit Baronius, & Combefiſio ac Goaro perſuaſit. Certum eſt quarto, qui de colloquio Imperatoris cum *Paulo Severiano* mentionem fecere, de colloquio ejuſdem Imperatoris cum Athanaſio tacuiſſe, & viceverſa. Certum eſt quinto, *Athanaſium* natione Syrum ambiiſſe Epiſcopatum Antiochenum, cum id tradat Antiochus Monachus homilia 130. & præterea illum Monothelitam fuiſſe. *Sophronius* enim Epiſcopus Hieroſolymitanus in ſua Synodica, ubi duas profeſſus eſt Operationes in Chriſto, diſerte anathema in Monothelitas pronunciat, aitque: *Cum quibus & eorum impietatis ſucceſſores, anathema ſint & catathema, Athanaſius pariter Syrus, Apozygariuſque ille Anaſtaſius, & qui eorum inconvenientem convenientiam inconvenienter, & indocte ſuſcipiunt.* Certum denique Theophanem perperam ſcripſiſſe Imperatorem *Sergii* & *Cyri* de una Chriſti operatione mentem Joanni Papæ literis ſignificaſſe. Hic enim ante annum DCXL. Eccleſiæ Romanæ non præfuit, ideoque Theophanes loco *Honorii* Papæ *Joannem IV.* ſuppoſuit.

V. His poſitis Theophanis error manifeſtiſſimus eſt: congreſſionem enim Heraclii cum *Paulo* confundit cum congreſſione ejuſdem Imperatoris cum



eleſiam, in ea ſincere permanſerit: quod & oſtendit S. Heronymus, dum invehitur in Joannem Hieroſolymitanum Epiſcopum ex Macedoniano Catholicum redditum, ſed emptum pretio Epiſcopatus. Pergit vero auctor:

VII. Heraclius conſulit Sergium. *At ille*, Athanaſius ſcilicet, *ſimulate ſuſcepit Synodum, confitens duas in Chriſto naturas. Interrogavit autem Imperatorem de operatione & voluntatibus, qualiter has in Chriſto oporteret dicere duplas, an ſimplas. Tunc Imperator voce novitatis conſternatus, ſcribit Sergio Conſtantinopoleos Epiſcopo: advocat etiam Cyrum Phaſidis Epiſcopum, & hoc interrogato, reperit eum conſentientem Sergio in unam voluntatem & unam operationem. Sergius enim, utpote Syrus genere ac parentibus Jacobitis exiſtens, unam naturalem voluntatem & unam operationem in Chriſto reſcripſit, atque confeſſus eſt.* Uſque in hanc diem Catholicum ſe eſſe, idem Sergius profeſſus fuit, ab omnibuſque ut Catholicus habitus & auditus: ubi vero modo Imperatorem vidit ancipitem, in errorem ipſe ſeductus ſeduxit etiam Heraclium, ſicque eamdem hæreſim poculo aureo propinavit Imperatori: nam Idem ſubdit:

VIII. Cyrus ſubdole conſulit Sergium. *Aſt Imperator utriuſque acquieſcens conſilio, reperit & Athanaſium eis conſentientem: noverat enim, quia ibi una operatio reperitur, ubi & una natura cognoſcitur.* Ita Athanaſius Eutychianus. Verum quod dicit auctor, eſſe repertum Cyrum conſentientem Sergio: ita quidem foris apparebat, eo quod tentatus Cyrus litteris Imperatoris, conſulit Sergium; a quo ductus eſt in errorem. Sed ſimulate callidus homo agebat, dum (ut primo ingreſſu facere ſolent hæretici) ſic dubitare ſe ſimulat, ut in dubitationem primum alios coniiciat; ſicque altero pede dimotos, uno poſtea ictu facile in terram proſternat. Sed audi epiſtolam ejuſdem Cyri tunc ad Sergium ſcriptam, recitatam vero in Actione decimatertia Sextæ Synodi, ſed dure admodum Latinitate donatam, his verbis:

IX. Cyri ep. ad Sergium. *Deo honorabili meo domino benigno, principi paſtorum, patri patrum, univerſali Patriarchæ Sergio a Cyro humili veſtro.*

*Prompto me exiſtente, præſentem ſuggeſtionem porrigere Deo honorabili domino meo, diverſæ mihi ſubibant cogitationes, & in duabus ſententiis animum partiebar: pu-*

PAGIUS *Theophanes confundit congreſſum Pauli Severiani cum Heraclio cum alio congreſſu.* cum Athanaſio, ſive hæc vera, ſive commentitia ſit; & quæ geſta ſunt anno primo ac quinto belli Perſici, ſive annis Chriſti DCXXII. & DCXXVI. fingit hoc anno, qui ſecundus eſt a pace cum Perſis conſtituta, contigiſſe: Imperatorem Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo de hac quæſtione ſcripſiſſe, huncque *Cyrum* Phaſidos Epiſcopum ad ſe accerſitum de eadem interrogaſſe; cum e contra *Cyrus Sergium* de una Chriſti Operatione per literas conſuluerit. Quod ſi quæ Theophanes narrat, vera eſſent, in literis Sergii & Cyri, recitatis in ſexta Synodo generali, non *Pauli*, ſed *Athanaſii* mentio fieret: cum tamen, in ea Synodo, & in Concilio Lateranenſi nulla ſit *Athanaſii* mentio. Sicut itaque Theophanes *Joannem* Papam pro *Honorio*, ita & *Athanaſium* Syrum pro *Paulo Severiano* ſumſit; literaſque, quæ occaſione colloquii Pauli cum Imperatore ſcriptæ fuere, occaſione alterius congreſſus Athanaſii cum eodem Imperatore datas perperam arbitratus eſt; idque eo tempore quo altum de una Chriſti operatione aut de pluribus ſilentium erat.

VI. *Congreſſus Athanaſii cum Heraclio fabuloſus.* An vero de eadem quæſtione Imperatorem inter & Athanaſium Syrum congreſſio aliqua fuerit, quove tempore, utrumque incompertum. Plane autem falſum, *Athanaſium* Jacobitarum fuiſſe Patriarcham; cum Auctor Chronici Orientalis Patriarcharum Jacobitarum accuratum Catalogum ſcripſerit, ejuſque non meminerit. Hunc Theophanis errorem agnoviſſe videtur Zonaras, cum *Athanaſium* Syrum Jacobitarum *Catholicum* a ſuis Patriarcham appellatum fuiſſe dicit. Primates enim aliqui, tam Antiochenæ, quam Alexandrinæ Sedi ſubiecti, vocati ſunt *Catholici*, quod eorum Juriſdictio & Diœceſis tam ampla eſſet ut nomen *Catholici* ſeu Univerſalis ſibi debitum videretur. Hinc Procopius, qui tempore Juſtiniani Imperatoris vixit, lib. 2. de bello Perſico cap. 25. de Perſarmeniis loquens ait: *Chriſtianorum Antiſtitem Græco vocabulo Catholicum idcirco appellant, quod unus univerſæ præſit Regioni.* Qua de re legendus Ducangius in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis, in voce *Catholicus*. Quare *Athanaſius Syrus* videtur unus fuiſſe ex illis Catholicis, qui Patriarchæ Antiocheno ſubdebantur, qui ideo Patriarchatum illum ambiebat. Non opus eſt hic reſpondere ad argumenta Goari, quia Chronologia Eccleſiaſtica nunc in integrum reſtituta ſe ipſis ruunt. Cæterum *Heraclius*, quo ſibi in Catholicam fidem videbatur zelo, nihil non movebat, ut hæreticos Eccleſiæ conciliaret. Indeque eandem quam in *Paulo Severiano* operam putavit ſibi navandam in *Athanaſio* Jacobitarum Catholico, ut duplicis ſectæ conciliatis capitibus, reliqui facile Magiſtris adhærerent: Si tamen ſecundus iſte congreſſus fictitius non eſt.

VII. *Epocha Epiſtolæ Cyri Epiſc. Phaſidis ad Sergium Ep. Conſtantinop.* Ad num. IX. & ſeqq. Baronius narrationi Theophanis de congreſſu Heraclii cum Athanaſio ſubjungit Epiſtolam, quam *Cyrus* Phaſidis Epiſcopus ſcripſit ad *Sergium* Patriarcham Conſtantinop. qua Cyrus percontanti Heraclio de quæſtione ab *Athanaſio* mota reſponderit; cum tamen nulla ſit in ea Athanaſii mentio, ſed dumtaxat juſſionis *Heraclii* ad *Arcadium* Cypri Epiſcopum adverſus Paulum Severianum; eaque Epiſtola data fuerit anno ſexcenteſimo viceſimo ſexto, ut ibidem demonſtravi, aliquot ſcilicet annos ante congreſſum *Athanaſii* cum *Heraclio*. Ex quo evidens eſt, Theophanem *Paulum Severianum* cum *Athanaſio* Jacobita confudiſſe, & Baronium ab eo deceptum Cyri ad Sergium Epiſtolam, quam integram recitat triennio tardius conſignaſſe.

VIII. *Ruſticus Epiſc. Cadurcenſis nefarie occiditur.* Quæ *Dagobertus* Rex Francorum anno VII. Regni ſui Auſtraſiani exeunte geſſerit, anno ſuperiori retulimus, oſtendimuſque ſecundum *Chariberti* ejus fratris Aquitaniæ Regis, ut vulgo ap-

*putas ne, inquam, docenti conſentiam? Altiora te ne quæſieris, & potiora te ne ſcrutatus fueris? Et clauſtra labiis imponens, ſilere ſtudebam. Aut auſcultem ne eum, qui dicit: Quærens quære, & apud me mane? Deinde in hoc me ipſum ſufficienter examinans, etiam ſcribendi ſumebam fiduciam, cum ter beatitudinis veſtræ a Deo inſpiratam doctrinam in mentem recipere ſatisfactus *, quod unum e duobus, ſive utrumque ex hoc mihi conquiretur. Aut enim inquam, ſuſcipiar: aut per omnia emendabor in his quæ ſuggeruntur, ſi non ita ſe habent:*

* perſuaſus.

X. Latens fraus hæreticorum

*Dum dignus fuiſſem effectus Deo honorabilis piiſſimi veſtigiis a Deo confirmati noſtri domini,* Imperatoris ſcilicet, *ſimulque & Deo imitabilem ejus condeſcenſionem indeptus, fiduciam capiebam divinam juſſionem ejus ſerenitatis relegendi, quæ ad Arcadium ſanctiſſimum Archiepiſcopum Cypri contra Paulum Primatem Epiſcoporum minime Deo decenter conſtructa eſt. Cujus laudabilis ac Deo amabilis vere eſt omnis quidem intentus piam & (immaculatam noſtræ fidei rectitudinem allegans, duas autem operationes in Domino noſtro Jeſu Chriſto poſt unitionem Deitatis probibet *. Eam inveniens abnuebam, & proferre tentabam honoratiſſimam Leonis epiſtolam, duas operationes cum alterutrius ſcilicet communione, quemadmodum docet ſanctiſſimus dominus meus, proclamantem. Ex hoc ergo deinceps vobis* 

*or-*

* perhibet

PAGIUS appellabatur, anno VIII. ejuſdem Dagoberti inchoatum eſſe. Ipſo vero initio anni VIII. Dagoberti ingens facinus in urbe Cadurcenſi in modum perinſulæ a fluvio Lotio cincta, patratum eſt, ut ſcribit Auctor Anonymus, qui Vitam Sancti Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis ſcripſit, publicatam primo a San-Marthanis in Gallia Chriſtiana, & poſtea a Labbeo Tomo I. Novæ Biblioth. pag. 699. *Sub iiſdem ferme diebus*, inquit Anonymus cap. 5. *finiente anno ſeptimo Regni Dagoberti, & incipiente octavo, Ruſticus Epiſcopus Cathedræ Cadurcinæ præſidens, ſeptimo autem & eo amplius anno Pontificatus ſui adminiſtrato a perfidis & ſceleſtis incolis interemptus eſt: ob quod conturbatio magna facta eſt in Eccleſia, non ſolum in Urbe Cadurca, ſed etiam in Regis Aula; ſiquidem vehementer iræ Regis commota terribilia valde promulgavit Decreta; adeo ut alii obtruncati, alii interempti, alii exilio damnati, alii etiam perpetuæ ob hoc ſervitute addicti ſunt*, &c. Addit Anonymus cap. 9. Sanctum *Deſiderium* ejus fratrem ac ſucceſſorem ſub initium ſui Pontificatus Baſilicam ædificaſſe ultra annis ripam, *eo in loco, quo germanus ejus Ruſticus quondam fuerat interemptus*, eamque B. Petro Apoſtolorum Principi dedicaſſe Guillelmus vero Crucis in Hiſtoria Epiſcoporum Cadurcenſium de hac cæde verba faciens, ait: *Hujus cædis miniſtros lanios fuiſſe, hodieque a laniis Cadurcenſibus, quotannis die D. ipſi Stephano Urbis ac Sedis Patrono Sacra (in quam ſcilicet ſcelus illud inciderit) cultros lanios aræ primariæ ædis Protomartyri dicatæ, ad utrumque latus imponi noverit, totumque diem inibi erectos conſpici in patrati olim parricidi Monimentum odio poſterorum perpetuo confirmandum.*

IX. *Et quidem menſe Martio hujus anni.*

Verum, ut ad annum rei geſtæ veniam, in die cædis, qui nos ad annum ducit, fallit traditio illius Civitatis: eo enim modo ſingulis annis infamia Sedi Cadurcenſi illata eluitur in die Sancti Stephani, non quod eo die crimen commiſſum fuerit, ſed quia ea ſolemnior, & Eccleſia, utpote Sancto Stephano dicata majori populi concurſu frequentatur, ſicque injuria majori auctorum ſceleris ignominia reſarcitur. Incipiebat annus octavus Dagoberti Regis, ipſo die, quo inauguratus fuerat, qui juxta loquendi modum Antiquorum a me parte 2. cap. 2. num. 12. & 24. Diſſertationis Hypaticæ explicatum, primus appellabatur anni alicujus Imperatoris, & ultimus anni, qui illum præceſſerat; adeo ut diverſo reſpectu idem dies primus & ultimus nuncuparetur. Quare cum annus VIII. Dagoberti a die Sancto Stephano ſacra initium ſumere non poſſit, illud crimen eo die peractum non fuit. Porro *Dagobertum* anno DCXXII. ipſo menſe Martio, ad Auſtraſiæ Regnum ſublimatum eſſe, ideoque & eo menſe, die, quo is octavum Regni Auſtraſiani annum inchoavit, *Ruſticum* interfectum eſſe certo colligitur ex duobus Actis autenthicis ab Anonymo citato cap. 7. & ſeq. relatis. Primum eſt Præceptum Regium, quod *Epiſcopis & Ducibus cunctoque populo Galliarum finibus conſtituto* inſcribitur, datumque legitur *ſub die VI. Idus Aprilis, anno octavo Dagoberti Regis*, ut in Codice Moiſſacenſi, ex quo illa Vita deſcripta, non vero *ſub die Idus Aprilis*, ut perperam Sammarthani & Labbeus laudati, qui & in ea exaranda alia errata admiſerunt, ut obſervat Mabillonius Tom. III. Vet. Analect. in Diſſert. *De die & anno ordinationis, itemque obitus Deſiderii Cadurcenſis Epiſcopi*. Secundum eſt *Indiculus Dagoberti Regis ad Dominum Sulpitium Epiſcopum*, ſcilicet Bituricenſem, ut *Deſiderius* in locum Ruſtici fratris Epiſcopus ſubrogetur: *Proinde dum vos arcem Metropolitani ſcimus tenere, præſentes apices cum debito ſalutationis officio Almitati veſtræ ſtuduimus deſtinare, petentes, ut ad eum benedicendum properare debeatis, & literas ad Comprovinciales veſtros dirigatis, ut & illi adeſſe debeant, ut canonice & juxta Apoſtolicam inſtitutionem ſub veſtri præſentia in Paſchali ſolemnitate Pontificali benedictione debeat confirmari. Illud etiam ante omnia ſupplicamus, ut nos in ſanctis ac Deo placitis orationibus veſtris Domino commendetis, & ad explendum hoc negotium nullam moram faciatis.* Hic Indiculus eſt ſine die menſe ac anno Dagoberti Regis; eum tamen anteceſſiſſe Præceptum neceſſe eſt, quia Paſcha hoc anno celebratum die decima ſexta menſis Aprilis, Præceptum vero emiſſum die octava ejuſdem menſis, & intra ſpatium octo dierum Rex voluntatem ſuam Aquitaniæ Primæ Metropolitano, hic regiam voluntatem cæteris illius Provinciæ, quæ late patet, Præſulibus ſignificare, iidemque Antiſtites a ſuo Metropolitano vocati ad Synodum convenire non potuerunt.

X. *S. Deſiderius Epiſc. Cadurcenſis ordinatur.*

Menſe itaque Martio Rex accepit nuncium de morte *Ruſtici*, ſtatimque *Deſiderium* Theſaurarium ſuum, ut in Præcepto appellatur, fratrem *Ruſtici* per Indiculum Bituricenſium Antiſtiti, Aquitaniæ Primæ, in qua *Cadurcum* ſitum eſt, Metropolitano commendavit ſerius vero poſtquam reſcivit, Civium Abbatumque Cadurcenſium vota hoc expoſcere, ut *Deſiderium* Epiſcopum haberent, Præceptum direxit die octava menſis Aprilis. Is ordo rerum ge-

ſta-



*orto ſermone, venerandam ſuggeſtionem a Deo inſeperabilium veſtrorum ad relegandam jubebar ſuſcipere, quæ dicebatur & putabatur præfatæ piæ juſſionis eſſe reſcriptum: mentionem enim faciebat illius Pauli, qui & Sauli:* Severiani videlicet hæretici, qui (ut dictum eſt) in Armenia convenit Heraclium Imperatorem in expeditione adverſus Perſas degentem. Sed pergit Cyrus.

XI. Cyrus dum Sergium conſulit venenum ſpargit.

*Opportune ergo nunc ſilentium gerere, & nequaquam contradicere perſtruebar: verum ad eruditam a Deo doctrinam confugere didici, venerabiles ejus ſyllabas poſtulans promereri, liquidius declarantes qualiter duas operationes poſt unitionem dicere recuſantes, in una, id eſt, ſingulari operatione in omnibus divinis elogiis poſſumus concludere tam quod paſſibile, quam quod impaſſibile ipſius ineffabilis diſpenſationis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti: quatenus a Deo illuſtrata eruditione Deo inſtructorum veſtrorum illuminata imperitia noſtra, forſitan vel in hoc imitabitur pinguiſſimam atque fertilem terram; ſeminatamque verbi gratiam libenter ſuſcipiens, ad fœcunditatem ſalvum perducet. Deo acceptas denique ſui orationes ſolite miniſtrare, tam meæ parvitati, quam iis qui mecum ſunt, benignus meus dominus dignetur.* Et ſubſcriptio. *Cyrus humilis exorans pro honoratiſſima vita*

*Deo*

PAGIUS ſtarum fuit, & *Deſiderius* factus eſt *Epiſcopus ſub anno VIII. Dagoberti Regis, temporibus piiſſimi Eraclii Imperatoris*, inquit Anonymus. Quæ Deſiderii ordinatio cum nulla mora facta, ut Rex jubebat in Indiculo, peracta fuerit, ut dubitandum non videtur manifeſte patet *Dagobertum* annum VIII. Regni ſui auſpicatum eſſe ipſo menſe Martio currentis Chriſti anni, cum eo ineunte *Ruſticus* occiſus, & *Deſiderius* ejus frater ac ſucceſſor medio menſe Aprili conſecratus fuerit, perexiguo inter mortem illam, alteriuſque in locum interfecti ſubrogationem intervallo interjecto; ac ex neceſſaria ſequela *Dagobertum* anno DCXXII. menſis Martii die incerto Regem Auſtraſiæ renunciatum eſſe. Quare dies Sancto Stephano ſacra & dies inaugurationis *Dagoberti* nullo pacto ſociari poſſunt, nec alia ratio iniri, ut tam Indiculus, quam Præceptum Dagoberti Regis cum Fredegarii & Anonymi narratione concilientur.

XI. *Annus quo ordinatus S. Deſiderius hactenus magnis tenebris circumſeptus.*

Qui *Dagoberti* Regis annum octavum, quo *Deſiderius* Epiſcopatum per menſem Aprilem adeptus eſt, a morte *Clotarii* patris annoque Chriſti DCXXVIII. numerant, explicare non poſſunt, quomodo *Deſiderius* anno octavo Dagoberti, ac Feſtis Paſchalibus menſe Aprili celebratis conſecratus fuerit, ut oſtendit Cointius hoc anno num. V. Verum non minor eidem Cointio, aliiſque omnibus, qui annum illum VIII. Dagoberti ex ejus Regno Auſtraſiano deducunt, difficultas hactenus obverſata eſt, ex qua ſe ſe extricare non potuerunt, quia videlicet pro certo poſuerunt, pagum Cadurcenſem cum aliis Aquitaniæ *Chariberto* Regi a Dagoberto fratre poſt *Clotarii* Regis mortem, pacemque inter utrumque fratrem initam, conceſſum fuiſſe. Hadrianus Valeſius cui tantum debet Hiſtoria Dagobertina, in *Defenſione Obſervationis de annis Dagoberti I.* cap. 10. dicit, Anonymum, qui Vitam *Deſiderii* edidit, Auctorem recentem eſſe, qui de rebus veteribus ſcripſit, ideoque non magni eum habendum: neque ex eo aliquid certi, ſinceri & incorrupti erui poſſe. In fine enim Vitæ ejuſdem Sancti hæc leguntur: *Nos vero libenter fatemur, quod nullum Eccleſia Paſtorem poſt ejus abſceſſum ſimilem ei habere potuerit.* Qui dicit plurimos Eccleſiæ Cadurcinæ Epiſcopos poſt Deſiderium fuiſſe, quorum nemo ejus ſimilis extiterit: ſatis aperte oſtendit, ſe longiſſime ab ætate ejus abfuiſſe, & diu poſt Deſiderium ſcripſiſſe, inquit Valeſius. At licet negari non poſſit, Anonymum illum ſcripſiſſe Sancti Deſiderii Vitam medio circiter ſæculo octavo, aut forte etiam tardius, nihil tamen inde concludi poteſt adverſus annum ordinationis hujus Sancti Antiſtitis; cum ea non tantum ab eo ſemel & iterum cum anno octavo Dagoberti Regis conjungatur; ſed etiam ab ipſomet Dagoberto, qui in Epiſtola ſua ſeu Indiculo ad Epiſcopum Bituricenſem, diem, qua ea fieri debet, Feſtum nempe Paſchatis, & in Præcepto a ſe de eadem ordinatione ad Cadurcenſes ſcripto, *diem ſextum Idus Aprilis, & annum VIII. Regni ſui* diſerte memorat. Non igitur Anonymus hac in re erroris argui poteſt, qui nihil in ſua narratione dicat, quod ex literis Regiis non comprobetur. Illud itaque Valeſii argumentum militat tantum contra Mabillonium, qui Tomo 3. Vet. Analect. in Diſſert. *de Anno & die ordinationis, itemque obitus Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis* exiſtimat, eam Vitam elucubratam eſſe *ab Auctore gravi & æquali*.

XII. *Charibertus in pago Cadurcenſi numquam regnavit.*

Idem Mabillonius & Cointius laudatus num. VI. recte viderunt annum VIII. Dagoberti Regis in ejus Præcepto expreſſum, referendum eſſe ad annum VIII. Regni ejus Auſtraſiani, & *Deſiderium* circa Feſta Paſchalia currentis anni conſecratum eſſe; ſed uterque graviter erravit, in eo quod exiſtimavit, *Cadurcenſes* modico ſpatio temporis interjecto poſt Deſiderii ordinationem veniſſe in poteſtatem *Chariberti* cum aliis Aquitaniæ populis a Dagoberto ipſi conceſſis; ita ut *Charibertus* nonniſi poſt Paſcha præſentis anni Aquitaniæ Rex dictus fuerit. Inde enim ſequeretur, eum tantum per biennium in Aquitania regnaſſe; cum tamen Fredegarius teſtetur, *Charibertum* tertio Regni ſui anno demortuum. Verum quidem eſt ad hanc rationem Cointium anno DCXXX. num. IV. reſpondere, hunc Fredegarii locum cap. 57. *Poſt annum tertium, quod regnare cœpiſſet, totam Vvaſconiam ſuæ Ditioni redegit*, ſic reſtituendum: *Poſt annum cum regnare cœpiſſet* expuncta ſcilicet voce, *tertium*, e Fredegarii textu. At Chifſletius in Diſſert. *de Annis Dagoberti primi* cap. 1. reſponſum illud vanum eſſe oſtendit; cum vulgata editio Ducheſnii, & alii omnes Codices Fredegarii vetuſtiſſimi vocem illam *tertium* repræſentent: eandemque lectionem confirmarint ſexcentis ab hinc annis Benignianus Beſuenſis, & Virdunenſis Chronographi, qui *Fredegarium* ſublegunt, ac tantum non deſcribunt. Ex quibus tandem omnibus conſequens eſt, quod ſi *Sanctus Deſiderius* Feſtis Paſchalibus anni Dagoberti in Auſtraſia regnantis Epiſcopus Cadurcenſis ordinatus eſt, quod in dubium revocari non poſſe videtur, *Charibertum* nunquam in ea Urbe ſupremum Dominium obtinuiſſe, & *Dagobertum* in Diplomatis Regni Auſtraſiæ Ur-

bes

*Deo honorabilis domini mei ſuggeſſi*. Hucuſque Cyri epiſtola, quæ Sergium male conſultum in dubitationem primum inducens, ad ruinam illi viam aperuit.

XII. Non immiſceant ſe dogmatibus Principes.

Ex his puto intellexiſti lapſum Heraclii, qui dum in Paulum Severianum hæreticum agit, ſe ipſum in eam hæreſim conjeciſſe declaravit, qua duas in Chriſto voluntates & operationes negavit eſſe dicendas. Suo ſemper damno ſe immiſcuiſſe Principes in dogmatibus decernendis, plurimis ſuperius eſt declaratum exemplis: quod maxime in Heraclio perſpicuum demonſtratur, qui ſtudens parti alteri, quaſi veritatem defendens pene neſciens, in profundum labitur hæreſis, qua infelix præclare partam tot victoriis gloriam obſcuravit; ut quæ inferius ſuis dicentur locis apertiſſime declarabunt. Satis Principi ad ſalutem, ut obortas de fide quæſtiones deferat ad primam ſedem, a qua controverſiæ dirimantur, cujus arbitrio (ſi cauſa exigat) & univerſale Concilium congregetur; atque interim ipſe nulli ſe implicans novitati, affectu liber, quid ab Eccleſia decernatur, expectet, ut ſequatur.

An-

PAGIUS

bes reſpicientibus, uti *Cadurcum* fuit, Regni ſui Auſtraſiani annos uſurpaſſe, a cujus etiam initio tam Fredegarius, quam Aimoinus annos quibus in Burgundia & Neuſtria poſt patris mortem regnavit, ſemper deſumunt. De virtutibus Sancti *Deſiderii* in morte ejus agetur.

XIII. *Judæi ad baptiſmum coacti & Legatio ad Imp. miſſa.*

Fredegarius cap. 62. refert, anno VIII. Dagoberti Regis Legatos, quos is ad *Heraclium* Imp. miſerat, reverſos eſſe nunciantes ſe pacem cum eodem Imperatore firmaſſe, ut anno DCXXVIII. num. VI. cum Baronio diximus. Tum cap. 65. teſtatur, eodem *Dagoberti* anno hunc Regem omnes regni ſui *Judæos* ad Baptiſmum ſuſcipiendum compuliſſe, quod an. DCXIV. cum Baronio jam diximus.

XIV.

Juſtellus Tom. 2. Veteris Juris Canonici pag. 1361. Novellam Heraclii Auguſti refert, cujus hæc ſubſcriptio, *Dat. XII. Kalend. April. Imp. Heraclii piiſſimi an. XIX. & Heraclii Novi Conſtant. anno XVII.* ideoque currenti Chriſti anno emiſſam. Inſcripta eſt ea *Sergio* Epiſcopo Conſtantinopolitano, qua ſancit Imperator, ut qui recenſentur inter Clericos Urbis Auguſtæ, quique ſolitariam in ea vitam amplexi ſunt, ac qui peregre veniunt in eam Præſides, Clerici, atque Monachi Civitatum, quarum Diœceſes Sedi Conſtantinopolitanæ ſubjacent; cum civiliter conveniuntur, apud *Sergium*, & ad hoc ab illo deputatos cauſas dicant: & ſi appellatio ſequatur, ad eum recurrent, prohibetque iis, qui eos ſibi putant obnoxios, ad civile vel militare tribunal ipſos trahere. Si vero quidam alterius Diœceſis ſanctiſſimi Præſides, Clerici, aut vitæ ſolitariæ ſectatores ad Urbem Auguſtam profecti, a quovis civiliter conveniantur; decernit, ut hi quoque, *ſiquidem ita velint*, apud ſolum Epiſcopum Conſtantinop. conſimili modo reſpondeant, nec amplius apud Præfectos Orientalibus Prætoriis inviti cauſas ſuas agant.

*Heraclius Epiſc. Conſtantinop. Juriſdictionem auget.*



I. De obitu Mahometis.

ANnus ſequitur Redemptoris ſexcenteſimus atque trigeſimus, Indictione tertia, quo defunctus ponitur in Annalibus pſeudopropheta Maomedus, ſive Mahometes, ſive Mahometus, vel Mahomat, a quo improba ſecta Mahometanorum oborta eſt. Monſtrum tantum peperit, & enutrivit Oriens, cujus deformitati monſtra cedere neceſſe ſit omnia, quę ſive Danieli, ſive Joanni Evangeliſtæ divinitus demonſtrata feruntur ad aliquod grande malum ſignificandum. Præcurſorem quidem Antichriſti hunc omnium ſceleſtiſſimum extitiſſe, Joannes Damaſcenus (*a*) exiſtimavit. Unde autem ei obvenerit ut propheta a ſuis creditus ſit, citati Annales ita declarant (*b*): *Apud Homeritas hunc, ſive in Arabia Felice, Hali parente Iſmaelita genitum, camelariamque exercuiſſe artem, pauperemque hominem ſuam operam mercede locaſſe tradunt; inhæſiſſeque ſervitio cuidam potenti viduæ, quæ nomine Tadiga* * *dicta erat ejuſque paſcendos ſuſcepiſſe camelos: & cum vafer eſſet ingenio, inſinuans ſe dominæ gratiæ, effecit ut eamdem conjungeret ſibi uxorem. Profectus vero in Palæſtinam, ibi verſatus cum Judæis & Chriſtianis ab eiſdem aliquid eſt conatus addiſcere: mentemque vanam prurigo cum exagitaret honoris, ex occaſione bene accepta nundinationem quamdam exercuit, ex qua nomen fuit prophetæ adeptus.*

(*a*) *Damaſ. de hæreſ. in fin.*

(*b*) *Theop. & Cedr. hoc an. Heracl. Imp.*

* *χαδιχά, vel ταδιγά.*

Mahometis origo atque progreſſus.

II. *Cum enim & a dæmone exagitaretur, & comitiali morbo laboraret; uxorem ſuam, quæ gravem ex eo capiebat dolorem, quod nobilis ipſa egeno homini & vexationibus obnoxio nupſiſſet, ita demulſit, quod diceret, ad conſpectum Angeli Gabrielis ſibi apparentis concidere. Erat amicus ei mulieri monachus quidam, qui ob falſam fidem ibi relegatus vivebat. Huic mulier totam rem aperit, Angeli etiam nomine propalato. Is autem monachus uti opinionem eam prorſus in animo mulieri confirmaret, verum Mahomedum prophetam dicere ait; eum enim Angelum ad quemvis vatem mitti. Mulier verbis impoſtoris illius monachi fidem habens, aliis ſuis gentilibus mulieribus fabulam enarravit, ab iis porro ad viros alios ea dimanavit. Ubi vero ſemel innotuiſſe ſciſſet & creditum ſe eſſe prophetam; ſibi ipſi per imaginem quædam effinxit, eademque ut divinitus accepta curioſo atque ſimplici populo facile perſuaſit; ac volumen vanis figmentis plenum conſcripſit, quod e cælo ſurſum acceptum effinxit, ſuiſque tradidit ſectatoribus obſervandum: ſicque factum eſt, ut ita error vane conceptus, non miraculorum virtute, ſed vi armorum magis magiſque apud poſteros atque etiam exteros invaleſceret.*

III. Quod autem ad ſeductorem monachum ſpectat: ex fragmento hiſtorico Anaſtaſii Bibliothecarii, ubi de monacho iſto agit, quiſnam ille fuerit, declaratur his verbis: *Cum teſtimonium ei*, Mahometis ſcilicet, *daret quidam pſeudomonachus Arianus, qui ob malam fidem Conſtantinopoli e monaſterio Calliſtrati exterminatus erat cum turpitudine ſub Imperio Heraclii; iſte ſceleſtus nebulo ſeduxit iſtam & reliquas mulieres hujuſmodi verbis: Venit, inquit, ille a viſione quadam Angeli, qui dicitur Gabriel, & non ferens id ſpectaculum, concidit.* Et paulo poſt: *Cum diebus illis Imperator Heraclius cum victoria a Perſarum bello reverteretur, & per Æthribum tranſiturus eſſet; obviam ei ivit ille Deo exoſus Mahomet, ferens ei victoriales laudes, ſicut ipſum docuerat ſceleſtus ille pſeudomonachus, petitaque ab eo terra, quæ pecoribus ſuis alendis ſufficeret, petitionis compos factus eſt.* Hæc ibi.

IV. Sed quomodo error acceperit augmentum, iidem qui ſupra Annales declarant, ni-



PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCLXVIII. Anno Hegiræ IX. inchoato die 20. April. fer. 6. A.C. 630.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 6123.

☉ 23. G. ☽ 4. P. 8. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 630.

HONORII PAPÆ 6.

HERACLII IMP. 21.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: *XX. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XIX. & anno Imperii Heraclii Junioris Conſtantini XVIII.*

II. A num. I. ad XIII. *Mahometes* Pſeudo-Propheta, poſtquam Sectam ſuam bello ac armis propagavit, mortuus eſt anno Hegiræ undecimo, die duodecima Rabii prioris, die Lunæ, ideoque anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo ſecundo, die decima ſeptima menſis Junii, in quem eo anno feria ſecunda incidit. Hæc ex Elmacino in Hiſtoria Saracenica, qui addit, præfuiſſe ſuæ Genti annis Solaribus novem & undecim menſibus, uno die excepto. Poſt ejus mortem de Succeſſore diſſenſio fuit. Eodem tamen die, quo Mahometes obiit, electus eſt *Abubachrus*, ſeu *Abubacrus* ejus aut gener, aut cognatus. Ante Mahumetiſmum Arabibus non una eademque omnibus religio erat, ſed quidam illorum Moſaicam, alii vero Chriſtianam legem profitebantur, & reliqui varias in ſectas ſcindebantur, variiſque cultibus ac ceremoniis erant addicti. De poſterioribus legendus Abrahamus Ecchellenſis in Supplemento Hiſtoriæ Orientalis Cap. 6.

*Obitus Mahometis.*

De ſecta Mahometis nefanda.

nimirum quod primum ad eum accurrerunt Judæi exiſtimantes ipſum eſſe quem expectarent Meſſiam; decemque ex eis ipſum ſectabantur, quod eum circumciſionem amplecti ſciviſſent; verum cum eumdem immunda comedere cognoviſſent, nempe cameli carnem, e ſententia receſſere; ſed non ceſſarunt commovere eum in Chriſtanos. Excogitavit autem ad ſectam propagandam verſutus nebulo illecebras ex voluptatibus carnalibus comparatas, feminarum multitudinem ſuis concedens in hac vita, & in futura iiſdem conſitum paradiſum, in quo ipſis omnia ad cibum & potum laute abundeque ſuppeterent, & ad coitum pariter adfore pulcherrimarum multitudinem feminarum; his vero potiſſimum potituros fore, qui vel hoſtem occiderent, vel occiderentur ab hoſtibus: iſta ſatis aſtute proponens, quo ſuos in bello fortes efficeret.

V. Quæ de re Chriſto confinxit.

Ut igitur populos omnes alliceret, ex cunctis ferme aliqua miſcuit, nempe ex Judæis circumciſionem, Dei unius cultum, abſtinentiam a carne ſuilla; ex Chriſtianis Chriſti nomen, ita tamen, ut eum ſicuti Ariani, ſive Neſtoriani, coleret. Rurſum vero ut omnes fæces ejectas ad ſectam alliceret ac ſibi conjungeret, ex Manichæis etiam de Chriſto illud accepit, ut nequaquam Cruci affixum Chriſtum diceret, ſed umbram Chriſti, Crucem penitus abominatus. De eodem Chriſto inſuper blaſphemus iſta confixit, quæ his verbis recitat Damaſcenus; ait enim: *Chriſtum autem dicit Verbum eſſe Dei & ejus Filium, ſed creatum atque ſervum, eumque fatetur ex Maria ſine ſemine generatum. Ait enim, Verbum ac Spiritum Dei, cum in Mariam introiſſet, genuiſſe filium qui Dei propheta & ſervus eſt. Judæos autem contra legem eum in Crucem agere voluiſſe, & cum eum tenuiſſent, ejus quidem umbram egiſſe in Crucem, Chriſtum autem nec in Crucem actum fuiſſe, nec mortuum; Deum enim ad ſe tranſtuliſſe in cælum, quod ei eſſet cariſſimus. Hoc etiam commemorat, Chriſtum, cum in cælum perveniſſet, a Deo interrogatum fuiſſe, an Dei filium ſe eſſe dixiſſet? Eumque facit hoc modo reſpondentem: In me, Domine, ſis placato animo: ſcis hanc meam orationem non fuiſſe meque tuam non faſtidire ſervitutem. Homines ſunt iſti, qui contra leges hoc me dixiſſe arguerunt, falſoque me circumvenerunt crimine, & vehementer errarunt. Tum Deum hæc vult ei reſpondiſſe: Scio hanc tuam non fuiſſe orationem. Aliaque multa monſtri ſimilia in eo narrat commentario, quæ ridicula ſunt.* Hæc Damaſcenus, qui paucis (nec enim multis indigent) quæ ab impoſtore tanto ſunt dicta, confutat.

VI. Quas coacervavit facultates impoſtor.

Ad hæc præterea alias circulator adjecit ineptias, nempe ſibi ut veritatis cultori fideli tradendas claves paradiſi in die judicii. Fatum inſuper aſſeruit, & ſive ad bonum ſive ad malum homines deſtinari. Cultum præterea aſtri, quod Cubar dicunt, nempe Luciferi, ſive Lunæ, commiſcuiſſe tradunt, ne Gentilitiæ ſuperſtitionis ſecta exors exiſteret. Hanc autem de cultu Luciferi fuiſſe Sarracenorum antiquam ſuperſtitionem, teſtatur S. Hieronymus in Hilarione. Iſta itaque & alia pudenda confarciens, ad omnium conſervationem vafrum illud excogitavit: quod enim ſatis intelligeret, cuncta quæ miſcuiſſet, perfacile ſolvenda atque deſtruenda fore, ſi ad exactæ diſquiſitionis revocarentur examen; de traditis a ſe inſtitutis vetuit diſputari. Sicque miſeros quos decipiebat, conjecit in foveam, eoſdemque ne inde emergerent, excæcavit. Quid plura? de eodem impoſtore centum & tredecim fabellas ex Evodio monacho Euthymius in ſua Panoplia recenſet, quas ſingulas tibi relinquimus conſulendas. His igitur commentis & impoſturis circulator iſte nefandus paulatim conciliavit ſibi Arabum regnum, in quo ubi exegiſſet annos novem; defunctus eſt. De cujus ſepulcro & peregrinationes ad illud aſſidua Laonicus agit pluribus, ubi de ritibus cultuque ſuperſtitionis hujus ſcribit in hæc verba (a);

(a) *Laonic. c. 3. de rebus Turcicis.*

VII. De Mahometis impoſtoris ſepulcro.

*Defunctus eſt*, inquit, *in loco quodam, cui nomen eſt Mecha Milites, regioniſque incolæ exequias duxerunt, & graviter eum luxere. Quotannis in ejus honorem ſacra faciunt Arabes: heroa etenim quemdam eum eſſe putant, eumdemque virum ſanctum a Deo ordinatum, ut ipſis leges ferret; quem in dandis legibus non tyrannum, ſed virum quemdam æquitatis, vel in primis amantem judicarunt.* Et paulo poſt, cum agit de Homure ejus diſcipulo & ſucceſſore: *Sepulcrum quoque in honorem Mahometis adornans, ibi manebat. Sacra quoque magna quotannis in honorem ejus fieri procuravit. Perſuaſit aliis plurimis, ut Mahometem adorent. Eos quoque juſtos fieri aſſerebat; qui ipſius ſepulcrum viſerent. Etiam hodie non pauci ex Aſia, Libya, Europaque Mahometis ſepulchrum adeunt, putantes ſe hinc maximam colligere religionem, & probiores fieri. Quidam ex ipſis iſtam peregrinationem ingrediuntur, quidam argentum numerant iis qui pro ipſis peregrinationem ſuſcipiunt. Via autem quæ ad ſepulcrum ducit, eſt aſperrima & difficillima. Eundum eſt enim per arenam non citra camelorum alimenta portantium opem: nec etiam aqua, qua utantur, ad manum prompta eſt ſufficiens omnino. In hunc igitur modum neceſſaria præparantes*





*tes, camelos conſcendunt, utentes ſignis quæ viam demonſtrent, magnetis demonſtrationibus. Colligentes igitur ab Septemtrionali plaga, qua orbis parte eundum ſit, eo viam conjectantes pergunt. Ubi autem acceſſerint loca ubi aquarum ſcaturigines ſunt, aquantes inde abeunt, tranſitaque arena intra quadraginta dies ad Mahometis corpus perveniunt. Sepulcrum ejus compertum habeo extructum eſſe ex lapidibus pretioſiſſimis, & ſublime pendere in medio templi.* Hæc Laonicus.

VIII. Armorum potentia propagatur error.

Porro omnes mirari non deſinunt, cum nulla umquam ſecta fuerit alia quæ plures ſordes in unum collegerit, & quæ minus firmitate ſubſiſtat, quam hæc, quæ ab omnibus qui de ea egerunt, ſive veteres, ſive recentiores, riſu ſibiliſque inſectanda proponitur potius, quam confutatione digna fuerit exiſtimata; tamen ad mille jam annos hactenus majoribus in dies augmentis ſit propagata, non miraculis quidem vel virtutibus, ſed armorum potentia dumtaxat & voluptatum illecebris, id quidem Deo occulto judicio permittente. Cæterum eamdem ſectam ſemper tum a Latinis, tum Græcis, pluribus confutatam invenies, miraculiſque plurimis (de quibus inferius ſuis locis agendum) erroris eſſe convictam; cum Deus per miracula fidem certam faciens, ſuos in errorem duci non ſiverit, ſed mille ſignis voluerit, ſingulis plane ſæculis, falſitatem ejus aperta luce monſtrari.

Succeſſiſſe Mahometi Eububezer, citati ante Annales tradunt, tenuiſſeque principatum annos tres, uſque ſcilicet ad vigeſimumquartum annum Imperatoris Heraclii. Ne quid autem nos antiquitatis ſubtraxiſſe videamur, hic ad poſtremum addimus, quæ de origine & obitu ejuſdem pſeudoprophetæ a ſancto Eulogio martyre, qui ſequenti ſæculo claruit, in ſuo Apologetico narrantur ex codice Legerenſis cœnobii accepta; quæ tamen in iis quæ ad annorum numerum pertinent, eſſe depravata noſcuntur. Reddamus hic ſingula totidem verbis, quæ ſic ſe habent: *Cum eſſem olim in Pampilonenſi oppido poſitus, & apud Legerenſe cœnobium commorarer; cunctaque volumina, quæ ibi erant, gratia dignoſcendi incomperta revolverem: ſubito in quadam parte cujuſdam opuſculi hanc de nefando vate hiſtoriolam abſque auctoris nomine reperi:*

IX. *Exortus eſt namque Mahomat hereſiarches tempore Heraclii Imperatoris, anno Imperii ejus ſeptimo, currente Æra 556.*

* 654. De Mahomete ex S. Eulogio.

** In hoc tempore Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus in Catholico dogmate claruit, & Siſebutus Toleto regale culmen obtinuit. Eccleſia beati Euphraſii apud Iliturgi urbem ſuper tumulum ejus ædificatur. Toleto quoque beatæ Leocadiæ aula miro opere, jubente prædicto Principe, culmine alto extenditur. Obtinuitque prædictus Mahomat nefandus propheta principatum annis decem; quibus expletis, mortuus eſt, & ſepultus in inferno. Exordia vero ejus fuerunt talia. Cum eſſet pupillus, factus eſt cujuſdam viduæ ſubditus. Cumque in negotiis cupidus fænerator diſcurreret, cœpit Chriſtianorum conventiculis aſſidue intereſſe; & ut erat aſtutior, tenebræ filius cæpit nonnullas collationes Chriſtianorum memoriæ commendare, & inter ſuos brutos Arabes cunctis ſapientior eſſe. Libidinis vero ſuæ ſuccenſus fomite, cum patrona ſua jure barbarico in ira congreſſus eſt. Moxque erroris ſpiritus in ſpeciem vulturis ei apparens, os aureum ſibi oſtendens, Angelum Gabrielem eſſe ſe dixit, & ut propheta appareret impetravit.*

*Cumque repletus eſſet tumore ſuperbiæ, cœpit inaudita brutis animalibus prædicare, & quaſi ratione quadam, ut ab idolorum cultu recederent, & Deum incorporeum in cælis adorarent, inſinuavit. Arma ſibi credentibus aſſumere jubet, & quaſi novo fidei zelo, ut adverſarios gladio trucidarent, inſtituit. Occulto quoque Deus judicio (qui olim per prophetam dixerat (a): Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, ut poſſideat tabernacula non ſua: cujus equi velociores lupis veſpertinis, & facies eorum ut ventus urens, ad arguendos fideles, & terram in ſolitudinem redigendam) nocere eos permiſit. Primum namque fratrem Imperatoris, qui illius terræ ditionem tenebat, interimunt, & ovantes de triumpho victoriæ, glorioſi effecti, apud Damaſcum Syriæ urbem regni principium fundaverunt. Pſalmos denique idem pſeudopropheta in ore inſenſibilium animalium compoſuit, vitulæ ſcilicet rubræ memoriam faciens. Araneæ quoque muſcipulæ ad capiendas muſcas hiſtoriam texuit. Upupæ præterea & ranæ cantus quoſdam compoſuit: ut fætor unius ex ejus ore eructaret, garrulitas vero alterius in ejus labiis non deſineret.*

(a) Habac. 1.

X. Mahometis turpis incontinentia.

*Alios quoque ad condimentum ſui erroris in honorem Joſeph, Zachariæ, ſive etiam genitricis domini Mariæ ſtylo ſuo digeſſit. Cumque in tanto vaticinii ſui errore duraret, uxorem vicini ſui nomine Zeid concupivit, & ſuæ libidini ſubjugavit. Quod ſcelus maritus ejus, ſentiens, exhorruit, eamque prophetæ ſuo, cui contradicere non valebat, permiſit. Ille vero quaſi ex voce Dominica in lege ſua illud annotavit, dicens: Cumque mulier illa diſplicuiſſet in oculis Zeid, & eam repudiaſſet, ſociavimus eam prophetæ noſtro in conjugium: quod cæ-*

*teris in exemplum, & poſteris fidelibus id agere cupientibus, non ſit in peccatum. Poſt cujus tanti ſceleris factum mors animæ & corporis illius ſimul appropinquavit. At ille interitum ſibimet imminere præſentiens, quia propria virtute ſe reſurrecturum nullo modo ſciebat, per Angelum Gabrielem, qui ei in ſpecie vulturis apparere, ut ipſe ajebat, ſolitus erat reſuſcitaturum ſe tertia die prædixit.*

XI. Canes depaſti cadaver Mahometis.

*Cumque animam inferis tradidiſſet, ſoliciti de miraculo, quod eis pollicitus fuerat, ardua vigilia cadaver ejus cuſtodire juſſerunt. Quem cum tertia die fœtentem vidiſſent, & reſurgentem nullo modo cernerent; Angelos ideo non adeſſe dixerunt, quia præſentia ſuorum terrerentur. Invento igitur ſalubri (ut putabant) conſilio, privatum cuſtodia cadaver ejus reliquerunt: ſtatimque vice angelica ad ejus fœtorem canes ingreſſi, latus ejus devoraverunt. Quod reperientes factum, reſiduum cadaveris ejus humo dederunt; & ob ejus vindicandam injuriam, annis ſingulis canes occidere decreverunt; ut merito cum eo habeant illi participium, qui pro eo dignum meruerunt ſubire martyrium. Digne ei quidem accidit, ut canum ventres tantus ac talis propheta repleret, qui non ſolum ſuam, ſed multorum animas inferis tradidiſſet. Multa quidem & alia ſcelera operatus eſt, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc: hoc tantum ſcriptum eſt, ut legentes, quantus hic fuerit, agnoſcant.* Ad honeſtandum autem tale portentum, a ſucceſſore mirificum conſtat erectum illi eſſe ſepulcrum de quo ſuperius dictum eſt.

Porro hæc & alia plura in deteſtationem ſectæ nefandæ publicis ſcriptis ab eodem auctore vulgata in oculis ipſorum Sarracenorum tunc graſſantium in Hiſpanias liquet: ut plane non contemnenda ea ſint ſcripta, quæ in opprobrium ipſorum Sarracenorum de tali impoſtore veluti propheta gloriantium coram ipſis objecta fuere. Sunt & alii, qui pſeudoprophetæ hujus cunabula, progreſſus, obitum, leges, atque alia proſecuti, de his volumina confecerunt, quæ tu conſulas. Hæc ad Annalium inſtitutum ſatis ſunto: abſtinuimus enim libentius, quod multa fabuloſa in eis poſita invenerimus.

XII.

At dum hoc monſtrum coaleſcere incipit in Oriente, armorumque potentia quod non poſſet veritate, auctoritatem ſibi conciliare ſatagit, dormitat, ſtertitque bonus Heraclius: immo depoſitis armis nulla de tuendis jam partis cura ſolicitus, nec timore perculſus de perdendis quæ Romani eſſent Imperii; vigilanſque cum Monothelitis, omne conſilium agitat, ſimulque potentiam omnem adhibet, ut dogma ſtabiliat. Vafrum diabolus excogitavit inventum, ut his tricis teneret Heraclium occupatum eo tempore, quo ipſe adeo grande malum, quo malus nunquam fuiſſet in orbem illatum machinari cœperat in Oriente; faceretque Eccleſiaſtico bello occupatum Heraclium detineri, quo tempore ipſe in Chriſtianam religionem & in ipſum Romanum Imperium inſuperabile prœlium præpararet: adeo ut minime a ſcopo veritatis aberret, qui dixerit, nullum Romanorum Imperatorum majora damna quam Heraclium in Chriſtianam Rempublicam invexiſſe, dum ad extinguendam facem diaboli non accurrit, ſed altari incendio fomenta interim parat. At de his ſatis.

XIII. Cyrus Epiſc. Alexandr.

Hoc eodem anno, ubi Georgius Epiſcopus Alexandrinus ſediſſet annos decem, moritur, atque in locum ipſius ſubrogatus eſt Cyrus ex Lazorum Antiſtite, id operante Heraclio Imperatore, qui eo utebatur familiariſſime. Hic quidem ſub Catholico nomine quaſi prædicator Chalcedo-

PAGIUS III. *Moritur Georgius Epiſc. Alexandrinus.*

Ad num. XIII. *Georgius* Alexandrinus Patriarcha obiit hoc anno, ut recte Baronius habet, & *Cyrus* e Phaſide in Sedem Alexandrinam tranſlatus eſt. Scripſit Georgius, qui Monachus fuit, ac ſucceſſor Sancti Joannis Eleemoſinarii, *Vitam Sancti Joannis Chryſoſtomi*, ex qua Photius in Bibliotheca cap. XCVI. Excerpta quædam dedit, & de Auctore judicium ſuum tulit. Habetur ea Græce inter varia ad Sanctum Chryſoſtomum ſpectantia in editione Græca Operum illius, procurata opera Henrici Savillii. Uno aut altero anno poſt ejus mortem Sedem Alexandrinam Monothelitæ occuparunt: *Cyrus* enim paulo poſtquam eam adeptus eſt, unionem fecit cum Theodoſianis Acephalis; quorum in ea Urbe ingens numerus erat. Sanctus *Taraſius* Patriarcha Conſtantinopolitanus in Actione II. ſeptimæ Synodi generalis de hæreſi Monothelitarum loquens ait, cum ſexta Synodus generalis Sergium, Pyrrhum, Paulum, & Petrum Monotheliſmi Anteſignanos damnavit, *ad quinquaginta annos tunc* hæreſim duraſſe. Habita ſexta Synodus anno DCLXXXI. a quo quinquaginta anni & quidem utrimque incompleti ad annum DCXXXII. intercurrunt. Quare ex Taraſii ſententia *Cyrus* hoc ultimo anno Monotheliſmo originem dedit. Secundo, in Secretario primo Concilii Lateranenſis anno DCXLIX. celebrati legitur: *Et Cyrus quidem ante hos decem & octo annos unam Operationem in Chriſto in eadem Alexandria Urbe definiens, Divinitatis ejus & humanitatis, &c.* Si ab anno DCXLIX. annos octodecim retrogrado ordine numeres, pervenies ad annum Chriſti DCXXXI. aut DCXXXII. quem ultimum annum in eo Secretario intelligendum demonſtrat locus citatus Taraſii. Georgio Cyri deceſſori Nicephorus in Chronico annos tantum decem, in aliquibus editionibus annos XI. tribuit; ſed ex anno S. Joannis emortuali liquet, eum diutius Eccleſiam Alexandrinam rexiſſe, & accurate in Tabulis Theophani inſertis *Cyro* annos XIV. aſſignatos eſſe.

Ad



cedonenſis Concilii, ac veluti aſſertor & profeſſor epiſtolæ ſancti Leonis Papæ, dum conciliatorem & ſequeſtrem agit pro revocandis hæreticis ad Eccleſiam Catholicam; novis excogitatis artibus, Catholicos quos invenit, in hæreſim neſcientes induxit. Quomodo autem id acciderit, ſuo loco dicturi ſumus.

Hoc pariter anno Honorius Papa, dejecto Fortunato hæretico Gradenſi Patriarcha, ſubrogavit in locum ejus Primogenium. De his extant ipſius Honorii Papæ litteræ his verbis conſcriptæ (a):

(a) *Ex Chro. manuſcr. Andr. Danduli Ducis Venet.*

XIV. Epiſt. Honorii Papæ ad Epiſc. Venet. & Iſtr.

*Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimis fratribus univerſis Epiſcopis per Venetiam & Iſtriam conſtitutis.*

*Suademus, & decretales apices fraternitati veſtræ dirigimus, per quos expetimus ut loco Judæ alius vitæ probabilis ad regendum gregem Dominicum promoveatur. Et non immerito is qui dejectus eſt, & Judæ actibus comparatur & moribus. Nam quod ille in capite, hoc iſte videtur exercuiſſe in corpore. Primogenium itaque ſubdiaconum & Regionarium noſtræ ſedis Gradenſi Eccleſiæ Epiſcopali ordine cum pallii benedictione direximus conſecrandum. Oportebit ergo fraternitatem veſtram juxta legem Eccleſiaſticam cuncta diſponere, capitique veſtro ſinceram obedientiam exhibere. Nos enim dirigentes homines noſtros ad excellentiſſimum Longobardorum Regem, injunximus, ut eundem Fortunatum, uti relicta ab eo Rempublicam, ad Genteſque prolapſum, & abnegata concordiæ unitate Deo rebellem & perfidum, necnon res quaſcumque ſecum aufugiens abſtuliſſe monſtratur, expetat, & repetere non moretur: ut & hi a quibus repetuntur, a partibus Chriſtianiſſimæ Reipublicæ parem juſtitiam conſequantur.* Hæc Honorius qui digniſſimo titulo & merito quidem Venetam Rempublicam Chriſtianiſſimam nominat: utpote quæ, relictis ſchimaticis Romanæ Eccleſiæ adhæſiſſet: & ne implicaretur eorumdem ſchiſmaticorum laqueis, a Romana Eccleſia petere ſoleret Epiſcopum: quo ampliſſimo titulo glorioſa, potenſque longe lateque terra marique dominium feliciter propagavit.

Veneta Reſpubl. Chriſtianiſſima.

XV.

Ne quid autem minus haberet Gradenſis Eccleſia ab Aquilejenſi, ipſi Romani Pontifices eamdem Eccleſiam pallii inſignibus & Patriarchæ nomine illuſtrarunt: nam (ut ſuperius dictum eſt) ipſe etiam Gradenſis Epiſcopus Patriarcha invenitur ſæpius nominatus. Unde & factum eſt ut immortalis inter utrumque creverit æmulatio, & excitatæ perennes diſcordiæ fuerint, perpetuaque odia coaluerint, quæ nutrita ſunt opera ſæcularium Principum, ſtudentibus Longobardis Patriarchæ Aquilejenſi (qui & ſecuritatis cauſa Forum Julii ſedem tranſtulit, ob idque & Forojulienſis Patriarcha eſt appellatus) favente vero Gradenſi Patriarchæ Ravennate Exarcho poſt Romanum Pontificem. Porro ſicut Exarchus nunquam deſtitit ipſam Aquilejam infeſtare, ita Longobardi Grados, ſive Gradus; nam audi quæ dicat Paulus (b) de Duce Forojulienſi, Lupo nomine: *Hic Lupus in Grados inſula, quæ non longe ab Aquileja eſt cum equeſtri exercitu, per ſtratam, quæ antiquitus per mare facta fuerat, introivit; & deprædata ipſa civitate, Aquilejenſis Eccleſiæ theſauros exinde auferens deportavit.* Hæc ipſe, qui & ſuperius tradit (c), a Paulo (quem alii Paulinum dicunt) Aquilejenſi Patriarca tranſlatos fuiſſe Eccleſiæ Aquilejenſis theſauros ad Grados, dum fugeret Longobardos in Italiam irruentes.

(b) *Paul. dia. l.5. c. 7. & nov. edit. c.10.*

(c) *Idem l.3. c.8. vet. edi. & nov. c.10*

XVI. Rom. Pont favent Venetis contra Longob.

Accidit præterea, ut inter Longobardos & Venetos implacabile diu viguerit bellum, quemadmodum inter utramque Eccleſiam Aquilejenſem & Gradenſem immortales extiterunt contentiones; quæ licet ſæpe fuerint ſedatæ a Romanis Pontificibus, rurſus pullularunt. Verum pro Eccleſia Gradenſi ſemper inſurrexiſſe ipſos Rom. Pont. litteræ Gregorii II. & Greg. III. Roman. Pontificum docent; ex quibus apparet eos ab invadentibus Aquilejenſibus Patriarchis nitentibus viribus Longobardorum ſemper tutatos eſſe. Sic videre eſt Gradenſem Eccleſiam Romanorum Pontificum auctoritate erectam, firmatam, ſtabilitam, atque defenſam, Venetorumque Rempublicam Gradenſis Eccleſiæ occaſione a Romana Eccleſia hauſiſſe plurimum adjumenti: cujus rei ipſa optime conſcia, ad nutum Romani Pontificis parata ſemper fuit in Longobardos inſurgere. Docent id litteræ Gregorii Secundi Romani Pontificis ad Urſum Venetiarum Ducem, cum ei præcipit inhærere Exarcho ad expellendos Longobardos, cum occupavere Ravennam: quod & feliciter geſtum eſt. Sed de his omnibus fuſius inferius ſuis locis dicendum erit. Hæc modo occaſione litterarum Honorii, quibus Venetorum Rempublicam Chriſtianiſſimam nominavit: ut videas, quo firmiter poſito fundamento, tam nobilis ſtructura creverit.

XVII.

Hoc eodem anno paſſus legitur apud Legionem in Hiſpania ſanctus Vincentius Ab-

PAGIUS IV.

Ad num. XVII. Cum *Sanctus Vincentius* Abbas Monaſterii Sancti Claudii in Urbe Legionenſi ac in Hiſpaniæ Regno, & Sanctus *Ramirus* ſub eo Prior ejuſdem Monaſterii Catholicam fidem noluiſſent deſerere, & Arianorum hæreſibus adhærere, *Reciliani* Suevorum Regis hæreſi Aria-

na

De S. Vincentio Abbate & martyre.

Abbas, quod a perfidis Arianis tentus, nollet ipſis ipſorumque hæreſi conſentire: ſic igitur pacis Eccleſiæ tempore magna Dei gratia, adeptus eſt coronam martyrii. Cujus epitaphium ut hactenus lapidi inciſum legitur, hic tibi in martyris memoriam deſcribendum putavimus, ut ſe habet antiquitus ſuis erroribus ſcriptum:

*Hoc tened ornatum venerandum corpus Vincentii Abbatis.*
*Sed ſua ſacra tened anima cæleſte ſacerdos,*
*Regnum mutaſti in melius cum gaudia vitæ:*
*Martyris exempla ſignant quod membra ſacrata.*
*Demonſtrante Deo vatis hic reperit index.*

Quater decies quinos & duos vixerat annos,
*Miniſterium Chriſti mente ſincera miniſter,*
*Raptus æthereas ſubito ſic venit ad auras,*
*Sic ſimul officium finis vitamque removit.*

Spi-

PAGIUS

*S. Vincentius & Socii ſæculo præcedenti Martyrium paſſi ſunt.*

na infecti juſſu cum duodecim Monachis occiſi ſunt, ſed non hoc anno, ut colligit Baronius ex Sancti Vincentii Epitaphio a ſe relato in quo dicitur: *Obiit in præceptis Dei V. Idus Martii Æra DCLXVIII.* ideſt currenti anno. Nam Martyrium hoc contigit intra annum circiter CDLXX. & annum DLVIII. quo intervallo Reges Ariani Suevis imperarunt. Poſt Baronii mortem prodiit Vita Sancti Vincentii Abbatis ex MS. Legionenſi, ſcripta ab Auctore Anonymo & edita ab Antonio Yepes, quæ extat apud Bollandum ad diem XI. Martii, quo memoria Sancti Vincentii & Sociorum recolitur. Ambroſius Morales lib. 12. Chronici Generalis Hiſpaniarum, ubi laudatum Epitaphium producit, aſſerit exaratum fuiſſe ante trecentos annos, quam ipſe Chronicon ſuum vulgaret. Illud vero Morales anno MDLXXII. publicavit. Quare recte ſcribit Yepes, Epitaphium illud plane reiiciendum eſſe, utpote per ignaviam, aut per ignorantiam Auctoris quingentis aut pluribus poſt Martyrium Sancti Vincentii annis lapidi inſculptum. Idem Scriptor Martyrium iſtud refert ad annum DLIV. Bollandus circa annum DLV. illud conſummatum affirmat, ſuſpicaturque pro Æra DCLXVIII. ſubſtituendam eſſe Æram DLXXXIII. Verum ex Epitaphio a viro imperito poſito nihil certi colligi poteſt. *Hermenericum* & *Ricilianum* ejus filium fuiſſe duos ultimos Reges Suevorum Arianos Auctor Anonymus præfatæ Vitæ diſerte aſſerit. Quare cum *Theodemirus* Suevorum Rex fidem Catholicam amplexus fuerit anno Regni ſui tertio, paucos ante annos *Ricilianus* ejus deceſſor in Vincentium & ſocios ſævierat.

V. *Naſcitur Sigebertus Dagoberti filius.*

Fredegarius cap. 59. ait: *Anno VIII. Regni* Dagoberti, *cum Auſter Regio cultu circuiret, quandam puellam nomine Ragnetrudem, ſtratui ſuo adſcivit: de qua eo anno habuit filium nomine Sigobertum.* Idem habet Aimoinus lib. 4. cap. 20. Quare cum annus Dagoberti VIII. menſe Martio ſuperioris Chriſti anni exorſus fuerit, *Sigiberti* ſeu Sigoberti nativitas menſe circiter Januario currentis anni conſignanda, non vero cum Baronio anno DCXXXIX. ubi de num. VIII. & ſeqq. Sigebertus in Vita hujus Sancti Regis, & Hugbaldus Elnonenſis Monachus Ragnetrudem Sigiberti matrem, Dagoberto uxorem fuiſſe connubio junctam ſcribunt. Fredegarius vero cap. 60. ſcribit de Dagoberto: *Tres habebat maxime ad inſtar Reginas, & plurimas concubinas. Reginæ vero hæ fuerunt, Nanthildis, Vulfgundis, & Berchildis. Nomina concubinarum, eo quod plures fuiſſent, piguit huic Chronicæ inſeri.* Nonnulla enim adhuc veteres illi Franci ex Ethnicorum moribus retinuerant. *Clotarius* primus duas ſimul ſorores, Ingundem & Aregundem uxores duxit, ut narrat Gregorius Turonenſis lib. 4. cap. 3. Mitto alia Polygamiæ exempla paſſim obvia in veterum Principum Francorum Hiſtoria, ex qua & diſcimus, *concubinæ* & uxoris nomen promiſcue tunc uſurpatum fuiſſe. *Ragnetrudem* inter concubinas a Fredegario numeratam exiſtimo, quia *Dagobertus* cum Regii cultus honore eam ſibi uxorem non junxerat, licet id tradat Sigebertus in Vita Sancti Sigiberti. Licentia quidem illa erat contra præcepta religionis Chriſtianæ, ſed tunc vix cohiberi poterat.

VI. *Baptizatur.*

Addit Fredegarius cap. 61. de Pippino Majore Domus Dagoberti loquens: *Ipſe eo anno cum Sigoberto filio Dagoberti ad Haribertum Regem acceſſit.* Tum cap. 61. *Charibertus Aurelianis veniens Sigobertum de Sancto Lavacro excepit.* Baudemundus tamen diſcipulus Sancti Amandi, qui ejus Vitam ante hujus ſæculi finem ſcripſit, cap. 4. ait: *Dudum ipſe Pontifex, dum pro capitalibus criminibus, quod nullus ex Sacerdotibus facere auſus eſt, ipſum redargueret Regem,* (ſcilicet Dagobertum) *jubente eo non abſque injuria de Regno ejus fuerat expulſus.* Tunc ſubiicit, *Amandum* a Rege revocatum eſſe, & ad illum perveniſſe, dum moraretur *in villa, cui vocabulum Clypiaco eſt*, ſita in agro Pariſino, atque ab eo *Dagobertum* petiiſſe, ut filium ſuum Sacro baptiſmate dignaretur abluere: quod cum tandem facturum ſe eſſe promiſiſſet, Dagobertus *ſtatim ipſum puerum afferri præcepit, qui fatebatur non plus a nativitate habere, quam dies circiter quadraginta.* Regenerans itaque puerum *Sacro baptiſmate, Regem atque omnem ejus exercitum tunc S. Amandus magno replevit gaudio.* Quæ Baudemundi verba explicatus faciles non habent; cum nonniſi poſt *Brunulfi* cædem, & poſt divortium Principis cum uxore *Gomatrude*, hoc eſt ante annum quam Sigebertus baptizaretur in exilium agi non potuerit *Amandus*. Nihil enim antea Dagobertus admiſerat, cur a quoquam jure argueretur. Præterea ſi vera eſt Baudemundi narratio, non in Urbe Aurelianenſi, ſed in villa Regia Clypiaco, non abſente, ſed præſente Dagoberto baptizatus eſt *Sigibertus*: Verum *Dudum*, ſimiliave temporis adverbia magnam latitudinem habent, ſæpeque uſurpantur ad minus ſpatium quam ſit unius anni, deſignandum. Ad hæc *Amandus* Regem quidem Clypiaci morantem convenit, ſed poſtea Aurelianum venit. Quare Auctor Geſtorum Dagoberti, Regino, Aimoinus, & Sigebertus in Vita hujus Sancti Sigeberti ex duabus iſtis diverſis ejuſdem rei relationibus unam faciunt, & memoriæ tradunt, cum *Amandus*, quod Rex petebat, facturum ſe pollicitus eſſet, *Dagobertum*, Aurelianos ipſo præter cæteros comite petiiſſe, eoque & filium ſuum afferri juſſiſſe, & *Charibertum* fratrem ejus evocatum veniſſe. Ibi infantem ab *Amando* baptizatum, a *Chariberto* autem de Sacro fonte exceptum eſſe, prodigiumque illud, quod Baronius loco laudato refert, contigiſſe. Initium itaque exilii *Sancti Amandi* a tempore divortii Dagoberti cum Gomatrude, ipſoque circiter initio anni ſexcenteſimi viceſimi noni omnino repetendum.

Poſt



PAGIUS VII. *Moritur Charibertus Rex Aquitaniæ.*

Poſt Sigiberti Baptiſmum *Charibertus* Rex Aurelia reverſus eſt in ſuas Ditiones, & Waſcones, qui jugum Francorum ab aliquot annis excuſſerant, in ſuam poteſtatem redegit. Fredegarius enim cap. 57. dicit id factum a Chariberto *poſt annum tertium quam regnare cæpiſſet*, ideoque hoc Chriſti anno qui tertius ejus Regni erat. Tum Fredegarius capit. 67. *Anno IX. Dagoberti, Heribertus Rex moritur, relinquens filium parvulum nomine Chilpericum, qui nec poſt moram defunctus eſt.* Quare *Dagobertus* Monarchiam Francorum iterum obtinuit, vel hoc anno, vel ſequentis initio quo annus IX. Regni ejus Auſtraſiani adhuc in curſu fuit. Cointius hoc anno num. IV. *Chariberto* annos tantum duos attribuit, quia autumavit eum Aquitaniæ Regem dictum non eſſe, niſi poſt Paſcha anni ſexcenteſimi viceſimi noni, quo Dagoberti juſſu *Sanctus Deſiderius* Cadurcenſis Epiſcopus ordinatus eſt. Verum ſupra oſtendimus, *Charibertum* nunquam in pago Cadurcenſi regnaſſe, licet id hactenus omnibus perſuaſum fuerit.

VIII. *Siſenandus dejecto Suinthila Regnum Hiſpaniæ occupat.*

*Dagobertus* hoc anno Burgundicum exercitum deſtinavit in Hiſpaniam, ut *Siſenando* adverſus *Suinthilam* Regem auxilium petenti patrocinaretur. Fredegarius enim, qui cap. 73. hoc bellum narrat, quique *Suinthilam*, ut in Nummis dicitur, *Senzilam* appellat, illud illigat cum anno Dagoberti IX. Porro cum in Hiſpania divulgatum fuiſſet exercitum Francorum ad auxilium *Siſenandi* properare, omnis Gothorum exercitus ſe Ditioni Siſenandi ſubjecit, ideoque *Habundantius* & *Venerandus* Dagoberti Duces ex Urbe Cæſarauguſta reverterunt ad proprias ſedes. Illud præcipue, inquit Mariana lib. 7. cap. 4. in *Suinthila* moribus vituperabatur, quod pulſis ex Hiſpania hoſtibus, & publica pace fundata, vitiis animum contaminavit. Regnavit annos decem, ut idem Mariana, & Vulſa in Chronico habent, annoque tantum ſequenti depoſitus eſt, ineunte ſcilicet. Iſidorus enim Pacenſis Epiſcopus ſcribit, *Siſenandum* Æra DCLXIX. quæ in annum Chriſti DCXXXI. convenit, per tyrannidem Regnum Gothorum invaſiſſe.

IX. *Nativitas Heraclii Conſtantis qui poſtea imperavit.*

Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXXII. qui Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur, ait; *Indictione quarta, menſis Novembris die ſeptimo, Heraclio in Oriente degenti David filius natus eſt. Eodem quoque die Heraclius Heraclii Junioris Conſtantini dicti filius, magni Heraclii nepos in lucem venit: & a Patriarcha Sergio menſis Novembris die tertio, quinta Indictione luſtrali unda initiatus fuit in Blachernis.* Heraclius itaque Heraclii Junioris filius hoc anno in lucem prodiit, ſequentique baptizatus eſt die tertio menſis Novembris, qui in Dominicam cadebat. Hic poſt patris obitum *Conſtans* appellatus eſt, annoſque XXVII. Imperium tenuit. Ex duabus laudatis Indictionibus confirmatur quod ſupra aſſeruimus Theophanem per Heraclii & aliquot ſequentium Imperatorum tempora annum unum minus numerare, ideoque ut cum Dionyſianis convenire poſſit, Eræ Alexandrinæ qua utitur, non annos VII. ſed annos VIII. adiiciendos eſſe.

X. Uſque ad Indictionem III. annumque XX. Heraclii Imp. Chronicon a Radero, qui primus illud ex Latino in Græcum vertit, *Alexandrinum* appellatum, & *Magnum Paſchale* a Ducangio, qui illud nuper iterum interpretatus eſt, perduxit ejus Auctor Anonymus idiota quidem, ſed, qui illud ex variis Chronicis, Actiſque publicis conſarcinavit. Inventum illud ſæculo elapſo in Monaſterio Ordinis Sancti Baſilii in Sicilia ſito, cujus Monachi fuerant, olim Schiſmatici, ac Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjecti. A quadraginta circiter annis *Farina* Abbas Siculus, cum illud obtinuiſſet, Romam detulit, ubi modo in Bibliotheca Vaticana aſſervatur. Ex eo Manuſcripto, quod unicum ſupereſt, varia exemplaria deſcripta, poſtquam in Sicilia innotuit. Nam antea a nemine citatum reperitur, & veroſimile eſt, uſque ad ſæculum elapſum in tenebris ſepultum remanſiſſe. Baronius ſolum Faſtorum Conſularium ſyllabum ab Onuphrio, & poſtea a Sylburgio in lucem emiſſum viderat. Leguntur in eo Chronico complura, quæ alibi non invenias, quæque cum magna ex parte ex Actis publicis excerpta fuerint, ad Annales Eccleſiaſticos ſupplendos & illuſtrandos magno mihi ſubſidio fuere. Duo ultimi anni Indictionibus II. & III. reſpondentes, præ vetuſtate legi non potuere, & in ipſo Opere deſunt aliqua folia a ſacrilega manu avulſa.

*Chronicon Alexandrinum hic deſinit.*

XI. *Auctor utitur Era mundana Conſtantinop. & varia Olympiadum ſupputatione.*

Porro, hujus Operis Auctorem, Monachum, ut reor, Ordinis Sancti Baſilii, Heraclio imperante, Chronicon iſtud edidiſſe, oſtendunt tam controverſia Paſchalis, de qua agit, quam qua utitur Era mundana Conſtantinopolitana, quæ illo Imperium adminiſtrante condita videtur, ut anno DCXL. videbimus. Hujus Eræ annos ſæpe cum Indictionibus, anniſque Olympiadum imperite copulat, & in aliis ſibi quandoque non conſtat. Sunt qui autumant hunc Anonymum Olympiades communes annis duobus antevertere. Verum in illa Farragine Monachus ille varias Olympiadum ſupputationes ſequitur, modo communem ſeu Iphitæam, uti cum Eram Gazæ cum anno quarto Olympiadis CXCIX. connectit, cujus initium in annum illum competere invictis argumentis demonſtrat Cardinalis Noriſius in ſuo Opere de Epochis Urbium Syriacarum; modo Olympiades communes anno uno tantum anticipat, uti in conſignandis Concilio Nicæno, & annis emortualibus Conſtantini Magni, Conſtantii, Juliani, & Valentiniani II. modo annis duobus, ut in variis ejus Chronici locis videre eſt.

XII. *Indictiones a Kalendis Septemb. exorditur.*

*Indictiones* denique a Kalendis Septembris exorditur, niſi ubi mendoſe deſcriptæ ſunt, uti ad annum Chriſti DCXV. Indictionem III. & annum Heraclii V. ubi in narratione habet, *Indict. IV.* loco *Indict. III.* quemadmodum eo Chriſti anno numero VIII. oſtendi. Verum quidem eſt, Petavium in Notis ad Breviarium Hiſtoricum Nicephori pag. 66. exiſtimare Auctorem hujus Chronici Indictiones deducere a die XXIV. Septembris, ſed opinionem illam anno 614. num. XXXIX. confutavi. Multo magis aberrarunt, qui putarunt, illum eas a menſe Martio inchoare, quod *Heraclius* in Epiſtola ad Conſtantinopolitanos an. DCXXVIII. poſt devictum *Choſroen* Perſarum Regem data, & a nobis ex Chronico Alexandr. an. DCXXVII.

nu-

*Spiritus adveniens Domini quo tempore ſanctus,*
*In regionem jam deduxit animamque locavit.*
*Omnibus his mos eſt de flammis quærere flammas.*

*Obiit in præceptis Dei quinto Idus Martii, Æra DCLXVIII.*

Verum etſi obſcura ſit dictio epitaphii, clara tamen eſt memoria martyris, qua ponitur inter martyres in tabulis Eccleſiaſticis in univerſa Eccleſia Catholica annis ſingulis repetenda tertio Idus Septembris, fortaſſe quod ea die corpus ejus inventum vel tranſlatum fuerit.

PAGIUS numero XII. & ſeqq. Latine recitata, dicat τῇ κδ' τῦ παρελθόντος φευρυαρίυ, τῆς ἐνιςαμένης, ἐπινημέσεος, & Raderus verterit, *XXIV. Febr. præteriti menſis, inſtante jam prima Indictione*, quaſi, inquiunt, adhuc futura eſſet Indictio, quæ pridem inchoata, jam fluere debebat, inchoata ſcilicet ſecundum communem Græcorum calculum Kalendis Septemb. anni DCXXVII. quo pacto menſe Februario anni DCXXVIII. non inſtabat, ſed in finem vergebat. At verbo Græco, ἐνιςαμένη, ſicuti & Latina voce *inſtans*, tempus præſens exprimitur. Hinc Quintilianus lib. 5. cap. 10. tria tempora diſtinguit, *præteritum, inſtans, futurum*, alia hujus rei exempla apud Robertum Stephanum in voce *inſtans* legenda. In eadem ſignificatione Anaſtaſius Bibliothecarius ſumſit vocem *inſtans* in verſione Epiſtolæ ad Theodorum Epiſcopum Gangrenſem ab Anaſtaſio Apocriſario Romano ſcripta, cujus verba recitavimus anno DCLX. numero III. ubi idem Apocriſarius ait, Sanctum *Maximum* Abbatem prædixiſſe feria ſeptima, die XIII. Auguſti menſis inſtantis quintæ Indictionis, anno ſcilicet DCLXII. Indictione V. menſe Auguſto notato; *Tertio decimo die Auguſti menſis hujus inſtantis quintæ Indictionis, feria ſeptima aſſumet me Dominus.* Quæ Anaſtaſii Apocriſarii Epiſtola, quæ tantum Latine extat, anno DCLXII. data ut an. DCLX. numero II. oſtendi, & locum Anaſtaſii Apocriſarii integrum recitavi. Vide dicta an. DXLVI. num. III.

XIII. *Voce ἐπινεμέσεως Indictionem recte exprimit.* Hæſit etiam ad illum Chronici Alexandrini locum Henſchenius in Exegeſi præliminari de S. Theophanis Chronologia, Tom. III. SS. menſis Martii præfixa numero XXVI. ubi ait, erraſſe manifeſte Interpretem, quod putaverit ἐπινέμεσιν *hic ſignificare Indictionem, nuſquam enim vel hic vel alius Auctor aliter eam appellavit quam Latino nomine* Ινδικτιῶνος. „ *Igitur,* „ *ut Heraclii Epiſtolam recte intelligas reddendum Latine eſt*, inſtante jam primo vere *ſeu* „ prima pabulatione; *eſt enim* ἐπινέμησις *verbale ab* ἐπινέμω luxuriantem in folia ſemen- „ tem depaſcor. *Hoc autem ſtatim in Martio* „ *faciendum eſt in illis calidioribus regionibus*, inquit Henſchenius citatus. At ἐπινέμεσιν in laudata Epiſtola Heraclii Imp. ſignificare Indictionem & Raderum recte locum illum vertiſſe, demonſtrat Novella ab eodem Imperatore anno DCXXIX. emiſſa, cujus meminimus eo anno num. XIV. In ea ait Imperator, ut videre eſt Tomo II. Bibliothecæ Juris Canonici Veteris pag. 1365. τὸν γὰρ παρόντα θεῖον ἡμῶν νόμον ex Kalendis Aprilis τῆς ἐνεςῶτος ſecundæ ἐπινεμέσεως, &c. ideſt, ut recte vertit Juſtellus, *Quippe ſacram hanc Legem noſtram ex Kalendis Aprilibus inſtantis ſecundæ Indictionis & in omne deinceps tempus perpetuo valere jubemus.* Quæ utraque, vox ἐπινέμεσις ſc & *inſtans* obiter exponendæ fuere, ne novis erroribus januam aperiant. Juſtinianus Imp. in Edicto XIII. cap. 23. & Evagrius tam lib. 2. cap. 12. quam libr. 3. cap. 33. voce ἐπινεμήσεως etiam utuntur ad deſignandam Indictionem, ideoque hac de re nullum impoſterum dubium eſſe poteſt.

XIV. *Croatæ ſedes in Dalmatia collocant.* Conſtantinus Porphyrogenneta lib. de Adminiſt. Imperio cap. 31. prodit, *Croatas*, quos *Chrobatos* appellat, Heraclii Imp. temporibus Baptiſmum ſuſcepiſſe; cumque rei geſtæ annum non exprimat, hic de eorum adventu in Dalmatiam & converſione ad Religionem Chriſtianam ejus verba referam: *Chrobati, qui Dalmatiæ partes incolunt, a Chrobatis Albis Baptiſmo expertibus, originem ducunt* ( antea ſcripſerat Chrobatos tunc habitaſſe, *ubi nunc ſunt Belochrobati*, ideſt, Sarmatæ) *qui ultra Turciam* ( ſic Hungariam hodiernam appellat) *prope Franciam* ( ideſt Germaniam), *habitant, & Sclavis contermini ſunt non baptizatis, Serblis, qui Chrobati dicuntur* ( hos Cromerus in Hiſtoria Poloniæ ex Sarmatia Adriatica cum Bulgaris vicinis in Europam tranſiiſſe narrat), *lingua Sclavorum, ideſt, terram multam poſſidentes, atque hi ipſi Chrobati ad Rom. Imp. Heraclium confugerant, ante Serblos, quo tempore Abares armis inde Romanos ejecerant: quos Roma advectos Diocletianus Imperator illic habitare fecerat, unde & Romani dicti ſunt, quod Roma venientes ſedes poſuerunt in illis Regionibus, nempe Chrobatia, & Serblia. Pulſis vero iis ab Abaribus in diebus ejuſdem Heraclii deſolata, eorum Regio jacuit; quapropter ejus juſſu iidem Chrobati armis arreptis Abares ex illis locis expulerunt, & in ipſorum terra, quam etiam hodie tenent,* ( ideſt anno Chriſti circiter DCCCCL. ) *ſedes collocarunt.*

XV. *Fidem Chriſtianam amplectuntur.* *Erat autem illis tunc temporibus Princeps Porge pater; Heracliuſque Imperator Roma per Legatum Sacerdotibus accerſitis, conſtitutoque ex ipſis Archiepiſcopo, Presbyteris, & Diaconis, Chrobatos baptizavit; & tunc quidem Principem habebant Porgam: terra vero hæc, quam incolunt Chrobati, ab initio ſub poteſtate erat Romanorum Impp. unde etiam illic in hodiernum uſque diem Palatia ac Circi Diocletiani ſuperſunt in Urbe Salona, & prope Aſpalathum, neque cupiunt Chrobati hi baptizati aliis bellum inferre, idque quia legem definitam habent a Pontifice Romano, qui ſub Heraclio Imp. Sacerdotes miſit, eoſque baptizavit poſt acceptum enim Baptiſmum pepigerunt, & Chirographis propriis, datis Sancto Petro Apoſtolo, juraverunt nunquam ſe alienam terram armis invaſuros, ſed pacem habituros cum omnibus volentibus, & imprecationem viciſſim a Pontifice acceperunt, ut ſi quando aliæ gentes ipſos invaderent, pro iis pugnaret, vindexque eſſet eorum Deus, victoriam conciliante Petro Chriſti diſcipulo.* Roma autem accerſitos Sacerdotes, qui Croatos baptizarunt, ut Porphyrogenneta docet, Latinus ritus ipſorum demonſtrat, & Archiepiſcopum ex ipſis conſtitutum fuiſſe teſtatur etiam Thomas Archidiaconus Spalatenſis cap. XI. ubi *Joannem* Legatum Summi Pontificis, patria Ravennatem primum electum Spalati Archiepiſcopum tradit, qui olim *Salonitanus*, totiuſque Croatiæ Primas, ad hodiernum uſque diem nuncupatur, ut tradit Joannes Lucius in Hiſt. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 1. cap. XI. Verum quo primum tem-



PAGIUS tempore Spalatenſibus Archiepiſcopus datus, a nemine proditur. Porro *Croatia Baptizata*, ut poſtea vocata fuit, ad Majoris Croatiæ diſcrimen, quam *Albam* vocabant, ſecundum oram maritimam ad Iſtriæ montana, & ad *Albunum* Oppidum excurrebat, ſuntque etiamnum in ea hodie *Spalatum*, *Sebenicum*, *Jadera*, *Nona*, & aliquot alia Oppida,

I. SExcenteſimus trigeſimusprimus agitur Redemptoris annus, Indictione quarta, quo res Orientalis Imperii fluctuare magnopere cœperunt. Ex quo enim Heraclius Imperator eſt naufragatus a fide, mala cuncta Romanum Imperium invaſerunt: nam uſque dum coluit pietatem, Deus præcedebat caſtra fidelium; ubi vero de acceptis beneficiis nimis ingratus apparuit, excitavit contra eum barbaros Arabes, de quibus nihil tale timuerat. Ita novit Deus in rebelles fidei Catholicæ Principes excitare gentes ultrices, quibus velut virga furoris iratus plagas illis infligat. Hoc ſiquidem anno (ut produnt Annales (poſt Mahometis Principis obitum, cum jam Perſarum Regum potentia collapſa penitus eſſet, conſumptis inter ſe ipſis bello civili, cœperunt Arabes bellum gerere adverſus Romanos: quanto autem eos damno affecerint, quæ dicturi ſumus annis ſequentibus, demonſtrabunt. Laborabat interea Heraclius pro Monothelitarum hæreſis roboranda, conſpirante cum ipſo, immo impellente eum Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo. Porro res ita ſe habebat, ut pulchro velamine pacis error impius obtegeretur: adeo ut ejuſmodi ipſorum conatus potius extirpatio hæreſis, quam ejus propagatio exterius videretur. Etenim præſeferebant Monothelitæ, defenſores ſe eſſe Chalcedonenſis Concilii, hæreſum vero tam Neſtorii, quam Eutychetis, ſive aliorum everſores: adeo ut toto ferme hoc reliquo tempore, quo vixerunt tum Sergius, tum Heraclius perſeverarint inter ſuos Catholico nomine: nec per annos plures fuit ejuſmodi hæreticorum vafricies detecta. Quomodo autem iſta ſe habuerint, quæ annis ſequentibus dicturi ſumus, aperient.

Arabes Romanum invadunt Imperium.

II. Quod vero ad res pertinet Occidentales: hoc ipſo anno, ubi Clotarius Rex Francorum annos quadragintaquatuor regnaſſet, ex hac vita migravit, relicto totius regni hærede ſuo filio Dagoberto. Sed antequam de ſucceſſore agamus; quæ de eo ſunt reliqua, nec certi anni periodo definiri poſſunt, hic memoria digna in medium afferamus; & primum quæ ab Aimoino in hæc verba narrantur (a): *Hunc* inquit *Clotharium beatus Sulpitius tunc quidem Archidiaconus, poſtmodum autem Bituricenſium Epiſcopus, anteriori tempore a gravi liberaverat febrium incomodo, ſeptem prius dierum conſummato jejunio. Fuit autem* Clotharius *patiens, litteris eruditus, timoris Dei plenus, pauperibus neceſſaria tribuens Eccleſiarum Domini atque ſacerdotum utilitati conſulens. Verumtamen ſubdola malignantium verſutia ſubreptum eſt ei, ut beatum Lupum Præſulem Senonum, a ſede propria expulſum, in exilium mitteret.* Sed præſtat hæc petere ex Actis ipſius Lupi ſanctiſſimi viri, ubi cauſa exilii pulchre texitur, & Regis pœnitentia digna memoria recenſetur. Cauſa enim cur exularit, in rebus ab eo geſtis ſic aperitur:

Clotharii Reg. Fran. obitus.

(a) Aimoi. l.4. c.16.

III. *Poſtquam Clotharius Burgundiæ regnum obtinuit, Farulfum virum multa ſæculi dignitate pollentem ob regia negotia curanda eo ablegavit. Is a Regis latere digreſſus, ejus juſſa quamprimum executurus, ubi prope Senones venit, multa animi indignatione cœpit permoveri, quod ſanctus Antiſtes ei cum muneribus obviam non procederet. Deinde intra urbem ſuſceptus, torvo vultu beatum virum intuebatur. Sed audivit ab eo: Oportet ſemper obedire magis Deo, quam hominibus. Sacerdotis eſt, plebem regere, & Principes ſæculi divina præcepta docere: itaque par eſt illos ad eum potius accedere. Farulfus ira & furore percitus, multa ad Regem de ſancto viro falſa retulit, adjutus etiam opera nequiſſimi Medegiſili, qui in ſancti Remigii ſuburbio monaſterium tenens, ſancti Epiſcopi locum occupare conabatur. Iis ergo nefariis viris regias aures incantantibus, Clotharius Rex commotus beatum Antiſtitem jubet exulare Vinemagi, qui eſt Neuſtriæ pagus.* Ubi eum multos convertiſſe tradit, additque demum ipſum opera ſancti Ragnegeſili Archidiaconi & ſancti Vvinebaudi revocatum fuiſſe.

S. Lupus Senonenſis Epiſ. exulat.

IV. Quanto autem eum Rex Clotharius acceperit deſiderio iſta ibi ſubduntur: *Lætatur Rex, & proceres omnes gratulantur tanti Antiſtitis præſentia: contemplatuſque eum Rex, pietate flexus, ad pedes ejus humi proſternitur, veniamque ab illo deprecatur. Cernens vero eum afflictum, corpus ejus macie confectum, caput intonſum, barbamque minime raſam ob cumulandum abſtinentiæ rigorem: tremens & ejulans Rex cum multo gemitu ejus miſeriæ ſe reum fatetur, & ſancti viri delatoribus dira imprecatur: jubetque eum honorifice tractari, comamque & barbam tonderi. Poſtquam autem ſuus ei decor redditus eſt, ejus clerum voluit Rex convivio intereſſe. Ibi tum, Chriſto agente, repentina converſione cernere erat Regem ex perſecutore factum miniſtrum beati viri, & ſuis manibus ei cibum porrigentem, qui antea illi penuriam attulerat.*

*Rurſus vero petens ſui facinoris veniam, a ſancto Epiſcopo levatur e pulvere; multaque ei offert munera Eccleſiæ uſibus profutura, atque ita demum jubet eum ad ſuam urbem ſe recipere.* Hactenus de ſancti Lupi ab exilio reſtitutione: ex quo diſcant ſacerdotes, cultores ſe eſſe debere juſtitiæ, & nihil remittere ſacerdotalis conſtantiæ timore Regum. Siquidem alterum de duobus ſit neceſſarium fore; ut vel cedentes veritati Reges, & victi virtute, ſe (ut decet) ſubiiciant ſacerdotibus; vel ſi reſiliant, obſtinateque eoſdem perſequantur, parari ſibi hac ex parte majorem gratiam, & glorioſiorem præparari coronam ſacerdotes ipſi non dubitent, ſecundum illud Ambroſii in obitu Valentiniani: *Felicius Epiſcopos perſe-*

---

PAGIUS SÆC.VII

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6124.

☉ 24. F. ☽ 5. P. 24. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 631.

HONORII PAPÆ 7.

HERACLII IMP. 22.

Anno Eræ Hiſpan. DCLXIX. Anno Hegiræ X. inchoato die 24. Apr. fer. 1. A.C. 631.

I. Poſtconſulatus.

HIC annus iſta formula notatus: *XXI. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XX. & anno Imperii Heraclii Junioris Conſtantini XIX.*

II. *Saraceni nonniſi poſt Mahumetis mortem adverſus Romanos inſurrexere.*

Ad num. I. Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXXIII. qui Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur, fuſe refert de Saracenis, quod Baronius breviter ex Anaſtaſio, eos nempe hoc anno Romanos aggreſſos eſſe, & tres eorum *Ammiraos* a Romanis peremptos. Verum cum Theophanes afferat contigiſſe id poſt *Mahumetis* mortem, quam anno Eræ Alexandrinæ DCXXII. narravit, liquet hæc pertinere ad annum DCXXXIII. altero ſcilicet poſt Mahumetis obitum anno, quod recte vidit Sigebertus in Chronico, ubi Mahometis morte cum anno DCXXXII. alligata an. DCXXXIII. ſcribit: *Inter Romanos & Saracenos bellum implacabile oritur hac de cauſa, quia cum quidam ſpado Imperatoris Heraclii diſtribueret rogas* (id eſt donativum) *militibus, cum inter alios etiam Saraceni ſub Imperatore militantes ad accipiendum venirent, ſpadone indignanter eis dicente, Vix ſufficit Imperator dare rogas militibus, quanto magis canibus iſtis: illi dolore & pudore incitati, totam Saracenorum gentem ad rebellandum incitant. Ammirai autem Saracenorum Romanos aggrediuntur, & cum multis tres Ammirai a Romanis perimuntur.* Quæ Sigebertus ex Theophane accepit. Nicephorus in Breviario pag. 16. bellorum Romanos inter & Saracenos aliam cauſam aſſignat, aitque: *Theodorum Ærarii privati Comitem cognomento Trithurium, Ducem Orienti præficit* (nempe Heraclius). *Nam Sergius qui Niceta tempore præfuit, hoc modo perierat. Saraceni Camelum pelle denudantes, in hanc Sergium includunt ac conſuunt. Ita deſiccata pelle, una, & qui incluſus erat, contabeſcens, paulatim miſerabili morte confectus eſt, quippe hoc illi crimen objecerant, Auctorem Heraclio fuiſſe, ut ne Saracenis e Romanorum finibus egredientibus permitteret triginta auri libras, quæ illis quotannis penſitabantur, mercibus permutatas extra Imperium transferre: ex quo factum eſſet, ut Romanum militem vaſtarent. Heraclius porro Theodorum vetuit cum Saracenis pugnam committere. Qui diſpoſitis inſidiis, pauciſque ad velitandum præmiſſis, ſenſim Romanos inducunt: donec qui in inſidiis erant repente in eos irruunt, & in medio interceptos pleroſque tam milites, quam Duces interficiunt.* Verum hæc omnia poſt mortem Mahometis, qui pacem cum Romanis ſervavit, geſta. Porro Mahometes ante mortem *debellandis ex Arabum genere Chriſtianis Ameraos quatuor inſtituit*, inquit Theophanes ibidem. *Amir* autem Arabibus Dominum ſignificat & Amiræ erant apud Saracenos Satrapæ, nempe Urbium vel Provinciarum Præfecti, atque adeo *Sultani*, qui *Califæ* ſuberant.

III. S. Lupus Senonenſis Epiſc. in exilium a Clotario Rege miſſus.

A num. II. ad V. *Clotarius* II. Neuſtriæ & Burgundiæ Rex anno. DCXXVIII. mortuus eſt, ut eo anno oſtendimus. Is Sanctum *Lupum* Senonenſem Epiſcopum poſt mortem *Theodorici* Regis a partibus Sigiberti hujus filii ſtantem in exilium egit, ut habet Auctor ejus vitæ apud Surium ad diem I. Septembris, cujus verba Baronius recitat. Revocatus eſt autem ab exilio Lupus ab ipſomet Clotario Rege poſt annum circiter exilium, anno ſcilicet ſexcenteſimo decimo quarto. Nam in Hiſtoria S. Winebaudi Abbatis dicitur, hunc adiiſſe *Clotarium* Regem prope Rotomagum, ab eoque ſuis precibus impetraſſe reditum *Lupi* Senonenſis Epiſcopi, qui Sede pulſus in Neuſtriam ablegatus fuerat: & parte alia in Vita S. Euſtaſii Abbatis Luxovienſis a Jona ſcripta legitur, *Euſtaſium* conveniſſe *Clotarium* in Occidentalibus Galliarum partibus commorantem prope Oceanum, & quidem anno DCXIV. aut circiter. In Hiſtoria citata deſcribitur iter Winebaudi ad Clotarium Regem his verbis: *Domini Clotarii Regis B. Lupus Senonicæ Civitatis Epiſcopus dignoſcitur incurriſſe calumniam, & extra ritum Canonicæ ſententiæ adeptus exilium. Pro cujus rei cauſa, Archidiaconus ſuus ad Venerandiſſimum Abbatem pervenit, genibuſque innixus eſt, ut prædictum Regem ſuggerendum, Sanctitas ſua non renueret deprecari, ut non amplius Paſtoris præſidio Sacroſancta Eccleſia deſtituta conſiſteret, nec extorris haberetur nec extraneus. Quam ob rem nec ſit roganti dilatio, ubi miſericordia voces prævenit ſupplicantis, cœpto itinere cum Divina gratia aggreditur viam propere.* Paulo poſt: *Tum Beatiſſimus pervenit ad Regem in villam nomine Alentum, non longe ab Oppido Rotomagenſi. Qui cum eum vidiſſet, gaviſus eſt, & quaſi Angelum Domini, ac ut munus cœleſte excepit. Petiit igitur vir Dei Vvinebaudus ſecundum precem Archidiaconi, ut reos qui a Ducibus vel Comitibus ſuis in lacunis aut in carceribus tenebantur, Celſitas ſua ſine ulla dilatione pro religione Sanctorum, vel pro ſtabilitate regia dignaretur abſolvere. Proinde quod petiit habuit obtentum, abſolutis captivis cum Beato Lupo Pontifice Senonicorum.* Quæ geſta eſſe ante menſem Octobrem anni DCXIV. Cointius eo anno num. XVIII. ex eo colligit, quod eo anno menſe Octobri *Clotarius* Synodum Pariſiis haberi curavit, de qua ſuo loco egimus.

IV. Cæterum *Lupus* Clotario Regi ſuperſtes non vixit; cum migrarit ad Deum priuſquam celebraretur *Concilium Rhemenſe*, cui ſucceſſor ejus *Richerius* ſubſcripſit. Eccleſiam Senonenſem bono-

*ſequantur Imperatores, quam diligant.* Porro quod pertinet ad ſanctum Lupum, vir mirificus egregia claruit ſanctitate, inque edendis miraculis mire virtus ejus enituit.

V. Defuncto igitur Clothario Rege, ejus filius Dagobertus ſolus potitur Francorum regno, cujus regimini reliquerat Clotharius præfectum Pipinum Ducem Neuſtriæ, quem ſibi in Majorem domus ob egregias ipſius virtutes idem Clotharius adſciverat. Sed tanti viri ſumma pietate inſignis memoria haud eſt prætereunda.

Tres Pipini.

Dicendus hic Pipinus ejus nominis primus, ex quo duo alii, ſecundus ſcilicet, ipſius nepos, & tertius Pipinus ſecundi nepos, qui etiam regnum Francorum per Zachariam & Stephanum Romanos Pontifices eſt adeptus: ut videas ex quibus progenitoribus ille provenerit. Accepimus iſta ex Stephano Abbate, qui res geſtas Sancti Modoaldi Archiepiſcopi Trevirenſis proſecutus eſt: ubi, ne confundatur hiſtoria, de duobus Pipinis viris clariſſimis genus texitur. Prior enim, de quo eſt ſermo, fuiſſe ponitur Carlomanni ſenioris filius, qui ex nupta ſibi Itta religioſiſſima femina hos acceperit liberos Grimoaldum, Gertrudem, & Beggam, pietate omnes inſignes: ex Begga autem juncta matrimonio Anſegiſo filio ſancti Arnulfi poſtea Metenſis Epiſcopi, ſit natus Pipinus junior, ſenioris nepos, ejus nomini ſecundus; ex quo natus eſt Carolus cognomento Martellus: ex Carolo vero tres ſunt geniti filii Carolus, Carlomannus, atque Pipinus tertius ordine, primus autem ejus generis Rex Francorum.

VI. Sed de primo Pipino modo dicendum, cujus virtutum præconium poſt alia verbis iſtis Stephanus Abbas ſummatim perſtringit, dum agit de Itta ſanctiſſima femina ſorore ſancti Modoaldi ipſi in matrimonium collocata (a): *Fuit namque probatiſſimæ vitæ ac puriſſimæ famæ, ſapientiæ domicilium, conſiliorum theſaurus, defenſio legum, controverſiarum finis, munimentum patriæ, decus curiæ, via Ducum, & diſciplina Regum.* Et inferius de eodem: *Clarebant tunc temporis in palatio viri ſtrenuiſſimi, idemque religioſiſſimi: inter quos eminebat Pipinus Carlomanni filius Dux clariſſimus & Major domus ſub Clothario, Dagoberto, & Sigeberto potentiſſimis Regibus.* Et paulo poſt: *Ea tempeſtate Dagobertus rerum potiebatur, ſub quo idem Dux dignitate modicum a ſublimitate regia differente præditus, omnia regni negotia prudentiſſima diſpoſitione ordinabat, præſtabatque tam in bello fortitudine, quam juſtitia in pace. Erat enim erga Regem fidei ſervantiſſimus, erga populum vero tenaciſſimus æquitatis, & in diſceptanda utrorumque cauſa fortiſſimo animi judicio perſiſtens, nec munera populi ad ſubvertendum jus regium reſpiciebat, nec gratiam Regis ad obruendam populi juſtitiam attendebat. Siquidem Regem Deum Regi homini præferebat, cujus mandatum prohibitum noverat (b) vultum potentis honorare, vel perſonam pauperis in judicio attendere. Tam ergo quæ plebis erant, plebi defendebat, quam quæ Cæſaris, Cæſari reſtituebat.*

Qualis Pipinus major.

(a) Steph. in vita Modoald. l.1.c.2. & 34. apud Sur. die. 12. Maii.

(b) Levit. 19.

VII. *Tali hujus Ducis induſtria & conſilio Dagobertus eo celebritatis ſplendore enituit,* at

PAGIUS

norum ſuorum ſcripſit hæredem ex aſſe; quo ampliſſimo provento hactenus dives, grati animi vices ſingulis annis rependit publica ſupplicatione ad ejus ſacra lipſana, eorum bajulatione intra Civitatis mœnia. Eodem circiter anno, quo *Sanctus Lupus*, ad Deum migravit *Sanctus Vvinebaudus*, qui colitur die ſexta Aprilis, ad quem diem ejus Vitam ex Promptuario Tricaſſino Camuſati refert Bollandus, in qua dicitur eum fuiſſe Abbatem Monaſterii Sancti Lupi, tunc in ſuburbio Urbis Trecenſis conſtituti ejuſque miracula, & virtutes fuſe enarrantur.

*Clotario Regi ſuperſtes non fuit.*

V. A num. V. ad XI. In Hiſtoria Francica paſſim agitur de *tribus Pippinis*, quorum prior, quod *Landis* (oppidulum Brabantiæ ad Getam amnem) natus eſſet, *Landenſis* ſeu Landinenſis a Recentioribus cognominatus eſt. Secundus dictus Heriſtallus, primique nepos extitit. Tertius *Brevis* cognominatus, primus ſecundæ ſtirpis Regum Francorum Rex fuit. Porro Baronius num. VIII. Sancto Pippino Landenſi laudem tribuit, quæ ad ejus nepotem *Pippinum* Heriſtallum pertinet, quod ſcilicet *Sanctum Vvironem* Epiſcopum, ut peccata ei confiteretur, nudis pedibus adire ſit ſolitus. Venerat e Scotia *Vviro* cum Sancto *Pecthelmo*, & *Otgero* Diacono, in Franciam, & benigne a Pippino excepti, *in monte Sancti Petri*, ut tunc dicebatur, (nunc *S. Odilia* mons eſt, ad Ruram flumen haud procul Ruræmunda, poſtea ædificata Urbe, nunc Eiſcopali) ſedem eodem annuente Duce fixerunt, Monaſterio ædificato. Quod antea indicavimus Chriſtianæ ſubmiſſionis ac pietatis facinus, narratur in Sancti Wironis Vita apud Bollandum ad diem VIII. menſis Maii, ſimiliaque habentur de *Sancto Pecthelmo* in ejus Vita ad diem XV. Julii.

*Pippinus Heriſtallus nudis pedibus peccata confitetur.*

VI. At Vita Wironis eum longe poſteriorem Beato Pippino Landenſi fuiſſe oſtendit. In ea enim dicitur, *VVironem* ſibi imitandos propoſuiſſe *Patricium, Cuthbertum, Columbam, patriæ columnas, terræ lucernas.* Erat, cum mortuus eſt Beatus Pippinus, adhuc puer *Cuthbertus*, qui anno DCLI. cum oves paſceret, Sancti *Aidani* animam vidit ab Angelis in cœlum deduci, ac tunc Monaſticam vitam adhuc adoleſcens amplexus eſt; obiit vero anno DCLXXXV. non admodum provecta ætate. Inde ergo ſtatui poteſt, *S. VVironem*, qui Sancti *Cuthberti* virtutes dicitur imitatus, non videri natum fuiſſe adhuc quando B. Pippinus deceſſit, anno ſcilicet Chriſti DCXXXIX. quo de ejus morte ſermo erit. Hæc recte obſervata a Bollando ad diem XXI. Februarii, in Elogio S. Pippini Landenſis, & ad diem VIII. menſis Maji in Commentario prævio ad Vitam S. Wironis Epiſcopi. Refert ibidem, SS. *VVironem, Piethelmum,* & Ot-

*Quod tamen de Pippino Herſtallo intelligendum.*



*ut liberalitate, juſtitia, manſuetudine, aliiſque virtutibus quibus Regem decebat, plures ante ſe Reges præcelleret. Sed hanc regiam viam, hanc virtutis lineam tenuit, quamdiu ſanam doctrinam ſapientiſſimi præceptoris inſtituit, & non ad ſua deſideria coacervavit ſibi magiſtros. Felix, ſi ſecundum viri ſapientis monita (a) de mille pacificis ſuis unum hunc elegiſſet conſiliarium. Sed demum Salomonis (b) exemplo depravatum eſt cor ejus ad tempus per mulieres; utque ſolet in magna rerum copia ac ſoluta libertate prona eſſe in conſenſum peccati natura mortalium; ob divitiarum affluentiam ac ſecundos rerum ſucceſſus a bono honeſtoque in pravum abſtractus, ſalubribus monitis aures occluſit. Cœpit ergo tam avaritia quam libidine æſtuare, rebus Eccleſiarum novos theſauros implere. Cujus impudentiam dum Pipinus dolore permotus liberrimo ore increparet, exprobrans quod maximis Dei beneficiis ingratus exiſteret; ille obſcœnis libidinibus potius, quam ſanis obtemperans conſiliis, tentabat magis more phrenetici medicum quolibet modo extinguere, quam a pravitatis ſuæ furore reſipiſcere.*

Dagob. Regnum quandiu floridum.

(a) Eccl. 6.

(b) 3. Reg. 11.

VIII. *Sed benignus Dominus qui ſuos ſalvare decrevit, nunc a malis liberat, nunc etiam innoxios ſervat; & pium Ducem a periculo mortis potenter eripuit, & malevolum Regem ab effuſione juſti ſanguinis miſericorditer revocavit. Num ſaniore conſilio reputans dignitatis ſuæ ſtatum labefactari, ſi virum nobilem, potentem, fide ac juſtitia popularibus acceptum perimeret; paulatim animum reflexit, cœpitque egregium Ducem in tantum revereri, ut conceptam malitiam in pacem & gratiam commutaret. Quod ſapientiſſimus Dux non ſuæ induſtriæ, ſed divinæ adſcribens miſericordiæ, tanto magis in modum ſancti animalis oculos ante & retro habentis ſtudebat in cunctis ſe prudenter agere, & ad divinæ juſtitiæ lineam omnes judiciorum ſuorum ſententias dirigere. Sed quia ſanctarum ſcripturarum ſcientia minus eruditus erat, prudentes quoſque viros, quos in timore ac dilectione Dei noverat excreviſſe, omnium conſiliorum vel negotiorum ſuorum ſocios aſſumebat. Nam & Arnulfum Metenſem Pontificem, qui ante Pontificatum hanc eamdem dignitatem irreprehenſibiliter adminiſtraverat, & poſtmodum eo defuncto, beatum Cunibertum Colonienſium Antiſtitem pari ſanctitatis fama illuſtrem in hac negotiorum adminiſtratione curabat adhibere participem.* Hæc & alia Stephanus in laudem viri religioſiſſimi: ad quæ addimus corollarium ex rebus geſtis (c) ſancti Vvironis in Scotia Epiſcopi miraculis clari, ubi hæc de eximia religione Pipini: *Dux autem Pipinus tantæ eum venerationis habuit, ut tamquam præſuli animæ ſuæ, vitæque patrono, propter eximiam ſanctitatem ſua illi peccata confiteri ſolitus ſit, nec erubuerit ad faciendam confeſſionem, detractis calceis, eum adire, ejuſque oris imperio parere: ſæpius etiam volebat eum intereſſe communibus conſultationibus majorum. &c.* Vidiſti, lector, quanta pietas Principis hujus fuerit, ut nonniſi ob pœnitentiæ ſignum, diſcalceatus, conſueverit ſua ſancto viro confiteri peccata. Quoſnam tu ſapientiores dices, hunc Deo dilectum ſanctiſſimum virum, an a fide Catholica refugas homines ejuſmodi inſtituti deriſores? Sed quod modo de ſancto Vvirone occaſione Pipini opportuna incidit mentio, agamus hic de ejus ad Epiſcopatum promotione, quæ ſic ſe habuit, prout in iiſdem ipſius rebus geſtis narratur:

(c) Extant apud Sur. die 8. Maii.

Pipini humilitas, cum ſua confiteretur peccata.

IX. *Erat ejus inſulæ conſuetudo,* nempe Scotiæ, *ut primo eligerent incolæ Epiſcopum, deinde electum Romam mitterent, Summi Pontificis manibus conſecrandum, atque ita demum rediturum ad ſedem ſuam. Itaque licet multum refragaretur ſanctus Vviro, non tamen a ſua ſententia diſceſſit plebs fidelis, ſed etiam invitum illum eligens, compulit tandem aſſentiri. At ille hac occaſione nactus opportunitatem e patria emigrandi, piæ peregrinationis amore, urgentis populi ad tempus ceſſit voluntati, licet coram Deo longe alia eſſet animi ejus intentio, quæ tandem etiam non eſt voto fruſtrata ſuo. Abit igi-*

D. S. Vvirone Epiſcopo.

PAGIUS

& *Otgerum* Evangelium prædicaſſe in iis Galliæ partibus, quæ non ſatis erant fide Chriſtiana excultæ. In Vita S. Wironis a gravi Auctore Anonymo elucubrata, ſingulæ fere ejus virtutes enumerantur, diciturque Pippinus Dux ei dediſſe *Locum remotum a mundi negotiis, quo liberius cum ſuis inibi cœleſtes caperet fructus.* Wironem Evangelium in Gallia prædicaſſe ſcribit etiam Cointius) anno DCXXXVIII. num. XCVII. quod probat ex Vita S. Suiberti Marcellino Presbytero attributa, & præterea aſſerit, *VVironem*, & Socios non Pippini Herſtalli, ſed Pippini Landenſis tempore vixiſſe, contra ejuſdem Marcellini teſtimonium. At Acta illa Pſeudo-Marcellini, quæ etiam Baronio impoſuerunt, falſis narratiunculis conſuta eſſe, nunc inter Eruditos fere convenit.

VII. Ut autem uno tenore abſolvam quæ ad Wironem anno incerto ſub hujus ſæculi finem demortuum ſpectant, natus is eſt in Scotia, cumque ſtatuiſſet peregrinari, patriæ ſuæ Eccleſia Paſtoris morte viduata remanſit: *Moxque concordi cunctorum voce VViro Paſtoris officio deſtinatur invitus. Moris erat apud incolas ejuſdem inſulæ, primo Paſtorem inter eos eligere, tum electum Romam dirigere, Apoſtolicis manibus ordinandum.* Socios aſſumit *Plechelmum* Sacerdotem, & *Othgerum* Levitam, Romamque cum illis pergit. Quem, ut coram venit, Papa perſpiciens in vultu, quod erat in corde perſenſit, & li-

*Sanctus VViro confeſſor fuit Pippino Herſtallo.*

*gitur Romam non terrenæ dignitatis ambitione, ſed diu cupitæ peregrinationis deſiderio impulſus. Comes autem illi & itineris & voti accedit Plecbelmus ſacerdos virtute venerabilis, nec ætate major, nec meritis multo minor. Erat ambobus cor unum & anima una in omnibus. Cum autem per Angliam iter facerent, divinitus illis adjunctus eſt Otgerus Levita, qui præ ferventi cœleſtis patriæ deſiderio terrena contemnens, beato viro adhæſit.*

X. *Tum vero iter optatum ſecurius vir ſanctus cum ſociis proſequens, Chriſto duce, proſpero curſu mare emenſus, tandem Romam pervenit: ubi beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina labris tres illi premunt, pavimentum lacrymis rigant, precibus & votis altaria cumulant, & in cælum preces tranſmittunt, loca ſancta crebro inviſunt. Nec deſpicit Chriſtus gemitus ſervorum ſuorum; quod quærunt divinitus illis non negatur. Ubi autem Romanus Pontifex eos adveniſſe cognovit, beatum Vvironem ad ſe accivit. Ille vero ſine dilatione cum ſociis ad Pontificem acceſſit. Intuitus autem illum Pontifex, ex vultu animum ejus cognovit, moxque in ejus ruens amplexus, oſculatus eſt eum non ſine lacrymis. Deinde oblata colloquendi opportunitate, Pontifex nomen & patriam animique propoſitum ex illo percontatus eſt. Ille vero oſor falſi, tenaxque veri, primo expoſuit cauſam adventus ſui, & cur a ſuæ regionis hominibus eo miſſus ſit: deinde animi ſui votum tantæ ſanctitatis Pontificis expromens, ejus pedibus advolutus, quanta poteſt inſtantia petit, ut ſuum velit præbere aſſenſum*, nempe, ut liberum eſſe ſineret. *At Pontifex nihil motus ejus precibus populo Dei potius conſulere voluit, & ejus electioni ſuffragari. Invitum igitur, diuque reluctantem, Epiſcopum illum ordinat, eumdem honorem etiam impertiens Plecbelmo ſancti viri ſocio: amboſque complexus, multis auctos muneribus remiſit in patriam, ſua auctoritate præcipiens beato Vvironi, ne ſe ulli peregrinationi daret, donec eſſet reverſus ad ſuos.* Hucuſque de ordinatione Vvironis auctor, qui de reliquis ſancti viri præclaris rebus geſtis pergit narrare hiſtoriam.

Sed revocat nos temporis ratio ad Dagobertum Regem, cujus regni exordio ſanctus Arnulfus Metenſis Epiſcopus, qui eum educaverat, de quo ſuperius dictum eſt, nonniſi divinitus inſpiratus, quod Regi ſe non fore proficuum amplius prævidiſſet, eremum petiit. Regem geſtam ita a Jona Abbate hujus ſæculi ſcriptore narratam audi: *Defuncto itaque Clotario Rege, cum adhuc beatus Arnulfus Epiſcopus eodem deſiderio quo prius, converſandi videlicet in eremo, flagraret, & iterum atque iterum a Dagoberto Principe, quem ipſe diligentiſſime nutrierat, licentiam hujus rei poſtularet; inſtinctu diaboli commotus adverſus eum Rex, cum ei die quadam nimis importunus in petendo fuiſſet, arrepto mucrone voluit eum ſauciatum a ſe removere. Tunc ille parvipendens iram morituri Regis conſtanter dixit: Quid agis, miſer; mala pro bonis mihi rependere vis? Nunc autem, quandoquidem ita placet, ſævias in me quantum velis, ego pro illius amore mori non dubito, qui mihi vitam dedit & pro me mortuus eſt. Hæc eo dicente, cum unus aſtantium procerum blandis verbis rodargueret temeritatem Regis, ſedatus eſt furor ipſius, & mediante gratia Dei caruit effectu ſceleratus affectus. Interea ſuperveniente Regina, ut audivit commotionem qua contra virum Dei ſine cauſa incanduerat, proſtravit ſe una cum Rege pedibus ejus, &, ut ſui miſereretur remittendo illatam injuriam, cum lacrymis poſtulavere, dicentes: Perge domine ad eremum, ſicut deſideras: tantum te placa-* XI. De Arnulfo Epiſc. Metenſi eremum petente.

PAGIUS *& licet invitum diuque reluctatum, Epiſcopali eum ſublimavit ordine.* Quin & *Plechelmum* itineris ſocium eodem promovit honore. Obtemperans præcepto Romani Pontificis Vir ſanctus pervenit in propria, ubi omnium applauſu Epiſcopali Cathedræ præpoſitus eſt. Verum peregrinationis æſtu anhelabat. Quare relicto Epiſcopatu navigavit in Franciam, ubi *Pippinus* Dux Francorum eos ad ſe venire fecit, locumque *VVironi* conceſſit ad manendum, tantaque veneratione proſequutus eſt, ut dedignatus non ſit *gratia confeſſionis diſcalceatus eum adire, ejuſque oris imperio prompte parere.* Tandem Wiro felicem cœlo reddidit animam, quæ omnia ex ejus Vita Auctore Anonymo ſcripta excerpſimus, ubi non dicitur, quis tunc Romanam Eccleſiam rexerit, aut quæ Scotiæ Civitas eo alumno, ac dein Præſule gaviſa ſit. Ex monte S. Odiliæ, in quo vixit, & mortuus eſt Wiro, pars Reliquiarum ejus Ultrajectum, pars Ruremundam tranſlatæ ſunt, qua de re legendus Bollandus. Coluntur in Faſtis Belgicis, *VViro* VIII. Id. Maii, *Plechelmus* Idib. Jul. *Otgerus* IV. Idus Septemb.

A num. XI. & ſeq. *Sanctus Arnulphus* anno ſexcenteſimo viceſimo quinto jam provecto in Voſagum relicto Epiſcopatu Metenſi ſeceſſit, poſtquam ſediſſet *annos quindecim, dieſque decem*, ut habet Codex Sancti Symphoriani. Annus tamen hujus abdicationis in magna controverſia poſitus, pleriſque poſt *Clotarii* Regis mortem, eam contigiſſe opinantibus. Auctor Anonymus coævus, qui ejus Vitam ſcripſit, a Mabillonio Sæculo ſecundo Benedictino recitatam, ait eum intenſiſſime a Principe flagitaſſe, ut ſucceſſorem Præſulem ſibi daret, Clotariumque Regem, qui *Dagobertum* filium ſuum eidem ad erudiendum tradiderat, petiiſſe, ut eum nullatenus relinqueret. Sed cum ſummo deſiderio *Arnulphus* ad eremum properare diſponeret, Dagobertum ſuum tandem conſenſum præbuiſſe. Quare in vivis adhuc erat *Clotarius*, quan- VIII. *S. Arnulphus Epiſcopatum Metenſem abdicat.*



*catum habeamus, quem injuſte offendimus.*

XII. Dum igitur cogeretur ſanctus Epiſcopus in curia jugiter permanere, nec inde recedere ſineretur, conſulto numine & reſponſo accepto, ut quod animo conceperat, conficeret: de ſucceſſore viro digniſſimo divinitus pariter certior redditus, ſe contulit in ſolitudinem ubi ad obitum uſque permanſit miraculis illuſtratus. Succeſſor ei datus eſt Gortricus, vir quidem ſanctitate mirandus. At de rebus Francorum hactenus; reliqua ſuis locis. Subiicit hæc his Aimoinus: *Poſt diſceſſum præfati Antiſtitis Arnulfi, conſiliis jam dicti Pipini & Cuniberti urbis Coloniæ Præſulis obaudiens, ſuggerentibus eis, æquitati ac juſtitiæ operam dabat.*

Uſus eſt etiam familiariſſime Dagobertus ſancto Eligio viro admirandæ ſanctitatis & virtutum merito inſigni, qui ex auri fabro factus eſt poſtea Epiſcopus Noviomenſis, toto orbe miraculorum fulgore coruſcus, cujus res geſtas (a) copioſiſſime ſcripſit ejus æqualis ſanctus Audoenus Epiſcopus Rotomagenſis. Dicendum de eo inferius. Sed & idem Rex immiſit ſanctum Richarium presbyterum, excepitque eum menſa, a quo multa ad ſalutem animæ ſpectantia audivit, atque profecit. Sed de his pluribus Albinus Flaccus (b), qui vitam ejuſdem viri ſanctiſſimi ſcripſit ad Carolum Magnum Imperatorem:

(a) *Apud Sur. die 1. Decemb.*

(b) *Apud Sur. die 26. April. t. 2.*

Contigit hoc eodem Redemptoris anno ex hac vita migrare in Galliis Sanctum Allovvinum, cognomento Bavonem ut XIII.

PAGIUS quando *Arnulphus* Aulam reliquit. In exemplari quidem hujus Vitæ, quo uſus eſt Baronius, legitur: *Defuncto Clotario Rege, cum adhuc B. Arnulphus Epiſcopus eodem deſiderio, quo prius converſandi, ſcilicet in eremo, flagraret*, &c. Sed illa verba deſunt in melioribus exemplaribus quibus uſus eſt Mabillonius, qui & oſtendit, perperam credidiſſe Baronium hujus Vitæ conditorem fuiſſe *Jonam* Bobienſem Monachum. Nam hunc Anonymum interfuiſſe illi miraculo, quo *Arnulphus* incendium extinxit, conſtat ex numero XX. ubi ſe *Romarici* ſocium, ac proinde Monachum ſatis declarat. Ac præterea in fine Vitæ alloquitur, *Clodulphum* Metenſem Epiſcopum, *Arnulphi* filium; quo jubente eam ſcripſerat, ut Auctor Vitæ Sancti Clodulphi num. XXIII. obſervavit. Hæc autem *Jonæ* Bobienſi Monacho convenire non poſſunt, qui, nec *Romarici* ſocius, nec ad *Clodulphi* Pontificatum ſuperſtes fuiſſe videtur. Certe Jonas principio Vitæ B. *Bertulfi* Abbatis Bobienſis, mentionem facit Arnulphi, cujus conſanguineus erat *Bertulfus*; nec tamen de Arnulphi Vita a ſe ſcripta aut ſcribenda quidquam loquitur.

IX. *Triennio ante Clotarii Regis mortem.* *Arnulphum* aliquot annis ante *Clotarii* Regis mortem Epiſcopatum dimiſiſſe, ac in eremum ſeceſſiſſe, manifeſte oſtendit Fredegarius cap. 58. cujas locum integrum anno DCXXVIII. num. XI. & ſeq. recitavimus. Ait enim *Dagobertum* ab initio, quo regnare cœperat, uſque ad annum VII. Regni ſui, Auſtraſiani ſcilicet, uſque ad finem anni DCXXVIII. aut circiter, quo *Gumatrudem* uxorem repudiavit, & Pariſios venit, nulli Francorum Regum ceſſiſſe; ſed ab eo tempore vixiſſe adeo luxurioſe, ut tres Reginas, & plures concubinas haberet. Tempus autem præcedentis regiminis in duo diſtinguit, primum in illud quo regnare cœperat, quia tunc conſilio Sancti Arnulphi Metenſis Epiſcopi, & Pippini Majoris-Domus uſus eſt, & in illud, quod regnavit *poſt diſceſſum Beati Arnulphi*, quia *adhuc conſilium Pippini Majoris-Domus & Chuniberti Pontificis Urbis Coloniæ*, adhibuit. Ubi tamen *Diſceſſus* nomine mortem Arnulphi deſignat, in quo valde fallitur, ut ſupra diximus. *Dagobertus* itaque qui nonniſi poſt mortem Clotarii patris Pariſios venit, & luxuriæ indulſit, antea inculpate Regnum adminiſtrarat: ſive dum uſus eſt conſilio *Sancti Arnulphi*, ſive poſtquam hic e Palatio ejus egreſſus vitam ſolitariam elegit, ideoque ante *Clotararii* obitum, & poſtquam Concilio Remenſi anno DCXXIV. aut ſaltem inſequenti celebrato interfuiſſet Epiſcopatum dimiſit: & quidem anno ſexcenteſimo viceſimo quinto, ut anno DCLIV. quo *Clodulphus* ejus filius ordinatus eſt Epiſcopus Metenſis, ex duratione Sedis quatuor aut quinque Arnulphi Succeſſorem oſtendam. Primus ejus Succeſſor fuit Sanctus *Gocricus* cognomento Abbo, de quo in morte ejus ſermo erit.

Ad num. XIII. Theodoricus Abbas Sancti Trudonis in Epiſcopatu Leodienſi, qui in Chronico Trudoniano dicitur obiiſſe *VII. Kal. Maii* anni MCVII. & aliquot ſeculis ab ætate Sancti Bavonis abfuit, rerum tam a *Bavone*, quam ab Amando, eorumque coævis geſtarum Chronologiam plurimum perturbavit. Bavonis mortem conſignavit *anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo triceſimo primo, Heraclio Romanum Imperium, Martino univerſalem adminiſtrante Pontificatum*. Quo loco Surius expuncto Martino, Honorium *forte* reponendum in margine notat. Verum in dubium vocari non debet, quin Theodoricus exiſtimarit eo Chriſti anno floruiſſe Martinum Papam; cum in Actis plurimorum Sanctorum Martinus Papa dicatur Pontificatum geſſiſſe, cum Dagobertus Principatum Francorum obtinebat. In narratione tamen hiſtorica aliqua habet ab Auctore Anonymo fere coævo Vitæ Sancti *Bavonis*, quam Mabillonius Sæculo ſecundo Benedictino publicavit, prætermiſſa, quorum ope annum hujus Sancti emortualem detegere poſſumus. Quam ob rem quæ de *Bavone* habet Anonymus, in pauca contraho, ut poſtea quæ de eadem re ſcribit Theodericus Abbas, cum illis conferam, & controverſiam, quæ inter Eruditos de anno mortis Bavonis verſatur, tandem dirimam. X. *Chronologia rerum a S. Bavone geſtarum depravata.*

*Bavo* parentibus inclytis in Haſbanienſe editus Ducatu, tempore ſuæ juventutis operibus pravis ſæculi voluntatem exercebat, ſed Chriſto auxiliante hoc juge ipſius vitium cito verſum eſt in bonitatem. Mortua uxore ad viam converſionis *Amandum* Sanctiſſimum Pontificem expetiit, cum compunctione ſua confeſſus eſt facinora, facultates prædiorum ſuorum ad loca Sanctorum legaliter diſtribuit & pauperibus erogavit; atque ad memoratum Pontificem, qui morabatur in Caſtro, cujus vocabulum eſt *Gandavum*, repedavit. In eodem Caſtro Clericorum Cœnobium honorifice conſtruxit *Aman-* XI. *Summarium vitæ S. Bavonis.*

*De S. Bavone.*

ut Theodoricus Abbas S. Trudonis, qui res tanti viri præclare geſtas ſcriptis tradidit (*a*), affirmat. De quo hæc breviter tanquam epitaphium accipe: *Patrem hic habuit Agilulphum Hasbaniæ comitem fratrem patruelem Carlomanni ſenioris, cujus filius fuit Pipinus a Landa, quem primum vocant Brabantiæ Ducem. Deinde contemptis opibus, atque a B. Amando Tungrorum Epiſcopo Chriſti gloriam plenius edoctus, ſoli Chriſto militare ſtatuit: pecunias & reliquas opes in pauperes diſtribuit. Eodemque S. Amando promotore, Gandæ monaſterium in honorem S. Petri conſtruxit, egregieque dotavit quod ab eo poſtea denominatum eſt. In quo monaſterio tonſura clericali inſignitus, ibi diu vitam ſanctiſſime duxit: ac deinde in cellula veluti ſepulcro ſe claudens, ubi exegiſſet in mira vitæ auſteritate biennium, hoc anno ex hac vita receſſit, a converſione ſua anno quadrageſimo, diebus minus tribus. Hujus imitatione Gertrudis & Begga Pipini filiæ ſe ſe puriori vitæ addixerunt; multique principes viri feminæque ipſius exemplum ſecuti, ſanctimoniæ laudem apud poſteros meruerunt. Quantus quamque magni nominis fuerit, non ſolum miracula patefecerunt, quodque multæ eccleſiæ ab eo extructæ fuerint: ſed etiam quod viri celeberrimi eum religioſe viſitarint. Siquidem ſanctus Amandus, magnus ille Flandorum Apoſtolus, noluit abeſſe, cum ex hac vita migraret. Dominus religioſiſſimus presbyter ex Turolto Angelico ducatu advenit, ut ante mortem ei ſacræ Euchariſtiæ viaticum traderet. Beatus Livinus Archiepiſcopus & martyr in Flandriam adveniens, triginta diebus ſuper ejus ſepulcrum Miſſarum ſolemnia celebravit; & cum convertendis infidelibus operam dabat, Florberto Abbati in ejus memoriam elegiacum carmen tranſmiſit. Sed & ſanctus Eligius Epiſcopus non modo ejuſdem ſancti reliquias viſitavit, verum etiam e terra honorifice levavit Kalendis Auguſti.* Hæc de ipſo hactenus.

(*a*) *Apud Sur. die 1. Oct. & Molan. in Nat. SS. Belg. ead. die.*

S. Bavonis exemplo multi nobiles ad pietatem excitati.



PAGIUS

*Amandus*, & in eo Monaſterio B. *Bavo* dimiſit comam capitis, & veſtimenta ſæcularia, & indutus eſt loricam fidei. Deinde Amandus perrexit Gentibus prædicare verbum Dei, quem *Bavo* proſecutus eſt, eumque rogavit, ut ſibi liceret Monaſteria circuire Chriſti Athletarum. Reverſus autem ad ſupradictum Caſtrum Gandavum, ad venerabilem Virum *Florbertum Abbatem*, quem *Amandus* conſtituit ſuper gregem Clericorum Rectorem, petiit illum ſibi humiliter cellulam largiri, quam a fratribus Monaſterii impetravit. In ea retruſus Deum piis & indefeſſis precibus invocabat, & in ſemetipſo omnes pœnas atque ſupplicia ſuſcepit, quibus humana plerumque cedit infirmitas: *Poſt pœnitentiæ confeſſionem, quam a B. Amando Pontifice perceperat ANNIS TRIBUS PRÆTER QUADRAGINTA DIERUM abſtinentiam*, quam implevit, in hoc ſæculo propter Regnum cœlorum militavit, & ſanctam animam carne ſolutam die primo menſis Octobris Domino omnipotenti reddidit: ſtatimque Virgini B. *Gertrudi* cum aliis Virginibus ſecum commorantibus, longe a ſe poſitis ſpiritus ipſius apparens, jubet ſibi veſtimenta mitti ad ſepeliendum corpus ſuum: quod & factum eſt. Hæc de verbo ad verbum ex Anonymo excerpta, iis omiſſis, quæ ad Chronologiam Bavonianam recte ſtabiliendam nihil conferunt.

XII. *Variæ de anno emortuali Bavonis opiniones.*

Mabillonius, cui hæc Acta, aliamque plurima debemus, ait, MSS. exemplaria hujus Anonymi conſtanter habere *annos tres*, ſed non facile intelligi, quomodo in ſpatio tam brevi *S. Bavo* tot res geſtas expleverit; Theodorici calculum a Surio vel a Librario vitiatum explicari vix poſſe in hæc verba; *Anno a converſione ſua quadraginta dies minus de tertio*; & denique, ſi in numeris lapſus non ſit Auctor, ſive Librarius, *Amandum* poſtquam abdicavit Sedem Trajectenſem anno DCXLVII. initam *Bavonem* ſecum adduxiſſe, eumque Monachum factum ad Inſulam *Chavelaus* dictam Evangelii diſſeminandi gratia anno DCLI. comitem habuiſſe: *Bavonem* deinde Gandam reducem ibi recluſum vixiſſe uſque ad obitum, qui inquit Mabillonius, anno DCLIII. contigiſſe videtur. Henſchenius, qui Vitam Anonymi non viderat, ad diem VI. Februarii, quo Sanctus Amandus colitur, in Commentario prævio num. XCIII. Theodorico Abbate innixus putat, *Amandum* anno DCLI. *Bavonem* Clericum ordinaſſe, & num. XCVI. hunc anno DCLVII. necdum a recluſione biennio elapſo, ſpiritum Deo reddidiſſe. Denique Cointius, qui etiam Vitam Bavonis ab Anonymo ſcriptam non legit, autumavit *Bavonem* anno DCXXXIX. factum eſſe Anachoretam: anno DCXLVII. reverſum ad Monaſterium Gandenſe ibi degiſſe, & per biennium recluſum fuiſſe; annoque DCXLIX. ad Deum migraſſe.

XIII. *Mortuus Bavo anno DCXLIX.*

Hæc ultima ſententia quoad *Bavonis* mortis annum, ex collatione Anonymi cum Theodorico Abbate certa redditur, & ex utriuſque collatione conſtat, ſanctum Virum diu nona menſis Novembris anni ſexcenteſimi quadrageſimi ſexti, qui præceſſit Pontificatum Sancti *Amandi* in Sede Trajectenſi, converſum eſſe: die nona menſis Novembris, ſeu quinto Idus Novembris anni ſexcenteſimi quadrageſimi octavi recluſum eſſe, annoque ſexcenteſimo quadrageſimo nono menſis Octobris die prima ſpiritum Deo reddidiſſe. Eodem enim modo Theodoricus, ac Anonymus de annis quibus Bavo Deo ſervivit, ſi Librarii error corrigatur, loquitur. Sic itaque ſcripſerat Theodoricus: *Kalendarum Octobrium, die primo, anno ſecundo a converſione ſua, quadraginta dies minus de tertio*: neque *Theodoricus* annum fere tertium ejus converſionis memorare potuit, quin antea aſſeruit, primum & ſecundum abſolviſſe. Quare noſtra emendatio certiſſima, ex eaque manifeſtum fit, in laudato a Mabillonio Theodorici loco nihil deeſſe, quam vocem, *ſecundo*, a Librario omiſſam; ac denique Anonymum per hæc verba *præter quadraginta dierum abſtinentiam*, per præpoſitionem *præter*, intelligere *præterquam*; qui loquendi modus etiam ab Auctoribus valde Latinis aliquando uſurpatus, ut videre eſt apud Robertum Stephanum. Adhæc Theodoricus Abbas poſtquam retulit juſſiſſe Bavonem membris jam excruciatis, admoveri nervum, *quem vulgo inquit, appellant cippum*, & in eo pedes ſuos arctari, (eſt cippus inſtrumentum, quo reorum pedes conſtringuntur, quove tyranni uſi ſunt ad torquendos Martyres, ut explicat Ducangius in Gloſſario in voce *Cippus*) ait; *Accerſito dein Sancto Pontifice Amando, & Venerabili Abbate Florcberto, non modo pedum, ſed & totius macerati corpuſculi integram recluſionem obſecrat, & vix aliquando impetrat ...... data die, evocato Clero & populo, cum Crucibus & thymiamateriis, univerſoque Eccleſiaſtico apparatu ad recluſionis cellulam convenitur, & Sancti Pontificis manibus hoſtia Chriſti Bavo, teſte Eccleſia, ſepelitur magis, quam recluditur, quinto Idus Novembris.* Ad rem quæ novo exemplo, Clero populoque congregato, ſolemni ceremonia, feſtivoque ritu peracta, alius dies quam Dominicus delectus non eſt, ut illius temporis mos ferebat. Quare cum anno DCXLVIII. dies V. Idus Novembris, ſeu dies nonus ejuſdem menſis in Dominica inciderit, eadem *S. Bavo* ex præcipuis Hasbaniæ Proceribus unus, recluſus eſt, & poſt annum, diebus quadraginta exceptis, non vero poſt biennium, ut volunt Henſchenius & Cointius citati, die prima Octobris anni DCXLIX. ad cœleſtem vitam tranſiit, ideoque converſio





PAGIUS

ejus contigit die nona menſis Novembris anni DCXLVI. & uno eodemque die converſus & recluſus fuit, commodeque cecidit, ut anno DCXLVIII. idem dies cum Dominica concurrerit.

XIV. *S. Bavo a S. Amando nondum Epiſcopo Trajectenſi converſus.*

Sed ſive diei converſionis tantum, vel ejuſdem & feriæ primæ ſimul in hac recluſione ratio habita fuerit, hæc alio anno peracta non eſt, quam jam a nobis memorato. Ex quinque enim Auctoribus Vitæ Sancti Amandi, quorum Scripta repræſentat Henſchenius citatus, duo de Sancti *Bavonis* converſione per Sanctum *Amandum* operata non loquuntur; alii vero tres nempe Milo Monachus Elnonenſis lib. 2. cap. 3. num. 12. Philippus Abbas Bonæ-Spei cap. 3. numer. 30. & Harigerus Abbas Lobienſis cap. 43. numero 7. de ea verba faciunt, & poſtea, narratis aliquibus aliis Sancti *Amandi* geſtis, de hujus ad Epiſcopatum Trajectenſem evectione diſſerunt. Quamobrem cum anno ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo hanc Sedem adeptus ſit, anno qui iſtum anteceſſit, Sanctum virum ad pœnitentiam perduxerat.

XV. *Bavo tres tantum annos poſt ſuam converſionem vixit.*

Cæterum quæcumque de Sancto *Bavone* referuntur tam a Theodorico Abbate, quam ab Anonymo, ante ejus recluſionem geſta, intra annos duos facile patrari potuiſſe, eorum commemoratio demonſtrat. Nam priori anno *Amandum* Gentilibus Galliæ Belgicæ fidem annunciantem, *Bavo* ſecutus eſt, & poſtea ejuſdem Regionis Monaſteria luſtravit: illa enim a Gandenſi, ſicuti & gentes, quibus *Amandus* Chriſtum prædicavit, non procul aberant. Hinc *Sanctus Audoenus* in Vita Sancti Eligii lib. 2. cap. 2. loquens de Tornacenſibus, Flandrenſibus, Gandenſibus, & Corturiacenſibus affirmat, quod tempore Sancti Eligii Noviomagenſis Epiſcopi, anno DCXL. renunciati, *incolæ ejuſdem Regionis magna adhuc ex parte Gentilitatis errore detinebantur, & variis ſuperſtitionibus ſatis dediti erant, quique velut agreſtes feræ nulliuſpiam ſalutare verbum recipere poterant.* Et Theodoricus Abbas, poſtquam dixit, *Bavonem* dum Amandum comitaretur, arſiſſe *Sanctæ prædicationis adipe repleri*, ſubdit: *Ex conſenſu ſui Amandi; loca Sanctorum, & vicinos Cœnobitas iterum accingitur circuire, ſi forte contingeret aliquid ante inexpertum vel intentatum inveſtigare, ad quod agendum merito ſe animare deberet.* Altero anno in duabus eremis commoratus eſt, & dein Gandam rediit. Anonymus alter a Mabillonio etiam editus, qui ſæculo X. vixit, & miracula Sancti Bavonis tribus libris deſcripſit, lib. 3. aſſerit, ſe retecturum Bavonis Opera, *primoque quæ in loco, qui vocatur Med·nadunc, quo primum dicitur poſt converſionem habitaſſe, exercuit*, additque eum locum omnibus eremum inhabitare cupientibus aptiſſimum eſſe: *Quem idem dilectus Dei paucis incoluit morulis.* Theodoricus Abbas eum locum deſcribit, aitque, *a ſua Ganda diſtantem duorum tantummodo milliariorum itinere* fuiſſe & ibi *aliquandiu ignotus cum manſiſſet*, iterumque fama vulgante ulterius latere poſſe deſperaret, inde receſſiſſe. Narraverat antea Theodoricus Bavonem, ſaltum, quem *Beilam* nuncupant, ingreſſum eſſe, ſed ibi *per aliquot dies* occultum, latere non potuiſſe. Concludit Gandam rediiſſe, cippo pedes ſuos conſtringi voluiſſe, & *quatuor fere menſes* in eo ſtatu vixiſſe, uſque dum V. Idus Novemb. ad totam vitam recluſus eſt. Quæ omnia intra ſecundum converſionis ejus annum ab eo expleri potuiſſe manifeſtum. Ex iis corrigenda, quæ in contrarium habent Theodoricus Abbas, ex eo & Molano Baronius, aliique.

XVI. *Heraclius Junior ſeu Heracleonas Cæſar dicitur.*

Hoc anno *Heraclius* Aug. *Heraclium* ſeu *Heracleonam* filium ex Martina ſuſceptum Cæſarem declaravit; quod Nicephorus in Hiſtoria pag. 16. poſtquam locutus eſt de Heraclii Auguſti Conſtantinopolim poſt confectum bellum Perſicum adventu, his verbis narrat: *Inde Conſtantinum filium Conſulem facit: Heraclium vero ex Martina genitum Cæſarem creat.* Quod hoc anno geſtum inde etiam liquet, quod in literis *Honorii* Papæ ad Honorium Dorovernenſem Epiſcopum datis menſe Junio anni DCXXXIV. tertius Imperii Heraclii Cæſaris annus numeretur, ut anno DCXXXIII. num. XX. videbimus. Quoad *Conſtantinum* Heracleonæ fratrem ex Martina etiam genitum, is quidem Cæſar fuit, ut ſupra ſuo loco oſtendi, ſed cum nunquam Auguſteam dignitatem obtinuerit, *Conſul* etiam nunquam fuit. Quare cum Nicephorus indicet, ſe loqui de *Conſtantino* filio Heraclii Auguſti & Eudociæ, manifeſte fallitur; cum is anno DCXVII. *Conſul* renunciatus fuerit, ut ſuo loco monſtravi.

quod prius fecerat oratorium includeretur. Præparatis ergo fundamentis in gyro prioris oratorii per quadrum cœpit ædificare baſilicam. Sed priuſquam altitudo parietum eſſet conſummata, Rex ipſe impia nece occiſus, opus idem ſucceſſori ſuo Oſvaldo perficiendum reliquit.

XXXI. Plurimorum converſio ad fidem. Paulinus autem ex eo tempore ſex annis continuis, ideſt, uſque ad finem Imperii Regis illius, verbum Dei, annuente ac favente ipſo, in ea provincia prædicabat: credebantque & baptizabantur quotquot erant præordinati ad vitam æternam, in quibus erant Osfridus & Eadfridus filii Regis Eduini, qui ambo ei exuli nati ſunt de Quenburga filia Cearli Regis Merciorum. Baptizati ſunt tempore ſequenti & alii liberi ejus de Edelburga Regina progeniti, Edilhimus, & Ediltridis filia, & alter filius Buſcfrea: quorum primi albati adhuc rapti ſunt de hac vita, & Eboraci in Eccleſia ſepulti. Baptizatus eſt & Iffi filius Osfridi, necnon & alii nobiles & egregii viri non pauci. Tantus autem fertur tunc fuiſſe fervor fidei ac deſiderium lavacri ſalutaris genti Nordumbrorum, ut quodam tempore Paulinus veniens cum Rege & Regina in villam regiam, quæ vocatur Adregin, trigintaſex diebus ibidem cum eis catechizandi & baptizandi officio deditus moraretur: quibus diebus cunctis a mane uſque ad veſperam nihil aliud ageret, quam confluentem eo de cunctis viculis ac locis plebem Chriſti verbo ſalutis inſtruere, atque inſtructam in fluvio Gleni, qui proximus erat, lavacro remiſſionis abluere. Hæc villa tempore ſequentium Regum deſerta, & alia pro illa eſt facta in loco qui vocatur Melumin.

XXXII. Angli provinciæ Deirorum converſi. Hæc quidem in provincia Berniciorum: ſed & in provincia Deirorum, ubi ſæpius manere cum Rege ſolebat, baptizabat in fluvio Sualva, qui vicum juxta Cataractam præterfluit. Nondum enim oratoria vel baptiſteria in ipſo exordio naſcentis ibi Eccleſiæ poterant ædificari. Attamen in campo Dono, ubi tunc etiam villa regia erat, fecit baſilicam, quam poſtmodum Pagani, a quibus Eduinus Rex occiſus eſt, cum tota eadem villa ſuccenderunt, pro qua Reges poſteriores fecere ſibi villam in regione quæ vocatur Loidis. Evaſit autem ignem altare, quia lapideum erat, & ſervatur adhuc in monaſterio reverendiſſimi Abbatis & presbyteri Trumuulſi, quod in ſilva Elmete eſt.

XXXIII. (*a*) *Bed. l.2. c.15.* Redualdi Regis converſio & lapſus. Tantam (*a*) autem (ut fertur) devotionem Eduinus erga cultum veritatis habuit, ut etiam Regi Orientalium Anglorum Carpualdo filio Redualdi perſuaderet, relictis idolorum ſuperſtitionibus, fidem & ſacramenta Chriſti cum ſua provincia ſuſcipere. Et quidem pater ejus Redualdus jamdudum in Cantio ſacramentis Chriſtianæ fidei imbutus eſt, ſed fruſtra: nam rediens domum, ab uxore ſua & quibuſdam perverſis doctoribus ſeductus eſt, atque a ſinceritate fidei depra-

PAGIUS hymbrorum inierat, quod antiquitus in duas Provincias ſeu Regna diviſum erat, *Berniciorum* ſcilicet & *Deirorum*, ut teſtatur Beda lib. 3. cap. 1. In utroque Paulinum infinitam gentis illius multitudinem Sacro Lavacro abluiſſe *ſex annis continuis*, ideſt ad finem uſque Imperii Eduini, qui anno DCXXXIII. occiſus eſt, refert idem Beda cap. 14. & 20.

XXV. *Angli Orientales ad fidem Chriſtianam.* Ad num. XXXIII. & ſeqq. *Anglorum Orientalium* converſionem, quam hoc anno Baronius recitat, anno tantum ſexcenteſimo viceſimo nono contigiſſe inſinuat Beda lib. 2. cap. 15. ex quo hæc ſummarie deſcribo. *Sigebertus* frater Carpualdi Orientalium Anglorum Regis, *vivente adhuc fratre, cum exularet in Gallia, fidei Sacramentis imbutus eſt, quorum participem, mox ubi regnare cœpit, totam ſuam Provinciam facere curavit*. Sigbertus autem anno ſexcenteſimo viceſimo nono regnare cœpit. Beda enim prodit, *Eduinum* Nordanhymbrorum Regem *Carpualdo* Orientalium Anglorum Regi veritatem Religionis Chriſtianæ perſuaſiſſe, ſed *non multo poſtquam fidem accepit tempore* Carpualdum occiſum; *& exinde tribus annis* Provinciam in errore verſatam eſſe, donec accepit Regnum frater ejus *Sigebertus*, cujus ſtudiis favit *Felix* Epiſcopus, qui de Burgundionum partibus, ubi ortus & ordinatus eſt, cum veniſſet ad *Honorium* Archiepiſcopum Dorovernenſem ſeu Cantuarienſem, ab eo miſſus eſt ad prædicandum verbum Vitæ provinciæ Orientalium Anglorum, quam totam ad fidem perduxit, *accepitque Sedem Epiſcopatus in Civitate Dumnoc: & cum ſeptemdecim annos eidem Provinciæ Pontificali regimine præfuiſſet, ibidem in pace vitam finivit. Dumnoc*, hodie *Dumvicus* eſt, & fuit olim Emporium nobile. Sed quia locus mari conterminus, undarum vitio vix habet oppidi veteris reliquias. Diu tamen ibi poſt *Felicem* Epiſcopi ſederunt: eratque ea Urbs maritima in Provincia Suffolciæ. Poſtea Beda lib. 3. cap. 20. rurſus ſcribit. Felicem Orientalium Anglorum Epiſcopum *poſt XVII. annos accepti Epiſcopatus* defunctum eſſe, anno ſc. ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto, ut eo anno monſtrabimus. Quare Carpualdus anno DCXXVII. quo baptizatus eſt, necatus, *Sigbertus* poſt triennium incompletum, anno nempe DCXXIX. aut tardius anno DCXXX. in Regnum ſucceſſit, & *Felix* prædicationi Anglorum Orientalium ſtatim incumbere cœpit. Orientalium Anglorum Regnum complectebatur Provincias *Norfolciam, Suthfolciam & Cantabrigiam* cum inſula Elii, ut notavit Spelmannus in Prolegomenis ad Tomum I. Conc. Britanniæ.

XXVI. *Secta Mahometica ſenſim propagatur.* Elmacinus lib. I. Hiſtoriæ Saracenicæ refert varia prælia a *Mahomete* in Arabia adverſus Judæos & infideles hoc & ſuperioribus annis habita, additque eum *anno Hegiræ ſexto* inauguratum eſſe ſub arbore. *Anno* vero *ſeptimo He-*



pravatus, habuit poſteriora pejora prioribus: ita ut in morem antiquorum Samaritanorum & Chriſto ſervire videretur & de iis quibus antea ſerviebat; atque in eodem fano & altare haberet ad ſacrificium Chriſti, & arulam ad victimas dæmoniorum: quod videlicet fanum Rex ejuſdem provinciæ Alduulf (qui noſtra ætate fuit) uſque ad ſuum tempus perduraſſe, & ſe in pueritia vidiſſe teſtabatur.

XXXIV. Erat autem præfatus Rex Redualdus natu nobilis, quamlibet actu ignobilis, filius Tytili, cujus pater fuit Vuffa, a quo Reges Anglorum Orientalium Vuffingas appellantur. Verum Carpualdus non multo poſtquam fidem accepit tempore occiſus eſt a viro Gentili, nomine Richberto, & exinde tribus annis provincia in errore verſata eſt, donec accepit regnum ejuſdem frater Carpualdi Sibertus, vir per omnia doctiſſimus atque Chriſtianiſſimus, *qui vivente adhuc fratre cum exularet in Gallia, fidei ſacramentis imbutus eſt, quorum participem, mox ubi regnare cœpit, totam ſuam provinciam facere curavit: cujus ſtudiis glorioſiſſime favit Felix Epiſcopus, qui de Burgundionum partibus ubi ortus & ordinatus eſt, cum veniſſet ad Honorium Archiepiſcopum, eique indicaſſet deſiderium ſuum, miſit eum ad prædicandum verbum vitæ præfatæ nationi Anglorum. Nec vota ipſius incaſſum cecidere; quin potius fructum in ea multiplicem credentium populorum pius agri ſpiritalis cultor invenit. Siquidem totam illam provinciam juxta ſui nominis ſacramentum, a longa iniquitate atque infelicitate liberatam, ad fidem, & opera juſtitiæ ac perpetuæ felicitatis dona perduxit; accepitque ſedem Epiſcopatus in civitate Dummock: & cum ſeptemdecim annos eidem provinciæ Pontificali regimine præfuiſſet, ibidem in pace vitam finivit.*

XXXV. (*b*) *Bed. l.2. c.16.* Propagatio fidei ad exteros Anglos. *Prædicabat* (*b*) *autem Paulinus verbum etiam provinciæ Lindiſi, quæ eſt prima ad meridianam Humbri fluminis ripam, pertingens uſque ad mare: Præfectumque Lindocolinæ civitatis, cui nomen erat Blecca, primum cum domo ſua convertit ad Dominum. In qua videlicet civitate & eccleſiam operis egregii de lapide fecit, cujus tecto vel longa incuria,*



PAGIUS *Hegiræ*, eum ſibi ſumpſiſſe ſuggeſtum conſtantem gradibus duobus ac ſedili, cum antea orationem habens in Templo inniteretur ſuſtentaculo ligneo. Sic ſenſim impiam Sectam ſuam propagavit Mahometes.

XXVII. *Moritur S. Euſtaſius Luxovienſis Abbas.* Hoc anno *Sanctus Euſtaſius* Abbas ſecundus Luxovienſis *cum victoriæ pace tertio Kalendas Maii æthereæ penetravit Regna, Duce Chriſto* inquit Jonas Monachus Bobienſis, Auctor coævus in ejus Vita a Mabillonio Sæculo ſecundo Benedictino recitata, & ad MSS. Codices emendata. Dies ejus emortualis in controverſiam venit. Bollandus enim ad diem XXIX. menſis Martii eandem Vitam ex MSS. ut ipſe ait, refert, in qua dies & menſis mortis *Euſtaſii* non memoratur, aitque nomen Sancti Euſtaſii Abbatis inſcriptum eſſe variis antiquis MSS. Martyrologiis, ſed ad quem diem, ipſe non indicat. Mabillonius vero loco, *III. Kalendas Maii*, dicit, legendum, *IV. Kalend. Maii, quemadmodum* inquit *conſtat ex antiquis Martyrologiis VVandelberti & Adonis*, ubi errore Typographi loco *IV. Kalend. Aprilis* ſcriptum eſt, *IV. Kalend. Maii*. At cum Martyrologiis ſæpe depoſitio Sanctorum aliis diebus, quam quibus contigit, inſcripta reperiatur, Acta Sanctorum ex illis corrigi non poſſunt. Non dubito itaque quin dies III. Kalend. Maii ſeu dies viceſimus nonus menſis Aprilis temporis proceſſu additus fuerit Manuſcriptis Jonæ, quæ Mabillonius legit, cum deſit in iis quæ Bollandus præ manibus habuit, & tam in Martyrologiis Luxovienſi, quam Biſontino ad IV. Kalendas Aprilis habeatur: *Depoſitio S. Euſtaſii Abbatis Luxovienſis*, ad III. Kalendas Maii in Luxovienſi. *Item S. Euſtaſii Abbatis Luxovienſis*; & in Biſontino ad eandem diem, *Tranſlatio Sancti Euſtaſii Abbatis*. Quæ Tranſlatio alia eſſe non poteſt, quam quæ facta eſt, cum corpus Sancti *Euſtaſii* delatum eſt Wargavillam, vulgo *Vergaville* in Lotharingia, in Abbatiam Sanctimonialium Ord. S. Bened. Diœceſis Metenſis prope Diuzam Oppidum Gallice *Dieuze*, quo in loco Bollandus & Mabillonius ſcribunt, Sancti Euſtaſii corpus aſſervari, & hunc Sanctum maxime in liberandis energumenis & amentibus reſtituendis elucere. Mabillonius & Henſchenius Euſtaſii mortem cum anno Chriſti DCXXV. connectunt, quia in Vita Sanctæ Salabergæ num. VII. curam fratrum Luxovienſium, *tribus non parum minus egiſſe luſtris* dicitur poſt *Columbanum* qui anno DCX. Luxovio pulſus eſt. Verum quindecim illorum annorum initium ab anno ſexcenteſimo duodecimo, quo Theodebertus Rex obiit, aut potius ab anno ſexcenteſimo decimo tertio, quo *Clotarius* II. totius Franciæ Monarchiam adeptus eſt, repetendum eſſe demonſtravimus. Sancto *Euſtaſio* ſucceſſit Sanctus *VVandelbertus*, qui multa Monaſteria per vicina Luxovio loca ſub Sancti Columbani Regula constructa perfecit.

XXVIII. *Moritur S. Attala Abbas Bobienſis.* Mortuus eſt etiam hoc anno Sanctus *Attala* ſecundus Abbas Bobienſis, ut ex dictis anno ſuperiori certum redditur. Verum de die ejus emortuali eadem controverſia eſſe poteſt, ac de die emortuali Sancti Euſtaſii Abbatis Luxovienſis ſecundi. Mabillonius enim Sæculo ſecundo Benedictino exhibet ejus Vitam a Jona Monacho Bobienſi ſcriptam, ex Chronologia Lerinenſi, Henſchenio & Codd. MSS. in cujus numero VII. legitur: *Conſolatus ergo cunctos, vitæ præſentis nexibus abſolutus, animam Cœlo reddidit*. Addit Mabillonius, in Notis *VI. Idus Martias teſte Uſuardo*: & tamen Henſchenius ad diem X. Martii eandem Vitam recitat *ex quatuor codicibus MSS.* in eaque habetur: *Conſolatus ergo cunctos, vitæ præſentis nexibus abſolutis animam Cœlo reddidit ſexto Idus Martii*. Quare ſicuti in Vita Euſtaſii, ita & in Vita Sancti Attalæ dies utriuſque obitualis additus ab iis, qui Sanctos diebus, quibus obierant cultos fuiſſe perſuaſum habuere. Nam licet id ſæpe contingat, ſæpe etiam aliis diebus, quam quibus ad Deum migrarunt, Martyrologiis inſcripti; quod ſatis ite-

*ria, vel hoſtili manu dejecto, parietes hactenus ſtare videntur, & omnibus annis aliqua miracula ſanitatum in eodem loco ſolent ad utilitatem eorum qui fideliter quærunt, oſtendi. In qua eccleſia Paulinus, tranſeunte ad Chriſtum Juſto, Honorium pro eo conſecravit Epiſcopum, ut in ſequentibus ſuo loco dicemus. De hujus fide provinciæ narravit mihi preſbyter & Abbas quidam, vir veraciſſimus, de monaſterio Peartan, vocabulo Deda, retuliſſe ſibi quemdam ſeniorum, baptizatum ſe fuiſſe die media, a Paulino Epiſcopo, præſente Rege Eduino, & multam populi turbam in fluvio Trehenta, juxta civitatem quæ lingua Anglorum Tiouulfingaceſtir vocatur: qui etiam effigiem ejuſdem Paulini referre eſſet ſolitus, quod eſſet longæ ſtaturæ, paululum incuruus, nigro capillo, facie macilenta, naſo adunco pertenui, venerabilis ſimul & terribilis aſpectu. Habuit autem ſecum in miniſterio & Jacobum diaconum, virum atque induſtrium ac nobilem in Chriſto & in Eccleſia, qui ad noſtra uſque tempora permanſit.*

XXXVI. Pax in Anglia. *Tanta autem eo tempore pax in Britannia, quoquoverſum imperium Regis Eduini pervenerat, fuiſſe perhibetur, ut (ſicut uſque hodie in proverbio dicitur) etiam ſi mulier una cum recens nato parvulo vellet totam perambulare inſulam a mari ad mare, nullo ſe lædente, valeret. Tantum quoque Rex idem utilitati ſuæ gentis conſuluit, ut pleriſque in locis, ubi fontes lucidos juxta publicos viarum tranſitus conſpexit, ibi ob refrigerium viantium erectis ſtipitibus & æreos cau-*

*cos*

PAGIUS iterare non poſſumus ad vulgarem opinionem evertendam. Henſchenius quidem ibidem varia Martyrologia memorat, quibus *Attalæ* nomen ad eum diem inſcriptum eſt, aitque Ferrarum in Indice Topographico ad Catalogum Sanctorum Italiæ, & in Catalogo generali ſcribere ſub voce *Bobio*, Tranſlationem *Attalæ* primo die Septembris legi: ſed inde nihil certi colligi poteſt; cum in uno eodemque Martyrologio duobus aut etiam tribus diebus nomen alicujus Sancti aliquando inſcribatur, licet in nullo eorum obierint.

XXIX. *Diſcipulus fuit S. Arigii Epiſc. Vapincenſis.* Attala nobili genere in Burgundia natus *Arigio cuidam Pontifici a genitore commendatus eſt*, liberalibus literis imbuendus. Factus deinde Monachus Lirinenſis *diu* in illo Cœnobio vitam duxit, cumque ad Beatum Columbanum Luxovienſem Abbatem veniſſet, egregie poſt illius obitum Bobienſe Cœnobium rexit, *& in omni diſciplina regularis tenoris* erudivit, inquit Jonas. Succeſſorem habuit in eadem Præfectura Sanctum *Bertulfum*, de quo infra. Porro *Aridius* ſeu *Arigius*, non Lugdunenſis, ut putavit Henſchenius, ſeu potius Bollandus, ſed Vapincenſis Epiſcopus fuit, ut recte coniecit Mabillonius, hic enim non ſolum Cabillone in Burgundia natus, ut teſtis eſt Anonymus Vitæ ejus Scriptor coævus in Actis Bollandinis ad diem primum menſis Maii, quo colitur; ſed etiam interfuit Conciliis Valentino anno DLXXXV. & Matiſconenſi II. eodem circiter tempore celebratis, & vivebat adhuc anno DCI. quo Gregorius Magnus ad eum ſcripſit Epiſtolam LI. Libri IX ſui Regiſtri; cum contra *Aetherius* Lugdunenſis Epiſcopus eodem anno literas acceperit a Divo Gregorio Magno, ut videre eſt apud Baronium eo anno num. XVII. poſt *Aetherium* vero *Arigium* Lugdunenſem Antiſtitem fuiſſe, indubitatum eſt. Quare cum *Attala diu* in Monaſterio Lirinenſi vitam duxerit, eique cura Monaſterii Luxovienſis a B. Columbano, cum in exilium miſſus eſt, commiſſa fuerit, ut ſuo loco dixi, *Arigius* Vapincenſis Epiſcopus magnæ ſanctitatis Vir præceptor Attalæ fuit, anno incerto mortuus. Ejus Vita ab Auctore Anonymo coævo ſcripta extat Tom. I. Bibl. Labbei.

XXX. Non multo poſt Euſtaſium Sanctus *Gallus* Abbas celeberrimi Monaſterii ad lacum Acronium in finibus Helvetiorum & Vindelicorum poſiti, ac de ejus nomine appellati, mortalitatem reliquit. Nam Walafridus Strabo ejus Vitæ Auctor, poſtquam cap. 28. narravit Legationem a Monachis Luxovienſibus ad eum miſſam, ut eorum Abbas eſſe vellet, & quomodo eos ab ſpe impetrationis hujus amovit, ſtatim capite inſequenti agit de morte ejus, quam ait, contigiſſe inter ædificationis Monaſterii ejus ſtudia apud *Arbonam*, quod Oppidum eſt ad Brigantinum lacum. *Gallus* ex Hibernia in Galliam, jam Presbyter cum *Columbano* transfretavit, ejuſque comes individuus fuit, præterquam in exilio, quia morbus inopinatus, ne eum ſequeretur, prohibuit. Poſtquam ſanitatem recuperavit, cellam condidit in quadam eremo Diœceſis Conſtantienſis, ubi tanquam Propheta habitus eſt. Mortuo *Gaudentio* Conſtantienſi Epiſcopo eum Epiſcopatum ſibi a *Gunzone* Duce, cujus filiam a Dæmone liberarat, oblatum recuſavit, ipſoque die quo Joannes Diaconus ejus diſcipulus Conſtantiæ Epiſcopus ordinatus eſt intra Miſſarum ſolemnia ſermonem habuit, qui in Bibliotheca Veterum Patrum legitur. *Tempore ſubſequenti cœpit Oratorium conſtruere manſiunculis per gyrum diſpoſitis ad commanendum fratribus, quorum jam duodecim Monaſtici Sanctitate propoſiti roboratos doctrina & exemplis ad æternorum deſideria concitavit*, inquit Walafridus, qui addit, quadam poſtea die Beati *Columbani* mortem ſibi per viſionem revelatam Sancto *Magnoaldo* ſuo diſcipulo ſignificaſſe, relataque Sancti *Euſtaſii* morte ait: *Die ſexto decimo menſis Octobris, expletis nonaginta quinque annis ſuæ ætatis, in ſenectute bona, hujus vitæ liberatus ergaſtulo, animam meritis plenam felicibus, reddidit bonis in uſuram perennibus.* Annum, quo ea mors accidit non memorat Walafridus, quia longe poſt Sanctum Gallum vixit, annoque DCCCXLIX. fatis conceſſit.

*Moritur S. Gallus Abbas Monaſterii ejuſdem nominis.*

XXXI. *Ultra hunc vel ſequentem annum vitam non produxit.* Theodorus Monachus & Abbas Campedonenſis in Vita Sancti Magni ſeu Magnoaldi ſcribit, *Gallum* anno poſt Sancti Columbani mortem decimo obiiſſe, indeque Cointius exiſtimavit, *Gallum* anno DCXXV. e vivis abiiſſe. Verum præterquamquod *Euſtaſius*, cui Gallus ſuperſtes fuit, uſque ad hunc annum vixit, larvatus ille Auctor, qui ſub ſpecioſo *Theodori* ſancti Magni diſcipuli nomine eam Vitam ſcripſit, pleraque a veritate aliena aſſerit, ut demonſtrat Mabillonius Sæculo ſecundo Benedictino in Sancti Magni elogio Hiſtorico. Recitat ibidem Mabillonius Vitam Sancti *Galli* lau-

da-



*cos ſuſpendi juberet, neque hos quiſquam niſi ad uſum neceſſarium contingere præ magnitudine vel timoris ejus auderet, vel amoris vellet, &c.* Modo hæc ſatis, quæ cœpta hoc anno, in reliquos poſteriores ſunt propagata: reliqua vero inferius ſecundum ordinem temporum deſcribemus. Sic igitur magno Dei beneficio factum eſt, ut populus, qui (*a*) ambulabat in tenebris, videret lucem magnam, fidem videlicet, lucem veram quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ſimulque igne divini Spiritus glacialis orbis hominum corda coaleſcerent. Sed jam ad anni ſequentis res geſtas veniamus.

(*a*) *Iſai.* 9.

An-

PAGIUS datam, autumatque *Gallum* vixiſſe uſque ad annum circiter ſexcenteſimum quadrageſimum quintum, quia, inquit, ſi *Gallus* annos natus XCV. deceſſit, quis putet Conſtantienſi Clero ante annos decem veniſſe in mentem, ut hominem decrepitæ ætatis ultra annos quinque & octoginta provectum in Sedem vacuam promoveret? Imo quis credat, Monachos Luxovienſes poſt *Euſtaſii* mortem de *Gallo* jam fere centenario cogitaſſe, ut illum ex remota regione Abbatem ſibi arceſſerent; deinde jam grandævum fuiſſe Gallum ac Beato Columbano Magiſtro ſuo ætate ſuperiorem, dum in Galliam venit, dicere neceſſe eſt, ſi nonagenario major an. DCXXV. mortuus eſt. Denique *Gallum* Dagoberto Clotarii filio ſupervixiſſe, oſtendit Ratpertus in Libro de diverſis Caſibus Monaſterii S. Galli cap. 1. ubi de religioſis Viris, qui Sanctum virum in ſua ſuſceperunt, enumerans horum nomina habet his verbis: *Vvillebertus Presbyter, & Talto Vir illuſtris, Tagoberti ſcilicet Regis Camerarius, & poſtea Comes ejuſdem pagi a quibus idem Sanctus, cum in corpore viveret, cum augmentatione hujus loci non parva, maxima veneratione habitus eſt.* Ita Mabillonius. At hic Ratperti locus indicat tantum *Gallum* ad Regis Dagoberti tempora perveniſſe, & præfatæ conjecturæ parum urgent; cum *Gallus*, ut innuit Walafridus, vigente ac valida virium firmitate ſenex fuerit, *Luxovium* ab ejus Monaſterio non multum diſtaret, ejuſque licet breviori regimine, ac poſt mortem ſepultura Conſtantienſes Eccleſiam ſuam, & Luxovienſes Monaſterium ſuum valde nobilitatum iri non dubitarent. Adhæc nemo ſibi facile perſuaſerit Monaſterium Sancti Galli, quod ante *Columbani* mortem inchoatum fuit, triginta poſt annos, eo ſæculo, quo cætera omnia non minus celeriter, quam laute conſtruebantur, adhuc ſemiperfectum fuiſſe. Denique Cointius anno DCXXXIII. numero IV. & ſeqq oſtendit, jam eo anno *Martianum* Eccleſiam Conſtantienſem adminiſtraſſe, & *Dagobertum* Regem Diœceſim Conſtantienſem ab Auguſtana diſterminaſſe; cum tamen Walafridus cap. 30. *Joannem* Epiſcopum, de quo ſupra, *Galli* funeribus interfuiſſe teſtetur, & a morte Euſtaſii ad Galli mortem tranſeat. Quare utrumque eodem anno, vel ſaltem *Gallum* altero poſt *Euſtaſium* animam *Deo* reddidiſſe, dubitandum non videtur.

XXXII. *Determinatur numerus Clericorum Eccleſiæ Conſtantinopol.* Cum Sergius Patriarcha Conſtantinopol. determinaſſet numerum Clericorum Majoris Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S Deiparæ, quæ in Blachernis colebatur, & illorum qui in Officiis tam prædictæ Majoris Eccleſiæ, quam Patriarchæ inſerviunt, Heraclius Aug. Novella data *Kalendis Maiis*, *Conſtantinopoli*, *Indictione XV.* quæ ab illo ſtatuta fuerant, confirmavit; ac prius quidem quam *Presbyteri* ad LXXX. *Diaconi* ad CL. mulieres *Diaconiſſæ* ad XL. *Subdiaconi* ad LXX. *Lectores* ad CLX. *Cantores* ad XXV. *Oſtiarii* ad LXXV. numerum redigantur, nullus inter hos ullo modo referatur. Poſtquam contigerit, ut *Syncelli* redigantur ad II. *Cancellarii* ad XII. *Notarii* ad XII. *Vaſonum Cuſtodes* ad *Presbyteros* IV. ad *Diaconos* VI. ad *Lectores* II in hoc numero maneant. Conſimiliter, qui in templo Deiparæ, in Blachernis ſitum, Sacrum miniſterii cultum obeunt, in præſenti numero maneant, nec ullus admittatur prius quam *Presbyteros* ad XII. *Diaconos*, mares ad XVIII. *Diaconiſſas* mulieres ad VI. *Subdiaconos* ad VIII. *Lectores* ad XX. *Cantores* ad IV. *Oſtiarios* ad VII. redigi contigerit. *Quippe*, inquit Heraclius, *Si hæc ita peragantur & obſerventur, nec in Divino miniſterio diminutio quadam accidet, omnibus ordini recte comparato reſtitutis: & conveniens denique ſacro ſanctiſſimæ Eccleſiæ cultui ſtatus reddetur.* Extat hæc Novella Tom. II. Veteris Juris Canonici.

I. Heraclius Hieroſolymam petit.

ANnus ſequitur Redemptoris vigeſimusoctavus poſt ſexcenteſimum, Indictione prima: *Quo Heraclius Imperator recedens Conſtantinopoli* (ait Theophanes) *ipſo veris initio proficiſcitur Hieroſolymam, pretioſa ac vivifica Crucis ligna reportans, ad gratiarum actiones reddendas. Cumque Tiberiadem adiiſſet, accuſavere Chriſtiani Beniamin quemdam nomine Hebræum, quaſi ſibi mala facientem: erat enim admodum opulentus; qui ſuſcepit Imperatorem & exercitum ejus. In eum commotus Imperator: Cur, inquit, moleſtus es Chriſtianis, & fidei Chriſtianæ, quam colo? Eumdemque admonitum ut crederet, redditumque Chriſtianum, in domo Euſtathii* Neapolitani (*ita tunc Samaria dicebatur*) *baptizari voluit; apud eum enim Imperator eſt hoſpitatus. Ingreſſus itaque Imperator Hieroſolymam, reſtituto tam Zacharia Pontifice, quam almæ Crucis honorandis ac vivificis lignis in proprium locum, plurimas egit Deo gratias: pulſiſque ab urbe ſancta Hebræis, nec ad tertium milliarium voluit eos eidem appropinquare.* Hæc habent ſæpe citati Annales Theophanis, & alii ex iiſdem mutuati. Adduntur vero iis ex Eccleſiaſticis Ritualibus iſta:

II. Crux ſuo loco reſtituta ab Heraclio.

*Rediens Hieroſolymam Heraclius, ſolemni celebritate ſuis humeris retulit* ſanctiſſimam Crucem *in eum montem, quo eam Salvator tulerat. Quod factum illuſtri miraculo commendatum eſt. Nam Heraclius ut erat auro & gemmis ornatus, inſiſtere coactus eſt in porta quæ ad Calvariæ montem ducebat: quo enim magis progredi conabatur, eo magis retineri videbatur. Cumque ea in re & ipſe Heraclius & reliqui omnes obſtupeſcerent: Zacharias Hieroſolymorum Antiſtes: Vide, inquit, Imperator, ne iſto triumphali ornatu parum Jeſu Chriſti paupertatem & humilitatem imitere. Tunc Heraclius abjecto ampliſſimo veſtitu, detractiſque calceis, & plebejo amictu indutus, reliquum viæ facile confecit, & in eodem Calvariæ loco Crucem ſtatuit, unde fuerat a Perſis tranſportata. Itaque decretum eſt, ut quotannis Exaltationis Crucis memoria celebraretur, quod ibidem fuerit repoſita ab Heraclio, ubi Salvatori primum fuerat conſtituta.*

Feſtum Exaltationis S. Crucis.

Eſt ea dies decimaquarta Septembris. Cæterum etſi eadem ſolemnitas æque Græcis atque Latinis celebris eſt, tamen dicta die Septembris celebrant illi Exaltationis nomine Inventionem ipſam; Latini vero In-

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLXVI. Anno Hegiræ VII. inchoato die 11. Maii fer. 4. A.C. 628.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6121.

☉ 21. CB. ☽ 2. P. 27. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 628.

HONORII PAPÆ 4.

HERACLII IMP. 19.

I. Poſt conſulatus.

IS annus hac formula notatus: *XVIII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XVII.* inquit, Auctor Chronici Alex. qui ſubdit: *Et a XXII. ejuſdem Indict. menſe Januario ſcribitur annus XVI. Imp. Heraclii Junioris Conſtantini.*

II. Judæi ab Hieroſoly. expulſi.

Ad num. I. & II. *Choſroes* Perſarum Rex hoc anno ab Heraclio Imp. debellatus, & a *Siroe* filio jam in Regnum ſublimato interfectus: pax inter Romanos & Perſas ſancita, ligna vivifica Crucis ab *Heraclio* Conſtantinopolim delata, ut anno ſuperiori oſtendimus. *Heraclius* vero nonniſi ſequenti anno Crucem Hieroſolymam reportavit, *Zacharia* tunc Eccleſiæ Hieroſolymitanæ præſidente, ut ibidem viſum eſt. Quare exilium Judæorum a Sancta Civitate, quod Baronius hoc anno recitat, ad ſequentem etiam revocandum.

III. Feſtum Exaltationis Crucis antiquum, Inventionis vero novum.

Quoad Feſtum tam *Exaltationis* quam *Inventionis* Sanctæ Crucis, celebrabatur Hieroſolymis Exaltatio jam a tempore divæ *Mariæ Ægyptiacæ* die decima quarta menſis Septembris, quo Crux e Sacrario proferebatur, & a populo adorabatur, cujus oſtenſionis occaſione converſa eſt Sancta Maria Ægyptiaca, ut legitur in ejus Vita apud Bollandum, ad diem ſecundam menſis Aprilis cap. 3. num. XXII. quomodo vero Crucis illa Exaltatio fieret, oſtendit Codinus libro de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ, cap. 14. num. XXV. Oſtendebatur etiam Crux *in media Jejuniorum hebdomade*, quæ nobis eſt Quadrageſimæ tertia, ut probat Sophronii Epiſcopi Hieroſolymitani Oratio pro ea feſtivitate ſub *Adorationis* titulo: in qua diſerte dicit, *quod in medio Jejunii, adorationis gratia, proponi ſolet Lignum Vitale venerandæ Crucis*: Hinc Eccleſia univerſalis tam in Occidente, quam in Oriente, XIV. Septembris die hoc Feſtum agendum ſuſcepit. Celebrabatur etiam in Eccleſia Hieroſolymitana Feſtum Dedicationis Eccleſiæ Reſurrectionis, ſeu Sanctæ Crucis, quam Conſtantinus Magnus ædificavit, quæque dedicata eſt die XIII. Septembris anno CCCXXXV. ut eo anno oſtendi. Feſtum vero *Inventionis* ſub eo nomine Græcis ignotum fuit. Celebrabatur quidem Romæ tempore Gregorii Magni; cum memoretur in Sacramentario, & in Antiphonario ejus: at Eccleſiarum Urbis exemplum nonniſi ſero ſecutæ ſunt aliæ Occidentis Eccleſiæ, & poſt annum DCCXX. cœpit inter univerſalis Eccleſiæ Feſta communia numerari, ut inquit Joannes Fronto in Romano Kalendario, annis nongentis vetuſtiori, quod Annotationibus illuſtravit. Indeque factum, ut ad diem tertium menſis Maii in genuino Bedæ Martyrologio, nonniſi ultimo loco, quaſi Feſtum recentiori memoria Faſtis additum, notata legatur *Inventio S. Crucis*, poſt longum Alexandri, Eventii & Theoduli Elogium, ut notat Papebrocius ad diem III. menſis Maii, ubi de Inventione Sanctæ Crucis per SS. Helenam & Macarium Hieroſolymis verba facit, qui & refutat quod ſcribit Baro-



Inventionem colunt menſe Majo; dicta autem die Septembris memoriam reſtitutionis ejus ex Perſide Hieroſolymam, quam quidem ſolemnitatem nominant Exaltationem. Diximus de his pluribus in Notis ad Romanum Martyrologium. Quod autem ſub Zacharia Epiſcopo id factum tradunt: ſub Modeſto potius accidiſſe, Suidas affirmat.

III. Heraclius in Syriam ſuperiorem peregrinatus.

Poſtquam autem Heraclius Hieroſolymis Deo juſta perſolvit, eſt peregrinatus in Orientem; peragranſque Syriam ſuperiorem, Edeſſæ eccleſias collatas (ut vidimus) Neſtorianis, illis pulſis, Catholicis tradidit. Ubi autem Hierapoli eſſet in Phrygia, contigit Syroen Perſarum Regem recens creatum, cum ageret ſuæ electionis annum unum, diem obiiſſe, percuſſum a Sarbara duce, ſive Adeſer, qui & ipſe occiſus eſt menſe ſeptimo, ſubſtitutuſque in locum ejus Barrazas: qui cum item menſem ſeptem regnum tenuiſſet, eum Perſæ necarunt, & regnum filio Coſrhois Barahani dicto tradiderunt, qui totidem menſibus regnaſſe dicitur, & ſucceſſorem habuiſſe Hormiſdam; quo a Sarracenis pulſo, delatum eſſe regnum ad Arabes. Sic igitur præpotens formidandum Romanis, collapſum penitus & deſolatum eſt regnum Perſarum. Ita plane juſta Dei ſententia, ubi ſemel cœpit Coſrhoes contra religionem Chriſtianam inſanire, & Cruci Dominicæ dominari velle, una ipſe cum ſucceſſoribus periit extincto penitus Perſarum regno.

Collapſum Perſarum Imperium.

IV. Legationes ad Heraclium.

Porro cum nomen Heraclii ob ingentes res fortiter in bello geſtas toto orbe terrarum celeberrimum redditum eſſet, ad ipſum externi Reges tam ab Oriente quam ab Occidente legationes cum muneribus decrevere. Præſtitit id inter alios ex Oriente (ut ex Theophane (a) Annales produnt) Rex Indorum, qui eidem gratulaturus ob Perſas penitus debellatos, legatos miſit cum margaritis, & lapidibus pretioſis. Ex Occidentalibus vero partibus hoc idem feciſſe Dagobertum Clothari filium conſtat (b), functoſque ea legatione Servatium atque Paternum, qui & pacem ab Imperatore petitam ad Regem, a quo miſſi fuerant, in Gal-

(a) *Theop. an. 22. Heracl.*

(b) *Aimoi. l. 4. c. 21.*

PAGIUS

ronius in Notis ad Romanum Martyrologium, Græcos ſcilicet *Crucis Inventionem* numerare inter mobilia Feſta, tertia die a Reſurrectione Domini celebrandam. Eo enim die Crux quidem exponebatur Hieroſolymis, ſed etiam id duobus aliis diebus fiebat tam Conſtantinopoli, & alibi quam Hieroſolymis, ut mox probavimus. Videndus etiam Florentinus in Notis ad diem XIV. Septembris Martyrologii Hieronymiani, & quæ anno DCXXVI. num. V. diximus.

IV. Neapolis Urbs Palæſtinæ diverſa a Samaria.

Porro *Heraclius* Hieroſolymam proficiſcens Judæum quemdam admodum opulentum, qui in Urbe Tiberiade Chriſtianis valde nocebat, Chriſtianum redditum *in domo Euſtathii Neapolitani baptizari voluit*, ut narrat Baronius ex Auctore Miſcellæ, hicque ex Theophane. Sed quod ait Baronius, *Samariam* tunc *Neapolim* vocatam fuiſſe, ex Stephano in Lib. de Urbibus acceptum ſolide refellitur a Cardinali Noriſio in Diſſert. V. de Epochis Syro-Maced. §. I. & II. Plinius enim lib. 5. cap. 13. inter Palæſtinæ Urbes *Sebaſten* & *Neapolim* nominat, & Hieronymus qui diutius in Palæſtina vixit, & mortuus eſt, in Epitaphio Sanctæ Paulæ notat, Neapolim fuiſſe Veterem *Sichen*, additque: *Vidit* (nempe Paula) *XII. Patriarcharum ſepulcra, & Sebaſtem, ideſt, Samariam, quæ in honorem Auguſti ab Herode Græco ſermone* Auguſta *eſt nominata*. Plura de Samaria & Neapoli doctiſſimus Cardinalis citatus.

V. Zachariæ in Sedem Jeroſolymorum reſtitutio, & Siroæ Regis Perſarum obitus.

Ad num. III. Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXX. qui Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur, poſtquam narravit, Heraclium eo anno *Zachariam* Sedi Hieroſolymitanæ reſtituiſſe, & veneranda ligna loco ſuo reddidiſſe, ait: *Edeſſam profectus, Eccleſiam ſub Choſrois temporibus a Neſtorianis occupatam Orthodoxis reſtituit. Cum Hierapolim veniſſet, Siroen Perſarum Regem obiiſſe, & Adeſer ejus filium Perſarum Regnum conſecutum intellexit. In eum poſt Imperii menſem ſeptimum Sarbarazas rebellavit, & Principe deleto Perſis imperavit menſes duos. Eo ſublato Boranem Choſrois filiam in Regem ſibi præfecere. Quæ Regnum adminiſtravit menſes ſeptem. Huic ſucceſſit Hormiſdas, qui demum a Saracenis ſolio depulſus eſt: ac tandem Perſicum Regnum Arabibus ſubjectum eſt, & in hanc uſque diem ſub ipſis remanſit*, ad initium ſcilicet ſæculi Eccleſiæ noni, quo hæc Theophanes ſcribebat. Verum cum Hormiſda, qui & *Jaſdegirdes* appellatus eſt, anno tantum ſexcenteſimo triceſimo ſecundo Perſarum Regnum adeptus fuerit, poſt mortem aliquot eorundem Regum Interregnum aliquod fuiſſe neceſſe eſt. Elmacinus enim in Hiſtoria Saracenica pag. 12. menſes tantum octo *Siroæ*, & menſes quinque *Ardſiiro* ejus filio ita ab eo vocato aſſignat. Quare circa menſem Aprilis ſequentis Chriſti anni *Adeſer* periit. Perperam autem ſcribit Elmacinus, *Siroen* filium fuiſſe *Mariæ* filiæ Mauricii Imperatoris, quam fabulam ab Arabicis Scriptoribus hauſit Guilielmus Tyrius lib. 1. cap. 2. cum de eo matrimonio *Mariæ* cum Choſroe altum ſit apud Hiſtoriæ Byzantinæ Scriptores ſilentium, & ea fabula conficta ſit ab Arabibus, quod inaudiſſent, *Choſroen* habuiſſe uxorem Chriſtianam, quam *Syram* nuncupatam fuiſſe habent Theophylactus lib. 5. cap. 13. & Evagrius lib. 4. cap. 27. De aliis Perſarum Regibus legendus Elmacinus citatus.

VI. *Legati e Gallia & India ad Heraclium miſſi.*

Ad num. IV. Tam Theophanes, quam Fredegarius cap. 65. teſtantur, *Indorum* Regem, & Dagobertum Francorum Principem Legatos ad Heraclium miſiſſe ob partam ab illo de Perſis Victoriam: ſed Theophanes de illa Legatione Indorum loquitur anno Eræ Alexandrinæ DCXXIII. quæ ideo ante annum Chriſti DCXXXI. peracta non eſt; & Fredegarius, cui conſentit Aimoinus lib. 4. cap. 21. de Legatione Gallicana verba facit anno Dagoberti VIII. a Regno ejus in Auſtria deducto, ideoque anno Chriſti DCXXIX. Addunt Fredegarius & Aimoinus, Francorum Legatos in Galliam reverſos nunciaſſe *Pacem perpetuam cum Heraclio ſe firmaſſe*.

Ad

Gallias retulere. Sed quæ tam læta ſint funeſtiſſima ſubſecuta, aggredimur enarrare.

V. *Heraclius ſuo magno damno ſe ſacris immiſcet dogmatibus.*

Dum enim otioſus Edeſſæ Heraclius Imperator degeret, oblitus ſe eſſe militem atque hominem laicum, magno ſuo damno, velut ſi Epiſcopus eſſet, diſputare cœpit de dogmatibus Eccleſiaſticis. Sergius enim Conſtantinopolitanus Epiſcopus in epiſtola ad Honorium Papam hæc inter alia habet: *Nuper piiſſimus & a Deo coronatus dominus noſter apud Edeſſam demorans civitatem, pios ad nos apices fecit, præcipientes, ut paterna illa teſtimonia defloremus, quæ continentur in libro dogmatico (ſicut dictum eſt) facto a ſanctæ memoriæ Menna ad ſanctiſſimum Vigilium de una operatione & una voluntate; & ſic a Deo inſtructæ ejus ſerenitati dirigere deberemus, quod & ad effectum perduximus. Nos autem quæ dudum mota ſunt, memoria retinentes, & tumultum, qui ex hujuſcemodi motione cœpit, ſcientes, ſuggeſſimus ejus piiſſimæ ſerenitati per mediocrem noſtram ſuggeſtionem & ſcripta ad Sacellarium Imperialem conſequenter hujus capituli ſubtilitatem, &c.* Sic plane accidit, ut feliciſſimus Heraclius, nactus infeliciſſimum præceptorem, pravam ab eo doctrinam acceperit, de qua inferius ſæpius ſuis locis dicendum erit.

VI.

Quod enim totus ferme Oriens diverſis ſcateret hæreticis, potiſſimum vero Eutychianis, & iis qui ex eis provenerant, variis nominibus nuncupatis, inſuper & Neſtorianis etiam univerſam plane Syriam occupantibus, itemque Apollinariſtis, quorum haud numerus erat exi-

PAGIUS

VII. *Geſta ab Heraclio dum Edeſſæ moraretur.*

Ad num. V. & VI. Elmacinus in Hiſt. Sarac. pag. 14. poſtquam narravit, *Heraclium* pace cum perſis inita Conſtantinopolim reverſum eſſe, ait: *Deinde profectus eſt Heraclius Rubam, juſſitque Chriſtianos reverti a Secta Jacobitica ad Orthodoxam; id quod fecerunt. Subſtitit autem Rubæ annum integrum.* Heraclius itaque, qui ut num. V. oſtendi, *Edeſſam*, quam Elmacinus *Rubam*, & hodie Orientales *Orfa*, ſeu & *Robai* appellant, anno ſequenti venit, paulo poſt *Hierapolim* 45. circiter milliaribus ab Edeſſa diſtantem profectus eſt, ubi dum adhuc moraretur, *Athanaſius* Jacobitarum Patriarcha ad eum acceſſit, ſi fides hac in re habenda Theophani ad annum Heraclii XX. Cum vero Hierapoli morans mortem *Siroæ* Perſarum Regis acceperit, eaque ſub currentis anni finem contigerit, ut mox dixi, vel *Siroes* menſibus amplius octo regnavit, vel Theophanes fallitur, dum aſſerit, mortem *Siroæ* Heraclio nunciatam, dum Hierapoli eſſet; res enim tanti momenti tardius nunciari non potuit Imperatori, quam tribus aut quatuor menſibus, poſtquam accidit; & tamen, ſi vera ſcribit Theophanes, & *Syroes* octo tantum menſibus Regnum obtinuerit, hujus mortis nuncium poſt annum integrum ad Heraclium pervenit, quod mihi non perſuaſerim. Denique quod narrat Baronius ex Epiſtola Sergii Epiſcopi Conſtantinop. in Epiſtola ad Honorium Papam, Imperatorem ſcilicet *apud Edeſſam* commorantem ſcripſiſſe ad Sergium *de una Operatione & una Voluntate Chriſti*, pertinet ad finem anni ſequentis, vel ad priores menſes anni ſexcenteſimi triceſimi, ut ex dictis colligitur. Imperator jam ab anno ſexcenteſimo viceſimo ſecundo a *Paulo Severiano* deceptus, ut ibidem oſtendi, conſuluit tum *Sergium* Conſtantinopolitanum, tum *Cyrum* Epiſcopum Phaſidis poſtea ad Archiepiſcopatum Antiochenum tranſlatum, utrum ſcilicet in Chriſto duplex eſſet voluntas, an unica: a quibus illud habuit reſponſum, unam prorſus in Chriſto dicendam eſſe voluntatem & operationem. Neque admodum *Sergio* hujus ſectæ Patrono laborandum fuit, ut ad ſua pertraheret *Heraclium* ſpecioſo unionis titulo, Oriente tunc in varias ſectas miſerandum in modum diviſo; ſed tantum abeſt, ut ejus ſpei ac expectationi exitus reſponderit, ut teſtetur Sanctus Maximus in Epiſtola ad Petrum Illuſtrem, quod *Eccleſia Catholica concordia frueretur, & unanimitate, nec non pacifica, atque fide tranquilla, priuſquam caliginoſam nubem, & ſtridentem fluctum maris ipſe Dæmon turbationis amicus concitaret per Miniſtros ſuos Monothelitas.*

VIII. *Moritur Clotarius II. Francorum Monarcha.*

Mortuus eſt hoc anno *Clotarius* II. totius Franciæ Monarcha, quam *XVI. annos tenuit*, inquit Fredegarius cap. 42. incompletos ſcilicet; cum anno ſexcenteſimo decimo tertio eam adeptus ſit. Quod ſi anni Regni ejus a *Chilperici* patris obitu inchoati numerentur, Fredegarius cap. 56. ſcribit eum demortuum *anno XLV. Regni ſui*. Aimoinus vero lib. 4. anno paterni Regni XLIV. quia ſcilicet prior annos incompletos; poſterior vero annos completos recenſet. Patri enim ſucceſſerat anno quingenteſimo octogeſimo quarto. In quibuſdam Necrologiis dies ejus emortualis notatur *IV. Kalendas Octobris*: ſed incertum, an is dies ad mortem ejus aut ad ejus commemorationem ſeu Officium pro defunctis, ut aliquando fit, referendus ſit. Imo ex triennio, quo Charibertus Aquitanis dominatus eſt, liquet illum citius vita functum eſſe. Baronius ob Clotarii initium triennio tardius conſignatum, mortem ejus differt uſque ad annum DCXXXI. quia vero ex initio Dagoberti Regis ejus filii & ſucceſſoris, univerſa Chronologia Francica fere uſque ad ultimos hujus ſæculi annos pendet, hæc mors, & quæ per aliquot annos eam ſecuta ſunt, relicto Baronii ordine diligenter nobis exponenda. Porro *Clotarius* e vivis exceſſit anno regni *quadrageſimo quinto*, & ter uxorem duxit; ex *Haldetrude* ſuſcepit Dagobertum, ex *Beretrude* Charibertum, nullam vero prolem reliquit ex *Sichilde*; qua de re legendus Cointius anno DCXIX. num. VI.

IX. *Mortuo patre Dagobertus Burgundiam & Neuſtraſiam occupat.*

Ut vero magis conſtet Fredegarium, quem in rerum Francicarum Chronotaxi ducem ac ſigniferum omnes ſequi debent, annos *Dagoberti* ab ejus Regno Auſtraſiano, anno DCXXII ſuſcepto deducere, ideoque quæ anno ſeptimo ejus Regni recitat, partim hoc anno, partim inſequenti geſta eſſe, defero hic quæ anno VII. Dagoberti habet cap. 56. *Anno XLV Regni ſui Clotarius moritur, & in ſuburbana Pariſius in Eccleſia S. Vincentii ſepelitur. Dagobertus cernens genitorem ſuum fuiſſe defunctum, univerſis Leudibus, quos regebat in Auſter, jubet cum exercitu promovere: Miſſos in Burgundia & Auſter direxit, ut ſuum deberent regimen eligere. Cumque Remus veniſſet, per ſuggeſtiones accedens, omnes Pontifices & Leudi* (Vaſſalli ſcilicet nobilio-



exiguus; divinum quoddam viſum eſt improbis Eutychianis inventum, ſi dogma aſſereretur, in quod omnes nominati hæretici pariter convenirent, ſicque pax ſanciretur, dum ſcilicet unica tantum affirmaretur eſſe in Chriſto voluntas. In id quidem conveniſſe Apollinariſtas, certum eſt, qui loco animæ vel intellectus Verbum in Chriſto ponerent: Neſtorianos pariter in eamdem de una voluntate ſententiam conſenſiſſe, qui poſuerunt unionem Dei & hominis ſecundum ſolum effectum & voluntatem: Eutychianos vero liquet fuiſſe peculiares hujus blaſphemiæ aſſertores, cum unam dumtaxat in Chriſto naturam aſſererent. Id quidem ex antiquioribus hujus temporis ſcriptoribus teſtatur S. Maximus in diſputatione cum Pyrrho Monothelita, & ex recentioribus ſanctus Thomas (*a*) affirmat. Vana igitur ſpe illa deceptus putatur Heraclius in unam ſententiam omnes hæ-

*(a) Thom. 3. p. q. 18. art. 1.*



PAGIUS

liores) *de regno Burgundiæ inibi ſe tradidiſſe noſcuntur: ſed & Neuſtraſiæ Pontificum, & Procerum plurima pars Regnum Dagoberti viſi ſunt expetiſſe, Charibertus frater ſuus nitebatur, ſi potuiſſet, Regnum aſſumere. Sed ejus voluntas pro ſimplicitate parum ſortitur effectum. Brodulfus vellens nepotem ſtabilire in Regnum, adverſus Dagobertum muſcipulare cœperat: ſed hujus rei viciſſitudinem probavit eventus.*

X. *Pars Aquitaniæ Chariberto a Dagoberto conceſſa.*

Cap. 57. *Cumque Regnum Clotarii, tam Neptrico* (ideſt, Neuſtraſiano) *quam Burgundiæ, ab Dagoberto fuiſſet præoccupatum, captis theſauris & ſuæ Ditioni redactis: tandem miſericordia motus, conſilio Sapientum uſus, citra Ligerem & limitem Spaniæ, qui ponitur partibus Vaſconiæ, ſeu & montes Pyrenæos, pagos & Civitates, quod fratri ſuo Chariberto ad tranſagendum ad inſtar privato habitu convivendum potuiſſet ſufficere, noſcitur conceſſiſſe: pagum Toloſanum, Catorcinum, Agenninſem, Petrocoreum, & Santonicum, vel quod ab his verſus montes Pyrenæos excluditur, hoc tantum Chariberto regendum conceſſit: quin & per pactionis vinculum ſtrinxit, ut amplius Charibertus nullo tempore adverſus Dagobertum de Regno patris repetere præſumeret. Haribertus Sedem Toloſam eligens, regnat in partem Provinciæ Aquitanicæ poſt anno tertio quod regnare cœpiſſet, totam Vaſconiam cum exercitu ſuperans ſuæ Ditioni redegit aliquantulumque largiorem fecit Regni ſui ſpatium.*

XI. *Dagobertus Nanthildem uxorem accipit.*

Cap. 58. *Dagobertus cum jam anno ſeptimo regnans, maximam partem patris Regnum* (*ut ſupra memini*) *adſumpſit, Burgundias ingreditur. Tanto timore Pontifices, & Proceres in Regno Burgundiæ conſiſtentes, ſeu & cæteros Leudes adventus Dagoberti concuſſerat, ut a cunctis eſſet mirandum. Pauperibus juſtitiam habentibus gaudium vehementer inrogaverat. Cumque Lingonas Civitatem veniſſet, tantam inter univerſis Leudibus ſuis, tam ſublimibus, quam pauperibus* (hic per Leudes vaſſallos & ſubditos intelligit) *indicabat juſtitiam, ut crederetur omnino fuiſſe Deo placibile, ubi nullum intercedebat præmium, nec perſonarum acceptio; niſi ſola dominabatur juſtitia, quam diligit Altiſſimus. Deinde adgreſſus Diviona, immoque & Latona* (Gallice S. Jean de Lone) *reſedens aliquantis diebus totam intentionem ad univerſum Regni ſui populum juſtitiæ judicandum poſuerat. Hujus benignitatis deſiderio plenus, nec ſomnum capiebat oculis, nec cibo ſatiabatur; intenſiſſime cogitans, ut omnes cum juſtitia recepta de conſpectu ſuo remearent. Eodem die, quo de Latona ad Cabillonum deliberarat properare, priuſquam luceſceret, balneum ingrediens, Brodulfum avunculum fratris Chariberti interficere juſſit; qui ab Amalgario, & Arneberto Ducibus, & Villibado Patricio interfectus eſt. Cumque Cabillonum, ubi juſtitiæ amore, quæ cœperat perficiendæ, Dagobertus intentionem dirigit: poſt per Auguſtidunum Autiſiodero pergens, per Civitatem Senonas Pariſius venit, ibique Gomatrudem Reginam Romiliaco villa* (*ubi ipſam matrimonio acceperat*) *relinquens, eo quod eſſet ſterilis; cum conſilio Francorum Nantechildem unam ex puellis de miniſterio in matrimonium accipiens, Reginam ſublimavit*

XII. *Quibus uſus ſit Conſiliarius.*

*Uſque eodem tempore ab initio, quo regnare cœperat, conſilio primitus Beatiſſimi Arnulfi Metenſis Urbis Pontificis, & Pippini Majoris-Domus uſus; tanta proſperitatis Regale regimen in Auſter regebat, ut a cunctis Gentibus immenſo ordine laudem haberet. Timore vero ſic forti ſuæ concuſſerat utilitas, ut jam devotione adreperent, ſuæ ſe tradere Ditioni: ut etiam gentes quæ circa limitem Avarorum & Sclavorum conſiſtebant, eum prompte expeterent, ut ille poſt tergum eorum iret feliciter, & Avaros & Sclavos, cæteraſque gentium nationes uſque manum publicam, ſuæ Ditioni ſubiiciendum fiducialiter ſpondebant. Poſt diſceſſum Beati Arnulfi, adhuc conſilium Pippini Majoris Domus, & Chuniberti Pontificis Urbis Coloniæ utens, & ab ipſis fortiter admonitus, tanta proſperitate & juſtitiæ amore complexus univerſas ſibi ſubditas gentes, uſque dum Pariſius* (*ut ſupra memini*) *pervenit, regebat: ut nullus de Francorum Regibus præcedentibus ſuæ laude fuiſſet præcellentior.* Hæc Fredegarius de rebus geſtis a Dagoberto poſt patris mortem, anno VII. Regni ſui Auſtraſiani, quo eidem ſucceſſit.

XIII. *Errores in Fredegario notati.*

Sed errores duo Librariorum corrigendi. Nam cap. 56. loco horum verborum, *Miſſos in Burgundia & Auſter direxit*, legendum, *Miſſos in Burgundiam & Neuſter direxit*, ut habent Codex MS. Sirmondianus, Aimoinus lib. 4 cap. 17. & Anonymus in Geſtis Dagoberti Regis cap. 15. non enim in *Auſter* Miſſos direxit; cum in Auſtria jam quiete regnaret: ſed in alia Regna, quæ pater ejus tenuerat. In eodem capite 56. de Dagoberto dicitur in Ducheſniana editione, *per ſuggeſtiones accedens*, ſed legendum cum veteri editione, Codice Sirmondiano, & Chronico Sancti Benigni, *Sueſſionas per accedens*, & ſic planus ſenſus erit. Præterea cum anno ſequenti *Dagobertus* Rex ad Cadurcenſes ſcripſerit occaſione ordinationis Sancti *Deſiderii* a ſe in eorum Epiſcopum electi, manifeſtum eſt, eos adhuc ei ſubditos fuiſſe, ideoque *Dagobertum* Cadurcenſem pagum retinuiſſe, donec *Charibertus* pacta conventa firmaſſet. Veroſimile etiam eſt *Charibertum*, ut commodis ſuis magis conſuleret, *Cadurcum* cum quapiam alia Urbe Toloſæ viciniori commutaſſe, v. g. cum Albigenſi, quæ in præfata conventione a *Dagoberto* ceſſa fuiſſe non dicitur in Fredegarii Hiſtoria, in qua etiam non habetur expreſſis verbis *Charibertum* in Cadurcenſis Urbis poſſeſſionem immiſſum eſſe. Nam Fredegarius, qui Epitomen tantum condidit, ad iſta particularia non deſcendit. Capite 57. pace inter utrumque fratrem pacta in medium adducta, ſubdit, Charibertum *poſt annum tertium cum regnare cœ-*

hæreticos conjungendi, ut ejuſmodi de una in Chriſto voluntate aſſertioni faveret, & ſic colore pacis ſummum in Eccleſiam bellum inferret; prout quæ ſunt dicenda inferius, demonſtrabunt.

Ita quidem ab hæreticis Orthodoxos ſæpe deceptos fuiſſe liquet, ut prætextu pacis notam inurerent Catholicæ veritati.

Qui

PAGIUS

*cœpiſſet* totam *Vaſconiam* ſub ſuam poteſtatem redegiſſe. In hac bonorum paternorum partitione *Dagobertum* acerbius duriuſque fratrem tractaſſe inſinuat Fredegarius, qui & capite ſequenti teſtatur, poſt illam concordiam *Dagobertum* Brodulfum avunculum Chariberti, quod ab hujus partibus ſtetiſſet, inhumaniter interfici juſſiſſe. Porro non explico hic verba aliqua duriora Fredegarii in laudatis capitibus expreſſa, aut a Librariis corrupta, quia hæc ad rem noſtram non faciunt.

XIV. *Geſta a Dagoberto primo Regni anno poſt Patris mortem.* Tacere non poſſum tamen in tribus citatis capitibus narrari a Fredegario Geſta *Dagoberti* ſeptimo ejus anno Regni Auſtraſiaci, ac priori in Neuſtria & Burgundia; In priori capite dicitur Neuſtria cum Burgundia poſt *Clotarii* mortem ab ipſo recepta, in ſecundo pars Aquitaniæ *Chariberto* fratri ab eodem conceſſa; in tertio narrantur ejus adventus Lutetiam & conjugium cum *Nanthilde*. Quæ tria capita, videlicet 56. 57. & 58. Fredegarius conjunxit; 57. quidem cum 56. 58. autem cum 57. ubi clarius indicare non potuit, maximam Regni partem, quæ *Clotarii* patris ad mortem uſque fuerat, Burgundiam ſcilicet ac Neuſtriam, *Dagoberto* filio ſeptimum Regni annum in Auſtria tunc agenti obtigiſſe, ipſumque *Dagobertum* eodem anno, in Auſtriæ Regno ſeptimo, ſtatim a patris obitu profectum eſſe in *Burgundiam*, non vero anno ſeptimo a patris obitu, ut perperam interpretatur Chiffletius in Diſſert. de *Annis Dagoberti Regis*, ubi pluribus vulgarem opinionem adverſus Hadrianum Valeſium tueri conatur; cum tamen nulla vulgaris opinio, tanto plauſu tantoque doctorum Virorum conſenſu exploſa rejectaque fuerit, quam quæ a Chiffletio propugnantur. Et quidem jure merito, præterquam enim quod incredibile videatur, *Dagobertum* ſtatim a patris obitu Neuſtriam & Burgundiam, Francorumque Monarchiam non recepiſſe, & *Charibertum* ejus fratrem nonniſi poſt exactum plenum ſexennium partem Regni paterni non poſtulaſſe, communis ille error univerſam fere hujus ſæculi Chronologiam ſuſdeque vertebat, ut in Annalibus Baronii hoc ſæculo in Integrum reſtituendis manifeſtum fiet. Baronius de Regno *Chariberti* anno DCXXXI. de Dagoberti vero matrimonio cum *Nanthilde* anno DCXXXII. differit, ut iiſdem annis videbimus.



I. *Imperium Romanum læſa religione decreſcit.* QUi ſequitur ſexcenteſimus undetrigeſimus Redemptoris annus, Indictione ſecunda, idem vicennalibus Imperatoris Heraclii illuſtratur, ſed ex ejuſdem Heraclii rebus perperam geſtis quiſque prudens potius eum dixerit denſa caligine obſcuratum: ſiquidem hoc anno Monothelitarum hæreſis ita dicta, collecta vero ex Eutychianis, magis magiſque invaleſcere cœpit favore Imperatoris, magno damno totius Orientalis Imperii; quod in hunc uſque annum ad ſummum faſtigium ſublimatum decreſcere cœpit & minui, penituſque proſterni, dum ipſum divina vindicta magna ex parte in manus traditur barbarorum.

II. Ampliſſimis tunc plane notis perſpicue cunctis rem conſiderantibus declaratum fuit, quibus auxiliis fulciatur Imperium ut vindicetur a barbaris, & illis omnibus dominetur, quibuſve ex cauſis minuatur, & in nihilum redigatur. Religio ſiquidem ſancte pieque culta cuſtos eſt, vindexque auctrix & propagatrix Imperii; contra vero ex læſa religione, & fide Catholica hæreſibus lancinata, praviſque moribus labefactata, ut lædatur, atteratur, prorſuſque deſtruatur Imperium, effici conſuevit. Quod ſicut pluribus exemplis in Juſtiniano ſuperiori tomo eſt demonſtratum, ita in Heraclio modo redditur omnibus quam evidentiſſime manifeſtum. Quouſque enim idem Heraclius cultor fuit & cuſtos Catholicæ pietatis, Deum expertus eſt Romani Imperii vindicem & defenſorem, hoſtiumque fortiſſimorum expugnatorem. Ubi vero a Catholica fide deflexit, & ipſe receſſit pariter ab eo Deus, in ejus vindictam hoſtibus hærens. Cum tamen haud inficias eamus, occulto Dei judicio interdum bonos referre mala, deteriores vero rebus proſperis abundare. Quomodo vero adeo luctuoſa contigerint, anno ſuperiori dici cæpta, hoc & ſequentibus annis ſingulis inferius dicturi ſumus: modo autem totius tragœdiæ ſatis ſit pandiſſe originem, quam & reddere ex Theophane in promptu eſt, necnon ex Cedreno & aliis, ex quibus hæc accipe:

*Anno vigeſimo Imperii Heraclii Hormiſda regnat in Perſis. Cum autem eſſet Heraclius apud Hierapolim, venit ad eum Athanaſius Patriarcha Jacobitarum, vir acris & nequaquam ingenii, Syrorum* III.



*in-*

PAGIUS SÆC. VII.

Anno Eræ Hiſpan. DCLXVII. Anno Hegiræ VIII inchoato die 30. April. fer. 1. A.C. 629.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6122.

☉ 22. A. ☽ 3. P. 16. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 629.

HONORII PAPÆ 5.

HERACLII IMP. 20

I. *Poſtconſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *XIX. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XVIII.* & a die XXII. Januarii: *Anno Imperii Heraclii Junior. XVII.*

II. *Origo Monotheliſmi juxta Theophanem.* A num. I. ad IX. Theophanes annos Eræ Alexandrinæ DCXXI. Heracliique XX. utroque Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoato originem Monotheliſmi his verbis declarat: *Hoc anno, cum Imperator adhuc Hierapoli moraretur, Athanaſius Jacobitarum Patriarcha, Vir vafer & pernicioſus, ut ex innata ſibi vafritie ſunt Syri omnes, ad eum acceſſit: motiſque cum Imperatore de fide ſermonibus, ſi modo Synodum Chalcedenenſem vellet admittere, Patriarcham Antiochiæ ſe conſtituturum Heraclius promiſit. Is enunciatis in Chriſto naturis duabus, hæreſim ad tempus ſimulans, propoſitam Synodum probavit, & recepit. Tum vero de Operatione & Voluntatibus Imperatorem interrogavit: Quales aſſerere deceat, geminas an unicam? Imperator inuſitata ſibi vocum novitate implicatus, Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo ſcribit. Is Cyrum Phaſidos Epiſcopum ad ſe accerſitum interrogat, & in unicam voluntatem ac actionem pariter unicam conſentire reperit. Sergius etenim, ceu patria Syrus & Jacobitis parentibus ortus, unam phyſicam volendi actionem, unamque Operationem in Chriſto confeſſus & ſcripto teſtatus eſt. Imperator utriuſque ad invicem comparata ſententia, concordem eis poſtmodum invenit Athanaſium. Ibique namque unam ponendam naturam, ubi una operatio aſſeritur, illi probe notum. Interim Imperator opinionibus iſtiuſmodi inſtructus, utriuſque mentem Joanni Papæ Romano Scriptis ſignificat. Ille eorum hæreſim proſcribit. Georgio vero Alexandriæ Antiſtite vivis erepto, Cyrus in Epiſcopatu ſufficitur*, Idem iiſdem fere verbis legitur in Certamine & Actis Sancti *Maximi* Martyris Monothelitarum oppugnatoris, quæ Combefiſius initio Operum hujus Sancti Martyris a ſe publicatorum præfixit, dicens, incertum eſſe an Theophanes ab Auctore Anonymo illorum Actorum, an is a Theophane eam narrationem acceperit. Horum Actorum meminit Baronius num. V. Idem referunt Cedrenus & Auctor Miſcellæ ex Theophane. Zonaras eandem Hiſtoriam recitat, tacito Athanaſii nomine, & rem Hieroſolymis geſtam poſt Zachariæ in Patriarchatum reſtitutionem ſcribens: *In reditu*, inquit, *Jacobitarum Catholicum, quem illi Patriarcham nominant, Hieroſolymis incuſavit, ut qui Chalcedonenſe Concilium improbaret* &c.

III. *Narratio Theophanis fabuloſa.* Combefiſius in Hiſtoria *Hæreſis Monothelitarum* Diſput. 1. paragrapho 6. obſervat, hæc pugnare cum iis, quæ ab aliis narrantur de congreſſione Pauli Severiani cum Heraclio, & laudatis Scriptoribus abrogandam potius eſſe fidem, quorum ſat fuit unum cœpiſſe, ut nullo alii judicio ſecuti ſint. Aliquibus poſtea argumentis hanc Athanaſii cum Heraclio congreſſionem oppugnat, quibus hæc verba ſubiicit: *Plu-*

*ra*

*inditas verſutias poſſidens ; & moto de fide ad Imperatorem ſermone , repromiſit ei Heraclius , ſi Chalcedonenſem Synodum ſuſcepiſſet , Patriarcham illum Antiochiæ ſe fore facturum .* Commendatione quidem digna Heraclii recta erga Catholicam fidem intentio ; ſed dum putat imprudens ſe fidei recte conſulere , perdit eam , ſeque ipſum in erroris foveam dat præcipitem .

IV. Origo malorum omnium.

Sed attende , quæſo , lector , unde fluere incipiat ſtilla , ex qua diluvium Orientem obruens emanavit . Damnatum hominem Eutychianum adverſarium Chalcedonenſis fidei legibus prædeceſſorum Imperatorum , eumdemque aliis dignum ſuppliciis ; quod impiorum ſe ducem feciſſet , ſurripuiſſetque uti ſacrilegus Patriarchæ nomen , pluribus digne pœnis afficiendum ; eundem hunc ipſum ad colloquium curioſe & libenter magno ſuo damno Imperator admittit , prohibente Apoſtolo ejuſmodi ſceleratis nec brevem quidem ſalutationem , Ave , ſcilicet , impertiendam , ipſo dicente ( *a* ) : *Si quis venit ad vos , & hanc doctrinam non affert , nolite recipere eum in domum , nec , Ave , ei dixeritis . Qui enim dicit illi , Ave , communicat operibus ejus malignis .* Hinc quidem omne proveniſſe malum Principibus Chriſtianis , Conſtantio , Valenti , Theodoſio Juniori , Juſtiniano , ac demum Heraclio , ipſa declararunt eventa .

(*a*) 2. *Joan.* 10.

V. Heraclius levis corde.

In rebus geſtis ſancti Maximi abbatis & martyris præcipui oppugnatoris hæreſis Monothelitarum , cujus cauſa & martyrium ſubiit , eadem de Athanaſio perditiſſimo impoſtore narrantur , & de Heraclio , cujus ſive ſimplicitatem , ſive mentis levitatem condemnat ; dum putans ſe illum ad Catholicam fidem poſſe perducere , ipſius inventus eſt eſſe captivus , triplici funiculo vinctus , Athanaſii , Cyri , & Sergii ; dum quæ illi de unica voluntate Athanaſius verbis doloſis , quaſi Orthodoxus eſſet , inſtillat , eadem poſtea propinavit ejus collega Cyrus Epiſcopus Alexandrinus , eademque Sergius & ipſe iiſdem vinculis irretitus . Principia autem iſta minime cavens Heraclius , magnorum malorum extitit ſibi auctor ; nam audi conſilium Athanaſii .

VI. Athanaſius ſimulat ſe Catholicum.

Ubi impius ampliſſimam adeo ab Imperatore pollicitationem factam audivit , nempe potiturum ſe Patriarchatu Antiocheno , ſicque fore ut Orientalibus omnibus dominaretur Eccleſiis & Orthodoxis , ac pro arbitrio dimovere poſſet Catholicos profeſſores Præſides Eccleſiarum ; nihil cunctatus , ſe facturum ſpondet , quod ab eo exigebat promiſſio Imperatoris . Statuit igitur animo , ut ſimulate ad breve temporis ſpatium ſe exhiberet fidei Catholicæ aſſertorem . Rarum quidem reperitur exemplum , ut quis pollicitationibus illectus , in Catholicam receptus Eccleſiam , in ea ſincere permanſerit : quod & oſtendit S. Heronymus , dum invehitur in Joannem Hieroſolymitanum Epiſcopum ex Macedoniano Catholicum redditum , ſed emptum pretio Epiſcopatus . Pergit vero auctor :

PAGIUS

*ra hic devoranda , ac plane gratum faciet , ſi quis digeſtiora protulerit .* Quæ cum legiſſet Jacobus Goarus Vir doctiſſimus ejuſdem ſodalitii Dominicani , in Notis ad Theophanem pag. 609. affirmavit , leviora eſſe Combefiſii tela , quam quibus confodiatur Theophanes , & Hiſtoriæ ab eo conſcriptæ veritas lædatur . Combefiſius notas poſteriores ad Theophanem adjecit , viditque Goari reſponſiones ad ſuas conjecturas , & quaſi hæ defendi non poſſent , illas ſilentio diſſimulavit . Denique fuit qui Goari rationibus perſuaſus , ſcripſerit , eſſe qui de luce Solis ambigant in meridie . Verum Theophanem in hac narratione ſummopere erraſſe , eamque jure merito Combefiſium de errore ſuſpectam habuiſſe , evidenter meo judicio pateſcet , ſi certa ab incertis ſecernamus .

IV. *Quæ certa ſunt in Hiſtoria Monothelitarum .*

Certum primo eſt , *Heraclium* anno DCXXII. cum *Paulo Severiano* collocutum eſſe de una Operatione Chriſti , & anno DCXXVI. dum in Lazica eſſet , *Cyro* tunc Phaſidis Epiſcopo injunxiſſe , ut peteret a *Sergio* Epiſcopo Conſtantinop. an una operatio vel duæ in Chriſto fuerint , huncque ad *Cyrum* diverſa de una operatione & una voluntate Chriſti ex libello Mennæ falſo adſcripto teſtimonia miſiſſe . Certum eſt ſecundo , *Sergium* in Epiſtola ad Honorium Papam anno DCXXXIV. ſcripta , aſſerere ab illo congreſſu *Heraclii* cum *Cyro* uſque ad annum DCXXXIII. quo Cyrus tunc Epiſcopus Alexandrinus jam Monotheliſmum amplexus , aliqua Decreta ad hujus hæreſeos defenſionem in Synodo Alexandrina condidit , de hac quæſtione actum non fuiſſe : *& ſilentium quidem* , inquit Sergius , *ex illo tempore hujuſmodi ſuſcepit Capitulum ;* quod is ad Honorium Papam non ſcripſiſſet , ſi mendacii argui potuiſſet ; cum in ea Epiſtola Pontifici Romano rationem reddat de iis , quæ in ea re , cujus Imperator pars ſumma erat , hactenus geſta eſſent . Certum eſt tertio , Epiſtolam *Cyri* ad *Sergium* , in qua meminit diſputationis *Heraclii* cum *Paulo Severiano* , ſcriptam eſſe anno ſexcenteſimo viceſimo ſexto , non vero currenti Chriſti anno , uti ſcripſit Baronius , & Combefiſio ac Goaro perſuaſit . Certum eſt quarto , qui de colloquio Imperatoris cum *Paulo Severiano* mentionem fecere , de colloquio ejuſdem Imperatoris cum Athanaſio tacuiſſe , & viceverſa . Certum eſt quinto , *Athanaſium* natione Syrum ambiiſſe Epiſcopatum Antiochenum , cum id tradat Antiochus Monachus homilia 130. & præterea illum Monothelitam fuiſſe . *Sophronius* enim Epiſcopus Hieroſolymitanus in ſua Synodica , ubi duas profeſſus eſt Operationes in Chriſto , diſerte anathema in Monothelitas pronunciat , aitque : *Cum quibus & eorum impietatis ſucceſſores , anathema ſint & catathema , Athanaſius pariter Syrus , Apozygariuſque ille Anaſtaſius , & qui eorum inconvenientem convenientiam inconvenienter , & indocte ſuſcipiunt .* Certum denique Theophanem perperam ſcripſiſſe Imperatorem *Sergii* & *Cyri* de una Chriſti operatione mentem Joanni Papæ literis ſignificaſſe . Hic enim ante annum DCXL. Eccleſiæ Romanæ non præfuit , ideoque Theophanes loco *Honorii* Papæ *Joannem IV.* ſuppoſuit .

V.

His poſitis Theophanis error manifeſtiſſimus eſt : congreſſionem enim Heraclii cum *Paulo* confundit cum congreſſione ejuſdem Imperatoris cum Athanaſio , ſive hæc vera , ſive commentitia ſit ; & quæ geſta ſunt anno primo ac quinto belli Perſici , ſive annis Chriſti DCXXII. & DCXXVI. fingit hoc anno , qui ſecundus eſt a pace cum Perſis conſtituta , contigiſſe : Imperatorem Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo de hac quæſtione ſcripſiſſe , huncque *Cyrum* Phaſidos Epiſcopum ad ſe accerſitum de eadem interrogaſſe ; cum e contra *Cyrus Sergium* de una Chriſti Operatione per literas conſuluerit . Quod ſi quæ Theophanes narrat , vera eſſent , in literis Sergii & Cyri , recitatis in ſexta Synodo generali , non *Pauli* , ſed *Athanaſii* mentio fieret : cum tamen , in ea Synodo , & in Concilio Lateranenſi nulla ſit *Athanaſii* mentio . Sicut itaque Theophanes *Joannem* Papam pro *Honorio* , ita & *Athanaſium* Syrum pro *Paulo Severiano* ſumſit ; literaſque , quæ occaſione colloquii Pauli cum Imperatore ſcriptæ fuere , occaſione alterius congreſſus Athanaſii cum eodem Imperatore datas perperam arbitratus eſt ; idque eo tempore quo altum de una Chriſti operatione aut de pluribus ſilentium erat .



VII. Heraclius conſulit Sergium.

*At ille* , Athanaſius ſcilicet , *ſimulate ſuſcepit Synodum , confitens duas in Chriſto naturas . Interrogavit autem Imperatorem de operatione & voluntatibus , qualiter has in Chriſto oporteret dicere duplas , an ſimplas . Tunc Imperator voce novitatis conſternatus , ſcribit Sergio Conſtantinopoleos Epiſcopo : advocat etiam Cyrum Phaſidis Epiſcopum , & hoc interrogato , reperit eum conſentientem Sergio in unam voluntatem & unam operationem . Sergius enim , utpote Syrus genere ac parentibus Jacobitis exiſtens , unam naturalem voluntatem & unam operationem in Chriſto reſcripſit , atque confeſſus eſt .* Uſque in hanc diem Catholicum ſe eſſe , idem Sergius profeſſus fuit , ab omnibuſque ut Catholicus habitus & auditus : ubi vero modo Imperatorem vidit ancipitem , in errorem ipſe ſeductus ſeduxit etiam Heraclium , ſicque eamdem hæreſim poculo aureo propinavit Imperatori : nam Idem ſubdit :

VIII. Cyrus ſubdole conſulit Sergium.

*Aſt Imperator utriuſque acquieſcens conſilio , reperit & Athanaſium eis conſentientem : noverat enim , quia ibi una operatio reperitur , ubi & una natura cognoſcitur .* Ita Athanaſius Eutychianus . Verum quod dicit auctor , eſſe repertum Cyrum conſentientem Sergio : ita quidem foris apparebat , eo quod tentatus Cyrus litteris Imperatoris , conſulit Sergium ; a quo ductus eſt in errorem . Sed ſimulate callidus homo agebat , dum ( ut primo ingreſſu facere ſolent hæretici ) ſic dubitare ſe ſimulat , ut in dubitationem primum alios coniiciat ; ſicque altero pede dimotos , uno poſtea ictu facile in terram proſternat . Sed audi epiſtolam ejuſdem Cyri tunc ad Sergium ſcriptam , recitatam vero in Actione decimatertia Sextæ Synodi , ſed dure admodum Latinitate donatam , his verbis :

IX. Cyri ep. ad Sergium.

*Deo honorabili meo domino benigno , principi paſtorum , patri patrum , univerſali Patriarchæ Sergio a Cyro humili veſtro .*

*Prompto me exiſtente , præſentem ſuggeſtionem porrigere Deo honorabili domino meo , diverſæ mihi ſubibant cogitationes , & in duabus ſententiis animum partiebar : pu-*

PAGIUS *Theophanes confundit congreſſum Pauli Severiani cum Heraclio cum alio congreſſu .*

VI. *Congreſſus Athanaſii cum Heraclio fabuloſus .*

An vero de eadem quæſtione Imperatorem inter & Athanaſium Syrum congreſſio aliqua fuerit , quove tempore , utrumque incompertum . Plane autem falſum , *Athanaſium* Jacobitarum fuiſſe Patriarcham ; cum Auctor Chronici Orientalis Patriarcharum Jacobitarum accuratum Catalogum ſcripſerit , ejuſque non meminerit . Hunc Theophanis errorem agnoviſſe videtur Zonaras , cum *Athanaſium* Syrum Jacobitarum *Catholicum* a ſuis Patriarcham appellatum fuiſſe dicit . Primates enim aliqui , tam Antiochenæ , quam Alexandrinæ Sedi ſubiecti , vocati ſunt *Catholici* , quod eorum Juriſdictio & Diœceſis tam ampla eſſet ut nomen *Catholici* ſeu Univerſalis ſibi debitum videretur . Hinc Procopius , qui tempore Juſtiniani Imperatoris vixit , lib. 2. de bello Perſico cap. 25. de Perſarmeniis loquens ait : *Chriſtianorum Antiſtitem Græco vocabulo Catholicum idcirco appellant , quod unus univerſæ præſit Regioni .* Qua de re legendus Ducangius in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis , in voce *Catholicus* . Quare *Athanaſius Syrus* videtur unus fuiſſe ex illis Catholicis , qui Patriarchæ Antiocheno ſubdebantur , qui ideo Patriarchatum illum ambiebat . Non opus eſt hic reſpondere ad argumenta Goari , quia Chronologia Eccleſiaſtica nunc in integrum reſtituta ſe ipſis ruunt . Cæterum *Heraclius* , quo ſibi in Catholicam fidem videbatur zelo , nihil non movebat , ut hæreticos Eccleſiæ conciliaret . Indeque eandem quam in *Paulo Severiano* operam putavit ſibi navandam in *Athanaſio* Jacobitarum Catholico , ut duplicis ſectæ conciliatis capitibus , reliqui facile Magiſtris adhærerent : Si tamen ſecundus iſte congreſſus fictitius non eſt .

VII. *Epocha Epiſtolæ Cyri Epiſc. Phaſidis ad Sergium Ep. Conſtantinop.*

Ad num. IX. & ſeqq. Baronius narrationi Theophanis de congreſſu Heraclii cum Athanaſio ſubjungit Epiſtolam , quam *Cyrus* Phaſidis Epiſcopus ſcripſit ad *Sergium* Patriarcham Conſtantinop. qua Cyrus percontanti Heraclio de quæſtione ab *Athanaſio* mota reſponderit ; cum tamen nulla ſit in ea Athanaſii mentio , ſed dumtaxat juſſionis *Heraclii* ad *Arcadium* Cypri Epiſcopum adverſus Paulum Severianum ; eaque Epiſtola data fuerit anno ſexcenteſimo viceſimo ſexto , ut ibidem demonſtravi , aliquot ſcilicet annos ante congreſſum *Athanaſii* cum *Heraclio* . Ex quo evidens eſt , Theophanem *Paulum Severianum* cum *Athanaſio* Jacobita confudiſſe , & Baronium ab eo deceptum Cyri ad Sergium Epiſtolam , quam integram recitat triennio tardius conſignaſſe .

VIII. *Ruſticus Epiſc. Cadurcenſis nefarie occiditur .*

Quæ *Dagobertus* Rex Francorum anno VII. Regni ſui Auſtraſiani exeunte geſſerit , anno ſuperiori retulimus , oſtendimuſque ſecundum *Chariberti* ejus fratris Aquitaniæ Regis , ut vulgo ap-

*putas ne, inquam, docenti conſentiam? Altiora te ne quæſieris, & potiora te ne ſcrutatus fueris? Et clauſtra labiis imponens, ſilere ſtudebam. Aut auſcultem ne eum, qui dicit: Quærens quære, & apud me mane? Deinde in hoc me ipſum ſufficienter examinans, etiam ſcribendi ſumebam fiduciam, cum ter beatitudinis veſtræ a Deo inſpiratam doctrinam in mentem recipere ſatisfactus *, quod unum e duobus, ſive utrumque ex hoc mihi conquiretur. Aut enim inquam, ſuſcipiar: aut per omnia emendabor in his quæ ſuggeruntur, ſi non ita ſe habent:*

* perſuaſus.

X. Latens fraus hæreticorum

*Dum dignus fuiſſem effectus Deo honorabilis piiſſimi veſtigiis a Deo confirmati noſtri domini*, Imperatoris ſcilicet, *ſimulque & Deo imitabilem ejus condeſcenſionem indeptus, fiduciam capiebam divinam juſſionem ejus ſerenitatis relegendi, quæ ad Arcadium ſanctiſſimum Archiepiſcopum Cypri contra Paulum Primatem Epiſcoporum minime Deo decenter conſtructa eſt. Cujus laudabilis ac Deo amabilis vere eſt omnis quidem intentus piam & (immaculatam noſtræ fidei rectitudinem allegans, duas autem operationes in Domino noſtro Jeſu Chriſto poſt unitionem Deitatis probibet *. Eam inveniens abnuebam, & proferre tentabam honoratiſſimam Leonis epiſtolam, duas operationes cum alterutrius ſcilicet communione, quemadmodum docet ſanctiſſimus dominus meus, proclamantem. Ex hoc ergo deinceps vobis or-*

* perhibet

PAGIUS

appellabatur, anno VIII. ejuſdem Dagoberti inchoatum eſſe. Ipſo vero initio anni VIII. Dagoberti ingens facinus in urbe Cadurcenſi in modum perinſulæ a fluvio Lotio cincta, patratum eſt, ut ſcribit Auctor Anonymus, qui Vitam Sancti Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis ſcripſit, publicatam primo a San-Marthanis in Gallia Chriſtiana, & poſtea a Labbeo Tomo I. Novæ Biblioth. pag. 699. *Sub iiſdem ferme diebus*, inquit Anonymus cap. 5. *finiente anno ſeptimo Regni Dagoberti, & incipiente octavo, Ruſticus Epiſcopus Cathedræ Cadurcinæ præſidens, ſeptimo autem & eo amplius anno Pontificatus ſui adminiſtrato a perſidis & ſceleſtis incolis interemptus eſt: ob quod conturbatio magna facta eſt in Eccleſia, non ſolum in Urbe Cadurca, ſed etiam in Regis Aula; ſiquidem vehementer ira Regis commotæ terribilia valde promulgavit Decreta; adeo ut alii obtruncati, alii interempti, alii exilio damnati, alii etiam perpetua ob hoc ſervitute addicti ſunt*, &c. Addit Anonymus cap. 9. Sanctum *Deſiderium* ejus fratrem ac ſucceſſorem ſub initium ſui Pontificatus Baſilicam ædificaſſe ultra annis ripam, *eo in loco, quo germanus ejus Ruſticus quondam fuerat interemptus*, eamque B. Petro Apoſtolorum Principi dedicaſſe Guillelmus vero Crucis in Hiſtoria Epiſcoporum Cadurcenſium de hac cæde verba faciens, ait: *Hujus cædis miniſtros lanios fuiſſe, hodieque a laniis Cadurcenſibus, quotannis die D. ipſi Stephano Urbis ac Sedis Patrono Sacra (in quam ſcilicet ſcelus illud inciderit) cultros lanios aræ primariæ ædis Protomartyri dicatæ, ad utrumque latus imponi noverit, totumque diem inibi erectos conſpici in patrati olim parricidi Monimentum odio poſterorum perpetuo confirmandum.*

IX. *Et quidem menſe Martio hujus anni.*

Verum, ut ad annum rei geſtæ veniam, in die cædis, qui nos ad annum ducit, fallit traditio illius Civitatis: eo enim modo ſingulis annis infamia Sedi Cadurcenſi illata eluitur in die Sancti Stephani, non quod eo die crimen commiſſum fuerit, ſed quia ea ſolemnior, & Eccleſia, utpote Sancto Stephano dicata majori populi concurſu frequentatur, ſicque injuria majori auctorum ſceleris ignominia reſarcitur. Incipiebat annus octavus Dagoberti Regis, ipſo die, quo inauguratus fuerat, qui juxta loquendi modum Antiquorum a me parte 2. cap. 2. num. 12. & 24. Diſſertationis Hypaticæ explicatum, primus appellabatur anni alicujus Imperatoris, & ultimus anni, qui illum præceſſerat; adeo ut diverſo reſpectu idem dies primus & ultimus nuncuparetur. Quare cum annus VIII. Dagoberti a die Sancto Stephano ſacra initium ſumere non poſſit, illud crimen eo die peractum non fuit. Porro *Dagobertum* anno DCXXII. ipſo menſe Martio, ad Auſtraſiæ Regnum ſublimatum eſſe, ideoque & eo menſe, die, quo is octavum Regni Auſtraſiani annum inchoavit, *Ruſticum* interfectum eſſe certo colligitur ex duobus Actis autenthicis ab Anonymo citato cap. 7. & ſeq. relatis. Primum eſt Præceptum Regium, quod *Epiſcopis & Ducibus cunctoque populo Galliarum finibus conſtituto* inſcribitur, datumque legitur *ſub die VI. Idus Aprilis, anno octavo Dagoberti Regis*, ut in Codice Moiſſacenſi, ex quo illa Vita deſcripta, non vero *ſub die Idus Aprilis*, ut perperam Sammarthani & Labbeus laudati, qui & in ea exaranda alia errata admiſerunt, ut obſervat Mabillonius Tom. III. Vet. Analect. in Diſſert. *De die & anno ordinationis, itemque obitus Deſiderii Cadurcenſis Epiſcopi*. Secundum eſt *Indiculus Dagoberti Regis ad Dominum Sulpitium Epiſcopum*, ſcilicet Bituri cenſem, ut *Deſiderius* in locum Ruſtici fratris Epiſcopus ſubrogetur: *Proinde dum vos arcem Metropolitani ſcimus tenere, præſentes apices cum debito ſalutationis officio Almitati veſtræ ſtuduimus deſtinare, petentes, ut ad eum benedicendum properare debeatis, & literas ad Comprovinciales veſtros dirigatis, ut & illi adeſſe debeant, ut canonice & juxta Apoſtolicam inſtitutionem ſub veſtri præſentia in Paſchali ſolemnitate Pontificali benedictione debeat confirmari. Illud etiam ante omnia ſupplicamus, ut nos in ſanctis ac Deo placitis orationibus veſtris Domino commendetis, & ad explendum hoc negotium nullam moram faciatis.* Hic Indiculus eſt ſine die menſe ac anno Dagoberti Regis; eum tamen anteceſſiſſe Præceptum neceſſe eſt, quia Paſcha hoc anno celebratum die decima ſexta menſis Aprilis, Præceptum vero emiſſum die octava ejuſdem menſis, & intra ſpatium octo dierum Rex voluntatem ſuam Aquitaniæ Primæ Metropolitano, hic regiam voluntatem cæteris illius Provinciæ, quæ late patet, Præſulibus ſignificare, iidemque Antiſtites a ſuo Metropolitano vocati ad Synodum convenire non potuerunt.

X. *S. Deſiderius Epiſc. Cadurcenſis ordinatur.*

Menſe itaque Martio Rex accepit nuncium de morte *Ruſtici*, ſtatimque *Deſiderium* Theſaurarium ſuum, ut in Præcepto appellatur, fratrem *Ruſtici* per Indiculum Bituricenſium Antiſtiti, Aquitaniæ Primæ, in qua *Cadurcum* ſitum eſt, Metropolitano commendavit ſerius vero poſtquam reſcivit, Civium Abbatumque Cadurcenſium vota hoc expoſcere, ut *Deſiderium* Epiſcopum haberent, Præceptum direxit die octava menſis Aprilis. Is ordo rerum geſta-



*orto ſermone, venerandam ſuggeſtionem a Deo inſeperabilium veſtrorum ad relegandam jubebar ſuſcipere, quæ dicebatur & putabatur præfatæ piæ juſſionis eſſe reſcriptum: mentionem enim faciebat illius Pauli, qui & Sauli*: Severiani videlicet hæretici, qui (ut dictum eſt) in Armenia convenit Heraclium Imperatorem in expeditione adverſus Perſas degentem. Sed pergit Cyrus.

XI. Cyrus dum Sergium conſulit venenum ſpargit.

*Opportune ergo nunc ſilentium gerere, & nequaquam contradicere perſtruebar: verum ad eruditam a Deo doctrinam confugere didici, venerabiles ejus ſyllabas poſtulans promereri, liquidius declarantes qualiter duas operationes poſt unitionem dicere recuſantes, in una, id eſt, ſingulari operatione in omnibus divinis elogiis poſſumus concludere tam quod paſſibile, quam quod impaſſibile ipſius ineffabilis diſpenſationis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti: quatenus a Deo illuſtrata eruditione Deo inſtructorum veſtrorum illuminata imperitia noſtra, forſitan vel in hoc imitabitur pinguiſſimam atque fertilem terram; ſeminatamque verbi gratiam libenter ſuſcipiens, ad fœcunditatem ſalvum perducet. Deo acceptas denique ſui orationes ſolite miniſtrare, tam meæ parvitati, quam iis qui mecum ſunt, benignus meus dominus dignetur.* Et ſubſcriptio. *Cyrus humilis exorans pro honoratiſſima vita. Deo*

PAGIUS

ſtarum fuit, & *Deſiderius* factus eſt *Epiſcopus ſub anno VIII. Dagoberti Regis, temporibus piiſſimi Eraclii Imperatoris*, inquit Anonymus. Quæ Deſiderii ordinatio cum nulla mora facta, ut Rex jubebat in Indiculo, peracta fuerit, ut dubitandum non videtur manifeſte patet *Dagobertum* annum VIII. Regni ſui auſpicatum eſſe ipſo menſe Martio currentis Chriſti anni, cum eo ineunte *Ruſticus* occiſus, & *Deſiderius* ejus frater ac ſucceſſor medio menſe Aprili conſecratus fuerit, perexiguo inter mortem illam, alteriuſque in locum interfecti ſubrogationem intervallo interjecto; ac ex neceſſaria ſequela *Dagobertum* anno DCXXII. menſis Martii die incerto Regem Auſtraſiæ renunciatum eſſe. Quare dies Sancto Stephano ſacra & dies inaugurationis *Dagoberti* nullo pacto ſociari poſſunt, nec alia ratio iniri, ut tam Indiculus, quam Præceptum Dagoberti Regis cum Fredegarii & Anonymi narratione concilientur.

XI. *Annus quo ordinatus S. Deſiderius hactenus magnis tenebris circumſeptus.*

Qui *Dagoberti* Regis annum octavum, quo *Deſiderius* Epiſcopatum per menſem Aprilem adeptus eſt, a morte *Clotarii* patris annoque Chriſti DCXXVIII. numerant, explicare non poſſunt, quomodo *Deſiderius* anno octavo Dagoberti, ac Feſtis Paſchalibus menſe Aprili celebratis conſecratus fuerit, ut oſtendit Cointius hoc anno num. V. Verum non minor eidem Cointio, aliiſque omnibus, qui annum illum VIII. Dagoberti ex ejus Regno Auſtraſiano deducunt, difficultas hactenus obverſata eſt, ex qua ſe ſe extricare non potuerunt, quia videlicet pro certo poſuerunt, pagum Cadurcenſem cum aliis Aquitaniæ *Chariberto* Regi a Dagoberto fratre poſt *Clotarii* Regis mortem, pacemque inter utrumque fratrem initam, conceſſum fuiſſe. Hadrianus Valeſius cui tantum debet Hiſtoria Dagobertina, in *Defenſione Obſervationis de annis Dagoberti I.* cap. 10. dicit, Anonymum, qui Vitam *Deſiderii* edidit, Auctorem recentem eſſe, qui de rebus veteribus ſcripſit, ideoque non magni eum habendum: neque ex eo aliquid certi, ſinceri & incorrupti erui poſſe. In fine enim Vitæ ejuſdem Sancti hæc leguntur: *Nos vero libenter fatemur, quod nullum Eccleſia Paſtorem poſt ejus abſceſſum ſimilem ei habere potuerit*. Qui dicit plurimos Eccleſiæ Cadurcinæ Epiſcopos poſt Deſiderium fuiſſe, quorum nemo ejus ſimilis extiterit: ſatis aperte oſtendit, ſe longiſſime ab ætate ejus abfuiſſe, & diu poſt Deſiderium ſcripſiſſe, inquit Valeſius. At licet negari non poſſit, Anonymum illum ſcripſiſſe Sancti Deſiderii Vitam medio circiter, ſæculo octavo, aut forte etiam tardius, nihil tamen inde concludi poteſt adverſus annum ordinationis hujus Sancti Antiſtitis; cum ea non tantum ab eo ſemel & iterum cum anno octavo Dagoberti Regis conjungatur; ſed etiam ab ipſomet Dagoberto, qui in Epiſtola ſua ſeu Indiculo ad Epiſcopum Bituricenſem, diem, qua ea fieri debet, Feſtum nempe Paſchatis, & in Præcepto a ſe de eadem ordinatione ad Cadurcenſes ſcripto, *diem ſextum Idus Aprilis, & annum VIII. Regni ſui* diſerte memorat. Non igitur Anonymus hac in re erroris argui poteſt, qui nihil in ſua narratione dicat, quod ex literis Regiis non comprobetur. Illud itaque Valeſii argumentum militat tantum contra Mabillonium, qui Tomo 3. Vet. Analect. in Diſſert. *de Anno & die ordinationis, itemque obitus Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis* exiſtimat, eam Vitam elucubratam eſſe *ab Auctore gravi & æquali*.

XII. *Charibertus in pago Cadurcenſi numquam regnavit.*

Idem Mabillonius & Cointius laudatus num. VI. recte viderunt annum VIII. Dagoberti Regis in ejus Præcepto expreſſum, referendum eſſe ad annum VIII. Regni ejus Auſtraſiani, & *Deſiderium* circa Feſta Paſchalia currentis anni conſecratum eſſe; ſed uterque graviter erravit, in eo quod exiſtimavit, *Cadurcenſes* modico ſpatio temporis interjecto poſt Deſiderii ordinationem veniſſe in poteſtatem *Chariberti* cum aliis Aquitaniæ populis a Dagoberto ipſi conceſſis; ita ut *Charibertus* nonniſi poſt Paſcha præſentis anni Aquitaniæ Rex dictus fuerit. Inde enim ſequeretur, eum tantum per biennium in Aquitania regnaſſe; cum tamen Fredegarius teſtetur, *Charibertum* tertio Regni ſui anno demortuum. Verum quidem eſt ad hanc rationem Cointium anno DCXXX. num. IV. reſpondere, hunc Fredegarii locum cap. 57. *Poſt annum tertium, quod regnare cœpiſſet, totam Vvaſconiam ſuæ Ditioni redegit*, ſic reſtituendum: *Poſt annum cum regnare cœpiſſet* expuncta ſcilicet voce, *tertium*, e Fredegarii textu. At Chifſletius in Diſſert. *de Annis Dagoberti primi* cap. 1. reſponſum illud vanum eſſe oſtendit; cum vulgata editio Ducheſnii, & alii omnes Codices Fredegarii vetuſtiſſimi vocem illam *tertium* repræſentent: candemque lectionem confirmarint ſexcentis ab hinc annis Benignianus Beſuenſis, & Virdunenſis Chronographi, qui *Fredegarium* ſublegunt, ac tantum non deſcribunt. Ex quibus tandem omnibus conſequens eſt, quod ſi *Sanctus Deſiderius* Feſtis Paſchalibus anni Dagoberti in Auſtraſia regnantis Epiſcopus Cadurcenſis ordinatus eſt, quod in dubium revocari non poſſe videtur, *Charibertum* nunquam in ea Urbe ſupremum Dominium obtinuiſſe, & *Dagobertum* in Diplomatis Regni Auſtraſiæ Urbes

| CHRISTI 629. | HONORII PAP. 4. | HERACLII IMP. 20. |
| --- | --- | --- |

*Deo honorabilis domini mei ſuggeſſi*. Huc-uſque Cyri epiſtola, quæ Sergium male conſultum in dubitationem primum inducens, ad ruinam illi viam aperuit.

XII. *Non immiſceant ſe dogmatibus Principes.* Ex his puto intellexiſti lapſum Heraclii, qui dum in Paulum Severianum hæreticum agit, ſe ipſum in eam hæreſim conjeciſſe declaravit, qua duas in Chriſto voluntates & operationes negavit eſſe dicendas. Suo ſemper damno ſe immiſcuiſſe Principes in dogmatibus decernendis, plurimis ſuperius eſt declaratum exemplis: quod maxime in Heraclio perſpicuum demonſtratur, qui ſtudens parti alteri, quaſi veritatem defendens pene neſciens, in profundum labitur hæreſis, qua infelix præclare partam tot victoriis gloriam obſcuravit; ut quæ inferius ſuis dicentur locis apertiſſime declarabunt. Satis Principi ad ſalutem, ut obortas de fide quæſtiones deferat ad primam ſedem, a qua controverſiæ dirimantur, cujus arbitrio (ſi cauſa exigat) & univerſale Concilium congregetur; atque interim ipſe nulli ſe implicans novitati, affectu liber, quid ab Eccleſia decernatur, expectet, ut ſequatur.

An-

PAGIUS bes reſpicientibus, uti *Cadurcum* fuit, Regni ſui Auſtraſiani annos uſurpaſſe, a cujus etiam initio tam Fredegarius, quam Aimoinus annos quibus in Burgundia & Neuſtria poſt patris mortem regnavit, ſemper deſumunt. De virtutibus Sancti *Deſiderii* in morte ejus agetur.

XIII. *Judæi ad baptiſmum coacti & Legatio ad Imp. miſſa.* Fredegarius cap. 62. refert, anno VIII. Dagoberti Regis Legatos, quos is ad *Heraclium* Imp. miſerat, reverſos eſſe nunciantes ſe pacem cum eodem Imperatore firmaſſe, ut anno DCXXVIII. num. VI. cum Baronio diximus. Tum cap. 65. teſtatur, eodem *Dagoberti* anno hunc Regem omnes regni ſui *Judæos* ad Baptiſmum ſuſcipiendum compuliſſe, quod an. DCXIV. cum Baronio jam diximus.

XIV. Juſtellus Tom. 2. Veteris Juris Canonici pag. 1361. Novellam Heraclii Auguſti refert, cujus hæc ſubſcriptio, *Dat. XII. Kalend. April. Imp. Heraclii piiſſimi an. XIX. & Heraclii Novi Conſtant. anno XVII.* ideoque currenti Chriſti anno emiſſam. Inſcripta eſt ea *Sergio* Epiſcopo Conſtantinopolitano, qua ſancit Imperator, ut qui recenſentur inter Clericos Urbis Auguſtæ, quique ſolitariam in ea vitam amplexi ſunt, ac qui peregre veniunt in eam Præſides, Clerici, atque Monachi Civitatum, quarum Diœceſes Sedi Conſtantinopolitanæ ſubiacent; cum civiliter conveniuntur, apud *Sergium*, & ad hoc ab illo deputatos cauſas dicant: & ſi appellatio ſequatur, ad eum recurrent, prohibetque iis, qui eos ſibi putant obnoxios, ad civile vel militare tribunal ipſos trahere. Si vero quidam alterius Diœceſis ſanctiſſimi Præſides, Clerici, aut vitæ ſolitariæ ſectatores ad Urbem Auguſtam profecti, a quovis civiliter conveniantur; decernit, ut hi quoque, *ſiquidem ita velint*, apud ſolum Epiſcopum Conſtantinop. conſimili modo reſpondeant, nec amplius apud Præfectos Orientalibus Prætoriis inviti cauſas ſuas agant. *Heraclius Epiſc. Conſtantinop. Juriſdictionem auget.*



| JESU CHRISTI ANNUS 630. | HONORII PAP. V. ANNUS 5. | HERACLII IMP. ANNUS 21. |
| --- | --- | --- |

I. *De obitu Mahometis.* ANnus ſequitur Redemptoris ſexcenteſimus atque trigeſimus, Indictione tertia, quo defunctus ponitur in Annalibus pſeudopropheta Maomedus, ſive Mahometes, ſive Mahometus, vel Mahomat, a quo improba ſecta Mahometanorum oborta eſt. Monſtrum tantum peperit, & enutrivit Oriens, cujus deformitati monſtra cedere neceſſe ſit omnia, quę ſive Danieli, ſive Joanni Evangeliſtæ divinitus demonſtrata feruntur ad aliquod grande malum ſignificandum. Præcurſorem quidem Antichriſti hunc omnium ſceleſtiſſimum extitiſſe, Joannes Damaſcenus (*a*) exiſtimavit. Unde autem ei obvenerit ut propheta a ſuis creditus ſit, citati Annales ita declarant (*b*): *Apud Homeritas hunc, ſive in Arabia Felice, Hali parente Iſmaelita genitum, camelariamque exercuiſſe artem, pauperemque hominem ſuam operam mercede locaſſe tradunt; inhæſiſſeque ſervitio cuidam potenti viduæ, quæ nomine Tadiga* * *dicta erat ejuſque paſcendos ſuſcepiſſe camelos: & cum vafer eſſet ingenio, inſinuans ſe dominæ gratiæ, effecit ut eamdem conjungeret ſibi uxorem. Profectus vero in Palæſtinam, ibi verſatus cum Judæis & Chriſtianis ab eiſdem aliquid eſt conatus addiſcere: mentemque vanam prurigo cum exagitaret honoris, ex occaſione bene accepta nundinationem quamdam exercuit, ex qua nomen fuit prophetæ adeptus.*

(*a*) *Dama. de hæreſ. in fin.*
(*b*) *Theop. & Cedr. hoc an. Heracl. Imp.*
* χαδιχά, vel ταδιγά.
Mahometis origo atque progreſſus.

II. *Cum enim & a dæmone exagitaretur, & comitiali morbo laboraret; uxorem ſuam, quæ gravem ex eo capiebat dolorem, quod nobilis ipſa egeno homini & vexationibus obnoxio nupſiſſet, ita demulſit, quod diceret, ad conſpectum Angeli Gabrielis ſibi apparentis concidere. Erat amicus ei mulieri monachus quidam, qui ob falſam fidem ibi relegatus vivebat. Huic mulier totam rem aperit, Angeli etiam nomine propalato. Is autem monachus uti opinionem eam prorſus in animo mulieri confirmaret, verum Mahomedum prophetam dicere ait; eum enim Angelum ad quemvis vatem mitti. Mulier verbis impoſtoris illius monachi fidem habens, aliis ſuis gentilibus mulieribus fabulam enarravit, ab iis porro ad viros alios ea dimanavit. Ubi vero ſemel innotuiſſe ſciſſet & creditum ſe eſſe prophetam; ſibi ipſi per imaginem quædam effinxit, eademque ut divinitus accepta curioſo atque ſimplici populo facile perſuaſit; ac volumen vanis figmentis plenum conſcripſit, quod e cælo ſurſum acceptum effinxit, ſuiſque tradidit ſectatoribus obſervandum: ſicque factum eſt, ut ita error vane conceptus, non miraculorum virtute, ſed vi armorum magis magiſque apud poſteros atque etiam exteros invaleſceret.*

III. Quod autem ad ſeductorem monachum ſpectat: ex fragmento hiſtorico Anaſtaſii Bibliothecarii, ubi de monacho iſto agit, quiſnam ille fuerit, declaratur his verbis: *Cum teſtimonium ei*, Mahometis ſcilicet, *daret quidam pſeudomonachus Arianus, qui ob malam fidem Conſtantinopoli e monaſterio Calliſtrati exterminatus erat cum turpitudine ſub Imperio Heraclii; iſte ſceleſtus nebulo ſeduxit iſtam & reliquas mulieres hujuſmodi verbis: Venit, inquit, ille a viſione quadam Angeli, qui dicitur Gabriel, & non ferens id ſpectaculum, concidit.* Et paulo poſt: *Cum diebus illis Imperator Heraclius cum victoria a Perſarum bello reverteretur, & per Æthribum tranſiturus eſſet; obviam ei ivit ille Deo exoſus Mahomet, ferens ei victoriales laudes, ſicut ipſum docuerat ſceleſtus ille pſeudomonachus, petitaque ab eo terra, quæ pecoribus ſuis alendis ſufficeret, petitionis compos factus eſt.* Hæc ibi.

IV. Sed quomodo error acceperit augumentum, iidem qui ſupra Annales declarant,



ni-

PAGIUS SÆC. VII

Anno Eræ Hiſpan. DCLXVIII. Anno Hegiræ IX. inchoato die 20. April. fer. 6. A.C. 630.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 6123.

☉ 23. G. ☽ 4. P. 8. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 630.

HONORII PAPÆ 6.

HERACLII IMP. 21.

I. *Poſtconſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *XX. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XIX. & anno Imperii Heraclii Junioris Conſtantini XVIII.*

II. A num. I. ad XIII. *Mahometes* Pſeudo-Propheta, poſtquam Sectam ſuam bello ac armis propagavit, mortuus eſt anno Hegiræ undecimo, die duodecima Rabii prioris, die Lunæ, ideoque anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo ſecundo, die decima ſeptima menſis Junii, in quem eo anno feria ſecunda incidit. Hæc ex Elmacino in Hiſtoria Saracenica, qui addit, præfuiſſe ſuæ Genti annis Solaribus novem & undecim menſibus, uno die excepto. Poſt ejus mortem de Succeſſore diſſenſio fuit. Eodem tamen die, quo Mahometes obiit, electus eſt *Abubacharus*, ſeu *Abubacrus* ejus aut gener, aut cognatus. Ante Mahumetiſmum Arabibus non una eademque omnibus religio erat, ſed quidam illorum Moſaicam, alii vero Chriſtianam legem profitebantur, & reliqui varias in ſectas ſcindebantur, variiſque cultibus ac ceremoniis erant addicti. De poſterioribus legendus Abrahamus Ecchellenſis in Supplemento Hiſtoriæ Orientalis Cap. 6. *Obitus Mahometis.*

De ſecta Mahometis nefanda.

nimirum quod primum ad eum accurrerunt Judæi exiſtimantes ipſum eſſe quem expectarent Meſſiam ; decemque ex eis ipſum ſectabantur , quod eum circumciſionem amplecti ſciviſſent ; verum cum eumdem immunda comedere cognoviſſent, nempe cameli carnem, e ſententia receſſere ; ſed non ceſſarunt commovere eum in Chriſtanos. Excogitavit autem ad ſectam propagandam verſutus nebulo illecebras ex voluptatibus carnalibus comparatas , feminarum multitudinem ſuis concedens in hac vita, & in futura iiſdem conſitum paradiſum, in quo ipſis omnia ad cibum & potum laute abundeque ſuppeterent, & ad coitum pariter adfore pulcherrimarum multitudinem feminarum ; his vero potiſſimum potituros fore, qui vel hoſtem occiderent, vel occiderentur ab hoſtibus : iſta ſatis aſtute proponens , quo ſuos in bello fortes efficeret.

V. Quæ de re Chriſto confinxit.

Ut igitur populos omnes alliceret, ex cunctis ferme aliqua miſcuit, nempe ex Judæis circumciſionem, Dei unius cultum , abſtinentiam a carne ſuilla ; ex Chriſtianis Chriſti nomen , ita tamen, ut eum ſicuti Ariani , ſive Neſtoriani , coleret. Rurſum vero ut omnes fæces ejectas ad ſectam alliceret ac ſibi conjungeret, ex Manichæis etiam de Chriſto illud accepit, ut nequaquam Cruci affixum Chriſtum diceret, ſed umbram Chriſti, Crucem penitus abominatus. De eodem Chriſto inſuper blaſphemus iſta confixit, quæ his verbis recitat Damaſcenus ; ait enim : *Chriſtum autem dicit Verbum eſſe Dei & ejus Filium , ſed creatum atque ſervum, eumque fatetur ex Maria ſine ſemine generatum. Ait enim, Verbum ac Spiritum Dei, cum in Mariam introiſſet, genuiſſe filium qui Dei propheta & ſervus eſt. Judæos autem contra legem eum in Crucem agere voluiſſe, & cum eum tenuiſſent, ejus quidem umbram egiſſe in Crucem, Chriſtum autem nec in Crucem actum fuiſſe, nec mortuum ; Deum enim ad ſe tranſtuliſſe in cælum, quod ei eſſet cariſſimus. Hoc etiam commemorat, Chriſtum, cum in cælum perveniſſet, a Deo interrogatum fuiſſe, an Dei filium ſe eſſe dixiſſet ? Eumque facit hoc modo reſpondentem : In me, Domine, ſis placato animo: ſcis hanc meam orationem non fuiſſe meque tuam non faſtidire ſervitutem. Homines ſunt iſti, qui contra leges hoc me dixiſſe arguerunt, falſoque me circumvenerunt crimine, & vehementer errarunt. Tum Deum hæc vult ei reſpondiſſe : Scio hanc tuam non fuiſſe orationem. Aliaque multa monſtri ſimilia in eo narrat commentario, quæ ridicula ſunt.* Hæc Damaſcenus, qui paucis ( nec enim multis indigent ) quæ ab impoſtore tanto ſunt dicta, confutat.

VI. Quas coacervavit facultates impoſtor.

Ad hæc præterea alias circulator adjecit ineptias, nempe ſibi ut veritatis cultori fideli tradendas claves paradiſi in die judicii. Fatum inſuper aſſeruit, & ſive ad bonum ſive ad malum homines deſtinari. Cultum præterea aſtri, quod Cubar dicunt, nempe Luciferi, ſive Lunæ, commiſcuiſſe tradunt, ne Gentilitiæ ſuperſtitionis ſecta exors exiſteret. Hanc autem de cultu Luciferi fuiſſe Sarracenorum antiquam ſuperſtitionem, teſtatur S. Hieronymus in Hilarione. Iſta itaque & alia pudenda confarciens, ad omnium conſervationem vafrum illud excogitavit: quod enim ſatis intelligeret, cuncta quæ miſcuiſſet, perfacile ſolvenda atque deſtruenda fore, ſi ad exactæ diſquiſitionis revocarentur examen; de traditis a ſe inſtitutis vetuit diſputari. Sicque miſeros quos decipiebat, conjecit in foveam, eoſdemque ne inde emergerent, excæcavit. Quid plura? de eodem impoſtore centum & tredecim fabellas ex Evodio monacho Euthymius in ſua Panoplia recenſet, quas ſingulas tibi relinquimus conſulendas. His igitur commentis & impoſturis circulator iſte nefandus paulatim conciliavit ſibi Arabum regnum, in quo ubi exegiſſet annos novem; defunctus eſt. De cujus ſepulcro & peregrinationes ad illud aſſidua Laonicus agit pluribus, ubi de ritibus cultuque ſuperſtitionis hujus ſcribit in hæc verba (a);

(a) Laonic. c. 3. de rebus Turcicis.

VII. De Mahometis impoſtoris ſepulcro.

*Defunctus eſt*, inquit, *in loco quodam, cui nomen eſt Mecha Milites, regioniſque incolæ exequias duxerunt, & graviter eum luxere. Quotannis in ejus honorem ſacra faciunt Arabes: heroa etenim quemdam eum eſſe putant, eumdemque virum ſanctum a Deo ordinatum, ut ipſis leges ferret ; quem in dandis legibus non tyrannum, ſed virum quemdam æquitatis, vel in primis amantem judicarunt.* Et paulo poſt, cum agit de Homure ejus diſcipulo & ſucceſſore : *Sepulcrum quoque in honorem Mahometis adornans, ibi manebat. Sacra quoque magna quotannis in honorem ejus fieri procuravit. Perſuaſit aliis plurimis, ut Mahometem adorent. Eos quoque juſtos fieri aſſerebat ; qui ipſius ſepulcrum inviſerent. Etiam hodie non pauci ex Aſia, Libya, Europaque Mahometis ſepulchrum adeunt, putantes ſe hinc maximam colligere religionem, & probiores fieri. Quidam ex ipſis iſtam peregrinationem ingrediuntur, quidam argentum numerant iis qui pro ipſis peregrinationem ſuſcipiunt. Via autem quæ ad ſepulcrum ducit, eſt aſperrima & difficillima. Eundum eſt enim per arenam non citra camelorum alimenta portantium opem: nec etiam aqua, qua utantur, ad manum prompta eſt ſufficiens omnino. In hunc igitur modum neceſſaria præparantes*

tes



*tes, camelos conſcendunt, utentes ſignis quæ viam demonſtrent, magnetis demonſtrationibus. Colligentes igitur ab Septemtrionali plaga, qua orbis parte eundum ſit, eo viam conjectantes pergunt. Ubi autem acceſſerint loca ubi aquarum ſcaturigines ſunt, aquantes inde abeunt, tranſitaque arena intra quadraginta dies ad Mahometis corpus perveniunt. Sepulcrum ejus compertum habeo extructum eſſe ex lapidibus pretioſiſſimis, & ſublime pendere in medio templi.* Hæc Laonicus.

VIII. Armorum potentia propagatur error.

Porro omnes mirari non deſinunt, cum nulla umquam ſecta fuerit alia quæ plures ſordes in unum collegerit, & quæ minus firmitate ſubſiſtat, quam hæc, quæ ab omnibus qui de ea egerunt, ſive veteres, ſive recentiores, riſu ſibiliſque inſectanda proponitur potius, quam confutatione digna fuerit exiſtimata ; tamen ad mille jam annos hactenus majoribus in dies augmentis ſit propagata, non miraculis quidem vel virtutibus, ſed armorum potentia dumtaxat & voluptatum illecebris, id quidem Deo occulto judicio permittente. Cæterum eamdem ſectam ſemper tum a Latinis, tum Græcis, pluribus confutatam invenies, miraculiſque plurimis ( de quibus inferius ſuis locis agendum ) erroris eſſe convictam ; cum Deus per miracula fidem certam faciens, ſuos in errorem duci non ſiverit, ſed mille ſignis voluerit, ſingulis plane ſæculis, falſitatem ejus aperta luce monſtrari.

Succeſſiſſe Mahometi Eububezer, citati ante Annales tradunt, tenuiſſeque principatum annos tres, uſque ſcilicet ad vigeſimumquartum annum Imperatoris Heraclii. Ne quid autem nos antiquitatis ſubtraxiſſe videamur, hic ad poſtremum addimus, quæ de origine & obitu ejuſdem pſeudoprophetæ a ſancto Eulogio martyre, qui ſequenti ſæculo claruit, in ſuo Apologetico narrantur ex codice Legerenſis cœnobii accepta ; quæ tamen in iis quæ ad annorum numerum pertinent, eſſe depravata noſcuntur. Reddamus hic ſingula totidem verbis, quæ ſic ſe habent: *Cum eſſem olim in Pampilonenſi oppido poſitus, & apud Legerenſe cœnobium commorarer ; cunctaque volumina, quæ ibi erant, gratia dignoſcendi incomperta revolverem: ſubito in quadam parte cujuſdam opuſculi hanc de nefando vate hiſtoriolam abſque auctoris nomine reperi :*

IX.

*Exortus eſt namque Mahomat hæreſiarches tempore Heraclii Imperatoris, anno Imperii ejus ſeptimo, currente Æra 556.*

* 654. De Mahomete ex S. Eulogio.

** In hoc tempore Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus in Catholico dogmate claruit, & Siſebutus Toleto regale culmen obtinuit. Eccleſia beati Euphraſii apud Iliturgi urbem ſuper tumulum ejus ædificatur. Toleto quoque beatæ Leocadiæ aula miro opere, jubente prædicto Principe, culmine alto extenditur. Obtinuitque prædictus Mahomat nefandus propheta principatum annis decem ; quibus expletis, mortuus eſt, & ſepultus in inferno. Exordia vero ejus fuerunt talia. Cum eſſet pupillus, factus eſt cujuſdam viduæ ſubditus. Cumque in negotiis cupidus fænerator diſcurreret, cœpit Chriſtianorum conventiculis aſſidue intereſſe ; & ut erat aſtutior, tenebræ filius cœpit nonnullas collationes Chriſtianorum memoriæ commendare, & inter ſuos brutos Arabes cunctis ſapientior eſſe. Libidinis vero ſuæ ſuccenſus fomite, cum patrona ſua jure barbarico in ira congreſſus eſt. Moxque erroris ſpiritus in ſpeciem vulturis ei apparens, os aureum ſibi oſtendens, Angelum Gabrielem eſſe ſe dixit, & ut propheta appareret impetravit.*

*Cumque repletus eſſet tumore ſuperbiæ, cœpit inaudita brutis animalibus prædicare, & quaſi ratione quadam, ut ab idolorum cultu recederent, & Deum incorporeum in cælis adorarent, inſinuavit. Arma ſibi credentibus aſſumere jubet, & quaſi novo fidei zelo, ut adverſarios gladio trucidarent, inſtituit. Occulto quoque Deus judicio ( qui olim per prophetam dixerat (a): Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, ut poſſideat tabernacula non ſua: cujus equi velociores lupis veſpertinis, & facies eorum ut ventus urens, ad arguendos fideles, & terram in ſolitudinem redigendam ) nocere eos permiſit. Primum namque fratrem Imperatoris, qui illius terræ ditionem tenebat, interimunt, & ovantes de triumpho victoriæ, glorioſi effecti, apud Damaſcum Syriæ urbem regni principium fundaverunt. Pſalmos denique idem pſeudopropheta in ore inſenſibilium animalium compoſuit, vitulæ ſcilicet rubræ memoriam faciens. Araneæ quoque muſcipulæ ad capiendas muſcas hiſtoriam texuit. Upupæ præterea & ranæ cantus quoſdam compoſuit: ut fætor unius ex ejus ore eructaret, garrulitas vero alterius in ejus labiis non deſineret.*

(a) Habac. 1.

X. Mahometis turpis incontinentia.

*Alios quoque ad condimentum ſui erroris in honorem Joſeph, Zachariæ, ſive etiam genitricis domini Mariæ ſtylo ſuo digeſſit. Cumque in tanto vaticinii ſui errore duraret, uxorem vicini ſui nomine Zeid concupivit, & ſuæ libidini ſubjugavit. Quod ſcelus maritus ejus, ſentiens, exhorruit, eamque prophetæ ſuo, cui contradicere non valebat, permiſit. Ille vero quaſi ex voce Dominica in lege ſua illud annotavit, dicens : Cumque mulier illa diſplicuiſſet in oculis Zeid, & eam repudiaſſet, ſociavimus eam prophetæ noſtro in conjugium : quod cæ-*

 te.

*teris in exemplum, & poſteris fidelibus id agere cupientibus, non ſit in peccatum. Poſt cujus tanti ſceleris factum mors animæ & corporis illius ſimul appropinquavit. At ille interitum ſibimet imminere præſentiens, quia propria virtute ſe reſurrecturum nullo modo ſciebat, per Angelum Gabrielem, qui ei in ſpecie vulturis apparere, ut ipſe ajebat, ſolitus erat reſuſcitaturum ſe tertia die prædixit.*

XI. Canes depaſti cadaver Mahometis. *Cumque animam inferis tradidiſſet, ſoliciti de miraculo, quod eis pollicitus fuerat, ardua vigilia cadaver ejus cuſtodire juſſerunt. Quem cum tertia die fœtentem vidiſſent, & reſurgentem nullo modo cernerent; Angelos ideo non adeſſe dixerunt, quia præſentia ſuorum terrerentur. Invento igitur ſalubri (ut putabant) conſilio, privatum cuſtodia cadaver ejus reliquerunt: ſtatimque vice angelica ad ejus fœtorem canes ingreſſi, latus ejus devoraverunt. Quod reperientes factum, reſiduum cadaveris ejus humo dederunt; & ob ejus vindicandam injuriam, annis ſingulis canes occidere decreverunt; ut merito cum eo habeant illi participium, qui pro eo dignum meruerunt ſubire martyrium. Digne ei quidem accidit, ut canum ventres tantus ac talis propheta repleret, qui non ſolum ſuam, ſed multorum animas inferis tradidiſſet. Multa quidem & alia ſcelera operatus eſt, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc: hoc tantum ſcriptum eſt, ut legentes, quantus hic fuerit, agnoſcant.* Ad honeſtandum autem tale portentum, a ſucceſſore mirificum conſtat erectum illi eſſe ſepulcrum de quo ſuperius dictum eſt.

Porro hæc & alia plura in deteſtationem ſectæ nefandæ publicis ſcriptis ab eodem auctore vulgata in oculis ipſorum Sarracenorum tunc graſſantium in Hiſpanias liquet: ut plane non contemnenda ea ſint ſcripta, quæ in opprobrium ipſorum Sarracenorum de tali impoſtore veluti propheta gloriantium coram ipſis objecta fuere. Sunt & alii, qui pſeudoprophetæ hujus cunabula, progreſſus, obitum, leges, atque alia proſecuti, de his volumina confecerunt, quæ tu conſulas. Hæc ad Annalium inſtitutum ſatis ſunto: abſtinuimus enim libentius, quod multa fabuloſa in eis poſita invenerimus.

At dum hoc monſtrum coaleſcere incipit in Oriente, armorumque potentia quod non poſſet veritate, auctoritatem ſibi conciliare ſatagit, dormitat, ſtertitque bonus Heraclius; immo depoſitis armis nulla de tuendis jam partis cura ſolicitus, nec timore perculſus de perdendis quæ Romani eſſent Imperii; vigilanſque cum Monothelitis, omne conſilium agitat, ſimulque potentiam omnem adhibet, ut dogma ſtabiliat. Vafrum diabolus excogitavit inventum, ut his tricis teneret Heraclium occupatum eo tempore, quo ipſe adeo grande malum, quo malus nunquam fuiſſet in orbem illatum machinari cœperat in Oriente; faceretque Eccleſiaſtico bello occupatum Heraclium detineri, quo tempore ipſe in Chriſtianam religionem & in ipſum Romanum Imperium inſuperabile prœlium præpararet: adeo ut minime a ſcopo veritatis aberret, qui dixerit, nullum Romanorum Imperatorum majora damna quam Heraclium in Chriſtianam Rempublicam invexiſſe, dum ad extinguendam facem diaboli non accurrit, ſed altari incendio fomenta interim parat. At de his ſatis. XII.

Hoc eodem anno, ubi Georgius Epiſcopus Alexandrinus ſediſſet annos decem, moritur, atque in locum ipſius ſubrogatus eſt Cyrus ex Lazorum Antiſtite, id operante Heraclio Imperatore, qui eo utebatur familiariſſime. Hic quidem ſub Catholico nomine quaſi prædicator Chalcedonenſis Concilii, ac veluti aſſertor & profeſſor epiſtolæ ſancti Leonis Papæ, dum conciliatorem & ſequeſtrem agit pro revocandis hæreticis ad Eccleſiam Catholicam; novis excogitatis artibus, Catholicos quos invenit, in hæreſim neſcientes induxit. Quomodo autem id acciderit, ſuo loco dicturi ſumus. XIII. Cyrus Epiſc. Alexandr.

PAGIUS III. *Moritur Georgius Epiſc. Alexandrinus.* Ad num. XIII. *Georgius* Alexandrinus Patriarcha obiit hoc anno, ut recte Baronius habet, & *Cyrus* e Phaſide in Sedem Alexandrinam tranſlatus eſt. Scripſit Georgius, qui Monachus fuit, ac ſucceſſor Sancti Joannis Eleemoſinarii, *Vitam Sancti Joannis Chryſoſtomi*, ex qua Photius in Bibliotheca cap. XCVI. Excerpta quædam dedit, & de Auctore judicium ſuum tulit. Habetur ea Græce inter varia ad Sanctum Chryſoſtomum ſpectantia in editione Græca Operum illius, procurata opera Henrici Savillii. Uno aut altero anno poſt ejus mortem Sedem Alexandrinam Monothelitæ occuparunt: *Cyrus* enim paulo poſtquam eam adeptus eſt, unionem fecit cum Theodoſianis Acephalis; quorum in ea Urbe ingens numerus erat. Sanctus *Taraſius* Patriarcha Conſtantinopolitanus in Actione II. ſeptimæ Synodi generalis de hæreſi Monothelitarum loquens ait, cum ſexta Synodus generalis Sergium, Pyrrhum, Paulum, & Petrum Monotheliſmi Anteſignanos damnavit, *ad quinquaginta annos tunc* hæreſim duraſſe. Habita ſexta Synodus anno DCLXXXI. a quo quinquaginta anni & quidem utrimque incompleti ad annum DCXXXII. intercurrunt. Quare ex Taraſii ſententia *Cyrus* hoc ultimo anno Monotheliſmo originem dedit. Secundo, in Secretario primo Concilii Lateranenſis anno DCXLIX. celebrati legitur: *Et Cyrus quidem ante hos decem & octo annos unam Operationem in Chriſto in eadem Alexandria Urbe definiens, Divinitatis ejus & humanitatis, &c.* Si ab anno DCXLIX. annos octodecim retrogrado ordine numeres, pervenies ad annum Chriſti DCXXXI. aut DCXXXII. quem ultimum annum in eo Secretario intelligendum demonſtrat locus citatus Taraſii. Georgio Cyri deceſſori Nicephorus in Chronico annos tantum decem, in aliquibus editionibus annos XI. tribuit; ſed ex anno S. Joannis emortuali liquet, eum diutius Eccleſiam Alexandrinam rexiſſe, & accurate in Tabulis Theophani inſertis *Cyro* annos XIV. aſſignatos eſſe.

Ad



Hoc pariter anno Honorius Papa, dejecto Fortunato hæretico Gradenſi Patriarcha, ſubrogavit in locum ejus Primogenium. De his extant ipſius Honorii Papæ litteræ his verbis conſcriptæ (a):

(a) *Ex Chro. manuſcr. Andr. Danduli Ducis Venet.*

XIV. Epiſt. Honorii Papæ ad Epiſc. Venet. & Iſtr. *Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimis fratribus univerſis Epiſcopis per Venetiam & Iſtriam conſtitutis.*

*Suademus, & decretales apices fraternitati veſtræ dirigimus, per quos expetimus ut loco Judæ alius vitæ probabilis ad regendum gregem Dominicum promoveatur. Et non immerito is qui dejectus eſt, & Judæ actibus comparatur & moribus. Nam quod ille in capite, hoc iſte videtur exercuiſſe in corpore. Primogenium itaque ſubdiaconum & Regionarium noſtræ ſedis Gradenſi Eccleſiæ Epiſcopali ordine cum pallii benedictione direximus conſecrandum. Oportebit ergo fraternitatem veſtram juxta legem Eccleſiaſticam cuncta diſponere, capitique veſtro ſinceram obedientiam exhibere. Nos enim dirigentes homines noſtros ad excellentiſſimum Longobardorum Regem, injunximus, ut eundem Fortunatum, uti relicta ab eo Rempublicam, ad Genteſque prolapſum, & abnegata concordiæ unitate Deo rebellem & perſidum, necnon res quaſcumque ſecum aufugiens abſtuliſſe monſtratur, expetat, & repetere non moretur: ut & hi a quibus repetuntur, a partibus Chriſtianiſſimæ Reipublicæ parem juſtitiam conſequantur.* Hæc Honorius qui digniſſimo titulo & merito quidem Venetam Rempublicam Chriſtianiſſimam nominat: utpote quæ, relictis ſchimaticis Romanæ Eccleſiæ adhæſiſſet: & ne implicaretur eorumdem ſchiſmaticorum laqueis, a Romana Eccleſia petere ſoleret Epiſcopum: quo ampliſſimo titulo glorioſa, potenſque longe lateque terra marique dominium feliciter propagavit. Veneta Reſpubl. Chriſtianiſſima.

XV. Ne quid autem minus haberet Gradenſis Eccleſia ab Aquilejenſi, ipſi Romani Pontifices eamdem Eccleſiam pallii inſignibus & Patriarchæ nomine illuſtrarunt: nam (ut ſuperius dictum eſt) ipſe etiam Gradenſis Epiſcopus Patriarcha invenitur ſæpius nominatus. Unde & factum eſt ut immortalis inter utrumque creverit æmulatio, & excitatæ perennes diſcordiæ fuerint, perpetuaque odia coaluerint, quæ nutrita ſunt opera ſæcularium Principum, ſtudentibus Longobardis Patriarchæ Aquilejenſi (qui & ſecuritatis cauſa Forum Julii ſedem tranſtulit, ob idque & Forojulienſis Patriarcha eſt appellatus) favente vero Gradenſi Patriarchæ Ravennate Exarcho poſt Romanum Pontificem. Porro ſicut Exarchus nunquam deſtitit ipſam Aquilejam infeſtare, ita Longobardi Grados, ſive Gradus; nam audi quæ dicat Paulus (b) de Duce Forojulienſi, Lupo nomine: *Hic Lupus in Grados inſula, quæ non longe ab Aquileja eſt cum equeſtri exercitu, per ſtratam, quæ antiquitus per mare facta fuerat, introivit; & deprædata ipſa civitate, Aquilejenſis Eccleſiæ theſauros exinde auferens deportavit.* Hæc ipſe, qui & ſuperius tradit (c), a Paulo (quem alii Paulinum dicunt) Aquilejenſi Patriarca tranſlatos fuiſſe Eccleſiæ Aquilejenſis theſauros ad Grados, dum fugeret Longobardos in Italiam irruentes.

(b) *Paul. dia. l.5. c. 7. & nov. edit. c.10.*

(c) *Idem l.3. c.8. vet. edi. & nov. c.10*

XVI. Rom. Pont favent Venetis contra Longob. Accidit præterea, ut inter Longobardos & Venetos implacabile diu viguerit bellum, quemadmodum inter utramque Eccleſiam Aquilejenſem & Gradenſem immortales extiterunt contentiones; quæ licet ſæpe fuerint ſedatæ a Romanis Pontificibus, rurſus pullularunt. Verum pro Eccleſia Gradenſi ſemper inſurrexiſſe ipſos Rom. Pont. litteræ Gregorii II. & Greg. III. Roman. Pontificum docent; ex quibus apparet eos ab invadentibus Aquilejenſibus Patriarchis nitentibus viribus Longobardorum ſemper tutatos eſſe. Sic videre eſt Gradenſem Eccleſiam Romanorum Pontificum auctoritate erectam, firmatam, ſtabilitam, atque defenſam, Venetorumque Rempublicam Gradenſis Eccleſiæ occaſione a Romana Eccleſia hauſiſſe plurimum adjumenti: cujus rei ipſa optime conſcia, ad nutum Romani Pontificis parata ſemper fuit in Longobardos inſurgere. Docent id litteræ Gregorii Secundi Romani Pontificis ad Urſum Venetiarum Ducem, cum ei præcipit inhærere Exarcho ad expellendos Longobardos, cum occupavere Ravennam: quod & feliciter geſtum eſt. Sed de his omnibus fuſius inferius ſuis locis dicendum erit. Hæc modo occaſione litterarum Honorii, quibus Venetorum Rempublicam Chriſtianiſſimam nominavit: ut videas, quo firmiter poſito fundamento, tam nobilis ſtructura creverit.

Hoc eodem anno paſſus legitur apud Legionem in Hiſpania ſanctus Vincentius Ab- XVII.

PAGIUS IV. Ad num. XVII. Cum *Sanctus Vincentius* Abbas Monaſterii Sancti Claudii in Urbe Legionenſi ac in Hiſpaniæ Regno, & Sanctus *Ramirus* ſub eo Prior ejuſdem Monaſterii Catholicam *fidem* noluiſſent deſerere, & Arianorum hæreſibus adhærere, *Reciliani* Suevorum Regis hæreſi Ariana

*De S. Vincentio Abbate & martyre.*

Abbas, quod a perfidis Arianis tentus, nollet ipſis ipſorumque hæreſi conſentire: ſic igitur pacis Eccleſiæ tempore magna Dei gratia, adeptus eſt coronam martyrii. Cujus epitaphium ut hactenus lapidi inciſum legitur, hic tibi in martyris memoriam deſcribendum putavimus, ut ſe habet antiquitus ſuis erroribus ſcriptum:

*Hoc tened ornatum venerandum corpus Vincentii Abbatis.*
*Sed ſua ſacra tened anima cæleſte ſacerdos,*
*Regnum mutaſti in melius cum gaudia vitæ:*
*Martyris exempla ſignant quod membra ſacrata.*
*Demonſtrante Deo vatis hic reperit index.*

Qua-

PAGIUS

*S. Vincentius & Socii ſeculo præcedenti Martyrium paſſi ſunt.*

na infecti juſſu cum duodecim Monachis occiſi ſunt, ſed non hoc anno, ut colligit Baronius ex Sancti Vincentii Epitaphio a ſe relato in quo dicitur: *Obiit in præceptis Dei V. Idus Martii Æra DCLXVIII.* ideſt currenti anno. Nam Martyrium hoc contigit intra annum circiter CDLXX. & annum DLVIII. quo intervallo Reges Ariani Suevis imperarunt. Poſt Baronii mortem prodiit Vita Sancti Vincentii Abbatis ex MS. Legionenſi, ſcripta ab Auctore Anonymo & edita ab Antonio Yepes, quæ extat apud Bollandum ad diem XI. Martii, quo memoria Sancti Vincentii & Sociorum recolitur. Ambroſius Morales lib. 12. Chronici Generalis Hiſpaniarum, ubi laudatum Epitaphium producit, aſſerit exaratum fuiſſe ante trecentos annos, quam ipſe Chronicon ſuum vulgaret. Illud vero Morales anno MDLXXII. publicavit. Quare recte ſcribit Yepes, Epitaphium illud plane reiiciendum eſſe, utpote per ignaviam, aut per ignorantiam Auctoris quingentis aut pluribus poſt Martyrium Sancti Vincentii annis lapidi inſculptum. Idem Scriptor Martyrium iſtud refert ad annum DLIV. Bollandus circa annum DLV. illud conſummatum affirmat, ſuſpicaturque pro Æra DCLXVIII. ſubſtituendam eſſe Æram DLXXXIII. Verum ex Epitaphio a viro imperito poſito nihil certi colligi poteſt. *Hermenericum* & *Ricilianum* ejus filium fuiſſe duos ultimos Reges Suevorum Arianos Auctor Anonymus præfatæ Vitæ diſerte aſſerit. Quare cum *Theodemirus* Suevorum Rex fidem Catholicam amplexus fuerit anno Regni ſui tertio, paucos ante annos *Ricilianus* ejus deceſſor in Vincentium & ſocios ſævierat.

V. *Naſcitur Sigebertus Dagoberti filius.*

Fredegarius cap. 59. ait: *Anno VIII. Regni* Dagoberti, *cum Auſter Regio cultu circuiret, quandam puellam nomine Ragnetrudem, ſtratui ſuo adſcivit: de qua eo anno habuit filium nomine Sigobertum.* Idem habet Aimoinus lib. 4. cap. 20. Quare cum annus Dagoberti VIII. menſe Martio ſuperioris Chriſti anni exorſus fuerit, *Sigiberti* ſeu Sigoberti nativitas menſe circiter Januario currentis anni conſignanda, non vero cum Baronio anno DCXXXIX. ubi de num. VIII. & ſeqq. Sigebertus in Vita hujus Sancti Regis, & Hugbaldus Elnonenſis Monachus Ragnetrudem Sigiberti matrem, Dagoberto uxorem fuiſſe connubio junctam ſcribunt. Fredegarius vero cap. 60. ſcribit de Dagoberto: *Tres habebat maxime ad inſtar Reginas, & plurimas concubinas. Reginæ vero hæ fuerunt, Nanthildis, Vulfgundis, & Berchildis. Nomina concubinarum, eo quod plures fuiſſent, piguit huic Chronicæ inſeri.* Nonnulla enim adhuc veteres illi Franci ex Ethnicorum moribus retinuerant. *Clotarius* primus duas ſimul ſorores, Ingundem & Aregundem uxores duxit, ut narrat Gregorius Turonenſis lib. 4. cap. 3. Mitto alia Polygamiæ exempla paſſim obvia in veterum Principum Francorum Hiſtoria, ex qua & diſcimus, *concubinæ* & uxoris nomen promiſcue tunc uſurpatum fuiſſe. *Ragnetrudem* inter concubinas a Fredegario numeratam exiſtimo, quia *Dagobertus* cum Regii cultus honore eam ſibi uxorem non junxerat, licet id tradat Sigebertus in Vita Sancti Sigiberti. Licentia quidem illa erat contra præcepta religionis Chriſtianæ, ſed tunc vix cohiberi poterat.

VI. *Baptizatur.*

Addit Fredegarius cap. 61. de Pippino Majore-Domus Dagoberti loquens: *Ipſe eo anno cum Sigoberto filio Dagoberti ad Haribertum Regem acceſſit.* Tum cap. 62. *Charibertus Aurelianis veniens Sigobertum de Sancto Lavacro excepit.* Baudemundus tamen diſcipulus Sancti Amandi, qui ejus Vitam ante hujus ſæculi finem ſcripſit, cap. 4. ait: *Dudum ipſe Pontifex, dum pro capitalibus criminibus, quod nullus ex Sacerdotibus facere auſus eſt, ipſum redargueret Regem,* (ſcilicet Dagobertum) *jubente eo non abſque injuria de Regno ejus fuerat expulſus.* Tunc ſubiicit, *Amandum* a Rege revocatum eſſe, & ad illum perveniſſe, dum moraretur *in villa, cui vocabulum Clypiaco eſt,* ſita in agro Pariſino, atque ab eo *Dagobertum* petiiſſe, ut filium ſuum Sacro baptiſmate dignaretur abluere: quod cum tandem facturum ſe eſſe promiſiſſet, Dagobertus *ſtatim ipſum puerum afferri præcepit, qui fatebatur non plus a nativitate habere, quam dies circiter quadraginta.* Regenerans itaque puerum *Sacro baptiſmate, Regem atque omnem ejus exercitum tunc S. Amandus magno replevit gaudio.* Quæ Baudemundi verba explicatus faciles non habent; cum nonniſi poſt *Brunulfi* cædem, & poſt divortium Principis cum uxore *Gomatrude,* hoc eſt ante annum quam Sigebertus baptizaretur in exilium agi non potuerit *Amandus.* Nihil enim antea Dagobertus admiſerat, cur a quoquam jure argueretur. Præterea ſi vera eſt Baudemundi narratio, non in Urbe Aurelianenſi, ſed in villa Regia Clypiaco, non abſente, ſed præſente Dagoberto baptizatus eſt *Sigibertus*: Verum *Dudum,* ſimiliave temporis adverbia magnam latitudinem habent, ſæpeque uſurpantur ad minus ſpatium quam ſit unius anni, deſignandum. Ad hæc *Amandus* Regem quidem Clypiaci morantem convenit, ſed poſtea Aurelianum venit. Quare Auctor Geſtorum Dagoberti, Regino, Aimoinus, & Sigebertus in Vita hujus Sancti Sigeberti ex duabus iſtis diverſis ejuſdem rei relationibus unam faciunt, & memoriæ tradunt, cum *Amandus,* quod Rex petebat, facturum ſe pollicitus eſſet, *Dagobertum,* Aurelianos ipſo præter cæteros comite petiiſſe, eoque & filium ſuum afferri juſſiſſe, & *Charibertum* fratrem ejus evocatum veniſſe. Ibi infantem ab *Amando* baptizatum, a *Chariberto* autem de Sacro fonte exceptum eſſe, prodigiumque illud, quod Baronius loco laudato refert, contigiſſe. Initium itaque exilii *Sancti Amandi* a tempore divortii Dagoberti cum Gomatrude, ipſoque circiter initio anni ſexcenteſimi viceſimi noni omnino repetendum.

Poſt



*Quater decies quinos & duos vixerat annos,*
*Miniſterium Chriſti mente ſincera miniſter,*
*Raptus æthereas ſubito ſic venit ad auras,*
*Sic ſimul officium finis vitamque removit.*

Spi-

PAGIUS VII. *Moritur Charibertus Rex Aquitaniæ.*

Poſt Sigiberti Baptiſmum *Charibertus* Rex Aurelia reverſus eſt in ſuas Ditiones, & Waſcones, qui jugum Francorum ab aliquot annis excuſſerant, in ſuam poteſtatem redegit. Fredegarius enim cap. 57. dicit id factum a Chariberto *poſt annum tertium quam regnare cœpiſſet,* ideoque hoc Chriſti anno qui tertius ejus Regni erat. Tum Fredegarius capit. 67. *Anno IX. Dagoberti, Heribertus Rex moritur, relinquens filium parvulum nomine Chilpericum, qui nec poſt moram defunctus eſt.* Quare *Dagobertus* Monarchiam Francorum iterum obtinuit, vel hoc anno, vel ſequentis initio quo annus IX. Regni ejus Auſtraſiani adhuc in curſu fuit. Cointius hoc anno num. IV. *Chariberto* annos tantum duos attribuit, quia autumavit eum Aquitaniæ Regem dictum non eſſe, niſi poſt Paſcha anni ſexcenteſimi viceſimi noni, quo Dagoberti juſſu *Sanctus Deſiderius* Cadurcenſis Epiſcopus ordinatus eſt. Verum ſupra oſtendimus, *Charibertum* nunquam in pago Cadurcenſi regnaſſe, licet id hactenus omnibus perſuaſum fuerit.

VIII. *Siſenandus dejecto Suinthila Regnum Hiſpaniæ occupat.*

*Dagobertus* hoc anno Burgundicum exercitum deſtinavit in Hiſpaniam, ut *Siſenando* adverſus *Suinthilam* Regem auxilium petenti patrocinaretur. Fredegarius enim, qui cap. 73. hoc bellum narrat, quique *Suinthilam,* ut in Nummis dicitur, *Senzilam* appellat, illud illigat cum anno Dagoberti IX. Porro cum in Hiſpania divulgatum fuiſſet exercitum Francorum ad auxilium *Siſenandi* properare, omnis Gothorum exercitus ſe Ditioni Siſenandi ſubjecit, ideoque *Habundantius* & *Venerandus* Dagoberti Duces ex Urbe Cæſarauguſta reverterunt ad proprias ſedes. Illud præcipue, inquit Mariana lib. 7. cap. 4. in *Suinthila* moribus vituperabatur, quod pulſis ex Hiſpania hoſtibus, & publica pace fundata, vitiis animum contaminavit. Regnavit annos decem, ut idem Mariana, & Vulſa in Chronico habent, annoque tantum ſequenti depoſitus eſt, ineunte ſcilicet. Iſidorus enim Pacenſis Epiſcopus ſcribit, *Siſenandum* Æra DCLXIX. quæ in annum Chriſti DCXXXI. convenit, per tyrannidem Regnum Gothorum invaſiſſe.

IX. *Nativitas Heraclii Conſtantis qui poſtea imperavit.*

Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXXII. qui Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur, ait: *Indictione quarta, menſis Novembris die ſeptimo, Heraclio in Oriente degenti David filius natus eſt. Eodem quoque die Heraclius Heraclii Junioris Conſtantini dicti filius, magni Heraclii nepos in lucem venit: & a Patriarcha Sergio menſis Novembris die tertio, quinta Indictione luſtrali unda initiatus fuit in Blachernis.* Heraclius itaque Heraclii Junioris filius hoc anno in lucem prodiit, ſequentique baptizatus eſt die tertio menſis Novembris, qui in Dominicam cadebat. Hic poſt patris obitum *Conſtans* appellatus eſt, annoſque XXVII. Imperium tenuit. Ex duabus laudatis Indictionibus confirmatur quod ſupra aſſeruimus Theophanem per Heraclii & aliquot ſequentium Imperatorum tempora annum unum minus numerare, ideoque ut cum Dionyſianis convenire poſſit, Eræ Alexandrinæ qua utitur, non annos VII. ſed annos VIII. adiiciendos eſſe.

X. *Chronicon Alexandrinum hic deſinit.*

Uſque ad Indictionem III. annumque XX. Heraclii Imp. Chronicon a Radero, qui primus illud ex Latino in Græcum vertit, *Alexandrinum* appellatum, & *Magnum Paſchale* a Ducangio, qui illud nuper iterum interpretatus eſt, perduxit ejus Auctor Anonymus idiota quidem, ſed, qui illud ex variis Chronicis, Actiſque publicis conſarcinavit. Inventum illud ſæculo elapſo in Monaſterio Ordinis Sancti Baſilii in Sicilia ſito, cujus Monachi fuerant, olim Schiſmatici, ac Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjecti. A quadraginta circiter annis *Farina* Abbas Siculus, cum illud obtinuiſſet, Romam detulit, ubi modo in Bibliotheca Vaticana aſſervatur. Ex eo Manuſcripto, quod unicum ſupereſt, varia exemplaria deſcripta, poſtquam in Sicilia innotuit. Nam antea a nemine citatum reperitur, & veroſimile eſt, uſque ad ſæculum elapſum in tenebris ſepultum remanſiſſe. Baronius ſolum Faſtorum Conſularium ſyllabum ab Onuphrio, & poſtea a Sylburgio in lucem emiſſum viderat. Leguntur in eo Chronico complura, quæ alibi non invenias, quæque cum magna ex parte ex Actis publicis excerpta fuerint, ad Annales Eccleſiaſticos ſupplendos & illuſtrandos magno mihi ſubſidio fuere. Duo ultimi anni Indictionibus II. & III. reſpondentes, præ vetuſtate legi non potuere, & in ipſo Opere deſunt aliqua folia a ſacrilega manu avulſa.

XI. *Auctor utitur Era mundana Conſtantinop. & varia Olympiadum ſupputatione.*

Porro, hujus Operis Auctorem, Monachum, ut reor, Ordinis Sancti Baſilii, Heraclio imperante, Chronicon iſtud edidiſſe, oſtendunt tam controverſia Paſchalis, de qua agit, quam qua utitur Era mundana Conſtantinopolitana, quæ illo Imperium adminiſtrante condita videtur, ut anno DCXL. videbimus. Hujus Eræ annos ſæpe cum Indictionibus, anniſque Olympiadum imperite copulat; & in aliis ſibi quandoque non conſtat. Sunt qui autumant hunc Anonymum Olympiades communes annis duobus antevertere. Verum in illa Farragine Monachus ille varias Olympiadum ſupputationes ſequitur, modo communem ſeu Iphitæam, uti cum Eram Gazæ cum anno quarto Olympiadis CXCIX. connectit, cujus initium in annum illum competere invictis argumentis demonſtrat Cardinalis Noriſius in ſuo Opere de Epochis Urbium Syriacarum; modo Olympiades communes anno uno tantum anticipat, uti in conſignandis Concilio Nicæno, & annis emortualibus Conſtantini Magni, Conſtantii, Juliani, & Valentiniani II. modo annis duobus, ut in variis ejus Chronici locis videre eſt.

XII. *Indictiones a Kalendis Septemb. exorditur.*

*Indictiones* denique a Kalendis Septembris exorditur, niſi ubi mondoſe deſcriptæ ſunt, uti ad annum Chriſti DCXV. Indictionem III. & annum Heraclii V. ubi in narratione habet, *Indict. IV.* loco *Indict. III.* quemadmodum eo Chriſti anno numero VIII. oſtendi. Verum quidem eſt, Petavium in Notis ad Breviarium Hiſtoricum Nicephori pag. 66. exiſtimare Auctorem hujus Chronici Indictiones deducere a die XXIV. Septembris, ſed opinionem illam anno 614. num. XXXIX. confutavi. Multo magis aberrarunt, qui putarunt, illum eas a menſe Martio inchoare, quod *Heraclius* in Epiſtola ad Conſtantinopolitanos an. DCXXVIII. poſt devictum *Choſroen* Perſarum Regem data, & a nobis ex Chronico Alexandr. an. DCXXVII.

nu-

*Spiritus adveniens Domini quo tempore ſanctus,*
*In regionem jam deduxit animamque locavit.*
*Omnibus his mos eſt de flammis quærere flammas.*

*Obiit in præceptis Dei quinto Idus Martii, Æra DCLXVIII.*

Verum etſi obſcura ſit dictio epitaphii, clara tamen eſt memoria martyris, qua ponitur inter martyres in tabulis Eccleſia-

PAGIUS numero XII. & ſeqq. Latine recitata, dicat τῇ κδ' τȣ̃ παρελθόντος φευρȣαρίȣ, τῆς ἐνιςαμένης, ἐπινημέσεως, & Raderus verterit, *XXIV. Febr. præteriti menſis, inſtante jam prima Indictione*, quaſi, inquiunt, adhuc futura eſſet Indictio, quæ pridem inchoata, jam fluere debebat, inchoata ſcilicet ſecundum communem Græcorum calculum Kalendis Septemb. anni DCXXVII. quo pacto menſe Februario anni DCXXVIII. non inſtabat, ſed in finem vergebat. At verbo Græco, ἐνιςαμένη, ſicuti & Latina voce *inſtans*, tempus præſens exprimitur. Hinc Quintilianus lib. 5. cap. 10. tria tempora diſtinguit, *præteritum*, *inſtans*, *futurum*, alia hujus rei exempla apud Robertum Stephanum in voce *inſtans* legenda. In eadem ſignificatione Anaſtaſius Bibliothecarius ſumſit vocem *inſtans* in verſione Epiſtolæ ad Theodorum Epiſcopum Gangrenſem ab Anaſtaſio Apocriſario Romano ſcripta, cujus verba recitavimus anno DCLX. numero III. ubi idem Apocriſarius ait, Sanctum *Maximum* Abbatem prædixiſſe feria ſeptima, die XIII. Auguſti menſis inſtantis quintæ Indictionis, anno ſcilicet DCLXII. Indictione V. menſe Auguſto notato; *Tertio decimo die Auguſti menſis hujus inſtantis quintæ Indictionis, feria ſeptima aſſumet me Dominus.* Quæ Anaſtaſii Apocriſarii Epiſtola, quæ tantum Latine extat, anno DCLXII. data ut an. DCLX. numero II. oſtendi, & locum Anaſtaſii Apocriſarii integrum recitavi. Vide dicta an. DXLVI. num. III.

XIII. *Voce ἐπινεμέσεως Indictionem recte exprimit.* Hæſit etiam ad illum Chronici Alexandrini locum Henſchenius in Exegeſi præliminari de S. Theophanis Chronologia, Tom. III. SS. menſis Martii præfixa numero XXVI. ubi ait, erraſſe manifeſte Interpretem, quod putaverit ἐπινέμεσιν *hic ſignificare Indictionem, nuſquam enim vel hic vel alius Auctor aliter eam appellavit quam Latino nomine* Ινδικτιῶνος. „ *Igitur,* „ *ut Heraclii Epiſtolam recte intelligas reddendum Latine eſt*, inſtante jam primo vere *ſeu* „ prima pabulatione; *eſt enim* ἐπινέμισις *verbale ab* ἐπινέμω luxuriantem in folia ſementem depaſcor. *Hoc autem ſtatim in Martio* „ *faciendum eſt in illis calidioribus regionibus*, inquit Henſchenius citatus. At ἐπινέμεσιν in laudata Epiſtola Heraclii Imp. ſignificare Indictionem & Raderum recte locum illum vertiſſe, demonſtrat Novella ab eodem Imperatore anno DCXXIX. emiſſa, cujus meminimus eo anno num. XIV. In ea ait Imperator, ut videre eſt Tomo II. Bibliothecæ Juris Canonici Veteris pag. 1365. τὸν γὰρ παρόντα θεῖον ἡμῶν νόμον ex Kalendis Aprilis τῆς ἐνεςῶτος ſecundæ ἐπινεμέσεως, &c. ideſt, ut recte vertit Juſtellus, *Quippe ſacram hanc Legem noſtram ex Kalendis Aprilibus inſtantis ſecundæ Indictionis & in omne deinceps tempus perpetuo valere jubemus.* Quæ utraque, vox ἐπινέμεσις ſc & *inſtans* obiter exponendæ fuere, ne novis erroribus januam aperiant. Juſtinianus Imp. in Edicto XIII. cap. 23. & Evagrius tam lib. 2. cap. 12. quam libr. 3. cap. 33. voce ἐπινεμήσεως etiam utuntur ad deſignandam Indictionem, ideoque hac de re nullum impoſterum dubium eſſe poteſt.

XIV. *Croatæ ſedes in Dalmatia collocant.* Conſtantinus Porphyrogenneta lib. de Adminiſt. Imperio cap. 31. prodit, *Croatas*, quos *Chrobatos* appellat, Heraclii Imp. temporibus Baptiſmum ſuſcepiſſe; cumque rei geſtæ annum non exprimat, hic de eorum adventu in Dalmatiam & converſione ad Religionem Chriſtianam ejus verba referam: *Chrobati, qui Dalmatiæ partes incolunt, a Chrobatis Albis Baptiſmo expertibus, originem ducunt* ( antea ſcripſerat Chrobatos tunc habitaſſe, *ubi nunc ſunt Belochrobati*, ideſt, Sarmatæ) *qui ultra Turciam* ( ſic Hungariam hodiernam appellat) *prope Franciam* ( ideſt Germaniam), *habitant, & Sclavis contermini ſunt non baptizatis, Serblis, qui Chrobati dicuntur* ( hos Cromerus in Hiſtoria Poloniæ ex Sarmatia Adriatica cum Bulgaris vicinis in Europam tranſiiſſe narrat), *lingua Sclavorum, ideſt, terram multam poſſidentes, atque hi ipſi Chrobati ad Rom. Imp. Heraclium confugerant, ante Serblos, quo tempore Abares armis inde Romanos ejecerant: quos Roma advectos Diocletianus Imperator illic habitare fecerat, unde & Romani dicti ſunt, quod Roma venientes ſedes poſuerunt in illis Regionibus, nempe Chrobatia, & Serblia. Pulſis vero iis ab Abaribus in diebus ejuſdem Heraclii deſolata, eorum Regio jacuit; quapropter ejus juſſu iidem Chrobati armis arreptis Abares ex illis locis expulerunt, & in ipſorum terra, quam etiam hodie tenent*, ( ideſt anno Chriſti circiter DCCCCL. ) *ſedes collocarunt.*

XV. *Fidem Chriſtianam amplectuntur.* *Erat autem illis tunc temporibus Princeps Porge pater; Heracliuſque Imperator Roma per Legatum Sacerdotibus accerſitis, conſtitutoque ex ipſis Archiepiſcopo, Presbyteris, & Diaconis, Chrobatos baptizavit; & tunc quidem Principem habebant Porgam: terra vero hæc, quam incolunt Chrobati, ab initio ſub poteſtate erat Romanorum Impp. unde etiam illic in hodiernum uſque diem Palatia ac Circi Diocletiani ſuperſunt in Urbe Salona, & prope Aſpalathum, neque cupiunt Chrobati hi baptizati aliis bellum inferre, idque quia legem deſinitam habent a Pontifice Romano, qui ſub Heraclio Imp. Sacerdotes miſit, eoſque baptizavit poſt acceptum enim Baptiſmum pepigerunt, & Chirographis propriis, datis Sancto Petro Apoſtolo, juraverunt nunquam ſe alienam terram armis invaſuros, ſed pacem habituros cum omnibus volentibus, & imprecationem viciſſim a Pontifice acceperunt, ut ſi quando aliæ gentes ipſos invaderent, pro iis pugnaret, vindexque eſſet eorum Deus, victoriam conciliante Petro Chriſti diſcipulo.* Roma autem accerſitos Sacerdotes, qui Croatos baptizarunt, ut Porphyrogenneta docet, Latinus ritus ipſorum demonſtrat, & Archiepiſcopum ex ipſis conſtitutum fuiſſe teſtatur etiam Thomas Archidiaconus Spalatenſis cap. XI. ubi *Joannem* Legatum Summi Pontificis, patria Ravennatem primum electum Spalati Archiepiſcopum tradit, qui olim *Salonitanus*, totiuſque Croatiæ Primas, ad hodiernum uſque diem nuncupatur, ut tradit Joannes Lucius in Hiſt. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ lib. 1. cap. XI. Verum quo primum

tem-



ſiaſticis in univerſa Eccleſia Catholica annis ſingulis repetenda tertio Idus Septembris, fortaſſe quod ea die corpus ejus inventum vel tranſlatum fuerit.



Sex-

PAGIUS tempore Spalatenſibus Archiepiſcopus datus, a nemine proditur. Porro *Croatia Baptizata*, ut poſtea vocata fuit, ad Majoris Croatiæ diſcrimen, quam *Albam* vocabant, ſecundum oram maritimam ad Iſtriæ montana, & ad *Albunum* Oppidum excurrebat, ſuntque etiamnum in ea hodie *Spalatum*, *Sebenicum*, *Jadera*, *Nona*, & aliquot alia Oppida,

I. SExcenteſimus trigeſimusprimus agitur Redemptoris annus, Indictione quarta, quo res Orientalis Imperii fluctuare magnopere cœperunt. Ex quo enim Heraclius Imperator eſt naufragatus a fide,
Arabes Romanum invadunt Imperium.
mala cuncta Romanum Imperium invaſerunt: nam uſque dum coluit pietatem, Deus præcedebat caſtra fidelium; ubi vero de acceptis beneficiis nimis ingratus apparuit, excitavit contra eum barbaros Arabes, de quibus nihil tale timuerat. Ita novit Deus in rebelles fidei Catholicæ Principes excitare gentes ultrices, quibus velut virga furoris iratus plagas illis infligat. Hoc ſiquidem anno (ut produnt Annales (poſt Mahometis Principis obitum, cum jam Perſarum Reg um potentia collapſa penitus eſſet, conſumptis inter ſe ipſis bello civili, cœperunt Arabes bellum gerere adverſus Romanos: quanto autem eos damno affecerint, quæ dicturi ſumus annis ſequentibus, demonſtrabunt. Laborabat interea Heraclius pro Monothelitarum hæreſis roboranda, conſpirante cum ipſo, immo impellente eum Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo. Porro res ita ſe habebat, ut pulchro velamine pacis error impius obtegeretur: adeo ut ejuſmodi ipſorum conatus potius extirpatio hæreſis, quam ejus propagatio exterius videretur. Etenim præſeferebant Monothelitæ, defenſores ſe eſſe Chalcedonenſis Concilii, hæreſum vero tam Neſtorii, quam Eutychetis, ſive aliorum everſores: adeo ut toto ferme hoc reliquo tempore, quo vixerunt tum Sergius, tum Heraclius perſeverarint inter ſuos Catholico nomine: nec per annos plures fuit ejuſmodi hæreticorum vafricies detecta. Quomodo autem iſta ſe habuerint, quæ annis ſequentibus dicturi ſumus, aperient.

Quod vero ad res pertinet Occidentales: hoc ipſo anno, ubi Clotarius Rex Francorum annos quadragintaquatuor regnaſſet, ex hac vita migravit, relicto totius regni hærede ſuo filio Dagoberto. II. Clotharii Reg. Fran. obitus.
Sed antequam de ſucceſſore agamus; quæ de eo ſunt reliqua, nec certi anni periodo definiri poſſunt, hic memoria digna in medium afferamus; & primum quæ ab Aimoino in hæc verba narrantur (a): *Hunc* inquit *Clotharium beatus Sulpitius tunc quidem Archidiaconus, poſt-* (a) Aimoi. l.4. c.16.
*mo-*

PAGIUS SÆC. VII
Anno Eræ Hiſpan. DCLXIX. Anno Hegiræ X. inchoato die 24. Apr. fer. 1. A.C. 631.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6124.

☉ 24. F. ☽ 5. P. 24. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 631.

HONORII PAPÆ 7.

HERACLII IMP. 22.

I. *Poſtconſulatus.* HIC annus iſta formula notatus: *XXI. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XX. & anno Imperii Heraclii Junioris Conſtantini XIX.*

II. *Saraceni nonniſi poſt Mahumetis mortem adverſus Romanos inſurrexere.*
Ad num. I. Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXXIII. qui Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur, fuſe refert de Saracenis, quod Baronius breviter ex Anaſtaſio, eos nempe hoc anno Romanos aggreſſos eſſe, & tres eorum *Ammiraos* a Romanis peremptos. Verum cum Theophanes aſſerat contigiſſe id poſt *Mahumetis* mortem, quam anno Eræ Alexandrinæ DCXXII. narravit, liquet hæc pertinere ad annum DCXXXIII. altero ſcilicet poſt Mahumetis obitum anno, quod recte vidit Sigebertus in Chronico, ubi Mahometis morte cum anno DCXXXII. alligata an. DCXXXIII. ſcribit: *Inter Romanos & Saracenos bellum implacabile oritur hac de cauſa, quia cum quidam ſpado Imperatoris Heraclii diſtribueret rogas* (id eſt donativum) *militibus, cum inter alios etiam Saraceni ſub Imperatore militantes ad accipiendum venirent, ſpadone indignanter eis dicente, Vix ſufficit Imperator dare rogas militibus, quanto magis canibus iſtis: illi dolore & pudore incitati, totam Saracenorum gentem ad rebellandum incitant. Ammirai autem Saracenorum Romanos aggrediuntur, & cum multis tres Ammirai a Romanis perimuntur.* Quæ Sigebertus ex Theophane accepit. Nicephorus in Breviario pag. 16. bellorum Romanos inter & Saracenos aliam cauſam aſſignat, aitque: *Theodorum Ærarii privati Comitem cognomento Trithurium, Ducem Orienti præficit* (nempe Heraclius). *Nam Sergius qui Niceta tempore præfuit, hoc modo perierat. Saraceni Camelum pelle denudantes, in hanc Sergium includunt ac conſuunt. Ita deſiccata pelle, una, & qui incluſus erat, contabeſcens, paulatim miſerabili morte confectus eſt, quippe hoc illi crimen objecerant, Auctorem Heraclio fuiſſe, ut ne Saracenis e Romanorum finibus egredientibus permitteret triginta auri libras, quæ illis quotannis penſitabantur, mercibus permutatas extra Imperium transferre: ex quo factum eſſet, ut Romanum militem vaſtarent. Heraclius porro Theodorum vetuit cum Saracenis pugnam committere. Qui diſpoſitis inſidiis, paucisque ad velitandum præmiſſis, ſenſim Romanos inducunt: donec qui in inſidiis erant repente in eos irruunt, & in medio interceptos plerosque tam milites, quam Duces interficiunt.* Verum hæc omnia poſt mortem Mahometis, qui pacem cum Romanis ſervavit, geſta. Porro Mahometes ante mortem *debellandis ex Arabum genere Chriſtianis Ameraos quatuor inſtituit*, inquit Theophanes ibidem. *Amir* autem Arabibus Dominum ſignificat & Amiræ erant apud Saracenos Satrapæ, nempe Urbium vel Provinciarum Præfecti, atque adeo *Sultani*, qui *Califa* ſuberant.

III. *S. Lupus Senonenſis Epiſc. in exilium a Clotario Rege miſſus.*
A num. II. ad V. *Clotarius* II. Neuſtriæ & Burgundiæ Rex anno. DCXXVIII. mortuus eſt, ut eo anno oſtendimus. Is Sanctum *Lupum* Senonenſem Epiſcopum poſt mortem *Theodorici* Regis a partibus Sigiberti hujus filii ſtantem in exilium egit, ut habet Auctor ejus vitæ apud





*modum autem Bituricenſium Epiſcopus, anteriori tempore a gravi liberaverat febrium incomodo, ſeptem prius dierum conſummato jejunio. Fuit autem* Clotharius *patiens, litteris eruditus, timoris Dei plenus, pauperibus neceſſaria tribuens Eccleſiarum Domini atque ſacerdotum utilitati conſulens. Verumtamen ſubdola malignantium verſutia ſubreptum eſt ei, ut beatum Lupum Præſulem Senonum, a ſede propria expulſum, in exilium mitteret.* Sed præſtat hæc petere ex Actis ipſius Lupi ſanctiſſimi viri, ubi cauſa exilii pulchre texitur, & Regis pœnitentia digna memoria recenſetur. Cauſa enim cur exularit, in rebus ab eo geſtis ſic aperitur:

III. S. Lupus Senonenſis Epiſ. exulat.
*Poſtquam Clotharius Burgundiæ regnum obtinuit, Farulfum virum multi ſæculi dignitate pollentem ob regia negotia curanda eo ablegavit. Is a Regis latere digreſſus, ejus juſſa quamprimum executurus, ubi prope Senones venit, multa animi indignatione cœpit permoveri, quod ſanctus Antiſtes ei cum muneribus obviam non procederet. Deinde intra urbem ſuſceptus, torvo vultu beatum virum intuebatur. Sed audivit ab eo: Oportet ſemper obedire magis Deo, quam hominibus. Sacerdotis eſt, plebem regere, & Principes ſæculi divina præcepta docere: itaque par eſt illos ad eum potius accedere. Farulfus ira & furore percitus, multa ad Regem de ſancto viro falſa retulit, adjutus etiam opera nequiſſimi Medegiſili, qui in ſancti Remigii ſuburbio monaſterium tenens, ſancti Epiſcopi locum occupare conabatur. Iis ergo nefariis viris regias aures incantantibus, Clotharius Rex commotus beatum Antiſtitem jubet exulare Vinemagi, qui eſt Neuſtriæ pagus.* Ubi eum multos convertiſſe tradit, additque demum ipſum opera ſancti Ragnegeſili Archidiaconi & ſancti Vvinebaudi revocatum fuiſſe.

IV. Quanto autem eum Rex Clotharius acceperit deſiderio iſta ibi ſubduntur: *Lætatur Rex, & proceres omnes gratulantur tanti Antiſtitis præſentia: contemplatuſque eum Rex, pietate flexus, ad pedes ejus humi proſternitur, veniamque ab illo deprecatur. Cernens vero eum afflictum, corpus ejus macie confectum, caput intonſum, barbamque minime raſam ob cumulandum abſtinentiæ rigorem: tremens & ejulans Rex cum multo gemitu ejus miſeriæ ſe reum fatetur, & ſancti viri delatoribus dira imprecatur: jubetque eum honorifice tractari, comamque & barbam tonderi. Poſtquam autem ſuus ei decor redditus eſt, ejus clerum voluit Rex convivio intereſſe. Ibi tum, Chriſto agente, repentina converſione cernere erat Regem ex perſecutore factum miniſtrum beati viri, & ſuis manibus ei cibum porrigentem, qui antea illi penuriam attulerat.*

*Rurſus vero petens ſui facinoris veniam, a ſancto Epiſcopo levatur e pulvere; multaque ei offert munera Eccleſiæ uſibus profutura, atque ita demum jubet eum ad ſuam urbem ſe recipere.* Hactenus de ſancti Lupi ab exilio reſtitutione: ex quo diſcant ſacerdotes, cultores ſe eſſe debere juſtitiæ, & nihil remittere ſacerdotalis conſtantiæ timore Regum. Siquidem alterum de duobus ſit neceſſarium fore; ut vel cedentes veritati Reges, & victi virtute, ſe (ut decet) ſubiiciant ſacerdotibus; vel ſi reſiliant, obſtinateque eoſdem perſequantur, parari ſibi hac ex parte majorem gratiam, & glorioſiorem præparari coronam ſacerdotes ipſi non dubitent, ſecundum illud Ambroſii in obitu Valentiniani: *Felicius Epiſcopos per-*
*ſe-*



PAGIUS pud Surium ad diem I. Septembris, cujus verba Baronius recitat. Revocatus eſt autem ab exilio Lupus ab ipſomet Clotario Rege poſt annum circiter exilium, anno ſcilicet ſexcenteſimo decimo quarto. Nam in Hiſtoria S. Winebaudi Abbatis dicitur, hunc adiiſſe *Clotarium* Regem prope Rotomagum, ab eoque ſuis precibus impetraſſe reditum *Lupi* Senonenſis Epiſcopi, qui Sede pulſus in Neuſtriam ablegatus fuerat: & parte alia in Vita S. Euſtaſii Abbatis Luxovienſis a Jona ſcripta legitur, *Euſtaſium* conveniſſe *Clotarium* in Occidentalibus Galliarum partibus commorantem prope Oceanum, & quidem anno DCXIV. aut circiter. In Hiſtoria citata deſcribitur iter Winebaudi ad Clotarium Regem his verbis: *Domini Clotarii Regis B. Lupus Senonicæ Civitatis Epiſcopus dignoſcitur incurriſſe calumniam, & extra ritum Canonicæ ſententiæ adeptus exilium. Pro cujus rei cauſa, Archidiaconus ſuus ad Venerandiſſimum Abbatem pervenit, genibuſque innixus eſt, ut prædictum Regem ſuggerendum, Sanctitas ſua non venueret deprecari, ut non amplius Paſtoris præſidio Sacroſancta Eccleſia deſtituta conſiſteret, nec extorris haberetur nec extraneus. Quam ob rem nec ſit roganti dilatio, ubi miſericordia voces prævenit ſupplicantis, cœpto itinere cum Divina gratia aggreditur viam propere.* Paulo poſt: *Tum Beatiſſimus pervenit ad Regem in villam nomine Alentum, non longe ab Oppido Rotomagenſi. Qui cum eum vidiſſet, gaviſus eſt, & quaſi Angelum Domini, ac ut munus cœleſte excepit. Petiit igitur vir Dei Vvinebaudus ſecundum precem Archidiaconi, ut reos qui a Ducibus vel Comitibus ſuis in lacunis aut in carceribus tenebantur, Celſitas ſua ſine ulla dilatione pro religione Sanctorum, vel pro ſtabilitate regia dignaretur abſolvere. Proinde quod petiit habuit obtentum, abſolutis captivis cum Beato Lupo Pontifice Senonicorum.* Quæ geſta eſſe ante menſem Octobrem anni DCXIV. Cointius eo anno num. XVIII. ex eo colligit, quod eo anno menſe Octobri *Clotarius* Synodum Pariſiis haberi curavit, de qua ſuo loco egimus.

IV. Cæterum *Lupus* Clotario Regi ſuperſtes non vixit; cum migrarit ad Deum priuſquam celebraretur *Concilium Rhemenſe*, cui ſucceſſor ejus *Richerius* ſubſcripſit. Eccleſiam Senonenſem bo-
no-

*ſequantur Imperatores, quam diligant.* Porro quod pertinet ad ſanctum Lupum, vir mirificus egregia claruit ſanctitate, inque edendis miraculis mire virtus ejus enituit.

V. Defuncto igitur Clothario Rege, ejus filius Dagobertus ſolus potitur Francorum regno, cujus regimini reliquerat Clotharius præfectum Pipinum Ducem Neuſtriæ, quem ſibi in Majorem domus ob egregias ipſius virtutes idem Clotharius adſciverat.

Tres Pipini. Sed tanti viri ſumma pietate inſignis memoria haud eſt prætereunda. Dicendus hic Pipinus ejus nominis primus, ex quo duo alii, ſecundus ſcilicet, ipſius nepos, & tertius Pipinus ſecundi nepos, qui etiam regnum Francorum per Zachariam & Stephanum Romanos Pontifices eſt adeptus: ut videas ex quibus progenitoribus ille provenerit. Accepimus iſta ex Stephano Abbate, qui res geſtas Sancti Modoaldi Archiepiſcopi Trevirenſis proſecutus eſt: ubi, ne confundatur hiſtoria, de duobus Pipinis viris clariſſimis genus texitur. Prior enim, de quo eſt ſermo, fuiſſe ponitur Carlomanni ſenioris filius, qui ex nupta ſibi Itta religioſiſſima femina hos acceperit liberos Grimoaldum, Gertrudem, & Beggam, pietate omnes inſignes: ex Begga autem juncta matrimonio Anſegiſo filio ſancti Arnulfi poſtea Metenſis Epiſcopi, ſit natus Pipinus junior, ſenioris nepos, ejus nomini ſecundus; ex quo natus eſt Carolus cognomento Martellus: ex Carolo vero tres ſunt geniti filii Carolus, Carlomannus, atque Pipinus tertius ordine, primus autem ejus generis Rex Francorum.

VI. Qualis Pipinus major. Sed de primo Pipino modo dicendum, cujus virtutum præconium poſt alia verbis iſtis Stephanus Abbas ſummatim perſtringit, dum agit de Itta ſanctiſſima femina ſorore ſancti Modoaldi ipſi in matrimonium collocata (a): *Fuit namque probatiſſimæ vitæ ac puriſſimæ famæ, ſapientiæ domicilium, conſiliorum theſaurus, defenſio legum, controverſiarum finis, munimentum patriæ, decus curiæ, via Ducum, & diſciplina Regum.* Et inferius de eodem: *Clarebant tunc temporis in palatio viri ſtrenuiſſimi, idemque religioſiſſimi: inter quos eminebat Pipinus Carlomanni filius Dux clariſſimus & Major domus ſub Clothario, Dagoberto, & Sigeberto potentiſſimis Regibus.* Et paulo poſt: *Ea tempeſtate Dagobertus rerum potiebatur, ſub quo idem Dux dignitate modicum a ſublimitate regia differente præditus, omnia regni negotia prudentiſſima diſpoſitione ordinabat, præſtabatque tam in bello fortitudine, quam juſtitia in pace. Erat enim erga Regem fidei ſervantiſſimus, erga populum vero tenaciſſimus æquitatis, & in diſceptanda utrorumque cauſa fortiſſimo animi judicio perſiſtens, nec munera populi ad ſubvertendum jus regium reſpiciebat, nec gratiam Regis ad obruendam populi juſtitiam attendebat. Siquidem Regem Deum Regi homini præferebat, cujus mandatum probibitum noverat (b) vultum potentis honorare, vel perſonam pauperis in judicio attendere. Tam ergo quæ plebis erant, plebi defendebat, quam quæ Cæſaris, Cæſari reſtituebat.*

(a) Steph. in vita Modoald. l. 1. c. 2. & 34. apud Sur. die. 12. Maii.

(b) Levit. 19.

VII. *Tali hujus Ducis induſtria & conſilio Dagobertus eo celebritatis ſplendore enituit,* at

PAGIUS

Clotario Regi ſuperſtes non fuit.

norum ſuorum ſcripſit hæredem ex aſſe; quo ampliſſimo provento hactenus dives, grati animi vices ſingulis annis rependit publica ſupplicatione ad ejus ſacra lipſana, eorum bajulatione intra Civitatis mœnia. Eodem circiter anno, quo *Sanctus Lupus*, ad Deum migravit *Sanctus Vvinebaudus*, qui colitur die ſexta Aprilis, ad quem diem ejus Vitam ex Promptuario Tricaſſino Camuſati refert Bollandus, in qua dicitur eum fuiſſe Abbatem Monaſterii Sancti Lupi, tunc in ſuburbio Urbis Trecenſis conſtituti ejuſque miracula, & virtutes fuſe enarrantur.

V. Pippinus Heriſtallus nudis pedibus peccata confitetur.

A num. V. ad XI. In Hiſtoria Francica paſſim agitur de *tribus Pippinis*, quorum prior, quod *Landis* (oppidulum Brabantiæ ad Getam amnem) natus eſſet, *Landenſis* ſeu Landinenſis a Recentioribus cognominatus eſt. Secundus dictus Heriſtallus, primique nepos extitit. Tertius *Brevis* cognominatus, primus ſecundæ ſtirpis Regum Francorum Rex fuit. Porro Baronius num. VIII. Sancto Pippino Landenſi laudem tribuit, quæ ad ejus nepotem *Pippinum* Heriſtallum pertinet, quod ſcilicet *Sanctum Vvironem* Epiſcopum, ut peccata ei confiteretur, nudis pedibus adire ſit ſolitus. Venerat e Scotia *Vviro* cum Sancto *Pectbelmo*, & *Otgero* Diacono, in Franciam, & benigne a Pippino excepti, *in monte Sancti Petri*, ut tunc dicebatur, (nunc *S. Odiliæ* mons eſt, ad Ruram flumen haud procul Ruræmunda, poſtea ædificata Urbe, nunc Eiſcopali) ſedem eodem annuente Duce fixerunt, Monaſterio ædificato. Quod antea indicavimus Chriſtianæ ſubmiſſionis ac pietatis facinus, narratur in Sancti Wironis Vita apud Bollandum ad diem VIII. menſis Maii, ſimiliaque habentur de *Sancto Pectbelmo* in ejus Vita ad diem XV. Julii.

VI. Quod tamen de Pippino Herſtallo intelligendum.

At Vita Wironis eum longe poſteriorem Beato Pippino Landenſi fuiſſe oſtendit. In ea enim dicitur, *VVironem* ſibi imitandos propoſuiſſe *Patricium, Cuthbertum, Columbam, patriæ columnas, terræ lucernas.* Erat, cum mortuus eſt Beatus Pippinus, adhuc puer *Cuthbertus*, qui anno DCLI. cum oves paſceret, Sancti *Aidani* animam vidit ab Angelis in cœlum deduci, ac tunc Monaſticam vitam adhuc adoleſcens amplexus eſt; obiit vero anno DCLXXXV. non admodum provecta ætate. Inde ergo ſtatui poteſt, *S. VVironem*, qui Sancti *Cuthberti* virtutes dicitur imitatus, non videri natum fuiſſe adhuc quando B. Pippinus deceſſit, anno ſcilicet Chriſti DCXXXIX. quo de ejus morte ſermo erit. Hæc recte obſervata a Bollando ad diem XXI. Februarii, in Elogio S. Pippini Landenſis, & ad diem VIII. menſis Maji in Commentario prævio ad Vitam S. Wironis Epiſcopi. Refert ibidem, SS. *VVironem, Plethelmum,* & Ot-



Dagob. Regnum quandiu floridum.

*ut liberalitate, juſtitia, manſuetudine, aliiſque virtutibus quibus Regem decebat, plures ante ſe Reges præcelleret. Sed hanc regiam viam, hanc virtutis lineam tenuit, quamdiu ſanam doctrinam ſapientiſſimi præceptoris inſtituit, & non ad ſua deſideria coacervavit ſibi magiſtros. Felix, ſi ſecundum viri ſapientis monita (a) de mille pacificis ſuis unum hunc elegiſſet conſiliarium. Sed demum Salomonis (b) exemplo depravatum eſt cor ejus ad tempus per mulieres; utque ſolet in magna rerum copia ac ſoluta libertate prona eſſe in conſenſum peccati natura mortalium; ob divitiarum affluentiam ac ſecundos rerum ſucceſſus a bono honeſtoque in pravum abſtractus, ſalubribus monitis aures occluſit. Cœpit ergo tam avaritia quam libidine æſtuare, rebus Eccleſiarum novos theſauros implere. Cujus impudentiam dum Pipinus dolore permotus liberrimo ore increparet, exprobrans quod maximis Dei beneficiis ingratus exiſteret: ille obſcœnis libidinibus potius, quam ſanis obtemperans conſiliis, tentabat magis more phrenetici medicum quolibet modo extinguere, quam a pravitatis ſuæ furore reſipiſcere.*

(a) Eccl. 6.

(b) 3. Reg. 11.

VIII. *Sed benignus Dominus qui ſuos ſalvare decrevit, nunc a malis liberat, nunc etiam innoxios ſervat; & pium Ducem a periculo mortis potenter eripuit, & malevolum Regem ab effuſione juſti ſanguinis miſericorditer revocavit. Num ſaniore conſilio reputans dignitatis ſuæ ſtatum labefactari, ſi virum nobilem, potentem, fide ac juſtitia popularibus acceptum perimeret; paulatim animum reflexit, cæpitque egregium Ducem in tantum revereri, ut conceptam malitiam in pacem & gratiam commutaret. Quod ſapientiſſimus Dux non ſuæ induſtriæ, ſed divinæ adſcribens miſericordiæ, tanto magis in modum ſancti animalis oculos ante & retro habentis ſtudebat in cunctis ſe prudenter agere, & ad divinæ juſtitiæ lineam omnes judiciorum ſuorum ſententias dirigere. Sed quia ſanctarum ſcripturarum ſcientia minus eruditus erat, prudentes quoſque viros, quos in timore ac dilectione Dei noverat excreviſſe, omnium conſiliorum vel negotiorum ſuorum ſocios aſſumebat. Nam & Arnulfum Metenſem Pontificem, qui ante Pontificatum hanc eamdem dignitatem irreprehenſibiliter adminiſtraverat, & poſtmodum eo defuncto, beatum Cunibertum Colonienſium Antiſtitem pari ſanctitatis fama illuſtrem in hac negotiorum adminiſtratione curabat adhibere participem.* Hæc & alia Stephanus in laudem viri religioſiſſimi: ad quæ addimus corollarium ex rebus geſtis (c) ſancti Vvironis in Scotia Epiſcopi miraculis clari, ubi hæc de eximia religione Pipini: *Dux autem Pipinus tantæ eum venerationis habuit, ut tamquam præſuli animæ ſuæ, vitæque patrono, propter eximiam ſanctitatem ſua illi peccata confiteri ſolitus ſit, nec erubuerit ad faciendam confeſſionem, detractis calceis, eum adire, ejuſque oris imperio parere: ſæpius etiam volebat eum intereſſe communibus conſultationibus majorum. &c.* Vidiſti, lector, quanta pietas Principis hujus fuerit, ut nonniſi ob pœnitentiæ ſignum, diſcalceatus, conſueverit ſua ſancto viro confiteri peccata. Quoſnam tu ſapientiores dices, hunc Deo dilectum ſanctiſſimum virum, an a fide Catholica refugas homines ejuſmodi inſtituti deriſores? Sed quod modo de ſancto Vvirone occaſione Pipini opportuna incidit mentio, agamus hic de ejus ad Epiſcopatum promotione, quæ ſic ſe habuit, prout in iiſdem ipſius rebus geſtis narratur:

(c) Extant apud Sur. die 8. Maii.

Pipini humilitas, cum ſua confiteretur peccata.

IX. D. S. Vvirone Epiſcopo.

*Erat ejus inſulæ conſuetudo,* nempe Scotiæ, *ut primo eligerent incolæ Epiſcopum, deinde electum Romam mitterent, Summi Pontificis manibus conſecrandum, atque ita demum rediturum ad ſedem ſuam. Itaque licet multum refragaretur ſanctus Vviro, non tamen a ſua ſententia diſceſſit plebs fidelis, ſed etiam invitum illum eligens, compulit tandem aſſentiri. At ille hac occaſione nactus opportunitatem e patria emigrandi, piæ peregrinationis amore, urgentis populi ad tempus ceſſit voluntati, licet coram Deo longe alia eſſet animi ejus intentio, quæ tandem etiam non eſt voto fruſtrata ſuo. Abit igi-*

PAGIUS

& *Otgerum* Evangelium prædicaſſe in iis Galliæ partibus, quæ non ſatis erant fide Chriſtiana excultæ. In Vita S. Wironis a gravi Auctore Anonymo elucubrata, ſingulæ fere ejus virtutes enumerantur, diciturque Pippinus Dux ei dediſſe *Locum remotum a mundi negotiis, quo liberius cum ſuis inibi cœleſtes caperet fructus.* Wironem Evangelium in Gallia prædicaſſe ſcribit etiam Cointius) anno DCXXXVIII. num. XCVII. quod probat ex Vita S. Suiberti Marcellino Presbytero attributa, & præterea aſſerit, *VVironem*, & Socios non Pippini Herſtalli, ſed Pippini Landenſis tempore vixiſſe, contra ejuſdem Marcellini teſtimonium. At Acta illa Pſeudo-Marcellini, quæ etiam Baronio impoſuerunt, falſis narratiunculis confuta eſſe, nunc inter Eruditos fere convenit.

VII. Sanctus VViro coævus fuit Pippino Herſtallo.

Ut autem uno tenore abſolvam quæ ad Wironem anno incerto ſub hujus ſæculi finem demortuum ſpectant, natus is eſt in Scotia, cumque ſtatuiſſet peregrinari, patriæ ſuæ Eccleſia Paſtoris morte viduata remanſit: *Moxque concordi cunctorum voce VViro Paſtoris officio deſtinatur invitus. Moris erat apud incolas ejuſdem inſulæ, primo Paſtorem inter eos eligere, tum electum Romam dirigere, Apoſtolicis manibus ordinandum.* Socios aſſumit *Plechelmum* Sacerdotem, & *Othgerum* Levitam, Romamque cum illis pergit. Quem, ut coram venit, Papa perſpiciens in vultu, quod erat in corde perſenſit, & li-

*gitur Romam non terrenæ dignitatis ambitione, ſed diu cupitæ peregrinationis deſiderio impulſus. Comes autem illi & itineris & voti accedit Plechelmus ſacerdos virtute venerabilis, nec ætate major, nec meritis multo minor. Erat ambobus cor unum & anima una in omnibus. Cum autem per Angliam iter facerent, divinitus illis adjunctus eſt Otgerus Levita, qui præ ferventi cœleſtis patriæ deſiderio terrena contemnens, beato viro adhæſit.*

X. *Tum vero iter optatum ſecurius vir ſanctus cum ſociis proſequens, Chriſto duce, proſpero curſu mare emenſus, tandem Romam pervenit: ubi beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina labris tres illi premunt, pavimentum lacrymis rigant, precibus & votis altaria cumulant, & in cælum preces tranſmittunt, loca ſancta crebro inviſunt. Nec deſpicit Chriſtus gemitus ſervorum ſuorum; quod quærunt divinitus illis non negatur. Ubi autem Romanus Pontifex eos adveniſſe cognovit, beatum Vvironem ad ſe accivit. Ille vero ſine dilatione cum ſociis ad Pontificem acceſſit. Intuitus autem illum Pontifex, ex vultu animum ejus cognovit, moxque in ejus ruens amplexus, oſculatus eſt eum non ſine lacrymis. Deinde oblata colloquendi opportunitate, Pontifex nomen & patriam animique propoſitum ex illo percontatus eſt. Ille vero oſor falſi, tenaxque veri, primo expoſuit cauſam adventus ſui, & cur a ſuæ regionis hominibus eo miſſus ſit: deinde animi ſui votum tantæ ſanctitatis Pontificis expromens, ejus pedibus advolutus, quanta poteſt inſtantia petit, ut ſuum velit præbere aſſenſum,* nempe, ut liberum eſſe ſineret. *At Pontifex nihil motus ejus precibus populo Dei potius conſulere voluit, & ejus electioni ſuffragari. Invitum igitur, diuque reluctantem, Epiſcopum illum ordinat, eumdem honorem etiam impertiens Plechelmo ſancti viri ſocio: amboſque complexus, multis auctos muneribus remiſit in patriam, ſua auctoritate præcipiens beato Vvironi, ne ſe ulli peregrinationi daret, donec eſſet reverſus ad ſuos.* Hucuſque de ordinatione Vvironis auctor, qui de reliquis ſancti viri præclaris rebus geſtis pergit narrare hiſtoriam.

XI. De Arnulfo Epiſc. Metenſi eremum petente. Sed revocat nos temporis ratio ad Dagobertum Regem, cujus regni exordio ſanctus Arnulfus Metenſis Epiſcopus, qui eum educaverat, de quo ſuperius dictum eſt, nonniſi divinitus inſpiratus, quod Regi ſe non fore proficuum amplius prævidiſſet, eremum petiit. Regem geſtam ita a Jona Abbate hujus ſæculi ſcriptore narratam audi: *Defuncto itaque Clotario Rege, cum adhuc beatus Arnulfus Epiſcopus eodem deſiderio quo prius, converſandi videlicet in eremo, flagraret, & iterum atque iterum a Dagoberto Principe, quem ipſe diligentiſſime nutrierat, licentiam hujus rei poſtularet; inſtinctu diaboli commotus adverſus eum Rex, cum ei die quadam nimis importunus in petendo fuiſſet, arrepto mucrone voluit eum ſauciatum a ſe removere. Tunc ille parvipendens iram morituri Regis conſtanter dixit: Quid agis, miſer; mala pro bonis mihi rependere vis? Nunc autem, quandoquidem ita placet, ſævias in me quantum velis, ego pro illius amore mori non dubito, qui mihi vitam dedit & pro me mortuus eſt. Hæc eo dicente, cum unus aſtantium procerum blandis verbis redargueret temeritatem Regis, ſedatus eſt furor ipſius, & mediante gratia Dei caruit effectu ſceleratus affectus. Interea ſuperveniente Regina, ut audivit commotionem qua contra virum Dei ſine cauſa incanduerat, proſtravit ſe una cum Rege pedibus ejus, &, ut ſui miſereretur remittendo illatam injuriam, cum lacrymis poſtulavere, dicentes: Perge domine ad eremum, ſicut deſideras: tantum te placa-*

PAGIUS *& licet invitum diuque reluctatum, Epiſcopali eum ſublimavit ordine.* Quin & *Plechelmum* itineris ſocium eodem promovit honore. Obtemperans præcepto Romani Pontificis Vir ſanctus pervenit in propria, ubi omnium applauſu Epiſcopali Cathedræ præpoſitus eſt. Verum peregrinationis æſtu anhelabat. Quare relicto Epiſcopatu navigavit in Franciam, ubi *Pippinus* Dux Francorum eos ad ſe venire fecit, locumque *VVironi* conceſſit ad manendum, tantaque veneratione proſequutus eſt, ut dedignatus non ſit *gratia confeſſionis diſcalceatus eum adire, ejuſque oris imperio prompte parere.* Tandem Wiro felicem cœlo reddidit animam, quæ omnia ex ejus Vita Auctore Anonymo ſcripta excerpſimus, ubi non dicitur, quis tunc Romanam Eccleſiam rexerit, aut quæ Scotiæ Civitas eo alumno, ac dein Præſule gaviſa ſit. Ex monte S. Odiliæ, in quo vixit, & mortuus eſt Wiro, pars Reliquiarum ejus Ultrajectum, pars Ruremundam tranſlatæ ſunt, qua de re legendus Bollandus. Coluntur in Faſtis Belgicis, *VViro* VIII. Id. Maii, *Plechelmus* Idib. Jul. *Otgerus* IV. Idus Septemb.

VIII. S. Arnulphus Epiſcopatum Metenſem abdicat. A num. XI. & ſeq. *Sanctus Arnulphus* anno ſexcenteſimo viceſimo quinto jam provecto in Voſagum relicto Epiſcopatu Metenſi ſeceſſit, poſtquam ſediſſet *annos quindecim, dieſque decem*, ut habet Codex Sancti Symphoriani. Annus tamen hujus abdicationis in magna controverſia poſitus, pleriſque poſt *Clotarii* Regis mortem, eam contigiſſe opinantibus. Auctor Anonymus coævus, qui ejus Vitam ſcripſit, a Mabillonio Sæculo ſecundo Benedictino recitatam, ait eum intenſiſſime a Principe flagitaſſe, ut ſucceſſorem Præſulem ſibi daret, Clotariumque Regem, qui *Dagobertum* filium ſuum eidem ad erudiendum tradiderat, petiiſſe, ut eum nullatenus relinqueret. Sed cum ſummo deſiderio *Arnulphus* ad eremum properare diſponeret, Dagobertum ſuum tandem conſenſum præbuiſſe. Quare in vivis adhuc erat *Clotarius*, quan-



*catum habeamus, quem injuſte offendimus.*

XII. Dum igitur cogeretur ſanctus Epiſcopus in curia jugiter permanere, nec inde recedere ſineretur, conſulto numine & reſponſo accepto, ut quod animo conceperat, conficeret: de ſucceſſore viro digniſſimo divinitus pariter certior redditus, ſe contulit in ſolitudinem ubi ad obitum uſque permanſit miraculis illuſtratus. Succeſſor ei datus eſt Gortricus, vir quidem ſanctitate mirandus. At de rebus Francorum hactenus; reliqua ſuis locis. Subiicit hæc his Aimoinus: *Poſt diſceſſum præfati Antiſtitis Arnulfi, conſiliis jam dicti Pipini & Cuniberti urbis Coloniæ Præſulis obaudiens, ſuggerentibus eis, æquitati ac juſtitiæ operam dabat.*

Uſus eſt etiam familiariſſime Dagobertus ſancto Eligio viro admirandæ ſanctitatis & virtutum merito inſigni, qui ex auri fabro factus eſt poſtea Epiſcopus Noviomenſis, toto orbe miraculorum fulgore coruſcus, cujus res geſtas (*a*) copioſiſſime ſcripſit ejus æqualis ſanctus Audoenus Epiſcopus Rotomagenſis. Dicendum de eo inferius. Sed & idem Rex immiſit ſanctum Richarium presbyterum, excepitque eum menſa, a quo multa ad ſalutem animæ ſpectantia audivit, atque profecit. Sed de his pluribus Albinus Flaccus (*b*), qui vitam ejuſdem viri ſanctiſſimi ſcripſit ad Carolum Magnum Imperatorem:

*(a) Apud Sur. die 1. Decemb.*

*(b) Apud Sur. die 26. April. t. 2.*

Contigit hoc eodem Redemptoris anno ex hac vita migrare in Galliis Sanctum Allovvinum, cognomento Bavonem ut XIII.

PAGIUS quando *Arnulphus* Aulam reliquit. In exemplari quidem hujus Vitæ, quo uſus eſt Baronius, legitur: *Defuncto Clotario Rege, cum adhuc B. Arnulphus Epiſcopus eodem deſiderio, quo prius converſandi, ſcilicet in eremo, flagraret,* &c. Sed illa verba deſunt in melioribus exemplaribus quibus uſus eſt Mabillonius, qui & oſtendit, perperam credidiſſe Baronium hujus Vitæ conditorem fuiſſe *Jonam* Bobienſem Monachum. Nam hunc Anonymum interfuiſſe illi miraculo, quo *Arnulphus* incendium extinxit, conſtat ex numero XX. ubi ſe *Romarici* ſocium, ac proinde Monachum ſatis declarat. Ac præterea in fine Vitæ alloquitur, *Clodulphum* Metenſem Epiſcopum, *Arnulphi* filium; quo jubente eam ſcripſerat, ut Auctor Vitæ Sancti Clodulphi num. XXIII. obſervavit. Hæc autem *Jonæ* Bobienſi Monacho convenire non poſſunt, qui, nec *Romarici* ſocius, nec ad *Clodulphi* Pontificatum ſuperſtes fuiſſe videtur. Certe Jonas principio Vitæ B. *Bertulfi* Abbatis Bobienſis, mentionem facit Arnulphi, cujus conſanguineus erat *Bertulfus*; nec tamen de Arnulphi Vita a ſe ſcripta aut ſcribenda quidquam loquitur.

IX. *Triennio ante Clotarii Regis mortem.* *Arnulphum* aliquot annis ante *Clotarii* Regis mortem Epiſcopatum dimiſiſſe, ac in eremum ſeceſſiſſe, manifeſte oſtendit Fredegarius cap. 58. cujus locum integrum anno DCXXVIII. num. XI. & ſeq. recitavimus. Ait enim *Dagobertum* ab initio, quo regnare cœperat, uſque ad annum VII. Regni ſui, Auſtraſiani ſcilicet, uſque ad finem anni DCXXVIII. aut circiter, quo *Gumatrudem* uxorem repudiavit, & Pariſios venit, nulli Francorum Regum ceſſiſſe; ſed ab eo tempore vixiſſe adeo luxurioſe, ut tres Reginas, & plures concubinas haberet. Tempus autem præcedentis regiminis in duo diſtinguit, primum in illud quo regnare cœperat, quia tunc conſilio Sancti Arnulphi Metenſis Epiſcopi, & Pippini Majoris-Domus uſus eſt, & in illud, quod regnavit *poſt diſceſſum Beati Arnulphi*, quia *adhuc conſilium Pippini Majoris-Domus & Chuniberti Pontificis Urbis Coloniæ*, adhibuit. Ubi tamen *Diſceſſus* nomine mortem Arnulphi deſignat, in quo valde fallitur, ut ſupra diximus. *Dagobertus* itaque qui nonniſi poſt mortem Clotarii patris Pariſios venit, & luxuriæ indulſit, antea inculpate Regnum adminiſtrarat: ſive dum uſus eſt conſilio *Sancti Arnulphi*, ſive poſtquam hic e Palatio ejus egreſſus vitam ſolitariam elegit, ideoque ante *Clotararii* obitum, & poſtquam Concilio Remenſi anno DCXXIV. aut ſaltem inſequenti celebrato interfuiſſet Epiſcopatum dimiſit: & quidem anno ſexcenteſimo viceſimo quinto, ut anno DCLIV. quo *Clodulphus* ejus filius ordinatus eſt Epiſcopus Metenſis, ex duratione Sedis quatuor aut quinque Arnulphi Succeſſorem oſtendam. Primus ejus Succeſſor fuit Sanctus *Goericus* cognomento Abbo, de quo in morte ejus ſermo erit.

X. *Chronologia rerum a S. Bavone geſtarum depravata.* Ad num. XIII. Theodoricus Abbas Sancti Trudonis in Epiſcopatu Leodienſi, qui in Chronico Trudoniano dicitur obiiſſe *VII. Kal. Maii* anni MCVII. & aliquot ſeculis ab ætate Sancti Bavonis abfuit, rerum tam a Bavone, quam ab Amando, eorumque coævis geſtarum Chronologiam plurimum perturbavit. Bavonis mortem conſignavit *anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo triceſimo primo, Heraclio Romanum Imperium, Martino univerſalem adminiſtrante Pontificatum.* Quo loco Surius expuncto Martino, Honorium *forte* reponendum in margine notat. Verum in dubium vocari non debet, quin Theodoricus exiſtimarit eo Chriſti anno floruiſſe Martinum Papam; cum in Actis plurimorum Sanctorum Martinus Papa dicatur Pontificatum geſſiſſe, cum Dagobertus Principatum Francorum obtinebat. In narratione tamen hiſtorica aliqua habet ab Auctore Anonymo fere coævo Vitæ Sancti Bavonis, quam Mabillonius Sæculo ſecundo Benedictino publicavit, prætermiſſa, quorum ope annum hujus Sancti emortualem detegere poſſumus. Quam ob rem quæ de Bavone habet Anonymus, in pauca contraho, ut poſtea quæ de eadem re ſcribit Theodericus Abbas, cum illis conferam, & controverſiam, quæ inter Eruditos de *anno mortis* Bavonis verſatur, tandem dirimam.

XI. *Summarium vitæ S. Bavonis.* *Bavo* parentibus inclytis in Haſbanienſe editus Ducatu, tempore ſuæ juventutis operibus pravis ſæculi voluntatem exercebat, ſed Chriſto auxiliante hoc juge ipſius vitium cito verſum eſt in bonitatem. Mortua uxore ad viam converſionis *Amandum* Sanctiſſimum Pontificem expetiit, cum compunctione ſua confeſſus eſt facinora, facultates prædiorum ſuorum ad loca Sanctorum legaliter diſtribuit & pauperibus erogavit; atque ad memoratum Pontificem, qui morabatur in Caſtro, cujus vocabulum eſt *Gandavum*, repedavit. In eodem Caſtro Clericorum Cœnobium honorifice conſtruxit *Aman-*

De S. Bavone.

(a) Apud Sur. die 1. Oct. & Molan. in Nat. SS. Belg. ead. die.

ut Theodoricus Abbas S. Trudonis, qui res tanti viri præclare geſtas ſcriptis tradidit (a), affirmat. De quo hæc breviter tanquam epitaphium accipe: *Patrem hic habuit Agilulphum Haſbaniæ comitem fratrem patruelem Carlomanni ſenioris, cujus filius fuit Pipinus a Landa, quem primum vocant Brabantiæ Ducem. Deinde contemptis opibus, atque a B. Amando Tungrorum Epiſcopo Chriſti gloriam plenius edoctus, ſoli Chriſto militare ſtatuit: pecunias & reliquas opes in pauperes diſtribuit. Eodemque S. Amando promotore, Gandæ monaſterium in honorem S. Petri conſtruxit, egregieque dotavit quod ab eo poſtea denominatum eſt. In quo monaſterio tonſura clericali inſignitus, ibi diu vitam ſanctiſſime duxit: ac deinde in cellula veluti ſepulcro ſe claudens, ubi exegiſſet in mira vitæ auſteritate biennium, hoc anno ex hac vita receſſit, a converſione ſua anno quadrageſimo, diebus minus tribus. Hujus imitatione Gertrudis & Begga Pipini filiæ ſe ſe puriori*

S. Bavonis exemplo multi nobiles ad pietatem excitati.

PAGIUS

*Amandus*, & in eo Monaſterio B. *Bavo* dimiſit comam capitis, & veſtimenta ſæcularia, & indutus eſt loricam fidei. Deinde Amandus perrexit Gentibus prædicare verbum Dei, quem *Bavo* proſecutus eſt, eumque rogavit, ut ſibi liceret Monaſteria circuire Chriſti Athletarum. Reverſus autem ad ſupradictum Caſtrum Gandavum, ad venerabilem Virum *Florbertum Abbatem*, quem *Amandus* conſtituit ſuper gregem Clericorum Rectorem, petiit illum ſibi humiliter cellulam largiri, quam a fratribus Monaſterii impetravit. In ea retruſus Deum piis & indefeſſis precibus invocabat, & in ſemetipſo omnes pœnas atque ſupplicia ſuſcepit, quibus humana plerumque cedit infirmitas: *Poſt pœnitentiæ confeſſionem, quam a B. Amando Pontifice perceperat ANNIS TRIBUS PRÆTER QUADRAGINTA DIERUM abſtinentiam*, quam implevit, in hoc ſæculo propter Regnum cœlorum militavit, & ſanctam animam carne ſolutam die primo menſis Octobris Domino omnipotenti reddidit: ſtatimque Virgini B. *Gertrudi* cum aliis Virginibus ſecum commorantibus, longe a ſe poſitis ſpiritus ipſius apparens, jubet ſibi veſtimenta mitti ad ſepeliendum corpus ſuum: quod & factum eſt. Hæc de verbo ad verbum ex Anonymo excerpta, iis omiſſis, quæ ad Chronologiam Bavonianam recte ſtabiliendam nihil conferunt.

XII. *Variæ de anno emortuali Bavonis opiniones.*

Mabillonius, cui hæc Acta, aliamque plurima debemus, ait, MSS. exemplaria hujus Anonymi conſtanter habere *annos tres*, ſed non facile intelligi, quomodo in ſpatio tam brevi *S. Bavo* tot res geſtas expleverit; Theodorici calculum a Surio vel a Librario vitiatum explicari vix poſſe in hæc verba: *Anno a converſione ſua quadraginta dies minus de tertio*; & denique, ſi in numeris lapſus non ſit Auctor, ſive Librarius, *Amandum* poſtquam abdicavit Sedem Trajectenſem anno DCXLVII. initam *Bavonem* ſecum adduxiſſe, eumque Monachum factum ad Inſulam *Chavelaus* dictam Evangelii diſſeminandi gratia anno DCLI. comitem habuiſſe: *Bavonem* deinde Gandam reducem ibi recluſum vixiſſe uſque ad obitum, qui inquit Mabillonius, anno DCLIII. contigiſſe videtur. Henſchenius, qui Vitam Anonymi non viderat, ad diem VI. Februarii, quo Sanctus Amandus colitur, in Commentario prævio num. XCIII. Theodorico Abbate innixus putat, *Amandum* anno DCLI. *Bavonem* Clericum ordinaſſe, & num. XCVI. hunc anno DCLVII. necdum a recluſione biennio elapſo, ſpiritum Deo reddidiſſe. Denique Cointius, qui etiam Vitam Bavonis ab Anonymo ſcriptam non legit, autumavit *Bavonem* anno DCXXXIX. factum eſſe Anachoretam: anno DCXLVII. reverſum ad Monaſterium Gandenſe ibi degiſſe, & per biennium recluſum fuiſſe; annoque DCXLIX. ad Deum migraſſe.

XIII. *Mortuus Bavo anno DCXLIX.*

Hæc ultima ſententia quoad *Bavonis* mortis annum, ex collatione Anonymi cum Theodorico Abbate certa redditur, & ex utriuſque collatione conſtat, ſanctum Virum diu nona menſis Novembris anni ſexcenteſimi quadrageſimi ſexti, qui præceſſit Pontificatum Sancti *Amandi* in Sede Trajectenſi, converſum eſſe: die nona menſis Novembris, ſeu quinto Idus Novembris anni ſexcenteſimi quadrageſimi octavi recluſum eſſe, annoque ſexcenteſimo quadrageſimo nono menſis Octobris die prima ſpiritum Deo reddidiſſe. Eodem enim modo Theodoricus, ac Anonymus de annis quibus Bavo Deo ſervivit, ſi Librarii error corrigatur, loquitur. Sic itaque ſcripſerat Theodoricus: *Kalendarum Octobrium, die primo, anno ſecundo a converſione ſua, quadraginta dies minus de tertio*: neque *Theodoricus* annum fere tertium ejus converſionis memorare potuit, quin antea aſſeruit, primum & ſecundum abſolviſſe. Quare noſtra emendatio certiſſima, ex eaque manifeſtum fit, in laudato a Mabillonio Theodorici loco nihil deeſſe, quam vocem, *ſecundo*, a Librario omiſſam; ac denique Anonymum per hæc verba *præter quadraginta dierum abſtinentiam*, per præpoſitionem *præter*, intelligere *præterquam*; qui loquendi modus etiam ab Auctoribus valde Latinis aliquando uſurpatus, ut videre eſt apud Robertum Stephanum. Adhæc Theodoricus Abbas poſtquam retulit juſſiſſe Bavonem membris jam excruciatis, admoveri nervum, *quem vulgo inquit, appellant cippum*, & in eo pedes ſuos arctari, (eſt cippus inſtrumentum, quo reorum pedes conſtringuntur, quove tyranni uſi ſunt ad torquendos Martyres, ut explicat Ducangius in Gloſſario in voce *Cippus*) ait: *Accerſito dein Sancto Pontifice Amando, & Venerabili Abbate Florcberto, non modo pedum, ſed & totius macerati corpuſculi integram recluſionem obſecrat, & vix aliquando impetrat ...... data die, evocato Clero & populo, cum Crucibus & thymiamateriis, univerſoque Eccleſiaſtico apparatu ad recluſionis cellulam convenitur, & Sancti Pontificis manibus hoſtia Chriſti Bavo, teſte Eccleſia, ſepelitur magis, quam recluditur, quinto Idus Novembris.* Ad rem quæ novo exemplo, Clero populoque congregato, ſolemni ceremonia, feſtivoque ritu peracta, alius dies quam Dominicus delectus non eſt, ut illius temporis mos ferebat. Quare cum anno DCXLVIII. dies V. Idus Novembris, ſeu dies nonus ejuſdem menſis in Dominica inciderit, eadem *S. Bavo* ex præcipuis Haſbaniæ Proceribus unus, recluſus eſt, & poſt annum, diebus quadraginta exceptis, non vero poſt biennium, ut volunt Henſchenius & Cointius citati, die prima Octobris anni DCXLIX. ad cœleſtem vitam tranſiit, ideoque converſio

ejus



*ri vitæ addixerunt; multique principes viri feminæque ipſius exemplum ſecuti, ſanctimoniæ laudem apud poſteros meruerunt. Quantus quamque magni nominis fuerit, non ſolum miracula patefecerunt, quodque multæ eccleſiæ ab eo extructæ fuerint: ſed etiam quod viri celeberrimi eum religioſe viſitarint. Siquidem ſanctus Amandus, magnus ille Flandorum Apoſtolus, noluit abeſſe, cum ex hac vita migraret. Dominus religioſiſſimus presbyter ex Turolto Angelico ducatu advenit, ut ante mortem ei ſacræ Euchariſtiæ viaticum traderet. Beatus Livinus Archiepiſcopus & martyr in Flandriam adveniens, triginta diebus ſuper ejus ſepulcrum Miſſarum ſolemnia celebravit; & cum convertendis infidelibus operam dabat, Florberto Abbati in ejus memoriam elegiacum carmen tranſmiſit. Sed & ſanctus Eligius Epiſcopus non modo ejuſdem ſancti reliquias viſitavit, verum etiam e terra honorifice levavit Kalendis Auguſti.* Hæc de ipſo hactenus.



PAGIUS

ejus contigit die nona menſis Novembris anni DCXLVI. & uno eodemque die converſus & recluſus fuit, commodeque cecidit, ut anno DCXLVIII. idem dies cum Dominica concurrerit.

XIV. *S. Bavo a S. Amando nondum Epiſcopo Trajectenſi converſus.*

Sed ſive diei converſionis tantum, vel ejuſdem & feriæ primæ ſimul in hac recluſione ratio habita fuerit, hæc alio anno peracta non eſt, quam jam a nobis memorato. Ex quinque enim Auctoribus Vitæ Sancti Amandi, quorum Scripta repræſentat Henſchenius citatus, duo de Sancti *Bavonis* converſione per Sanctum *Amandum* operata non loquuntur; alii vero tres nempe Milo Monachus Elnonenſis lib. 2. cap. 3. num. 12. Philippus Abbas Bonæ-Spei cap. 3. numer. 30. & Harigerus Abbas Lobienſis cap. 43. numero 7. de ea verba faciunt, & poſtea, narratis aliquibus aliis Sancti *Amandi* geſtis, de hujus ad Epiſcopatum Trajectenſem evectione diſſerunt. Quamobrem cum anno ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo hanc Sedem adeptus ſit, anno qui iſtum anteceſſit, Sanctum virum ad pœnitentiam perduxerat.

XV. *Bavo tres tantum annos poſt ſuam converſionem vixit.*

Cæterum quæcumque de Sancto *Bavone* referuntur tam a Theodorico Abbate, quam ab Anonymo, ante ejus recluſionem geſta, intra annos duos facile patrari potuiſſe, eorum commemoratio demonſtrat. Nam priori anno *Amandum* Gentilibus Galliæ Belgicæ fidem annunciantem, *Bavo* ſecutus eſt, & poſtea ejuſdem Regionis Monaſteria luſtravit: illa enim a Gandenſi, ſicuti & gentes, quibus *Amandus* Chriſtum prædicavit, non procul aberant. Hinc *Sanctus Audoenus* in Vita Sancti Eligii lib. 2. cap. 2. loquens de Tornacenſibus, Flandrenſibus, Gandenſibus, & Corturiacenſibus affirmat, quod tempore Sancti Eligii Noviomagenſis Epiſcopi, anno DCXL. renunciati, *incolæ ejuſdem Regionis magna adhuc ex parte Gentilitatis errore detinebantur, & variis ſuperſtitionibus ſatis dediti erant, quique velut agreſtes feræ nulliuſpiam ſalutare verbum recipere poterant.* Et Theodoricus Abbas, poſtquam dixit, *Bavonem* dum Amandum comitaretur, arſiſſe *Sanctæ prædicationis adipe repleri*, ſubdit: *Ex conſenſu ſui Amandi; loca Sanctorum, & vicinos Cœnobitas iterum accingitur circuire, ſi forte contingeret aliquid ante inexpertum vel intentatum inveſtigare, ad quod agendum merito ſe animare deberet.* Altero anno in duabus eremis commoratus eſt, & dein Gandam rediit. Anonymus alter a Mabillonio etiam editus, qui ſæculo X. vixit, & miracula Sancti Bavonis tribus libris deſcripſit, lib. 3. aſſerit, ſe retecturum Bavonis Opera, *primoque quæ in loco, qui vocatur Medmedunc, quo primum dicitur poſt converſionem habitaſſe, exercuit*, additque eum locum omnibus eremum inhabitare cupientibus aptiſſimum eſſe: *Quem idem dilectus Dei paucis incoluit morulis.* Theodoricus Abbas eum locum deſcribit, aitque, *a ſua Gandæ diſtantem duorum tantummodo milliariorum itinere* fuiſſe & ibi *aliquandiu ignotus cum manſiſſet*, iterumque fama vulgante ulterius latere poſſe deſperaret, inde receſſiſſe. Narraverat antea Theodoricus Bavonem, ſaltum, quem *Beilam* nuncupant, ingreſſum eſſe, ſed ibi *per aliquot dies* occultum, latere non potuiſſe. Concludit Gandam rediiſſe, cippo pedes ſuos conſtringi voluiſſe, & *quatuor fere menſes* in eo ſtatu vixiſſe, uſque dum V. Idus Novemb. ad totam vitam recluſus eſt. Quæ omnia intra ſecundum converſionis ejus annum ab eo expleri potuiſſe manifeſtum. Ex iis corrigenda, quæ in contrarium habent Theodoricus Abbas, ex eo & Molano Baronius, aliique.

XVI. *Heraclius Junior ſeu Heracleonas Cæſar dicitur.*

Hoc anno *Heraclius* Aug. *Heraclium* ſeu *Heracleonam* filium ex Martina ſuſceptum Cæſarem declaravit; quod Nicephorus in Hiſtoria pag. 16. poſtquam locutus eſt de Heraclii Auguſti Conſtantinopolim poſt confectum bellum Perſicum adventu, his verbis narrat: *Inde Conſtantinum filium Conſulem facit: Heraclium vero ex Martina genitum Cæſarem creat.* Quod hoc anno geſtum inde etiam liquet, quod in literis *Honorii* Papæ ad Honorium Dorovernenſem Epiſcopum datis menſe Junio anni DCXXXIV. tertius Imperii Heraclii Cæſaris annus numeretur, ut anno DCXXXIII. num. XX. videbimus. Quoad *Conſtantinum* Heracleonæ fratrem ex Martina etiam genitum, is quidem Cæſar fuit, ut ſupra ſuo loco oſtendi, ſed cum nunquam Auguſteam dignitatem obtinuerit, *Conſul* etiam nunquam fuit. Quare cum Nicephorus indicet, ſe loqui de *Conſtantino* filio Heraclii Auguſti & Eudociæ, manifeſte fallitur; cum is anno DCXVII. *Conſul* renunciatus fuerit, ut ſuo loco monſtravi.

I. Arabes Sarraceni deprædati Gazenſes.

SEquitur annus Redemptoris ſexcenteſimus triceſimusſecundus, Indictione quinta, quo cœpta ſunt tetra funera Orientalis Imperii, cum videlicet ſub Mahometis ſucceſſore Eububezer Arabes Sarraceni invadentes Gazenſem regionem, eam deprædati ſunt, occiſo Præſide Paleſtinæ una cum ſuis, quos adverſus eos dimicaturus adduxerat. Quo tempore & ſigna in cœlo viſa ſunt minitantis iræ Dei ejuſdemque pro Sarracenis pugnantis adverſus deſertores Catholicæ veritatis. Nam de his Theophanes hæc habet: *Apparuiſſe ferunt in meridie cometem gladii formam præſeferentem, Arabum (ut eventa declararunt) invaleſcens imperium demonſtrantem*. Factum eſt enim ſecundum illud Ezechielis (*a*): *Mucro, mucro, evagina te ad occidendum: lima te, ut interficias & fulgeas*. Ita inquam factum eſſe, quæ ſunt ſecuta docuerunt: adeo ut necdum, peccatis id noſtris exigentibus, idem gladius juſſus ſit in vaginam recondi, ſecundum quod apud eumdem prophetam mox ſequitur: *Revertere ad vaginam tuam: in loco in quo creatus es, in terra nativitatis tuæ judicabo te & effundam ſuper te indignationem meam: in igne furoris mei ſufflabo in te*. Non ſolum autem id non factum, ſed acceſſione aliarum barbararum gentium magis ad cædendum invaluit, ut quæ annis ferme ſingulis uſque ad præſens noſtræ ætatis ſæculum dicenda erunt perſpicue declarabunt. Sed magna vindicta divine juſtitiæ factum eſt, ut ibi magis ejuſmodi clades Orientale Imperium ſit depaſta, ubi tum hæreſum tum ſchiſmatum frequentes ſcaturigines erumpentes, quaſi ſulphurei amnes, materiam igni divinæ indignationis aſſidue miniſtrarunt, ut ſemper eſſet quod Deus puniendum inveniret, dum eadem non deſinerent manare peccata.

(*a*) *Ezech.* 21.

II. Eodem pariter anno, cum totius pene Galliæ monarchiam Dagobertus Rex obtineret, nec aliquem haberet ex ſe filium: ut prolem accipere poſſet, illicita prorſus atque nefanda tentavit. Sed qui ex tenebris ſplendeſcere facit lumen ſuum, ex malis Deus bonum elicuit: ſiquidem ejuſmodi occaſione fides Chriſtiana apud barbaros adhuc Gentiles propagatur per S. Amandum Epiſcopum Trajectenſem, cum ab eodem Dagoberto Rege in exi-

lium

PAGIUS SÆC. VII

Anno Eræ Hiſpan. DCLXX. Anno Hegiræ XI. inchoato die 28. Mart. fer. 7. A.C. 632.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6125.

☉ 25. ED. ☽ 6. P. 12. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 632.

HONORII PAPÆ 8.

HERACLII IMP. 23.

HIc annus iſta formula notatus: *XXII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XXI. & anno Imperii Heraclii Junioris Conſtantini XX.*

I. *Poſtconſulatus*.

Ad num. I. Baronius, qui ſecutus Anaſtaſium Theophanis Interpretem *Mahumetis* Pſeudo Prophetæ mortem citius quam par erat, recitavit, ex eodem, quæ anno Chriſti DCXXXIV. & ſub Præfectura *Abubecri* ſecundi Saracenorum Califæ acciderunt, hoc anno narrat *Mahometes* die XVII. menſis Junii hujus Chriſti anni obiit, eique *Abubeclus* ſucceſſit, qui anno ſequenti Romanos aggreſſus eſt, ut anno ſuperiori oſtendi, annoque DCXXXIV. geſſit quæ Baronius de eo hoc anno habet, & fuſius Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXXIV. Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoato: *Hoc anno*, inquit Theophanes, *Abubacharus Duces quatuor* (quos anno ſuperiori *Amiras* a Saracenis appellatos fuiſſe dixi) *miſit; qui ab Arabibus deducti, Heram & univerſam Gazæ Regionem cepere, quæ verſus montem Sinæum Deſerti fauces occupat. Quibus cum Sergius tandem aliquando Cæſarea Urbe Palæſtinæ cum paucis adeo militibus obviam procurriſſet, certamine inito, ipſe primus cum cæteris militibus, qui trecenti omnino erant, cæſus eſt. Quare ipſi ingenti præda parta, pluribuſque captivis abactis, inſigni victoria potiti, domum reverſi ſunt*. Sed hæc, ut dixi, & Sigebertus in Chronico vidit, pertinent ad annum DCXXXIV. Hanc Theophanis emendationem certam reddit Elmacinus, qui anno Hegiræ XIII. prodit, *Abubeclum* miſiſſe copias aliquot in Syriam, & commiſſum fuiſſe prælium inter Ducem quendam Romanum, & Ducem Saracenorum, qui primum Romanum uſque ad portam Damaſci fugavit, ſed ipſe poſtea cum multis ſuorum occiſus eſt: *capta & hoc anno eſt Boſra, quæ prima fuit Civitas in Syria occupata*, inquit Elmacinus. Eſt *Boſra* in Palæſtina ſita, ut legitur Joſue 21. & 1. Paralip. 1. ſicuti & Gaza. Sed plures ex Antiquis Palæſtinam in Syria locant.

II. *Saraceni Syriam adoriuntur*

III. *S. Amandus in exilium miſſus*.

Ad num. II. & ſeqq. *Dagobertum* Francorum Regem exeunte anno Chriſti DCXXVIII. aut initio anni DCXXIX. *Sanctum Amandum* in exilium miſiſſe, *Gomadrudem* uxorem repudiaſſe, & *Nanthildem* duxiſſe anno DCXXVIII. num. IX. & ſeqq. oſtendimus, retulimuſque locum Fredegarii juxta emendatos Codices, in quibus legitur, *Nanthildem* ſumptam fuiſſe *ex miniſterio*, non vero *ex monaſterio*, ut habent corruptæ editiones Fredegarii & Aimoini, quas ſolas Baronius viderat. Hadrianus enim Valeſius lib. 19. Rer. Francic. pag. 86. & in præfatione ad Tomum II. primus omnium obſervavit, tum ex Codice MS. Sirmondi, quam ex Cœnobii Metenſis Sancti Arnulphi Chronico MS. ac ex Codice Thuaneo, Fredegarium ſcripſiſſe: *Nantechildem unam ex puellis de miniſterio matrimonium accipiens Reginam ſublimavit*. Quod etiam habent Chronicon Sancti Benigni Divionenſis, & aliud Chronicon Beſuenſis Abbatiæ, Auctore Joanne Monacho. Quæ duo Chronica poſtea Dacherius Tomo I. Spicilegii publicavit. Error tamen ille antiquus;

cum



lium ejectus eſſet. Rem geſtam petimus ab Hugbaldo monacho in rebus geſtis (*a*) ſanctæ Rictrudis ſcriptis omni fide ad Stephanum Epiſcopum Cameracenſem, cum dicturus de Amandi exilio, iſta præmittit: *Habuit autem Dagobertus Rex fratrem Aribertum, non tamen germanum. Ei attribuit urbes & pagos citra Ligerim flumen, & uſque ad Pyrenæos ſaltus; ſapienti videlicet uſus conſilio, pactuſque ab eo, ne quid umquam paterni regni ab ipſo repeteret. Itaque Aribertus Toloſanam obtinens ſedem, cum in Aquitania regnaret, non diu poſt totam Vaſconiam ſibi ſubjecit. At Dagobertus in adminiſtrando regno præclarus, uni vitio ſubjacuit, immodico deditus amori mulierum, Unde accidit, ut legitima conjuge ſua ob ſterilitatem repudiata, alteram ſibi copularit*. At qualemnam? Aimoinus hæc habet (*b*): *Dagobertus* (hoc ſcilicet ſui regni initio) *Romuliaco villa conſtitutus, Gomatrudem Reginam, novercæ ſuæ Sichildi germanam, eo quod eſſet ſterilis conſilio quorumdam Francorum relinquens. Nantildem quamdam puellam a monaſterio raptam, in matrimonium ſibi junxit*: Pergit vero Hugbaldus: *Cumque id flagitium in eo Pontifices, in primis autem vir ſanctiſſimus & mirabilium operum patrator Præſul Amandus reprehenderet: ille indignatione & faſtu regio incitatus, eumdem venerabilem Antiſtitem non abſque injuria, e ſuo regno ejecit. Ille vero pro Chriſti veritate perſecutionem patientiſſime ferens, quippe qui etiam ſanguinem pro Chriſto fundere peroptaret, diverſis in locis divini verbi ſparſit ſemina: atque tandem etiam in Vaſconiam Rictudris patriam pervenit, ut cælitus infuſo ſibi lumine ejus regionis gentem illuſtraret, ſimul ſperans ob gentis ejus ſævitiam poſſe ſe illic martyrii palmam promereri*. Hæc de exilio & propagatione fidei in Vaſconia auctor. Sic autem perſeveraſſe Regem uſque ad ſui regni octavum annum, quæ ſuo loco dicentur, oſtendent.

(*a*) *Habet Sur. die 12. Maii.*

(*b*) *Aimoi. l. 4. c. 19.* Dagobertus obſcœnus atque ſacrilegus

III. Sed proſequamur novi Apoſtoli prædicantis Dei verbum & ad fidem Gentiles convertentis veſtigia. Res ſiquidem ab eo geſtas Baudemundus ejuſdem ſæculi auctor conſcripſit (*c*): qui ubi ſanctiſſimi viri ad limina Apoſtolorum iteratam recenſuit peregrinationem, hæc de ejus Apoſtolica functione in miniſtero verbi recenſet: *Per idem autem tempus, cum loca vel diœceſes ob animarum ſolicitudinem vir Domini circumiret Amandus, audivit pagum eſſe quemdam juxta fluenta Scaldis fluvii, cui vocabulum eſt Gandavum: cujus loci habitatores antiqua diaboli verſutia uſque adeo circumquaque laqueis vehementer irretivit, ut incolæ ter-*

(*c*) *Apud Sur. die 6. Februar.* S. Amandus prædicat Gentilibus.



PAGIUS

cum legatur etiam in Hiſtoria Aimoini. Accidit igitur, ut mutatione duarum literarum *Nanthildis* ex puella nobili miniſtraque Reginæ Monacha fieret, & a monaſterio abſtracta, non de miniſterio electa crederetur.

IV. *Geſta a S. Amando ante Epiſcopatum*.

Porro *Sanctus Amandus* perperam vocatur a Baronio *Epiſcopus Trajectenſis*: quando enim in exilium miſſus, erat Epiſcopus Regionarius ad prædicandum Evangelium ordinatus, nec Epiſcopatum Trajectenſem ante annum DCXLVII. indeptus eſt. Et quia Hiſtoriæ hujus ſæculi Amandus inſignis pars eſt, hic uno tenore ea, quæ ante ſuum exilium ab ipſo peracta, juxta accuratiorem Chronotaxim narranda. Vitam *Amandi* ſcripſere Baudemundus ejus diſcipulus, Abbas Blandinienſis, Milo Monachus Elnonenſis verſibus heroicis, qui circa an. DCCCXL. illam abſolvit, Auctor Anonymus Aquitanus, qui nonnulla habet ab aliis non relata, Harigerus Abbas Bobienſis creatus an. DCCCCXCI. Philippus Harvengius, vulgo ab Eleemoſyna dictus, Abbas Bonæ Spei, æqualis Sancti Bernardi & familiaris. Has Vitas exhibet Henſchenius ad diem VI. Februarii, & pluribus illuſtrat: ſe quia *Baudemundus* plurima omiſit, aliique tardius ſcripſere, ſæpeque res præpoſtere narravere, Sancti Amandi Chronologiam ſtabilire res magni laboris eſt. Quare hic tantum afferam, quæ illuſtrationi Annalium Eccleſiaſticorum neceſſaria viſa ſunt, *Amandus* an. DLXXXIX. juxta dicenda in ejus morte in lucem editus eſt *in Aquitaniæ partibus, haud procul a maris Oceani littore* inquit Baudemundus. Cum in robur migraret virile, *Ogiam* inſulam (ſita ea e regione Rupellæ) petiit, ubi in Monaſterio in ea poſito receptus eſt, & non multo poſt perrexit ad Eccleſiam S. Martini, & *adeptus eſt Clericatus honorem* inquit Baudemundus quo loquendi genere antiquos Scriptores Monaſticam tonſuram, ac ſolemnem habitus religioſi ſuſceptionem non raro deſignaſſe oſtendit Mabillonius in præfatione Sæculi II. Benedictini paragrapho 2. Sed de ea ſimilibuſve controverſiis viderint alii. E Monaſterio Turonenſi Sancti Martini ad Sanctum *Auſtregiſilum* Epiſcopum Bituricenſem profectus eſt, ubi *tribus ferme luſtris* cellulæ incluſus manſit, ut habent Baudemundus, & Anonymus Aquitanus.

V. *Fit Epiſcopus Regionarius*.

Cum vero in cellula Bituricenſi *tribus ferme luſtris* ſolitarius degiſſet, Romam petiit, reduxque *paucis poſt tranſactis diebus, coactus a Rege ac Sacerdotibus Epiſcopus ordinatus eſt*, inquit Baudemundus. Henſchenius laudatus in Commentario prævio ad Vitam Sancti Amandi num. 77. citat varia Martyrologia in quibus *ordinatio Sancti Amandi* ſeptimo Kalendas Novembris adſcribitur, ſeu diei XXVI. menſis Octobris, autumatque *Amandum* circa annum DCXXVIII. creatum eſſe Epiſcopum, quam tamen ordinationem Cointius cum an. DCXXVI. quo Dominica in diem XXVI. Octobris incidit, conſignavit. Hæc ultima opinio præferenda: licet enim Epiſcoporum ordinationes aliis, quam quibus peractæ ſint diebus, in Martyrologiis non raro legantur, in iſto tamen caſu nihil in contrarium afferri poteſt; exindeque ſequitur, *Amandum* anno DCXI. aut circiter in cella Bituricenſi incluſum fuiſſe. Is Epiſcopus ſine Sede ordinatus eſt, ut ſcilicet Gentibus Evangelium annunciaret, quod & in variis Provinciis ſummo proventu præſtitit. Ab an. DCXXVI. uſque ad DCXXVIII. exeuntem *Gaudenſibus*

Ver-

*ræ illius relicto Deo, arbores & ligna pro Deo, colerent atqe vana idola adorarent. Propter ferocitatem enim gentis illius, vel ob terræ infœcunditatem, omnes Sacerdotes a prædicatione loci illius ſe ſubtraxerant, & nemo audebat in eodem loco verbum annunciare Domini. Quo audito, vir ſanctus magis eorum miſeratus errorem, quam de vitæ ſuæ periculo pertimeſcens, Aicharium Epiſcopum, qui tunc Noviomenſis urbis cathedræ præſidebat ſacerdotali, adiit; eumque humiliter poſtulavit, ut ad Regem Dagobertum, quantocyus pergeret, epiſtolaſque illius juſſu acciperet, ut ſi quis ſe non ſponte per baptiſmi lavacrum regenerare voluiſſet, coactus a Rege, ſacro ablueretur baptiſmate.* Ita viſum ſancto, non ut ea uteretur poteſtate, qua numquam eſt uſus, ſed ne munitum regio diplomate Antiſtitem accolæ penitus averſari & abiicere poſſent. Sed pergit:

IV. S. Amandi labores in prædicatione fidei. *Quod ita factum eſt. Percepta namque a Rege poteſtate, & beneditione a Pontifice, illuc vir Domini Amandus perrexit intrepide. Vix autem quis digne narrare ſufficiet, quantas ibidem pro Chriſti nomine perpeſſus ſit injurias, & quam frequenter ab incolis loci illius cæſus ſit, necnon a mulieribus & a ruſticis non abſque injuria ſit repulſus; verum etiam & in flumen ſæpe præcipitatus. Quæ omnia vir ſanctus pro nihilo deputans, verbum Domini non deſtitit prædicare, memorans illam S. Evangelii ſententiam, quæ ait (a): Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Comites autem illius qui eum fuerant germana charitate ſecuti, ob inediam & ſterilitatem loci ad propria remeantes eum ibidem ſolum reliquerunt. Ipſe vero in prædicationis permanens officio, alimentum propriis quærebat manibus. Sane captivos innumeros redimens, ſacro baptiſmate emundabat, & ut in bonis operibus perſiſterent, fideliter hortabatur.* Quodnam autem inter hæc inſigne miraculum interceſſerit, cujus cauſa maxima ex Gentilitate, facta eſt ad fidem Chriſtianam acceſſio, auctor ita mox ſubdit:

(a) Jo. 15.

V. Ingens miraculum. *Illud etiam huic ſchedulæ adnectendum putavimus, quod viro venerabili preſbytero, nomine Bono, narrante didicimus, qui teſtabatur ſe præſentem fuiſſe, quando hæc geſta res eſt. Ajebat namque, quod*

PAGIUS Verbum Dei prædicavit, *Sclavis*, qui ad Danubium in Carinthia & vicinis Provinciis habitabant, Chriſtum evangelizavit, ut habet Baudemundus in ejus Vita, qui & de ſecunda ejus profectione ad Urbem Romanam antequam argueret incontinentiam Regis Dagoberti, & ob id in exilium mitteretur verba facit.

VI. *Poſt exilium Chriſtum annunciat Vaſconibus.* Anno DCXXVIII. exeunte, aut ſequentis initio [1] in exilium miſſus ſe ſe in eam Aquitaniæ partem recepit, cui præerat *Charibertus* Dagoberti frater, Waſconeſque in fide & pietate inſtituit, ut refert Baronius num. II. ex Hugbaldo Monacho Elnonenſi in Vita Sanctæ *Rictrudis*, cum qua tunc notitiam *Amandus* contraxit. De revocatione ejus ab exilio, quæ pertinet ad annum DCXXX. agemus cum Baronio anno DCXXXIX. Anonymus Aquitanus narrat, profectionem Amandi in *Vvaſconiam*, poſtquam locutus eſt de ejus Epiſcopatu Trajectenſi, & profectionem ad *Sclavos* immediate ante narrationem de eodem Epiſcopatu, verum ubi Baudemundum habemus parum de aliis curandum.

VII. Hoc anno mortua eſt *Sancta Ruſticula* quarta Abbatiſſa Monaſterii a Sancto Cæſario in Urbe Arelatenſi conſtructi, cujus Vitæ a *Florentio* Presbytero Tricaſtinenſi fere coævo ſcriptæ, aliqua fragmenta Dacheſnius in Tomo I. Hiſt. Franc. totam, vero Mabillonius Sæculo II. Benedictino publicavit. Hæc Sanctiſſima Virgo clariſſimis natalibus in territorio Vaſionenſi nata eſt die, qua pater ejus de hac luce migravit, quem ſecutus eſt parvulus ejus filius. Cum eſſet Ruſticula *annorum quinque* rapta eſt a quodam nobili Viro nomine *Cheraonio*, ut ſibi eam matrimonio, quando ad legitimam perveniſſet ætatem, copularet. Verum cum hoc in Beatiſſimæ *Liliolæ* Abbatiſſæ Monaſterii Sancti Cæſarii aures perveniſſet, petivit a *Siagrio* Epiſcopo Auguſtodunenſi, ut opera Regis *Guntramni* intra ſepta Monaſterii ſui faceret eam introire; quod & obtinuit. Perducta eſt itaque Arelatem, ubi *Sapaudus* Archiepiſcopus erat, qui eam Virginibus Chriſti aggregavit. Nihil omiſit mater ejus, ut filiam a Sancto propoſito revocaret; ſed illa, cujus fidei fundamenta ſtabilita jam erant ſupra petram firmiſſimam, perſeveravit immobilis. *Liliola* de hac luce migrante ad Dominum omnis congregatio *Ruſticolam* ſibi Matrem elegit.

*Moritur S. Ruſticula Abbatiſſa Monaſterii S. Cæſarii.*

Dia-

NOTÆ [1] ANno DCXXVII. *exeunte aut ſequentis initio in exilium miſſus &c. VVaſconeſque in fide & pietate inſtituit.* Non tunc quidem cum in exilium actus fuit, ſed poſt Trajectenſem Epiſcopatum indeptum, ut diſerte aſſerit Baudemundus, qui poſtquam Cap. V. narravit viri Sancti aſſumptionem in Epiſcopum Trajectenſem, addit illum per triennium varia loca prædicando excurriſſe; tum manſiſſe aliquandiu apud Fratres in Calloo, qui locus eſt ad Scaldum fluvium. *Nec multo poſt*, proſequitur Hiſtoricus, *audivit a Fratribus, gentem quam Vaccejam appellavit antiquitas, quæ nunc vulgo vocatur Vaſconia, nimio errore deceptam &c. Vir Domini Amandus eorum miſeratus errorem, enixe laborare cepit, ut eos a Diaboli revocaret ſervitio. Dum autem verbum prædicaret divinum &c.* Ex his intelligimus Pagium oſcitantius legiſſe Baudemundum, cum ejus authoritate fretus, neget Virum Sanctum poſt Epiſcopatum Trajectenſem in Vaſconiam perrexiſſe. Emendare ſe tamen Pagius videtur inferius ad A. 650. 3. ubi Vaſconum prædicationem collocat. MANSI



*quod Comes quidam ex genere Francorum, cognomine Dotto, congregata, non minima multitudine Francorum, in urbe Tornaco (ut erat illi injunctum) ad dirimendas reſideret actiones. Tum ſubito a lictoribus præſentatus eſt ante eum quidam reus, quem omnis turba acclamabat dignum eſſe morte. Erat vero idem fur plagis jam crudeliter affectus, vehementerque cæſus, & toto corpore nonniſi ſemivivus. Cumque præfatus Dotto decreviſſet, ut eum patibulo deberent affigere; vir Domini Amandus adveniens, obnixa prece poſtulare cœpit, ut ei vitam concedere dignaretur. Sed ut erat ſævus atque omni bellua crudelior, nihil apud eum Amandus obtinere potuit. Tandemque a miniſtris vel apparitoribus idem fur affixus patibulo eſt, atque extremum exhalavit ſpiritum. Dotto igitur domum reverſus eſt, populi conſtipatus caterva.*

VI. Amandus excitat defunctum. *Sanctus vero vir Domini Amandus citius ad patibulum cucurrit, hominemque jam mortuum invenit, depoſitumque de ligno, ad cubiculum, in quo familiariter orare conſueverat, deferri fecit: fratribuſque e cellula egreſſis, ipſe per membra defuncti, orationibus tam diu incubuit, lacrymis ad Dominum perfuſis ac precibus, donec jubente Deo, anima in corpus rediit, atque cum viro Dei loqui cœpit. Adveniente itaque matutinali tempore, convocatis fratribus, aquam juſſit afferri. Suſpicantibus autem illis, quod corpus ad ſepeliendum (ſicut mos eſt) vellet ablueret; ſubito cellulam ingreſſi, viderunt eumdem hominem, quem mortuum reliquerant, ſanum cum viro Dei ſedentem, atque incolumen colloquentem; mirarique vehementer cœperunt, quod vivum videbant quem paulo ante mortuum reliquerant. Tunc igitur ſanctus vir Domini Amandus aſſiſtentes cunctos vehementiſſime obteſtari cœpit, ne cuiquam proderent hoc, quod per eum Dominus operari dignatus eſt; aſſerens non ſuæ hoc eſſe adſcribendum virtuti, ſed miſericordiæ Domini, qui in ſe ſperantibus ubique dignatur adeſſe. Loto itaque omni corpore & cicatricibus, carnem carni reſtituit; ita ut de plagis, quas ante pertulerat, in ejus corpore nullum indicium appareret. Sicque eum ad propriam remittens domum, parentibus reſtituit incolumem.*

VII. Chriſtiana fides propagatur. *Hoc ubi miraculum longe lateque divulgatum eſt, ſtatim incolæ regionis illius curſu celeri ad eum currerunt, & ut eos faceret Chriſtianos, humiliter poſtula-*

PAGIUS VIII. *Accuſata coram Clotario II. Rege.* Diabolus bonis ſemper invidens ſuaſit cuidam Epiſcopo *Maximo* nomine, & cuidam nobili nomine *Riccimiro*, ut falſum teſtimonium cogitarent adverſum famulam Chriſti, quod illa occulte Regem nutriret; & abeuntes ad Regem *Clotarium* accuſaverunt eam. Verum revelavit Deus Epiſcopo Civitatis Viennenſis nomine meritiſque *Domnulo*, ut ſtatim ad Regem graderetur, & denunciaret ipſi gravem ſe offenſionem Dei habere, eo quod injuſto judicio condemnaſſet famulam Chriſti, & protinus ſe a filio orbari pro tam immiſericordi juſſione, qui & non multo poſt obiit. Ruſticula Regi præſentata eſt, qui eam ad propria remeare cum magno honore juſſit. Tandem *ſeptuageſimum ſeptimum agens ætatis ſuæ annum* quadam die, quæ eſt *Sexta Sabbati*, ſenſit ſe valde corpore fatigari: *die* vero *Sabbati* illuceſcente membris omnibus diſſolvi, & *die Dominica* gravius ſe habuit. *Secunda Sabbati, natale S. Laurentii Martyris* cœpit viribus corporis amplius diſtendi, & *alia die* glorioſa ejus anima ad cœlum transfertur. Epiſcopus Civitatis *Theodoſius* Clero omni aggregato accepit Sanctum corpus, quod Sanctæ Mariæ Baſilicæ illatum eſt. Hæc omnia fere de verbo ad verbum ex ejus Vita excerpta. *Ruſticulam* porro hoc anno demortuam, recte probat Cointius hoc anno numer. XV. & anno DLVI. num. XVII. Quippe hoc anno Natalis Sancti Laurentii in feriam ſecundam incidebat, atque alia die *Ruſticula* cœlo animam reddidit, die nempe XI. Auguſti, quo Arelatis colitur, annoque, quo litera Dominicalis D per menſem Auguſtum currebat. Adhæc littera Dominicali D. inſigniti ſunt anni DCXXVII. DCXXXII. & DCXXXVIII. Ad hunc ultimum annum ea non pervenit, quia *Syndulfus* Epiſcopus Viennenſis unus ex *Domnoli* ſucceſſoribus anno DCXXIV. vel DCXXV. Concilio Remenſi ſubſcripſit, & cum anno LXXVII. nata mortua fuerit, ultra annum DCXXVII. vitam prorogavit; cum quinquennis matri reſtituta fuerit juſſu Guntramni Regis, qui anno DLXI. regnare cœpit, annos ſcilicet quinque poſtquam *Ruſticula* in lucem prodiit.

IX. *Maximus Epiſc. Avenionenſis falſis delationibus deceptus.* *Clotarii* Regis filius, cujus meminit Florentius, omnibus Gallicis Hiſtoricis ignotus. Rex vero, quem occulte nutriviſſe *Ruſticula* eſt accuſata, alius eſſe non poteſt, quam *Childebertus* Theodorici Regis filius, qui ex fratrum cæde a *Clotario* patrata ſe ſe ſubduxit, ut ſuo loco dixi. Denique *Maximus* Epiſcopus, qui dicitur accuſaſſe *Ruſticulam*, eſt *Maximus* Avenionenſis Epiſcopus, cujus Reliquiæ Avenione in Eccleſia Metropolitana honorantur, qui ideo in hoc facto id ſolum reprehenſione dignum egiſſe videtur, quod falſis delationibus deceptus (uti Sanctiſſimis Viris ſæpe contigit) *Ruſticulam* accuſavit apud *Clotarium*. Feſtus ejus dies Avenione agitur XVIII. menſis Auguſti. Cum vero num. XXVII Vitæ Sanctæ Ruſticulæ poſt narratam ejus Pariſiis Arelatem reditum dicatur: *Tranſacta hac tempeſtate, commorata eſt cum filiabus annis quatuordecim*, annoque DCXXXII. *Ruſticula* e vivis exceſſerit, liquet *Maximum* & *Domnulum* in vivis fuiſſe an. DCXVIII. eoque Ruſticulam Pariſios deductam, poſtquam aliquot ante menſes de Rege occultato accuſata fuiſſet.

X. *Perſæ Jazdegiirdem ſibi Regem præficiunt.* Elmacinus lib. 1. Hiſt. Saracenicæ cap. 2. iſta de Perſis narrat: *Convenerunt Perſæ anno XI. Hegiræ, imperante Abubecro. Cumque ad eum acceſſiſſent, ob ſeditionem & necem Regum ipſorum & qui ipſis ſupervenerat defectum, petierunt filium Choſroæ nomine Jazdegiirdem, qui fugerat a Siroe, atque eum Regem ſuper ſe conſtituerunt, cum annos haberet XV. Erant autem voluntates eorum diverſæ, & conventus diviſi atque inter ſe pugnantes; omniumque Provinciarum, Oppidorum & pagorum incolæ bellum inferentes vicinis: & ita*

*labant. Fana etiam quæ ante adorare conſueverant, propriis deſtruentes manibus, ad virum Dei omnes unanimiter pervenerunt. Nam ubi fana deſtruebant, vir Domini Amandus tam ex munificentia Regis, quam ex collatione religioſorum virorum, religioſarumque feminarum ſtatim monaſteria aut eccleſias conſtruebat; verbique ſacri pabulo populum reficiens, omnium corda mandatis cæleſtibus illuminabat. Cum jam vir ſanctus videret prædicatione ſua quoſdam ad Deum converti, ex hoc majori æſtuabat deſiderio, quatenus adhuc alii converterentur. Audierat denique, quod Sclavi nimio errore decepti, a diaboli laqueis tenerentur oppreſſi. Illeque martyrii palmam ſe aſſequi poſſe confidens, transfretato Danubio,* (Prædicat Evangelium Sclavis.) *eadem circumjens loca, libera voce Evangelium Chriſti Gentibus prædicabat. Paucis vero ex eis in Chriſto regeneratis, videns etiam ſibi non ſatis accreſcere fructum, & martyrium quod ſemper quærebat, nondum ſe adepturum; ad proprias iterum reverſus eſt oves, curamque gerens earum, ad cæleſtia regna prædicando perduxit.* Hæc Amandus uſque ad tempus quo revocatus eſt a Dagoberto. Quomodo autem idem Princeps facti pœnitens in gratiam receperit virum ſanctum, ſuo loco dicturi ſumus. Sed hactenus de rebus Gallicanis, & acceſſione facta Eccleſiæ ex Gentibus per eundem ſanctum Amandum Apoſtolicum virum.

Chri-

PAGIUS *ita ſingulæ quoque Civitates diſcordes in ſe erant.* De quibus inteſtinis bellis mentionem etiam facit Theophanes, ſicuti & de *Hormiſda* creatione anno Eræ Alexandrinæ DCXXIII. idem enim Hormiſdas ac Jazdegiirdes: Regibus quippe Perſarum pluribus nominibus appellari familiare fuit. Scaliger lib. 3. Canonum Iſagogic. part. 2. num. 119. ait, *Haiton* hunc Jazdegiirdem vocare Aſob Arior, *& Georgio Chryſo Cocca Medico eſt* Ιαρδιχέρτης Αρὶρ inquit idem Scaliger, qui tamen lib. 3. de Emendat. Temp. pag. 211. dicit, ab Haitone nominari *Aſcaiorth*; ita proclive eſt Latinis Orientalium nomina corrumpere. Ibidem ſcribit, in editione Latina *Abbateni* mire detorta eſſe nomina Perſica, ibique *Jazdegiirdem* vocari filium *Kiſte*, interpretem tamen ſcripſiſſe *Kiſre*, quod Choſroen ſignificat, & infra editum eſſe *Kiſre*. Ex iis liquet, a quo ſtipite *Jazdegiirdes* genus duxerit.

XI. *Era Jazdegiirdica inſtituitur.* Hoc anno, quo regnare cœpit, inſtituit celeberrimam *Eram* de ſuo nomine *Jazdegiirdicam* appellatam, quæ alias apud Arabas Aſtrologos in uſu fuit, & etiamnum apud Perſas. Initium habet a die decima ſexta menſis Junii, feria tertia, ut Albategnius, Alfraganus, Abulfeda Iſmael, aliique obſervant. Chryſococca citatus dicit, hanc Eram iniviſſe, quando *Jazdegiirdes* in ſolio Cyri collocatus eſt, ideoque, *ab ejus enthroniſmo* eam putari, refertque Scaliger, qui ipſum laudat, Tabulas quoque, ſuas Arabicas eandem deducere *ab enthroniſmo* Jazdegiirdis. Utrumque falſum putat Scaliger, & verum eſſe quod ſcribit Haiton in Paſſagio Terræ Sanctæ cap. 15. Jazdegiirdem ſc., (Aſcaiorth ab Haitone vocatum) victum eſſe anno Dominico DCXXXII. eoque victo & interfecto, Saraceno victori *Othmano* eo ipſo anno die XVI. Junii ceſſiſſe Imperium Perſicum; ideoque hanc Eram a morte *Jazdegiirdis* appellatam eſſe *Jazdegiirdicam*. Idem habent Petavius lib. 11. de Doct. Temp. cap. 51. & Calviſius in Iſagoge Chronologica part. 2. cap. 10. Verum ſummopere falluntur, ut ex dicendis conſtabit. *Haitonus* Scriptor Latinus, qui ſæculo Eccleſiæ decimo tertio vixit, nullam hac in re fidem meretur, licet *Albumaſarum* Aſtrologum conſentientem habeat, qui tradit *Jazdegiirdem* interfectum eſſe *die XXII. Rabici prioris, anno Hegira XI.* menſe ſcilicet Junio hujus Chriſti anni. Nam ex Elmacino, aliiſque Orientalibus Auctoribus conſtat, illum poſt hunc annum ſæpe bellum cum Saracenis inſtauraſſe, imo totos annos XX. adhuc ſuperſtitem fuiſſe. Anni & menſes Epochæ Jazdegiirdicæ ſunt Solares communes; anni trecentis ſexaginta quinque diebus præciſe conſtituuntur, & menſes ſinguli triginta diebus. Quidam in finem menſis *Aban*, quinque dies appendices reiiciunt: verum Aſtronomi eas in fine anni collocant, ut docet Abulfeda Iſmael, qui hanc Eram pluribus explicat in Diſſert. *de Cognitione Epocarum* cap. 3. ubi & ait, principium hujus Epochæ fuiſſe diem Martis, *initio anni, quo primum regnavit Teſdegerdus filius Shabliari;* ita enim ab Arabibus nominatum fuiſſe Choſroen obſervavit Scaliger lib. 3. de Emendat. Temp. pag. 211. fuit *Abulfeda Iſmael* Syriæ Princeps in Hama, Arabs; multa, eaque præclara edidit de Geographia Arabice, mortuus an. MCCCXLV. Porro cum *Abubecrus* die XVII. menſis Junii hujus Chriſti anni *Mahometi* in Califatu ſucceſſerit, & ad illum venerint *Perſæ;* quando Regem ſuum eligere voluere, ut num. ſuperiori monſtratum eſt, Era *Jazdegiirdica* inſtituta poſt diem XVI. Junii, ſed ab eo deducta propter rationem alias explicandam.

XII. *Isdegerdes filius fuit Schabriar & nepos Choſrois.* Adhæc *Jezdegirdem* filium fuiſſe Schahriar, ac nepotem *Choſrhois*, certum indubitatumque. Elmacinus quidem in Hiſtoria Saracenica lib. 1. cap. 2. citat *Abugiafarum* Chronographum Arabem, a quo Jezdegird ſeu Isdegerdes *Choſrois* filius nuncupatur; ſed ipſemet Elamacinus cap. 4. teſtatur, *Isdigerdem* filium fuiſſe *Schabriar*, & hunc filium *Choſrois*. Non mirum autem, *Abugiafarum* ac *Elmacinum* patrem Isdegerdis Choſroen appellaſſe; cum Elmacinus lib. 3. cap. 4. tradat, ſicut Reges Romanorum *Caſares*, ita & Perſarum *Choſroes* vocatos fuiſſe. Demum *Schabriaris* nomen valde commune fuit, indeque Iſaacius Argyrus in fragmento citato a Chriſmanno in Alfragano Isdegerdem *Sarier* appellat, & Tabulæ Aſtronomicæ primo Isdegerdis anno publicatæ vocantur *Tabulæ Schabriar*. Quæ prætereunda non fuere, ne diverſitas & barbaries nominum lectores in errorem inducat.



I. CHriſti Redemptoris annus ſexcenteſimus trigeſimus tertius, Indictione ſexta, tum Romano Imperio, tum Eccleſiæ Catholicæ funeſtiſſimus extitit: quo cum deceſſiſſet primus Mahometis ſucceſſor Eububezer, ſive Abubachar, Haumarus in locum ejus ſuffectus, ſtatim Arabiam verſus ducens exercitum, Boſtrenſem civitatem vi cepit, aliiſque locis potitus eſt; occurrentemque ſibi Theodorum fratrem Imperatoris cum exercitu vicit: adeo ut in deſperationem conjectus Imperator, deſpondens animum, Syriam derelinquens, in locum tutum ſe receperit Conſtantinopolim. Hæc autem ſummatim collecta, ita deſcripta narrantur (a): *Moritur Abubachar, cum Amiras (id eſt Imperii nomen) fuiſſet annos duos & ſemis. Succeſſit Haumarus. Hic Boſtram aliaſque urbes cepit, & uſque Gabetam progreſſus eſt. Cum hoc prælio commiſſo, Theodorus Heraclii frater victus ad Imperatorem Edeſſæ tum agentem venit. Imperator copiis Babanem * ejus loco præfecit. Theodorum porro Sacellarium cum exercitu Romano adverſus Arabes mittit. Et cum Emeſam veniſſet, occurrit Amiras cum multitudine Sarracenorum, caſtraque locat ad Bardaniſium flumen. Itaque Heraclius, rebus deſperatis, Syriam deſerit, ſublatiſque Hieroſolymis venerabilibus lignis, Conſtantinopolim abiit: Babanem vero a Damaſco Emeſam divertere jubet ſimul & Theodorum Sacellarium cum exercitu quadraginta millium.* Quomodo autem Romani ab eis ſæpe victi fuere, dicemus annis ſequentibus. Cauſa vero aſportandi ſacrum Crucis lignum Hieroſolyma, illa interceſſiſſe videtur potiſſima, quod haud falſus conjector extitit Imperator, Arabes dominaturos locis illis atque aliis. Hæc ſunt quæ ad cladem Rom. Imp. ſpectant.

(a) Theop. & Cedren. hoc an. 24. Heraclii.

* Habanem.

S. Crucis lignum tranſlatum Conſtantinop.

II. Quo autem cultu & veneratione ſanctiſſimum Crucis lignum Hieroſolyma Conſtantinopolim tranſlatum habitum ſit, audi Bedam in libello de locis ſanctis cum agit de Conſtantinopolitana civitate (b): *interior domus*, baſilicæ videlicet S. Sophiæ, *in Aquilonari ſui parte grande & valde pulcrum amarium habet, in quo capſa lignea, ligneoque operculo tecta Crucis Dominicæ tres particulas continet, longum videlicet lignum in duas partes inciſum, tranſverſum ejuſdem ſanctæ Crucis lignum. Hæc tribus tantum per annum diebus, hoc eſt, Cœna Domini, in Paraſceve, & in Sabbato ſancto, populis adoranda profertur. Quarum prima capſa illa ſuper altare aureum duos cubitos altitudinis & unum latitudinis habens, cum Cruce ſancta patefacta componitur. Accendenſque primus Imperator, deinde cunctus per ordinem laicorum gradus ſanctam Crucem adorat & oſculatur: ſequenti die Imperatrix & omnes matronæ vel virgines idem faciunt; tertia nihilominus die Epiſcopi & cuncti clericorum gradus idem faciunt: & ſic capſa recluſa in armarium reportatur. Quamdiu autem ſuper altare manet aperta, totam Eccleſiam mirus odor perfundit. De nodis enim ligni ſancti liquor odorifer oleo ſimilis profluit, cujus ſi etiam modica particula contingat, omnem ægritudinem ſanat.* Hucuſque Beda. Quod ad oleum S. Crucis ſpectat, hic meminiſſe oportet, quæ de eodem dicta ſunt ſuperius ex ſancti Gregorii Papæ ſcriptis.

(b) Bed. de loc. ſan. c. 20.

S. Crucis cultus.

Quod

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLXXI. Anno Hegiræ XII. inchoato die 18. Mart. fer. 5. A.C. 633.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6126.

☉ 26. C. ☽ 7. P. 4. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 633.

HONORII PAPÆ 9.

HERACLII IMP. 24.

1. *Poſt conſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *XXIII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XXII. & anno Imperii Heraclii Junioris Conſtantini XXI.*

II. *Abubecro Califa ſuccedit Omarus.* Ad num. I. & ſeq. Quæ narrat Baronius ex Anaſtaſio, ſeu ex Theophane ad annum Eræ Alexandrinæ DCXXV. contigiſſe initio *Umari* Saracenorum tertii Califæ pertinet ad annum DCXXXIV. quo ideo revocanda; ad hunc vero annum ſpectant, quæ Baronius narrat anno DCXXXI. num. I. ut eo anno oſtendimus: cujus rei certa ratio eſt, quia *Abubecrus* Califa, cujus mortem hoc anno Baronius recitat, ſequenti mortuus eſt, poſtquam ea geſſiſſet, quæ anno ſuperiori num. II. retulimus. Elmacinus enim tradit, *Abubecrum* anno Hegiræ XIII. vitam cum morte commutaſſe, & Principatum tenuiſſe duobus annis, de quo omnes conveniunt, licet de minutiis menſium, ac dierum non parum diſſentiant. Præferenda tamen ſententia, quæ præter biennium paucos menſes ejus Principatui attribuit, docetque eum obiiſſe, feria tertia, die viceſimo quarto poſterioris Jumadi, ideoque die viceſima tertia menſis Auguſti anni Chriſti ſexceteſimi triceſimi quarti. *Abubecrus*, teſte Elmacino, primus collegit *Alcoranum* e Tabulis, metuens ne ejus quidquam periret. *Erat enim tantum in hominum memoriis, & in ſchedulis inter Tabulas.* Poſt eum eodem die regnare cœpit *Omarus* ſive *Umarus* tertius Califa Saracenorum, & quidem juſſu *Abubecri*, qui Principatus ſui anno primo ea adverſus Romanos geſſit, quæ Baronius hoc anno, loco ſcilicet non ſuo, recitat. Adhæc eodem *anno Hegiræ XIII.* miſit *Omarus* Ducem contra *Perſas*, cum quibus pugnavit, plurimis Perſarum occiſis. Elmacinus quidem non loquitur de aſportatione Crucis in Urbem Conſtantinopolitanam per Imperatorem facta; ſed cum

Theo-

III. Quod vero pertinet, ad mala quibus Catholica Eccleſia hoc anno ſextæ Indictionis mirum in modum exagitata eſt; hic principium ponitur hæreſis Monotehelitarum: nam Maximus in diſputatione cum Theodoſio hæc ait: *Scitis enim factas innovationes a ſexta Indictione præteriti circuli, quæ ab Alexandria incœperunt per expoſitionem novem Capitulorum a Cyro, qui neſcio quomodo ibi Præſul fuit: quæ confirmata ſunt a throno Conſtantinopolis*. Hæc ipſe. Id ipſum Acta Sextæ Synodi docent, nempe ſub nomine pacis Cyrum Alexandrinum Epiſcopum, collecta Alexandriæ Synodo menſe Majo, Monothelitarum hæreſi aperuiſſe viam eo ſimulato prætextu, quod hæreticos omnes in Ægypto poſitos Eccleſiæ Catholicæ jungere poſſet, ſi duarum voluntatum, & operationum voces ſilentio ſupprimeret; ſatis eſſe dicens, ſi in Chriſto tantum Dei virilis voluntas & operatio diceretur, ex qua duarum in Chriſto naturarum exacta profeſſio ederetur; eo quod etſi non voces res ipſæ tamen expreſſæ haberentur. Res viſa eſt ſpecimen præſeferens pietatis & charitatis, ſi (ut dicebant) abſque detrimento Catholicæ fidei, voces interdum tacerentur, quibus diſcordiæ nutrirentur, verum dolo malo cuncta tunc acta eſſe, exitus declaravit. Quod autem ad tempus ſpectat, & Synodi cogendæ cauſam, hæc habet decretum ejuſdem Synodi, ſive (ut ſcribitur) ſatisfactio, ſuo ipſius exordio, verbis iſtis (*a*):

Concilium Alexandrinum a Cyro Monothelita coactum.

(*a*) *Sext. Syn. Act.* 13.

IV. *Domino Chriſto vero Deo noſtro omnibus perfulgenti, omneſque ad ſaluberrimam veram ejus fidem dirigenti, & in unam eamdemque ſanctam ſuam Eccleſiam convocanti, præſentem ſatisfactionem facimus pro unitate ſanctarum Dei Eccleſiarum, menſis Maji quarta die, Indictione ſexta. Satisfactio facta a Cyro miſericordia Dei Epiſcopo per divinam ſanctionem benignisſimorum atque triumphatorum dominorum noſtrorum, locum exhibente Apoſtolicæ ſedis hujus Alexandrinæ Epiſcopo amabilis civitatis, &c.* Quale autem fuerit ejuſmodi decretum, ſatis dictum eſt ſuperius. Porro in ea Cyri Epiſcopi ſatisfactione novem ſunt ſcripta capita, quibus Monothelitarum hæreſis comprobatur. Recitata illa habentur in dicta Synodo Alexandrina, miſſa vero ad eum qui ea extorquebat, Sergium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, ad quem etiam has litteras dedit adulatione plenas, quæ ex nimis rudi tranſlatione facta ſatis obſcuræ atque perplexæ in hæc verba reduntur (*b*):

Cyri Epiſcopi Alexandr. decretum.

(*b*) *Sext. Syn. Act.*

*Proprio domino ac per omnia honorando atque ter beatiſſimo, benigno paſtorum paſtori, Patri patrum, univerſali Patriarchæ Sergio, Cyrus humilis ſervus veſter.*

V. *Fœcunditatem & iterum ſpiritalem fructificationem per Deo acceptabiles orationes beatitudinis Deo amabilis domini mei, quæ cucurrit doctrinis piiſſimorum ac conſervandorum & veraciter Chriſto amabilium dominorum noſtrorum, & nunc promereor ter beatiſſimo meo domino primitias ſuggerere. Notum enim facio, quod omnes qui dicuntur dogmatis Theodoſianorum circa hanc Alexandrinorum Chriſto amabilem civitatem clerici, una cum iis qui in dignitatibus & militibus clarent, inſuper & qui ex plebe ſunt in militibus conſtituti, per tertiam Junii menſis adunati ſanctæ noſtræ Catholicæ Dei Eccleſiæ intemerabilia nobiſcum Dei myſteria perceperunt, ad hoc adducti, præviante profecto beneplacito omnipotentis Dei conſilio, per collatam mihi doctrinam tam a piiſſimis & invictiſſimis noſtris dominis, quamque a Deo inſpirata domini mei ſanctitate, ut per hoc ſtabiliretur ſecundum quod ſcriptum eſt (c): In frequentationibus dies feſtus uſque ad cornu altaris.*

Epiſt. Cyri Epiſ. Alexandrini ad Sergium Conſtantinop.

(*c*) *Pſal.* 117.

VI. *Si autem oportet veraciter dicere, non in confrequentationibus tantum neque uſque ad cornu altaris, ſed etiam in omnem Alexandrinorum Chriſto amabilem civitatem ejuſque confinia uſque ad nubes ipſa & ultra hæc cæleſtibus officiis in pacem ſanctarum Eccleſiarum, & in his qui ad eamdem convertuntur, lætantibus. Qualiter autem hæc adunatio aſſecuta eſt, ſub-*

PAGIUS Theophanes citatus de eadem agat, quando loquitur de iis, quæ anno Eræ noſtræ ſexcenteſimo triceſimo quarto contigiſſe mox diximus, non dubium quin ad eundem Chriſti annum hæc aſportatio referenda ſit.

III. A num. III. ad IX. Concilium Alexandrinum a *Cyro* Epiſcopo Alexandrino ad Monotheliſmum ſtabiliendum, congregatum eſt, ut recte obſervat Baronius, *ſexta Indictione*, ſicuti habet S. Maximus in Diſputatione cum Theodoſio, *ac menſis Maii quarta die, Indictione ſexta*, quemadmodum legitur in Decreto ejuſdem Synodi. Ex ea ſcripſit *Cyrus* ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, cujus literas recitat Baronius. Ad eamdem venit *Sophronius*, cum adhuc monachus eſſet; nam S. Maximus in Epiſtola ad Petrum Illuſtrem ait: *Divinus Sophronius in Afrorum Regione mecum & cum omnibus peregrinis Monachis moras agebat, cum ipſi perverſitates illas fabricarent adverſus omnes.* Paulo poſt: *Divinus ergo magnuſque Sophronius tunc Alexandriam veniens, mox ex prima lectione (dederat enim etiam ipſi Cyrus ad retractandum illa novem impietatis capitula) lugubre quiddam & ingens vociferatus, fontes emittebat lachrymarum, illum fervide obſecrans, ſupplicans, expoſtulans, in pavimento ipſius veſtigiis provolutus, quo nihil horum ſuper ambonem contra Catholicam Dei Eccleſiam prædicaret: quippe cum hæc liquido impii eſſent Apollinaris dogma-*

*Pſeudo-Synodus Alexandrina Cyri.*



*ſubtiliter, præſumens, ſuggeſſi piiſſimis auribus invictiſſimorum ac ſereniſſimorum noſtrorum dominorum per confamulum meum Joannem Deo amabilem diaconum, qui affuit omnibus quæ mota ſunt. Et certus ſum, quia & in hoc acceptat ultimum ſuum famulum ſanctiſſimus meus dominus. Quæſo namque ter beatiſſimum meum dominum quatenus cognitionem omnium faciens, ſi quid mihi in tali motione forſitan defuit, aut per ignorantiam de competentibus fruſtratus ſum, emendare exiguum ſuum famulum dignetur. Opus enim hoc Deo honorabilium veſtrorum eſt, qui omnibus divinis ſcripturis decoramini & deſuper perficimini.* Hucuſque ad Sergium Cyrus ex Synodo Alexandrina, in qua quidem non ita una operatio, ſive una voluntas in Chriſto prædicata eſt, ut ſtatim in ipſum veluti hæreticum declamari potuiſſet: nam qui de his tunc confectus eſt canon ſeptimus, ita ſe habet (*a*):

(*a*) *Sext. Syn. Act.* 13.

VII. *Si quis unum D. N. Jeſum Chriſtum in duabus conſiderari dicens naturis; non eumdem unum, de Trinitate confiteatur, ſempiterne quidem ex Patre genitum Deum Verbum, noviſſimis autem ſæculi temporibus eumdem incarnatum atque genitum ex ſanctiſſima & intemerata domina noſtra Dei genitrice ſemperque Virgine Maria, ſed alterum hunc noſcit & alterum, & non unum eumdemque ſecundum ſapientiſſimum Cyrillum in Deitate perfectum & in humanitate eumdem perfectum, ex hocque ſolo in duabus contemplandum naturis eumdem paſſum & non paſſum ſecundum aliud & aliud, ſicut idem ſanctus*



*Cyrillus ait: & patientem quidem humanitus carne ſecundum quod homo eſt, permanentem vero impaſſibilem ut Deum in paſſionibus propriæ carnis, eumdemque unum Chriſtum & Filium operantem Deo decibilia & humana una Dei virili operatione, ſecundum S. Dionyſium, ſola contemplatione diſcernens ea ex quibus unitio facta eſt. Hæc intellectu conſiderans, inconvertibilia & inconfuſa poſt eorum naturalem & ſecundum ſubſiſtentiam unitionem manentia in his quæ indiviſe atque inſeparabiliter unum eumdemque Chriſtum & Filium recognoſcens, juxta quod duo ad invicem inconfuſe convenientia conſiderat intellectu cauſativam eorum contemplationem, & non phantaſiam mendacium, atque inanibus mentis figmentis, nullatenus vero disjungit, quaſi perempta jam illa quæ in duo eſt, ſectione, propter ineffabilem & inconfuſam & inexcogitabilem unitionem, dicens ſecundum ſanctum Athanaſium: Simul enim caro, ſimul Dei Verbi caro, ſimul caro animata rationalis, ſimul Dei Verbi caro animata rationalis: ſed ad diviſionem per partes hujuſmodi aſſumit vocem: anathema ſit.*

Huic autem capiti adverſatum eſſe Sophronium Epiſcopum Hieroſolymorum, egiſſeque apud Sergium, ut hujuſmodi tolleretur doctrina ex aliis decretis Synodalibus, teſtatur Sexta Synodus Actione decimatertia. Sed excidit ea Sophronii de his epiſtola ad Sergium: extat tantum illa, quam ubi creatus eſt Epiſcopus, ex Synodo emittens profeſſionem fidei, ſcripſit hoc item anno ad eumdem Con- VIII.



PAGIUS *mata*. Hujus etiam rei teſtem habemus ipſum Sergium in Epiſtola ad Honorium Papam, quæ in Actione XII. Sextæ Synodi recitatur, ut videre eſt apud Baronium num. XIX. Refert poſtea *Sergius* nimis ſibi durum viſum fuiſſe, ut vox unius Operationis de Capitulis Alexandrinis tolleretur, ne ſcinderetur iterum unio cum Eutychianis, aliiſque Hæreticis per hanc Synodum inducta. Subjungit poſtea, *Sophronium*, quamvis rogatum, nulla prorſus potuiſſe exhibere Patrum teſtimonia pro gemina in Chriſto voluntate & operatione; *Ille autem hoc facere penitus non valuit*, ait Sergius. Verum mera hæc fuit calumnia; nam, ut inquit Stephanus Dorenſis Epiſcopus, in Concilii Lateranenſis Secretario II. Sophronius *ſuperius dictis temeratoribus non tantum in Oriente validiſſime contradixit, conteſtans eos & admonens, ut a propria hæreſi quieſcerent, & ad rectam Patrum fidem remearent: verum etiam in duobus Libris ſexcenta dedit teſtimonia Patrum ad evictionem impietatis eorum, & veritatis oſtenſionem.*

IV. Baronius num. VIII. ſemel atque iterum inculcat, velut ex Actione XIII. Sextæ Synodi, *Sophronium*, antequam Conſtantinopolim peteret, eandem rem egiſſe per Epiſtolas *Sergio* miſſas, quæ exciderint. At ſicuti obſervat Combeſiſius in Hiſt. Monothelitarum Diſput. I. paragr. 8. hujuſmodi literarum nullus meminit; nec congruum ſatis videbatur, ut eo modo ageret humilis Monachus eum Urbis Regiæ Patriarcha adverſus opinionem, quam is propugnabat, imo & cujus Auctor erat. Res ita ſe habuit. Cum *Cyrum* inter & *Sophronium* de una vel duplici operatione conveniri non poſſet, *Sophronius* ad Sergium Conſtantinopolim profectus eſt, apud eum coram acturus cauſam, & ad ſollicitandum ſeptimi capituli abrogationem, in quo una tantum Deivirilis voluntas decernebatur.

*Sophronius nullas ad Sergium ſcripſit literas quæ perierint.*

V. Baronius in eodem num. VIII. ſcribit: *Cæterum qui rem bonæ fide agi putarunt, hoc ipſo exordio emergentis hæreſis Monothelitarum utcumque toleranda hæc exiſtimarunt, ex ea parte, qua unam operationem referre ipſi viderentur ad unam perſonam operantem*, &c. & infra: *Hæc tolerata ſunt, donec latere in herbis anguem Catholici intellexerunt.* Verum, ut Alexander Natalis ſæculo VII. cap. II. §. 3. obſervavit, tantum abeſt, ut id Catholicis tolerandum viſum ſit, quin potius novo dogmati palam refragati ſint, & obſtiterint *Joannes Eleemoſynarius*, *Sophronius*, *Arcadius* & *Sergius* Cypri Metropolitæ, cæterique ejuſdem Inſulæ Epiſcopi. Nec Cardinalem doctiſſimum juvat, quod *Sophronius*, & alii Orthodoxi vocem Deivirilis Operationis identidem uſurparint; ex hoc enim perperam colligitur, tolerandam Catholicis viſam fuiſſe unius in Chriſto Operationis aſſertionem; longe quippe differunt, *Deivirilis Operatio*, & una

*Orthodoxi Deivirilem operationem, ſed non unam Deivirilem operationem dixerunt.*

Conſtantinopolitanum Epiſcopum. Cæterum qui rem bona fide agi putarunt, hoc ipſo exordio emergentis hæreſis Monothelitarum, utcumque toleranda hæc exiſtimarunt ea ex parte, qua unam operationem referre ipſi viderentur ad unam perſonam operantem: nam ſalvas proprietates duarum naturarum in Chriſto eoſdem eſſe voluiſſe, ipſi profeſſi ſunt, ut qui interfuerunt Sextæ Synodo declararunt, cum duas naturas aſſeruerunt in Chriſto unitas (ut Catholici docent) inconfuſe & indiviſe, inconvertibiliter & immutabiliter: quibus aſſertis, haud doloſe hæc agi putarunt: nam & Sophronius in dicta quæ reperitur epiſtola Synodali ad Honorium ſive Sergium æque & ipſe ſecundum unam perſonam in Chriſto, unum dicendum eſſe operantem putavit, cum non duo ſint Chriſti, ſed unus; ſed & vocem Deivirilis operationis æque ipſe identidem profitetur. Hæc, inquam, tolerata ſunt, donec latere in herbis anguem Catholici intellexerunt: tunc enim ſibi cautius agendum eſſe ſenſerunt, ut patet ex iis quæ dicentur ex Maximo.

IX. Sophronius adverſatur Cyro Alexandrino.

Iſtæc igitur Cyro Alexandriæ conanti de una voluntate & operatione, adverſatus eſt primum ſummopere idem Sophronius, utpote probe ſciens hæreticos ea moliri ad deſtructionem Catholicæ veritatis, quantumlibet aliquam pietatis ſpeciem præſeferrent; cum non laterent ipſum eorum doli atque fallaciæ pacis involucro tectæ. Scripſit enim (ut dictum eſt) ad Sergium, ut illud de unica operatione capitulum Synodi Alexandrinæ deleretur: immo & Conſtantinopolim ea de cauſa ad eumdem Sergium profectus eſt, ut Sergius ipſe teſtatur in epiſtola ad Honorium Papam. Sed & alias etiam ad Sergium ipſum addidit litteras idem Sophronius, ubi hoc item anno defuncto Modeſto ſancto Patriarcha Hieroſolymitano, ipſe ſubrogatus eſt in ejus locum.

Sophron. Epiſc. Hieroſolym.

Hæc quidem conſtant ex epiſtola hoc anno ab ipſo ſcripta, quam hic tibi modo ex parte ſaltem reddituri ſumus, non quidem ex ea quæ Latine reddita habetur in Sexta Synodo, vitio imperiti tranſlatoris obſita ſolæciſmis, & barbariſmis obſcurior reddita; ſed ex verſione doctiſſimi Turriani. De qua etiam illud monendum putamus, eamdem epiſtolam quæ in Actis Sextæ Synodi habetur ad Sergium data, reperiri in Græco codice ad Honorium Papam inſcriptam, & ita etiam ſæpe citatam. Ut plane in eam ſententiam libentius jerim, encyclicam eam fuiſſe ab ipſo Sophronio ſcriptam veluti fidei ſuæ confeſſionem, ubi hoc anno creatus eſt Hieroſolymorum Epiſcopus, miſſamque ab eo ex more tum Romam ad Honorium Papam, tum vero ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ut hujuſmodi quæ in Actis Sextæ Synodi reperitur inſcriptio præſefert:

*Domino in omnibus ſanctiſſimo & beato fratri comminiſtro Sergio Archiepiſcopo & Patriarchæ Conſtantinopoleos, Sophronius ſervus inutilis ſanctæ Chriſti Dei noſtri civitatis.*

X. Epiſtola Sophronii Epiſcopi Hieroſol.

*Quam mihi nunc, beatiſſime Papa, optabilis eſt requies & tranquillitas, & multo quam prius optabilior, ex quo a quiete a curis vacua in turbam negotiorum veni, & terrenis quibuſdam fluctibus alluor.* Hæc ipſe quidem, quod ex ſilentio monaſtico ad Epiſcopatum adductus eſſet. Sed pergit: *Quam mihi dulcis eſt nunc exiguitas, ac etiam non paulo quam antea dulcior, ex quo ab ſtercore & terra, & multa ac majori quam dici poſſit humilitate ad ſedem Pontificiam aſcendi: & magnam procellam video, & cum procella conjunctum periculum. Non enim quæ jucundiſſima ſunt, ante experientiam eorum quæ triſtitia ſunt ita jucunda eſſe perſpiciuntur, ſicut poſt experimentum & incurſum eorum quæ ſunt aſpera, & adverſa, ſuavia eſſe pervidentur. Sic valetudo valde jucunda eſt iis, qui poſt valetudinem ægrotant. Sic tran-*

*quil-*

PAGIUS *una Deivirilis Operatio. Deivirilem operationem* ex ſententia Patrum dixerunt Orthodoxi; *unam Deivirilem operationem* dixerunt hæretici. Quamobrem Synodus Lateranenſis ſub Martino I. hanc loquendi formulam damnavit anathemate, Secretario V. *Si quis ſecundum ſceleroſos hereticos Deivirilem Operationem, quod Græci dicunt* θεανδρικὴν, *unam operationem inſipienter ſuſcipit; non autem duplicem eſſe confitetur, ſecundum Sanctos Patres, hoc eſt, Divinam & humanam, aut ipſam Deivirilis, quæ poſita eſt, novam vocabuli dictionem, unius eſſe deſignativam, ſed non utriuſque mirificæ & glorioſæ unitionis demonſtrativam, condemnatus ſit.*

VI. A num. IX. ad XXXII. *Sophronius* Conſtantinopoli in Palæſtinam redux ſubrogatus eſt in locum *Modeſti* Patriarchæ Hieroſolymorum, qui ideo vel ſub hujus anni finem, vel ſequentis initio mortuus eſt. Nicephorus quidem in Chronico annum unum *Modeſto* attribuit, ſed errorem illum correxit Anctor Tabularum Theophani inſertarum, qui eidem annos duos aſſignat, quibus etiam aliquot menſium appendicula addenda. Colitur *Modeſtus* in Menæis die XVI. menſis Decembris. Præter Epiſtolam, de qua anno DCXV. num. V. locuti ſumus, ſuperſunt duæ orationes *Modeſti*, altera *In unguentum ferentes mulieres*, altera *In occurſum*, recitatæ a Photio in Biblioth. Cod. CCLXXV.

*Modeſtus Epiſc. Hieroſolymorum moritur.*

*Sergius*, quando ad Honorium Papam ſcripſit Epiſtolam, quam Baronius repræſentat, Sophronium Patriarcham Hieroſolymitanum renunciatum eſſe inaudierat: ait enim: *Sophronius Venerabilis Monachus, qui (ut ex nunc auditu didicimus) Hieroſolymorum Præſul eſt ordinatus (necdum enim hactenus ejus ex more Synodicam ſuſ-*

VII. *Sophronius Epiſ. Hieroſolymorum Synodum celebrat.*



*quillitas iis, qui poſt tranquillitatem tempeſtate jactati ſunt, lætiſſima eſt. Sic divitiæ iis, qui poſt divitias egentes fuerunt, gratiores ſunt. Omnia denique ad hunc modum ſe habere videmus: eſſe quidem & manere in naturali & ſubſtantiali qualitate, qualia ante periclitationem contrariorum eſſe videbantur, poſt cognitionem vero contrariorum accommodiora, & iis qui ea ſuſtinuerunt, majoris æſtimationis, immo optabiliora & ſuaſiora.* Hæc ipſe pluribus, dum revocat in memoriam eremi ſilentium & cellæ quietem. Quibus & de ſua electione iſta ſubnectit:

XI. *Cum hæc igitur ſic ſint, & adhuc acerbiora, & mihi miſerrimo neceſſitas ingens ac vix a clericis & reverendis monachis & fidelibus laicis univerſis ſanctæ civitatis Chriſti Dei noſtri, manu & violentia me cogentibus, neſcio quibus judiciis impoſita ſit: quæſo vos ſanctiſſimos & hortor, ut non ſolum puris & caſtis apud Deum precibus mihi vitam in mari agenti & in periculis verſanti opem feratis, & parvo animo labantem confirmetis, ſed doctrinis divinis ad res agendas inſtituatis, tum ut parentes & genitores, tum ut fratres & conſanguinei. Concedite igitur vos mihi paterne & fraterne, quæ jure poſtulo. Ego etiam veſtras ſequar inſtitutiones, & veſtram mecum conjunctionem lucrabor, qua fides idem ſentientes colligat, ſpes recte ſentientes copulat, & charitas eos, qui cum Deo ſentiunt, conjungit: quorum funiculus unus, triplex ex his ſcilicet virtutibus factus, neque diſſolvi poteſt, neque rumpi, neque ſeparationem pati; quin potius vere indiſſolubilis eſt, in unam pietatem eos, qui hoc funiculo connexi ſunt, copulans.*

*Quia vero Apoſtolica & priſca in omnibus cuncti orbis Eccleſiis traditio viget, ut qui Epiſcopi fiunt, ad omnes anteceſſores Epiſcopos referant quomodo ſentiant, & quam fidem teneant: quam quidem traditionem ſapientiſſimus Paulus valde caute eis tradidit, ne in vanum currerent. Vanus enim eſſet eorum curſus omnis, ſi quid detrimenti acciperet fides. Ille enim divinus, qui Dei Voces audivit (a) & cælum ipſum habuit pro ſchola ad diſcendum, & paradiſi ſpectator fuit ante tempus, & verborum quæ aliis hominibus eloqui non licebat, auditor fuit; metuebat & tremebat & ſicut ipſe (b), formidabat, ne cum aliis ſalutari prædicatione Chriſtum prædicaſſet, ipſe reprobus efficeretur. Unde Hieroſolymam (c) aſcendit cæleſtis diſcipulus Chriſti, & divinis ejus diſcipulis anteceſſoribus ſuis ſe ſubmiſit, & doctrinam Evangelicam, quam prædicabat, iis qui aliis antecellere videbantur, patefecit, cum eis ſua dogmata communicavit: quod tutum erat ſibi adſtipulatus, iiſque omnibus, qui in poſterum doctrinam ejus amplexuri eſſent, ac omnibus factus optima forma ſalutis, qui veſtigiis ejus inſiſtere voluiſſent.*

(a) 2. Cor. 12.
(b) 1. Cor. 9.
(c) Galat. 1.

XII. *Huic igitur conſuetudini etiam nos ſervientes, ac legem optimam arbitrati id omne quod ab antiquis decenter factum eſt, præſertim Apoſtolico conatu roboratum: ſcribimus quomodo de fide ſentiamus, & vobis ſapientia divina præditis ad probandum mittimus; ne terminos æternos (d), quod patres & majores noſtri poſuerunt, tranſmovere videamur. Vobis, inquam, mittimus, qui non ſolum dogmata probata ab adulterinis diſcernere ſcitis, ſed quæ deficiunt, propter perfectam in Chriſto charitatem, perfecte ſupplere poteſtis. Accedam igitur ad dicendum illa, quæ a principio in Eccleſia ſancta Catholica collactatus & nutritus didici, & a teneris unguiculis accepi, & vos divine prædicare audivi. Credo igitur, &c.* Subnectit his integram perfectamque atque omni ex parte elucidatam & copioſam fidei Catholicæ profeſſionem cum nominatim facta damnatione omnium hæreſiarcharum qui ad hanc diem extitiſſent, inter quos duo Sergii noviſſime nominantur, quorum alter Armenus, Syrus alter ponitur, qui adhuc ſuperſtes eſſet. Ad poſtremum autem poſt prolixam ſatis fidei profeſſionem conſcriptam, ita ipſum ad quem ſcribit Honorium ſive Sergium interpellat:

(d) Prov. 22.

XIII. *Unde paternam ſanctitatem veſtram rogo, ut has meas litteras a me abjecto jure Synodico acceptas paternis oculis a-*



*ſpi-*

PAGIUS *ſuſcepimus) apud Alexandriam tunc temporis poſitus* &c. Sed non diu diſtulit *Sophronius* ad eum ſcribere: vix enim adepto Hieroſolymorum Epiſcopatu Concilium habuit Antiſtitum Palæſtinæ, in quo compoſuit Sacram illam Encyclicam mittendam de more ad Patriarchas, recitatam in Sexta Synodo Actione XI. in qua diſertiſſimis Sanctorum Patrum auctoritatibus abunde prædicavit duplicem dari in Chriſto Voluntatem & Operationem; *Actaque ſua Synodica Honorio Papæ Romano, & Sergio Conſtantinopolitano miſit*, ut legitur in Libello Synodico. Hujus Synodi meminit etiam Theophanes ad annum Heraclii XX. ubi quæ ad originem & progreſſum Monotheliſmi ſpectant, uno tenore refert: Sed Joannem loco Honorii perperam ſcribit: *Ea tempeſtate*, inquit Theophanes, *Sophronius Hieroſolymorum Epiſcopus inſtituitur, qui congregatis, quibus præerat, Epiſcopis, Monotheliticum Dogma condemnavit, Synodicaque Acta Sergio Conſtantinop. & Joanni Romæ Epiſcopo per Epiſtolas tranſmiſit.* Sophronius in ſua Synodica apud Baronium num. XIV. hæc habet notatu digna: *Vehementer vos deprecor, ut ſupplicationem pro noſtris Imperatoribus Deo adhibeatis: ut ſceptra prabeat valida & firma ad conterendum omnium Barbarorum ac potiſſimum Saracenorum ſupercilium ac ſuperbiam, qui nunc*

*pro-*

*ſpiciat, & fraterno aſpectu contempletur. Et ſi quid aut per ignorantiam erratum eſt, aut per oblivionem prætermiſſum, aut proptær feſtinationem non animadverſum, aut propter brevitatem non expreſſum, & nequaquam commemoratum, aut propter linguæ torporem tacitum, aut propter tarditatem linguæ & exilitatem vocis, aut propter imbecillitatem ſermonis agreſtis nobis non libentibus ſilentio ſuppreſſum eſt; rogo acceſſionibus impleat, & verbis ac correctionibus ex paterna plenitudine prodeuntibus corrigat, & robur præbeat amantiſſimum, fraterno ſtudio ſatum, & paterno propoſito irrigatum: ne quod mancum eſt, ſemper imperfectum appareat; & ne quod infirmum eſt, & ſæpenumero per ignorantiam excidit, infirmum ſemper perſeveret, & per totam vitam ægrotum. Quod quidem cum a vobis amice & legitime factum fuerit, me quidem locupletabit, & mihi medebitur, veſtræ vero miſericordiæ & amori teſtimonium tribuet, ideſt, veſtræ erga fratrem & filium charitati.*

*Ego vero ſic a vobis ditatus, & in eo quod deficiebat completus, tunc ex invaletudine per medicinam liberatus, atque ex claudicatione correctus, valetudineque & divitiis auctus, quam magnas gratias me vobis debere exiſtimabo? quantum gaudium, lætitiam, & voluptatem ſummam cepiſſe judicabor? Sed hæc ſolus Deus noverit: noverim & ipſe, qui talem voluptatem lætitiæ capio, & tantum beneficium decerpo. Noveritis & vos, ſi fervorem cordis mei ad pietatem cognoſcatis, & multam animæ meæ ad diligendum propenſionem oculis animæ contemplemini. Igitur pluribus verbis hæc petere, ſuperfluum. Scio enim, quod hæc omnia vos, quamvis non peterem, præſtabitis face fraternæ charitatis incenſi, & deſiderio paterno inflammati. Illud vero vobis ſupplico, & ſupplicare non deſinam, ut me precibus & ſupplicationibus apud Deum ardentiſſime adjuvetis formidantem & trementem, atque onus jugi mihi impoſiti ferre non valentem: nec hoc ſolum, ſed ut gregem Chriſti mecum paſcatis, qui mihi quidem commiſſus eſt, ſed niſi mihi opem feratis, non poſſum divinis & commodis herbis eum paſcere & nutrire, atque a nocentibus & incommodis ſervare.*

XIV. *Quamobrem oro atque obſecro, ne hic grex ullum detrimentum capiat propter meam imperitiam & artis paſcendi ignorantiam, & propter imbecillitatem, quæ ad regendum commode non ſufficit; & tamquam ipſe ei nocuerim, in die judicii condemner, & ſupplicium perpetuum ſubeam eorum qui furantur, mactant, & perdunt oves Chriſti magnæ æſtimationis & pretii. Scio enim & agnoſco, repoſcendam eſſe a Chriſto principe paſtorum rationem ſalutis earum, & an auctæ fuerint & optimis herbis factæ pingues. Sed ſi quid poteſtis, Deo largiente ut poſſitis, contendite ut adjuvetis, ne & ego & hæ Chriſti oves magni pretii a beſtiis propter infirmitatem meam capiamur.*

*Æque vehementer vos deprecor, ut ſupplicationem & preces ſine intermiſſione pro noſtris Imperatoribus quietiſſimis & Chriſti amatoribus Deo adhibeatis, qui gubernacula Imperii a Deo acceperunt: ut veſtris precibus Deo acceptis delinitus, ætatem multorum annorum eis largiatur, maximas victorias ac trophæa de barbaris tribuat, & filios filiorum eis coronet, divinæ pacis vallo eos muniat, ſceptræ præbeat valida & firma ad conterendum omnium barbarorum ac potiſſimum Sarracenorum ſupercilium ac ſuperbiam, quê nunc propter peccata noſtra ex inſperato in nos invaſerunt, & omnia devaſtant crudeli & ferino animo, profano & impio auſu.* Hæc dum rogat, ut adverſus ingruentes Sarracenos precibus ferat opem: optime concordat cum anni hujus rebus geſtis, quo (ut dictum eſt) per Arabes Imperium Romanum invaſum eſt. Pergit vero:

XV. *Quocirca magis ac magis vobis beatis ſupplicamus, ut prolixas preces Chriſto adhibeatis, ut eis benevole auditis, cito eorum furioſos fremitus reprimat, atque eos tenues & viles factos inſtar ſcabellî noſtris Imperatoribus a Deo datis ſicut antea ſubiiciat; ut & ipſi ſecundis rebus lætentur, qui Imperium in terris tenent, bellicis tumultibus ſedatis. Lætetur etiam*

PAGIUS *propter peccata noſtra ex inſperato in nos invaſerunt, & omnia devaſtant crudeli & ferino animo, profano & impio auſu.* Ex his enim confirmatur quod ſupra notavimus, Saracenos ſcilicet ante præſentem annum Romanum Imperium adortos non eſſe. Hæc ſiquidem Epiſtola anno ſequenti, ut mox demonſtrabo, ſcripta, & devaſtationis, quarum in ea mentio, partim hoc anno, partim inſequenti, ut adverbium *nunc* clare indicat, peractæ.

VIII. *Sophronii* Synodicam præceſſerunt priores *Honorii* ad Sergium, literæ: quare cum eæ anno ſequenti datæ ſint, hæc Hieroſolymitana Synodus eo etiam anno celebrata. Nam ſupra narratis cum *Cyro* Epiſcopo Alexandrino geſtis, ejuſque confirmata hæreſi, interpellante tandem *Sophronio*, ac conclamante adverſus inductam a *Cyro* novitatem, compulſus eſt *Sergius* per literas adire Romanum Pontificem, remque totam ad eum tamquam Primæ Sedis Epiſcopum, ac Supremum fidei Judicem referre. Recitatis ergo ex primis *Cyri* ad Sergium viciſſimque *Sergii* ad Cyrum literis; ad Capitulorum *Cyri* promulgationem accedit *Sergius* in prima ſua ad Honorium Epiſtola, ac ad unionem factam a Cyro; Sophroniique ob Capitulum illud de una Operatione, contradictionem ex duplici capite alienam a ratione arguens, ac *Cyrum*

*Sergius ſcribit ad ad Honorium PP.*



*iam cum eis tota eorum Reſpublica ſceptris eorum valide vallata, faciatque vindemiam legens uvas pacati ſtatus lætitiam parientis. Obſecro etiam (ut juſtum eſt) charitatem veſtram fraternam, ut Leontium Deo carum, diaconum Eccleſiæ ſanctæ Reſurrectionis Chriſti Dei noſtri, eumdemque noſtri pii ſecretarii cancellarium ac protonotarium, & reverendum fratrem noſtrum Polyeuctum, quibus litteras noſtras Synodicas commiſimus, benevolo vultu aſpiciatis, & humanitate qua decet eos alloquamini.*

*Veſtrum enim eſt hoc, & vobis proprium atque innatum inſigne, quo veſtros ſpectatores in admirationem rapitis, quod in altiſſimo gradu poſiti, maximam humilitatem induti eſtis; immo omnibus veſtris proprietatibus ſpiritaliter & hilariter invitatis, & animæ ſpiritalia atque ſplendida largimini. Simul etiam rogamus, ut cito eos nobis remittatis lætos & exultantes, quod talem Antiſtitem Romanorum * videre meruerunt: noſque etiam humiles & abjectos lætitia afficientes, dum vobis veſtram nunciant diſerte valetudinem animæ a Deo datam, & ſanitatem corporis a Deo etiam tributam.*

* Byzantiorum in alia verſione.

*Quin etiam poſtremo rogamus, ut detis eis litteras, quæ fidem noſtram rectam illuſtrent, & mores animæ noſtræ candidos faciant, & ſcientiam paſcendi nos doceant, & ad paſcendum gregem Chriſti animum addant; ut præſidio ſcientiæ muniti, truculentos & immanes lupos ab ovili nobis concredito bacillo vigilantiæ paſtoritiæ arceamus, populumque nobis commiſſum a periculis liberum ad Deum ſiſtamus, mercedem ab æquiſſimo Judice liberaliſſime pro laboribus noſtris reportaturi. Omnes ſanctos & illuſtres fratres, qui cum veſtra ſanctitate ſunt, nos humiles & parvi, & ii qui mecum ſunt, in Chriſto Deo noſtro perſalutamus. Vale in Chriſto & ora pro me, ſanctiſſime frater.* Hactenus epiſtola Sophronii ad Honorium Papam, quam (ut dictum eſt) nonnulla Græca exemplaria ad Sergium datam habent; de qua & iſta Photius ſcribit (*a*):

(*a*) *Phot. Bibl. c.* 231.

XVI. *Lecta eſt Sophronii Hieroſolymorum Patriarchæ Synodica, quæ Romam miſſa fuit ad Honorium ejus Antiſtitem. Plena eſt pietatis epiſtola. Et innovat quidem ille paſſim vocabula, tamquam equi pullus ſaltibus luxurians; attamen Orthodoxam ſententiam accurate tradit, & ſacrorum dogmatum doctrinam minime vulgarem. In hac epiſtola invenies Arium una cum Apollinari damnatum, Theodoretum vero ab Eccleſia non rejectum; tametſi in quibus Cyrillum damnavit, non probatus fuerit, ſed merito reprehenſus. Origenem alium fuiſſe antiquum, alium poſteriorem, qui cognominatus eſt Adamantius. Cum cæteris hæreticis anathemate notatum Jacobum Syrum, a quo nomen traxit Acephalorum caterva. Rogat autem Honorium Romanum, ſi quid forte in epiſtola vel omiſſum, vel aliter dictum, quam par ſit: eum enim & corrigere poſſe, & explere; gratiamque habiturum ſe ait, ſi repulſam non ferat, numquamque adeo immemorem fore beneficii. Hæc itaque habet Synodica Sophronii ſanctiſſimî epiſtola.* Eademque (ut dictum eſt) ſcripta communiter ad Honorium & Sergium cujus titulo in Sexta Synodo recitatur: ut appareat, quam ampliſſime Sergius Epiſcopus Conſtantinopolitanus fuerit ab omnibus cognitus atque probatus in hanc diem Catholicus atque Orthodoxus: & nullatenus hac ex parte crimen Honorio quis impingere valeat, ſi ejus (ut dicemus) ſubſcribat epiſtolæ, & paria ſe cum illo ſentire ſignificet, & cum ille non ob hæreſim inſtituendam, ſed ob pacem injungendam (ut foris apparebat) de novis vocibus optare ſilentium ſignificaverit, ipſe re vera abſque fuco & fallaciis de iiſdem ſilendum eſſe conſenſerit. Cæterum præter has, alias quoque eodem ferme tempore conſtat Sophronium dediſſe litteras ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quibus petebat, deleri debere caput illud Synodi Alexandrinæ, quo aſſerebatur una voluntas in Chriſto, contendens duas omnino dicendas eſſe in Chriſto voluntates & oper-

PAGIUS *rum* defendens: quod nimirum is loca Patrum pro ea produceret; quodque item tametſi nulli illi extarent, dandum eſſet hoc tantæ illi œconomiæ; addens præfatum *Sophronium*, cum ab eo rogatus eſſet, nulla Patrum teſtimonia, quibus duæ operationes aſſererentur, potuiſſe proferre. Interim vero, ut aliquid œconomiæ ſtudio pacis datum videretur, & ſtare vult iis, quæ geſta eſſent, nec revocari *Cyri* illud Capitulum de una operatione, & prohibet aliquem deinceps unam, aut duas operationes dicere. Ex quibus poſtmodum unam colligit in Chriſto naturam. Hanc ſilendi diſpenſationem, quam fruſtra conatus erat *Sergius* perſuadere *Sophronio*, facile *Honorio* perſuaſit, eumque ex hac parte, non fidei detrimento, ad ſuas attraxit. Sed hac de re poſtea.

IX. Tam *Sergii* ad Honorium, quam *Honorii* ad Sergium Epiſtolæ, quas Baronius hoc anno recitat, inſequenti tantum ſcriptæ ſunt, poſtquam ſcilicet *Sophronius* Epiſcopus Hieroſolymitanus, vel ſub hujus finem, vel ſequentis initio renunciatus eſt. Menſe enim Maio, quo celebrata Pſeudo-Synodus Alexandrina, *Sophronius* adhuc Monachus erat: profectus eſt poſtea ex Africa Alexandriam, indeque Conſtantinopolim ad *Sergium*, & Conſtantinopoli Hieroſolymam redux, ac Epiſcopus Hieroſolymitanus creatus Synodum ſuam celebravit; quibus peragendis aliquot menſes impenſos fuiſſe neceſſe eſt. Aliud argumentum deduco ex Synodo Lateranenſi, & ex Sexta Synodo generali, in quibus initium hæreſis *Monothelitarum*, & novitatum vocum Orthodoxæ fidei

*Sergii ad Honorium PP. & hujus ad Sergium litteræ anno ſequenti data.*

perationes. Meminit harum litterarum Sophronii ipſe Sergius in epiſtola data ad Honorium Romanum Pontificem. Sed quid poſt hæc factum eſt? Ubi iſta accepiſſet Sergius a Sophronio, ſcripſit ad Honorium Romanum Pontificem ejuſmodi epiſtolam (a):

(a) Extat in Sext. Syn. Act. 12.

XVII. Epiſtola Sergii Epiſcop. Conſtantin. ad Honorium Papam.

*In tantum vobis ſanctiſſimis in omnibus unanimitate ſpiritus conſtringimur, ut ſtudeamus omnium conſiliorum noſtrorum & actionum vos ſacratiſſimos habere præſidentes; & niſi plurimum locorum diſtantia ſejungeret, hoc utique quotidie gereremus, veſtræ honorandæ unanimiſque fraternitatis munito muratoque noſmetipſos circumſepientes conſultu. Attamen quoniam nobis etiam ſermo atque abſque labore littera, quod ſtudemus, impartit: confeſtim ea pro quibus hoc ſcribimus, enarramus. Ante aliquod certum tempus, cum adverſus Perſas a Deo confirmatus dominus noſter & magnus victor Imperator promovebat exercitum, propter certamina a Deo ſibi creditæ Chriſto amabilis Reipublicæ, & ad partes Armeniæ provinciæ perveniſſet; unus ex principibus impiæ partis Severi execrabilis, nomine Paulus, in illis locis apparens, ad ejus pietatem acceſſit, ſermonem pro ſua errabunda hæreſi proferens, & in hoc profecto dumtaxat ſatisfaciendo: in quibus piiſſima ejus ac regalis magnanimitas (cum cæteris enim donis Dei etiam divinorum dogmatum locupletari ſcientia meruit) dum redarguiſſet atque depompaſſet pravam ejus impietatem, profanis ejus aſtutiis, ſanctæ noſtræ Eccleſiæ (ut verus ejus propugnator) recta atque immaculata e diverſo protulit dogmata, inter quæ & unius operationis Chriſti veri Dei noſtri mentionem effecit.*

XVIII. *Poſt aliquod vero tempus idem a Deo confirmatus Imperator in provinciam Lazorum adveniens, recordatus eſt diſputationis, quam (ſicut diximus) fecerat adverſus Paulum illum hæreticum cum præſentia Cyri ſanctiſſimi, tunc Chriſti amabilis Lazorum provinciæ Metropolitanam ſedem tenentis, nunc autem magnam Alexandrinam regentis. Prædictus igitur ſanctiſſimus vir, his auditis, ejus ſerenitati reſpondit, neſcire ſubtiliter, utrum unam an duas operationes Chriſti veri Dei noſtri aſtruere neceſſe ſit. Ergo per juſſionem ejus pietatis per litteras proprias interrogavit nos prædictus ſanctiſſimus vir, utrum unam operationem an duas in Salvatore noctro Chriſto neceſſe ſit dicere, & ſi quoſdam noſcamus ſanctorum ac beatiſſimorum Patrum unam dicentes operationem. Unde nos, quæ noſtræ erant ſcientiæ, per noſtra reſcripta ei ſignificavimus, dirigentes etiam ſermonem acclamatorium Mennæ ſanctiſſimi quondam Patriarchæ hujus a Deo conſervandæ regiæ urbis, porrectum ab eo hic præſenti Vigilio ſanctæ memoriæ prædeceſſori ſanctitatis veſtræ; habentem & diverſa teſtimonia paterna de una operatione & una voluntate Salvatoris noſtri Chriſti veri Dei noſtri. Nihil tamen proprium penitus in hjuſmodi noſtris reſcriptis promulgavimus, ſicut ſuppetit noſſe vos ſacratiſſimos & unanimes, relegentes, eorum quæ miſſa ſunt exemplaria. Et ſilentium quidem ex illo tempore hujuſmodi ſuſcepit capitulum.*

*Quia igitur ante parvum tempus, cooperante gratia Dei, qui omnes homines vult ſalvos fieri & ad agnitionem veritatis venire, pio zelo fortiſſimi ac invictiſſimi magni Imperatoris excitatus Cyrus, ſanctiſſimus Alexandrinæ magnæ civitatis Patriarcha & communis frater noſter & conſacerdos Dei, amabiliter & modeſte adhortatus eſt eos, qui in magna civitate Alexandrina Eutychetis & Dioſcori, Severi quoque & Juliani ſunt Deo odibilium hæreſi languentes, ad Catholicam Eccleſiam accedere; & poſt multas diſputationes & labores, quos cum nimia prudentia & ſaluberrima diſpenſatione in hac cauſa impendit, hoc quod feſtinabat, per ſupremam gratiam ordinavit. Factaque ſunt inter utraſque partes dogmatica quædam capitula, in quibus omnes qui antea quidem in diverſas portiones diviſi fuerant adverſus Dioſcorum atque Severum hæreticos ſcribentes, coadunati ſunt cum ſanctiſſima ac ſola Catholica Eccleſia; & unus grex Chriſti veri Dei noſtri, omnis Chriſto amabilis Alexandriæ populus factus eſt, & pene univerſa cum eis Ægyptus, & Thebais, & Li-*

PAGIUS fidei contrariarum refertur ad annum ſequentem. Sanctus quippe Martinus Papa in literis ad Sanctum Amandum tunc Trajectenſem Epiſcopum poſt Concilium Lateranenſe anno DCXLIX. exeunte congregatum ſcriptis, ait: *Credimus ad vos perveniſſe, quomodo in perturbatione rectæ fidei, & Eccleſiæ Catholicæ conculcatione, ante hos plus minus quindecim annos, a Sergio falſo Epiſcopo Conſtantinopolitano execranda hæreſis pullulavit.* Hæſit Sirmondus in Notis ad eam Epiſtolam, an videlicet ea data fuerit anno DCXLIX. exeunte, vel initio anni DCL. imo Cointius eam conſignavit anno DCLI.

X. Quo anno S. Martinus PP. ſcripſit ad S. Amandum.

Verum ex verbis Legatorum Apoſtolicorum prolatis in prima Actione ſextæ Synodi generalis, colligo eam datam anno DCXLIX. & initium quindecim annorum in ea Epiſtola memoratorum ab anno DCXXXIV. repetendum eſſe: *Quoniam igitur*, inquiunt Legati *ante hos XLVI. plus minus annos, quaſdam novitates vocum contrarias Orthodoxæ fidei introduxerunt, qui pro tempore fuerunt Præſules hujus Regiæ & a Deo conſervandæ veſtræ Civitatis*, &c. Habita prima illa Actio menſe Novembri an. DCLXXX. Non dubitandum autem, quin tam *S. Martinus* Papa, quam Legati Apoſtolici ad eundem annum



*bya, & cæteræ Ægyptiacæ diſpoſitionis regiones, quas olim conſiderabant (ut diximus) in innumerabilem copiam hæreſum multitudine diſciſſas, nunc autem beneplacito Dei & ſtudio prædicti ſanctiſſimi Alexandrinorum Antiſtitis unum labium facti ſunt omnes, una vox, & in unitate ſpiritus recta Eccleſiæ dogmata confitentur. Ex his autem quæ dicta ſunt atque ſtabilita, unum exiſtit capitulum de una operatione Chriſti magni Dei & Salvatoris noſtri.*

XIX. *His itaque provenientibus, Sophronius venerabilis monachus, qui (ut ex nunc auditu didicimus) Hieroſolymorum Præſul eſt ordinatus (necdum enim hactenus ejus ex more Synodica ſuſcepimus) apud Alexandriam tunc temporis poſitus cum præfato ſanctiſſimo Papa, quando (ut diximus) admirabilem illam circa eos, qui dudum hæretici fuerant, Dei beneplacito unitatem componebat, atque cum eo de iiſdem capitulis pertractabat, adverſatus eſt, & contradixit ad unius operationis capitulum, duas omnino operationes Chriſti Dei noſtri dignum inquiens cenſeri. Prænominato autem ſanctiſſimo Papa præſertim teſtimonia ei quorumdam ſanctorum Patrum proferente, diſperſim in quibuſdam opuſculis ſuis unam operationem aſſerentium; ad hæc quoque & ex abundanti inquiente, quod multoties ſancti Patres noſtri, ut lucrarentur plurimam animarum ſalutem, dum alia emergerent capitula, Deo placitis diſpenſationibus ac placitis uſi fuiſſe videntur, nihil de ſubtilitate Eccleſiæ dogmatum exagitantes, & dicentes, quod oporteat utique etiam in præſenti, dum tantorum millium populorum ſalus præ manibus ponitur, nihil de hoc per contentionem altercari, idcirco quod (ſicut dictum eſt) etiam a quibuſdam ſacris Patribus vox hujuſmodi dicta eſt, nihilque de hoc lædatur rectæ fidei ratio: memoratus Deo amabilis Sophronius talem diſpenſationem nullatenus accepto tulit.*

*Quia igitur pro hoc cum litteris ejuſdem ſanctiſſimi comminiſtri ad nos conjunxit; de hoc quoque etiam apud nos ſermonem movendo inſiſtens, ut de talibus adimeretur capitulis poſt factam unitionem vox unius operationis; durum nos hoc arbitrati ſumus. Quomodo enim non eſſet durum & valde oneroſum; quando hoc, reſolvere evertereque erat futuram quidem omnem illam concordiam atque unitatem, quæ bene fuerat effecta tam apud Alexandrinam magnam civitatem, quamque per univerſas ſub ea provincias, quæ nullo tempore uſque nunc acquieverant nomen ſaltem ſimplex divini atque laudabilis patris noſtri Leonis, aut ſancti & magni atque univerſalis Chalcedonenſis Concilii mentionem facere, nunc vero præclara & magna voce in divinis Miſſarum arcanis hoc prædicantes? Multis igitur a nobis de hoc motis ſermonibus ad prænominatum venerabilem Sophronium, poſtremo adhortati eum ſumus, teſtimonia nobis proferre ſanctorum ac probabilium Patrum, illorum videlicet, quos omnes communiter doctores confitemur, & quorum dogmata legem ſanctæ Dei cognoſcunt Eccleſiæ, duas nominatim & ipſis verbis operationes in Chriſto dicendas tradentia: ille autem hoc facere penitus non valuit.*

XX. *Nos vero conſiderantes incipientem ex hoc inter quoſdam hic contentionem exardeſcere, & ſcientes quod ſemper ex hujuſmodi decertationibus illæ hæreſum diſſenſiones effectæ ſunt; neceſſarium judicavimus, omne ſtudium ponere ad ſedandum atque amputandum talem ſuperfluum verborum conflictum: & ad ſæpe dictum ſanctiſſimum Alexandriæ Patriarcham ſcripſimus, ut poſtquam unitatem cum his qui pridem refragabantur, Deo auxiliante, compoſuit, de cætero nullum permitteret unam aut duas proferre operationes in Chriſto Deo noſtro: magis autem ſicut ſancta & univerſalia tradiderunt Concilia, unum eumdemque Filium unigenitum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum operatum confiteri, tam divinam, quamque humanam & omnem Deo decibilem & homine dignam operationem, ex uno eodemque incarnato Deo Verbo indiviſe procedere, & ad unum eumdemque redigere; eo quod unius quidem operationis vox, quamquam a quibuſdam ſanctis dicta eſt Patribus, tamen peregrina videretur, & perturbare aures quorumdam ſuſpicantium ad peremptionem hanc proferri inconfuſe atque ſecundum ſubſiſtentiam unitarum in Chriſto Deo noſtro duarum naturarum: quod non eſt umquam, nec fuit. Si-*

PAGIUS num reſpexerint, quo nempe Monotheliſmus magis innoteſcere cœpit, & res, quas modo narravimus, geſtæ ſunt. Quare cum ab anno DCXXXIV. ad DCXLIX. anni quindecim, & ab anno DCXXXIV. ad DCLXXX. anni quadraginta ſex, & quidem completi, intercurrant, tam Synodus Lateranenſis, quam ſexta Synodus generalis, exordium Monotheliſmi ab anno DCXXXIV. repetent, ideoque præfatæ *Sergii* literæ ad *Honorium* eo anno ſcriptæ. Neque enim initium hujus hæreſeos deduxiſſent ab anno, quo nulla innovatio facta fuiſſet; neque etiam alia accidit, quam quæ in literis *Sergii* & *Honorii* continetur; a currenti vero anno ad DCXLIX. anni ſedecim, & quidem completi, & ad annum DCLXXX. anni quadraginta ſeptem, pariter integri fluxere.

XI. Rebus nondum ita ad extrema verſis, ut ſpes aliqua conciliationis non appareret, *Sophronius* ab œconomia *Honorii* Papæ non abhorruit; ſive quia adhuc Sergium agnoſcebat Regiæ Urbis Epiſcopum, cum quo blandius agendum erat

XXI. *Similiter autem & duarum operationum dictio multos ſcandalizet, utpote a nullo ſanctorum ac probabilium Eccleſiæ inſtitutorum edita. Inſuper & conſequens ei eſt, prædicare duas voluntates, contrarietates circa invicem habentes, tamquam Deo quidem Verbo ſalutarem volente adimpleri paſſionem, humanitate vero ejus obſiſtente ejus voluntati & reſiſtente; & perinde duo contraria volentes introduci: quod impium eſt. Impoſſibile quippe eſt, in uno eodemque ſubjacenti duas ſimul & erga hoc ipſum contrarias ſubſiſtere voluntates. Nam ſalutaris Deum gerentium Patrum doctrina operæpretium inſtruit, quod numquam intellectualiter animata Domini caro ſeparatim & ex appetitu proprio contrario nutui uniti ſibi ſecundum ſubſiſtentiam Dei Verbi naturalem motum ſuum effecit, ſed quando, & qualem, & quantam ipſe Deus Verbum volebat. Et (ut plenius dicatur) quemadmodum corpus noſtrum regitur & ornatur & diſponitur ab intellectuali & rationali anima noſtra, ita & in Domino Chriſto tota humana ejus conſperſio ab ipſius Verbi Deitate ſemper in omnibus mota, Dei mobilis erat, ſecundum Nyſſenum Gregorium dicentem contra Eunomium ita: Secundum quod Deus erat Filius, impaſſibilis utique eſt & immortalis: ſi qua autem paſſio de eo in Evangelio dicitur, per humanitatem profecto, quæ ſuſcipiebat paſſionem, hujuſmodi operatus eſt. Operatur quippe vere Deitas per corpus, quod circa ipſum eſt, omnium ſalutem, ut ſit carnis quidem paſſio, Dei autem operatio.*

*Hanc igitur (ut dictum eſt) contentionem incipientem accendi videntes, neceſſarium judicavimus, attritas potius ſanctorum Patrum voces & ſynodice definitas ſemper ſequi; & neque quæ raro a quibuſdam Patribus dicta ſunt, & non circa hæc intentionem habentibus, quaſi planam & in ambiguam de eis doctrinam exponerent, ad regulam & legem per omnia dogmaticam reducere, quale eſt & quod de una operatione ab eis dictum eſt: neque iterum, quæ nullatenus dicta ſunt a probabilibus Patribus, nunc vero a quibuſdam Patribus proferuntur, duas, inquam, operationes, tamquam dogma Eccleſiaſticum proferre. Et ad ultimum ſtetit ac placuit, quatenus prædictus Sophronius venerabilis nullum ſermonem de cætero de una ſive duabus operationibus movere debeat; ſed ei ſufficiat præfata cautaque ac trita ſanctorum Patrum recta traditio atque doctrina. His itaque contentus ſæpe nominatus venerabilis vir, & hæc cuſtodire certificans: petimur nos etiam per epiſtolam de his ei præbere reſponſum, quatenus hujuſmodi epiſtolam (ut ait) oſtendat iis qui forſitan interrogare eum de prædicta quæſtione voluerint. Quod & alacriter egimus, & ille quidem in his hinc enavigavit.*

XXII. *Nuper autem piiſſimus & a Deo coronatus dominus noſter apud Edeſſenam demorans civitatem, pios ad nos apices fecit, præcipientes, ut paterna illa teſtimonia defloremus, quæ continentur in libro dogmatico (ſicut dictum eſt) facto a ſanctæ memoriæ Menna ad ſanctiſſimum Vigilium de una operatione & una voluntate, & hæc a Deo inſtructæ ejus ſerenitati dirigere deberemus: quod & ad effectum perduximus. Nos autem quæ dudum mota ſunt, memoria retinentes, & tumultum qui ex hujuſcemodi motione cœpit, ſcientes, ſuggeſſimus ejus piiſſimæ ſerenitati per mediocrem noſtram ſuggeſtionem & ſcripta ad excellentiſſimum Sacellarium Imperialem conſequenter hujus capituli omnem ſubtilitatem, horumque quæ a nobis per hoc actitata ſunt; & quod non oporteat de ejuſmodi inquiſitione perſcrutari, ſed permanere in attrita Patrum doctrina, quam omnes conſonanter confitentur de hujuſmodi quæſtione, & confiteri unigenitum Filium Dei, qui veraciter Deus ſimul & homo eſt, eumdem operari divina & humana, & ex uno eodemque incarnato Deo Verbo (ſicut quod occurrentes jam ſumus effati) inſeparabiliter atque indiviſe omnem divinam & humanam operationem procedere. Hoc namque nos Leo inſtituit, manifeſte perhibens: Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium habet. In quibus reſcriptum piæ juſſionis ab ejus manſuetiſſima ſuſcepimus fortitudine, quæ a Deo conſervandam ejus ſerenitatem condecent, continentem.*

XXIII. *His igitur omnibus a principio ita provenientibus, rationabile ſimul & neceſſarium judicavimus de iis quæ partim memorata ſunt, cognitionem dare veſtræ fraternæ atque unanimi beatitudini per exemplaria quæ a nobis directa ſunt: & adhortamur vos ſacratiſſimi hæc omnia legere, & Deo placitam ac pleniſſimam charitatem, quæ in vobis eſt, nunc quoque ſequentes, ſi quid amplius minuſve inveneritis, hoc per datam vobis a Deo gratiam adimplere, atque per ſanctas ſyllabas veſtras una cum veſtra optabili ſoſpitate, quæque ſuper his vobis fuerint placita, ſignificare.* Hactenus Sergii Conſtantinopolitani Epiſcopi epiſtola recitata poſtea in Sexta Synodo. Quæ quidem ab Honorio Romano Pontifice haud potuerunt velut hæretici recuſari: ſiquidem (quod primum omnium conſiderandum eſt) nihil habere viderentur adverſarium ſacroſancto Chalcedonenſi Concilio, in quo de duabus in Chriſto naturis eſt contra Eutychetem aſſertio promulgata: nam æque Sergius habet eamdem de duabus in Chriſto naturis indiviſe & inconfuſe conjunctis Orthodoxam doctrinam, ſimulque non ſolum profeſſionem, ſed & defenſionem epiſtolæ S. Leonis; atque ad bonum pacis de utraque eſſe tacendum ſententia commonitionem ſive ab aſſerentibus duas operationes, ſive a negantibus.

XXIV. Verum etſi quid perperam dictum in illis eſſet, haud tamen hæreticus omnino eſſe auctor convinci poterat, dum ad calcem ejuſdem epiſtolæ ad Honorium ſcriptæ ejus ſubiicere ſe cenſuræ teſtatur, dum ſi quid minus vel amplius ipſe Pontifex Roman. in epiſtola eſſe cognoverit, ut adiiciat pariter vel dimoveat, rogat; licet hæc ſubdole ab eo proferrentur, ne detegeretur hæreticus. Conſtat quidem (quod & maximopere eſt attendendum & ſæpius inculcandum) Sergium ipſum, etſi poſtea fuerit detectus hæreticus & condemnatus, præſenti tamen tempore non tantum Orthodoxum creditum fuiſſe ab Orientalibus & Occidentalibus, ſed etiam magnæ quidem exiſtimationis Epiſcopum habitum: quod facile cognoſces ex dicta epiſtola Sophronio Epiſcopo Hieroſolymitano hoc ipſo anno ad Honorium & ad ipſum Sergium (ut habet Sexta Synodus) ſcripta, in qua præter multa alia in laudem ejus dicta in fine preces ipſius vehementer expoſcit: ut non mireris, ſi ad eum reſcribat Honorius, tamquam ad Catholicum hominem ac valde pium.

Sergius Orthodoxus & bonæ exiſtimationis Epiſcopus.

Sed jam quæ ad ipſum Sergium idem Honorius Papa reſcripſerit, videamus. Extant ipſæ ejus litteræ in eadem Sexta (a) Synodo recitatæ: ex quibus cum condemnatus ab ea reperiatur Honorius, hic in limine magnæ controverſiæ te præmonitum velim, lector, eo quod per lubrica incedat oratio, quaſi defendi non poſſe videatur Honorius, niſi qui eum damnaſſe dicuntur Patres Sextæ Synodi condemnentur. Verum non ſic fiet: ſed veritati cum ſemper fuerit bene conſultum, erit ut & videas quam apertiſſima luce Honorium ab ea calumnia vindicatum, integerrimum in omnibus ſemperque Orthodoxum oſtenſum; & Patres, impoſtura detecta, reddi ab omni ſuſpicione laceratæ juſtitiæ liberos: quod fiet, ubi de Actis Sextæ Synodi ſermo erit. Modo autem de Honorio agendum, cujus ita ſe habet epiſtola:

(a) *Sext. Syn. Act.* 12.

Magnæ quæſtionis exordium.

XXV. Honorii Pap. epiſt. ad Sergium Epiſcopum Conſtantinopolitanum.

*Scripta fraternitatis veſtræ ſuſcepimus, per quæ inventiones quaſdam & novas vocum quæſtiones cognovimus introductas per Sophronium quemdam tunc monachum, nunc vero ex auditu Epiſcopum Hieroſolymitanæ urbis conſtitutum adverſus fratrem noſtrum Cyrum Alexandriæ Antiſtitem, unam operationem Domini noſtri Jeſu Chriſti converſis ex hæreſi prædicantem. Qui denique ad veſtram fraternitatem Sophronius veniens, querelamque hujuſmodi deponens, multiformiter eruditus, petiit de his, quæ a vobis fuerat inſtructus, paginalibus ſibi ſyllabis reſerari. Quarum litterarum ad eumdem Sophronium directarum ſuſcipientes exemplar, & intuentes ſatis provide circumſpecteque fraternitatem veſtram ſcripſiſſe, laudamus novitatem vocabuli auferentem, quod poſſet ſcandalum ſimplicibus generare. Nos enim in quo pervenimus, oportet ambulare. Enim vero, duce Deo, pervenimus uſque ad menſuram rectæ fidei, quam Apoſtoli veritatis Scripturarum ſanctarum funiculo extenderunt, confitentes Dominum Jeſum Chriſtum mediatorem Dei & hominum operatum divina, media humanitate Verbo Dei naturaliter unita, eumdemque operatum humana ineffabiliter atque ſingulariter aſſumpta carne diſcrete,*



PAGIUS

*Oeconomia Honorii PP. in cauſa Monothelitarum.*

erat, ne offenſione læſus animus, magis a fide redderetur alienus, ſive quia illud obſequium univerſali Eccleſiæ Paſtori debitum cenſebat, a quo imprimis pro Apoſtolicæ Sedis Privilegio, *Sergii* correctio expectanda eſſet. Sed cum vidit non ceſſare *Cyrum* unam in Chriſto voluntatem prædicare, hanc temeritatem coercendam judicavit, incumbendumque, ut hæreſis unius voluntatis tolleretur e medio. Quamobrem anno ſequenti, non vero currenti, ut perperam Baronius num. XXXVII. & ſeqq. *Stephanum* Eccleſiæ Dorenſis Metropolitam ad Honorium miſit, ut legitur in Concilio Lateranenſi ſub Martino primo, cujus verba recitat Baronius ibidem. In eo dicit Stephanus, non potuiſſe id per ſe præſtare Sophronium *propter emerſam incurſionem Saracenorum*. Narrat poſtea Stephanus, *ſupplicatione omnium pene habitantium Orientalem tractum Reverendiſſimorum Epiſcoporum, & Chriſtianorum, populorum*, ſe etiam ad hanc Legationem invitatum fuiſſe, & ſæpe Sacris Viris Romæ conſiſtentibus omnia, quæ in Oriente mota eſſent, ſecundum veritatem expoſuiſſe. *Honorius* de his edoctus poſteriorem ad *Sergium* ſcripſit Epiſtolam, quæ extat apud Baronium num. XLI. & ſeqq. eodem quo

PAGIUS quo prima argumento. Impoſuit ſilentium *Cyro* unam voluntatem & operationem in Chriſto prædicanti, ſcripſitque etiam ad Sergium, ut *Cyrum* de ſervanda ſtabilita jam œconomia admoneret. Literæ *Honorii* ad Cyrum non extant, ſed earum mentio eſt in literis Honorii ad Sergium datis, & in Actione XIII. ſextæ Synodi lectis. In ea igitur ad Sergium Epiſtola decernit *Honorius*, ut *unius vel geminæ Operationis vocabulum noviter introductum a prædicatione eximeretur, quia unius Operationis vel duarum eſſe, vel fuiſſe Mediatorem Dei & hominum Jeſum Chriſtum, ſentire & promere ſatis ineptum eſt.*

*te, inconfuſe, atque inconvertibiliter plena divinitate. Et qui coruſcavit carne plena divinis miraculis, ipſe eſt & carneus effectus, plene Deus & homo: paſſiones & opprobria patitur unus mediator Dei & hominum in utriſque naturis, Verbum (a) caro factum, & habitavit in nobis, ipſe filius hominis de cœlo deſcendens, unus atque idem (ſicut ſcriptum eſt) crucifixus Dominus majeſtatis, dum conſtet divinitatem nullas poſſe perpeti humanas paſſiones, & non de cælo, ſed de ſancta eſt aſſumpta caro Dei genitrice.*

(a) Jo. 1.

XXVI. *Nam per ſe Veritas in Evangelio ita inquit (b): Nullus aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo filius hominis qui eſt in cælo: profecto nos inſtruens quod divinitati unita eſt caro paſſibilis ineffabiliter atque ſingulariter, ut diſcrete atque inconfuſe ſic indiviſe videretur conjungi, ut nimirum ſtupenda mente, mirabiliter manentibus utrarumque naturarum differentiis, cognoſcatur uniri. Cui Apoſtolus concinens, ad Corinthios ait: (c) Sapientiam loquimur inter perfectos ſapientiam vero non hujus ſæculi, neque principum hujus ſæculi, qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quam prædeſtinavit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram, quam nemo principum hujus ſæculi cognovit. Si enim cognoviſſent, numquam Dominum majeſtatis crucifixiſſent: dum profecto divinitas nec crucifigi potuit, nec paſſiones humanas experiri vel perpeti, ſed propter ineffabilem conjunctionem humanæ divinæque naturæ, idcirco & ubique Deus dicitur pati, & humanitas ex cælo cum divinitate deſcendiſſe.* Intelligis lector, pie ſanctque atque catholice in omnibus ab Honorio iſta differi, atque ita poni ob idiomatum communicationem unum in Chriſto volentem & operantem, ſicut unica eſt ejus perſona, cum tamen æque aſtruat ob diverſas proprietates duarum ſimul indiviſe & inconfuſe conjunctarum naturarum, æque & voluntates diſtinctas & inconfuſas in eodem reperiri. Sed & pergit:

(b) Jo. 3.
(c) 1. Cor. 2.
Unus volens aſſeritur ob unam perſonam.

XXVII. *Unde & unam voluntatem fatemur Domini noſtri Jeſu Chriſti: quia profecto a divinitate aſſumpta eſt noſtri natura, non culpa, illa profecto quæ ante peccatum creata eſt, non quæ poſt prævaricationem vitiata. Chriſtus enim Dominus in ſimilitudinem carnis peccati veniens, peccatum mundi abſtulit, & de plenitudine ejus omnes accepimus: & formam (d), ſervi ſuſcipiens, habitu inventus eſt ut homo: quia ſine peccato conceptus de Spiritu ſancto, etiam abſque peccato eſt partus de ſancta & immaculata Virgine Dei genitrice, nullum experiens contagium vitiatæ naturæ.* Cum igitur audis unam Honorium dicere voluntatem, intellexiſſe id reſpectu duarum inter ſe pugnantium contrariarum voluntatum ad malum & bonum, ex iis quæ tradit apparet, noſque inferius id magis perſpicue demonſtrabimus. Pergit itaque: *Carnis enim vocabulum duobus modis ſacris eloquiis boni malique cognovimus nominari, ſicut ſcriptum eſt (e): Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quia caro ſunt. Et Apoſtolus (f): Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Et rurſum (g): Mente ſervio legi Dei carne autem legi peccati. Et, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivum me trahentem in legem peccati, quæ eſt in membris meis. Et alia multa hujuſmodi in malo abſolute ſolent intelligi vel vocari. In bono autem ita Iſaia dicente (h): Veniet omnis caro in Hieruſalem, & adorabit in conſpectu meo. Et Job (i): In carne mea videbo Deum. Et alias (k): Videbit omnis caro ſalutare Dei. Et alia diverſa. Non eſt itaque aſſumpta (ſicut præfati ſumus a Salvatore vitiata natura, quæ repugnaret legi mentis ejus, ſed venit quærere & ſalvare quod perierat, id eſt, vitiatam humani generis naturam: nam lex alia in membris aut voluntas diverſa non fuit, vel contraria Salvatori: quia ſuper legem natus eſt humanæ conditionis. Et ſiquidem ſcriptum eſt (l): Non veni facere voluntatem meam, ſed ejus qui miſit me Patris. Et (m): Non quod ego volo, ſed quod tu vis Pater, & alia hujuſmodi: non ſunt hæc diverſæ voluntatis, ſed diſpenſationis humanitatis aſſumptæ. Iſta enim propter nos dicta ſunt, quibus dedit exemplum, ut aſſequamur veſtigia ejus, pius magiſter diſcipulos imbuens, ut non ſuam unuſquiſque noſtrum, ſed potius Domini in omnibus præferat voluntatem.*

(d) Philip. 2.
Quomodo unam accipiat voluntatem.
(e) Geneſ. 6.
(f) 1. Cor. 5.
(g) Rom. 7.
(h) Iſa. 66.
(i) Job. 19.
(k) Luc. 3.
(l) Jo. 6.
(m) Mat. 26.

*Via igitur regia incedentes, & deſtrorſum vel ſiniſtrorſum venatorum laqueos circumpoſitos evitantes, ad lapidem pedem noſtrum minime offendamus: Idumæis, id eſt, terrenis atque hæreticis propria relinquentes, nec veſtigio quidem pedis ſenſus noſtri terram, id eſt, pravam eorum doctrinam omnimodo atterentes, ad id quo tendimus, hoc eſt, ad fines patrios pervenire poſſimus, ducum noſtrorum ſemita gradientes. Et ſi forte quædam balbutientes (ut ita dicam) niſi ſunt proferentes exponere, formantes ſe in ſpecimen nutritorum, ut poſſent mentes imbuere auditorum: non oportet ad dogmata hæc Eccleſiaſtica retorquere, quæ neque Synodales apices ſuper hoc examinantes, neque auctoritates canonicæ viſæ * ſunt explanaſſe, ut unam vel duas energias aliquis præſumat Chriſti Dei prædicare, quas neque Evangelicæ vel Apo-*

XXVIII.
Caute agendum in novis decernendis.
* viſæ



*ſtolicæ litteræ, neque Synodalis examinatio ſuper his habita, viſæ ſunt terminaſſe: niſi fortaſſis (ſicut præfati ſumus) quidam aliqua balbutiendo docuerunt, condeſcendentes ad informandas mentes atque intelligentias parvulorum, quæ ad Eccleſiaſtica dogmata trahi non debent: quæ unuſquiſque in ſuo ſenſu abundans videtur ſecundum propriam ſententiam explicare. Nam quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus Filius ac Verbum Dei, per quem facta ſunt omnia, ipſe ſit unus operator divinitatis atque humanitatis, plenæ ſunt ſacræ litteræ luculentius demonſtrantes. Utrum autem propter opera divinitatis, & humanitatis geminæ operationes debeant derivatæ dici, vel intelligi: ad nos iſta pertinere non debent, relinquentes ea grammaticis, qui ſolent parvulis exquiſita derivando nomina vindicare.* Satis perſpicue noſcis ſecundum Catholicam aſſertionem unam poni ab Honorio operationem, cujus ſint opera divinitatis & humanitatis; ut in neceſſariam deducatur aſſumptionem, duas eſſe voluntates & operationes: quas tamen ob vitanda diſſidia, bono pacis non reiiciendas, ſed reticendas aſſirmat. Subdit enim cauſam, quod periculoſum ſit ſive unam ſive duas tantum aſſerere in Chriſto operationes, quæ in divina Scriptura reperiantur eſſe multiplices, quod ſcilicet ex generibus tranſirent adverſarii ad individua, fallentes æquivocis:

XXIX. *Nos enim*, inquit, *non unam operationem vel duas Dominum Jeſum Chriſtum, ejuſque ſanctum ſpiritum, ſacris litteris percepimus, ſed multiformiter cognovimus operatum. Scriptum eſt enim: (a) Si quis ſpiritum Chriſti non habet, hic ejus non eſt. Et alibi (b): Nemo poteſt dicere, Dominus Jeſus, niſi in Spiritu ſancto. Diviſiones vero gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diviſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Si enim diviſiones operationum ſunt multæ, & has omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur: quanto magis capiti noſtro Chriſto Domino hæc poſſunt pleniſſime coaptari? ut caput & corpus unum ſit perfectum, ut profecto occurrat) ſicut ſcriptum eſt (c): in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Si enim in aliis, id eſt, in membris ſuis, ſpiritus Chriſti multiformiter operatur, in quo (d) vivunt & moventur & ſunt: quanto magis per ſemetipſum mediatorem Dei & hominum plene ac perfecte multiſque modis & ineffabilibus confiteri nos communione utriuſque naturæ condecet operatum?* Cur autem de duabus voluntatibus & operationibus tacendum ducat, cauſam haud contemnendam aſtruit, quod ſcilicet communis iſta eſſet aſſertio cum Neſtorianis id ipſum profitentibus, non ob duarum (ſicut Catholici) naturarum differentiam, ſed ob duas quas iidem conſtituebant in Chriſto perſonas. Subdit ergo:

(a) Rom. 8.
(b) 1. Cor. 12.
(c) Epheſ. 4.
(d) Act. 17.
Cur ſilentium Honorius indicat.

*Et nos quidem ſecundum ſanctiones divinorum eloquiorum oportet ſapere vel ſperare, illa videlicet refutantes, quæ quidem novæ voces noſcuntur ſanctis Dei Eccleſiis ſcandala generare: ne aut duarum operationum vocabulo offenſi, ſectantes Neſtorianos, nos veſana ſapere arbitrentur.* Eo quod illi duas ponerent in Chriſto perſonas. Rurſum vero tacendum putat de una operatione, ne fovere cauſam Eutychianorum unam tantum aſſerentium in Chriſto naturam videri poſſet; nam ſubdit: *Aut certe ſi rurſus unam operationem Domini noſtri Jeſu Chriſti fatendam eſſe cenſuerimus, ſtultam Eutychianiſtarum attonitis auribus dementiam fateri putemur; præcaventes, ne quorum inania arma combuſta ſunt, eorum cineres & redivivos ignes flammivomarum denuo renovent quæſtionum, ſimpliciter atque veraciter confitentes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unum operatorem divinæ & humanæ naturæ; electius arbitrantes, ut vani naturarum ponderatores, otioſe negotiantes, & turgidi adverſum nos inſonent vocibus ranarum philoſophi, quam ut ſimplices, & humiles ſpiritu populi Chriſtiani poſſint remanere jejunii. Nullus enim decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam diſcipulos piſcatorum. Eorum enim doctrinam ſequentes, omnia argumenta ſcopuloſa diſputationis callidæ atque fluctivagæ intra eorum retia ſunt colliſa.*

XXX.
Cur periculoſa duarum vel unius voluntatis aſſertio.

*Hæc nobiſcum fraternitas veſtra prædicet, ſicut & ea nos vobiſcum unanimiter prædicamus, hortantes vos, ut unius vel geminæ novæ vocis inductum operationis vocabulum aufugientes, unum nobiſcum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei vivi, Deum veriſſimum in duabus naturis operatum divinitus atque humanitus fide Orthodoxa & unitate Catholica prædicetis.* Et ſubſcriptio: *Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime atque ſanctiſſime frater.* Hactenus Honorii Pontificis epiſtola ad Sergium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, quam integram hic reddidiſſe voluimus, quod eadem fuerit compluribus lapis offenſionis & petra ſcandali: ut iis omnibus diligenter perſpectis, tam quæ ad Honorium Papam a Sergio fuerant ſcripta, quam quæ ab ipſo Pontifice ſcripta reddita; dilucide cunctis innoteſcere valeat, quam ipſe Honorius fuerit Catholicæ fidei aſſertor, profeſſor, defenſor, & propugnator.

XXXI.
Offendiculum epiſtol. Honorii ſumptum.

XXXII. *Unde de Honorio error emerſerit.*

Quod enim Sergius ipſe manifeſtus poſt hæc cognitus hæreticus fuerit atque damnatus, cum & eadem ſentire cum ipſo Honorius profiteatur; putarunt nonnulli, eadem ipſe quoque ſententia debere percelli: ſicque Honorium, uti Sergium, hæreticum cenſendum eſſe, complures exiſtimarunt, nullam rationem habentes temporis diverſitatis, nec rerum. Temporis; inquam, quod (ut plenius oſtendimus) cum iſta Sergius ad Honorium, & Honorius ad Sergium ſcriberet, nec levis quidem ſuſpicio erat de Sergio, quod hæreticus eſſet, qui in hanc uſque diem ſumma cum laude abſque vel levi ſuſpicione erroris ſedem illam pie (uti Catholicus) ſancteque rexerat; qui & ſuis litteris ſpeciem reddere videretur columbæ illius quæ poſt diluvium ſignum pacis ore geſtavit, dum tot in Ægypto conciliatos junctoſque Catholicæ eccleſiæ populos hæreticos ſignificaret. Iſta quidem nuncianti Catholico homini (ita enim Sergius ubique terrarum ab omnibus habebatur) par erat Honorium, cum eidem reſcriberet, adgratulari (congaudet enim charitas veritati) cum ea quæ afferret, & profeſſione Chalcedonenſis Concilii & aſſertione epiſtolæ S. Leonis Papæ pluſquam ſatis perſpicuo lumine lucere viderentur, omnique ſuſpicionis nebula expertia eſſe.

*Sergius hactenus optimi nominis Epiſcop. fuit.*

XXXIII. *Novitas ſemper ſuſpecta viſa eſt.*

Nec poterat culpæ adſcribi de utraque voce ſilentium, quod velut pacis ſignaculum eſſe videretur appoſitum. Etenim cum omnis vocum novitas ſoleat in Eccleſia eſſe ſuſpecta, & in antiquitate uſuque veteri fundata ſemper reperiatur firma ſecuritas; quid de vocum novarum ſilentio (quod erat fibula pacis) potuit Honorius reprehendi, quod ab eo videri poterat non retinendum tantum, ſed imperandum? Non igitur (ſi tempus attendatur) reprehendi poteſt Honorius, ſed eo nomine laudari potius debet, utpote quod ſatis ſuperque conſultum fidei Catholicæ (ut ait) videri poterat, ſi in Chriſto duas confiteretur quis naturas indiviſe, inconfuſe, & inconvertibiliter junctas; pariterque profitetur unum operatorem divinitatis & humanitatis Chriſtum Jeſum, hoc eſt, ipſum in una conſiſtentem perſona operatum (ut ait) ſecundum duplicem operationem duarum naturarum, humanæ atque divinæ: ut plane rem ipſam prædicare noſcatur, cujus novas voces velit ob exorta ſcandala reticeri, quæ ob novitatem ſuſpectæ videri poſſent, & magnam diſſidii occaſionem ſubminiſtrare; unde merito ſilentio illas obruendas eſſe putarit.

XXXIV. *Honorius prudenter ſilentium adhibet.*

Non enim adhuc eo progreſſa res erat, ut non ſine ſcandalo eædem voces prætermitti potuiſſent, ut poſtea accidit: nam cum nondum fraus hæretica detecta eſſet indici ab ipſo Pontifice ſilentium jure debuit, quod (ut dictum eſt) jam ſatisfactum videri poſſet de Verbi incarnatione plenæ doctrinæ. Qui igitur temporis hujus nullam rationem habuere, in Honorium ut colluſorem ſtulte admodum declamarunt, faventemque errori una cum Sergio arguerunt. Atqui ad memoriam revocarit quantum eſſet malignatus inimicus in ſancto occaſione voculæ unius, homouſion, tempore Conſtantini ac ſucceſſorum Imperatorum, ſancte pieque, ſicuti & prudenter, Honorium feciſſe non dubitet, dum de ſimplici atque duplici operatione ſilentium hic indixit, cum tamen iis quæ ad perfectam hactenus prolatam de Verbi incarnatione doctrinam ſpectare viderentur, aliis verbis ſatisfactum eſſe cognoſceret. Qui vero conſideratione nulla habita temporis hujus quo Sergius Catholicus habitus rem bona fide agere creditus eſt, omnia ad ſtatum illius temporis referunt, quo ſub eo ſilentio latere fraudem, quam dicemus compertum eſt, Sergiuſque ipſe Conſtantinopolitanus Epiſcopus eſſe hæreticus detectus fuit; ſicut ejus litteræ ad Honorium de indicto ſilentio datæ fraudem occultare cognitæ ſunt, ita & redditæ ad eum Honorii litteræ æque vi-

PAGIUS XII. *Honorius PP. a Monotheliſmo immunis.*

Ad num. XXXII. ad LVII. Duæ Honorii Epiſtolæ uberem inſigni controverſiæ præbuerunt materiam de Orthodoxia ſeu illibata fide Honorii vel de Monotheliſmo ejus: & præſertim quod anathemate implicatus reperiatur in Actis ſextæ Synodi, qualia nunc habentur. Vox una ſingulis hæreticis eſt, eum in hæreſim lapſum eſſe, quod etiam quibuſdam Catholicis viſum, dicentibus indulgendum non eſſe humanis hac in parte conjecturis, ſed Oecumenicæ Synodi judicio ſtandum. Baronius viam antea intentatam iniit, exiſtimavitque Acta ſextæ Synodi non haberi ſincera, hancque ad muniendam *Honorii* defendendi rationem unicam valere credidit. Verum cum antiquis Scriptoribus nunquam in mentem venerit arguere vitii, imo nec in dubium revocare Acta VI. Synodi, multo minus alia publicæ fidei inſtrumenta ſuppoſitionis damnare, aliam defenſionem *Honorii* molitus eſt Petrus de Marca, ut videre eſt in ejus Vita a Baluzio ſcripta, & libris ejus de Concordia Sacerdotii & Imperii præfixa. Baluzius igitur num. LXX. ait, *Marcam*, dum viveret, promiſiſſe, ſe ſcripturum Epiſtolam ad Philippum Labbeum, in qua *Honorium* a labe Monotheliſmi prorſus immunem reddidiſſet, oſtendiſſetque nihil in eo damnatum eſſe in Sexta Synodo præter negligentiam, & quia varie ſe geſſerat. Primum probare decreverat evidentiſſimis argumentis germana eſſe Acta illius Concilii, neque a Græcis corrupta, & *Honorium* illic fuiſſe damnatum, non quia Concilium putarit illum docuiſſe hæreſim; ſed quia *Sergii* Patriarchæ Conſtantinop. & Cyri Alexandrini conſultationem ambiguis reſponſis eluſerat, neque ſtatim damnaverat hæreſim tunc recens emergentem. Hic



viſæ ipſis ſunt improbandæ, eo quod Honorius ejuſdem tunc eſſe ſententiæ viſus fuit: hincque factum eſt, ut hi eadem ſententia qua Sergium, Honorium quoque perſtrinxerint. At quam juſte ipſi viderint: te vero appello, lector veri amans juſtum judicem.

XXXV.

Cum vero non ob aliam cauſam Honorium Papam una cum Sergio hi putaverint eſſe damnandum, quam ob nuper recitatam ipſius Honorii epiſtolam datam ad Sergium, qua ei ſe conſentire ſignificavit; certe quidem Honorii epiſtola prius diſquirenda fuit, & tempus præſens, quo ſcripta eſt, conſiderandum, & ita de Honorio fuerat ferenda ſententia. At cum nullius poſſit erroris argui, vel hæreſis nondum cognitæ in ſuſpicionem adduci: certum eſt calumnioſe & leviter admodum, ſicut injuſte, Honorium hæreticum appellari.

*Sophronius eadem quæ Honor. præſtitit.*

Sed ſi non ex alia ratione, quam ex dicta epiſtola, qua ſe conſentire, Sergio declarat, Honorius condemnatur; cur non æque Sophronius, qui ejuſdem Sergii in omnibus ſecuturum ſe ſententiam toties ſua epiſtola profitetur, qua & ipſum ut pleniſſimum Orthodoxum commendat, erit & ipſe dicendus hæreticus? Quidnam, quæſo, ad Sophronii excuſationem afferes, niſi quod putaverit ipſum eſſe (ut profitebatur) fide integrum & Orthodoxum ac pro Catholica veritate firmiter ſtantem? & tamen ſecus erat. Quod ſi illa Sophronii cum Sergio toties profeſſa conſenſio nullum ipſi attulit detrimentum, ut ex communione cum hæretico, quem putabat Catholicum, ipſe hæreticus diceretur; cur afferat præjudicium Honorio longius quam Sophronius a Sergio abſenti, ſi, ut ille, ſe conſentire Sergio affirmarit, quem & nomine famaque & ſcriptis pariter haud potuit non aſſerere eſſe Catholicum?

XXXVI.

Præterea ſi in culpa eſſe potuit de utraque voce ſilentium, & ob id tam Sergius quam Honorius fuerint hæreticorum nota inurendi; cur non idem ſtigma eſt impreſſum Sophronio, cum & ipſe acquieverit pariter Sergio ob bonum pacis talia ſuadenti? Conſenſiſſe quidem ipſi Sophronium, idem teſtatur Sergius in epiſtola ad Honorium verbis illis: *Ad ultimum*, inquit, *ſtetit & placuit, quatenus prædictus Sophronius venerabilis nullum ſermonem de cætero de una ſive duabus operationibus movere debeat; ſed ei ſufficiat præfata cautaque ac trita ſanctorum Patrum recta traditio atque doctrina. His itaque contentus ſæpe nominatus venerabilis vir, & hæc cuſtodire certificans: petimur nos etiam per epiſtolam de his ei præbere reſponſum, quatenus ejuſmodi epiſtolam (ut ait) oſtendat iis, qui forſitan interrogare eum de prædicta quæſtione voluerint. Quod & celeriter egimus, & ille quidem in his hinc enavigavit.* Hæc de Sophronio Sergius.

Si, inquam (quod ſæpe repetendum eſt) Sergio indicenti ſilentium Sophronius omnino conſenſit, & tamen Orthodoxus abſque invidia eſt prædicatus; nihil profecto eſſe poteſt, ut ratione ſilentii Honorius Papa poſſit in crimen adduci. Sic igitur neque ex communione cum Sergio, neque ex conſenſione cum eo de dicto ſilentio Honorius vel levi ſuſpicione erroris argui a quolibet jure potuit exemplo Sophronii propius rem intuentis, qui licet antea ea de cauſa adverſatus Cyro fuerit, Sergio tamen acquievit. Probaſſe quidem in Sergio Honorium, quæ probarat ante Sophronius, cum ad eum datam epiſtolam Sergii ab eodem accepiſſet, ipſe Honorius teſtatur in dicta epiſtola ad Sergium ſcripta.

XXXVII. *De Legatione miſſa a Sophronio ad Honorium.*

Cæterum etſi Sergii voluntati indicenti ſilentium ipſe (ut vidimus) Sophronius acquievit: tamen poſt hæc de cohibenda Cyri, cui ante obſtiterat, temeritate, unam prædicantis in Chriſto voluntatem, legationem ad Honorium Romanum Pontificem miſit. At quanta animi anxietate id fecerit, qui venit tunc miſſus ad Honorium legatus ipſe teſtatus eſt in Concilio Romano ſub Martino Pontifice, in ejus Collatione ſecunda, his verbis (a): *Quoniam hoc poteſtative olim & ab antiquitus facere per Apoſtolicam ſive canonicam conſuevit auctoritatem: dum aperta lucubratione non*

(a) *Concil. Rom. ſub Martin. Secret. 2. tom. 3.*

PAGIUS XIII. *Deceptus a Monothelitis.*

Hic enim data populis Orientis occaſio credendi *Monothelitarum* opinionem non eſſe hæreticam, quandoquidem eam prima Sedes non feriebat anathemate. Scilicet *Honorius*, ut autumavit Marca, eo deceptus eſt, quod Patriarchæ illi pollicerentur Orientem univerſum, ubi *Neſtorii* & *Eutychetis* errores vigebant, ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ rediturum, Conciliique Chalcedonenſis Decretum de duabus naturis in Chriſto unitis amplexurum, ſi concedi aliquo modo poſſet, unicam in Chriſto voluntatem fuiſſe. Et cum nova hæc opinio interpretationi tum obnoxia eſſet, quando videlicet nondum damnata erat ab Eccleſia, *Honorius*, quo facilius Orientem a vetuſtis erroribus revocaret, per œconomiam ac per diſpenſationem a ſummo jure receſſit. Hæc tamen diſpenſatio infeliciter illi ceſſit. Hinc enim factum, ut damnationis ſententiam in eum pronunciaverit Sexta Synodus, perſuaſumque fuerit Orbi univerſo illum inſanam unius voluntatis opinionem foviſſe, quam incipientem extinguere debuerat.

XIV.

Eam ob rem Leo ſecundus Pontifex Romanus de Honorio in Sexta Synodo damnato loquens, hæc ad Hiſpanos Epiſcopos ſcribit: *Qui flam-*

*non ſolum claves regni cælorum creditæ ſunt ei, atque ipſe tantummodo ad aperiendum eas fidelibus quidem digne, minime autem Evangelio gratiæ credentibus juſte claudere magnus ſecundum veritatem & princeps Apoſtolorum meruit Petrus; ſed etiam & paſcere primus juſſus eſt oves totius Catholicæ Eccleſiæ, cum Dominus dicit (a): Petre, amas me? paſce oves meas. Et iterum ipſe præcipue, ac ſpecialiter firmam præ omnibus habens in Dominum Deum noſtrum & immutabilem fidem, convertere (b) aliquando & confirmare exagitatos conſortes ſuos & ſpiritales meruit fratres, utpote diſpenſative ſuper omnes ab ipſo, qui propter nos incarnatus eſt Deus poteſtatem accipiens & ſacerdotalem auctoritatem. Quod utique ſciens beatæ memoriæ Sophronius quondam Patriarcha ſanctæ Chriſti Dei noſtri civitatis, ſub cujus diœceſi fungebar ſacerdotali officio, non acquieſcens omnino carni & ſanguini, ſed ſola quæ Chriſti ſunt juxta ſanctitatem veſtram excogitans, ſtuduit meam humilitatem ſine mora pro hujuſmodi tantummodo capitulo, cum ſua ſuggeſtione ad hanc Apoſtolicam magnamque dirigere ſedem, in ſcripto, atque ſine ſcripto per me ſupplicem veſtrum omnem prædictorum virorum adaperiens novitatem, quam videlicet contra Orthodoxam fidem memorati viri exponere auſi ſunt.*

(a) Jo. 21. (b) Luc. 22.

XXXVIII. Labores Sophronii pro fide Catholica. *Quippe nam & ipſe* Sophronius, *dum adviveret, ſuperius dictis temeratoribus in Oriente validiſſime contradixit, conteſtans eos & admonens, ut a propria hæreſi quieſcerent, & ad rectam Patrum fidem remearent, duas in duobus libris ſexcenta teſtimonia Patrum ad evictionem impietatis eorum & veritatis oſtenſionem. Quos quidem revocare minime valuit: commovit autem eos contra ſe ad inſidias & malignam detractionem. Sed nullo modo propter hoc reveritus eſt omnino ille, nec timuit timorem ubi non eſt timor: quoniam juſtus (c) ſicut Leo confidit. Zelo autem Dei & fiducia repletus, duxit me indignum & ſtatuit in ſancto Calvariæ loco, ubi propter nos ipſe qui ſuper nos ſecundum naturam Deus eſt, Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſponte crucifigi ſecundum carnem dignatus eſt: & ibi alligavit me vinculis inſolubilibus, dicens: Tu dabis rationem ipſi, qui propter nos ſecundum carnem in hoc ſancto loco ſponte crucifixus eſt Deus, quando cum gloria in terribili ejus adventu judicaturus eſt vivos & mortuos, ſi diſtuleris & poſtpoſueris fidem ejus periclitantem, licet ego hoc facere corporaliter (ut noſti) propter emerſam ex noſtris peccatis incurſionem Sarracenorum propedior.*

(c) Prov. 28.

XXXIX. Steph. Epiſc. diligens miniſterium. *Quantocyus ergo de finibus terræ ad terminos ejus deambula, donec ad Apoſtolicam ſedem, ubi Orthodoxorum dogmatum fundamenta exiſtunt, pervenias, non ſemel, non bis, ſed multo ſæpius aperiens ſacris viris ibidem conſiſtentibus omnia ſecundum veritatem, quæ in iſtis partibus mota ſunt: & non quieſcas, inſtantius expetens atque exorans eos, donec ex Apoſtolica prudentia, quæ in Deo eſt, ad victoriam judicium perducere debeant, & noviter introductorum dogmatum perfectam faciant ſecundum canones deſtructionem: ut ne (ſecundum quod beatus Apoſtolus ait b) ſicut cancer paſcuam in amplius inveniant, depaſcentes ſimpliciorum animas. Igitur in his pertimeſcens ego, atque perterritus propter impoſitam mihi terribilem in tremendo & venerabili loco conjurationem, necnon & creditum mihi ex Dei permiſſu Epiſcopale miniſterium conſiderans, ſed & ſupplicationes omnium pene habitantium Orientalium tractum reverendiſſimorum Epiſcoporum & Chriſtianorum populorum conſonanter prædicto beatæ memoriæ Sophronio ad hoc me invitantium, utpote primum Hieroſolymitanæ diœceſeos, pervenire: non dedi (ſecundum Scripturam e) ſomnum oculis meis & palpebris meis dormitationem & requiem temporibus meis, quatenus adimplere debuiſſem hujuſmodi deſiderabilem juſſionem: ſed abſque ulla mora propter hoc ipſum tantummodo huc properavi: a quo tempore tertio viſus ſum veſtris Apoſtolicis adeſſe veſtigiis, ex-*

(b) 1. Tim. 2. (d) Pſal. 131.

PAGIUS. Incipientem Monotheliſmum non extinxit. *flammam hæretici dogmatis, non, ut decuit Apoſtolicam auctoritatem, incipientem extinxit, ſed negligendo confovit.* Sui ſimilis eſt idem Leo in Epiſtola ad Imp. Conſtantinum Pogonatum: cujus verba in contextu quidem Latino ſuboſcura ſunt, ſed in Græco mire conveniunt cum verbis Epiſtolæ ad Hiſpanos juxta accuratam Marcæ verſionem: *Qui hanc Apoſtolicam Eccleſiam non eſt conatus luſtrare doctrina Apoſtolicæ Traditionis, ſed profana proditione puram maculari permiſit.* Imperator vero Conſtantinus manifeſte docet, Honorium in hac fidei cauſa ſe varie geſſiſſe: *Adhæc & Honorius*, inquit Imperator in Edicto ſuo, *qui fuit antiquæ Romæ Papa, hujuſmodi hæreſeos confirmator, qui etiam ſui extitit oppugnator.* Significat, inquit Marca, *pugnantia inter ſe ſcripſiſſe Honorium, atque hoc pacto hæreſeos fuiſſe confirmatorem. Quæ in eandem cum Leone ſententiam recidunt.* His addebat Marca locum, deductum ex ſecunda Profeſſione fidei a Pontificibus Romanis poſt Sextam Synodum fieri ſolita, quæ legitur in Libro Diurno Romanorum Pontificum pag. 32. in qua Pontifex dicit ſe damnare *Auctores novi hæretici dogmatis Sergium, Pyrrhum, Paulum, & Petrum Conſtantinopolitanos, una cum Honorio, qui pravis eorum aſſertionibus fomentum impendit.*

XV. Dicebat enim Marca negligentiam Epiſcopi in cauſa fidei crimen eſſe, quod depoſitionis pœ-



*expetens ac deprecatus, quod ille & omnes libenter poſtulare noſcuntur, hoc eſt fidei Chriſtianorum periclitanti manu porrigere.*

*Quod addiſcentes contrarii, non levibus me implicuerunt afflictionibus, præceptiones propter me per loca & provincias dirigentes, quatenus comprehendi, & ferris conſtrictus ad eos deberem deſtinari, ſicut omnes cognoſcunt. Sed Dominus auxiliatus eſt mihi, & liberavit me ab omnibus perſequentibus me, ideoque ad propoſitum currentem, & ad bravium properantem veſtræ Apoſtolicæ ſedis. Neque deſpexit Deus preces cum lacrymis oblatas ſupplicum ſuorum, ſed excitavit non equidem mediocriter præceſſores Apoſtolicoſque Præſules in commonitione, necnon conteſtatione prædictorum virorum, licet nullo modo eos flectere potuerunt.* Hæc legatus Stephanus Epiſcopus Romam hoc tempore a Sophronio ad Honorium Pontificem miſſus.

XL. Honor. ſilentium Cyro imponit. Ubi iſta per legationem a Sophronio miſſam Honorius Papa accepit, haud ſegnis fuit his omnibus a Sophronio poſtulatis conſulere, nempe ſilentium omnino imponere Cyro Epiſcopo Alexandrino unam voluntatem & operationem in Chriſto prædicanti: cujus rei gratia ad ipſum Cyrum eo argumento litteras dedit; ſcripſitque pariter ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ut Cyrum de ſervando de una voluntate & & operatione ſilentio admoneret. Litteræ ad Cyrum ab Honorio ſcriptæ non extant, ſed earum mentio eſt in litteris ejuſdem Honorii ad Sergium datis, de quibus proxime acturi ſumus. Perſtitiſſe quidem in ſententia Honorium, ut bono pacis ad vitandas turbas & commotiones populorum, de voce utraque taceretur, dicta ejus epiſtola poſt hæc ad Sergium data ſignificat: his etiam & legatum Stephanum, & qui cum eo venit in urbem acquieviſſe docet, dummodo Cyrus de unius voluntatis voce æque taceret. Epiſtolam autem ab Honorio ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum datam, prout habetur recitata in Sexta Synodo Actione decimatertia in fine, hic exhibeamus; in qua cum deſint nonnulla, hæc ſunt quæ in ea ſcripta reperiuntur:

XLI. Poſterior epiſ. Honorii ad Sergium. *Et prolata eſt* (inquiunt Acta) *hujuſmodi Honorii Latina epiſtola cum interpretatione ſua, habens in ſuperſcriptione ita: Dilectiſſimo fratri Sergio Honorius.* Cujus initium fuit: *Scripta dilectiſſimi filii noſtri Syricii diaconi.* Habet autem eadem epiſtola poſt pauca hæc: *Necnon & Cyro fratri noſtro Alexandrinæ civitatis Præſuli*, ſignificandum ſcilicet, *quatenus novæ adinventionis unius vel duarum operationum vocabulo refutato, claro Dei Eccleſiarum præconio nebuloſarum concertationum caligines offundi non debeant, vel aſpergi: ut profecto unius vel geminæ operationis vocabulum noviter introductum a prædicatione fidei eximatur. Nam qui hæc dicunt, quid aliud niſi juxta unius vel geminæ naturæ Chriſti Dei vocabulum, ita & operationem unam vel geminam ſuſpicantur? Super quod clara ſunt divina teſtimonia. Unius autem operationis vel duarum eſſe vel fuiſſe mediatorem Dei & hominum Dominum Jeſum Chriſtum ſentire, & promere, ſatis ineptum eſt.* Sed hæc Honorii quomodo ſint intelligenda, quæ ex eadem epiſtola ipſa recitant Acta, ita docent: *Habet autem*, inquiunt, *& circa finem eadem epiſtola ſic:*

XLII. *Et hæc quidem, quantum ad inſtruendam notitiam ambigentium ſanctiſſimæ fraternitati veſtræ per eam inſinuandum prævidimus. Cæterum quantum ad dogma Eccleſiaſticum pertinet, quæ tenere vel prædicare debemus propter ſimplicitatem hominum, & amputandas inextricabiles quæſtionum ambages (ſicut ſuperius diximus) non unam vel duas operationes in mediatore Dei & hominum definire, ſed utraſque naturas in uno Chriſto unitate naturali copulatas cum alterius communione operantes atque operatrices confiteri de-*

PAGIUS. Negligens fuit in cauſa fidei. pœna plecti deberet. In cujus ſententiæ probationem afferebat reſcriptum Impp. Honorii & Theodoſii ad Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem, datum V. Idus Junias, Ravennæ, Monaxio & Plinta Coſſ. *Comminatur enim Princeps ſecundum Canones*, ut Marca ſcribit, *Epiſcopatus amiſſionem iis, qui ſegniter ſe geſſerint adverſus Pelagianos, & præter expulſionem a Civitatibus, quæ pœna ſæcularis eſt, interdictam quoque in perpetuum communionem.* Addunt Imperatores: *Una enim eademque culpa eſt eorum, qui aut diſſimulando convenientiam, aut non damnando favorem noxium præſtiterint.* Id ipſum docent Leo primus & Innocentius III. in Concilio Lateranenſi. Unde colligebat ipſe potuiſſe *Honorium* a Sexta Synodo damnari, non quod docuiſſet hæreſim, aut quod Monothelitis conſenſiſſet, ſed ob negligentiam in damnando eorum errore; cum eadem ſit culpa, ut inquiunt Imperatores, eorum qui, aut diſſimulando, convenientiam, aut non damnando, favorem noxium præſtiterint. Nam *inferiorum ordinum culpæ* (ut ait S. Leo in Epiſtola III. juxta veterem ordinem) *ad nullos magis referendæ ſunt, quam ad deſides negligenteſque Rectores, qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum neceſſariam diſſimulant adhibere medicinam.*

XVI. Honorii PP. œconomia Monothelitis favebat. Primum *Honorii* ſilentium, aut, ut Auguſti loquuntur, diſſimulatio, ex Epiſtolis Papæ Leonis II. deprehenditur; qui eum redarguit quod Monothelitarum hæreſim negligendo confoverit, & quod proditione ſua Apoſtolicam Eccleſiam, quæ pura erat, maculari permiſerit. Eædem Leonis Epiſtolæ docent eum favorem noxium præ-

*debemus: & divinam quidem, quæ Dei ſunt, operantem: & humanam, quæ carnis ſunt, exequentem: non diviſe, neque confuſe, aut convertibiliter Dei naturam in hominem, & nec humanam in Deum converſam edocentes, ſed naturarum differentias integras confitentes. Unus atque idem humilis & ſublimis, æqualis Patri & minor Patre, ipſe (a) ante tempora, natus in tempore eſt: per quem facta ſunt ſæcula, factus in ſæculo eſt: & qui legem dedit, factus (b) ſub lege eſt, ut eos qui ſub lege erant redimeret: ipſe crucifixus, & ipſe chirographum, quod erat contra nos evacuans in Cruce, de poteſtatibus & principatibus triumphavit.*

(a) Galat. 4.

(b) Coloſ. 2.

*Auferentes ergo (ſicut diximus) ſcandalum novellæ adinventionis, non nos oportet unam vel duas operationes definientes prædicare: ſed pro una (quam quidam dicunt) operatione, oportet nos unum operatorem Chriſtum Dominum in utriſque naturis veridice confiteri: & pro duabus operationibus, ablato geminæ operationis vocabulo, ipſas potius duas naturas, id eſt, divinitatis & carnis aſſumptæ in una perſona unigeniti Dei Patris inconfuſe indiviſe, atque inconvertibiliter nobiſcum prædicare propria operantes. Et hoc quidem beatiſſimæ fraternitati veſtræ inſinuandum prævidimus quatenus unius confeſſionis propoſitum unanimitati veſtræ ſanctitatis monſtraremus, ut profecto in uno ſpiritu anhelantes, pari fidei documento inſpiremus.*

XLIII. *Scribentes etiam communibus fratribus Cyro & Sophronio Antiſtitibus, ne novæ vocis, id eſt unius vel geminæ operationis vocabulo inſiſtere vel immorari videantur; ſed abraſa hujuſmodi novæ vocis appellatione, unum Chriſtum Dominum nobiſcum in utriſque naturis divina vel humana prædicent operantem. Quamquam hos, quos ad nos prædictus frater & coepiſcopus noſter Sophronius miſit, inſtruximus, ne duarum operationum vocabulum deinceps prædicare innitantur: quod inſtantiſſime promiſerunt prædictum virum eſſe facturum, ſi etiam Cyrus frater & coepiſcopus noſter ab unius operationis vocabulo diſceſſerit.* Hucuſque ex epiſtola poſteriori Honorii ad Sergium Sexta Synodus. Cum igitur adeo manifeſte demonſtratum ſit, neque ob indictum de utraque voce ſilentium, neque ob communicationem vel conſenſionem cum Sergio in his quæ tractarentur, nempe de ſilentio indicendo, ſicut nec Sophronium ita neque Honorium poſſe in crimen hæreſis jure perduci; videndum modo eſt, ſi quid ſit in epiſtolis Honorii, quod reprehenſione dignum habeatur.

Prior ipſius epiſtola ad Sergium eodem argumento conſcripta, qua primum cenſuit de utraque voce tacendum, videri potuit prima fronte quiddam habere ſubduriuſculum, quod quamvis nihil penitus extra lineam Catholicæ fidei continere demonſtratum ſit; nihilominus id dilucidius erit declarandum. Dum enim agit de hypoſtatica in una perſona duarum naturarum unione, cujus virtute factam quoque dicit communicationem idiomatum, iſta mox ſubdit: *Unde & unam voluntatem fatemur Domini noſtri Jeſu Chriſti: quia profecto a divinitate aſſumpta eſt noſtri natura, non culpa, illa profecto quæ ante peccata creata eſt, non quæ poſt prævaricationem vitiata, &c.* Inferens quidem non duas ob id dicendas eſſe contrarias voluntates in Chriſto, tendentem ad bonum alteram, alteram vero ad malum, ut in aliis hominibus, ſed unam bonam, uniuſque perſonæ operantis, ſecundum communicationem idiomatum, qua (ut ait) & Deus pati dicitur, & homo Deus prædicatur. Quod enim indiviſa ſit utriuſque naturæ operatio, ſicut eſt indiviſe conjuncta, & unum ambo velint naturæ bonum, & tendant in unum; una erit dicenda Chriſti voluntas, quam ſanctus Dionyſius Areopagita appellat operationem Theandricam, hoc eſt, Dei virilem, ut Joannes Damaſcenus affirmat (c).

XLIV. Objectio ex priori epiſtola Honorii.

(c) Jo. Dam. de fid. Orthod. l. 3. c. 19.

XLV. Sed præſtat in his Maximum martyrem hujus temporis ſcriptorem celebrem & Catholicæ fidei egregium defenſorem au-

PAGIUS præſtitiſſe huic peſtiferæ doctrinæ quam non, ut decuit Apoſtolicam auctoritatem incipientem extinxit, ſed negligendo confovit. *Conſtantinus* quin etiam Imperator hoc ſenſu dixit *Honorium* fuiſſe hujus hæreſeos confirmatorem. Sed præterea extant ipſæ *Honorii* Epiſtolæ ad *Sergum* Patriarcham ſcriptæ, & in Synodo ſexta recitatæ, ob quas Synodus illa, cum agnoviſſet, eum aliquo modo tergiverſatum eſſe in cauſa fidei, ſententiam damnationis in eum protulit ut negligentem; quod negligentia Epiſcopi in cauſa fidei crimen ſit atrociſſimum, cui omnem veniæ ſpem præcidunt iidem Auguſti. Ita mentem Marcæ in ejus Vita exponit Baluzius. Hanc poſtea opinionem magis explicarunt Garnerius in Appendice ad Notas capitis 2. Libri Diurni Rom. Pontif. paragr. 6. & Tamagninus Auctor Hiſtoriæ Monothelitarum Pariſiis anno MDCLXXVIII. ſine Auctoris nomine editæ, qui fuſe demonſtrant, juſte quidem damnatum fuiſſe *Honorium*, non quod unius in Chriſto voluntatis aſſertor fuiſſet, aut unicam in Chriſto voluntatem docuiſſet, ſed tantum quod docentibus faverit, docendique opopportunitatem ſuppeditaverit. Neque enim aliud objectum fuit *Honorio*, quam quod *Sergio* conſentiret, atque adeo foveret hæreſim. Conſenſit vero tantum, qua parte *Sergius* ficto pacis nomine diſſimulandum cenſebat; quare uterque concordiæ ſtudio fovit hæreſim: ſed *Honorius* alienam, quia non peremit; ſuam *Sergius*, quia diſſimulavit. Subſcripſit uterque ſimilia re- pro-



audire, quæ afferat de germano ſenſu verborum Honorii, dum reſpondet ad obiectionem Pyrrhi Monothelitæ pro ſe ſtare Honorium acclamantis, quaſi ipſe Honorius fuerit unius in Chriſto voluntatis aſſertor. Ipſe enim in quæſtione diſputata coram Gregorio Patricio cum ipſo Pyrrho hæc habet: ) *Quid* (inquit Pyrrhus) *de Honorio ad reſpondendum habes, qui aperte anteceſſori meo unam voluntatem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe tradidit?* Maximus: *Quis fuerit fide & auctoritate dignus epiſtolæ ejus interpres, qui eam ex perſona S. Honorii ſcripſit, adhuc ſuperſtes, & qui totum Occidentem cum aliis virtutibus, tum pietatis dogmatibus illuſtravit, an hi qui Conſtantinopoli ex ſuo corde loquebantur?* Pyrrhus: *Ille, qui hanc ſcripſit.* Maximus: *Is igitur cum ad divum Conſtantinum Imperatorem ex perſona Joannis Papæ de hac epiſtola ſcriberet, dixit: Unam voluntatem diximus in Domino, non divinitatis ejus & humanitatis, ſed humanitatis ſolius. Cum enim Sergius ſcripſiſſet, quod quidam duas voluntates in Chriſto contrarias dicerent: reſcripſimus Chriſtum non duas voluntates contrarias habuiſſe, carnis inquam & ſpiritus, ſicut nos habemus poſt peccatum, ſed unam tantum, quæ naturaliter humanitatem ejus ſignabat. Hoc autem ita eſſe, argumentum evidens eſt, meminiſſe membrorum & carnis, quæ quidem in divinitate non licet intelligere, &c.* Hæc Maximus de eo qui dictam Honorii ſcripſit epiſtolam: ut nullus ſententiæ Honorii certior atque fidelior accedere poſſit interpres, cui Pyrrhus ipſe refractarius diſputator non potuit in ea diſputatione non acquieviſſe, quod videlicet præter fidem illibatam auctoris, ipſius contextus epiſtolæ id aperte demonſtret.

XLVI. Ex his plane & illorum verborum germanum ſenſum cognoſces, quibus Honorius ait in eodem argumenti contextu: *Nam lex alia in membris aut voluntas diverſa non fuit, vel contraria Salvatori: quia ſuper legem natus eſt humanæ conditionis. Et ſiquidem ſcriptum eſt:* Non veni facere voluntatem meam, ſed ejus qui miſit me Patris *&*, Non quod ego volo, ſed quod tu vis Pater: *& alia hujuſmodi; non ſunt hæc diverſæ voluntatis, ſed diſpenſationis humanitatis aſſumptæ.* Plane ſignificans, in voluntate humanitatis, de qua loquitur, cum nullum fuerit in Chriſto peccatum, nec diſcrepantiam vel contrarietatem eſſe potuiſſe quæ ex peccato procedit, relicta illa quæ ex natura humana ſolet provenire diverſitas abſque peccato. Hæc de his quæ ſpectant ad priorem epiſtolam.

In poſteriori autem epiſtola ad Sergium, quam reddidimus, ita firmat Honorius Catholicum dogma, ut nihil amplius deſiderari queat. Dum enim videtur indicere velle ſilentium, quam prudentiſſime deſtruit hæreſim, & firmat Catholicam fidem ubi videlicet ait (a): *Auferentes ergo (ſicut diximus) ſcandalum novellæ adinventionis, non nos oportet unam vel duas operationes definientes prædicare: ſed pro una (quam quidam dicunt) operatione, oportet nos Deum operatorem Chriſtum Dominum in utriſque naturis veridice confiteri; & pro duabus operationibus, ablato geminæ operationis vocabulo, ipſas potius duas naturas id eſt, divinitatis & carnis aſſumptæ in una perſona unigeniti Dei Patris inconfuſe, indiviſe, atque inconvertibiliter nobiſcum prædicare propria operantes.* Intellexiſti quam docte atque vere dicat, pro una operatione dicendum eſſe unum operantem, plane inſinuans non convenire perſonæ unitatem operationis, ſed operantis? Sic & S. Joannes Damaſcenus (b) de his agens, docet non dici poſſe ratione unius perſonæ unam voluntatem ſed unum volentem, ſicut nec unam operationem, ſed unum operantem in duabus ſcilicet naturis; quas dum aſſerit indiviſe, inconfuſe, & inconvertibiliter conjunctas, duas plane neceſſario introducit ope-

XLVII.

(a) Sext. Syn. Act. 13. in fin.

Honorii commendatur decretum.

(b) Dam. de Orthod. fid. l. 3. c. 14.



PAGIUS probatis duobus ſcriptis Imperatorum: ſed *Honorius* Typo Conſtantis, quo nihil imperabatur præter ſilentium; *Sergius* Ecthesi Heraclii, qua præter ſilentii indictionem continebatur unius voluntatis profeſſio. Peccavit itaque *Honorius* ſua illa œconomia, qua voluit, de una vel gemina operatione taceri, cum tamen religionis cauſa exigeret, aperte geminam defendere: ne ſcilicet ab Eutychianorum reliquiis fides de duabus naturis inconfuſis, impermixtis, & indiſtinctis, quæ oblique petebatur, nutaret. Nullum vero peccatum eſt, quod fidei Catholicæ noceat, quin ab Eccleſia merito vindicari queat; nequit autem, ſi exemptus ſit e vivis, qui peccavit, niſi eraſo de Sacris Tabulis nomine infamata memoria, & combuſtis libris, quæ tria Sexta Synodus adverſus *Honorium* exercuit: eradi porro nomen de Sacris Diptychis id ipſum eſt, ſi agitur de mortuis, quod ab Eccleſia projici infamari memoriam nihil aliud, quam propter nocumentum illatum fidei damnari; comburi libros eſt indignos dici, qui legantur.

XVII. Duæ Honorii PP. Epiſtolæ examinantur.

Aſſerit Honorius in ſuis Epiſtolis neminem ex Patribus geminas in Chriſto voluntates aperte prædicare, ſed ſolum quodammodo balbutiendo id eſſe profeſſos. Poſtquam enim expoſuit controverſiam de una vel duplici in Chriſto voluntate & operatione, inquit: *Niſi fortaſſis, ſicut præfati ſumus, quidam aliqua balbutiendo docuerunt, condeſcendentes ad informandas mentes atque intelligentias parvulorum, qua ad Eccleſiaſtica dogmata trahi non debent,* Indeque rurſus infert, voces geminæ voluntatis & operationis, utpote *novas* & recenter *inductas*, Eccleſiæ ſcandala minari, nec eſſe inter fideles introducendas. Et tamen certum eſt San-

operationes & voluntates. His quidem nihil magis Catholicum dici potuiſſe, nihil magis pium ac ſanctum, nihil denique his temporibus ad pacem in Eccleſiis conſervandam utilius excogitari videri potuit. Quam quidem Catholicam veritatem (dicam libere cum Campenſi) non ſolum nulla Synodus potuerit umquam damnare, ſed ſi Angelus de cælo aliud annunciaverit præter id quod dictum eſt, illatum in hujuſmodi ab Apoſtolo ſuſciperet anathema.

XLVIII. Quid Synodi de Honorio.

Sic igitur iſta ita tranſacta ſunt, ut nulla quidem vel levis erroris labes Honorio inhæſiſſe potuerit. Quamobrem in judicio Synodali cum poſt annos decem & octo Romæ ſub S. Martino Papa & martyre celebrata eſt Synodus Lateranenſis (*a*), cui interfuerunt centum & quinque Epiſcopi præſidente ipſo Summo Pontifice & exacte cognita atque tractata eſt cauſa Monothelitarum, ac damnati in ea fuerunt una cum hæreſi atque ipſorum ſcriptis Theodorus Pharanites Epiſcopus, Cyrus Patriarcha Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus ſucceſſores Patriarchæ Conſtantinopolitani, auctores & propugnatores erroris: Honorius nullam prorſus vel ab hæreticis de hæreſi calumniam paſſus, nec a ſancta Synodo læviſſima eſt ſuſpicione pulſatus. Poſt hæc autem iterum, cum a ſanctiſſimo Pontifice Agathone celebrata eſt Romæ Synodus (*b*) centum viginti-quinque Epiſcoporum, in qua repetita eſt eorundem damnatio hæreticorum Theodori, Cyri, Sergii, Pyrrhi & Pauli: nec levis quidem mentio quod erraverit Honorius, facta eſt; qui ſi erraſſet, diſſimulari minime potuiſſet. Sed & in ea quæ ex eadem Synodo inſtructio data eſt legatis ad Sextam Synodum Conſtantinopolim proficiſcentibus, & in iis quas ipſe ſummus Antiſtes Agatho litteras tunc ad Imperatores Conſtantinum, Heraclium, atque Tiberium dedit, ore libero firma iterataque atteſtatione & conteſtatione fatetur, numquam aliquando Apoſtolicam ſedem a recto fidei tramite deviaſſe. Sed reddamus hic verba ipſius:

(*a*) *Extat Concil. t. 5. nov. edit.*

(*b*) *Extat recitata in Sexta Synod. Act. 4. ſub Agath.*

XLIX. Agathonis ſententia de fide illibata prædeceſſorum.

*Chriſti*, inquit, *adnitente præſidio, hæc Apoſtolica ejus Eccleſia numquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt.* Et poſt aliqua iterum: *Hæc eſt enim vere fidei regula, quam & in proſperis & in adverſis vivaciter tenuit ac defendit hæc ſpiritalis mater veſtri tranquilliſſimi Imperii Apoſtolica Chriſti Eccleſia, quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apoſtolicæ traditionis numquam erraſſe probabitur, nec hæreticis novitatibus depravata ſuccubuit; ſed ut ab exordio fidei Chriſtianæ percepit ab auctoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata finetenus permanſit.* Et de ſuis prædeceſſoribus paulo poſt ſpeciatim hæc addit: *Conſideret itaque veſtra tranquilla clementia, quoniam Dominus & Salvator omnium, cujus fides eſt, qui fidem Petri non defecturam promiſit: confirmare eum fratres ſuos admonuit, quod Apoſtolicos Pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitum; quorum & puſillitas mea licet impar & minima, pro ſuſcepto tamen divina dignatione miniſterio, pediſſequa cupit exiſtere. Væ enim mihi erit, ſi veritatem Domini mei, quam illi ſinceriter prædicarunt, prædicare neglexero.* Hucuſque Agatho: quæ quidem quomodo adeo firmiter aſſerere, libere prædicare, ac ſincere profiteri potuiſſet, ſi ad eamdem firmandam quam confutat hæreſim, Honorius in crimen adduci valuiſſet?

L. Conſiderandum eſt enim in his, quis hæc dixerit, ubi, ad quos, & quando dixerit, nempe ſanctiſſimus omnium ore laudatiſſimus Agatho, in Synodali magno Patrum conventu, conſenſu omnium ſcribens iſta ad ipſos Imperatores Conſtantinopoli degentes, quorum prædeceſſores faviſſent errori, & quando Sexta erat œecumenica Synodus celebranda; ut vel leviſſime mentiri minime potuiſſet.

Præ-

PAGIUS. Sanctos Patres, non *balbutiendo*, ſed aperte definiendo, nec ad *informandas mentes parvulorum*, ſed ad erudiendos Sapientum intellectus, geminas in Chriſto prædicaſſe cum voluntatibus Operationes; & conſequenter hujuſmodi voces nec eſſe *novas*; nec *recenter* in Eccleſiam inductas, ſed cum ipſis Eccleſiæ Patribus antiquiſſimis ortas eſſe. Certe unus *Sophronius* ſexcentas protulit Patrum ſententias, & tam Concilium Lateranenſe: quam Sextum Concilium generale plurimas etiam repræſentant. Nimio etiam contemptu proceſſiſſe videtur *Honorius* in hac graviſſima controverſia, ex qua pendebat firmitas Concilii Chalcedonenſis, & everſio Apollinariſtarum, Eutychianorum, & aliorum hæreticorum, qui tunc in Oriente Eccleſiam lacerabant: manſiſſe enim in Chriſto poſt unionem duas voluntates & operationes appellat leve, *ineptum, otioſum*, & *grammaticale*. Hæc ejus verba jam ſupra recitata: *Unius operationis vel duarum eſſe, vel fuiſſe Mediatorem Dei & hominum Dominum Jeſum Chriſtum, ſentire ac promere ſatis ineptum eſt.* Et rurſus: *Utrum præter opera Divinitatis & humanitatis geminæ operationes debeant derivate dici, vel intelligi, ad nos iſta pervenire non debent, relinquentes ea Grammaticis, qui ſolent parvulis exquiſita derivando nomina vendicare.* Atque demum, veritatem indagantes de una vel gemina Chriſto voluntate, *vanos* appellat *naturarum ponderatores, otioſe negotiatores*, &c.

XVIII. Neque enim *ineptum* dici poteſt, quod omnes Sancti Patres docent, & Orthodoxis prædicant ubique prædicandum: præterea Sophronius, Joannes,



Prætermittimus modo dicere de aliis ſucceſſoribus Romanis Pontificibus plurimis id ipſum firma aſſertione teſtantibus, nempe neminem prædeceſſorum Romanorum Pontificum hæreſis labe vel leviter aliquando aſperſum fuiſſe: ſicut & ante Agathonem Martinus Pontifex pluribus ſuis epiſtolis laudat fidem prædeceſſorum, & eorumdem commendat diligentiam adverſus Monothelitas, quod & egregie præſtitit in Concilio Romano conſultatione prima, in epiſtola ad Conſtantium ſive Conſtantinum Imperatorem.

LI. His igitur ex ejuſdem Honorii litteris, ex S. Maximi ſcriptis, atque ex Conciliis duobus Romæ celebratis, litteriſque Romanorum Pontificum Joannis, Martini, & Agathonis aſſertis, cum nihil eſſe poſſit, quod non omni ex parte Honorii Papæ fides Catholica prædicetur; poſtea factum eſt, ut hæretici Monothelitæ, ad ſuum ipſorum confirmandum errorem, calumnioſe admodum auctoritatem immiſcuerint ipſius Honorii Romani Pontificis, jactantes ſimul (ut Pyrrhus in diſceptatione cum Maximo Honorium Papam ejuſdem fuiſſe ſententiæ aſſertorem. Conſtat quidem Patriarchas Conſtantinopolitanos hæreticos Sergium, Pyrrhum, ac Paulum, & alios ad confirmandum ſuum ipſorum errorem oſtentare conſueviſſe Honorii Papæ dictam ſuperius primam epiſtolam, eamdemque in conſortium ſectæ citare; quod in ſua ipſe epiſtola unius voluntatis ex perperam facta ejus interpretatione calumnioſe diceretur aſſertor: ſicque factum ab ipſis, ut nomen Honorii tamquam in errore collegæ fuerit ſæpius conclamatum. His acceſſit, quod cum ejuſdem Honorii nomen retineretur in Diptychis ab ipſis Epiſcopis Conſtantinopolitanis hæreticis, ſecus autem ſucceſſorum ejus qui damnaverunt eoſdem Monothelitas (ut patet ex epiſtola (*a*) Conſtantini Imper. ad Agathonem) magna ſit conflata invidia in Honorium, quod patronos haberet & laudatores Monothelitas.

(*a*) *Habetur in princip. Sexta Synod. Act. 1.*

LII. Qua de cauſa eo progreſſa res eſt, ut ab aliquibus Orthodoxis inter damnatos Monothelitas idem reperiatur adnumeratus Honorius. Quod vero & in Sexta Synodo, quæ extat, æque recenſitus cum Monothelitis legatur Honorius; aperiemus impoſturam, cum de his ſuo loco opportunius acturi ſumus. Satis autem fuit hic tibi, lector, perſpicue demonſtraſſe, nihil penitus inveniri poſſe in duabus Honorii epiſtolis, quo in erroris ſuſpicionem vel leviter adduci queat, cum omnia habeantur in omnibus conſentientia Catholicæ veritati; neque ejus de indicto ſilentio decretum jure poſſe pati calumniam, quod æque ab Orientalibus probaretur, potiſſimum vero a vertice Theologorum Orientalium regionum hujus temporis Sophronio Epiſcopo Hieroſolymitano; nec vel leviter labefactatum ob communicationem cum Sergio, ex litteris ultro citroque datis: inſuper ipſum Honorium, & dum viveret, & poſt obitum ſumma veneratione ab univerſa Eccleſia Catholica cultum, talemque cognitum & habitum a ſanctiſſimis ejus ſucceſſoribus Martino & Agathone digniſſimis atque doctiſſimis Romanis Pontificibus. Si quam vero a tempore Sextæ Synodi nubem videbis ſuperinductam, qua apparere poſſit gloria tanti Pontificis obſcurata; æque ſpectabis, veritatis aura ſpirante, ejus nomen in priſtinum revocari ſplendorem, & fulgentioribus radiis eluceſcere.

LIII. Sergius malorum omnium auctor.

Purgandus eſt & Sophronius Hieroſolymorum Epiſcopus a calumnia ei per Monothelitas illata, cum ipſum omnium hujuſcemodi turbarum in Eccleſia obortarum cauſam fuiſſe clamarent: nam Pyrrhus Conſtantinopolitanus Epiſcopus hæc in eum in diſputatione cum Maximo ha-



PAGIUS. *Nimia Honorii PP. levitas.* nes, Martinus, Maximus, Agatho, aliique ſexcenti Orthodoxi Sacerdotes, tot labores ac tot perſecutiones fruſtra pertuliſſent, cum ſatis eſſet, *ineptum* & *leve* ex Honorii calculo id *ſentire & promere*, ob quod unice tot ipſi labores obiere. Rurſus Grammaticale dici non debuit, illud aperte profiteri, quod erat unice neceſſarium ad defenſionem Concilii Chalcedonenſis, & Epiſtolarum Sancti Leonis, atque ad auferendum probrum Eccleſiæ illatum per *Conciliabulum Alexandrinum*, de quo gloriabantur omnes hæretici. Demum *otioſi negotiatores* nuncupandi non erant, qui tot incommoda laboreſque pertulere, ut innumeras emerent animas Chriſtianorum, quas *Sergii Cyri*, & aliorum hæreticorum tyrannica calliditas rapiebat. Multoque minus ut *vanus* haberi debet *naturarum ponderator*, qui ad defenſionem Conciliorum, & fidei exactam inſtituit Chriſti Naturarum conſiderationem.

XIX. *Nimia Honorii PP. facilitas.*

Tandem nimia fuit *Honorii* facilitas, quam in ſuis Epiſtolis præfert, in aſſentiendo conſiliis *Sergii*, & in credendis calumniis multis, quas in ſuis Epiſtolis confixerat. Scribit *Sergius*, extitiſſe *Sophronium* omnium diſſentionum auctorem: id *Honorius* non ſolum non arguit, ſed ulterius videtur comprobare. Confinxit *Sergius* in eadem ad Honorium Epiſtola, libellos quoſdam Mennæ ad Vigilium Papam, in quibus una prædicabatur in Chriſto voluntas & operatio, quos etiam ubique locorum promulgavit, uti S. Maximus aperuit in Dialogo cum Pyrrho. Et tamen *Honorius*, neque impoſturam detexit, neque abſtulit hujuſmodi probrum, qua *Vigilio*, qua Sedi Romanæ inflictum. Imo altum de hoc ſilentium in Honorianis Epiſtolis: unde quod ſcribendo retundere tenebatur ex officio, viſus eſt comprobare ſilendo. His adde facilitatem, qua ſimilem *Sergii* calumniam in Sophronium adinventam deglutivit, quod ſcilicet *Sophronius*, etiam rogatus, nec unum

bita ait: *Sophronius, qui paulo ante fuit Patriarcha Hieroſolymitanus, fecit ut hoc vel præter propoſitum faceremus, cum tempore inoppoturno ſermonem de operationibus excitavit.* Ad hæc reſpondit Maximus, ita dicens, & repetens erroris veram originem: *Ego ex omni parte neſcio quam excuſationem vos prolaturos expectatis, qui eum qui extra culpam eſt, adeo graviter criminamini. Dic enim mihi (per veritatem ipſam oro) cum Sergius ad Theodorum Pharanitanum Epiſcopum ſcripſit, miſſo quem Mennæ dixit libello per Sergium Macaronam Epiſcopum Arſenoes, hortans eum, ut quid ſentiret de una in eo libello operatione & una voluntate, aperiret, & reſcripſit, approbans ea: ubi tunc erat Sophronius? Aut cum Theodoſiopoli ad Paulum monoculum Severianum ſcripſit, miſſo etiam ei libello Mennæ, & Theodori Pharanitani ac ſua approbatione? Aut ubi erat, quando ad Georgium cognomento Arſam Paulinianiſtam ſcripſit, ut mitteret auctoritates de una operatione ipſorum, inſeruitque epiſtolæ, facere ſe his auctoritatibus unionem Eccleſiæ cum eis? Hanc epiſtolam beatus Joannes Papa Alexandrinus,* ille videlicet cognomento Eleemoſynarius, *manu ab Arſa abſtulit. Unde cum etiam vellet ob ipſam eos deponere, impeditus fuit incurſu tunc a Perſis in Ægyptum facto. Aut quando ad Cyrum Epiſcopum Phaſidis reſcripſit de una operatione & duabus, ab eo rogatus, miſſo etiam ad eum libello Mennæ, quem diximus? Quid igitur? poſtquam Sergius multis modis morbum ſuum in commune propoſuiſſet, & magnam partem Eccleſiæ corrupiſſet, ac vaſtaſſet: quoniam beatus Sophronius admonuit eum, humilitate quæ ejus habitum decebat, ad ejus veſtigia provolutus, Chriſti Dei paſſionibus vivificis, quæ omnem ſupplicationem continebant, commemoratis, obteſtans ne vocem hæreticorum olim probe a ſanctis Patribus ſuperioribus extinctam renovaret, fuit ne auctor hujus ſcandali?* Hæc de his Maximus, purgans Sophronium, & culpam reiiciens in Sergium, utpote erroris hujus auctorem ac propagatorem, hominem natura leviſſimum, de quo in eadem diſputatione iſta idem Maximus:

Sergius malorum omnium auctor.

LIV. *Rem ipſam loquor: Nihil me ita a tuo anteceſſore alienavit, ut mutabilitas ejus & inconſtantia, ideſt, in alias alio tempore tranſire ſententias, & in nullo ſenſu permanere. Aliquando enim eos qui hanc unam voluntatem divinam appellabant, approbans, incarnatum introducebat Deum tantum eſſe. Aliquando eis, aſſentiens, qui dicebant eſſe conſultatricem voluntatem, hominem eum ſolum introducebat more noſtro conſultantem, nihil a Pyrrho & Heraclio differentem. Quandoque vocans voluntatem hypoſtaticam, cum differentia perſonarum ſimul inducebat differentiam voluntatum in perſonis divinis ejuſdem ſubſtantiæ. Alias eos complectens qui voluntatem ſuæ poteſtatis dicebant, unionem introducebat ſecundum habitudinem: poteſtas enim, & auctoritas, & alia hujuſmodi manifeſte, γνώμης, id eſt, ſententiæ non naturæ motus ſunt. Aliquando cum eos qui voluntatem vocabant electricem & ſententialem ſibi adjungebat, & dominos ſuos faciebat; non ſolum Chriſtum faciebat hominem tantum, ſed mutabilem & peccatorem: ſiquidem ſententia oppoſitorum eſt dijudicatrix, & eorum quæ ignorantur indagatrix, & in his quæ non ſunt manifeſta, conſultatrix. Interdum eos ſequens, qui oeconomicam voluntatem in Chriſto dicebant, faciebat eum ante oeconomiam, id eſt incarnationem, non habuiße voluntatem. Et ſi quod aliud abſurdum ex hoc ſequitur. Et in alias infinitas abſonas opiniones detruſus eſt, qui non eſt nixus in veritate tamquam in fundamento quas ſi mandare litteris vellem ſubtiliter & diligenter, neque futurum tempus ſatis eſſet.* Hæc Maximus de Sergii levitate. Porro quo minus homo vanus veritate pollebat, eo magis præſtabat viribus ab Imperatore petitis. Ita enim idem Maximus adverſus Pyrrhum: *Hoc quidem abſurdum in veſtris etiam litteris, non ratione, ſed licentia protuliſtis, nacti, Heraclium veſtrum ad hoc adjutorem: quia vos ejus nefariæ & ſceleratæ mixtioni aſſenſi eſtis, & eam confirmaſtis.* Hæc Maximus: ex quibus videas quanta prudentia & conſilio Honorius Papa oblatum ab eodem Sergio de oborta quæſtione ſilentium libentiſſime acceptavit; quod

Sergii in ſententiis inſtabilitas.

PAGIUS unum exhibere potuerit Patrum teſtimonium pro gemina in Chriſto voluntate; cum hoc non ſolum falſum eſſet, ſed prorſus improbabile, ut nempe ſimplex Monachus Patriarchis & Epiſcopis, nullo munitus aut Sacræ Scripturæ, aut Patrum teſtimonio acriter obniteretur. Quid plura? Affirmat *Sergius*, neminem ex Patribus prædicaſſe duas in Chriſto voluntates: id & *Honorius* affirmat. Aſſumit ille quod ex determinatione hujus controverſiæ naſcerentur ſcandala: hoc & aſſumit *Honorius*. Inculcat *Sergius*, ut aptam ſilendi œconomiam; hanc ut optimam confirmat *Honorius*. Illam *Sergius* ſtudet perſuadere *Sophronio*, hanc eandem conatur Honorius Sophronii Legatis perſuadere. Miſcet ille in ſuis Epiſtolis multa fidei contraria: hæc nullatenus impugnat *Honorius*. Rapit *Sergius*, ut hæreſis fautorem Sanctiſſimum Leonem: hoc Honorius nullatenus arguit. Movet *Sergius* bella in Orthodoxos; Sergium laudat *Honorius*. Quid inde mirabimur, ſi Patres Sextæ Synodi aſſerunt, quod *Honorius* eadem ſenſerit quod Sergius; & *Leo* ſecundus affirmarit, quod flammam hæretici dogmatis negli-



quod & fuiſſet multo pretio redimendum, ſiquidem nequaquam tot malis Eccleſiæ Dei ab ipſis Monothelitis exagitatæ eſſent.

LV. Quo autem tenderet ejuſmodi de unica in Chriſto voluntate blaſphemia: æque omnes conſentiunt, ad tollendam naturarum in Chriſto unitarum differentiam, & ad Eutychianam hæreſim hac via inſtaurandam illorum fuiſſe conatum, atque ad ſociandos ſibi (quod dictum eſt ſuperius) alios Orientales hæreticos, nempe Apollinariſtas & Neſtorianos. Nam audi & S. Thomam, qui de his hæc ait (*a*): *Ad hoc ponendum*, unicam ſcilicet in Chriſto voluntatem, *diverſimode moti eße videntur. Apollinaris enim non poſuit animam intellectualem in Chriſto, ſed quod Verbum eſſet loco animæ, vel etiam loco intellectus. Unde cum voluntas ſit in ratione (ut philoſophus dicit in tertio de anima) ſequebatur quod in Chriſto non eſſet voluntas humana, & ita in eo non eſſet niſi una voluntas. Et ſimiliter Eutyches, & omnes qui poſuerunt unam naturam compoſitam in Chriſto, cogebantur ponere unam voluntatem in eo. Neſtorius etiam quia poſuit unionem Dei & hominis factam ſolum ſecundum affectum & voluntatem, poſuit unicam voluntatem in Chriſto.* Hæc S. Thomas: ex quibus intelligis quæ ſuperius dicta ſunt, ejuſmodi fuiſſe commentum Eutychianorum in hæreſi Monothelitarum inſtauranda, ut reliquæ in Oriente invaleſcerent hæreſes.

(*a*) Theod. part. 3. quæſt. 18. art. 1.

Monothelitarum hæreſis triplex.

LVI. Nam quod ad Neſtorianos ſpectat hæreticos, id abunde idem Maximus Abbas & martyr oſtendit in diſputatione cum Pyrrho, dum ait: *Cur aſpernantur Neſtorium, cujus vocibus ac ſententiis ardenter inhærent? Quod autem cum unam voluntatem dicunt, illa quæ Neſtorius tenet defendunt; teſtatur expoſitio quam ipſi defendunt quæ declarat Neſtorium profiteri unam voluntatem in duabus perſonis ab ipſo fictis.* Sic igitur omni fuit inſurgendum conatu, ne triceps beſtia ſanctam appeteret ſuis cornibus Eccleſiam. Sed de fallaciis & dolis hæreticorum conſulendus eſt idem ſæpe citatus & recitatus Maximus Abbas. Sententia plane eſt Damaſceni, (*b*) ejuſmodi doloſos artifices ita unicam voluntatem vel operationem aſſeruiſſe, ut hoc evicto, duas naturas, quas in Chriſto captioſe aſtruebant, auferrent. Sed ex his principiis in monſtruſiores eos declinaſſe ſententias, quæ ſub Martino Papa dicentur, oſtendent. Cæterum Sergius, qui tantopere rogavit Honorium Papam de utriſque vocibus imperandum eſſe ſilentium, ipſe vafer eo pacto ſub ſilentio hæreſim propagavit: quomodo autem id acciderit, inferius ſequentibus annis dicendum erit. Hæc modo ſatis de origine Monothelitarum erroris, & Honorii Papæ ſtudiis in eadem comprimenda.

(*b*) Damaſ. de hæreſ. in fin.

LVII. Cæterum qui adverſus emergentes hæreſes in Oriente Honorius Papa oculis intentus erat, converſus etiam ad Eccleſiam Occidentalem, extremo loco in Britannia inſula poſitos Anglos paſtorali cura reſpexit. Hoc enim anno, cum ab Eduino in Anglia Rege legatio Romam miſſa eſſet, qua peteret mitti pallia tum Paulino tum etiam Honorio Epiſcopis, ipſe Pontifex petitis annuens, ad Eduinum Regem litteras reddit exhortatorias, ſimulque ad Paulinum Epiſcopum atque ad Honorium pallium miſit. Sed de Paulino primum ſic Beda (*c*): *Quo tempore præſulatum ſedis Apoſtolicæ Honorius Bonifacii ſucceſſor habebat: qui ubi gentem Nordhumbrorum cum ſuo Rege ad fidem confeſſionemque Chriſti, Paulino evangeli-*

Honorius mittit pallium ad Paulinum & Honorium.

(*c*) Bed. hiſt. Angl. l.2. c.17.

PAGIUS gligendo confoverit, ut inquit Auctor Anonymus Hiſtoriæ Monothelitarum Scrutinio 8. qui tamen Scrutinio quinto vindicat a quacumque hæreſeos ſuſpicione Honorianam Epiſtolam, quæ legitur damnata in VI. Synodo Act. XII. nec non fragmenta alterius, quæ pariter afferuntur Act. XIII. ejuſdem Synodi, oſtenditque *Honorii* doctrinam Catholicam eſſe, longeque alienam a Monotheliticis deliramentis, hoc eſt, ut loquitur Sanctus Maximus in Epiſtola ad Marinum, *Honorium Romanum Papam non diſſiteri naturaliter in Chriſto voluntatum dualitatem, ſed hanc potius conſtabilire*. Is enim offenſionis & ſcandali lapis eſt, in quem impingunt quotidie una cum hæreticis haud ignobiles Catholici; cum tamen nunquam *Honorius* Monothelitis conſenſerit; ſed tantum hæreſeos fotæ, & inconſultæ diſſimulationis reus fuerit.

XX. A num. LVII. ad LXVII. Beda lib. 2. cap. 17. refert literas Honorii Papæ ad *Eduinum* Northumbriæ Regem ſcriptas, quibus hunc hortatur, ut in fide veritatis quam accepit, ſemper perſiſtat, ſignificatque ſe *duo Pallia utrorumque Metropolitanorum, ideſt, Honorio & Paulino* direxiſſe. Erat Honorius Metropolita Cantuarienſis, Paulinus Eboracenſis; dataque ea Epiſtola ſine die & ſine anno. Suberat Cantuaria *Eadbaldo* Cantii Regi, ſed *Ethelburga* piiſſima Eduini uxor, & e Cantio profecta, pro patria agebat. Tum Beda cap. 18. de Juſto Cantuariæ Archiep. ait: *Hac inter Juſtus Archiepiſcopus ad Cæleſtia Regna ſublatus eſt, quarto Iduum Novembrium die & Honorius pro illo eſt in Præſulatum electus*. Refert poſtea eodem capite Beda alias literas Honorii Papæ ad Honorium Dorovernenſem ſeu Cantuarienſem Epiſcopum in quibus ait ſe eidem Pallium mittere, *tam juxta veſtram petitionem*, inquit, quam *filiorum noſtrorum Regum* Eduini ſc. & Eadbaldi. Obſervat autem Beda, in his literis decreviſſe Pontificem Romanum, *quod in Epiſtola ad Eduinum Regem miſſa decreverat*. Quare cum in priori Epiſtola ad Eduinum data ſcribat Honorius Papa, ſe duo Pallia direxiſſe, ſecunda ad Honorium Epiſcopum Cantuarienſem eodem tempore in Angliam miſſa. Poſterioris huius Epi-

*Honorius PP. ad Eduinum Regem & ad Honorium Epiſ. Cantuarienſem ſcribit.*

*lizante, converſam eſſe didicit, miſit eidem Paulino Pallium: miſit & Regi Eduino litteras exhortatorias, paterna illum charitate accendens, ut in fide veritatis, quam acceperant, perſiſtere ſemper ac proficere curarent: quarum videlicet litterarum iſte eſt ordo:*

*Domino excellentiſſimo atque præcellentiſſimo filio Eduino Regi Anglorum, Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ſalutem.*

LVIII. Epiſt. Honorii Pap. ad Eduinum Regem. *Ita Chriſtianitatis veſtræ integritas circa Conditoris ſui cultum fidei eſt ardore ſuccenſa, ut longe lateque reſplendeat, & in omni mundo annunciata veſtri operis multipliciter referat fructum. Sic enim vos Reges eſſe cognoſcitis, dum Regem & Creatorem veſtrum Orthodoxa prædicatione edocti, Deum venerando colitis, eique (quod humana valet conditio) mentis veſtræ ſinceram devotionem exolvitis. Quid Deo noſtro aliud offerre valebimus, niſi ut in bonis actibus perſiſtentes ipſumque auctorem humani generis confitentes, eum colere, eique vota noſtra reddere feſtinemus? Et ideo, excellentiſſime fili, paterna vos charitate, qua convenit, exhortamur, ut hoc quod vos divina miſericordia ad ſuam gratiam vocare dignata eſt, ſolicita intentione & aſſiduis orationibus ſervare omnimodo feſtinetis: ut qui vos in præſenti ſæculo ex omni errore abſolutos ad agnitionem ſui nominis eſt dignatus perducere, cæleſtis patriæ vobis præparet, manſionem.*

*Prædicatoris igitur veſtri domini mei Apoſtolicæ memoriæ Gregorii lectione frequenter occupati, præ oculis affectum doctrinæ ipſius, quem pro veſtris animabus libenter exercuit, habetote: quatenus ejus oratio & regnum veſtrum populumque augeat, & vos omnipotenti Deo irreprehenſibiles repræſentet. Ea vero quæ a nobis pro veſtris ſacerdotibus ordinanda ſperaſtis, hæc pro fidei veſtræ ſinceritate, quæ nobis multimoda relatione per præſentium portitores laudabiliter inſinuata eſt, gratuito animo attribuere illis ſine ulla dilatione prævidemus. Et duo pallia utrorumque Metropolitanorum, id eſt, Honorio & Paulino direximus; ut dum quis eorum de hoc ſæculo ad auctorem ſuum fuerit accerſitus, in loco ipſius alterum Epiſcopum ex hac noſtra auctoritate debeat ſubrogare. Quod quidem tam pro veſtræ charitatis affectu, quam pro tantarum provinciarum ſpatio, quæ inter nos & vos eſſe noſcuntur, ſumus invitati concedere, ut in in omnibus devotioni veſtræ noſtrum concurſum & juxta veſtra deſideria præberemus. Incolumen excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.* Hucuſque ad Regem Eduinum Honorius.

Porro etſi anno & die, quo data eſt epiſtola careat; ex alia tamen epiſtola eodem tempore ab ipſo Pontifice ſcripta ad Honorium Epiſcopum Dorovernienſem Juſti ſucceſſorem, cum petitum a Rege pallium ad eum mittit, hoc anno datam eſſe, certiſſimum redditur. Succeſſerat namque Honorius Juſto, de quo iſta aſſerit Beda (*b*): *Inter hæc Juſtus Archiepiſcopus ad cæleſtia regna ſublatus eſt quarto Iduum Novembrium die, & Honorius pro illo eſt in præſulatum electus qui ordinandus venit ad Paulinum, & occurrente ſibi illo in Lindocolino, quintus ab Auguſtino Dorovernienſis Eccleſiæ conſecratus eſt Antiſtes: cui etiam præfatus Papa Honorius miſit pallium & litteras, in quibus decrevit hoc ipſum, quod in epiſtola ad Eduinum Regem miſſa*

LIX. Juſto ſubrogatus Honorius.

(*b*) *Bed. l.* 2. *c.* 18.

PAGIUS Epiſtolæ hæc ſubſcriptio eſt in editione Saxonica: *Data die tertia Idus Junias, imperantibus Dominis noſtris piiſſimis Auguſtis Heraclio anno viceſimo quarto, Proconſulatus ejuſdem anno viceſimo tertio, & Conſulatus ejus anno tertio; ſed & Heraclio feliciſſimo Cæſare, ideſt, filio ejus, anno tertio, Indictione ſeptima, ideſt, anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo triceſimo quarto.*

XXI. *Sed anno tantum ſequenti.* Ibi tamen hæc ſubſcriptio, ſicuti & in aliis Codicibus Bedæ, tam impreſſis, quam manuſcriptis, mendoſe deſcripta; licet ex illis inter ſe collatis certo deducatur, hanc ultimam Epiſtolam anno ſequenti datam. Editio qua uſus eſt Baronius, habet: *Indictione ſeptima, ideſt, anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo triceſimo tertio;* & quia Indictio VII. & is annus Incarnationis inter ſe non conveniunt, Baronius in margine reponit *Indictionem ſextam*, ut videre eſt num. LX. Mabillonius in lib. 5. de Re Diplomatica pag. 140. ait, Codicem MS. Germanenſem habere, *Heraclio anno XXIV. Patric. ejuſdem anno XXIII. atque Conſtantino filio ipſius anno XXIII. & conſulatus ejus anno III.* &c. Ubi hæc verba, *atque Conſtantino filio ipſius anno XXIII.* deſunt in editione Saxonica, & ubi hic legitur *Patric.* ideſt, *Patriciatus*, in editione Saxonica habetur *Proconſulatus*. In Codice Colbertino num. 679. dicitur: *Heraclio anno XXXIV. Pontificatus ejuſdem anno XXIII. atque Conſtantino filio ipſius anno XXIII. & Conſulatus ejus anno tertio*, &c. *Indictione VIII.* Idem habet Codex Colbertinus num. 2750. Alius Codex Colbertinus numero 112. habet, *Indictione VII.* Denique Huntindonius legit: *Indictione ſeptima, anno Dominicæ Incarnationis DCXXXIV.* Chiffletius in Notis ad illum Bedæ locum, recte obſervat ſiglas P. C. perperam reddi *Proconſulatus;* cum nihil aliud ſonant quam *poſt Conſulatum*, & totum locum ſic recte reſtituit, *Heraclio anno viceſimo quarto poſt Conſulatum ejuſdem anno XXIII. atque Conſtantino filio ipſius anno XXII. ac Conſulatus ejus anno XVII. ſed & Heraclio feliciſſimo Cæſare item filio ejus anno III. Indict. VII. ideſt, anno Dominicæ Incarnat. DCXXXIV.* Verum perperam addit Chiffletius, novum forte Conſulatus exordium Conſtantino fuiſſe, quando illi natus eſt Heraclius filius, *quod inquit, a Græcorum nemine adnotatum reperio:* Nam illud adnotatum reperire non potuit, cum Conſula-

tus



*ſa decreverat: ſcilicet ut cum Dorovernienſis vel Eboracenſis Antiſtes de hac vita tranſierit, is qui ſupereſt, conſors ejuſdem gradus habeat poteſtatem alterum ordinandi in loco ejus qui tranſierat ſacerdotem, ne ſit neceſſe ad Romanam uſque civitatem per tam prolixa terrarum & maris ſpatia pro ordinando Archiepiſcopo ſemper fatigari. Quarum etiam textum litterarum in noſtra hac hiſtoria ponere, commodum duximus.* Sic enim ſe habent (*a*):

(*a*) *Bed. ib.*

*Dilectiſſimo fratri Honorio*
*Honorius.*

LX. Honorii Pap. epiſt. ad Honor. Epiſc. Dorover. *Inter plurima quæ Redemptoris noſtri miſericordia ſuis famulis dignatur bonorum munera prærogare, illud etiam clementer collata ſuæ pietatis munificentia tribuit, quotiens per fraternos affatus unanimem dilectionem quadam contemplatione alternis aſpectibus repræſentat: pro quibus majeſtati ejus gratias indeſinenter exolvimus, eumque votis ſupplicibus exoramus, ut veſtram dilectionem in prædicatione Evangelii elaborantem & fructificantem, ſectantemque magiſtri veſtri & capitis ſui S. Gregorii regulam, perpeti ſtabilitate confirmet, & ad augmentum Eccleſiæ ſuæ potiora per vos ſuſcitet incrementa: ut fide & opere in timore Dei & charitate, veſtra acquiſitio, deceſſorumque veſtrorum, quæ per domini Gregorii exordium pullulat, convaleſcendo amplius extendatur: ut ipſa vos Dominici eloquii promiſſa in futuro reſpiciant, voſque vox iſta ad æternam feſtivitatem evocet: Venite (b) ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et iterum: Euge (c) ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui.*

(*b*) *Matt.* 25.

(*c*) *Ibid.*

*Et nos quidem, fratres cariſſimi, hæc vobis pro æterna charitate exhortationis verba præmittentes, quæ rurſus pro Eccleſiarum veſtrarum privilegiis congruere poſſe conſpicimus, non deſiſtimus impartire. Et tam juxta veſtram petitionem, quam filiorum noſtrorum Regum, vobis præſenti noſtra præceptione vice beati Petri Apoſtolorum principis auctoritatem tribuimus, ut quando unum ex vobis divina ad ſe juſſerit gratia vocari, is qui ſuperſtes fuerit, alterum in loco defuncti debeat Epiſcopum ordinare. Pro qua etiam re ſingula veſtræ dilectioni pallia pro eadem ordinatione celebranda direximus, ut per noſtræ præceptionis auctoritatem poſſitis Deo placitam ordinationem efficere: quia ut hæc vobis concederemus, longa terrarum mariſque intervalla, quæ inter nos ac vos obſiſtunt, ad hæc nos condeſcendere coegerunt: ut nulla poſſit Eccleſiarum veſtrarum jactura per cujuſlibet occaſionis obtentum quoquo modo pervenire, ſed potius commiſſi vobis populi devotionem plenius propagare. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime frater. Data die tertia Idus Junias, imperantibus dominis noſtris piiſſimis Auguſtis, Heraclio,*

PAGIUS tus perpetui, qualis fuit novi Conſtantini, nunquam iterarentur, ut in Diſſert. Hypatica demonſtravi. Præterea valde fallitur, dum exiſtimat, *Heraclium* Cæſarem filium fuiſſe *Conſtantini*, ſeu *Heraclii Junioris*. Ut enim infra demonſtrabimus, filius erat Heraclii Senioris, quem is Imperii ſucceſſorem cum Conſtantino fratre teſtamento dixit. [1]

XXII. Utraque itaque *Honorii* Papæ Epiſtola anno tantum ſequenti data, idque menſe Junio, cum nondum *Eduini* Regis mors Romæ nunciata fuiſſet, Beda enim cap. 20. teſtatur, Eduinum *cum decem & ſeptem annis genti Anglorum ſimul & Britonum, glorioſiſſime præeſſet, è quibus ſex etiam ipſe Chriſti regno militavit*, rebellaſſe adverſus eum *Ceduallum*, Regem Britonum, & *conſerto gravi prælio* occiſum eſſe Eduinum, *die quarto Iduum Octobris anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo triceſimo tertio*, eoque tempore maximam factam eſſe ſtragem *in Eccleſia vel gente Nordanhymbrorum*. Ex quibus liquet, mortem *Eduini* a præſenti anno removeri non poſſe; eumque anno DCXVII. Regnum iniiſſe; Baptiſmum enim ſuſceperat anno Incarnationis DCXXVII. & anno Regni ſui undecimo, ut diſerte Beda habet lib. 2. cap. 14. Quare annos

*Juſtus Ep. Cantuariæ anno ſuperiori, hoc vero Eduinus Rex obiit.*

NOTÆ [1] SI quæ mea eſt ſententiam audacter effari liceat, ſuſpicor literas haſce Honorii hoc potius anno 633. quam ſequenti datas fuiſſe. Id autem mihi perſuadet, primo, annus idem 633. in ſubſcriptione poſterioris Epiſtolæ in Codicibus nonnullis expreſſus. Secundo alterutra ex illis data eſt ad Eduinum Regem, quem hoc anno 633. IV. Id. Octobris necatum fuiſſe Pagius hic ex Beda docet. Vix autem credo (quæ Pagii evaſio eſt) obitum Regis interfecti eo anno, menſe & die ignoratum fuiſſe Romæ octo ſolidis menſibus, ab Octobri ſcilicet uſque ad Junium ſequentis anni, quod tamen admitti oporteret, ut anno 634. Idibus Junii literæ ad Eduinum darentur. Neque inſuper ullam veri ſpeciem habet Honorium literis ab Eduino acceptis ante ejus obitum, ideſt ante Octobrim anni 633. nonniſi poſt octo evolutos menſes reſpondiſſe. Ad hæc, idem Honorius in ipſa ad Regem Epiſtola affirmat ſe, vix ab eo requiſitum de palliis mittendis, actutum *ſine ulla dilatione* paruiſſe, pallia mittendo per eoſdem ipſos regiarum literarum delatores. His ergo ſtantibus vix credo aliam literis hiſce ſedem conſtitui poſſe, quam anno 633. qua Chronologia ſic reſtituta omnia plana ſunt; nam Eduinus eodem quo obiit anno literas ad Honorium miſit, quibus Honorius *ſine ulla dilatione* III. Id. Junias reſpondit. Tum Eduinus IV. Id. Octob. ejuſdem anni deceſſit, ut egregie probat Pagius hic. MANSI

*clio, anno vigeſimoquarto, Proconſulatus ejuſdem anno vigeſimotertio, & Conſulatus ejus anno tertio: ſed & Heraclio feliciſſimo Cæſare, id eſt, filio ejus, anno tertio,* 
* ſexta
*Indictione ſeptima *, id eſt, anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo trigeſimotertio.* Sed quæ hæc gravia hoc eodem anno ſecuta ſint mala occulto Dei judicio illata, videamus. Refert eadem Beda his verbis (*a*):

(a) Bed. l. 2. cap. 20.

LXI. De nece Eduini Reg.

*At vero Eduinus cum decem & ſeptem annis genti Anglorum ſimul & Britonum glorioſiſſime præeſſet, e quibus etiam Rex ipſe (ut diximus) Chriſti regno militavit, rebellavit adverſus eum Carduella Rex Britonum, auxilium præbente illi Penda, viro ſtrenuiſſimo de regio genere Merciorum, qui & ipſe ex eo tempore gentis ejuſdem regno annis viginti & duobus varia ſorte præfuit. Et conſerto gravi prælio in campo qui vocatur Hethfelt, occiſus eſt Eduinus die quarta Iduum Octobris, anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo trigeſimotertio, cum eſſet annorum quadraginta & ſeptem: ejuſque totus vel interemptus, vel diſperſus eſt exercitus. In quo etiam bello ante illum unus filius ejus Offrid, juvenis bellicoſus, cecidit; alter Edfrid, neceſſitate cogente, ad Pendam Regem transfugit, & ab eo poſtmodum, regnante Oſualdo, contra fidem jurisjurandi peremptus eſt.*

LXII. Britones invaleſcunt adverſus Anglos.

*Quo tempore maxima eſt facta ſtrages in Eccleſia vel gente Nordhumbrorum, maxime quod unus ex ducibus (a quibus acta eſt) Paganus, alter quia barbarus erat Pagano ſævior. Siquidem Penda cum omni Merciorum gente idolis deditus, & Chriſtiani erat nominis ignarus. At vero Carduella quamvis nomen & profeſſionem haberet Chriſtiani, adeo tamen erat animo ac moribus barbarus, ut nec ſexui quidem muliebri, vel innocuæ parvulorum parceret ætati, quin univerſos atrocitate ferina morti per tormenta contraderet; multo tempore totas eorum provincias debacchando pervagatus, ac totum genus Anglorum Britanniæ finibus eraſurum ſe eſſe deliberans: ſed nec religioni Chriſtianæ, quæ apud eos exorta erat, aliquid impendebat honoris: quippe cum uſque hodie moris ſit Britonum, fidem religionemque Anglorum pro nihilo habere, neque in aliqua eis magis communicare, quam Paganis.* Iſta exardeſcens odium adverſus gentem peregrinam, quæ Britannorum invaſiſſet ſedes, ſuadebat: quin etiam eos redditos Chriſtianos ipſi Chriſtiani execrabantur, cum (ut idem auctor eſt Beda) inviderent illis Chriſtianam quam ſuſcepiſſent fidem, ob idque inviſo quoque animo in eos eſſent, qui illis Evangelium prædicarant. Sed pergit Beda funera recenſere & diſperſionem regiæ prolis:

LXIII. Caput Eduini honorifice ſepultum.

*Allatum eſt autem caput Eduini Regis Eboracum, & illatum poſtea in eccleſiam B. Petri Apoſtoli, quam ipſe cœpit, ſed ſucceſſor ejus Oſvualdus perfecit, ut ſupra docuimus: poſitum eſt autem in porticu ſancti Papæ Gregorii, a cujus ipſe diſcipulis verbum vitæ ſuſceperat. Turbatis itaque rebus Nordhumbrorum hujus articulo cladis, cum nihil alicubi præſidii niſi in fuga eſſe videretur: Paulinus aſſumpta ſecum Edelburga Regina, quam pridem adduxerat, rediit Cantium navigio, atque ab Honorio Archiepiſcopo & Rege Eadbaldo multum honorifice ſuſceptus eſt. Venit autem illuc duce Baſſo, milite Regis Eduini fortiſſimo, habens ſe-*

PAGIUS nos ſex Chriſto militavit. Cumque ante obitum ſuum duo Pallia, alterum pro *Honorio* Cantuarienſi, alterum pro *Paulino* Eboracenſi Metropolitanis, ab Honorio Papa poſtularit, & *Juſtus* Honorii deceſſor die decima menſis Novembris obierit, ut ex Beda num. ſuperiori oſtendimus, manifeſtum eſt, *Juſti* mortem contigiſſe die X. menſis Novembri anni Chriſti ſuperioris, & *Bedam* Epiſtolam *Honorii* Papæ ad Eduinum Regem, in qua mentionem facit *Honorii* Cantuarienſis Epiſcopi *Juſti* ſucceſſoris male recitaſſe, antequam de morte *Juſti* ſermonem haberet. Colitur *Juſtus* in Martyrologio Anglicano die X. Novembris, quo e vita migravit. Gotſelinus Monachus in Vita Sancti Auguſtini Epiſcopi Cantuarienſis cap. 5. num. ult. ejus encomium habet, ſicuti & in Hiſtoria Tranſlationis ejuſdem Auguſtini lib. 1. cap. 2. num. 21. & cap. 4. num. 26. ut videre eſt in Actis Sanctorum Bollandianis ad diem XXVI. menſis Maii, ubi in Notis *Juſtus* perperam dicitur mortuus anno inſequenti. Sed cum *Eduinus* menſe Octobri hujus anni demortuus Pallium pro Honorio ejus ſucceſſore a Romano Pontifice petierit, nullum dubium eſſe poteſt, quin *Juſtus* menſe Novembri anni ſuperioris vivere deſierit.

XXIII. *Ethelburgæ Reginæ ſanctus obitus.*

*Eduinus* eximie pro Eccleſia laboravit, ſed cum *Penda* Merciorum Rex Gentilis iniquis oculis ejus gloriam contemplaretur, *Cedvualla* Britonum Regi nihil aliud Chriſtiani hominis præter nomen habenti junctus illum prælio ſuperavit, & quoniam contra Barbaros pugnans fidem defendit, locum habet in Anglorum Martyrologio ad diem IV. Decembris. *Ethelburga* marito Rege mortuo, & hoſte Northumbriam infeſtante, in Cantium ſuum, ubi *Eadbaldus* Rex frater regnabat, remeavit, *Paulino* comite, ut videre eſt apud Baronium ex Beda lib. 2. cap. 20. qui & in Epitome Paulini in Cantiam reditum hoc anno conſignat. *Eadbaldus* Rex, ubi accepit ſororem in Monaſterio vivere velle *Liminga Monaſterium ædificavit*, ut ſcribit Gotſelinus Monachus in Vita Sanctæ Wereburgæ Virginis, filiæ Regis Merciorum, apud Bolllandum ad diem III. menſis Februarii: qui notat *Lyming* juxta Cambdenum non procul fuiſſe a mari, & portu Dubrenſi. Inſcribitur Martyrologio Anglicano *Ethelburga* Regina ad diem X. Septembris, ibique dicitur Mater multarum Virginum atque viduarum, & demortua anno DCXLVII.

XXIV. Interfecto *Eduino* Northumbria in duas Provincias diviſa eſt, *Oſricus* Provinciam ſeu Regnum



*ſecum Heanfredam filiam, & Vulcfream filium Eduini, necnon & Iffi filium Oſfridi filii ejus, quos poſtea mater metu Edboldi & Oſuvaldi Regum miſit in Galliam nutriendos Regi Dagoberto: ibique ambo in infantia defuncti, & juxta honorem vel regiis pueris vel innocentibus Chriſti congruum in eccleſia ſepulti ſunt. Attulit quoque ſecum Paulinus ſcilicet vaſa pretioſa Eduini Regis perplura, in quibus & Crucem magnam auream & calicem aureum conſecratum ad miniſterium altaris, quæ hactenus in eccleſia Cantii conſervata monſtrantur.*

LXIV. Romanus legatus Epiſc. mergitur. * legatarius.

*Quo in tempore Rhofenſis Eccleſia paſtorem minime habebat, eo quod Romanus Præſul illius ad Honorium Papam a Juſto Archiepiſcopo legatus * miſſus, abſorptus fuerat fluctibus Italici maris, ac per hoc curam illius præfatus Paulinus invitatione Honorii Antiſtitis & Eadbaldi Regis ſuſcepit, ac tenuit, uſquedum & ipſe ſuo tempore ad cæleſtia regna cum glorioſi fructu laboris aſcendit: in qua eccleſia, moriens, pallium quoque, quod a Romano Papa acceperat, reliquit. Reliquerat autem in eccleſia ſua Eboraci Jacobum diaconum, virum utique Eccleſiaſticum & ſanctum, qui multo ex hinc tempore in eccleſia manens, magnas antiquo hoſti prædas docendo & baptizando eripuit: cujus nomine vicus in quo maxime ſolebat habitare, juxta Cataractam, uſque hodie cognominatur. Qui quoniam cantandi in eccleſia erat peritiſſimus, recuperata poſtmodum pace, in provincia creſcente numero fidelium, etiam magiſter Eccleſiaſticæ cantionis juxta morem Romanorum ſeu Cantuariorum multis cœpit exiſtere. Et ipſe ſenex & plenus dierum (juxta ſcripturas) patrum viam ſecutus eſt.* Hucuſque Beda.

LXV. Eduini ſucceſſores impii.

Sed quid accidit? Ob tantam illatam cladem ſcandalum paſſi ſucceſſores Reges; qui ejuſdem Eduini regna ſuſcepere, cum Chriſtiani eſſent ſanctum ejuravere baptiſmum, & redditi ſunt Gentiles, idolorum cultum in ſuis populis revocantes. Sed quam citiſſime dederint pœnas, accipe ex eodem auctore Beda, qui ſic narrat (*a*): *Interfecto*, inquit, *in pugna Eduino, ſuſcepit pro illo regnum Deirorum (de qua provincia ille generis proſapiam & primordia regni habuerat) filius patrui ejus Elfrici, vocabulo Oſrichus, qui ad prædicationem Paulini fidei erat ſacramentis imbutus. Porro regnum Berniciorum (nam in has duas provincias gens Nordumbrorum antiquitus diviſa erat) ſuſcepit filius Edelfridi, qui de illa provincia generis & regni originem duxerat, nomine Eanfridus. Siquidem tempore toto quo regnavit Eduinus, filii præfati Regis Edelfridi qui anteeum regnaverat, cum magna nobilium juventute apud Scotos ſive Pictos exulabant: ibique ad doctrinam Scotorum catechizati, & baptiſmatis gratia ſunt recreati. Qui ut mortuo Rege inimico in patriam ſunt redire permiſſi; accepit primus eorum, quem diximus, Oſrichus regnum Deirorum; ſecundus vero Eanfridus regnum Berniciorum. Uterque autem ut terreni regni inſulas ſortitus eſt, ita ſacramenta regni cœleſtis, quibus initiatus erat, anathematizando perdidit, ac ſe priſcis idololatriæ ſordibus polluendum perdendumque reſtituit.*

(a) Bed. hiſt. Angl. l. 5. c. 1.

LXVI. * Cedualla. Reges Apoſtatæ male pereunt.

*Nec mora, utrumque Rex Britonum Carduella * impia manu, ſed juſta ultione peremit. Et primo quidem proxima æſtate Oſrichum, dum ſe in oppidi municipio temerarie obſediſſet, erumpens ſubito cum ſuis omnibus imparatum cum toto exercitu delevit. Deinde cum anno integro provincias Nordhumbrorum non ut Rex victor poſſideret, ſed quaſi tyrannus ſæviens diſperderet, ac tragica cæde dilaceraret, Eanfridum inconſulte ad ſe cum duodecim electis militibus poſtulandæ pacis gratia venientem, ſimili ſorte damnavit. Infauſtus ille annus & omnibus bonis exoſus uſque hodie permanet tam propter apoſtaſiam Regum Anglorum cum fidei ſacra-*



PAGIUS *Poſt Eduini mortem Northumbria in duo Regna diviſa.*

gnum *Deirorum*, *Eanfridus* vero Regnum ſeu Provinciam *Berniciorum* accepit. Sed cum uterque Rex priſcis ſe ſe Idololatriæ ſordibus polluiſſet, utrumque *Cedvalla* Britonum Rex *impia manu, ſed juſta ultione peremit. Et primo quidem proxima æſtate Oſricum* profligavit inquit Beda lib. 3. cap. 1. *Deinde cum anno integro Provincias Nordanhymbrorum* tragica cæde dilaceraret, *Eanfridum* occidit. Quare *Oſricus* æſtate anni ſequentis, & *Eanfridus* poſt diem XII. Octobris ejuſdem anni DCXXXIV. quo annum primum Regni ſui abſolvit, interfecti ſunt. Et tamen utriuſque interitum hoc anno Baronius num. LXV. & ſeq. recitat. Porro Provincia *Deirorum* Meridionalis erat Provincia *Berniciorum* Septentrionalis, ut liquet ex Beda lib. 3 cap. 14.

XXV. His narratis ſubdit Beda: *Turbatis itaque rebus Nordanhymbrorum hujus articulo cladis, cum nihil alicubi præſidii, niſi in fuga eſſe videretur, Paulinus aſſumta ſecum Edelbelge Regina, quam pridem adduxerat, rediit Cantiam navigio, atque ab Honorio Archiepiſcopo, & Rege Eadbaldo multum honorifice ſuſceptus eſt*, &c. *Quo in tempore Rhofenſis Eccleſia Paſtorem minime habebat, eo quod Romanus Præſul illius ad Honorium Papam a Juſto Archiepiſcopo Legatarius miſſus, abſorptus fuerat fluctibus Italici maris; ac per hoc curam illius præfatus Paulinus, invitatione Honorii Antiſtitis, & Eadbaldi Regis ſuſcepit, ac tenuit, uſque dum & ipſe ſuo tempore ad cæleſtia Regna cum glorioſi fructu laboris aſcendit. In qua Eccleſia moriens, Pallium quoque, quod a Romano Papa acceperat, reliquit.* Ab eo tempore *Eboracum* paruit Epiſcopis Lindisfarnenſibus uſque ad Sanctum *Vuilfridum* ſeniorem, qui anno DCLXIV. dictus eſt Epiſcopus Eboracenſis, cujus etiam Succeſſores uſque ad *Egbertum*, annumque DCCXXXV. Epiſcopi tantum fuere, ipſe-

*Paulini ſucceſſores uſque ad Ecgfridum Epiſcopi tantum fuere.*

*cramentis ſe exuerant, quam propter veſanam Britonici Regis tyrannidem. Unde cunctis placuit Regum tempora computantibus, ut ablata de medio Regum perfidorum memoria, idem annus ſequentis Regis, id eſt, Oſuvaldi viri Deo dilecti regno aſſignaretur.* Sed de Oſuvaldo ſuo loco dicturi ſumus. Jam vero quæ anni hujus reliqua ſunt Honorii Romani Pontificis proſequamur.

LXVII. Honorius corrigit Scotos. Invigilans ipſe quibus præerat univerſis totius orbis Eccleſiis, cum didiciſſet Scotos Chriſtianos antiquos licet, & Evangelicæ vitæ cultores eximios habere nonnulla quæ correctione digna eſſent, nimirum quod Paſcha Domini celebrarent non eo die quo univerſa Eccleſia celebrare conſuevit: de hujuſmodi ſive aliis corrigendis erroribus litteras ad eos dedit. At nihil ſuis litteris profeciſſe Honorium Papam, ex eo perſpicue poſſumus intelligere, quod ejus ſucceſſoribus Romanis Pontificibus in iiſdem non modicum fuit inſudandum. De Honorii litteris hoc anno ad Scotos datis hæc habet Beda (a): *Miſit idem Papa Honorius litteras etiam genti Scotorum* (quando ſcilicet ad Archiepiſcopos Paulinum & Honorium cum palliis litteras dedit) *quos in obſervatione ſancti Paſchæ errare compererat juxta quod ſupra docuimus, ſolerter exhortans, ne paucitatem ſuam in extremis terræ finibus conſtitutam ſapientiorem antiquis ſive modernis quæ per orbem terræ erant, Chriſti Eccleſiis æſtimarent, neve contra Paſchales computos & decreta Synodalium totius orbis Pontificum aliud Paſcha celebrarent.* Hæc de Honorio Beda, qui de ſucceſſoribus ejus in id ipſum incumbentibus dicere pergit, ſed de iis ſuo loco dicendum.

(a) Beda hiſt. Angl. l.2. c.19.

LXVIII. Conc. Tol. quartum. Hoc eodem anno, qui numeratur tertius Siſenandi Regis monarchiam Hiſpaniæ obtinentis, celeberrima Synodus Toletana, quarta dicta, celebrata eſt, eademque generalis a Patribus qui interfuerunt appellata, Æra nimirum ſexcenteſima ſeptuageſimaprima, ut ex veteribus ſcriptis codicibus qui illuſtravit Eccleſiaſticas Hiſpaniæ antiquitates Garſias Loaiſa teſtatur. Interfuerunt Epiſcopi numero ſeptuaginta tam ex Hiſpania, quam Gallia Narbonenſi, quæ parebat Hiſpaniarum Regi, Toletum vocati: quibus præfuit ſanctus Iſidorus Spalenſis Epiſcopus, primus ordine recenſitus, & in ſubſcriptionibus Epiſcoporum cæ-

PAGIUS

ipſeque *Ecgbertus* primus poſt Paulinum Archiepiſcopus Eboracenſis dictus eſt, ut an. DCCXXXI. oſtendemus.

XXVI. *Error de Paſchate in Britannia exoritur.* Ad num. LXVII. Cum Beda, poſtquam locutus eſt de duabus Epiſtolis ab Honorio Papa, altera ad Eduinum Regem, altera ad Honorium Cantuarienſem Epiſcopum datis cap. 19. inſequenti ſcribat: *Miſit idem Papa Honorius literas etiam genti Scotorum ſolerter exhortans ne contra Paſchales computos & Decreta Synodalium totius Orbis Pontificum, aliud Paſcha celebrarent*, eæ ad Scotos literæ anno ſequenti, quemadmodum duæ laudatæ, datæ ſunt, eidemque latori conſignatæ. Hermannus Contractus in Chronico ad annum DCXXX. habet: *His temporibus hæreſis de Paſcha, & Pelagiana Britanniam turbat.* Beda vero lib. de ſex ætatibus, narrata Eduini Regis pietate & imperio: *Eo tempore*, inquit, *exortum apud Scotos, de obſervatione Paſchæ errorem. Quartadecimanorum Honorius Papa, per Epiſtolam redarguit: ſed & Joannes*, &c. Quæ controverſia tunc exorta cauſam dedit ſcriptioni Epiſtolæ anno ſequenti ab Honorio Papa ad Scotos miſſæ. Hunc errorem Beda *Quartadecimanorum* appellat, non quod Scoti, aut Hiberni Judæorum more ſemper Paſcha celebraverint, ſed quod Dominica aliquando in XIV. Lunam cadente, non expectaverint ſequentem, uti Nicæni Patres ſanciverant. Dicitur hic error anno DCXXX. exortus, licet *Columba*, aut certe diſcipuli ejus jampridem ita Paſcha celebraverint; quia *Scoti* de errore & perverſa conſuetudine moniti, collegerunt eo anno Synodum, ibique alienum ritum ſtabiliviſſe putantur. Agunt de ea Synodo Uſſerius in Antiquit. Britann. Eccleſ. pag. 482. & ſeqq. & Alfordus in Annal. Eccleſiæ Anglo-Saxonicæ anno DCXXX. num. III. & ſeqq. narrantque ex Vita Sancti Fintani, *Munnu* etiam dicti, convocandæ Synodi cauſam fuiſſe *Laſreanum Abbatem*, qui novum ordinem defendebat, & nuper Roma venerat, ac Romanum ritum Sanctiorem probaverat. Inde etiam in ipſa Hibernia diſputari cœptum, quid ſequendum eſſet. Synodi locus in campo Leniæ, unde *Lenienſis Synodus* appellata. Ex hac Synodo *conſentientes omnes juxta ſententiam Viri Sancti, ad propria tum gaudia reverſi ſunt*, inquit Auctor Vitæ Sancti Fintani.

XXVII. *Anno DCXXXI. Britanni Paſcha alio die quam Romani celebrarunt.* Veroſimile eſt, conſenſum illum in veterem ordinem fuiſſe juxta ſententiam Sancti *Fintani*. Nam anno DCXXXI. Hiberni, Scotique in Britannia Paſcha celebrarunt a Romano more differenter, ut bene obſervavit Uſſerius ibidem. Scoti ſcilicet anno DCXXXI. die XXI. Aprilis; Romani vero die XXIV. Martii. Sanctior tamen *Scotorum* pars Romanorum morem diligentius explorari voluit. Unde *Cummianus*, qui hoc tempore vivebat in Hibernia, in Epiſtola ad Segenium, meminit aliquorum in Urbem Legatorum, qui inde redeuntes retulerunt *per totum Orbem terrarum* Paſcha, an. DCXXXI. celebratum eſſe die XXIV. Martii. Porro Uſſerius pag. 934. de laudata Honorii Papæ Epiſtola loquens ait: *Quæ quidem monita*, (Honorii ſcilicet) *irrita non fuiſſe, partim ex Beda colligo, qui gentes Anglorum, quæ in Auſtralibus Hiberniæ inſulis morabantur, ad admonitionem Apoſtolicæ Sedis Antiſtitis, Paſcha Canonico ritu obſervare, didiciſſe narrat: partim ex Cummiano, qui eo ipſo tempore vixit: & in Epiſtola ad Segenium, Hyenſis Cœnobii Abbatem, de Alexandrinorum magno XXVIII. Enneadecateridum, ſive DXXXII. annorum Cyclo, in Hibernia primum admiſſo, ita ſcripſit*, & cætera apud Uſſerium legenda.

XXVIII. Ad num. LXVIII. & ſeqq. Concilii Toletani quarti titulus hic eſt apud Garſiam Loaiſam: *Præfatio. Geſta Synodalia in Toletana Urbe in Concilio LXII. Epiſcoporum Hiſpaniæ & Galliæ Pro-*



cæteris prælatus. Ex quibus dubitare minime liceat, fuiſſe idem Concilium ejuſdem Iſidori nobilem partum probe formatum, cæterorumque Epiſcoporum ſententiis exornatum; quod quidem ſeptuaginta quatuor capita continet de his quæ ad doctrinam Catholicam primum, deinde vero quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam & bonos mores ſpectant, docte pieque & nonniſi Spiritus ſancti illuſtratione ſancita.

LXIX. Sed illud perpetua memoria dignum, quod in præfatione ipſius Synodi ſanctiſſimi Patres docent, quantus eſſet in Rege maxime pio erga Dei ſacerdotes cultus & obſervantia: hæc enim ipſi præfando habent poſt alia: *Hic quippe Rex*,

Rex humi procumbit ante Sacerdotes. Siſenandus videlicet, *dum in baſilica beatiſſimæ & ſanctæ confeſſionis Leocadiæ omnium noſtrum pariter jam cœtus adeſſet, tali pro merito fidei ſuæ cum magnificentiſſimis viris ingreſſus, primum coram ſacerdotibus Dei humo proſtratus, cum la-*



*crymis & gemitibus pro ſe interveniendum Domino poſtulavit, deinde religioſa proſecutione Synodum exhortatus eſt, ut paternorum decretorum memores, ad conſervanda in nobis jura Eccleſiaſtica ſtudium præberemus, & illa corrigere, quæ dum per negligentiam in uſum venerunt, contra Eccleſiaſticos mores licentiam ſibi de uſurpatione fecerunt, &c.*

Quomodo autem poſt hæc primo loco a Patribus fidei Catholicæ profeſſio edita eſt, in qua Spiritum ſanctum a Patre Filioque procedere profeſſi ſunt (quod alias ſæpe prædeceſſores profeſſi fuerant) Acta declarant. Quod inſuper ad idem Concilium ſpectat, alibi ipſe Iſidorus hæc habet (a): *Addiderunt his quæ ad cultum divinum ſpectarent, ut unus ubique in provinciis omnibus ſacer ritus ſervaretur in cunctis miniſteriis Eccleſiaſticis.* LXX.

(a) Iſid. orig. l.7.

Quod ad hæc pertinet, fuit ſententia plurimorum, cui volens libenſque ſub-



ſcri-

PAGIUS

IV. *Concilium Toletanum.* *Provinciarum edita, anno III. regnante glorioſiſſimo Domino noſtro Principe Siſenando, die IX. Decembris Era DCLXXI.* Rodericus Toletanus, quem Acta hujus Concilii legiſſe dubitandum non videtur, ſcribit *Siſenandum* Era DCLXXIII. in Gothorum ſolio collocatum fuiſſe, annoque Regni ſui tertio, LXVIII. Galliæ & Hiſpaniæ apud Toletum Epiſcopos congregaſſe. Ita ille lib. 2. cap. 19. Præterea Vaſæus in Chronico habet tantum anno *Siſenandi* Regis tertio celebratum eſſe IV. Concilium Toletanum menſe Decembri; & tamen Loaiſa dicit ſe ſequi fidem Codicum MSS. eamque computationem amplecti Vaſæum, qui tamen nec Eram, nec diem menſis Decembris memorat [1]. Hoc itaque tantum hac in re certum, Concilium Toletanum IV. tertio *Siſenandi* Regis anno habitum eſſe. Fuit Concilium Nationale, a *Siſenando* Rege convocatum, ut Imperium magis confirmaret, eique Sanctus *Iſidorus* præfuit, & *Selva* Narbonenſis Metropolitanus ſubſcripſit.

XXIX. Exiſtimavit Baronius Miſſam *Mozarabum* hoc tempore inſtitutam fuiſſe Auctore Iſidoro Hiſpalenſi Metropolita. Cum enim Patres Canone II. per omnem Hiſpaniam & Galliciam (ſeu, ut aliqui Codices habent Galliam) unum & eundem modum ſervari in Miſſarum ſolemnitatibus, & in matutinis ac veſpertinis Officiis decreverint, ipſi *Iſidoro* hoc munus ex Baronii conjectura demandatum fuit, ut Eccleſiaſtica Officia componeret, quibus omnes Hiſpaniarum Eccleſiæ deinceps uterentur. Verum ex his, quæ obſervat Bona Cardinalis lib. 1. de Rebus Liturgicis cap. 11. num. 1. hæc conjectura parum certa oſtenditur. Nam in Miſſa Sancti Martini in Oratione *poſt nomina* hæc verba leguntur: *Hunc Virum quem ætatis noſtræ tempora protulerunt, jubeas auxilium noſtris ferre temporibus*: Martinus autem obiit anno CCCC. & primus ex Confeſſoribus paulo poſt mortem publico cultu cœpit honorari. Quare multo ante Iſidorum hæc Miſſa ſcripta fuit. Deinde ſi Iſidorus hujus Officii Auctor fuit, cur nec *Braulio* Cæſarauguſtanus, nec *Ildefonſus* Toletanus Iſidoro familiares, ille in Elogio ipſius Iſidori, hic in libro de Script. Eccleſiaſt. nullum Operis adeo excellentis mentionem faciunt? His accedit, quod Concilium IV. Toletanum aliquot hujus Officii ritus

*Quis fuerit Auctor Miſſæ Mozarabum.*

NOTÆ [1] Loaiſæ Codex aperte mendoſus eſt, vel certe Scriptor ille minus perite veterem Scripturam legit, nam lapſus eſt non ſemel. Primo igitur in Canonum collectione Hiſpanica cujus vetuſtiſſima exemplaria duo Baluzius conſuluit, leguntur interfuiſſe Concilio huic Epiſcopi ſexaginta ſex, cui Epiſcoporum numero conſonat Epiſtola Cæſarii Abbatis S. Cæciliæ in Monteſerrato. (quam ſcriptam coniicit Baluzius anno 972. circiter) Inſuper pro eo quod Loaiſa legit, *Nona Decembris*, in MSS. eſt *Nonas Decembris*. Vide Baluzium Miſcellan. t. 7. p. 61. poſtremam hanc e MSS. Codicibus correctionem eo libentior admitto, quod certum annum Concilii hujus detegit. Cum enim Concilia die Dominica indici mos ferret, & anno iſto 633. Nonæ Decembris in Dominicam inciderint, ab hoc pariter anno Concilium removendum non eſſe intelligimus. Cum præſertim eundem annum deſignet Æra DCLXXI. quæ in inſcriptione ejuſdem Concilii legitur. Nec moveor authoritate Roderici, qui Siſenandum, (in cujus anno tertio Concilium habitum fuit) cœpiſſe Æra DCLXXIII. notat; non enim Scriptor ille tantæ vetuſtatis eſt, ut indubitatam fidem in re chronologica extorqueat, præſertim contra fidem veterum Codicum in quibus Concilium iſtud Æræ DCLXXI. & tertio Siſenandi anno illigatur. Neque ſinceriora Concilii ejuſdem Acta præ oculis habuiſſe ſcriptor ille cenſendus eſt, cum erret in aſſignando numero Patrum qui Concilio adfuerunt, quos ad LXVIII. recenſet, cum revera LXVI. tantummodo interfuerint, ut ſupra demonſtravimus. Ex his ergo conſtat Siſenandum Æra DCLXVIII. ſeu anno 630. vel 631. cœpiſſe. MANSI

ſcribo, in hoc Concilio a Patribus injunctum S. Iſidoro rerum Eccleſiaſticarum peritia & ſcientia cæteris excellenti, ut ex præſcripto ſacri Concilii volumina elucubraret Eccleſiaſticorum officiorum, quibus tum in ſacris Miſſis, tum in horis pſallendis canonicis nocturnis atque diurnis uti deberent omnes Hiſpaniarum Eccleſiæ: quod quidem ab eo quam feliciſſime præſtitum eſt, ita ut & Miſſale atque Breviarium ederet. Extant adhuc ipſa ſacra volumina, quæ Eccleſiaſticam redolent antiquitatem, ſub titulo pariter ejuſdem ſancti Iſidori cuſa.

LXXI. Mozarabe cur dictum ſacrum officium S. Iſidori.

Sed cur idem officium ſacrorum rituum vulgo Mazarabe dicatur, libenter aſſentior iis qui dicunt vocem eſſe depravatam, & loco Mixtarabum, dici Mozarabe. Non enim ignorandum eſt, poſt Sarracenorum tyrannidem Hiſpaniis dominantium, Chriſtianorum earum provinciarum factam eſſe diviſionem, aliorum videlicet qui viverent inter Arabes velut ſervi, & aliorum qui extorres facti, ab iis ſua ſuoſque relinquentes aufugerint ſive ad montes, ſive ad exteras nationes. Hos ergo gentiles ſuos viventes inter Arabes, Mixtarabes appellaſſe; ritumque ipſum ſacrorum, quem ex uſu librorum ſancti Iſidori iidem retinerent, quibus ipſi fuga lapſi carerent, eodem pariter nomine Mixtarabum officium dicere conſueviſſe, quod eo ſcilicet uterentur Mixtarabes Chriſtiani.

LXXII. Alia in Concilio ſtatuta.

Inſuper quod ad hoc ipſum Concilium pertinet: iidem Patres, quoniam priſtinum uſum de convocandis bis in anno provincialibus Synodis exoleviſſe viderent; ut ſaltem ſemel in anno comprovinciales Epiſcopi convenirent, ſanxerunt: ſed & ipſam formulam, quæ ſervari deberet cum Concilium celebraretur, pariter Iſidoro auctore præſcripſerunt. Additus eſt demum canon de admonitione ad populum facienda, ut ſit fidelis Regi, ſervetque illibatum præſti-

PAGIUS

ritus Can.XI. & ſeqq. tanquam jam antea uſitatos commemorat; & tertium item Toletanum annis XLIV. ante quartum, Can. II. ſtatuit, in ſingulis Eccleſiis Symbolum recitari, priuſquam dicatur Oratio Dominicalis, qui eſt mos peculiaris Miſſæ Mozarabicæ. Ipſe quoque *Iſidorus* lib. de Script. Eccleſ. Leandri fratris ſui & in Sede Hiſpalenſi anteceſſoris Scripta recenſens, teſtatur, ipſum in Eccleſiaſticis Officiis non parvo ſtudio laboraſſe, & in Sacrificii Laudibus atque Pſalmis multa dulciſone compoſuiſſe. Mariana lib.6. de Reb. Hiſp. cap. 5. inquit, uſum obtinuiſſe, ut *Iſidoro* ritus Mozarabicus tribuatur, nonnulla tamen *Leandrum* inveniſſe. Quod ſi *Leander* duntaxat invenit, inde Bona deducit, hoc Officium Concilio III. Toletano, cui *Leander* interfuit, antiquius eſſe, & ſæculo quinto jam in uſu fuiſſe, ut ex Miſſa Sancti Martini mox oſtenſum; ſed de primo ejus Auctore non conſtare; ab ipſo tamen *Leandro* illuſtratum ab *Iſidoro* auctum, ab aliis progreſſu temporis amplificatum, nominatim ab *Ildefonſo*, cujus Opera Julianus Toletanus *in Appendice ad librum ejus de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, in quatuor partes diviſit, & tertiam fuiſſe ait Miſſarum, Hymnorum, atque Sermonum. Sed hac de re plura idem Bona Cardinalis, Unde vero Chriſtiani Hiſpaniæ *Mixtarabes*, vel *Mozarabes* dicti ſint, anno DCCXIV. explicabimus.

XXX. *Sigibertus Auſtraſiæ Rex renunciatur.*

Fredegarius cap. 75. ſcribit: *Anno XI. Regni Dagoberti, cum Vuinidi juſſu Samonis fortiter ſævirent, & ſæpe tranſcenſo eorum limite Regnum Francorum vaſtandum in Thoringam, & reliquos pagos progrederentur; Dagobertus cum Mettis Urbem veniſſet, cum Conſilio Pontificum ſeu & Procerum, omnibuſque Primatibus Regni ſui conſentientibus, Sigibertum filium ſuum in Auſter Regnum ſublimavit, Sedemque Mettis Civitatem habere permiſit. Hunibertum Coloniæ Urbis Pontificem, & Adalgyſelum Ducem, Palatium & ad Regnum gubernandum inſtituit .... Deinceps Auſtraſii eorum ſtudio limitem, & Regnum Francorum contra Vuinidos utiliter defenſare noſcuntur.* Quare Sigibertus agens annum ætatis ſuæ tertium Auſtraſiis a patre præfectus eſt, ut *Sclavi* cognomento Winidi, qui Carinthiam & vicinas Provincias circa Danubium incolebant, & frequentibus irruptionibus Auſtriam laceſſebant, facilius repellerentur. *Dagobertus* totam Regni adminiſtrationem voluit eſſe penes *Chunibertum* Antiſtitem Coloniæ, & *Adalgyſelum* Ducem, qui vices Pippini Majoris-Domus ageret. Hic tamen mortuo Dagoberto domum reverſus eſt, & cum Chuniberto, ſicuti ſub Dagoberto ante fecerat, iterum ſub *Sigiberto* puero Auſtraſiam gubernavit, ut prodit Fredegarius cap. 85. Hermannus Contractus ex editione Caniſiana ad annum DCXXXIII. juxta hæc ſcribit: *Tres excercitus a Dagoberto contra Somonem & Sclavos diverſis partibus miſſi*, &c.

XXXI. *Ante finem Martii currentis anni.*

De hoc *Sigiberti* Regis initio, a quo Fredegarius annos ejus repetit, ſicuti Dagoberti annos ab anno DCXXII. & Clotarii XXXIX. quo ipſe Rex Auſtraſiorum ſalutatus eſt, Baronius mentionem non facit; quamvis complura Sigiberti Regis Diplomata, & Sanctorum Acta hac Epocha conſignentur. Cum vero annus *Dagoberti* XI. menſe Martio præcedentis Chriſti anni exordium ſumſerit, non defuere Viri Eruditi, qui exordium Sigiberti Regis cum anno Chiſti ſuperiori illigarint. Verum hoc tantum anno, ideoque & ante finem menſis Martii, Auſtraſiæ Regnum *Sigiberto* conceſſum fuiſſe demonſtratur ex annis quibus regnavit. Mortuus eſt enim anno DCLVI. poſtquam annos XXIII. regnaſſet, ut ſuo loco videbimus. Sed ſi iſti Sigiberti initium anticiparunt, Cointius illud perperam diſtulit in annum Dagoberti Regis XII. menſe Martio hujus Chriſti anni inchoatum. Anno enim DCXXXII. num. 1. ait: *Apud vulgatum Fredegarium anno Dagoberti Regis XI. Sigibertus ab eodem Dagoberto patre Rex Auſtraſiæ conſtituitur; anno Dagoberti Regis XII. Clodoveus eidem Dagoberto ex Regina Nanthilde naſcitur; anno Dagoberti Regis XIII. nihil omnino narratur; anno Dagoberti Regis XIV. bellum Vuaſconicum deſcribitur. In Chronico San-Benigniano ad annum Dagoberti Regis XI. quo Sigibertus ad Regiam dignitatem promotus exhibetur, in margine notatur annus Dagoberti Regis XII. eoque computo in annos Dagoberti Regis XII. ac XIII. reiicienda ſunt, quæ in Fredega-*



ſtitum de fide ſervanda juſiurandum. Reliqua tu conſulas obſervatione digniſſima. Quantum vero poſt hæc ſupervixerit ſanctus Iſidorus, ſuo loco dicemus: conſtat autem haud diutius ſupervixiſſe; ſiquidem Concilio Toletano ſexto, quod poſt annos quinque celebratum eſt, ſubſcriptus legitur Honoratus Epiſcopus Hiſpalenſis, cum nec in quinto Toletano Concilio reperiatur ſubſcriptus cum aliis Iſidorus.

Se-

PAGIUS

*rio ſub annis ejuſdem Regis XI. & XII. legi ſolent.* Verum, ut ſcribit Hadrianus Valeſius in *Defenſione Obſervationis de Annis Dagoberti* I. cap. 4. Auctores Chronicorum Benigniani & Beſuenſis in iis, quæ ad Hiſtoriam Francicam pertinent, *Fredegarium* negligenter ac ſecure tranſcribunt, & ſæpe etiam dum eum non intelligunt, corrumpunt; aut vitiatis ejus exemplaribus utuntur; ita ut facillime legentes in errorem inducant. Præterquamquod tales ac tam recentes Scriptores *Fredegario* vetuſtiſſimo Hiſtorico, hoc eſt turbidi & limoſi rivi puro fonti ac capiti aquæ præferri non debent. Chronici enim Benigniani Auctor annis circiter quadringentis a Fredegarii ætate abfuit: *Joannes Monachus*, Scriptor Chronici Beſuenſis annis fere quingentis.

XXXII. *Clodoveus Neuſtriæ ac Burgundiæ Rex deſignatur.*

Vix *Dagobertus* Sigiberto filio Regnum Auſtriæ dederat, cum ei ex *Nanthilde* alter natus eſt filius, quem nomine paterni atavi ſui *Clodovei* appellari placuit. Fredegarius enim cap. 76. teſtatur, *anno XII. Regni Dagoberti* menſe Martio hujus Chriſti anni inchoato *Clodoveum*, qui hujus nominis ſecundus fuit, in lucem prodiiſſe, & *Dagobertum* ſtatuiſſe, ut ſi quid ſibi fatale contingeret, tota Neuſtria totaque Burgundia *Clodoveo* cederet: omnis ſimiliter Auſtria, propterea quod & numero incolarum, & terrarum ſpatio Neuſtriam ac Burgundiam æquabat, & quidquid Auſtraſiorum Reges, cum ultra Rhenum; tum in Aquitania, in Provincia, aliiſque Galliarum Regionibus dudum poſſediſſent, *Sigiberti* Regis perpetuo forent, Ducatum tamen *Dentelini*, ſive Regionem inter Sequanam, Iſaram, & Oceanum jacentem, quam *Theodebertus* minor Auſtraſiorum Rex *Clotario* patri ſuo acie victo per injuriam extorſiſſet, Neuſtriæ corpori reddi, Clodoveique Ditioni ſubiici voluit; *quod poſtea temporibus Sigiberti & Clodovei Regibus conſervatum fuiſſe conſtat*, inquit Fredegarius, qui jam de Auſtraſia ſcripſerat: *Auſter vero idemque ordine ſolidato, eo quod & de populo & de ſpatio terræ eſſet coæquans, ad Regnum Sigiberti idemque in integritate deberet aſpicere, & quidquid ad Regnum Auſtraſiorum jam olim pertineret, hoc Sigibertus Rex ſuæ Ditioni regendum reciperet, & perpetuo dominandum haberet, excepto Ducatu Denteleni*, &c. Sigibertus itaque a Dagoberto patre Rex Auſtraſiæ fuit præpoſitus eo modo, quo ipſemet *Dagobertus* Auſtraſiæ Rex conſtitutus fuerat a patre *Clotario*, qui ſibi retinuerat, teſte Fredegario cap. 46. *quod Ardenna & Voſagus verſus Neuſter & Burgundiam excludebant.*

I. Romani iterum ſuperantur a Saracenis.

SEquitur ordine temporis annus ſexcenteſimus trigeſimusquartus Redemptoris humani generis, Indictione ſeptima, quo Sarraceni mirum in modum invaluerunt contra Romanos, quos ſæpe vicerunt, & civitatibus atque provinciis ſpoliarunt Syria & Ægypto. Cognita plane ſunt judicia Domini vera & juſtificata in ſemetipſa. Etenim qui pollens fide Catholica Heraclius Imperator nullo ferme negotio Perſas indomitos ſuperavit: ubi ab ea excidit, addictus hæreſi, Deum pariter a ſe longius ablegans, penitus evaſit imbellis. Sed & in eo perſpicue noſcitur fuiſſe æqua lance libratum judicium, cum permiſit Deus, ut Ægyptii ſubjugarentur a Sarracenis eo tempore quo in Ægypto per Cyrum Epiſcopum Alexandrinum nova hæreſis communi conſenſu omnium pullularet.

II. Rem geſtam ex Annalibus hic reddamus; ita enim ex Theophane habent: *Anno vigeſimoquinto Imperii Heraclii, Sarraceni aciem direxerunt in Arabiam contra Damaſcum, cum eſſent multitudinis infinitæ. Quo Babanes comperto, ad Imperialem Sacellarium mittit, ut veniret cum exercitu ſuo in auxilium ſibi, cum plurima eſſet Arabum copia. Venit ergo Sacellarius ad Babanem. Qui profecti ab Emeſa, occurrerunt Arabibus, & conflictu facto prima die, quæ tertia feria hebdomadis erat, menſis Auguſti die vigeſimatertia, ſuperantur hi qui circa Sacellarium ſunt inventi: ſimultate autem facta, hi qui cum Babane exercitus duce erant, Babanem provehunt Imperatorem, & Heraclium reſpuunt. Tunc hi qui cum Sacellario erant, diſceſſerunt: & Sarraceni, aditu reperto, bellum ineunt.*

Profligantur Romani & capitur Damaſcus.

*Inter hæc vento Noto ſpirante contra Romanos, non valentes in faciem occurrere propter pulverem ſuperantur, & ſemetipſos immittentes in arctam viam Hermuctan fluminis illic penitus interierunt. Erant autem utriuſque prætoris quadraginta millia. Tunc Sarraceni ſplendide triumphantes contra Damaſcum veniunt, & hanc capiunt, & regiones Phœnices capiunt, & habitant illic.* Erant inter alios cives Damaſci parentes S. Joannis Damaſceni qui ob inſignia virtutum præconia inter captivos liberi permanſerunt. De his enim hæc in rebus geſtis ipſius S. Joannis: Ex quo tempore Agareni urbem imperio ſuo ac ditioni ſubiecerunt, Orthodoxorum doctrinam nullo modo labefactarunt. Quo etiam factum eſt, ut inſignes eos ac celebres inter medias impiorum catervas virtus reddiderit, utpote quam hoſtes quoque ipſi venerationi habeant. Adeo ut publicis manciparentur functionibus, & ſervi domi-

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLXXII. Anno Hegiræ XIII. inchoato die 7. Mart. fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6127.

☉ 27. B. ☽ 8. P. 24. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 634.

HONORII PAPÆ 10.

HERACLII IMP. 25.

I. *Poſtconſulatus.*

HIC annus iſta formula notatus e *XXIV. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XXIII.* & a XXII. Januarii *anno Imperii Heraclii Junioris Conſtantini XXII.*

II. *Abubecrus Chalifa obit.*

A num. I. ad V. Quia Baronius Anaſtaſium ſeu Theophanem ſecutus mortem *Mahometis* Pſeudo-prophetæ biennio citius conſignavit, narrat hoc anno, quæ ſequenti contigere, ut ut ex Theophane & Elmacino inter ſe collatis certo colligitur. Hoc itaque anno *Abubecrus* Saracenorum Califa ea adverſus Romanos geſſit, quæ Baronius anno DCXXXII. num. I. & nos eodem anno cum illo expoſuimus. Tum *Abubecrus* hoc pariter anno die XXIII. menſis Auguſti mortuus eſt, ut anno ſuperiori vidimus, & *Omarus* ejus ſucceſſor varias Civitates Romanis eripuit, indeque *Heraclius* Syria relicta, veneranda ligna Hieroſolymis Conſtantinop. aſportavit, ut ibidem etiam explicatum,

III. Quæ vero Baronius hoc anno recitat, pertinent ad annum Chriſti ſequentem. Elmacinus enim anno Hegiræ XIV. narrat, *Saracenos* contra Damaſcum profectos, arctiſſime eam obſediſſe, eamque tandem expugnaſſe *menſe Regiebo*. Theophanes vero anno Eræ Alexand. DCXXVI. Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni inchoato, refert, Saracenos in Arabiam juxta *Damaſci* agrum irruptionem feciſſe: poſtea prælium commiſſum eſſe inter Baanem Imperialem Sacellarium, & Saracenos & Sacellarii, aciem omnino profligatam eſſe. Dicit Theophanes, illud prœlium habitum *ipſo primo die, qui fuit hebdomadis tertius, Julii vero menſis tertius ac viceſimus*. Sed locus corruptus eſt: anno enim ſequenti dies XXIII. menſis Julii concurrit cum feria prima. Quem locum ut reſtitueret Anaſtaſius, in ſua verſione, & eo Auctor Miſcellæ ſcribunt, *prima die, qua tertia feria hebdomadis erat menſis Loi die XXIII.* Lous enim noſtro Auguſto reſpondet, & Auctor Miſcellæ, ut videre eſt apud Baronium, habet menſem Auguſtum: ſed anno ſequenti dies XXIII. Auguſti incidit in feriam quartam. Legendum itaque videtur, *ipſo primo die hebdomadis, Julii vero menſis tertio ac viceſimo:* anno enim ſequenti dies XXIII. Julii cadit in Feriam primam. Addit Theophanes: *Saraceni motis inde caſtris, Damaſcum bene compoſito exercitu aggrediuntur, & capiunt, nec non Phœnicia Provincias, in quibus proprias ſibi ſedes conſtituunt: & mox in Ægyptum expeditionem moliuntur*, & cætera quæ Baronius hoc anno narrat. Anno itaque ſequenti Saraceni tributum Ægypto impoſuerunt.

*Geſta Saracenos inter & Romanos.*

Ni-



minarentur dominis ſuis. Porro nondum natus hoc tempore fuerat ipſis Joannes, ſed poſtea, ut auctor videtur innuere.

III. Tentant Sarraceni Ægyptum.

De Damaſco dum ait Beda in libello de locis ſanctis, hæc habet: *ibi dum Chriſtiani S. Joannis Baptiſtæ eccleſiam frequentant, Sarracenorum Rex cum ſua gente aliam inſtituit & ſacravit.* Hæc ipſe. Sed rurſus Annales de Ægypti facta a Sarracenis invaſione: *Sarraceni in Ægyptum aciem dirigunt. Cyrus autem Alexandrinus Epiſcopus, cum horum impetum cognoviſſet, operam dedit, & pactis firmatis pollicetur, timens avaritiam eorum, ducenta millia denariorum per ſingulos annos illis collaturam Ægyptum, ſed & diffinitarum eis induciarum fore aurum miſſurum: quibus præſtitis per tres annos Ægyptum liberam ab exterminio ſtatuit. Accuſatur interea Cyrus apud Imperatorem, quod aurum Ægypti Sarracenis tribueret. Qui cum iratus miſiſſet, hunc accerſivit: Manuelem vero quemdam Armenium genere deſtinavit Auguſtalem. Cum autem annus adimpletus eſſet, Sarracenorum actores venerunt aurum accipere: at Manuel inefficaces eos expellit: Non ſum (inquiens) Cyrus inermis, ut tributa vobis tribuam, ſed armatus ſum.*

*Cumque iſti abiiſſent confeſtim armantur Sarraceni adverſus Ægyptum, & Manueli bello illato, hunc abigunt: ipſe vero cum paucis quibuſdam Alexandriæ ſolus recipitur. Tunc Sarraceni Ægyptum ſub tributo reddidere. Aſt Imperator, auditis his quæ geſta ſunt, mittit Cyrum ad perſuadendum eis ab Ægypto ſub priori placito recedendi. Et abiens Cyrus ad caſtra Sarracenorum, rationem reddidit ſe eſſe perbibens prævaricationis obnoxium, & ſi vellent priorem concordiam juramentis affirmaturum. Porro Sarraceni nullatenus his acquieſcentes, dixerunt Epiſcopo: Potes hanc maximam columnam devorare? Qui ait: Non poteſt fieri. At illi: Nec nobis, inquiunt, poſſibile eſt ulterius ab Ægypto recedere.* Hactenus hujus anni res geſtæ ex Annalibus. (a) Sic igitur quæ ſemper ab Auguſti temporibus Ægyptus ſub Romanorum Imperatorum ditione hactenus perſeveravit, ipſam perdidit hæreticus Imperator, & ſua perfidia tradidit Sarracenis. Pugnavit tunc Deus adverſus Romanum Imperium pro Sarracenis, cum ipſe Imperator pro hæreticis adverſus Eccleſiam Catholicam bellum ſtrueret.

IV. Ægyptus ſubdita Sarracenis.

(a) *Theop. an. 25. Heraclii.*

Sed

PAGIUS IV. *Ægyptus a Saracenis capta.*

[1] Nicephorus in Breviario Hiſtorico, quod Baronius non viderat, exponit ſolers Cyri conſilium, & ut ſpretum male Heraclio ceſſerit, amiſſa Ægypto ob negata Arabibus tributa: *Etenim Cyrus Imperatori ſignificaverat cum Omaro Saracenorum Principe, interpoſita tributi pactione convenire poſſe, quod ipſum nullo canonis detrimento mercibus indiceretur. Adhac deſponderi Barbaro Eudociam Auguſtam oportere, aut Imperatoris filiarum aliam quampiam. Hoc enim modo ad Divinum lavacrum acceſſurum hominem, & Chriſtianum haud dubie futurum. Cyro quippe Omarus, ejuſque exercitus fidei plurimum habebant, quem & impenſe amabant. Sed hac Heraclio minime placuerunt. Qua ubi omnia Marianus comperit, a Cyro diſſentiens, & cum Saracenis confligens cum ingenti numero militum occubuit*; ubi tamen in nonnullis Nicephorus adverſatur Theophani, cujus verba recitat Baronius.

V. Hoc anno Heraclius Aug. quartum & poſtremum in Orientem profectus eſt, unde paulo antea Conſtantinopolim venerat, cum lignis vivificis. Nicephorus enim in Hiſtoria pag. 16. poſtquam dixit Heracleonam filium Cæſarem nuncupatum eſſe, quod anno DCXXXI. in Oriente contigit, hæc habet: *Aliquanto poſt tempore Saraceni Antiochenum agrum populabundi percurrunt. Quare Heraclius cum Martina conjuge, & Heraclio filio* (quem mox Cæſarem creatum eſſe dixi) *rurſum in Orientem proficiſcitur. Ubi & Theodoro fratri ſuccenſuit, clam a nonnullis delato, quod propter Martinam in Imperatorem probra coniiceret, ac ſæpe illud uſurparet, peccatum ejus coram ipſo eſſe ſemper. Hunc igitur Conſtantinopolim mittit cum literis ad Conſtantinum filium, quibus jubebat, ut illum in concione productum, atque in ordinem redactum tamquam in cuſtodia haberet.* Addit Nicephorus, Heraclium Theodorum Ærarii privati Comitem Orienti præfeciſſe, quod Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXXV. qui præſenti Chriſti anno deſinit, factum eſſe ſcribit: *Theodorum* enim *Sacellarium* appellat, quæ vox idem ſignificat ac Ærarii privati Comitem. Ex Oriente in Urbem anno ſequenti remeavit *Heraclius*, poſtquam eo anno Saraceni Damaſcum Ditionis ſuæ feciſſent, ut anno DCXL. num. VI. oſten-

*Quarta Heraclii in Orientem profectio.*

NOTÆ. [1] EXpeditionem hanc Saracenorum in Ægyptum ad hunc annum, non vero ad ſequentem referendam eſſe, penes me certum eſt, tum ex correctione textus Theophanis ab Anaſtaſio facta, & ab Authore Miſcellæ adoptata, qui ambo prælium Baanis cum Saracenis commiſſum narrant *tertia die hebdomadis, menſis Loi* (Auguſti) *die XXIII.* quæ omnia anno iſto recte congruunt. Inſuper in Collatione prima S. Maximi Martyris cum Principibus in Secretario, habita anno 655. ut Pagius ad A. 656. 2. demonſtrat, productus in Virum Sanctum accuſator objecit: *Ante viginti duos annos avus dominatoris juſſit beatæ memoriæ Petro* (Prætori Numidiæ) *exercitum ſumere & pergere in Ægyptum contra Saracenos;* ne autem mandata illa Heraclii executioni mandarentur obſtitiſſe S. Monachum ſicophanta ille calumniabatur. Hos viginti duos annos incompletos ſi demas a 655. ad annum 634. devenies, quo Saracenis Ægyptum invadentibus, Petrus occurrere cum exercitu juſſus fuit. MANSI

V. Oſwald. Rex pietate ſuperat hoſtes.

Sed ſicut impietas deiicit impios, ita pietas religioſos exaltat. Quam enim e contra potens exiſtat adverſus hoſtes licet longe numero ſuperiores Rex pietate præſtans, quod proxime dicturi ſumus, declarat exemplum de rebus hoc pariter anno geſtis. Meminiſſe debemus quæ anno ſuperiori dicta ſunt de potentiſſimo Britannorum Rege Carduella, qui prœlio obtinuit occiditque Eduinum Regem, ejuſque ſucceſſores duos Reges e medio ſuſtulit. Hunc ipſum victoria elatum, invictum, numeroſo potentique pollentem exercitu, præter expectationem Oſuvaldus ſanctiſſimus Rex longe impari copiarum numero ſuperavit atque occidit. Fuit iſte ſextus Nordumbrorum Anglorum Chriſtianiſſimus Rex Eduini ſucceſſor, ut Beda teſtatur, qui hæc ait: (a) *Superveniente cum parvo exercitu, ſed fide Chriſti munito, infandus Britonum dux cum immenſis illis copiis, quibus nihil reſiſtere poſſe jactabat, interemptus eſt in loco qui lingua Anglorum Deniſesburna, id eſt, rivus Deniſi, vocatur.*

(a) Beda hiſt. Angl. l.3. c.1. in fin. & c.2.

VI. Magna fides Oſuvaldi Regis in erigenda atque colenda S. Cruce.

*Oſtenditur autem uſque hodie & in magna veneratione habetur locus ille, ubi venturus ad hanc pugnam Oſuvaldus ſignum S. Crucis erexit, ac flexis genibus Deum deprecatus eſt, ut in tanta rerum neceſſitate ſuis cultoribus cœleſti ſuccurreret auxilio. Denique fertur, quia facta citato opere Cruce, ac fovea præparata in qua ſtatui deberet, ipſe fide fervens hanc arripuerit, & foveæ impoſuerit, atque utraque manus erectam tenuerit, donec aggeſto a militibus pulvere, terræ figeretur. Et hoc facto, elata in altum voce, cuncto exercitui proclamaverit: Flectamus omnes genua, & Deum omnipotentem vivum ac verum in communi deprecemur, uti nos ab hoſte ſuperbo ac feroci, ſua miſeratione defendat. Scit enim ipſe, quia juſta pro ſalute gentis noſtræ bella ſuſcepimus.*

VII. Miracula ex ligno Crucis erectæ ab Oſvvaldo.

*Fecerunt omnes ut juſſerat: & ſic incipiente diluculo, in hoſtem progreſſi, juxta meritum ſuæ fidei victoria potiti ſunt. In cuius loco orationis innumeræ virtutes ſanitatum noſcuntur eſſe patratæ, ad indicium videlicet ac memoriam fidei Regis: nam & uſque hodie multi de ipſo ligno ſacroſanctæ Crucis aſſulas excidere ſolent, quas cum in aquas miſerint, eiſque languentes homines ac pecudes potaverint, ſive aſperſerint, mox ſanitati reſtituuntur. Vocatur locus ille lingua Anglorum Heofonfeld, quod dici poteſt Latinæ, cœleſtis campus: quod certo utique præſagio futurorum antiquitus nomen accepit, ſignificans, nimirum, quod cœleſte ibidem erigendum trophæum, cœleſtis inchoanda victoria, cœleſtia uſque hodie forent miracula celebranda. Eſt autem locus ille juxta murum illum ad Aquilonem, quo Romani quondam ob arcendos barbarorum impetus, totam a mari uſque ad mare præcinſere Britanniam, ut ſupra docuimus. In quo videlicet loco conſuetudinem multo jam tempore fecerunt fratres Haguſtaldenſis eccleſiæ, quæ non longe abeſt, advenientes omni anno pridie quam poſtea idem Rex Oſuvaldus occiſus eſt, vigilias pro ſalute animæ ejus facere, plurimaque pſalmorum laude celebrata, victimam pro eo mane ſacræ oblationis offerre. Qui etiam, creſcente bona conſuetudine, nuper ibidem eccleſiam conſtructa atque dedicata, ſacratiorem & cunctis honorabiliorem omnibus locum fecerunt. Nec immerito: quia nullum (ut comperimus) fidei Chriſtianæ ſignum, nulla eccleſia, nullum altare in tota Berniciorum gente erectum eſt, priuſquam hoc ſacræ Crucis vexillum novus militiæ ductor, dictante fidei devotione, contra hoſtem immaniſſimum pugnaturus ſtatueret.*

Miraculum de eadem Cruce.

*Nec abs re eſt, unum e pluribus, quæ ad hanc Crucem patrata ſunt, virtutis miraculum narrare. Quidam e fratribus ejuſdem Haguſtaldenſis eccleſiæ, nomine*

Bo-

PAGIUS ostendemus. Quatuor *Heraclii* in Orientem profectiones ſuis annis reddendæ fuere, ut plura, quæ in Hiſtoria Heracliana obſcura ſunt, e tenebris in lucem evocari poſſent.

VI. *Oſualdus fit Rex Northumbriæ.*

Ad num. V. & ſeqq. Hoc anno *Cedvvalla* Britonum Rex *Oſricum* & *Eanfridum* Northumbriæ Reges occidit, ut anno ſuperiori ex Beda lib. 3. cap. 1. oſtendimus. Addit Beda, eum annum omnibus bonis exoſum permanſiſſe, tam propter apoſtaſiam duorum præfatorum Regum, quam propter tyrannidem *Cedvvallæ*, quem *Oſualdus* Vir Deo dilectus interemit, & Regnum Nothumbrorum hoc anno capeſſiit: *Cunctis placuit*, inquit Beda, *Regum tempora computantibus, ut ablata de medio Regum perfidorum memoria idem annus ſequentis Regis ideſt Oſualdi, viri Deo dilecti Regno aſſignaretur*. Hæc omnia currenti anno contigiſſe, huncque Oſualdo aſſignatum fuiſſe ex dicendis in morte Oſualdi conſtabit. Deletis itaque tyranni copiis Regno potitus *Oſualdus* religioni in eo propagandæ operam dedit, *Aidano* Epiſcopo ſanctiſſimo e Scotia vocato, ut habet Beda lib. 2. cap. 4. qui lib. 3. cap. 26. loquens de Synodo Pharenſi dicit eam habitam *anno Dominicæ Incarnat. DCLXIV. qui fuit annus Oſvii Regis XXII. Epiſcopatus autem Scotorum, quem geſſerunt in Provincia Anglorum* (ideſt in Northumbria) *annus triceſimus*. Quare Aidanus vel hoc vel ſequenti anno dictus Epiſcopus. Nuſquam magis floruit Northumbriæ Regnum quam Oſualdo Regnante. Britannos, Pictos, Scotos & Anglos in Ditionem accepit, ejuſque induſtria *Deirorum & Berniciorum Provinciæ, quæ eatenus ab invicem diſcordabant, in unam ſunt pacem, & velut unum compaginatæ in populum*, ut inquit ibidem Beda cap. 6. *Oſualdus* Ethelfridi filius, & Eduino ſancto ex Acca ſorore nepos; Eanfridi ac Oſrici frater affatim juris ad Northumbriæ coronam habebat.

Ai-



Miraculum de eadem Cruce.

*Bothelmus, qui nuncuſque ſupereſt, ante paucos annos, dum forte noctu in glacie incederet, repente corruens brachium contrivit, ac graviſſima fracturæ ipſius cœpit moleſtia fatigari, ita ut ne ad os quidem adducere ipſum brachium ullatenus, dolore arcente, valeret. Qui cum die quadam mane audiret unum de fratribus ad locum ejuſdem ſanctæ Crucis aſcendere diſpoſuiſſe, rogavit ut aliquam ſibi partem de illo ligno venerabili rediens afferret; credere ſe dicens, quia per hoc donante Domino, ſalutem poſſet conſequi. Fecit ille ut rogatus eſt, & reverſus ad veſperam ſedentibus jam ad menſam fratribus, obtulit ei aliquid de veteri muſco, quo ſuperficies ligni erat obſita. Qui cum ſedens ad menſam non haberet ad manum ubi oblatum ſibi munus reponeret, miſit hoc in ſinum ſuum: & dum iret, cubitum, oblitus hoc alicubi deponere, permiſit ſuo in ſinu permanere. At medio noctis tempore, cum evigilaret, ſenſit neſcio quid frigidi ſuo lateri adiacere; admotaque manu requirere quid eſſet, ita ſanum brachium manumque reperit, ac ſi nihil umquam tanti languoris habuiſſet.* Hactenus de ſignis Crucis illius virtute editis, Beda, quæ ante victoriam in trophæum erecta ſicut victoriæ obtinendæ cauſa præceſſit, ita obtentæ teſtis ſemper miraculis loquens poſteris fuit.

IX.

Sed quomodo propagata ſit apud Anglos Oſuualdo ſubditos fides Chriſtiana, ex eodem auctore rem accurate proſequente narratio petenda eſt: ait enim: (a) *Idem ergo Oſuualdus mox ubi regnum ſuſcepit, deſiderans totam cui præeſſe cœpit gentem* Berniciorum ſcilicet, *fidei Chriſtianæ gratiam imbui, cujus experimenta per maxima in expugnandis barbaris jam ceperat; miſit ad majores natu Scotorum (inter quos exulans ipſe baptiſmatis ſacramenta cum his qui ſecum erant mititibus conſecutus erat) petens ut ſibi mitteretur Antiſtes, cujus doctrina ac miniſterio gens, quam regebat Anglorum Dominicæ fidei & dona diſceret, & ſuſciperet ſacramenta*. Et poſt multa:

(a) Beda hiſt. Angl. l.3. c.3.

Propagatio fidei in Anglia.

X.

*Ferunt (b) autem, quia cum de provincia Scotorum Rex Oſuualdus poſtulaſſet Antiſtitem, qui ſibi ſuæque genti verbum fidei miniſtraret, miſſus fuerit primo alius auſterioris animi vir: qui cum aliquandiu genti Anglorum prædicans, nil proficeret, nec libenter a populo audiretur, redierit in patriam, atque in conventu ſeniorum retulerit, quia nihil prodeſſe docendo genti, ad quam miſſus erat, potuiſſet, eo quod eſſent homines indomabiles & duræ ac barbaræ mentis. At illi (ut perhibent) tractatum magnum in Concilio, quid eſſet agendum, habere cœperunt, deſiderantes quidem genti quam petebant ſalutem eſſe; ſed non recepto, quem miſerant prædicatore dolentes. Tunc ait Aidanus (nam & ipſe Concilio intererat*, unus ex illis monachus) *ad eum, de quo agebatur, ſacerdotem: Videtur mihi, frater, quia durior juſto indoctis auditoribus fuiſti, & non eis juxta Apoſtolicam diſciplinam primo lac doctrinæ mollioris porrexiſti, donec paulatim enutriti verbo Dei, ad capienda perfectiora, & ad facienda ſublimiora Dei præcepta ſufficerent. Quo audito, omnium qui conſidebant, ad ipſum ora & oculi converſi, diligenter quid diceret diſcutiebant, & ipſum eſſe dignum Epiſcopatu, ipſum ad erudiendos incredulos & indoctos mitti debere decernunt, qui gratia diſcretionis, quæ virtutum mater eſt, ante omnia probatur imbutus: ſicque illum ordinantes, ad prædicandum miſerunt. Qui ubi tempus accepit, ſicut prius moderamine diſcretionis, ita poſtmodum & cæteris virtutibus ornatus apparuit.* Quantum autem iſte profecerit in Evangelii prædicatione, quam interprete uſus Rege populo annunciabat, idem Beda ennarrat.

(b) Beda l.3. c.5. in fin.

Rigidus prædicator non auditur.



XI. Error de celebratione Paſchatis.

Sed antequam de his agamus, illud neceſſario præmittendum, Scotorum Eccleſiam, licet diverſo tempore (quod etiam ſuperius dictum eſt) a communi ritu Catholicæ Eccleſiæ Paſcha celebraret, non tamen ob id a communione ſedis Apoſtolicæ ſeparatam fuiſſe aliquando. Etenim licet error gravis eſſet, utpote toties in Eccleſia Catholica condemnatus; tamen quod circa ritus, non autem circa fidei Catholicæ dogmata verſaretur, viſus eſt in gente illa a ſede Apoſtolica tolerandus, donec perfectius poſſet populus imbui veritate: cujus rei gratia crebras ad eos litteras miſiſſe Romani Pontifices reperiuntur, & (ut nuper vidimus) ipſe Honorius id ipſum præſtitit & ſucceſſores. Cæterum nec fuiſſe videntur eo tempore Scoti ejus erro-



ris,

PAGIUS VII. *S. Aidanus in Northunbriam venit.*

*Aidanus*, qui rem Chriſtianam in Northumbria, tam in Deiris, quam Berniciis procuravit impigre, ex inſula Hyenſi in illud Regnum venit, ex Hyenſi ſcilicet Monaſterio a Sancto Columba ibidem fundato, e quo etiam prodiere *Finanus* & *Colmanus*, qui poſt Aidanum Lindisfarnenſes Epiſcopi fuere. *Nam Monachi erant, maxime qui ad prædicandum venerant. Monachus ipſe Epiſcopus Aidanus, utpote de inſula, qua vocatur Hii deſtinatus*, inquit Beda lib. 3. cap. 3. juxta editionem Cantabrigenſem, Chifflétianum, & Codices MSS. a me conſultos, non vero, ut habent corrupti Bedæ Codices, quibus Baronius uſus eſt, *utpote de inſula, quæ vocatur Hydeſtinatus*, ut videre eſt num. XIV. conjunctis nimirum duabus vocibus amanuenſium vitio, quæ disjunctæ eſſe debent. Inſula *Lindis-farne*, quæ in mari Germanico haud pro-

cul

ris, ut inter ſchiſmaticos a ſacroſancto Nicæno Concilio rejectos, quos vocavit Teſſeradecatitas, id eſt, Quartadecimanos, collocari oporteret: ſiquidem etſi non Romano, neque tamen Judæorum more Paſcha Domini celebrare conſueverunt. Nam cum de Aidano Scoto idem Beda inferius agit, hæc diligenter notanda habet (a):

(a) *Bed. hiſt. Angl. l.3. c.17. in fin.*

XII. *Hæc in præfato Antiſtite multum complector & amo: quia nimirum hæc Deo placuiſſe non ambigo. Quod autem Paſcha non ſuo tempore obſervabat, vel canonicum ejus tempus ignorans, vel ſuæ gentis auctoritate, ne agnitum ſequeretur, devictus non approbo, nec laudo. In quo tamen hoc approbo, quia in celebratione ſui Paſchæ non aliud corde tenebat, venerabatur, & prædicabat, quam quod nos, id eſt, redemptionem generis humani per paſſionem, reſurrectionem, & aſcenſionem in cœlos mediatoris Dei & hominum Jeſu Chriſti. Unde & hanc non (ut quidam falſo opinantur) quartadecima Luna in qualibet feria cum Judæis, ſed die Dominica ſemper agebat a Luna quartadecima uſque ad vigeſimam, propter fidem videlicet Dominicæ reſurrectionis, quam una ſabbati factam propter ſpem noſtræ reſurrectionis, quam eamdem una ſabbati, quæ nunc Dominica dies dicitur, veraciter futuram ſancta Eccleſia credebat.* Hæc Beda.

XIII. Sed quo auctore id Scoti agerent, idem auctor ſuperius de eodem agens, ſic ait (b): *Hoc etenim ordine Septentrionalis Scotorum Provincia & omnis natio Pictorum illo adhuc tempore Paſcha Dominicum celebrabat; æſtimans ſe in hac obſervantia ſancti ac laude digni Patris Anatolii ſcripta ſecutam: quod quidem an verum ſit, peritus quiſque facillime cognoſcit. Porro gentes Scotorum quæ in Auſtralibus Hiberniæ inſulæ partibus morabantur, jamdudum ad admonitionem Apoſtolicæ Sedis Antiſtitis, Paſcha canonico ritu obſervare didicerunt.* At de Scotorum Paſchatis celebratione inferius pluribus agendum erit. Modo autem ſatis dixiſſe ſufficiat, longe abeſſe, ut vir Apoſtolicus Aidanus, qui Apoſtolico munere gentem illam ad fidem convertit, inter Quartadecimanos ſchiſmaticos ob Paſchæ diverſum ritum ſit numerandus. Jam vero reliquum eſt, ut de propagatione fidei Chriſtianæ ad Anglos ſub Oſualdo per eumdem Aidanum facta cœptam hiſtoriam proſequamur. Sunt ea quidem admiranda, ſummaque laude digna videre ſcilicet Regem ipſum exhibentem novo Apoſtolo munus interpretis. Ait enim Beda (c): *Pulcherrimo ſæpe ſpectaculo contigit, ut evangelizante Antiſtite, qui Anglorum linguam perfecte non noverat, ipſe Rex ſuis ducibus ac miniſtris interpres verbi exiſteret cæleſtis, quia nimirum tam longo exilii ſui tempore linguam Scotorum jam plene didicerat.*

(b) *Bed. l.5. c.2.*

Aidanus non cenſendus inter Schiſmaticos.

(c) *Bed. ib.*

Oſuuald. Rex interpretis loco inſervit Epiſcopo prædicanti.

XIV. *Exinde cœpere plures per dies de Scotorum regione venire in Britanniam, atque illis Anglorum provinciis quibus regnavit Rex Oſuualdus, magna devotione verbum fidei prædicare, & credentibus gratiam baptiſmi quicumque ſacerdotali erant gradu præditi miniſtrare. Conſtruebantur ergo eccleſiæ per loca, confluebant ad audiendam verbum Dei populi gaudentes: donabantur munere regio poſſeſſiones & territoria ad inſtituenda monaſteria: imbuebantur præceptoribus Scotis parvuli Anglorum, una cum majoribus, ſtudiis & obſervatione diſciplinæ regularis. Nam monachi erant maxime qui ad prædicandum venerant, monachus ipſe Epiſcopus Aidanus, utpote de inſula quæ vocatur Hydeſtinatus; cujus monaſterium in cunctis pene Septemtrionalium Scotorum & omnium Pictorum monaſteriis non parvo tempore arcem tenebat, regendiſque eorum populis præerat.* Et poſt multa de eodem monaſterio, hæc de Aidani virtutibus (d):

Chriſtiani cultus propagatio in Anglia.

(d) *Bed. l 3. c.5.*

XV. *Inter alia vivendi documenta ſaluberrimum abſtinentiæ vel continentiæ clericis exemplum reliquit: cujus doctrinam id maxime commendabat omnibus quod non aliter quam vivebat cum ſuis, ipſe docebat: nihil enim hujuſmodi quærere nil amare curabat. Cuncta quæ ſibi a Regibus vel divitibus ſæculi donabantur, mox pauperibus qui occurrerent, erogare gaudebat. Diſcurrere per cuncta & urbana & ruſtica loca, non equorum dorſo, ſed pedum inceſſu vectus niſi ſi major forte neceſſitas compuliſſet, ſolebat: quatenus ubicumque aliquos vel divites vel pauperes incedens aſpexiſſet, confeſtim ad hos divertens, vel ad fidei ſuſcipiendum ſacramentum, ſi infideles eſſent, invitaret, vel ſi fideles in ipſa eos fide confortaret, atque ad eleemoſynas bonorumque operum executionem & verbis excitaret & factis.*

Aidani Epiſcopi vita Apoſtolica.

*In tantum autem vita illius a noſtri temporis ſegnitie diſtabat, ut omnes qui*

cum

PAGIUS cui a Northumbriæ Comitatu diſſidet, ob Sanctorum & Epiſcoporum & Monachorum habitationem, *Inſula ſancta* ab Anglis appellatur: in ea *Oſvaldus* Rex locum Sedis Epiſcopalis *Aidano*, qui loci ſolitudine & receſſu delectabatur, conceſſit, ut ſcribit Beda cap. 3. conſtructæque variæ Eccleſiæ, variaque Monaſteria, in quibus Verbum Dei populis prædicatum eſt. Tandem ſæculo decimo exeunte Monachi Lindisfarnenſes poſtquam bellorum calamitate per annos ferme ducentos a Danis exagitati, incertis ſedibus vagati fuiſſent, *Dunelmi* conſe-

dere



*cum eo incedebant, ſive attonſi ſive laici, meditari deberent, id eſt, aut legendis ſcripturis aut pſalmis diſcendis operam dare. Hoc erat quotidianum opus illius & omnium qui cum eo erant fratrum, ubicumque locorum deveniſſent. Et ſi forte eveniſſet (quod tamen raro evenit) ut ad Regis convivium vocaretur: intrabat cum uno clerico aut duobus: & ubi paululum reficiebatur, accelerabat ocyus ad legendum cum ſuis, ſive ad orandum exire. Cujus exemplis informati, tempore illo, religioſi quique viri ac feminæ conſuetudinem fecerunt per totum annum, excepta remiſſione Quinquageſimæ Paſchalis, quarta & ſexta ſabbati jejunium ad nonam uſque horam protelare. Numquam divitibus honoris ſive timoris gratia, ſi qua deliquiſſent, reticebat, ſed aſpera illos invectione corrigebat.* Hæc & alia præſtans Aidanus optime Apoſtolici viri numeros explebat. At de Rege iſta ſubdit idem Beda (a):

(a) *Bed. l. 3. c.6.*

XVI. *Hujus igitur reverendiſſimi Antiſtitis doctrina Rex Oſuualdus cum ea cui præerat gente Anglorum inſtitutus, non ſolum incognita progenitoribus ſuis regna cœlorum ſperare didicit; ſed & regna terrarum pluſquam ulli majorum ſuorum ab eodem uno omnipotenti Deo, qui fecit cœlum & terram conſecutus eſt. Denique omnes nationes & provincias Britanniæ, quæ in quatuor linguas (ideſt, Britonum, Pictorum, Scotorum, Anglorum) diviſæ ſunt in ditione accepit. Quo regni culmine ſublimatus, nihilominus (quod mirum dictu eſt) pauperibus & peregrinis ſemper humilis, benignus, & largus fuit. Denique fertur, quod tempore quodam, cum die ſancto Paſchæ cum præfato Epiſcopo conſediſſet ad prandium, poſituſque eſſet in menſa coram ipſo diſcus argenteus regalibus epulis refertus, jamque eſſent manus ad panem benedicendum miſſuri intraſſe ſubito miniſtrum ipſius, cui ſuſcipiendorum inopum erat cura delegata, & indicaſſe Regi, quia multitudo pauperum undecumque adveniens maxima per plateas ſederet, poſtulans aliquid eleemoſynæ a Rege. Qui mox dapes ſibimet appoſitas deferri pauperibus, & diſcum confringi atque eiſdem minutatim dividi præcepit. Quo viſo, Pontifex qui aſſidebat, delectatus tali facto pietatis, apprehendit dexteram ejus, & ait: Numquam inveteraſcat hæc manus. Quod & ita juxta votum benedictionis ejus provenit. Nam cum interfecto illo in pugna, manus cum brachio a cætero eſſent corpore reſectæ, contigit ut hactenus incorruptæ perdurent: denique in urbe regia, quæ a Regina quondam vocabulo Bebba cognominatur, loculo incluſæ argenteo, in Eccleſia ſancti Petri ſervantur, ac digno a cunctis honore venerantur. Hujus induſtria Regis, Deirorum, ac Berniciorum provinciæ, quæ eatenus ab invicem diſcordabant, in unum ſunt pacem, & velut unum compaginatæ in populum. Erat autem nepos Eduini Regis ex ſorore Acha, dignumque fuit ut tantus præceſſor talem haberet de ſua conſanguinitate & religionis hæredem & regni.* Hactenus de his Beda: reliqua autem de latiori propagatione fidei Chriſtianæ apud Anglos facta, ſequenti anno dicturi ſumus, quod ratio id temporis poſtulet.

Laudes Oſuualdi Regis.



Qui

PAGIUS dere, Anglice *Durham* appellati, ubi modo reſident Epiſcopi Proteſtantes, ut teſtatur Godwinus in Commentario de Præſulibus Angliæ, ubi agit de Dunelmenſibus Epiſcopis. [1]

*Honorius* Papa ſcribit ad Sergium Epiſc. Conſtantinopol. & Hieroſolymitana Synodus celebratur, ut anno ſuperiori probavimus. Idem Pontifex ſcribit *ad Eduinum* Northumbriæ Regem, & ad Honorium Dorovernenſem Epiſc. ut eodem anno videre eſt. Scribit etiam *ad Scotos*, ibidem

NOTÆ [1] Honorii ad Eduinum Regem, & alteram ad Honorium Dorovernenſem Archiepiſcopum Epiſtolas anno ſuperiori datas fuiſſe in Nota ad eundem annum numer. 21. demonſtravimus. MANSI

| JESU CHRISTI ANNUS 635. | HONORII PAP. ANNUS 10. | HERACLII IMP. ANNUS 26. |
|---|---|---|

I. *Heraclii impietatis deteſtatio.* QUi ſequens eſt Redemptoris annus trigeſimusquintus poſt ſexcenteſimum Indictione octava, fuit malorum quæ in eo acciderunt memoria poſteris etiam luctuoſus, obſidione videlicet ſanctæ civitatis Hieruſalem, quæ poſtea ſequenti capta eſt, infelix, & clade Romani exercitus. Non poſſunt cum graviſſima urgent mala, non ſtatim converti oculi ad eorum originem, ex qua fluxerunt, reſpiciendam ac deteſtandam, in ipſum, inquam, Imperatorem derelictum a Deo, cum ipſe ob impietatem prius ab eo receſſit. Ingratus Heraclius, cum poſt Perſas divino auxilio debellatos, poſt tanta tot annis continuata accepta ingentia a Deo beneficia, erga religionis puræ cultum debuiſſet eſſe propenſior, Catholicamque pietatem cuſtoditam tueri ac ſolicitius propagare; tunc factus ipſe Catholicæ deſertor Eccleſiæ & transfuga, adverſus Catholicos pro hæreticis bella parans ac renovans, Dei in ſe ſuoſque iram convertit, fuitque a Deo infelix penitus deſtitutus, cum hæreticis ipſe miſer inhæſit: dumque oppugnaturus pietatem, paravit ille Concilia malignantium, Deus in Romanum Imperium barbaros Arabes ac Sarracenos excitavit, quibus & favit quantumlibet impiis, in delendis ſæpiſſime ejuſdem Imperatoris Heraclii exercitibus: cum tamen nec tot cladibus ſingulis annis exagitatus, e letali ſomno excitatus, evigilans, ipſe reſipuerit. Sed quæ Annales reddant, rudi licet Minerva, ſincera tamen veritate, videamus: hæc enim in iiſdem ex Theophane hoc anno deſcripta leguntur:

II. *Hieroſolyma obſidetur, & Syria occupatur a Sarracenis.* *Anno vigeſimoſexto Imperii Heraclii aciem direxit Haumar* princeps Arabum atque Sarracenorum *contra Palæſtinam, & obſidens ſanctam civitatem biennii tempore, cepit eam verbo:* Pactis conventis ſcilicet. At de ipſa civitatis captivitate agendum anno ſequenti, quo fieri contigit. Subdunt poſt hæc Annales de aliis hoc anno damnis illatis Romano Imperio ab iiſdem Sarracenis, his verbis: *Eodem quoque anno miſit Haumar in Syriam, & ſubegit totam Syriam Sarracenis. Sergius (a) autem dux Romanorum exercitus, Cæſarea Palæſtinæ veniens cum exigua militum manu, primus ipſe cum exercitu interficitur.* Hæc tantum de his Annales, paucis quidem mala ingentia perſtringentes. Quod autem ad ipſam obſidionem ſanctæ civitatis pertinet, de ea meminit ejuſdem civitatis Epiſcopus Sophronius in homilia quam habuit in die Natalis Domini hoc eodem tempore quo Hieroſolyma obſeſſa eſt; dum luget, quod ſuo loco celebrare cum ſuis non poſſet Natalitium Domini, Bethlehem ſcilicet; eo quod obſeſſa a Sarracenis civitas eſſet, & Bethlehem in manibus hoſtium. Porro illa dumtaxat ex ea hic deſcribemus, quæ ad eamdem Hieroſolymitanæ ſanctæ civitatis obſidionem pertinent: poſt multa enim de eadem ſolemnitate, quam eloquentiſſime dicta, iſta ſubiicit, cum de Bethlehem meminit (b): *Nos autem propter innumera peccata noſtra, graviſſimaque errata, earum rerum contemplatione indigni effecti, curſu illuc contendere, præſtoque adeſſe probibemur, ſed vel inviti & nolentes domi manere cogimur, nullis ſane corporis vinculis adſtricti, verum Sarracenico metu abſterriti & compediti, triſtitiaque noſtra quidem infelicitate digna, indigna autem bonis quæ nobis alioquin debebantur, veluti tempeſtate quodam jactati. Quandoquidem ſi miſeria noſtra bonis illis digna fuiſſet, omnino nos quoque prope loca illa poſiti (nec enim a longinquo illa aſpicimus) cum paſtoribus choros duceremus, & cum Magis dona Deo afferremus, & cum Angelis odam illam: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis,*

(a) *Cedren. hoc anno in fin.*

(b) *Extat t.2. Bibl. SS. Patr.* Lamentatio Sophronii in die Natalis Domini.

PAGIUS SÆC.VII. Anno Eræ Hiſpan DCLXXIII. Anno Hegiræ XIV. inchoato die 25. Febr. fer. 7. AC. 635. I. *Poſtconſulatus* II.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6128.

☉ 28. A. ☽ 9. P. 9. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 635.

HONORII PAPÆ 11.

HERACLII IMP. 26.

HIc annus iſta formula notatus: *XXV. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XXIV.* Et a XXII. Januarii *anno Imperii Heraclii Junioris Conſtantini XXIII.*

Ad num. II. ad IX. Geſta hoc anno Saracenos inter & Romanos Baronius anno ſuperiori narravit, ut ibidem viſum eſt: hoc vero anno differit de obſidione Hieroſolymitana, quæ biennio duravit, ideoque anno ſequenti ea cœpta, annoque DCXXXVII. a Saracenis Hieroſolyma expugnata. Theophanes enim anno Eræ Alexandrinæ DCXXVII. Kalendis Septembris hujus Chriſti anno inchoato uno tenore & obſidionem & expugnationem Hieroſolymorum narrat. Refert etiam eodem anno totam Syriam in poteſtatem Saracenorum redactam eſſe, & Elmacinus anno XV. Hegiræ, anno Chriſti DCXXXVI. inchoato prodit, *Emiſam* ſeu *Emeſſam* Saracenis tributariam factam. Eſt Emeſſa, vulgo *Hemz*, Urbs Syriæ ad Orontem fluvium, inter Arethuſam & Laodiceam.

*Obſidio Hieroſolymorum biennalis fuit.*



| CHRISTI 635. | HONORII PAP. 10. | HERACLII IMP. 26. |
|---|---|---|

*decantaremus. Verum enimvero ejuſmodi voces vel hoc loco depromere inoffenſe ſinimur, at ipſum vero præſepe & ſpecum illam vere ſublimem cæleſtemque contueri, & cœli terræque Regem coram iſtic contemplari, tamquam ſpectaculo hujuſmodi indigni omnino vetamur.*

III. *Vere generis noſtri principem, primumque parentem Adamum, a paradiſi habitatione miſerabiliter proſcriptum, hic imitamur: etenim ob nefaria peccata lapſuſque quæ prava præpoſteraque mente ſubinde deſignamus, tam gravia, vel multo quoque graviora triſtioraque patimur, quam ille. Nam ut ille e paradiſi deliciis proſcriptus exulque factus, & graviſſima irrevocabilique Dei ſententia inde ejectus oculis quidem paradiſi hortum uſurpabat (e regione enim illius habitabat) ad ipſum autem denuo regredi non valebat, ut qui flammeam illam verſatilemque rompbæam, quæ aditum ad hujuſmodi locum præcludebat, ipſumque ob deſignatum prævaricationis peccatum bono illo ardenter cupito orbabat, ob oculos verſari cerneret: ita nos quoque hodierna die mulctamur. Quandoquidem civitatem Bethlehem, quæ Deum excepit vicinam habemus, neque in ipſam tamen ingredi permittimur, non quidem ardentem illam verſatilemque paradiſi rompbæam conſpicantes, ſed efferatum planeque barbarum, atque omni re vera crudelitate plenum Sarracenorum gladium extimeſcentes. Hic enim gladius horrendum fulminans, cædemque ſpirans & intentans, beatæ illius viſionis exortes nos reddit, domique citra ulteriorem progreſſionem manere compellit. At vero licet Agarenorum ſica æque nunc fulminet, ac rompbœa illa quæ paradiſi oſtium quondam aſſervabat; attamen ſi nos voluerimus, hoc eſt ſi converſi, Deum noſtri cauſa natum per ſtudioſa opera ex animo quæſiverimus, ut antea fuerat, ſedata mox & mitis evadet. Si inquam, nos peccatorum flammas per pœnitentiam reſtinxerimus, & Deum optimum maximum propter nos & ſecundum nos natum religioſe coluerimus, operumque quæ ille execrari ſolet, ſtudium intermiſerimus, ardoris ſui ſenſum facile deponet.*

IV. *Qua, quæſo, fronte ad Deum accedere audemus, qui nullam neque animi fœcunditatem, neque corporis caſtimoniam muneris loco deferimus? Quomodo ipſi appropinquare non veremur, qui operum quæ illi lætitiam & voluptatem parere dignoſcuntur, ſuaveolentiam nullam obtinemus; præſertim cum flagitioſorum operum graveolentiam infeſtiſſime odiſſe non ignoremus? Metuo autem, magnoque tremore conſtringor, ne qui Orthodoxam fidem habere videmur, non ſecundum illam quoque laborare deprehendamur: ut qui eam ſolam, hoc eſt, ab honeſtarum actionum conjugio ſejunctam, bonorumque operum comitatu deſtitutam oberrare permiſerimus. Si enim fides, ſtudioſa fragrantium operum actione orbata, ſecundum Jacobum (a) fratrem Domini, qui hujus quoque gregis paſtor aliquando extitit, eſt mortua; quomodo nos rectum curſum tenebimus, qui fidem operibus quaſi aliis quibuſdam exornare non curamus?* Et inferius in eadem ſententia perſtans, iſta ſubdit: *Si itaque paternam illius voluntatem fecerimus, veramque & Orthodoxam fidem conſtanter retinuerimus, Iſmaelitarum rompbæam facili negotio amoliemur, Sarracenicamque ſicam a nobis avertemus, & Agarenorum arcum confringemus, & divinam Bethlehem non longo poſt tempore contemplabimur, & quæ in illa ſunt admirabilia contuebimur.* Et inferius poſt multa de incarnationis myſterio ſapienter dicta, in eodem verſatus argumento hæc addit:

V. *Fratres feſtum diem nos hodie obimus etiam ſi magna cum triſtitia illud faciamus; ut qui locum, in quo Deus Verbum & Dominus per exortum, qui verbis explicari, nequit, apparuit propinquum habeamus, neque ad illum tamen accurrere valeamus. Sane idem fere hic nobis uſu venit, quod diviniſſimo Moyſi. Hic enim in montem præcelſum ſubvectus promiſſionis terram oculis quidem uſurpabat, avidiſſimeque in illam ingredi cupiebat; verum quod virgæ ſuæ verbere aquarum fluenta, & rivos e petra educturus, Deum non benedixiſſet, nequaquam huc ingredi permiſſus eſt. Et ille quidem ad eum modum terra multum deſiderata orbatus, mœroreque exhauſtus, hinc ad Deum migravit. Nos autem, qui his non diſſimilia patimur, quid faciemus? Nam etſi de cæleſtibus donis animo voluptatem capimus & lætamur, & religioſe nos oblectamus, & quaſi continuum gaudium haurimus; contriſtamur tamen & turbamur non parum, quod locum cominus aſpicere non licet, ibique feſtivum conventum agitare, ubi vera illa lux orta eſt, ubi æterna vita floruit, ubi tandem donorum & gratiarum omnium theſaurus aſpectabili forma apparens, omnes qui cum fide & pietate intuentur, illuſtrat & recreat, cæleſtique gaudio uberrime exatiat, ac tales eis opes impertitur, quæ neque defluunt neque deficiunt: efficitque ut non abſque gaudio & oblectatione cum Angelis, paſtoribus, & Magis, Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, concinant.*

VI. *Non Adamo tantum primo generis noſtri parenti, divinoque Moyſi miſere admodum hodierna luce aſſimilamur; verum Davidis quoque Dei parentis ſortem cum primis exacte exprimimus, ut qui iiſdem*

pene

(a) *Jac.* 2.

Luctus Sophronii de Bethlehem a Sarracenis poſſeſſa.

*pene difficultatibus hoc tempore involvamur, obſtaculiſque præpediamur, quibus olim ille. Etenim* (a) *David in Regem a Deo aſſumptus, cum Philiſthæorum acie undique circumiecta aliquando coerceretur ſpiritali ſiti, quali forſan nos modo, arens ardenſque ſalutarem aquam ex ciſterna quæ erat in Bethlehem, bibere deſiderabat. Aqua autem, quam myſtice ille expetebat, & viva erat, & omnes qui ex ea bibebant, divina virtute vivos efficiebat. Si ſcires* (b) *donum Dei* (*ajebat Chriſtus fons ille vitæ numquam deficiens, ad Samaritanam*) *& quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere; tu forſan petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam.* Et inferius.

(a) 2. Reg. 23.

(b) Jo. 4.

VII. *Si ergo juſti, & prophetæ, & Angèli, Chriſti nativitatem & locum, in quo exoptatiſſimus ejuſdem ortus contigit, contueri deſiderabant & deſiderant; quid mirum eſt ſi nos abjecti minimique, qui ejuſdem religionis & pietatis participes, Orthodoxæque fidei cohæredes effecti ſumus, ardenter iſtic deſideremus. Et quænam cauſa, quæſo, divinum Davidem, cum & germanus Bethlehemitica eſſet, ortumque e Deifera Bethlehem duceret, impediebat, quo minus Bethlehemiticæ ciſternæ aquam, quam tantopere expetebat, tantaque aviditate ſitiebat, biberet? eadem prorſus, quæ nos hoc tempore. Nam & ipſe quoque æque ac nos modo, ob hoſtilem metum, ad ſacram Bethlehem curſu contendere, aquamque concupitam haurire prohibebatur* (*Quid enim homini contingere poteſt miſerabilius, quam bonum deſideratum ob oculos poſitum habere, neque deſiderato tamen frui poſſe?*) *Quandoquidem tunc temporis quoque, perinde ac nunc, Philiſthæorum ſtatio Bethlehem obſidebat; eaque res illum, quemadmodum nos quoque hac tempeſtate, quo minus bonum illud uſque adeo beatum & deſideratum* (*quippe quo nihil nobis obtingere potuiſſet felicius, aut honoratius, aut delectabilius*) *conſequamur, impedit & abſterret, ne ad divinam Bethlehem accederet, abſterrebat & impediebat.* Et inferius:

*Tenemur profecto deſiderio & ſiti æque nos torrente, atque altera illa torrebat Regem: videre autem aquam* (*ut decantatus ille David*) *& vel ſolo aſpectu animam viſumque inde paſcere propter Saracenorum metum omnino non valemus. Etenim impiorum Agarenorum ſtatio æque nunc* (*ut dictum eſt*) *illuſtrem Bethlehem occupat & obſidet, ut quondam Philiſtæorum: nec ullum prorſus tranſitum ad illam indulget. Interminatur enim cædem & interitum, ſi quis ad ſanctam illam civitatem egredi diviniſſimæque ac nobis optatiſſimæ Bethlehem appropinquare auſus fuerit. Quare intra civitatis hujus portas concluſi, necnon in divino hoc Dei genitricis templo conſtituti, feſtum hunc diem, anniverſariamque ſolemnitatem non citra triſtitiam obimus, publiceque celebramus.* Hæc autem & alia plura id genus hoc anno die Natali Domini pro concione Sophronius, quæ rem accurate conſideranti valeant lacrymas elicere copioſas, dum recogitat, cuncta loca ſancta, quæ erant extra Hieroſolymam, feris barbaris Sarracenis fuiſſe expoſita, id e mœniis ſpectantibus miſeris civibus. VIII.

Sed dum tot tenebræ occupant Orientem, lux Evangelica fulgentibus radiis coruſcat in Occidente, dum apud gentes quæ Deum ignorabant ſplendor Evan- IX.

PAGIUS

III. *Saxones Occidentales fiunt Chriſtiani.*

Ad. num. IX. & ſeqq. Fuit hic annus Occidentalibus Saxonibus felix. Beda enim lib. 3. cap. 7. ſcribit: *Eo tempore gens Occidentalium Saxonum, qui antiquitus Geviſſæ vocabantur, regnante Cynigilſo, fidem Chriſti ſuſcepit, prædicante illis Verbum Birino Epiſcopo, qui cum conſilio Papæ Honorii venerat Britanniam.* Converſionem horum Saxonum ad tempus Oſualdi indefinite refert Beda; Florilegus tamen & Wigornienſis eam in præſentem annum conferunt, *Birinum* nulli Sedi adſcriptum ab Apoſtolica Sede miſſum eſſe, non ſolum Beda; ſed & Malmesburienſis, Huntindonius, Wigornienſis, Weſtmonaſterienſis & moderni etiam cum Uſſerio notarunt. Baptizatum *Cynigilſum* a Birino Epiſcopo, ſuſcepit e fonte exeuntem *Oſualdus* Rex, qui ejus filiam in conjugem accepit: *Donaverunt autem ambo Reges eidem Epiſcopo Civitatem, quæ vocatur Dorcic, ad faciendam inibi Sedem Epiſcopalem*, inquit Beda citatus, qui addit, & ibidem Birinum obiiſſe. Urbs illa hodie *Dorceſtria* vocatur, eſtque in Dobunis & Oxonienſi Comitatu. Tunc enim ager Weſtſaxonum Regibus parebat, qui poſtea ad Mercios tranſivit. Juvabit obſervare *Ethelverdum* Saxones Occidentales Anglorum Occidentalium nomine appellare. Sic lib. 2. cap. 3. ait *Ceolfum* cepiſſe Regnum ſuper Occidentales Anglos. Idem habet cap. 6. de *Cynigelſo* Rege, & capit. 7. de *Cenvalchio*, ſeu Cenuvalh, & alibi, dum loquitur de Regibus Saxonum Occidentalium.

IV. *Novella Heraclii Imp. adverſus Presbyteros ſine dimiſſoriis Conſtantinop. venientes.*

Juſtellus Tomo 2. Bibliothecæ Veteris Juris Canonici inter Novellas Heraclii Auguſti unam refert ſine die & ſine anno datam, ac inſcriptam *Sergio* Patriarchæ Conſtantinopolitano, cujus ſummarium in titulo his verbis deſcribitur: *Quod non fas ſit, ut aliquis habitu Sacerdotali amictus, cujuſcumque ſit gradus aut ordinis, cum ex alia Civitate, vel vico, vel prorſus ex alio loco, in hanc Auguſtam Urbem venit, in aliquam ex Urbanis Eccleſiis, vel quæ in ejus territorio ſunt, abſque diſcuſſione ac mandato gubernantis hanc Apoſtolicam Sedem univerſalis Patriarchæ immittatur; aut rogas diariorum accipiat, ſive ex aliqua domo Auguſtæ, ſive venerabili Orphanotrophio, ſive Xenonibus, aut Monaſteriis, aut ex alia quadam ejuſmodi domo: nec item uti Clericus quocumque modo duabus in Eccleſiis ordinetur.* Ait enim Heraclius ſe accepiſſe aliquos ordinationem ab aliquo Sacerdote, cui liceat impertiri conſecutos, vel pœnarum



vangelicæ prædicationis ab Apoſtolica ſede refulſit. *Eo tempore* (inquit Beda *a*) *gens Occidentalium Saxonum, qui antiquitus Geviſſi vocabantur regnante Cynigilſo, fidem Chriſti ſuſcepit, prædicante illis verbum Byrino Epiſcopo, qui cum conſilio Papæ Honorii venerat in Britanniam, promittens quidem, ſe, illo præſente*, Honorio Papa ſcilicet, *in intimis ultra Anglorum partibus, quo nullus doctor præceſſiſſet, ſanctæ fidei ſemina eſſe ſparſurum. Unde & juſſu ejuſdem Pontificis per Aſterium Genuenſem Epiſcopum in Epiſcopatus conſecratus eſt gradum. Sed in Britanniam perveniens, ac primo Geviſſorum gentem ingrediens, cum omnes ibidem Paganiſſimos inveniret, utilius eſſe ratus eſt ibi potius verbum Dei prædicare, quam ultra progrediens, eos quibus prædicare deberet, inquirere. Itaque evangelizante illo in præfata provincia, cum Rex ipſe catechizatus fonte baptiſmi cum ſua gente ablueretur, contigit tunc temporis ſanctiſſimum ac victorioſiſſimum Regem Nordumbrorum Oſuualdum affuiſſe, eumque de lavacro exeuntem ſuſcepiſſe: ac pulcherrime prorſus & Deo dignus conſortio, cujus erat filiam accepturus in conjugem, ipſum prius ſecunda generatione Deo dedicatum ſibi accepit in filium. Donaverunt ergo ambo Reges eidem Epiſcopo civitatem quæ vocatur Dorcinca, ad faciendam inibi ſedem Epiſcopalem: ubi factis dedicatiſque eccleſiis multiſque ad Dominum pro ejus labore populis advocatis, migravit ad Dominum, ſepultuſque in eadem civitate.* Hæc Beda uſque ad obitum ſanctiſſimi viri, plurima paucis facta perſtringens. Extant autem ejuſdem ſancti Acta (*b*), quibus & prædicatio ejus nota temporum conſignatur, nimirum anno trigeſimooctavo ab ingreſſu Auguſtini in Angliam, ab adventu Domini anno ſexcenteſimo trigeſimoquinto, qui præſens eſt annus. Sed prætermiſſum a Beda ingens viri Apoſtolici miraculum Apoſtolo dignum, ex iiſdem Actis hic deſcribendum putavimus: ſic enim ibidem enarratur:

(a) Bed. hiſt. Angl. l.3. c.7.

Ab Honorio Papa mittitur S. Byrinus in Angl.

Rex Geviſſorum Chriſtianus efficitur.

(b) Apud Sur. die 3. Decemb.

*Ad littus Britannici freti arrepto itinere perveniens, aſcenſurus navem divina celebrat myſteria, ſibi ſuiſque viaticum* X.

PAGIUS

rum Canonicarum nomine e locis, in quibus degunt ejectos, vel etiam nulla dimiſſoria (quam vocant) Epiſtola munitos, in Urbem Regiam venire, & in Eccleſias immitti abſque Patriarchæ permiſſu, & quod peſſimum eſt, ſportulas accipere, & ex loco, ad quem ab initio deputati erant, in alium transferri: quod cum ſtatum Eccleſiaſticum pervertat, ea Novella impoſterum fieri prohibet. Porro Heraclius *rogæ diariorum*, & *ſportularum* nomine intelligit quotidiana ſalaria, quæ Clericis pro ſtipendiis præbebantur, quæ poſtmodum dictæ ſunt *Prabendæ*, ut videre eſt in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis.

V. *Floret Joannes Maro, & Jacobitas refellit.*

Circa hæc tempora ad contundendam *Jacobi* Hæreſiarchæ ejuſque aſſeclarum proterviam, ſurrexit ex Monaſterio *Sancti Maronis* Joannes Monachus, qui ob ejus in hæreticos egregia facinora cognominatus eſt alter Maro ex nomine Monaſterii, ut Fauſtus Naironus in Diſſert. de Origine ac Religione Maronitarum, cujus narrationem in ſummam contraho, num. XIV. & ſeqq. colligit ex titulo Arabicæ Paraphraſis præfationis præfixo controverſiis ejuſdem adverſus hæreticos Orientales, cujus verſionem hic exhibeo: *Profeſſio fidei Eccleſiæ Apoſtolicæ, quam conſcripſit Sanctus Joannes Patriarcha Antiochenus in Monaſterio Maronis prope flumen Orontem Regionis Apameæ, & Emeſſæ, miſitque in Montem Libanum, unde cognominati ſunt incolæ prædicti Montis Maronitæ, ex nomine Monaſterii; cognominatus quoque eſt præfatus Joannes, Maro, item ex nomine Monaſterii.* Hic & Scriptis & Concionibus, ac Diſputationibus Jacobitarum odium ita in ſe concitavit, ut ab illis in deriſum vocatus fuerit *Maroninus*, ut videre eſt in eorum Cathecheſi, ubi in deſcriptione inſectationum Imperatorum adverſus Jacobitas pro confirmatione Statutorum Concilii Chalcedon. legitur: *Inſurrexit cum Imperatore Maroninus, una cum Atrahamino ejus ex ſorore nepote.* Ideoque contumelioſe vocabantur Maronitæ ab hæreticis *Maronini*, quo nomine illos appellat Ayto Armenus in Hiſt. Orientali cap. 14.

VI. *Fit Patriarcha Antiochenus Maronitarum.*

At, inquiunt aliqui recentiores, hunc Maronem fuiſſe hæreticum Monothelitam, a quo Maronitarum natio denominata ſit, laudantque Willelmum Tyrium tanquam teſtem oculatum Lib. 22. Belli Sacri cap. 8. cujus locum recitat Baronius anno MCLXXXII. num. IV. Tyriumque ſequitur, quemadmodum & Joannes Morinus in Tractatu de Sacris Ordinationibus, Joannes Cardinalis Bona in Epiſtola ad Mabillonium, aliique. Sed tantum abeſt, ut *Joannes Maro* Hæreſiarcha vel hæreticus fuerit, ut ſanctimoniæ laude claruerit. Joannes Ceverius de Vera, qui multa perſcrutatus eſt, in Itinerario Jeroſolymitano cap. 27. ait: *Maronitas propter diverſitatem religionum, quæ in Syria vigebant, petiiſſe a Romano Pontifice, ut eis proprium præficeret Patriarcham, quorum petitionibus annuens Summus Pontifex, Patriarchali dignitate Maronem inſignivit, qui tunc temporis Romam pervenerat; illumque miſit ad Maronitas, qui ſanctiſſime vixit; ex quo tempore Maronitæ proprium ſemper ſibi elegerunt Patriarcham.*

VII. *Ab Honorio I. Papa.*

Hæc autem contigiſſe Honorio I. Romanam Eccleſiam regente legitur in Hiſtoria Arabica, quam Latine refert Quareſmius lib. Dilucidationis Terræ Sanctæ cap. 35. *Et profectus Tripolim Syriæ Civitatem, ibi offendit Nuncium Papæ Honorii; cumque Nuncius adventum Maronis intellexiſſet, illum accerſivit, ut de illius fide periculum faceret, ad quem cum acceſſiſſet, & propoſitis appoſite reſpondiſſet, in fide & profeſſione ſua apprime verſatum inventum, ſecum Romam duxit. Romam cum perveniſſet, propter Maronem fuit ibi Concilium congregatum, in quo Maronis fide examinata, vera inventa fuit; tunc Pontifex illum Antiochiæ Patriarcham* (nempe Maronitarum) *ordinavit, mitram in capite ejus poſuit, in manu paſtorale, & in digito annulum, habitu Patriarchali indutus venit Antiochiam, ibique hæreſes a Macario diſſminatas avul-*

*Ingens miraculum Byrini Apoſtolici viri.*

*cum parans, ſalutaris hoſtiæ pia libamina Deo obtulit. Urgente vero navigationis articulo ad navim feſtinans introducitur: & inſurgente vento, dum alta ſulcarent pelagi, reminiſcitur Byrinus, ſe rem præcipue caram amiſiſſe, & nautis urgentibus impeditum, in littore, unde abſceſſerat reliquiſſe. Dederat enim ei Honorius Papa pallam, ſuper quam corpus Chriſti conſecrabat, & in qua corpus Dominicum involutum & ad collum ſuſpenſum ſemper ſecum ferebat, atque inter ſacranda ſacroſancta myſteria ſuper ſanctum altare ponere conſuevit. Fide igitur armatus in mare deſcendit, Deum auctorem habens per mare ſecurus incedit, & recepto quod reliquerat, ad navem regreditur: offendit autem illam quaſi immobilem ſtantem, cum paulo ante per undas maris velociter currentem reliquiſſet. Ut autem in eam ingreſſus eſt, nec una quidem in veſtimento ejus aquæ gutta deprehenſa eſt. Id nautæ videntes, flexis genibus, tamquam Deum eum adoraverunt, & complures ex eis ad fidem Chriſti, prædicante illo verbum Dei, converſi ſunt.* Quod quidem adeo magnum fidei experimentum ab Apoſtolico viro Deus edi voluit, quo ſciretur, nihil habere minus ab Apoſtolis gratiarum, qui legitime ſuſceptum Apoſtolicum munus obeunt. Porro hæc tanta peragendi data eſt a Deo Byrino fiducia, ne ſacroſanctum Chriſti corpus involutum palla relictum in littore, ibidem remaneret. Vides perſeveraſſe hactenus apud fideles valde pios priſtinum illum morem, qui a S. Ambroſio deſcribitur in funere Satyri fratris, portandi ſcilicet in itinere terra marique ſacroſanctam Euchariſtiam ſudario involutam: quam piam conſuetudinem ſicut fervens religio introduxit, ita & religio æque ſancta ſubduxit: ſuadebat illud tunc fides, quod poſtea reverentia diſſuaſit: utrobique commendandi fideles, ſicut in utroque apparet Apoſtolorum prædicata fiducia, & commendata modeſtia, ſive cum nolunt ad momentum (a) carere Chriſti præ-

(a) Jo. 6.

PAGIUS

*avulſit, & illi adhæſerunt Jacobitæ ibidem exiſtentes, qui confeſſi ſunt in Chriſto duas naturas, ac duas voluntates.* Subdit: *Ex Antiochia poſtea cum ſuis aſſeclis ad Montem Libanum profectus eſt, ubi Pontificia auctoritate Crucem ſuam erexit, & populus, qui ibi inventus fuit, illum cum ingenti gaudio, celebrique applauſu excepit.*

VIII. *Sancte moritur.*

Confirmatur hæc Hiſtoria ex alio Codice MS. a Fauſto Nairono in Syria lecto qui Latine redditus habet: *Profectus eſt cum Legato Papæ Romam* (ſc. Joannes Maro) *illumque excepit Pontifex, qui erat Honorius, & propter ejus fidem Orthodoxam, illum Antiochiæ Patriarcham creavit, eumque miſit in Syriam, quem gaudio magno populi Montis Libani exceperunt; & Antiochiæ, & Tripolis Syriæ aliqui ex Jacobitis eum ſecuti ſunt, ac in Chriſto Domino Noſtro Jeſu Chriſto duas naturas, ac duas voluntates profeſſi ſunt.* Hoc luculentum Honorii ac Maronis rectiſſimæ fidei teſtimonium. Cujus rei fama cum perveniſſet Conſtantinopolim, Heraclius qui tunc temporis regebat Imperium: varia ei obtulit munera, ac præſertim florem Imperii, petiitque ab eo, ut ei mitteret Conſtantinopolim tres doctos, ac prudentes Viros, qua de cauſa Jacobitarum odium in Maronem magis concitatum eſt, ut in ea Hiſtoria legitur: *Ejus fama pervenit Conſtantinopolim ad Imperatorem, qui ei miſit florem Imperii, & petiit ab eo, ut mitteret ei tres Viros doctos, ac prudentes. Quapropter populus Schiſmaticus, invidia percitus, eum ante Jeroſolymorum Patriarcham doloſe ac falſo accuſarunt dicentem, auctoritatem uſurpaſſe Maronem in ſua Diœceſi abſque ejus licentia, quod Patriarcha noluit audire, quia nota ei erat ejus Sanctitas. Quare eorum odium magis invaluit: & cœperunt illum vexare, at Deus ſemper eum liberavit, mortuus eſt Sanctus & ſepultus eſt Kfarhbai,* quod eſt Oppidum in Libano non valde diſtans ab Urbe Biblienſi.

IX. Hæc de Doctrina Maronis exiſtimatio ſingularis, & tanta animi propenſio in ipſum, tam Romani Pontificis, quam Imperatoris tunc Catholici, cæterorumque Patriarcharum Orthodoxorum, quorum ſenſibus Imperator adhærebat, Jacobitarum odium adeo incitavit, adverſus Honorium, Heraclium, Cyrum, qui poſtea Patriarcha Alexandrinus extitit, & Sergium Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui omnes tunc habebantur Catholici, cum duas in Chriſto Domino naturas profiterentur, & reciperent Chalcedonenſem Synodum, ut illos omnes appellaverint *Moronitas*, etiam antequam Monothelitarum hæreſis erupiſſet. Nimirum tunc Maronitarum nomen Catholicum indicabat, quod colligitur ex Eutychio Tom. II. ubi de Heraclio Imp. ait: *Anno nono Imperii ejuſdem, qui & Hegiræ nonus*, (iſti anni inter ſe non cohærent, & Eutychius rei Chronologicæ parum peritus) *Conſtantinopoli egreſſus eſt Heraclius, Jeroſolymam tendebat, quo videret, quid in ipſa devaſtaſſent Perſæ; ut autem Hemſum* (hoc eſt Emeſſam) *perveniſſet, noluerunt incolæ ipſum recipere, dicentes ipſi, Maronita tu es, ac religionis noſtræ adverſarius. Illis ergo relictis ad Monaſterium Maronis abiit, in quo qui erant Monachi egreſſi obviam ipſi profecti ſunt. Fuit autem Heraclius Maronita, multaſque illi opes contulit, agro etiam donato Monaſterio, adeo ut proſpero ſe haberent res eorum.*

*Jacobitarum contra eum odium.*

X. *Jacobitæ Heraclium Imp. & ſibi adverſantes vocabant Maronitas.*

Erant ea ætate Emeſſæ Cives ad partem maximam, ac fere omnes Acephalorum & Monophyſitarum infecti erroribus. Hi *Heraclium* cum nondum eſſet *Monothelitarum* nomen excogitatum, ejecerunt, a ſe, ut Maronitam, ſuis erroribus adverſantem, ideſt, ut duarum in Chriſto naturarum eximium defenſorem. Confirmantur hæc ex iis quæ ibidem leguntur de Imperatore Conſtantino Pogonato, qui acerrime inſectatus eſt *Monothelitas*; eum enim Eutychius ibidem vocat *Maronitam* & quamvis Sergius ac Cyrus in Monothelitarum hæreſim poſtea inciderint, eodemque retento nomine ab Eutychio Maronitæ vocitentur, hoc eo prorſus modo evenit, quo idem Sergius ac Heraclius, ut ait Baronius anno DCXXXI. num. I. licet eidem hæreſi adhærere viderentur, non tantum Orthodoxi per multos annos crediti ſunt, ſed Catholici etiam nomen ac communionem prætulerunt.

Imo



præſentia, ſive ut fecit Petrus) repellendo eum a ſe, cum dixit, (a): *Exi a me, quia homo peccator ſum, Domine.*

(a) Luc. 5.

XI. *Honorii ſolertia in converſione gentium.*

Sed non prætereat Honorii Romani Pontificis numquam ſatis laudata ſolertia, qui exemplo ejus quem coluit, Gregorii prædeceſſoris, ad Gentium converſionem Apoſtolicum rete longe lateque ad Oceanum uſque mare per Apoſtolicos viros a ſe miſſos extendit, & opportune quidem: poſtquam enim tam a Sarracenis, quam ab hæreticis Imperatoribus peſſumdari Orientem vidit, & cum tota nocte denſa obſcurata erroris caligine ibi piſcatus, nihil cepiſſet; ad imperium Domini in capturam piſcium alibi laxat rete. Toleravit expectavitque Pontificia indulgentia diffidentes Orientales, ne diſſenſionum fluctibus mergerentur: dum interim abuſi illi benignitate paſtoris, clandeſtinis aggreſſionibus quatere fidem Catholicam pertinaciæ arietibus non ceſſarent contra præcepta ipſius Honorii, qui de novitate vocum, ſcribens ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ſilentium indixiſſet. Quod vero nondum aperte ſciretur favere hæreſi Imperator; quodque tres pariter Patriarchas, Alexandrinum, Antiochenum, & Conſtantinopolitanum eumdem propagare errorem non adhuc perſpicue innotuiſſet: ſed & cum inſuper Sarracenorum armis Oriens laboraret, cogendi Concilii oecumenici tempus haud opportunum eſſet: cumque adhuc velamentis pietatis fraude contecta, needum zizania matura ad meſſem, ut dividi poſſent a ſegete, perſpicua apparerent: Honorius, (ut dictum eſt) iſta præteriens, ad Gentium converſionem Apoſtolicum rete convertit; quod annuente Domino, plenum magnis piſcibus traxit ad littus.



PAGIUS XI. *Ex ipſo Joanne Marone cum valde Catholicum fuiſſe oſtenditur.*

Imo ipſimet Jacobitæ in ſua Catecheſi in Collegio Maronitarum Romæ aſſervata, de Maronitarum origine inquiunt: *Vos omnes eſtis Syri, & Sedes Regionis veſtræ eſt Antiochia Syrorum; at cum tyrannidem exercuerint Imperatores adverſus Syros, ſurrexit Maro.* Et paulo poſt in Maronem invehuntur propter ejus unionem cum Legato Apoſtolico, qui tunc Antiochiæ degebat; & ſubdunt ipſum petiiſſe ab eo ut ſe in Metropolitam conſecraret, cauſamque addunt hujus petitionis: *Ut retineam habitatores Keſruan, & Montis Libani in Religione Francorum;* nomine enim *Francorum* apud Orientales omnes Chriſtiani Latini Occidentis cujuſcumque nationis intelliguntur. Ipſemet Joannes Maro, qui plura ſcripſit contra Monothelitas, prout innuit cap. 21. Commentariorum Liturgiæ D. Jacobi Apoſtoli, in Expoſitione Symboli Nicæni loquens de his, qui Chriſti Naturas ac Voluntates confundunt, ait: *At de his fuſiſſime ſcripſimus, atque comprobavimus ex teſtimoniis Patrum noſtrorum piorum, quæ collegimus in noſtro Libro adverſus confundentes Naturas & Voluntates Domini Noſtri, & permiſcentes ipſius proprietates, & ad Charitatem Veſtram miſimus.* Mitto alia loca ibidem a Fauſto Nairono relata.

XII. *Maronitæ a S. Marone Abbate ita dicti.*

Ex quibus deducit Vir doctiſſimus Maronitarum originem ac denominationem a nullo Marone Hæreſiarcha, ſed a S. Marone Abbate ejuſque Monachis fuiſſe deſumptam, & a Joanne Marone retentam, nulliuſque roboris eſſe rationem a Morino laudato allatam, improbabile nimirum eſſe Maronitas ſic vocari a viris Catholicis; cum hoc ſit uſui Eccleſiæ contrarium, quæ uti pia univerſalis Mater quos ad fidem Catholicam ſuſcipit, ſi gentiles, ſub Chriſtianorum nomine, ſi hæreticos, ſub nomine Catholicorum appellare ſolet. At infirma hæc ratio, cum etiamnum extent in Oriente fideles, *Chriſtiani S. Thomæ* Apoſtoli appellati, & alias qui Ario ac Meletio adverſati ſunt nuncuparentur *Euſthatiani* a divo Euſthatio Epiſcopo Antiochiæ, qui contra eos inſurrexerat, ut aſſerit Nicephorus Callixti lib. 9. cap. 48. & antea cap. 23.

XIII. *Non vero ab aliquo Marone Hæreſiarcha.*

Immo ex denominatione Maronitarum colligitur, eos non ſic fuiſſe appellatos ab ullo Marone Hæreſiarcha. Uſus enim viget tam in Oriente, quam in Occidente hæreticos fidei Catholicæ reconciliatos, ſi Occidentales ſint, uti Lutherani & Calviniſtæ, vocari Catholicos; ſin vero Orientales, ſi Jacobitæ fuerint, Syros, ſi vero Neſtoriani, Chaldæos ſeu Aſſyrios nuncupari. Et quamvis omnes eſſe Catholici ſubintelligantur, hanc tamen Syrorum & Chaldæorum ſeu Aſſyriorum denominationem ſortiuntur, tum propter eorum rituum diverſitatem, tum quia ſub diverſis ſint conſtituti Patriarchis, ut demonſtrat Fauſtus Naironus loco citato. Maronitæ itaque cum modo hoc nomen gerant, & a Summis Pontificibus a tempore Innocentii III. eorum Patriarcha in Bullis Apoſtolicis appelletur *Patriarcha Antiochenus Maronitarum*, neceſſario ſequitur hoc nomen *Maronita* ſemper virum Catholicum indicaſſe. Sed cum Baronius anno MCLXXXII. Willelmi Tyrii opinioni adhæſerit, hæc omnia ibidem magis confirmabuntur.

| JESU CHRISTI ANNUS 636. | HONORII PAP. ANNUS 11. | HERACLII IMP. ANNUS 27. |
|---|---|---|

I. Hieroſolyma capta a Sarracenis.

ANnus Redemptoris ſexcenteſimus trigeſimusſextus, Indictione nona, Chriſtianæ religioni lugubris illuxit, quo civitas ſancta, in qua operatus eſt Deus ſalutem in medio terræ, anno ſecundo obſidionis capitur a Sarracenis Chriſtianæ religionis infenſiſſimis hoſtibus; ab iiſdemque non paucis annis, ut a Perſis, captiva tenetur, ſed uſque ad annum Domini milleſimum nonageſimumnonum, poſt annos quadringentos ſexagintatres, ex quo a fidei hoſtibus fuerat occupata: quæ & (proh dolor!) numquam e collo tyrannicum jugum excuſſiſſet, neque excuſſura fuiſſe umquam armis Imperatorum Orientalium torpore languentium, niſi ab extremis orbis partibus Francorum ardens pietas cæleſti munita auxilio, magna animi fortitudine id aggreſſa feliciter perfeciſſet. Sed quid de his nobis Annales referent, audiamus. Ad præſentem namque annum ſpectant, quæ ex Theophane ſunt anno ſuperiori narrata his verbis: *Haumar direxit aciem contra Palæſtinam, & obſidens ſanctam civitatem bienni tempore, cepit eam verbo*; pactis conventis ſcilicet. *Sophronius namque Hieroſolymitanus ſummus ſacerdos verbum accepit ad totius Palæſtinæ ſecuritatem*. Egiſſe enim ipſum liquet, ut Chriſtianis liceret ſecure quæ ſunt Chriſtianæ religionis ſacra peragere. Ita Tyrius Epiſcopus & alii tradunt. Sed pergit Theophanes:

II. Haumar templum ſuæ ſectæ conſtruxit.

*Cum Haumar ſanctam civitatem fuiſſet ingreſſus, cilicinis ex camelis & ſordidis indumentis amictus, ſimultationemque ſatanicam oſtentans, templum exquiſivit, quod Salomon conſtruxerat, ad blaſphemiæ ſuæ oratorium conſtruendum videlicet. Hoc advertens Sophronius, ait: In veritate iſtud eſt abominatio deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele propheta, ſtans in loco ſancto. Multiſque lacrymis hic pietatis propugnator Chriſtianam deflevit plebem.* Puto equidem ſanctiſſimum Patriarcham aliquid amplius mente ſpectaſſe, quam oculis, prænoviſſeque gentem illam Mahometicam vere abominationem eſſe deſolationis (quantum a Deo permiſſum eſſet) Chriſtianæ religionis: Haumar autem, utpote affinem genti Hæbræorum, luxiſſe templi Salomonis deſtructionem habitu corporis in veſtibus luctuoſis; quamobrem ut eas deponeret, vix tandem idem Sophronius perſuaſit. Nam ſubdit Theophanes: *Dum vero illic Haumar eſſet, rogavit eum Epiſcopus accipere ſindonem cum indumento & indui: at ille non patiebatur ea portare. Vix ergo perſuaſit bis veſtiri, donec ſua lavarentur, & iterum reddidit ea Sophronio, & veſtitus eſt propriis.*

III. Sophronii patriarchæ Hier. obitus.

Sed quid de Sophronio? Ejus extrema mox adiicit Theophanes: *Verum*, inquit, *inter hæc Sophronius obiit, qui verbo & actu Hieroſolymitanam ornavit Eccleſiam; qui contra Heraclii & fratrum ejus Monothelitarum, Sergii ſcilicet & Pyrrhi, decertavit errorem.* Cum enim videret ſancta a canibus proculcari, quanto putas eum mœrore eſſe confectum, ac quibus luxiſſe lacrymis, & lugubribus novum Hieremiam threnis lamentatum eſſe tantam cladem? Unde merito, uti Elias (a), petierit animæ ſuæ ut moreretur, & non ſecus atque Heli, (b) non ſubſtiterit amplius, ubi captam audivit Arcam Domini, neque illi ſuperſtes eſſe cupierit.

(a) 3. Reg. 19.
(b) 1. Reg. 4

IV. Magno damno Sophronius vivere deſiit.

Magno quidem totius Eccleſiæ Catholicæ damno Sophronius vivere deſiit, qui adverſus Monothelitas ſolus (ut vidimus) hactenus inſurrexiſſet, ac ſcriptis dictiſque ſtrenue decertaſſet. Hoc namque ad cumulum malorum acceſſit, ut qui impietati reſiſteret, e medio tolleretur: quo ſublato obice, quæ non tentaret Imperatoria potens manu, & trium Patriarcharum fulta præſidio hæreſis ſcelerata? Verum licet Sophronius ex hac vita diſceſſerit, tamen rectæ fidei hæreditatem ad ſuos diſcipulos aliquos Palæſtinos Epiſcopos propagavit, ut apparet ex relatione Stephani Epiſcopi in Synodo Romana ſub Martino Pontifice facta in Secretario ſecundo; licet idem tradat, poſt Sophronium nullum alium ad ea tempora fuiſſe ſuffectum Hieroſolymis Orthodoxum Epiſcopum, ſed invaſiſſe Eccleſiam illam hæreticum hominem, de quo iſta ibi: *Sergius namque quondam Joppenſis Epiſcopus, poſt receſſum gentis Perſarum loci conſervationem ſedis Hieroſolymitanæ arripiens non quidem per Eccleſiaſticam auctoritatem, ſed ſæcularem poteſtatem, contra canones, ibidem ad ſedem Hieroſolymitanam pertinentes aliquos Epiſcopos ordinavit; & cum ipſe minime fuerit ordinatus alios ordinare præſumpſit.* Hæc ipſe, qui ſubiicit eoſdem pſeudoepiſcopos ſe adjunxiſſe Paulo Patriarchæ Conſtantinopolitano hæretico, quo ab illo in Epiſcopatu continerentur.

V.

Accidit plane ut ad luctum fidelibus Orthodoxis undique fluerent argumenta, quod loca ſancta conculcarentur a perfidis Sarracenis, quod tanto paſtore illa eſſet orbata Eccleſia, quodque hæreſes inde ſibi quærerent incrementa. Sed & illud Hieroſolymitana clades attulit detrimentum, quod æque cum civitate Sophronii ſcripta naufragium paſſa ſint, quorum perpauca dumtaxat veluti racemi poſt vindemiam nobis hactenus reliqua ſunt, duæ videlicet homiliæ, quarum altera in Natali Domini eſt habita, de qua ſuperius mentio facta eſt, altera de ſanctis Angelis: ſcriptorum vero ipſius adverſus Monothelitas epiſtola tantum illa ad Honorium atque Sergium ſupereſt intexta Actis Sextæ Synodi. Cæterum ex paucis his nobis relictis nobiliſſimi & divinitus afflati ingenii monumentis, qualis quantuſque vir fuerit doctrina egregie & eloquentia præditus, ſatis intelligi poſſe videtur: ut plane inter nobiliores Orientalis Eccleſiæ magiſtros merito cenſeatur adnumerandus. Porro cum non doctrina tantum, ſed & ſanctitate percelebris innotuiſſet, ejus natalis dies poſteris annuatim celebrandus ab Eccleſia Catholica in tabulis Eccleſiaſticis (c) fuit adſcriptus. Sed jam ad res Occidentalis Eccleſiæ convertamus orationem.

(c) Marty. Rom. die 12. Martii.

VI. Conc. Tolet. quintum.

Hoc anno, Æra ſexcenteſima ſeptuageſimaquarta celebratum habetur Concilium Toletanum, dictum quintum, Epiſcoporum viginti, anno primo Cinthilani Regis, cujus extant canones novem, ii-

Ann. Eccl. Tom. XI. S s 2 dem-

PAGIUS

SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCLXXIV. Anno Hegiræ XV. inchoato die 13. Februar. fer. 4. A.C. 636.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 6129.

☉ 1. GF. ☽ 10. P. 31. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 636.

HONORII PAPÆ 12.

HERACLII IMP. 27.

I. Poſtconſulatus.

IS annus hac formula notatus: *XXVI. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XXV.* & a die XXII. Januarii: *anno Imperii Heracl. Jun. Conſtantini XXIV.*

II. Hieroſolyma a Sarracenis capta.

A num. I. ad VI. Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXXVII. Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoato ait: *Hoc anno Umarus in Palæſtinam ſuſcepit expeditionem: & obſidionem per annos duos ad Sanctam Civitatem continuata, tandem fide data eam in poteſtatem accepit*, &c. Verum ea obſidio verno tempore hujus anni inchoata, annoque ſequenti Urbs expugnata. Theophanes enim rem duobus annis geſtam uno tenore narravit. Quare male in Annalibus hæc obſidio, partim anno ſuperiori, partim currenti collocata. Theophanem ita eſſe intelligendum demonſtrat Elmacinus, qui anno Hegiræ XVI. ſcribit, *Omarum* Duces duos Saracenos in Syriam miſiſſe, Hieroſolymam cepiſſe, & Palæſtinam ac Terram Sanctam ſubjugaſſe.

III. Obitus Sophronii Epiſc. Hieroſolymitani.

Theophanes citatus ait, *in ea rerum calamitate* Sophronium Epiſcopum Hieroſolymitanum defunctum. Quare anno ſequenti Eccleſia fortiſſimum pugilem amiſit, eo tempore quo eam *Monothelitæ*, qui ex hac morte magis excitati fuere, perſequebantur. Celebris eſt ejus cultus die XI. Martii, tam apud Græcos, quam apud Latinos. Nicephorus in Chronico nomen ejus tantum memorat, & in eo Hieroſolymitanorum Patriarcharum Catalogum claudit; licet poſtea ſubinde Hieroſolymis Patriarchæ fuerint. In Tabulis Theophani inſertis anni tres ei attribuuntur; & quidem accurate; cum anno DCXXXIV. *Modeſto* ſucceſſerit. Allatius in Diſſert. I. de Libris Eccleſiaſticis Græcorum loquens de Typico ſeu de Ordine recitandi Officium per totum annum, quo non ſolum Sacerdotes in ſæculo viventes, ſed etiam univerſa fere Græcia ad recitanda Divina Officia utitur, refert verba Simeonis Theſſalonicenſis Archiepiſcopi, qui ante annos ſexcentos floruit, deſcripta ex ejus Dialogo contra hæreſes, hactenus inedito, quæ ſic habent: *Et hæc quidem conſtitutio, quam maxime neceſſaria, & patribus convenientiſſima eſt. Etenim ſanctus Pater noſter Saba eam præſcripſit a ſanctis Euthymio & Theoctiſto acceptam. Hi porro a Majoribus & homologeta Charitone deſumſerunt. Sacri vero Sabæ conſtitutionem, ut audivimus, locis illis* (nempe Hieroſolymitanis) *irruptione Barbarorum vaſtatis deperditam, ſanctus Pater noſter Sophronius ſanctæ Civitatis Patriarcha ſtudio, laboreque reſtituit; & poſt eum rurſus divinus, & rebus Theologicis pertractandis acerrimus Joannes Damaſcenus renovavit ſcriptoque demandatam tradidit.* Ubi Barbarorum nomine *Perſas* qui anno DCXIV. Urbem Hieroſolymitanam devaſtarunt, deſignat.

IV. Sophronius unus ex inſtauratoribus Typici & Menæorum.

Præterea non tantum *Sophronius* unus eſt ex præcipuis inſtauratoribus *Typici Hieroſolymitani* pro Laura, ſeu Monaſterio Hieroſolymitano conſcripti; ſed etiam *Menæorum* inſtaurator extitit. Sunt autem *Menea* duodecim Codices Eccleſiæ Græcæ, quibus continentur per ſingulos ſingulorum menſium dies, variæ Dei Deiparæque ac Sanctorum laudes, in templis Græcorum ſub divinis Officiis decantari conſuetæ. Duplicis vero generis Cantica in Menæis reperiuntur, quorum priora, ut antiquitate, ſic multitudine reliquis præſtant, ſed nullis omnino Auctorum nominibus commendantur; cœtera, quamquam pauciora, Auctorum ſuorum titulis inſigniuntur. Porro collatis diebus Menæorum cum diebus per Sanctum *Sabam* in Rituali ſeu Typico ordinatis, manifeſte apparet, Cantica omnia, quæ Sanctus *Sabas* in Typico primis tantum verbis ſignificavit, integerrimo textu, & eodem prorſus ordine in *Menæis* eſſe collocata, quo ea *Sanctus Sabas* in Typico ſeu Rituali, tanquam in Indice quodam notaverat. Cum vero ſucceſſu temporum, maxime autem graſſantium Barbarorum furore, *Menæa*, quemadmodum & *Rituale*, pene interiiſſent, a *Sophronio* primum deinde a *Joanne Damaſceno* priſtino nitori reddita ſunt, additis ab utroque plurimis Odis in laudem Sanctorum, qui poſt S. Sabæ tempora vixerunt. Ita ut Menæorum collectores ſeu inſtauratores præcipui cenſendi ſint *Sabas*, *Sophronius*, & *Damaſcenus*, ut per ſe ſatis patet legentibus *Typicum* S. Sabæ ac Menæa. Ille ipſe ordo qui ab eis præſcriptus fuit in Divinis Officiis peragendis habeturque in Menæis, etiamnum ſervatur in Eccleſiis Græcorum, non a monachis ſolum; ſed etiam a Laicis. De Operibus S. *Sophronii* legendus Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſticis: Vita vero ejus ex variis collecta a Bollando ad diem XI. Martii.

V.

Ad num. VI. & ſeqq. *Siſenandus* Hiſpaniarum Rex hoc anno mortuus eſt, ut ex dicendis conſtabit. Vulſa ei attribuit annos V. menſes XI.

demque pro Regis ſalute ſtabilitateque regni ſanciti, ut inter alios ille, quo jubetur, ut maledicens Regi, excommunicationis pœna mulctetur.

VII. S. Iſidori obitus, & virtutes.

Quod autem huic quinto Toletano Concilio (ſicut quarto) minime interfuiſſe reperiatur ſanctus Iſidorus: id accidit, quod hoc eodem anno traditur eſſe defunctus; de quo iſta Tudenſis habet in Cinthilano Rege: *Anno primo Regis Cinthilani, doctor & legum lator Hiſpaniarum Iſidorus ſtans in Eccleſia, peracto ſermone ad populum, & expandens manus, benedicens omnibus, Deo hactenus ſibi traditum gregem commendans, feliciſſimo ſomno obdormivit in Domino. Decoratus quippe extitit ſanctitate ſpiritu prophetiæ clarus, in eleemoſynis largus, hoſpitalitate præcipuus, corde ſerenus, in ſententia verax, in judicio juſtus, in prædicatione lætus, in lucrandis Deo animabus ſtudioſus, in expoſitione Scripturarum cautus, in conſilio providus, in actu humilis, in menſa ſobrius, in oratione devotus, honeſtate præclarus, ſemper pro Eccleſiæ & veritatis defenſione mori promptus, & in omni bonitate conſpicuus. Præterea pater extitit clericorum, doctor & ſuſtentator monachorum ac monialium, conſolator mœrentium, tutamen pupillorum ac viduarum, attritor ſuperborum, perſecutor & malleus hæreticorum.*

*Rexit Archiepiſcopatum Hiſpalenſem quadraginta annos, diverſis fulgens miraculorum ſignis, primaria dignitate florens, & Romani Papæ in Hiſpania vicem gerens. Sacerdotibus, Regibus, & populis divinas & humanas leges tradidit, & Romano Pontifici humiliter obedire prætermittentibus maledictionem intulit, & eos a fidelium ſeparavit conſortio: multis librorum voluminibus editis *... etiam conſervavit, & in pace quievit. Æra ſexcenteſima ſeptuageſima * ad Synodum Epiſcopos convocavit, & ore prophetico eis ſui obitus diem, & Hiſpanis futura prædixit: ſidus honeſtatis, lux morum, Sol probitatis, vir ſacer ille Iſidorus, per quem floruit alma fides, &c.* Addit autem in fine, ipſum ex ſtirpe Gothorum progenitum, natumque patre Severiano Duce Carthaginenſi. Quod autem ad ſcripta ab eo pertinet, hic eorum catalogus recenſendus eſt ex S. Ildefonſo Archiepiſcopo Toletano, qui hæc ait:

* humilitatem
* quarta

VIII. *Iſidorus poſt Leandrum fratrem Hiſpalenſis ſedis provinciæ Bæticæ cathedram tenuit, vir doctrina ſimul & ingenio pollens: nam tantæ fœcunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi ex eo in ſtuporem verteret audientes, ex quo audita is qui audiſſet, nonniſi repetita ſæpius commendaret. Scripſit opera eximia & non pauca, id eſt librum de genere officiorum, librum prooemiorum, librum de ortu & obitu Patrum, librum commentationis, quem, Synonima, vocitavit, libros duos ad Florentiam ſororem ſuam contra nequitiam Judæorum, librum de natura rerum ad Siſebutum Principem, librum differentiarum, librum ſententiarum. Collegit etiam ex diverſis auctoribus, quod ipſe cognominavit, Expoſitiones ſacramentorum: quibus in unum congeſtis, idem liber dicitur Quæſtionum. Scripſit quoque ultimo ad petitionem Braulionis Cæſarauguſtani Epiſcopi librum Etymologiarum, quem cum multis annis conaretur perficere, inexpleto opere diem extremum viſus eſt concluſiſſe. Claruit temporibus Reccaredi, Viterici, Gundemari, Siſebuti, Suinthilani, & Siſenandi, annis ferme quadraginta tenens Epiſcopatus honorem, inſignemque doctrinæ ſanctæ gloriam, paritèrque decorem.* Hucuſque Ildefonſus. Tudenſis vero agens de ſucceſſore ipſius S. Iſidori, iſta ſubjungit: S. Iſidori ſcripta.

IX. S. Iſidori pſeudo-ſucceſſor.

*Succeſſit beatiſſimo Iſidoro Theodiſcus natione Græcus, varietates linguarum doctus, exterius locutione nitidus, verius autem, (ut exitus demonſtravit) ſub ovina pelle lupus voraciſſimus: nam libros quoſdam de naturis rerum & arte medicina, necnon de arte notoria, quos pater Iſidorus facundo ſtylo compoſuerat, necdum ad publicum venerant, modum * fidei corrupit, reſecans vera, & inſerens falſa, atque per quemdam Arabem nomine Avicennam de Latino in Arabem tranſtulit. Hic in iis & aliis pluribus infidelis inventus & erroneus in articulis fidei comprobatus, per Synodum ab Archiepiſcopali dignitate degradatus eſt: aſſerebat enim Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cum Patre & Spiritu ſancto non eſſe unum Deum, ſed potius adoptivum. Hic (ut dictum eſt) privatus honore ſacerdotii ad Arabes tranſiit, & ſectæ pſeudoprophetæ Mahometi adhæſit, & plura docuit deteſtanda ſub Imperatore Heraclio. Tunc temporis dignitas primatus tranſlata eſt ad Eccleſiam Toletanam.* Hæc Tudenſis, quem exſcriptum ex prototypo nobis conceſſit Franciſcus Pegna mei aman-

PAGIUS

*Siſenando mortuo Chintila Concilium Toletanum V. celebrari juſſit.*

XI. dies XVI. Mariana vero annos III. menſes XI. dies XVI. Sed uterque perperam, ut ex dictis & dicendis conſtat. *Chintila*, ut in Nummis, non vero *Cintila*, ut a multis appellatur, Regnum Hiſpaniarum ſuſcepit, & *Siſenandi* exemplo novum Epiſcoporum Conventum habendum curavit, Concilium ſcilicet Toletanum V. quod Edicto ſuo confirmavit, quodve dicitur *Datum ſub die pridie Kal. Julias, anno feliciter primo Regni noſtri Toleto* Baronius ex Garſia Loaiſa ſcribit, hoc Concilium habitum Era DCLXXIV. hoc ſcilicet anno. Ve-



amantiſſimus Rotæ Auditor. Verum hæc de Theodiſci privatione Epiſcopatus ante triennium ſedis expletum oportuit contigiſſe; ſiquidem legitur Honoratus Hiſpalenſis Epiſcopus ſexto Toletano Concilio poſt biennium ſubſcripſiſſe.

X. Porro eodem tempore quo Iſidorus, etiam Juſtus Toletanus Epiſcopus ex hac vita diſceſſiſſe videtur: etenim qui Concilio quarto Toletano interfuit cum Iſidoro, loco ipſius huic quinto præſens fuit ſucceſſor Eugenius. Quamobrem ſicuti ſunt perſoluta poſtrema S. Iſidoro ante Synodum hanc vita functo, ita perſolvamus & Juſto, de quo agit S. Ildefonſus, qui in catalogo virorum illuſtrium quem texuit, numerans Toletanos Antiſtites Metropolitanos provinciæ Carthaginenſis, non vitam ipſorum integre ſcribens, ſed veluti quibuſdam elogiis eorum memoriam ſingillatim proſecutus, primo loco collocat Audentium, cui ſucceſſiſſe dicit Auſturium virum ſanctum. Sed dicturi de Juſto, non prætereamus quatuor ejus prædeceſſores memoria dignos, quorum elogia ab Ildefonſo conſcripta nobis exhibet ſcriptus Vaticanus codex his verbis:

Toletani Epiſcopi ex S. Ildefonſo.

XI. * Aſturius. Auſturius Epiſc. Toletanus.

*Auſturius * poſt Audentium Toletanæ urbis ſedis Metropolis provinciæ Carthaginenſis Pontifex ſucceſſor obvenit, vir egregius, aſſignans opera virtutum plus exemplo vivendi, quam calamo ſcribentis. Hic & ſacerdotio beatus & miraculo dignus: quia quibus jungeretur in cælo, eorum terreno reperire membra meruit in ſepulcro. Nam cum ſedis ſuæ ſacerdotio fungeretur, divina dicitur revelatione commonitus Complutenſi ſepultos municipio (quod ab urbe ejus ferme ſexageſimo milliario ſitum eſt) Dei martyres perſcrutari. Qui concitus accurrens, quos & tellus aggeris & oblivio temporis preſſerat, in lucem & gloriam terrenæ cognitionis provehendos invenit. Quibus inventis, redire ad ſedem renuens, ſervitute ſimul & aſſiduitate ſanctorum innexus, diem clauſit extremum: cujus tamen ſedem, donec vixit, nemo adiit. Idem (ut antiquitas fert) in Toleto ſacerdos nonus, & in Compluto agnoſcitur primus.* Subiicit auctor de Montano itidem viro ſancto Epiſcopo Toletano, verum non ſucceſſore Auſturii, ſed Celſi, ait enim:

XII. *Montanus poſt Celſum primæ ſedis provinciæ Carthaginenſis Toletanæ urbis cathedram tenuit, homo & virtute ſpiritus nitens, & eloquii opportunitate decorus, regimen honoris acceptavit * ac diſpoſuit condigno cæleſtique jure ſimul & ordine. Scripſit epiſtolas duas Eccleſiaſticæ utilitatis diſciplina confertas *, e quibus unam Palentinæ urbis habitatoribus, in qua presbyteros chriſma conficere, Epiſcopoſque alienæ diœceſis alterius territorii Eccleſias conſecrare magna perhibetur probibere auctoritate, ſacrarum ſcripturarum teſtimoniis firmans id ipſum fieri penitus non licere: amatores quoque Priſcillianæ ſectæ, licet non operarentur eadem, quia tamen memoriam ejus amore retinerent, abdicat & exprobrat, commemorans quod in libris beatiſſimi Turibii * Epiſcopi ad Leonem Papam miſſis eadem Priſcillianorum hæreſis detecta, convicta, atque decenter maneat abdicata. Aliam vero epiſtolam ad Turibium religioſum *, in qua collaudans eum, quod culturam deſtruxerit idolorum, committit ei ſacerdotalis auctoritatem vigoris, per quam presbyteros chriſma conficere, & Epiſcopos alienæ ſortis alterius diœceſis Eccleſias conſecrare, magna compeſcat invectione. Hic vir antiquiſſima fidelique relatione narratur, ad exprobationem * infamiæ, tamdiu prunas tenuiſſe in veſtimentis ardentes, donec coram ſedi ſuæ ſacro altari totius Miſſæ celebritatem expleret: peractis autem ſolemnibus, nec prunæ ignem, nec veſtis inventa eſt amiſiſſe decorem. Tunc Deo relatis gratiarum actionibus, per ſimplicem naturam ignis convicta eſt & fallacia deteſtabilis accuſantis, & innocentia beatiſſimi ſacerdotis. Glorioſus habitus fuit temporibus Amalerici Regis: annis novem Pontificatus tenuit dignitatem.* Subiicit autem huic S. Ildefonſus, poſt Donatum monachum Africanum, Auraſium Adelphii ſucceſſorem, de quo iſta:

* retemperavit
* conſertas.
Montanus Epiſc. Toletanus.
* Toribii
* monachum
* excuſationem

XIII. Auraſius Epiſc. Toletanus.

*Auraſius Toletanæ Eccleſiæ Pontifex Adelphii in loco aſciſcitur ſacerdotis, vir bonus, regiminis auctoritate præclarus, domeſticis rebus bene diſpoſitus, adverſitatibus infixis conſtanter erectus: qui quanto extitit temperantia manſuetus, tanto fortior ſemper fuit inventus adverſis. Plus illi intentio in defenſione veritatis, quam in ſcribendi exercitio manſit. Unde perfectis viris compar habetur: quia quæ de verbo illorum prædicatio ſeminavit, defenſionis hujus cuſtodia præmunivit. Vixit in ſacerdotio temporibus Widerici & Gundemari & exordiis Siſebuti Regum, annis ferme duodecim.* Ubi hæc Ildefonſus de Auraſio habuit, de ejus ſucceſſore iſta ſubnectit poſt elogium de Joanne Epiſcopo Cæſarauguſtano doctri-

PAGIUS

Verum Era illa in Actis Concilii non legitur, neque in ejus Præfatione. Fuit Provinciale, in eoque Canones novem conditi, & quarto prohibitum, ne ante Regis mortem de ſucceſſoris electione ageretur ad tumultus ſcil. & proditiones vitandas. Præfuit Concilio *Eugenius* Toletanus Metropolita.

VI. Divus Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus eidem non interfuit, ex quo Scriptores Hiſpani conjiciunt, eum jam e vivis exceſſiſſe, quod & docet

ctrina & ſanctitate conſpicuo:

XIV. Helladius Epiſc. Toletanus.

*Helladius poſt Auraſium ſedis ejus adeptus eſt locum. Hic cum regiæ aulæ illuſtriſſimus, publicarumque rerum exiſteret rector, ſub ſæculari habitu monachi votum pariter explebat & opus. Nam ad monaſterium illud, Agalienſe dico, cujus me ſuſceptio monachum tenuit, quod munere Dei, perenniſque & patentis ſanctitatis decore & optabile * cunctis & palam eſt totum, cum ſæpe diſcurſantium negotiorum ductus itinere perveniret; remota clientum ſæculique pompa decoris, adeo monachorum peculiaritatibus inhærebat, ut turmis junctus eorum ſtipularum faſciculos ad clibanum deportaret. Cumque inter decorem inſolentiamque ſæculi, ſolitudinis & amaret & ſectaretur arcana; celeri fuga relictis omnibus quæ eſſe noverat mundi, adiit ſanctum monaſterium: quod frequentaverat voto, venit permanſurus * optabili uſu. Ibi factus monachis pater, meritis ſtudiiſque ſanctis & vitam monachorum debite rexit, & ſtatum monaſterii totius communis rei divitiis cumulavit. Ex hoc feſſis pene ſenio artubus, ad Pontificatus apicem devocatur: & quia vocaretur vi coactus pariter & ignotus, illic majora virtutum exempla quam monachus dedit; quia ſtatum mundi, quem contempſit, virtute magna perhibetur rexiſſe diſcretionis. Miſerationes eleemoſynarumque copias tam largiter egenis intuliſſe probatur, ac ſi de illius ſtomacho putaſſes inopum & artus deſcendere, & viſcera confoveri. Scribere renuit; quia quod ſcribendum fuit, quotidianæ operationis pagina demonſtravit. Me ad monaſterium rediens memoratum, ultimo vitæ ſuæ tempore Levitam fecit. Senex obiit. Decem & octo annis ſacrum regimen tenuit temporibus Siſebuti, Suintbilani, & exordiis Siſenandi Regum. Beatus habitus fuit, qui poſt beatior gloriam cæleſtis regni bona plenus ſenectute promeruit.* De Juſto autem ejus ſucceſſore iſta mox addit:

* opinabile.

* obire

XV. Juſtus Epiſcopus Toletanus.

*Juſtus poſt Helladium diſcipulus ejus & ſucceſſor innexus illi eſt, vir habitu minimus corporis, ingenio vero mentis decorus atque ſubtilis, ab infantia monachus, ab Helladio ad virtutem monaſticæ inſtitutionis affatim educatus pariter & inſtructus, in Agalienſi monaſterio tertius poſt illum rector eſt factus, in Pontificatu autem mox illi ſucceſſor inductus, vir ingenio acer, & eloquio ſufficiens, magna ſpe profuturus, niſi hunc ante longævam vitam dies extuliſſet extrema. Scripſit ad Richilanem Agalienſis monaſterii patrem epiſtolam debita & ſufficienti proſecutione conſtructam, in qua patenter aſtruit, ſuſceptum gregem relinquere penitus non debere. Exinde exactis annis tribus, tempore Siſenandi Regis obiit: qui Rex poſt hunc die nonodecimo defunctus abſceſſit.* Hucuſque Ildefonſus de Archiepiſcopis Toletanis, qui vixerunt ante præſentem annum & diem celebrati quinti Concilii Toletani, cui ſucceſſor Juſti interfuiſſe reperitur Eugenius primo loco ſubſcriptus, de quo iſta idem habet Ildefonſus:

XIV. Eugenius Epiſcopus Toletanus.

*Eugenius diſcipulus Helladii, collector & conſors Juſti, Pontifex poſt Juſtum ſucceſſit, * ab infantia monachus ab Helladio cum Juſto pariter ſacris in monaſterio inſtitutionibus eruditus. Hunc ſecum Helladius a monaſterio tulit, ad Pontificatum tractus: qui rurſus ab eo clericalibus inſtitutus ordinibus, ſedis ejus poſt eum tertius rector acceſſit. Et bonum meritum ſenis, qui duobus diſcipulis ſanctiſque filiis Eccleſiæ Dei hæreditatem meruit relinquere gubernandam. Idem Eugenius moribus inceſſuque gravis, jam numeros, ſtatum, incrementa, decrementaque curſus, recurſuſque Lunarum tanta peritia novit, ut conſiderationes diſputationis ejus auditorem in ſtuporem verterent, & inconſiderabilem doctrinam inducerent. Vixit in ſacerdotio fere undecim annis, repugnantibus Cinthila, Tulgane, & Cindaſvindo Regibus.* Hucuſque de Eugenio Ildefonſus.

* abſceſſit

XVII. Joannes Cæſaraug. Epiſ.

At non prætereat mentio de Braulione Cæſarauguſtano Epiſcopo, qui huic quintæ Synodo Toletanæ interfuit, ſed primum de fratre ipſius & prædeceſſore Joanne, de quo hæc habet Ildefonſus eodem libello de viris illuſtribus; *Joannes in Pontificatu Maximum ſecutus, Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ ſedem aſcendit, primo pater monachorum, & ex hoc Præſul factus in regimine populorum, vir in ſacris litteris eruditus, plus verbis intendens, quam ſcriptis, tam largus & hilaris dato, quam hilaris etiam vultu. Unctionem vero ſpiritus Dei, qua fovebatur intrinſecus, tam largitate muneris, quam habitudine cultus adeo præferebat, ut & datum gratia commendaret, & non datum gratia excuſaret. In Eccleſiaſticis officiis, quædam eleganter & ſono & oratione compoſuit. Adnotavit inter hæc inquirendæ Paſchalis ſolemnitatis tam ſubtile & utile argumentum, ut lectori & brevitas contracta, & veritas placeat patefacta. Duodecim annis tenuit ſedem honoris, adeptus vitam gaudii, ad quam anhelavit deſiderabili voto. Subſtitit in ſacerdotio temporibus Siſebuti & Suintbilani Regum.* De Braulione autem ita:

XVIII. Braulio Epiſ. Cæſaraug.

*Braulio frater Joannnis in Cæſarauguſta decedentis adeptus eſt locum, uti ſicut germanitate conjunctus, ita non nimium ingenio minoratus. Clarus & iſte habitus canonibus, & quibuſdam opuſculis. Scripſit vitam Æmiliani cujuſdam monachi, qui & memoriam hujus & virtutem illius ſancti viri ſuo tenore commendat pariter & illuſtrat. Habuit ſacerdotium ferme viginti annis; quibus expletis, clauſit diem vitæ præſentis. Duravit in regimine temporibus Siſenandi, Cinthilæ, Tulganis, & Cindaſuindi Regum.*

XIX. Sed & prodendum elogium de Conantio Palentinæ ſedis Antiſtite, qui huic pariter Concilio præſens fuit atque ſubſcripſit primus poſt Eugenium, de quo iſta idem habet S. Ildefonſus: *Conantius poſt Mavulanem Eccleſiæ Palentinæ ſedem adeptus eſt, vir tam pondere mentis quam habitudine ſpeciei gravis, communi eloquio facundus & gravis, officiorum Eccleſiaſticorum ordinibus intentus & providus. Nam melodias ſonis multas noviter edidit, orationum quoque libellum de omnium decenter ſcripſit proprietate pſalmorum. Vixit in Pontificatu amplius triginta annis: dignus habitus fuit ab ultimo tempore Vviterici, per tempora Gundemari, Siſebuti, Suintbilani, Siſenandi, & Cinthilæ Regum.* Hæc de tempore ejus ſedis: ex quibus cauſam habes, cur primus poſt Primatem in Synodo ſederit atque ſubſcripſerit, nempe quod cæteris ſenior eſſet. Sed de his ſatis.

Conantius Epiſc. Palentinus.

Se-

PAGIUS

*Moritur S. Iſidorus Epiſ. Hiſpal.*

cet *Redemptus* Clericus ſive Archidiaconus S. Iſidori, qui ait: *finem ſuum conſummavit in pace pridie nonas Aprilis, Luna XIX. Era DCLXXIV.* ideoque currenti anno, quo Paſcha celebratum pridie Kalendas Aprilis. Succeſſerat S. *Leandro* fratri ſuo, ſeditque *annos fere XL.* inquit S. Ildefonſus, qui rotundo numero loqui videtur. Henſchenius ad diem IV. Aprilis, quo colitur Sanctus Iſidorus, ejus Vitam refert ab Auctore Anonymo ſcriptam. De ejus



PAGIUS ejus Operibus legendus Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. donec prodeat Diſſertatio *de Rebus & Scriptis S. Iſidori Archiepiſcopi Hiſpalenſis*, quam Eminent. Cardinalis de Aguirre in Notitia Conciliorum Hiſpaniæ pag. 117. publici juris facturam pollicetur. Scheleſtratius in Antiquitate Eccleſiæ pag. 582. breve Chronicon Sanctis Iſidori longe diverſum ab Edito publicavit ex MS. Bibliothecæ Urbino-Vaticanæ.

I. *Antiochia capta, & tranſlatæ reliquiæ in Occidentem.*

SEquitur annus ſexcenteſimus trigeſimusſeptimus, Indictione decima, Orientalibus non ſecus ac præcedens infelix: nam a Sarracenis totius Orientis metropolis civitas capitur Antiochia, jam antea occupata reliqua parte Syriæ; retentaque ab eis eſt uſque ad annum Domini milleſimum nonageſimumoctavum. Quomodo autem hæc acciderint, & quomodo conſultum fuerit rebus ſacris ac templis, altum ubique ſilentium. Plane his temporibus, quibus ſive a Perſis antea, ſive ab Arabibus poſtea iiſdemque Mahometanis & Sarracenis captæ ſunt nobiliſſimæ civitates Orientis Alexandria, Hieroſolyma, & Antiochia una cum eiſdem ſubditis regionibus, accidit ut ſive habitatoribus in Occidentem commigrantibus, ſive mercatoribus cum iiſdem Gentilibus tuto verſantibus, ſive aliis fidelibus Chriſtianis id curantibus, complura ſanctorum tum martyrum tum confeſſorum corpora tranſlata fuerint in Occidentem, atque in diverſis locis, ſive Romæ,

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCLXXV. Anno Hegiræ XVI. inchoato die 2. Februar. fer. 1. A.C. 637.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6130.

☉ 2. E. ☽ 11. P. 20. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 637.

HONORII PAPÆ 13.

HERACLII IMP. 28.

I. *Poſtconſulatus.*

IS annus ac formula notatus: *XXVII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XXVI.* & a die XXII. Januarii, *anno Imperii Heraclii Jun. Conſtantini XXV.*

II. *Hieroſolyma & Antiochia a Saracenis expugnantur.*

Ad num. I. Cum Saraceni per biennium *Hieroſolymam* obſediſſent, ea hoc anno potiti ſunt, ut ſuperiori oſtendimus. *Antiochia* vero de qua loquitur Baronius, anno tantum ſequenti ab eiſdem expugnata. Elmacinus enim in Hiſtoria Saracenica anno Hegiræ XVII. prodit Romanorum Imperatorem *Emiſſam* ſeu *Emeſſam* profectum eſſe, eamque cum magno exercitu obſediſſe; ſed Saracenos coegiſſe Romanos illam Urbem deſerere, illoſque fugaſſe. Addit Elmacinus, *Omarum* profectum eſſe in Syriam, eamque ſibi ſubieciſſe. Quare cum in Syria Antiochia poſita ſit, anno tantum ſequenti in *Omari* Califæ poteſtatem venit; ideoque quando Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXXIX. Kal. Septemb. hujus anni inchoato ſcribit: *Hoc anno Arabes Antiochiam armis expugnarunt*, intelligendus eſt de potiori parte anni illius Alexandrini. Adde quod expeditiones militares verno tempore in plurimum ſuſcipiuntur.

III. *Omarus Califa Perſarum & Romanorum Imperia ſubvertit.*

Hoc vero anno, qui erat Hegiræ XVI. Elmacinus teſtatur, Saracenos occupaſſe Urbem *Medainam* ſeu Medainum, in qua erant theſauri Choſroe Perſarum Regis, nempe *ter millies mille millia aureorum* & univerſa ejus ſuppellex prætii inæſtimabilis. Addit Elmacinus: *Commiſſum & hoc anno eſt prælium Gialulenſe cum Perſis, quos vincentes Muſlimi* (id eſt Saraceni) *Regem Iazdegiirdum, qui ultimus fuit Regum eorum, fugarunt Fargana.* Quare Omarus Califa duo potentiſſima Imperia, Romanum ſcilicet & Perſicum, paulatim ſubvertit. Illis enim Ægyptum & Syriam. Perſis Chaldæam, Mediam & Perſidem eripuit, & ob ingentes victorias primus inter Saracenos *Amirolmumininа* ideſt, *Princeps Credentium* appellatus eſt. Fallitur enim Cælius Auguſtinus Curio in Hiſt. Sarac. qui hunc titulum Abderachmani Saracenorum Hiſpanias incolentium Principi ſæculo ſequenti primum tributum fuiſſe ſcribit. Latini Arabica nomina depravare ſoliti Califam Saracenorum *Miramolinum* vocatum fuiſſe ſcribunt. Nam Gregorius Abulfaragius in Hiſtoria Dynaſtiarum pag. 110. de *Omaro* Califa filio Omari loquens, ait: *Cumque vocaretur Chalifa Chalifa (id eſt Vicarius Vicarii) Nuncii Dei dixerunt, Longus eſt hic (titulus), vocatus eſt ergo Amiral-mumnim (Imperator Credentium) atque is primus hoc titulo inſignitus eſt.*

IV. *Dagobertus leges Bavaris, Alemannis & Francis tranſrhenanis tradit.*

*Theodoricus* Clodovei Magni Francorum Regis filius, qui poſt mortem patris regnavit in Provinciis Tranſrhenanis, & Civitatibus inter Rhenum & Moſam ſitis, Francis, Bojoariis Alemanniſque leges dederat, ut Divina Lex & Chriſtiana Diſciplina unica norma eſſet, ad quam minima quæque exigerentur. *Dagobertus* vero anno incerto eas in melius tranſtulit, quæ deinceps perſeverarunt. Refert illas leges Fridericus Lindenbrogius; ubi hic prologus Bajuvariorum legibus præfigitur: *Theodoricus Rex Francorum, cum eſſet Catalaunis, elegit Viros ſapientes, qui in Regno ſuo legibus antiquis eruditi erant. Ipſo autem dictante juſſit conſcribere Legem Francorum & Alamannorum & Bajuvariorum unicuique genti, quæ in ejus poteſtate erat, & ſecundum conſuetudinem ſuam. Addidit quæ addendæ erant, & improviſa & incompoſita reſecavit, & quæ erant ſecundum conſuetudinem Paganorum, mutavit ſecundum Legem Chriſtianorum. Et quidquid Theodoricus Rex propter vetuſtiſſimam Paganorum conſuetudinem emendare non potuit, poſthæc Childebertus Rex* (hujus nominis II.) *inchoavit, ſed Clotharius Rex* (hujus nominis II.) *perfecit. Hæc omnia Dagobertus Rex glorioſiſſimus per Viros illuſtres Claudium, Chadum, Indomagum, & Agiſulfum renovavit, & omnia vetera Legum in melius tranſtulit & unicuique genti ſcripta tradidit, quæ uſque hodie perſeverant. Hoc decretum eſt apud Regem & Principes ejus, & apud cunctum populum Chriſtianum, qui infra Regnum Meru VVngorum conſiſtunt.* Primus titulus legis Bajuvariorum totus eſt de rebus Eccleſiaſticis. Capite 9. legitur: *Monachi autem qui ſecundum Regulam in Monaſterio vivunt, & illi dupliciter componantur ſecundum genealogiam ſuam, ut reverentia ſit Dei & pax eis, qui illi deſerviunt.* Caput 12. eſt de Sanctimonialibus: *Si quis Sanctimonialem, hoc eſt Deo dicatam de Monaſterio traxerit, & eam ſibi in conjugio duxerit contra legem Eccleſiaſticam, requirat eam Epiſcopus Civitatis illius cum conſilio Ducis: velit, nolit, tamen reddat eam ad illud Monaſterium, unde eam tulit, & componat ad illud Monaſterium dupliciter, ſicut ſolet componere, qui alienam ſponſam rapit; Scimus



mæ, ſive Venetiis, vel alibi collocata. Romam autem tranſlatas tunc fuiſſe venerandas reliquias Ignatii martyris Antiochia, conſtans fama, vetuſque traditio potius quam ſcripta ſignificant: quod & pariter dicendum de aliis pluribus ſanctorum reliquiis, quas ex Oriente advectas diverſa Occidentalis orbis loca cuſtodiunt. Siquidem Orientales ut hæc largirentur longiſſime aberant, qui potius in Occidentem ad Urbem ipſam (ut vidimus ex S. Gregorio) ad perquirendas ſanctorum reliquias venire conſueverant.

II.

Porro S. Marci corpus longe poſt hæc tempora transferri Venetias contigit. Etenim qui ad finem ſæculi hujus ad ea peregrinatus eſt loca, hæc de ejuſdem ſancti corpore tradidit, quæ in libello de locis ſanctis ſcripſit Beda his verbis, cum agit de civitate Alexandrina: *A parte Ægypti urbem intrantibus, ad dextram occurrit Eccleſia, in qua B. Evangeliſta Marcus requieſcit, cujus corpus in Orientali parte ejuſdem Eccleſiæ ante altare humatum eſt, memoria ſuperpoſita de quadrato marmore facta.* Hæc ibi.



PAGIUS

*mus illum crimini eſſe obnoxium, qui alienam ſponſam rapit, quanto magis ille obnoxius eſt, crimini, qui Chriſti uſurpavit ſponſam?* In fine capitis 13. legitur: *De cæteris cauſis Presbyteri Diaconi, vel Clerici ab Epiſcopis ſecundum illorum canones judicentur.*

V. *Multi Chriſtiani in Bojoaria erant.*

Quare hoc & præcedenti ſæculo *Bojoarii*, aliqua ex parte Chriſtiani erant, & a Ducibus Chriſtianis a Regibus Francorum præpoſitis regebantur. Fides tamen poſt annum circiter ſeptuageſimum hujus ſæculi in eo Ducatu cœpit paulatim diſſipari, & idololatria reviviſcere, ipſiſmet Ducibus, ut illum ſibi aſſumerent, vel dogmata Paganorum, vel hæreticorum errores amplectentibus. Præterea Epiſcopi Bojoariæ, de quibus in iis Legibus mentio, non erant Epiſcopi ordinarii, ſed Epiſcopi Regionarii, nulli certæ Sedi affixi, ideoque omnes Epiſcopi Salzburgenſes, Patavienſes, & Laureacenſes, quos hoc ſæculo Cointius ex Hundio in Metropoli Salisburgenſi aliique paſſim memorant, non ſolum extra ordinem; ſed etiam ſæculo tantum ſequenti illuc miſſi fuere, ut ſuis locis videbimus.

VI. *Bojoarii nullos Epiſcopos ordinarios hoc tempore habuere.*

Nec eſt quod quis ſibi perſuadeat Epiſcopos ordinarios & certæ Sedi affixos in Bajoaria fuiſſe, quando hæ leges conditæ ſunt, quod in Lege Bajuvariorum Tit. I. cap. II. Dagobertus dicat: *Si quis Epiſcopum, quem conſtituit Rex, vel populus elegit ſibi Pontificem, occiderit ſolvat eum Regi vel plebi aut parentibus ſecundum hoc Edictum.* Dagobertus enim has leges præſcribens, non ad eum, qui tunc in Bajoaria erat ſtatum, ſed ad quem in eam gentem inducere deſtinabat, & ad Francorum leges reſpexit. Quare ex Bajuvariorum Legibus, qui hoc tempore mores & uſus apud eoſdem fuerint, innoteſcere non poteſt: eo magis, quo illæ a *Theodorico* Clodovei filio conditæ fuerint, a *Childeberto* & *Clotario* varie pro temporum ratione interpolatæ; tandemque a *Dagoberto* Rege emendatæ, in melius novatæ, ſcriptoque comprehenſæ, ut ex earum Præfatione apparet.

VII. *Bajoaria hæreticis & Paganis infecta.*

Plures hoc ipſo tempore tam hæreticos, quam Paganos in Bojoaria fuiſſe deduco ex Vita Sancti Agili Abbatis Resbacenſis primi ab Auctore Anonymo ſubæquali ſcripta, in qua cap. I. legitur, *Clotarium* II. Dagoberti Regis patrem ex multorum cœtu Epiſcoporum ac Sacerdotum eumdem *Agilum* ac *Euſtaſium* Abbatem Luxovienſem elegiſſe, qui gentes doctrina falſi erroris deceptas ad gremium Sanctæ Eccleſiæ revocarent, *& quibus needum Chriſtus annunciatus fuerat, fulgenti eloquio evangelizarent,* & ſtatim ſubiicitur: *Directo calle ad Bojas, quos terræ illius incolæ Bodoarios* (ſeu Bojoarios) *vocant, perveniunt, eoſque multo labore Catholicæ fidei dogmate imbutos plurimos illorum ad fidem Chriſti convertunt.* Jonas vero Monachus Bobienſis, Auctor coævus, in Vita Sancti Euſtaſii de eodem ſcribit, *Progreſſus Vvaraſcis prædicat* (erant ii populi in Provincia Sequanorum *ad utramque Duvii* ripam, ut prodit Auctor Vitæ Sanctæ Salabergæ): *quorum alii idololatriæ cultibus dediti, alii Fotini vel Bonoſi erroribus maculati erant. His ad fidem converſis, ad Bojos, qui nunc Bavocarii vocantur, tendit, eoſque multo labore imbutos, fideique lineamentis correptos plurimos eorum ad fidem convertit: ubi cum aliquantiſper moratus fuiſſet, dimiſit ſagaces Viros, qui cœpti laboris in ſtudio deſudarent.* Nulli itaque ante ultimos hujus ſæculi annos Epiſcopi ordinarii in Bajoaria fuere neque Salisburgi, neque Lauriaci, neque Ratiſponæ, neque Patavii, neque Friſingæ, neque in ullo alio illius Regionis Oppido, ut ex dicendis evidenter apparebit.

VIII. *Garibaldo II. Bojoariæ Duci Theodo I. ſucceſſit.*

Quando *Dagobertus* Rex Bajoariis has leges dedit, eis præerat *Garibaldus* Dux hujus nominis II. cui anno incerto ante annum DCXLIX. *Theodo* primus ſucceſſit. In Actis enim publicis poſt *Garibaldum* ante Theodonem primum nullus Dux memoratus reperitur. Velſerus quidem lib. 4. Rerum Boic. ſcribit, poſt *Garibaldum* II. Theodonem III. Bojos rexiſſe, & poſt hunc *Theodibertum* ſeu *Theodebertum*, a quo alii rerum Boicarum Scriptores non diſſentiunt. Sed præterquam quod hoc gratis aſſerunt, hujus erroris cauſa nunc manifeſta eſt. Nam communi conſenſu illi arbitrati ſunt, Sanctum *Rudbertum* ſub Theodone III. hujus ſæculi initio fidem Bajoariis annunciaſſe, ideoque & hunc per hæc tempora Bajoariis præfuiſſe. At verum quidem eſt, *Theodone* II. quem ipſi vocant III. Bajoariam adminiſtrante, *Rudbertum* in eam Provinciam veniſſe, & *Theodoni* Theodebertum ſucceſſiſſe: ſed *Rudbertus* ante annum Chriſti DCXCVI. Evangelium in ea Provincia non annunciavit, ut ſuo loco demonſtrabimus. Quare everſo illo fundamento neceſſario ſequitur poſt *Garibaldum* II. collocandum eſſe *Theodonem* primum, & Duces Bojoariæ mero errore geminatos, ex rerum Boicarum Hiſtoriis expungendos.

I. *Honorii Papæ obitus.* ANnus ſequitur Domini ſexcenteſimus trigeſimusoctavus, Indictione undecima: quo Honorius Papa, ubi ſediſſet annos duodecim, menſes quinque, minus tribus diebus, ex hac vita migravit quarto Idus Octobris. Ita eſt corrigendum quod apud alios legitur, poſt annos duodecim & menſes undecim: idque ex Synodalibus Actis Romani Concilii ſub Martino Papa, de quo agemus inferius. Apud Anaſtaſium hæc mira de ejus erga divinum cultum munificentia leguntur: *Honorii Papæ res geſtæ.* *Hic temporibus ſuis multa bona fecit. Hic erudivit clerum. Temporibus ſuis renovavit cymiliam vel ſupellectilem B. Petri Apoſtoli, & veſtivit Confeſſionem B. Petri ex argento puro, quod penſat libras centum octogintaſeptem. Inveſtivit regias januas in ingreſſu Eccleſiæ majores, quæ appellantur Medianæ, ex argento penſante libras nongentas ſeptuagintaquinque. Fecit & ceroſtatos majores ex argento pares duos, qui ſunt ante corpus B. P. Apoſtoli, penſantes ſinguli libras ſexagintaduas. Fecit & ad B. Andream Apoſtolum, ubi ſupra ante Confeſſionem, tabulam ex argento, quæ penſat libras ſeptuagintatres.*

II. *Hujus temporibus levatæ ſunt trabes in Eccleſia B. Petri numero quindecim: Hic cooperuit Eccleſiam omnem ex tegulis æreis, quas levavit de templo quod appellatur Romæ . . . . . . . ex conſenſu piiſſimi Heraclii Imperatoris: Eodem tempore fecit a ſolo Eccleſiam beatæ Agnetis martyris via Numentana, milliario ab Urbe tertio, ubi requieſcit,* martyr ſcilicet Agnes, *quam undique exornavit, ubi poſuit multa dona: ornavit, autem ſepulcrum ejus ex argento penſante libras ducentas quinquagintaduas: poſuit deſuper ciborium æreum deauratum miræ magnitudinis: fecit & gabatas aureas tres penſantes ſingulas libras ſingulas. Fecit apſidem ejuſdem ex muſivo, ubi etiam multa dona obtulit.* In apſide autem hæc circumpoſita carmina leguntur muſivo opere exarata ſubtus imagines eodem opere textas:

*Aurea conciſis ſurgit pictura metallis,*
*Et complexa ſimul clauditur ipſa dies.*
*Fontibus e niveis credas, aurora, ſubire.*
*Correptas nubes, ruribus arva rigans.*

In eodem apſidis emicyclo recta linea qui ſequuntur poſiti ſunt verſus:

*Vel qualem inter ſidera lucem proferet irim,*
*Purpureuſque pavo ipſe colore nitens,*
*Qui potuit noctis vel lucis reddere finem,*
*Martyrum e buſtis hinc repulit ille chaos.*

---

*Surſum verſa nutu quod cunctis cernitur uno,*
*Præſul Honorius hæc vota dicata dedit.*
*Veſtibus & factis ſignantur illius ora.*
*Lucis & aſpectu lucida corda gerens.*

Hæc ibi rudi (ut ferebat ſæculum) ſtylo. Sed redeamus ad Anaſtaſium, qui ſic pergit narrare reliqua ejuſdem Pontificis monumenta:

III. *Item a ſolo fecit baſilicam beati Apollinaris martyris in urbe Roma in porticu beati Petri Apoſtoli, qui appellatur ad Palmaria, ſive Palmata; ubi dona multa largitus eſt. Hic fecit Conſtitutum in Eccleſia, & decrevit ut omni hebdomada ſabbati die exeat litania a beato Apollinare, & ad beatum Petrum Apoſtolum cum hymnis & canticis, populus*

---

PAGIUS SÆC. VII. ANNO PERODI GRÆCO-ROMANÆ 6131.

Anno Eræ Hiſpan. DLXXVI. ☉ 3. D. ☽ 12. P. 5. April. Indict. 11.

Anno Hegiræ XVII. inchoato die 23. Januar. fer. 6. JESU CHRISTI 638.

HONORII PAPÆ 13.

HERACLII IMP. 29.

A. C. 638. I. *Poſt conſulatus.* HIC annus iſta formula notatus: *XXVIII. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XXVII.* & a *die* XXII. Januarii *anno Imperii Heraclii Junioris Conſtantini XXVI.*

II. A num. I. ad V. *Honorii* Papæ obitus accurate a Baronio cum hoc anno illigatus. Anaſtaſius enim tam in Codicibus vulgatis, quam in MSS. tradit eum ſediſſe *annos duodecim, menſes undecim, dies ſeptemdecim*, & ſepultum eſſe in Baſilica B. Petri Apoſtoli *ſub die quarto Idus Octobris*, id eſt, die XII. menſis Octobris. *Honorii PP. obitus.* Unum tamen diem plus quam par erat, numerat Anaſtaſius; cum Honorius ordinatus fuerit die XXVII. menſis Octobris anni DCXXV. & nihilominus dies XVII. habent etiam Hermannus Contractus, Abbo, Honorius Augoſtodunenſis, Catalogus nominum Apoſtolicorum, aliique quidam. Imo Luitprandus & Catalogus Vaticano-Palatinus habent dies XVIII. Regino in ſuo Pontificum Catalogo dies XIII. & Ordericus lib. 2. dies XXII. Verum cum tam hi, quam paſſim alii annos XII. & menſes XI. *Honorio* aſſignent, manifeſtum eſt, Anaſtaſium diem tantum unum plus æquo numeraſſe, & hal-



*lus omnis occurrere debeat. Fecit autem & eccleſiam beato Cyriaco martyri a ſolo via Oſtienſi, milliario ſeptimo, ubi & donum obtulit. Eodem tempore fecit eccleſiam beatorum martyrum quatuor Coronatorum, quam & dedicavit, & donum obtulit. Fecit eccleſiam beato Severino a ſolo juxta civitatem Tiburtinam, milliario ab Urbe vigeſimo, quam ipſe dedicavit, & multa dona obtulit. Renovavit cœmeterium beatorum martyrum Marcellini & Petri via Lavicana.*

*Eodem tempore a ſolo fecit baſilicam beato Pancratio via Aurelia, milliario ſecundo *, & ornavit ſepulcrum ejus ex argento penſante libras centum viginti. Fecit & ciborium ſuper altare ex argento penſante libras centum octoginta ſeptem. Fecit arcus argenteos quinque penſantes ſingulos libras quindecim. Fecit & candelabra aurea tria penſantia ſingula libras ſingulas: ubi multa dona ſimul obtulit.* Porro in veteri muſivo in eccleſia S. Pancratii ejuſmodi inſcriptio legebatur. *Ob inſigne meritum & ſingulare B. Pancratii martyris beneficium, baſilicam vetuſtate confectam, extra corpus martyris neglectu antiquitatis extructam, Honorius Epiſcopus Dei famulus, obruta vetuſtatis mole, ruinamque minante, a fundamentis noviter plebi Dei conſtruxit, & corpus martyris, quod ex obliquo aulæ jacebat, altari inſignibus ornato metallis proprio loco collocavit.* Subdit vero de eodem Honorio Anaſtaſius:

* primo

IV. *Fecit Eccleſiam beatæ Luciæ in urbe Roma juxta ſanctum Silveſtrum, quam & dedicavit, & dona multa obtulit. Fecit & Eccleſiam beato Hadriano martyri in Tribus fatis, quam & dedicavit, & dona multa obtulit. Fecit & in domo ſua juxta Lateranas monaſterium in honorem beatorum Apoſtolorum Andreæ & Bartholomæi, quod appellatur Honorii, ubi prædia & dona ſimul obtulit. Sed & multa alia fecit, quæ enumerare longum eſt. Fecit autem ordinationes tres, presbyteros tredecim, diaconos undecim, Epiſcopos per diverſa loca octogintaunum. Qui ſepultus eſt in baſilica beati Petri ſub die quarto Id. Octob.* Fuit vero Honorius præter eruditionem qua pollebat rerum Theologicarum, etiam poeticis excultus litteris. Extat (*a*) unicum ejus epigramma de Aſcenſione Domini, & Apoſtolis eum diverſis animi affectibus proſequentibus: niſi forte quis illud magis tribuendum putaverit Venantio Fortunato, qui & Honorius dictus reperitur. ☞ Sed refoſſa nuper egregia antiquitatum monimenta de Honorio Papa produnt plane miranda, nempe ab ipſo ſublatum ſchiſma Hiſtrianum, ſpatio annorum ſeptuaginta inveteratum, ad quod demoliendum fruſtra inſudaſſent prædeceſſores Romani Pontifices, præſertim vero S. Gregorius, ut pluribus eſt enarratum ſuperius. *Sublatum ab Honorio Pap. Schiſma Hiſtrianum.* Accipe igitur veteres tunc inditas januis ipſis argenteis Inſcriptiones, quæ integræ ſed minuſculo charactere leguntur in Tomo ſexto (*b*) antiquæ lectionis a Caniſio collectæ ex parte vero tantum in Appendice antiquarum Inſcriptionum:

(*a*) *Bibl. SS. Patr. t.* 8.

(*b*) *Antiq. lect. t.* 6. *pag.* 411. *Appendic. antiq. Inſ. pag.* 1163. *num.* 5.

*Lumine ſed magno vibrare janua cerno,*
*Aſtriferumque polum indicat ipſe nitor.*
*Terreor & vultus ſervantum limina ſacra,*
*Geminis in portis ora jocunda nitent.*
*Simonis aſpectus fulgens præcluditur una,*
*Altera ſed Pauli radiat orbe docens.*
*Aditus interior gazarum æſtuat opes*
*Et depicta nitent cumulis ipſa ſuis*
*Aureis in petalis gemmarum clauditur ordo,*
*Et ſuperba tegit blattea palla fanum.*
*Sic quoque conjunctis ſervatur gloria rebus,*
*Et variata ſimul nexa natura manet.*
*Inclyta cum opere ſurrexit fama perennis*
*Indubitante fide reddite cuncti vota.*
*Lux arcana Dei verbum, ſapientia, lucis*
*Atque corruſcantis ſplendida imago Patris*
*Ad nos deſcendit, * nec ubi fuit ante receſſit*
*Ut cæcas mentes erueret tenebris.*
*Plenus homo in noſtris & verus naſcitur idem*
*Virginis ex utero totus ubique Deus.*
*Diſcipulis præcepta dedit, Petrumque beatum*

* nec quo fuit eſſe.



PAGIUS hallucinatos eſſe Baronium, qui cum anno uno tardius *Honorii* Pontificatum inchoarit, ei ſolum tribuit annos XII. menſes V. dies tres; ac etiam Papebrocium in Conatu Chronico-Hiſtorico, qui propter eandem rationem annos tantum XI. menſes XI. dies XVII. *Honorium* ſediſſe ſcribit. Neque enim ab Anaſtaſio & Catalogis omnibus recedendum, niſi de eorum errore conſtet; cum tamen nec Baronius, nec Papebrocius Anaſtaſium erraſſe probent, nec aliquem ſuæ opinionis teſtem producant. Ideo autem *Anaſtaſium*, diem unum plus numeraſſe dicimus, quia ſi ſupra annos XII. & menſes XI. dies XVII. Pontificatum geſſiſſet, ejus ordinatio die Dominica facta non fuiſſet, quod tamen tunc uſus ferebat. *Honorii* doctrinam Orthodoxam fuiſſe, eumque ab errore Monothelitarum averſum, neque illis unquam conſenſiſſe poſt ea, quæ ex Marca retulimus anno DCXXXIII. in dubium revocari non debet.

*Hos inter primum ſanxit & egregium.*
*Cujus in arbitrio cælum, terramque reliquit*
*Pandere vel potius claudere cumque velit.*
*Nam ſub mortigenæ quidam jacuere gehennæ*
*Verbere confoſſi mente, fide, opere.*
* Hiſtria. ** Inſtria teſtatur poſſeſſa hoſtilibus annis*
*Septies & decies ſchiſmate peſtifero.*
*Eſſet ut impletum Jeremiæ voce canentis*
*Ultio captivis tam numeroſa fuit.*
*Sed bonus Antiſtes, dux plebis Honorius armis*
*Reddidit Eccleſiis membra revulſa piis,*
*Doctrinis monitiſque ſuis de faucibus hoſtis*
*Abſtulit exactis jam peritura modis.*
*At tuus argento Præſul conſtruxit opimo*
*Ornavitque fores Petre beate tibi.*
*Tu modo cœlorum quapropter janitor alme*
*Fac tranquilla tui tempora cuncta gregis.*

Hæc & quæ ſequuntur de ſchiſmate Hiſtriano, deſtructo per Honorium Papam, adeo antiqua atque germana monimenta teſtantur. Quod vero ab ejus exordio uſque ad finem numerentur anni ſeptuaginta: manifeſtum eſt, id factum ab Honorio principio Pontificatus ejus. Siquidem numerando ab anno Redemptoris quingenteſimo quinquageſimoſexto, qui fuit ſecundus Pelagii Papæ annus, quo cœptum eſt ſchiſma, uſque ad annum ſexcenteſimum vigeſimumſextum, qui primus fuit Honorii Pontificatus, ſeptuaginta intercurriſſe, reperies. Sed & alia de eodem ibidem accipe (*a*):

(*a*) *Antiq. Inſcr. in Append. pag. 1165. n.11.*

Honorii PP. Epitaphium.

PASTOREM MAGNVM LAVDIS PIA PRÆMIA LVSTRANT
QVI FVNCTVS PETRI HAC VICE SVMMA TENET
EFFVLGIT TVMVLIS NAM PRÆSVL HONORIVS ISTIS
CVIVS MAGNANIMVM NOMEN HONORQVE MANET
SEDIS APOSTOLICÆ MERITIS NAM IVRA GVBERNANS
DISPERSOS REVOCAT OPTIMA LVCRA REFERT
VTQVE SAGAX ANIMO DIVINO IN CARMINE POLLENS
AD VITAM PASTOR DVCERE NOVIT OVES
HISTRIA NAM DVDVM SÆVO SVB SCHISMATE FESSA
AD STATVTA PATRVM TEQVE MONENTE REDIT
IVDAICÆ GENTIS SVB TE EST PERFIDIA VICTA
SIC VNVM DOMINI REDDIS OVILE PIVM
ATTONITVM PATRIÆ SOLLERS SIC CVRA MOVEBAT
OPTATA VT POPVLIS ESSET VBIQVE QVIES
QVEM DOCTRINA POTENS QVEM SACRÆ REGVLA VITÆ
PONTIFICVM PARITER SANXIT HABERE DECVS
SANCTILOQVI SEMPER IN TE COMMENTA MAGISTRI
EMICVERE TVI TAMQVAM FECVNDA NIMIS
NAMQVE GREGORII TANTI VESTIGIA IVSTI
DVM SEQVERIS CVPIENS ET MERITVMQVE GERIS
ÆTERNÆ LVCIS CHRISTO DIGNANTE PERENNEM
CVM PATRIBVS SANCTIS POSSIDE IAMQVE DIEM
HIS EGO EPITAPHIIS MERITO TIBI CARMINA SOLVI
QVOD PATRIS EXIMII SIM BONVS IPSE MEMOR.

Hactenus de Honorio Pontifice epitaphium, & quidem ejuſmodi, ut erubeſcere debeant, qui in ipſum mutire vel audeant. Etenim non ſolum S. Gregorii fuit imitator, ſed hac ex parte in revocandis ſchiſmaticis pluſquam Gregorius hic, qui perfecerit, quod ipſi Gregorio fuit inconceſſum. Sed & accipe ex alio epitaphio inſignem ad hoc opus miniſtrum adhibitum Thomam: eo enim ad ſchiſmaticorum converſionem uſus eſt Honorius (*b*):

(*b*) *Antiq. Inſcrip. in Append. pag. 1169. num.6.*

QVIS MIHI TRIBVAT VT FLETVS CESSENT IMMENSI
ET LVCTVS ANIMÆ DET LOCVM VERA DICENTI
LICET IN LACRYMIS SINGVLTVS VERBA ERVMPANT
DE TE CERTISSIME TVVS DISCIPVLVS LOQVOR
TE GENEROSITAS MINISTER CHRISTI PARENTVM
TE MVNDA ACTIO THOMAS MONSTRABAT HONESTVM
TECVM VIRGINITAS AB INCVNABVLIS VIXIT
TECVMQVE VERITAS AD VITÆ METAM PERMANSIT
TV CASTO LABIO PVDICA VERBA PROMEBAS
TV PATIENS IAM PARCENDO PIE DOCEBAS
TE SEMPER SOBRIVM TE RECINEBAMVS MODESTVM
TV



TV TRIBVLANTVM VERA CONSOLATIO VERAX
* f. Errore * ERROR VETERI DIV AQVILEGIA CÆCA
DIFFVSAM CÆLITVS RECTAM DVM RENVERET FIDEM
ASPERA VIARVM NINGVIDOSQVE MONTIVM CALLES
CALCANS INDEFESSVS GLVTINASTI PRVDENS SCISSOS.

Hactenus ibi. Commendant mirifice iſta omnia Honorii Pontificatum, omni quidem ex parte laudatiſſimum. Cæterum quantum ad eoſdem ſchiſmaticos pertinet, etſi, ut audiſti, per Honorium ſunt ad Eccleſiam revocati; tamen poſtmodum lapſi iterum, in eo permanſere uſque ad Sergium Papam. ☞

V. Sed quæ poſt Honorii Papæ obitum ſecuta ſint, videamus, atque in primis quæ idem qui ſupra Anaſtaſius de ejus vacatione ſedis habet: *Ceſſavit*, inquit, *Epiſcopatus ejus anno uno, menſibus ſeptem, diebus decem & ſeptem*. Hæc ipſe. At non ſic tamdiu vacaſſe dicitur ſedes Honorii Romani Pontificis, ut non ante electus fuerit ejus ſucceſſor Urbis Epiſcopus, ſed potius quod qui jam Romæ canonice electus erat Severinus, vigentibus malis, cum reſiſteret ipſe conſentire Imperatori, non fuit ab Imperatore (ut tunc tyrannice fieri moris erat) confirmatus, ut colliges ex ipſo Anaſtaſio, qui hæc habet in eodem Severino Honorii ſucceſſore, ubi fuiſſet electus:

Severinus Papa.

VI. Perſecutio in Rom. Eccleſ.

*Hujus Severini temporibus devaſtatum eſt Epiſcopium Lateranenſe a Mauritio Chartulario & Iſacio Patricio, eodemque Italiæ Exarcho, cum adhuc electus eſſet domnus Severinus. Sed antequam veniret Iſacius, Mauritius dolo ductus adverſus Eccleſiam Dei, conſilio inito cum quibuſdam perverſis hominibus, incitaverunt exercitum Romanum, dicentes: Quia nihil prodeſt, quod tantæ pecuniæ congregatæ ſunt in Epiſcopio Lateranenſi ab Honorio Papa, & miles iſte nihil exinde ſubventus habet, dum & rogæ veſtræ, quas domnus Imperator vobis per vices mandavit, ibi ſunt a ſancto viro reconditæ.* Eo uſi ſunt prætextu perditiſſimi illi ad incitandos milites ad deprædationem Lateranenſis Epiſcopii.

VII. Cæterum haud recens eſt exemplum, ex congeſta ſacra pecunia maxima damna templis illata eſſe. Produnt hoc ſacræ litteræ atque profanæ de templo Hieroſolymorum pluribus in locis, nimirum ob theſauros in templo reconditos complures Reges & ſæpe Romanos fuiſſe ad illud deprædandum illectos. Ex quibus cautior facta fuit Eccleſia Dei, de qua S. Ambroſius (*a*): *Aurum*, inquit, *Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget*. Et alibi (*b*): *Habeo ærarios: ærarii mei ſunt pauperes: hunc novi congregare theſaurum*. Scimus tamen aliud interdum ſuaſiſſe prudentiam haud omnino improbandam, eo quod dicat Eccleſiaſtes (*c*): *Utilior eſt ſapientia cum divitiis, & magis prodeſt videntibus Solem: ſicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia.* Sed ſi his Eccleſia careat, certum eſt quod haud Dei tuto præſidio deſtituitur; immo divinum magis conciliat ſibi patrocinium, cum humanis auxiliis deſtituta videtur: non enim innititur auro, licet auro bene utatur. Pergit vero Anaſtaſius:

(*a*) *Ambr. offic. l.2. c. 28.*
(*b*) *Ambro. in Auxent. ad fin.*
(*c*) *Eccl. 7.*

VIII. *His auditis, exarſerunt omnes adverſus Eccleſiam Dei, & venerunt omnes a minimo concitati, omnes armati qui inventi ſunt in civitate Romana a puero uſque ad ſenem in Epiſcopium Lateranenſe: & non potuerunt manu militari introire, quia reſiſterent eis qui erant cum ſanctiſſimo domno Severino. Tunc videns Mauritius quia nihil potuerunt facere, dolo ductus fecit, ibi exercitum reſidere intra Epiſcopium Lateranenſe, & fuere ibi dies tres. Poſt triduum autem introvit Mauritius cum Judicibus qui inventi ſunt cum ipſo in concilio, & ſugillavere omne veſtiarium Eccleſiæ, ſeu cymiliam Epiſcopii, quæ diverſi Chriſtianiſſimi*

PAGIUS III. *Severinus poſt longum Interpontificium fit Papa.*

A num. V. ad XI. Mortuo Honorio *ceſſavit Epiſcopatus annum unum, menſes ſeptem, dies XVII.* Inquit Anaſtaſius & ex eo Ordericus lib. 2. Verum eſt, aliqua Anaſtaſii exemplaria MSS. loco *dies XVII.* habere *dies XVIII.* At ſupra annum ac menſes VII. vacavit dies XVII. quia aliquando Anaſtaſius diem ordinationis Succeſſoris in ſummam confert, ut variis exemplis liquet. *Severinus* autem natione Romanus conſecratus eſt Pontifex Romanus anno ſexcenteſimo quadrageſimo, die viceſima octava menſis Maii, in quam Dominica cadebat, quod ex ejus Sedis duratione conſtabit. Baronius tandiu dilatæ ordinationis cauſam reiicit in negatam confirmationem ab Exarcha Ravennatenſi & ab Imperatore, donec Electus *Ecthesim*, de qua mox, approbaſſet. Quod colligit primo ex Epiſtola *Cyri* Alexandrini Epiſcopi ad Sergium Epiſcopum Conſtantinopolitanum qua ſignificatur Imperatoris Ecthesis, per Iſacium Patricium & Exarchum Italiæ deſtinata, *quam profiteri deberet*, inquit Cyrus, *communis frater noſter Severinus ſanctiſſimus*, *Deo adjuvante*, *qui creatur Romæ*, ubi non dicit, *qui creatus eſt*, ſed *qui creatur*, nondum ſcilicet confirmata electione ſed veluti ſuſpenſa ſub nutu Imperatoris. Id colligit ſecundo Baronius ex Anaſtaſio, qui tradit, *Iſacium* Exarcham, cum *Severinus* Pontifex Romanus electus fuiſſet, Romam veniſſe, & Patriarchium Lateranenſe expilaſſe: non enim videtur Exarcha profectionem illam ſuſcepiſſe, niſi ut *Severinum* ad ſubſcribendum *Ecthesi* inducere conaretur.

Com-

*ſimi Imperatores ſeu Patricii & Conſules pro redemptione animarum ſuarum B. Petro Apoſtolo reliquere, ut pauperibus, ſingulis temporibus, pro alimonia erogarentur, ſeu propter redemptionem captivorum. Et poſtmodum miſit Mauritius epiſtolas ſuas ad Iſacium Patricium Ravennam de hoc quod actum eſt, quomodo ipſe cum exercitu ſigillaſſet omne veſtiarium Epiſcopii, & quia ſine aliqua læſione omnem ſubſtantiam ſæpe dictam potuiſſent deprædari.*

IX. Cardinales omnes exulare juſſi.

*Cumque hæc verius cognoviſſet Iſacius, venit in civitatem Romanam, & miſit omnes primates Eccleſiæ ſingulos per ſingulas civitates in exilium, ut non fuiſſet qui reſiſtere debuiſſet de clero.* Per primates Eccleſiæ haud alios intelligendos putarim, quam presbyteros & diaconos Cardinales, qui dignitate & auctoritate cæteris antecellerent. Sed pergit Anaſtaſius: *Et poſt dies aliquantos ingreſſus eſt Iſacius in Epiſcopium Lateranenſe, & fuit ibi dies octo, uſquedum omnem ſubſtantiam illam deprædarentur. Eodem tempore direxerunt exinde ex parte ex ipſa ſubſtantia in civitatem regiam ad Heraclium Imperatorem. Poſtmodum ordinatus eſt ſanctiſſimus Severinus, & reverſus eſt Iſacius Ravennam.* Hæc autem cum tempore Severini accidiſſe doceat Anaſtaſius, ſequenti potius quam præſenti anno facta putamus, quando ſcilicet miſſum Romam ab Heraclio edictum perfidiæ Severinus cum omni clero eſt execratus. Quodamobrem in ſententiam pedibus eo, ut exiſtimem Severinum nequaquam accepiſſe ab Heraclio confirmationem, eo quod ejus edictum fuerit deteſtatus. Sed de his anno ſequenti.

X. Vidiſti Græcorum odium in Romanam Eccleſiam, & Heraclii hæretici Imperatoris in eam animum infenſum & avarum, ut non erubuerit Romanus Imperator Chriſtianus ex ſacrilegio magiſtratuum captare lucrum, factus ipſe particeps ſacræ prædæ, qui adverſus ejuſmodi expilatores graſſatoreſque inſurgere debuerat ultor. Numquam hactenus adverſus Romanam Eccleſiam ſub Chriſtianis Principibus quid hujuſmodi præſumptum fuiſſe legitur, ut in exilium miſſis venerabilibus presbyteris ac diaconis Cardinalibus, Imperatoris magiſtratus armata militia impetum fecerint in Patriarchium, prædatique fuerint Eccleſiæ theſaurum cum ſuppellectilibus ſacris. At de his hactenus.

XI. Conc. Tolet. ſext.

Hoc eodem anno, Æra nimirum ſexcenteſima ſeptuageſimaſexta, celebratum habetur in Hiſpania generale, ſive di-

xe-

PAGIUS IV. *Cauſa longi Interpontificii.*

Combefiſius tamen in Hiſtoria Hæreſis Monothelitarum Diſput. I. paragrapho 11. & 12. hanc Baronii conjecturam vanam putat & cauſam non ſtatim confirmati *Severini* adſcribit, vel morbo Imperatoris, vel quia is ſubtimeſceret aliquid periculi, ſi Romani Pontificatus onus in *Severini* ſenis debiles humeros reclinaretur: aut forte etiam quia minus ei nota erat perſona, utpote homo Romanus, & cui pro continendis in officio, Imperii in Occidente reliquiis, quæ potiſſima ratio erat adhibitæ illius conditionis, non ita poſſet fidere. Verum certa videtur Baronii conjectura. In Collectaneis enim Anaſtaſii recitatur Epiſtola Sancti Maximi Abbatis ad Abbatem Thalaſſium, ex qua diſcimus, Severino in Pontificem Romanum electo Conſtantinopolim miſſos eſſe *in cauſa promotionis Papæ cum delatis Decretis Apocriſarios*, & Clerum Conſtantinopolitanum eiſdem ſignificaſſe, illos confirmationem, quam petebant, non obtenturos, niſi promitterent Clerum Romanum Ectheſi ſubſcripturum: *protulerunt eis* (ideſt Eccleſiaſtici Conſtantinopolitani) *Dogmaticam Chartam nunc ab eis expoſitam aſſerentes non aliter vobis in Capitulo pro quo tantum tranſigentes navigium huc veniſtis, favorem præſtabimus, niſi prius vos ſuaſuros ei qui Sacroſanctus eſt, profiteamini, huic Chartæ ſubſcribere, & Dogmatibus, quæ in ea continentur, exceptis dilationibus conſentire.* Addit Sanctus Maximus in eadem Epiſtola, Legatos commento Græcos eluſiſſe, ac promiſiſſe delaturos ſe ad Electum Pontificem *Ectheſim*, & rogaturos, ut ei ſubſcriberet: quo pacto juſſionem, quam petebant Apocriſarii, obtinuerunt ab Imperatore. Hanc Epiſtolam non viderat Baronius, quia nonniſi poſt ejus mortem Collectanea Anaſtaſii a Sirmondo publicata. His adde, *Ectheſim* hoc anno ab Heraclio Imperatore emiſſam, ideoque & Exarchæ Ravennatenſi mandatum, ut eam a Pontifice Romano Electo ſubſcribendam curaret. Non itaque, ut putavit Combefiſius, velut tantum occaſione, ac aliud agens *Iſacius* Exarcha Romam venit, interfuitque ordinationi *Severini*, aut verius ejus electioni.

V. *Expilatio Patriarchii Lateranenſis Heraclio non attribuenda.*

Recte tamen autumavit Combefiſius, Lateranenſis Patriarchii expilationem *Heraclio* Imperatori attribuendam non eſſe; cum vix poſſit intelligi, ut vel *Sergius*, vel *Heraclius*, qui Catholicorum ambirent nomen, ac Catholici hactenus habiti eſſent, multaque reverentia in Honorio habuiſſent Romanam Sedem, ſic male de ea in *Severino* mereri voluerint; ut autem illa, quam ponit Anaſtaſius ratione expilaretur *Lateranenſe Patriarchium*, ipſis immenſis in eo congeſtis opibus ſollicitantibus, ac velut eæ minus neceſſariæ Eccleſiæ uſibus, qua militibus egenis erogandæ eſſent, qua fiſco inferendæ in Reipublicæ commodum; quamquam in vito Clero ſacrilegum; haud certe ita abſonum videatur, ut ne ab *Heraclii* Præfectis, ejus etiam injuſſu ſeu oblata Interregni occaſione, præſumi potuerit; vel eidem, parte prædæ accepta ratum haberi. Sic enim poſt annos aliquot Heraclii nepos *Conſtans*, cum nullam religionis cauſam prætexeret, ac amice agere videretur cum *Vitaliano* Papa, pretioſa quæque, tum in Urbe, tum locis aliis in Italia expilavit, nec Sacris ædibus, earumque ſacris vaſis ac cimeliis pepercit, ut in eodem *Vitaliano* Anaſtaſius tradit: haud dubie ſuperfluitatem Eccleſiis cauſatus, ac publicæ rei neceſſariam tuitionem.

VI. Ad num. XI. & ſeq. In præfatione Concilii Toletani VI. dicitur illud habitum, *ſub die*

*quin-*



xeris nationale Concilium Toletanum ſextum nominatum, cui interfuerunt Epiſcopi ſive præſentes ſive per legatos numeroquinquagintaduo: habitum autem eſt (ut prima ejus conſtitutio docet) quinto Idus Januarii, anno Cinthilani Regis ſecundo, Æra ſuperius adnotata. Continet capita undeviginti tum ad fidem Catholicam ſtabiliendam, tum etiam ad Eccleſiaſticam diſciplinam cuſtodiendam elaborata. In cujus tertio capite de Rege maxime pio hæc perpetua conſervanda memoria ſcripta reperiuntur (a): *Inſpiramine ſummi Dei, excellentiſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps ardore fidei inflammatus cum regni ſui ſacerdotibus prævaricationes, & ſuperſtitiones eorum,* Judæorum ſcilicet, *eradicare elegit funditus, nec ſinit degere in regno ſuo eum qui non ſit Catholicus. Ob cujus fervorem fidei gratias omnipotenti Deo cælorum Regi agimus, eo quod ejus tam illuſtrem creavit animam, & ſua repleverit ſapientia. Donet ei præſentis ævi diuturnam vitam, & in futuro gloriam æternam. Illud autem provida nobis cura & valde eſt decernendum vigilanti ſolertia, ne ejus calor & noſter labor quandoque in poſteris tepefactus liqueſcat.*

(a) Conc. Tolet. 6. c. 3.

XII. Quid Reges Hiſpaniæ jurare debeant.

*Quocirca conſonam cum eo & corde & ore promulgamus Deo placituram ſententiam; ſimul cum ſuorum optimatum illuſtriumque virorum conſenſu ex deliberatione ſancimus, ut quiſquis ſuccedentium temporum regni ſortierit apicem non ante conſcendat regiam ſedem, quam inter reliqua conditionum ſacramenta pollicitus fuerit hanc ſe Catholicam non permiſſurum eos violare fidem, ſed & nullatenus eorum perfidiæ favens, vel quolibet neglectu aut cupiditate illectus tendentibus ad præcipitia infidelitatis aditum præbeat prævaricationis; ſed quod magnopere noſtro eſt tempore conquiſitum debeat illibatum perſeverare in futurum. Nam incaſſum bonum agitur, ſi non ejus perſeverantia providetur. Ergo poſtquam ordine præmiſſo ad gubernacula acceſſerit regni, ſi ipſe temerator extiterit hujus promiſſi, ſit anathema maranatha in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni; ſimul cum eo damnatione perculſi, quicumque ſacerdotum, vel quilibet Chriſtianorum ejus implicati fuerint errori.* Hæc de Regibus ſucceſſoribus ſancta Synodus, Rege ipſo favente, decrevit: ut appareat haud eſſe recentem vel indebite uſurpatum titulum Hiſpaniarum Regum, ut Catholici cognominentur, utpote tanto facti titulo digni, quod non ſolum jurent ſe fore Catholicos, ſed neque paſſuros quemquam non Catholicum in ampliſſimo ſuo regno penitus reperiri. At quod rurſus ad ejuſdem Principis laudes ſpectat, audi de eo ejuſdem Synodi præconia (b): *Denique tanta erga nos noſtri Principis extant beneficia, ut longum ſit ſingillatim ea promere lingua. Ipſe enim, auctore Deo, nobis pacem, ipſe quaſi captivam reduxit charitatem, ipſius opem quieti, ipſius ſumus largitione ditati, ipſe medicamine bonitatis ſuæ & reis pepercit, & rectos ſublimavit. Cui ſi dignis voluerimus reſpondere beneficiis non tantis extamus copiis virtutis, quanto voto ſufficimus voluntatis.* Hæc ſancta Synodus: atque de his ſatis.

Reges Hiſp. cur cognominati Catholici.

(b) Conc. Tolet. c. 15.

XIII. Rotharis Rex Longob. Arianus.

Hoc eodem anno Ariovaldus Rex Longobardorum, idemque Arianus (de quo plura ſuperius) ubi regnaſſet annos duodecim, moritur; inque locum ejus ſubrogatus eſt Rotharis itidem Arianus: *Hujus* (inquit Paulus c) *temporibus pene per omnes civitates regni ejus duo Epiſcopi erant, unus Catholicus, & alter Arianus. In Civitate quoque Ticinenſi uſque nunc oſtenditur, ubi Arianus Epiſcopus, apud baſilicam S. Euſebii reſidens, baptiſterium habuit, cum tamen Eccleſiæ Catholicæ alius Epiſcopus præſideret. Qui tamen Arianus Epiſcopus qui in eadem civitate fuit, Anaſtaſius nomine, ad fidem Catholicam converſus, Chriſti poſtea Eccleſiam rexit. Hic Rotharis Rex, Longobardorum leges, quas ſola memoria & uſu retinebat, ſcriptorum ſerie compoſuit: codicemque ipſum, Edictum, appellari præcepit. Erat autem jam, ex quo Longobardi in Italiam venerant, annus*

(c) Paul. diac. l. 4. c. 44. nov. edit.

*ſe-*

PAGIUS *Concilium Toletanum VI.*

*quinto Idus Januarii, anno Præfati Principis* (nempe Cinthilani) *& triumphatoris in Chriſto ſecundo, Era DCLXXVI.* ideoque hoc anno in quem annus ille Eræ Hiſpanicæ incidit. Interfuere huic Concilio quinquaginta duo Epiſcopi Hiſpaniæ & Galliæ, eique ſubſcripſere quatuor Metropolitani, *Silva* Narbonenſis, *Julianus* Bracarenſis, *Eugenius* Toletanus, & *Honoratus* Hiſpalenſis. Inter illuſtres Epiſcopos, qui eidem præſentes fuere, memoratur Sanctus *Braulio* Epiſcopus Cæſarauguſtanus, ſucceſſor Joannis fratris, qui *habuit Sacerdotium ferme viginti annis temporibus Siſenandi, Cintilæ, & Cindas VVindi Regum*, inquit Sanctus Idelfonſus. Ordinavit Scripta S. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi cujus fuerat Diſcipulus, & Archidiaconus, ut ipſemet ſcribit in Prænotatione ad Libros ejuſdem Iſidori, hicque *Braulioni* ſuos Originum Libros dicavit. Scripſit præterea Braulio *Vitam S. Æmiliani Turiaſonenſis Monachi*, cujus celebre eſt tota Hiſpania Monaſterium, inter aſperrimos montes, qui Ibero fluvio latus Septentrionale obvertentes, Caſtellam reliquam ad Meridiem habent. De Braulione legendus Baronius anno DCXXXVI. num. XVII. & ſeq. & Bollandus in Synopſi Hiſtorica ejus Vitæ ad diem XVIII. menſis Martii.

VII. Ad num. XIII. *Ariovaldus* Langobardorum Rex anno DCXX. e vivis exceſſit, eodemque *Rotharis* in ejus locum ſubrogatus eſt, ut

an-

*ſeptuageſimusſeptimus, ſicut idem Rex in ſui Edicti teſtatus eſt prologo.* Hæc Paulus.

XIV. Porro etſi ſub Ariano Rege non reperitur indicta in Catholicos perſecutio: accidebat tamen interdum, ut ſi qui Epi-

PAGIUS

*Rhotaris ſit Rex Langobardorum.*

anno DCXXVI. num. VII. & ſeqq. demonſtravi. *Hic Rothari Rex*, inquit Paulus Diaconus lib. 4. cap. 44. *Langobardorum leges, quas ſola memoria & uſu retinebant, Scriptorum ſerie compoſuit, Codicemque ipſum Edictum appellari præcepit. Erat autem jam ex quo Langobardi in Italiam venerant, annus ſeptuageſimus ſeptimus, ſicut idem Rex in ſui Edicti teſtatus eſt Prologo.* Verum Sigonius in lib. de Regno Italiæ recitat illum Prologum, in quo annus unus minus numeratur, ideoque illa legum Langobardicarum Collectio facta eſt anno ſeptuageſimo ſexto ab adventu Langobardorum in Italiam. Ait enim ibi Rotharis: *Ego Rotharis Rex ſeptimus decimus Rex gentis Longobardorum, anno Regni mei octavo, ætatis meæ triceſimo octavo, Indictione ſecunda, & poſt adventum in Provinciam Italiæ Longobardorum, ex quo Albuinus tunc temporis Rex advenit, anno ſeptuageſimo ſexto, feliciter, datum Ticini in Palatio decimo Kalendas Decembris;* qui characteres annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum tertium a Kalendis Septembris Indictione ſecunda inſignitum certo deſignant: ſed loco, *anno Regni mei octavo*, legendum, *anno Regni mei decimo tertio*, ut ſequentium Regum Langobardorum Chronologia demonſtrat. [1] Neque enim annus LXXVI. vel LXXVII. adventus Langobardorum in Italiam convenire poteſt in annum VIII. Rotharis ſive Pauli Diaconi, ſive recentiorum Scriptorum, qui de rebus Langobardicis egere ſupputationem ſequaris. Porro numerus X. in inferiori parte deletus Librarium facile in errorem inducere potuit, & relinquere numerum V. ita ut non annus XIII. ſed annos VIII. legerit. Ex laudato loco liquet, erraſſe Paulum Diaconum, qui ſcripſit, *Audoinum* nonum Longobardorum Regem fuiſſe; alioquin *Rotharis* non ſe ſe decimum ſeptimum, ſed decimum ſextum Longobardorum Regem in citato Prologo appellaret. Si itaque *Rotharis* anno DCXLIII. annum Regni XIII. agebat, profecto anno DCXXX. ut Sigebertus de Longobardorum Chronologia recte edoctus teſtatur, Regnum ſuſceperat. Verum quidem eſt, Baſilium Joannem Heroldum, qui *Rotharis* Regis leges publicavit, in earumdem titulo idem ac Paulum Diaconum habere. Sed cum Heroldus laudatum Prologum in medium non adducat, manifeſtum illum ab eo non viſum, & hunc Compilatorem, vel ſaltem poſſeſſorem exemplaris MS. quo is uſus eſt, titulum illum ex Paulo Diacono mutuatum fuiſſe; cum tamen annus adventus Langobardorum in Italiam ſeptuageſimus ſeptimus conjungi non poſſit cum Indictione ſecunda, in citato Prologo memorata.

VIII. *Converſio & exilium S. Ingenuini Epiſc. Sabionenſis.*

Ad num. XIV. Quod ſcribit Baronius *Sanctum Ingenuinum* Epiſcopum Sabionenſem in exilium miſſum fuiſſe apud *Brixionem* in Germaniam a *Rothari* Rege Langobardorum, qui Arianus erat, non caret difficultate. Fuit S. Ingenuinus Epiſcopus Sabionenſis in ſecunda Rhætia, cujus Metropolis *Sabio* ſive *Savio* erat, ſed *Brixinam* decem paſſuum millibus diſſitam Epiſcopatus ille poſtea tranſlatus. Præter Epiſtolam Conciliabuli Schiſmaticorum Epiſcoporum, qui tria Capitula defendebant, in Mariano habiti, cui *Ingenuinus* ſubſcripſit, ut dixi anno DXC. num. X. & Synodum Gradenſem anno DLXXIX. coactam, cui etiam *Ingenuinus* interfuit, de qua Synodo egi eo Chriſti anno, nihil de eo ſcriptum reperimus ante ſæculum octavum, quo Paulus Diaconus vixit. Hic lib. 3. de Geſtis Longobard. cap. 32. *Ingenuini* Epiſcopi Sabionenſis meminit. Bollandus ad diem V. menſis Februarii, quo Sanctus *Ingenuinus* colitur, ſynopſim ejus Vitæ ex variis Monumentis collegit, & num. 31. ait eum quidem erraſſe cum Schiſmaticus fuerit, fidem tamen Orthodoxam ſemper retinuiſſe, cum a Brixinenſibus in Officiis Eccleſiaſticis memoria ejus celebretur, & in aliquibus Martyrologiis nomen ejus legatur. Exiſtimat Bollandus *Ingenuinum* circa annum DCXL. ad Deum migraſſe. Verum non viderat is Acta Concili Gradenſis, cui cum Ingenuinus ſubſcripſerit, veroſimile non eſt, eum ad annum DCXXXI. vitam propagaſſe, immo nec a *Rothari* Rege, quod ſine teſte Baronius aſſerit, in exilium miſſum eſſe. In Officiis Brixinenſibus dicitur, *ſub Authari Flavio Longobardorum Rege Italiam devaſtante* in exilium pulſum, ibique ærumnis confectum in cœlum migraſſe. Verum *Autharis* die V. menſis Septembris anni DXC. extinctus eſt, ante celebrationem Concilii Marianenſis, cui Ingenuinus ſubſcripſit. In iiſdem Officiis perperam etiam dicitur, interfuiſſe *Ingenuinum* Maranenſi ſeu Marianenſi Synodo, in qua Manichæo errore damnato *Severus* iterum & ſuæ Sedi & Eccleſiæ Catholicæ redditus eſt. *Severus* enim Ravennæ, non Manichæis, ſed Catholicæ Eccleſiæ aſſenſus eſt, a qua poſtea deſcivit, & rurſus Tria Capitula propugnavit. *Ingenuinus* itaque in exilium ab *Arioaldo* Rotharis deceſſore miſſus, poſtquam ſediſſet annos amplius quadraginta; ut enim jam dixi, anno DLXXIX. Pſeudo-Synodo Gradenſi interfuit. [2]

IX. Sanctus Ingenuinus Sabione obiit, tranſlatoque poſtea Epiſcopatu *Brixinam*, una & oſſa ejus tranſlata ſunt, *ubi in in hodiernum diem* mira

NOTÆ

[1] MEndum irrepſiſſe in numeros annorum regni Rotharis expreſſos in Prologo Legum ejuſdem Rotharis viris eruditis non probatur, cum in vetuſtiſſimis omnibus Codicibus MSS. vel in iis pariter qui decimo Sæculo circiter exarati ſunt, conſtanter legatur. *Anno regni mei octavo*, indictione & menſe de quibus apud Pagium. Igitur Rotharis exordium anticipandum eſt, figendumque anno 636. Nec eſt cur Textui Fredegarii adeo deferamus, ut vis inferatur genuino adeo & ſincero antiquitatis documento; facilius enim mendum in Fredegarium irrepſiſſe ſuſpicaremur, quam in prologum Rotharis cujus genuinam lectionem omnium MMSS. concordia aſſerit. MANSI

[2] CUm Gradenſis Synodus ſuppoſitionis notam apud viros eruditos incurrerit ex rationibus a nobis in Nota ad A. 579. 12. deductis; hinc ſuſtineri poſſe conſtat traditionem in Officio Eccleſiaſtico Brixinenſi ſervatam de exilio a S. Ingenuino ſub Authari Rege Longobardorum tolerato. MANSI



*S. Genuinus Epiſc. in exilium miſſus.*

piſcopi æſtuantes zelo Catholicæ fidei urgerent Arianos, iidem ab eodem Rege exilio mulctarentur, ut contigit S. Genuino ſive Ingenuino Epiſcopo Sabionenſi, qui a Rege Longobardorum in exilium pulſus apud Brixinonem in Germaniam, ibidem diem obiit, junctuſque ſepultura eſt S. Albino ejuſdem civitatis Epiſcopo æque ſancto; factumque eſt, ut amborum una eademque dies natalis in Eccleſia celebretur Nonis Februarii. Jam vero ad anni ſequentis res geſtas tranſeamus.



PAGIUS

*S. Albuini Epiſc. Brixienſis obitus.*

*miraculis clareſcit*, inquit Hundius in Metropoli Salisburgenſi. Sedem autem Epiſcopalem a Sabiona Brixinam Tirolii Urbem tranſtulit S. *Albuinus* Eccleſiæ Sabionenſis Epiſcopus, Ottone III. & Henrico Sancto ſucceſſive imperantibus, ideoque quadringentis poſt *Ingenuinum* & amplius annis, & corpus *Albuini* poſt ejus mortem appoſitum eſt corpori S. *Ingenuini*, quod utrumque in ſummo Altari Eccleſiæ Cathedralis religioſe aſſervatur, ut refert Bollandus ex Faſtis Brixinenſibus ad diem V. Februarii, utrique Sancto feſtivum. Idem Bollandus & Hundius citati Sanctum *Caſſianum* ante *Ingenuinum* ponunt, & poſt hunc alios ante *Maſtulonem*, qui ſecundus eſt in verſibus incerti Poetæ, *de Ordine Comprovincialium* Pontificum, a Mabillonio Tom. IV. Analect. pag. 525. publicatis. Florebat is Poeta tempore Ludovici Germaniæ Regis, cui Opuſculum ſuum dicavit, quo nihil habemus antiquius de Epiſcopis Metropoli Saltzburgenſi ſubditis. Hæc ille de Epiſcopis Sabionæ, vulgo *Seben*.

*Hæc Sedis vallis Noricanæ dicta Sobana,*
*Ingenuinus habens primo quam rexerat almus.*
*Maſtulo ſecundus, ſeditque regendo Cathedram.*
*Poſt illum paſtor ſervavit ovile Joannes.*
*Præſul Alimus erat meritis, qui & Dogmate quartus.*
*Quintus honore ſedet ill. fultus eodem.*

Epiſcopus, cujus nomen tacetur, eſt *Heinricus*, qui *Alimo* ſucceſſerat, iſque anno DCCLXXII. Eccleſiam Sabionenſem regebat, ut ſuo loco videbimus. Quare cum Eccleſia Sabionenſis in Regione a Paganis habitata locata eſſet, diuturna ſubinde fuere Interpontificia. Neque enim exiſtimandum, Poetam accuratiſſimum aliorum Epiſcoporum Sabionenſium nomina ignoraſſe. Qui itaque in medium afferuntur, in his verſibus non memorati, Epiſcopi tantum Regionarii fuere.

X. *Moritur Dagobertus Rex Francorum.*

Dagobertus Francorum Rex anno Regni ſui *decimo ſexto, decimo quarto Kalendas Februarii die*, ſeu die decima nona menſis Januarii mortuus eſt, ut tradunt Fredegarius cap. 79. Aimoinus lib. 4. cap. 43. & Auctor de Geſtis Dagoberti Regis cap. 43. Ex annis illis ſedecim ſub patre *Clotario* ſex, & poſt ejus obitum decem egit. Ante Hadrianum Valeſium, a pleriſque, & imprimis recentioribus omnibus Hiſtoricis creditum fuerat, *Dagobertum* ſolum, ac poſt Clotarii patris obitum ſedecim annos Regnum obtinuiſſe. Quod falſum eſſe adeo ſolide demonſtravit Vir Eruditiſſimus, ut omnes tandem, ſi pauciſſimos excipias, in ſuam ſententiam pertraxerit. Quare nullus dubitationi locus relinquitur, quin ſedecim illi anni deducendi ſint a tempore quo Rex Auſtraſiorum conſtitutus eſt, ideoque quin præſenti anno vivere deſierit. Baronius, qui *Clotarii* Regis mortem anno DCXXXI. collocavit, ab eaque annos ſedecim Dagoberto attributos proficiſci exiſtimavit, hujus mortem uſque ad annum DCXLVII. differt, indeque ſequentium Regum Francorum Chronotaxis in Annalibus Eccleſiaſticis valde depravata: quam, ut majori claritate in integrum reſtituamus, ab ejus ordine ſubinde hoc ſæculo diſcedere cogimur. Vixit *Dagobertus* annos circiter XXXIV. pacemque quam cum Gothis in Hiſpania, cum Langobardis in Italia cum Anglis in Britannia, & cum cæteris finitimis gentibus pater ejus fecerat, ſincera fide cuſtodivit. Uſus eſt conſilio Sancti *Arnulphi* Metenſis Epiſcopi & Sancti *Pippini* Majoris-Domus, quibus a patre commendatus commiſſuſque fuerat, ac Sancto Arnulpho Anachoreta facto, Conſiliarium habuit Sanctum *Chunibertum* Colonienſem Antiſtitem. Non alia ætas illuſtrium Epiſcoporum, piorum, Monachorum, ac Sanctimonialium fœcundior fuit, nec plura unquam in Galliis & nobiliora Monaſteria conſtructa ſunt. Verum de ejus virtutibus ac vitiis agemus anno DCXLVII. quo de iis verba facit Baronius. Duos tantum reliquit filios, *Sigibertum* & *Clodoveum* hujus nominis II. minorennes: ille patri in Auſtraſiam, hic in Neuſtriam & Burgundiam ſucceſſit.

XI. *Duplex Sigiberti Regis Epochæ.*

*Segibertus* quidem jam ab annis quinque in Auſtraſia regnabat: ſed juxta ea quæ anno DCXXXIII. num. XXX. & ſeqq. in medium adduximus, mortuo patre poſſeſſionem iniit Aquitaniæ, Provinciæ, aliarumque Galliæ Regionum; quas juxta patris voluntatem poſt ejus mortem in ſuam ditionem revocare debebat. Hinc Cadurcenſes tunc ejus Regno adiecti, quod oſtendunt literæ, quas *Deſiderius* Cadurcenſis Epiſcopus Sigiberto Regi ſtatim direxit, cum poſt Dagoberti Regis obitum ditio Cadurcenſis ſub ejus poteſtatem primum devenit: *Dum*, inquit Deſiderius Epiſt. 3. apud Ducheſnium num. 50. Tom. I. *Et contigit de præcelſo Domno noſtro genitore Veſtro: quod nec Pietati Veſtræ tam cito fuerat optabile* (ideſt, ut Dagobertus e vivis tolleretur) *Vos reverentiſſime Domine, tam de nos ſervos Veſtros quam & de cunctos fideles integram dignamini habere mercedem. Ut quos genitor veſter pie enutrivit, veſter rigor æquanimiter portet. Et dum vos Deus omnipotens ſuæ pietate in Regno ſublimavit*, &c. Quamobrem Regni Sigiberti duæ obſervandæ ſunt Epochæ, altera ab anno DCXXXIII. quo Auſtraſiæ Voſagum inter & Ardennam coarctatæ præfectus fuit; altera vero a præſenti anno, quo eam in ſolidum obtinuit deducta.

Ecthesis Sergii hoc anno promulgata ut ſequenti videbimus.

I. Heraclius expoſitionem fidei hæreticam promulgat.

ANnus agitur Redemptoris ſexcenteſimus trigeſimusnonus, Indictione duodecima: quo Heraclius Imperator ſemel Deo averſus, animo induratus, & (quod de Achab dicit divina Scriptura) venumdatus ut faceret malum, tandem publicum promulgavit edictum ad ſuam ſtabiliendam hæreſim, quod Ectheſin, hoc eſt, expoſitionem nominavit. Id quidem factum eſſe hoc anno, duodecima videlicet currente Indictione, docent Acta Romanæ Synodi ſub Martino Papa, qui tamen illud aſcribit perfidiæ Sergii Conſtantinopolitani Epiſcopi; nam locutus ipſe in Synodo, iſta ait (*a*): *Sergius autem per epiſtolam propriam ad denominatum Cyrum ſcriptam, eamdem ſimiliter unam operationem ſuſcipiens, cum eo irrationabili præſumptione auſus eſt confirmare: & non ſolum hoc, ſed etiam poſt aliquot annos ejuſdem Cyri novæ adinventionis, hoc eſt, per nuper duodecimam Indictionem elapſam hæreticam & ipſe conſcribens Ecthеſin, id eſt, expoſitionem Fidei ſub nomine tunc imperantis Heraclii, unam in eadem Salvatoris noſtri (ſecundum impium Apollinarem) voluntatem & operationem inſtituit, ex hoc quod dicit imprudenter, ſequi operationem voluntatem, &c.* Rurſum de eodem Sergio nomine Imperatoris ad incutiendum terrorem promulgante perfidiæ edictum, idem Martinus hæc habet in Secretario tertio ejuſdem Concilii: *Age*, inquit *nunc & memorati Sergii novæ Ectheſeos audiamus commentum; quam Ectheſin ſuaſit in tempore ſuo nomine Heraclium quondam Imperatorem titulare, errorem interminationi commixtum contra Orthodoxos populos atque dogmata per hunc modum prætendens.* Hæc & alia S. Martinus: ex quibus illud in primis, quod dictum eſt, certum habes de tempore.

(*a*) *Synod. Lateran. ſub Marti. Secret. 1.*

II. Ecthеſis miſſa ad Severin. Papam.

His adde, eamdem fidei explanationem miſſam eſſe per Iſacium Italiæ Exarchum ad Romanum Pontificem Severinum, ut eam probaret. Id quidem liquido apparet per epiſtolam Cyri Epiſcopi Alexandrini ad Sergium Conſtantinopolitanum Antiſtitem, recitatam in dictæ Synodi Lateranenſis tertio Secretario, in qua inter alia iſta leguntur ipſius exordio: *Paratis nobis relaxare reſponſa in regia urbe, conjunxit * Euſtathius glorioſus Magiſter militum, & detulit mihi venerandos apices præcipui mei Domino Deo honorabilis* tuæ *beatitudinis, intus habentes & exemplar competenter & conſultiſſime pariterque Deo amabiliter factæ Ectheſeos venerabilis noſtræ fidei a piiſſimo & a Deo conſervando domino noſtro magnoque Principe pro pia fide noſtra ad Iſacium excellentiſſimum Patricium & Exarchum Italiæ deſtinatæ; quam debet profiteri communis frater noſter Severinus ſanctiſſimus Deo adjuvante, qui ordinatur Romæ, &c.* Puto intelligis quod ait: *Qui ordinatur Romæ; non autem ordinatus eſt Romæ.* Quod ſcilicet ejus ordinationis actus adhuc ſuſpenſus eſſet ſub nutu Imperatoris, videlicet, ut ipſe jam anno ſuperiori electus, non confirmaretur ab Imperatore, neque ordinari juberetur, niſi quam Romam per Exarchum Imperator miſiſſet Ectheſin, Severinus Pontifex reciperet & confirmaret: quod quidem facere penitus renuiſſe, immo & ipſam vehementer deteſtatum eſſe, certo liquet ex iis quæ idem qui ſupra S. Martinus habet, ubi in tertio Secretario hæc poſt recitatam dictam epiſtolam ſubjunxit his verbis: *Ceciderunt a ſua ſpe, mentiti contra caput proprium. Nec enim ſuſcepta eſt omnino, aut admiſſa ſecundum vanam eorum ſpem; magis autem condemnata eſt & anathematizata ab Apoſtoli-*

* conjunxit pro pervenit uſitatum ab hoc ſæculo reperimus.

Confirmatio Severini Pap. ab Imp. cur ſuſpenſa.

Severin. Pap. damnat Ectheſin Heraclii Imp.



PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLXXVII Anno Hegiræ XVIII. inchoato die 12. Januar. fer. 3. Anno Hegiræ XIX. inchoato die ult. Decemb. fer. 7. A.C. 639.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6132.

☉ 4. C. ☽ 13. P. 28. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 639.

SEDES VACAT

HERACLII IMP. 30.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: XXIX. *poſt Conſulatum Heraclii Aug. XXVIII.* & a die XXII. Januarii, *Anno Imperii Heracli Junioris Conſtantini XXVII.*

II.

Ad num. I. & ſeq. *Sergius* Conſtantinop. Epiſcopus ad hæreſim Monothelitarum latius evulgandam compoſuit *Ectheſim*, ſeu fidei formulam & expoſitionem, in qua dici prohibebatur impoſterum cum una, tum duplex in Chriſti diſpenſatione Operatio, licet interim in ea diſerte aſſeratur in Chriſto una tantum voluntas, tanquam Doctrina Sanctorum omnium Patrum. Eam *Sergius* non ſuo, ſed Heraclii nomine vulgandam curavit, ut majores hac arte tumultus in Eccleſia excitaret. Ectheſi enim nomen Heraclii præfixiſſe docet Martinus Papa in Secret. III. Verum *Ectheſis* non hoc anno ut hactenus ab omnibus creditum, ſed ſuperiori publicata; Martinus enim Secret. primo ait id factum *duodecima Indictione*, quæ Kalendis Septembris ſuperioris Chriſti anni inchoata. Nam Poſtquam illa emiſſa eſt, *Sergius* Pſeudo-Synodum Conſtantinopoli coegit, ad *Cyrum* Epiſcopum Alexandrinum ſcripſit, & menſe Decembri ejuſdem anni vita functus eſt, ut mox oſtendemus. Quare non dubium, quin anno antecedenti Edictum illud prodierit, eodemque Synodus Conſtantinopolitana habita ſit.

*Sergius anno ſuperiori Ectheſim promulgavit.*







*ca auctoritate huc tranſmiſſa peſſimæ & præſumptæ novitatis eorum Ectheſis.* Hæc ſanctus Martinus Papa in plena Synodo de rebus geſtis cum Severino Pontifice.

III. De obitu Severini Pap.

Porro ipſe Severinus Papa haud diutius ſupereſtes fuit, afflictionibus exagitatus a miniſtris Imperatoris, quando & a militibus in odium ipſius Romani Pontificis deprædato ſacro Patriarchio, omnes Cardinales juſſi ſunt exulare; cujus rei gratia non potuit Synodus congregari, ut publico totius Eccleſiæ Catholicæ præconio eadem Ectheſis damnaretur, quæ ab eodem Pontifice & aliis in adminiſtratione collegis fuerat condemnata. Quod vero ejuſdem Severini incerta ſit dies electionis, hinc fuit ut nec quamdiu Pontifex perſeveraverit, adeo certo definiri poſſit, licet alii pro arbitrio addant & minuant annos, menſes, ac dies: tribuit autem ejus ſedi Anaſtaſius menſes undecim, & dies quatuor. Verum ex his quæ dicta ſunt, liquido intelligi poteſt ipſum non prætergreſſum hunc annum; ad quem perveniſſe, dicere neceſſe eſt, cum conſtet poſt editam Ectheſin (quam hoc anno, duodecima Indictione, eſſe promulgatam, ex Actis Synodalibus vidimus) fuiſſe ſuperſtitem, cum eam damnarit: ſequenti vero anno ſediſſe Joannem, ex Synodo ab eo tunc facta poſſumus intelligere. Porro de eodem Severino hæc idem Anaſtaſius habet:

IV. * donis Reliquæ res geſtæ Severini Papæ.

*Hic renovavit apſidem beati Petri Apoſtoli ex muſivo, quod dirutum erat. Hic dilexit clerum, & omnibus bonis * augmentavit. Fuit autem ſanctus, benignus ſuper omnes homines, amator pauperum, largus, & mitiſſimus. Fecit Epiſcopos per diverſa loca numero quatuor. Hic diviſit omni clero rogam integram. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum ſub die quarto Nonas Auguſti. Et ceſſavit Epiſcopatus ejus menſes quatuor, & dies viginti novem.* Hæc Anaſtaſius: ex cujus aſſertione dicendum erit, ultima anni hujus die ſubrogatum fuiſſe ejus ſucceſſorem Joannem ejus nominis quartum, quem idem auctor ait fuiſſe natione Dalmatam, filium Venantii Scholaſtici: ſed de eo plura anno ſequenti dicturi ſumus.



PAGIUS III. *Severinus PP. anno ſequenti demortuus.*

Ad num. III. & ſeq. *Severinus* Pontifex Romanus anno tantum ſequenti demortuus eſt; ſedit enim *menſes duos, dies quatuor* ſepultus *ſub die quarto Nonas Auguſti*, inquit Anaſtaſius, qui ſepulturæ diem memorare ſolet. Menſes duos ac dies quatuor illum ſediſſe legitur in omnibus exemplaribus Anaſtaſianis, tam MSS. quam vulgatis, in Hermanno Contracto, Reginone, Luitprando, Abbone, Honorio Auguſtodunenſi Catalogo Vaticano Palatino, & in aliis. Quare cum anno tantum ſequenti, ac die viceſima octava Maii ordinatus fuerit, eodem etiam anno e vivis deceſſit, & quidem die prima menſis Auguſti. Sed Baronius, vel potius ejus Amanuenſis, cum vidiſſet in aliquo Anaſtaſii exemplari, *Severinum* ſediſſe menſes II. charactere ſcilicet Romano legit menſes 11. ſeu, undecim, numeros videlicet Romanos in cifras Arabicas convertens. Præterea ideo Baronius Severini mortem in hunc annum retraxit, quia exiſtimavit, poſt *Honorii* mortem Sedem vacaſſe paucos duntaxat menſes: indeque ab Anaſtaſio diſcedens, non ſolum *Severini*, ſed etiam ſequentium Pontificum Rom. tempora modo augere, modo minuere cogitur.

IV. *Monothelitas damnavit.*

*Severinum* dum viveret *Ectheſim* damnaſſe liquet ex libro Diurno Romanorum Pontificum, in quo cap. 3. tit. 6. recitatur Profeſſio fidei, quæ a Romano Pontifice emitti ſolita erat ante Sextam Synodum generalem. In ea enim fidei Profeſſione dicitur: *Profitemur etiam cuncta Decreta Pontificum Apoſtolicæ Sedis, ideſt, Sanctæ recordationis Severini, Joannis, Theodori, atque Martini cuſtodire; qui adverſus novas quæſtiones in Urbe Regia exortas, & pro propria Doctrina cuncta Zizaniorum ſcandala amputaſſe noſcuntur, profitentes, juxta duarum Naturarum motum, ita & duas naturales Operationes, & quæcumque damnaverunt, ſub anathemate damnamus: quæque ſuſceperunt, ſuſcipimus, & tota fidei integritate veneramur.* Baronius num. III. Combefiſius in Hiſt. Hæreſis Monothel. Diſput. I. Paragrapho 12. aliique exiſtimant, *Severinum* non congregaſſe Synodum adverſus Monothelitas, quod breviori tempore ab adepto Pontificatu vixerit, ideoque *Joannem IV.* proſcriptæ & reprobatæ Synodice hujus hæreſeos gloriam primum retuliſſe; *Severinum* vero eam tantum vehementer deteſtatum eſſe. Verum non viderant illi citatam fidei Profeſſionem, ex qua Synodum a Severino ut jure publico in Ectheſim decerneret, coactam eſſe colligitur. Cum enim promitterent Pontifices Romani ſe Decreta a Severino, Joanne, ac Theodoro adverſus Monothelitas edita ſervaturos, manifeſtum eſt, ea in aliquo Concilio condita fuiſſe. Neque obſtat breve temporis intervallum, quo *Severinus* ſedit; cum *Joannes* IV. ejus Succeſſor, qui die XXIV. Decembris anni DCXL. Pontifex Romanus creatus, ante mortem Heraclii, quæ die undecima Februarii anni DCXLI. contigit, Monothelitas Synodice confoderit.

V. *In Synodo Romana.*

Verba, quæ Baronius num. IV. & III. Secretario Lateranenſi in medium affert ut oſtendat *Severinum* hæreſim hanc deteſtatum eſſe, cum laudato loco Profeſſionis fidei collata, id in Synodo factum fuiſſe demonſtrant. Ait enim ibidem S. Martinus, poſtquam locutus eſt de Severino Papa; *Ceciderunt a ſua ſpe* (Cyrus & Monothelitæ, qui Ectheſim ad Severinum miſerant), *mentiti contra caput proprium. Nec enim ſuſcepta eſt omnino, aut admiſſa ſecundum vanam eorum ſpem: magis autem condemnata eſt & anathematizata ab Apoſtolica auctoritate, huc tranſmiſſa peſſima & præſumptæ novitatis eorum Ectheſis.* Verum quidem eſt, Garnerium in Notis ad laudatam fidei Profeſſionem autumare *Severinum* Decretum edidiſſe, quo eam hæreſim condemnaret & anathematizaret, *Joannem* vero Theodorum, atque Martinum Conventum Epiſcoporum adverſus eandem coegiſſe. Verum fra-

V. Legatio a Scotis ad Severinum.

Auctor eſt Beda, hoc anno Scotorum litteras eſſe perlatas Romam ad Severinum Pontificem: ſed cum jam idem Severinus diem obiiſſet, clerus Romanus eas acceptas aperuit. Extant ipſarum fragmenta, quæ recitaturus Beda, iſta præmittit: (a) *Sed & Joannes, qui & ſucceſſori ejuſdem Honorii Severino ſucceſſit, cum adhuc eſſet electus in Pontificatum, pro eodem errore*, de tempore Paſchatis ſcilicet, *corrigendo, litteras ad eos magna auctoritate atque eruditione plenas direxit, evidenter aſtruens, quia Dominicum Paſchæ diem a quintadecima Luna uſque ad vigeſimamprimam Lunam (quod in Synodo Nicæna probatum eſt) oporteret inquiri: nec non & pro Pelagiana hæreſi, quam apud eos reviviſcere didicerat, cavenda ac repellenda, in eadem illos epiſtola admonere curavit: cujus epiſtolæ principium hoc eſt:*

(a) Beda l. 2. c. 19.

VI. Collegarum in adminiſtratione litteræ ad Scotos.

*Dilectiſſimis & ſanctiſſimis Thomiano, Columbano, Chromano, Dimano, & Bathano Epiſcopis: Chromano, Hermannoque Lauſtrano, Stellano, & Segiano presbyteris: Sarano, cæteriſque doctoribus ſeu Abbatibus Scotis; Hilarius Archipresbyter & ſervans locum ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, Joannes diaconus & in Dei nomine electus, item Joannes Primicerius & ſervans locum ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, & Joannes ſervus Dei Conſiliarius ejuſdem Apoſtolicæ ſedis.*

*Scripta quæ per latores ad ſanctæ memoriæ Severinum Papam adduxerunt, eo de hac luce migrante, reciproca reſponſa ad ea quæ poſtulata fuerant, ſiluerunt. Quibus reſeratis, ne diu tantæ quæſtionis caligo indiſcuſſa remaneret, reperimus quoſdam provinciæ veſtræ contra Orthodoxam fidem, novam ex veteri hæreſim renovare conantes, Paſcha noſtrum in quo immolatus eſt Chriſtus, nebuloſa caligine refutantes, & quartadecima Luna cum Hebræis celebrare nitentes. Quo epiſtolæ principio* (ſubdit Beda) *manifeſte declaratur, & nuperrime temporibus illis hanc apud eos hæreſim exortam, & non totam eorum gentem, ſed quoſdam ex eis hac fuiſſe implicitos. Expoſita autem ratione Paſchalis obſervantiæ, ita de Pelagianis in eadem epiſtola ſubdunt: Et hoc quoque cognovimus, quod virus Pelagianæ hæreſeos apud vos denuo reviviſcit; quod omnino hortamur ut a veſtris mentibus hujuſmodi venenatum ſuperſtitionis facinus auferatur. Nam qualiter ipſa quoque execranda hæreſis damnata eſt, latere vos non debet: quia non ſolum per iſtos ducentos annos abolita eſt, ſed & quotidie a nobis perpetuo anathemate ſepulta damnatur. Et hortamur, ne quorum arma combuſta ſunt, apud vos eorum cineres ſuſcitentur. Nam quis non execretur ſuperbum eorum conamen & impium, dicentium, poſſe ſine peccato hominem exiſtere ex propria voluntate, & non ex gratia Dei? Et primum quidem blaſphemia & ſtultiloquium eſt dicere, eſſe hominem ſine peccato: quod omnino non poteſt, niſi unus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, qui ſine peccato eſt conceptus & partus. Nam cæteri homines, cum peccato originali naſcentes, teſtimonium prævaricationis Adæ (etiam ſine peccato actuali exiſtentes) portare noſcuntur, ſecundum prophetam dicentem:* (b) *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Hucuſque ex dicta Romani cleri epiſtola Beda recitat.

(b) Pſal. 50.

VII. Conſtantia cleri Rom.

Vides ex his clerum Romanum, etiam ſi careret Pontifice ordinato, conſilio & auctoritate viguiſſe; magis enim commendanda tunc fuit eorum erga Catholicam fidem ſincera ſemper manens intentio, & invicta conſtantia: etenim qui dilapidationem bonorum Eccleſiæ & exilia paſſi eſſent; nihilominus validiori animo repetentes certamen, eum ſatagerunt eligere in Rom. Pontificem, quem ſcirent ſatis habere virium ad reſiſtendum Imperatori, condemnando in Synodali conſeſſu miſſam ab eo fidei interpretationem. Talem quidem ſciebant eſſe Joannem, quem in Pontificem elegerunt, ut quæ ſequenti anno dicenda erunt, facient manifeſtum. Interea in anni ſequentis Synodum diſponitur apparatus: nos vero quæ anni hujus reliqua ſunt ſtudiorum hæreticorum in confirmanda quæ ab Imperatore promulgata eſt, fi-

dei

PAGIUS

ſtra recurritur ad diſtinctionem, ubi nulla in fidei Profeſſione exprimitur. Ac denique fruſtra dicitur, Theophanem meminiſſe tantum Synodorum a Joanne Theodoro & Martino Pontificibus Romanis convocatarum, cum Anaſtaſius Synodi a Joanne IV. celebratæ nullam mentionem faciat & argumentum negativum nullo alio ſuffultum nullius ſit ponderis.

VI. *Joannes IV. in locum Severini ſubrogatur.*

Severino anno ſequenti demortuo, *ceſſavit Epiſcopatus ejus menſes quatuor, & dies viginti novem*, inquit Anaſtaſius; ſed loco, *dies viginti novem*, legendum cum Orderico lib. 2. & uno ex MSS. Freherianis, alteroque ex Colbertinis, *dies viginti quatuor*. Unum quidem Thuanæum habet, *dies triginta quatuor*, loco, *dies viginti quatuor*, ſed id errori Librarii attribuendum. Nam ex dicendis in morte Joannis IV. Severini ſucceſſoris liquebit, juxta ipſummet Anaſtaſium Sedem vacaſſe *menſes quatuor, & dies tantum viginti quatuor*, ipſo etiam die ordinationis comprehenſo, quod quandoque ab Anaſtaſio præſtitum. Quare *Joannes IV.* natione Dalmata conſecratus eſt die vigeſima quarta Decembris anni ſexcenteſimi quadrageſimi, in quam Dominica cadebat, pridie ſcilicet Natalis Chriſti.

VII.

Ad num. V. & ſeq. *Joannes IV.* antequam ordinaretur, reſcripſit ad quæſtionem Scotorum

de



dei expoſitione, percurramus: hic enim ejus Ecthesis eſt deſcribenda, cujus cauſa tot obortæ ſunt concertationes. Eſt quidem hujuſmodi quæ fallere poſſet quemquam incautum, utpote quæ videatur pietate referta. Ita plane ſunt eloquia hæreticorum, ut obducant melle venena; & ut decipiant, multa primum ſecundum Catholicam fidem poſita ingerant. Sed audi ipſam Ecthesin, quæ ſic ſe habet accepta ex Actis Romani Concilii ſub Martino Pontifice in Secretario tertio his verbis:

VIII. Expoſitio fidei ab Heraclio miſſa.

*Expoſitio Orthodoxæ fidei facta a piiſſimo & a Deo conſervando noſtro domino magno Principe Heraclio propter emerſam ab aliquibus altercationem pro requiſitione operationis, conſonans in omnibus ſanctis & univerſalibus quinque Conciliis: quam cum multa ſatisfactione & gratia exceperunt Patriarchalium ſedium Præſules & gratanter ei conſenſerunt, utpote pacem ſanctis Dei Eccleſiis inferentem.* Vidiſtine, lector, paratam fraudem, & laqueum ſub florenti gramine occultatum? Ante enim quam eadem Ecthesis vulgaretur, approbatam dicit a Patriarchis: cum certo conſtet etiam ex ſcriptis Cyri ipſius Epiſcopi Alexandrini hæretici, nonniſi poſt ipſam vulgatam, eam ſe vidiſſe, atque eidem conſenſiſſe.

IX.

Sed huic tali licet præmiſſo titulo, nemo tamen Orthodoxorum debuit conſentire, etiam ſi in omnibus Catholica videri potuiſſet. Quid enim pertinet ad Imperatorem fidem exponere, & de recte credendo formulam Eccleſiæ Catholicæ præſcribere? Eſt Imperatoris oblatam ab Epiſcopis accipere fidem, non Epiſcopis dare, ut ſæpe teſtati ſunt Patres, & inter eos ſanctus Ambroſius ad Valentinianum. Sed audi eam:

De Trinitate confeſſio.

*Credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem conſubſtantialem, unam Deitatem, ſive naturam & eſſentiam, virtutemque & poteſtatem in tribus ſubſiſtentiis ſive perſonis, cognoſcentes uniuſcujuſque ſubſiſtentiæ familiaritatem, unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate; unitatem quidem ſecundum eſſentiæ ſive Deitatis rationem, Trinitatem autem ſecundum ſubſiſtentias ſive perſonas: nec enim unum ſecundum eſſentiam confitentes a perſonarum differentia excedimus; neque autem Trinitatem perſonarum confitentes, unam denegamus Deitatem. Unus Deus Pater, unus Deus Filius, unus Deus Spiritus ſanctus: unus hæc tria, Deus in eadem & immutabili Deitatis ratione. Nam perſonarum differentia Deitatis ſive eſſentiæ non infert diviſionem. Unam igitur confitemur Deitatem familiaritates inconfuſas ſervantem, & non in unam perſonam tribus nominibus nuncupatam aſſerentes hæc tria ſecundum Sabellium, neque autem in tres eſſentias unam Deitatem dividentes, aut extraneum facientes a Patris eſſentia Filium, aut Spiritum ſanctum, ſecundum inſaniam Arii. Unum enim eſt in tribus Deitas, ut dicit magnus Gregorius in Theologia, & tria unum, in quibus Deitas, ſive (ut veriſſime dicatur) quæ Deitas.*

X. De verbi incarnatione aſſertio.

*Confitemur autem unum ſanctæ Trinitatis unigenitum Filium Dei, Deum Verbum a Patre progenitum ante omnia ſæcula, lumen de lumine, ſplendorem gloriæ, vultum paternæ ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, in extremis diebus propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendere de cælis, dignarique in intacto utero ſanctiſſimæ Dei genitricis & ſemper virginis Mariæ habitare, & ex ea conglomerantem ſibi carnem in una ſubſtantia, animam habentem rationalem atque intellectualem, natum eſſe ab ea, & ſemper manentem perfectum Deum, eumdemque fieri perfectum hominem inconfuſe atque indiviſe, & conſubſtantialem Deo & Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem nobis eumdem ſecundum humanitatem, & per omnia ſimilem nobis ſine peccato. Unde & duas nativitates ejuſdem unigeniti Dei Verbi confitemur, unam ante ſæcula a Patre ſine tempore & incorporaliter, alteram ipſius in extremis diebus a ſancta intactaque Dei genitrice & ſemper virgine Maria cum animato intellectuali ejus corpore.*

*Quapropter ſanctam & nimis laudabilem ſemper virginem Mariam recte & veraciter Dei genitricem prædicamus: non quia Dei Verbum initium ab ea accepit ut eſſet; ſed in extremis diebus incarnatus ex ea, immutabiliter homo factus eſt, & paſſionem pro nobis ſpontaneam carne ſuſtinuit. Compoſitum autem Chriſtum glorificamus, ſanctorum Patrum ſequentes doctrinam. Pro myſterio enim quod in Chriſto eſt, per compoſitionem unitio*

*& con-*

PAGIUS

*Reſpondet Joannes ad Scotos de quæſtione Paſchatis.*

de Paſchate, Deceſſori ſuo *Severino* directam. Ejus Epiſtola, quæ ſine die & anno eſt, recitatur a Baronio ex Beda lib. 2. cap. 19. Quæ tamen anno tantum ſequenti data. Porro vacante Sede non Pontificem Electum, ſed Archipresbyterum, Archidiaconum, & Primicerium Notariorum Eccleſiam Romanam rexiſſe oſtendimus anno DXC. num. VII. & ſeq. Literarum exordium eſt: *Scripta, quæ per latores, ad S. memoriæ Severinum Papam adduxerunt, eo de hac luce migrante reciproca reſponſa, ad ea quæ poſtulata fuerunt, ſiluerunt. Quibus reſeratis, ne diu tantæ quæſtionis caligo indiſcuſſa remaneret, reperimus quoſdam Provinciæ veſtræ, contra Orthodoxam fidem, novam ex veteri hæreſim renovare conantes: Paſchæ noſtrum, in quo immo-*

*la-*

*& confuſionem & diviſionem eiicit, & ſervat quidem utraque natura proprietatem, unam autem ſubſtantiam & unam perſonam Dei Verbi cum animata intellectualiter ejus carne oſtendit, neque quaternitate nobis pro ſancta Trinitate introducta: abſit: nec enim quartæ perſonæ additamentum ſancta Trinitas ſuſcepit, incarnato uno ex ea Deo Verbo. Neque autem alter erat qui miracula operabatur ſicut Deus, alter autem quam ipſe qui paſſiones ſuſtinuit, ſed unum eumdemque Filium confitemur Deum ſimul & hominem, unam ſubſtantiam *, unam perſonam paſſibilem carne, impaſſibilem Deitate, perfectum Deitate, & perfectum eumdem humanitate, & ipſius miracula & paſſiones, quas ſponte ſuſtinuit corpore.*

* ſubſiſtentiam

XI. *Unde & ex duabus naturis unum Chriſtum confitemur, unum Filium, unum Dominum, unam perſonam, unam ſubſtantiam compoſitam, & unam naturam Dei Verbi incarnatam corpore animato intellectualiter, ſicut Cyrillus magnus ſapuit & docuit: Et in duabus naturis eumdem eſſe glorificantes, ut in Deitate & humanitate unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum cognitum eſſe confitemur, differentiam per hunc modum ſolum ſignificantes naturarum, pro quibus inconfuſe ineffabilis unitas facta eſt. Nec enim Deitas tranſmigravit in carnem, neque caro in Deitatem tranſmutata eſt, ſed in proprietate naturali, & pro uniuſcujuſque ſubſiſtentiæ unitate utrumque permanſit. Unde unum ſcimus Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex initium non habente Patre, & ex intacta matre, eumdem ante ſæcula & in extremis diebus conſtitutum, impaſſibilem atque paſſibilem, viſibilem & inviſibilem, unius ejuſdemque miracula & paſſiones prædicamus, & omnem divinam & humanam operationem uni eidemque incarnato Deo Verbo tribuimus, & unam ei offerimus venerationem ſponte & veraciter propter nos crucifixo in carne, & exurgenti ex mortuis, & in cælos aſcendenti, & reſidenti in dextera Patris, & iterum venienti judicare vivos & mortuos: Nullo modo concedentes alicui ex omnibus unam vel duas dicere ſive docere operationes in divina Domini incarnatione, ſed magis (ſicut ſanctæ & univerſales tradiderunt Synodi) unum eumdemque Filium unigenitum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum confiteri operari divina & humana, & omnem Deo congruam & homini operationem ex uno eodemque incarnato Deo Verbo indiviſe & inconfuſe procedere, & in unum eumdemque ſortiri; eo quod unius quidem operationis vox licet ab aliquibus Patribus dicta eſt, tamen turbat & exterret quorumdam aures arbitrantium in interitum eamdem prolatam eſſe duarum naturarum, quæ in una ſubſiſtentia unitæ ſunt in Chriſto Deo noſtro.*

XII. Impugnatio duarum in Chriſto voluntatum.

*Similiter autem & duarum operationum vocem multos ſcandalizare, utpote a nemine dictam ſanctorum & præcipuorum Patrum: ſed & ſequi in eo, ut duas confiteamur voluntates contrarie ad invicem venientes, Deo quidem Verbo volente ſaluberrimam paſſionem explere, incarnationem autem in eo factam obviam euntem ipſius voluntati, & oppugnantem, & exinde duo contraria volentes introduci, quod impium eſt & extraneum Chriſtiani dogmatis.* At non ponebant Catholici duas contrarias in Chriſto voluntates, ſed diverſas, in unum tamen convenientes: ut autem in odium inducerent Catholicam de duabus voluntatibus ſententiam, iſta mentiebantur hæretici. Pergit vero Imperator: *Si enim inſanus Neſtorius, licet dividens divinam Domini noſtri humanitatem, & introducens Filios duos, voluntates iſtorum dicere non eſt auſus, e contrario autem conſonantem voluntatem in eo, formatis duabus perſonis, confeſſus eſt: quomodo poſſibile eſt, Orthodoxam confitentes fidem, & unum Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum glorificantes, duas & has contrarias voluntates ſuſcipere?*

*Unde ſanctos Patres in omnibus & in hoc ſequentes, unam voluntatem Domini noſtri Jeſu Chriſti veriſſimi Dei confitemur, utpote in nullo tempore animati intellectualiter ejus corporis ſeparatam, nec* ex

PAGIUS *latus eſt Chriſtus nebuloſa caligine refutantes: & quarta decima Luna cum Hæbrais celebrare nitente.* Quod literarum exordium poſtquam recenſuit Beda, ait: *Quo Epiſtolæ principio manifeſte declaratur, & nuperrime temporibus illis, hanc apud eos hæreſim exortam, & non totam eorum gentem, ſed quoſdam ex eis hac fuiſſe implicitos.* Quare valde lapſi ſunt Proteſtantes illi Angliæ, qui Britannorum fidei prima rudimenta e Græcia, Aſiaque petiverunt, non alio argumento, quam quia Britanni, Aſiatico more Paſcha coluerunt, ab exordio naſcentis Eccleſiæ. Cum enim anno DCXL. quo ea Epiſtola ſcripta, error ille novus apud Scotos a Romana Sede vocetur: & conſtet, Britannos, poſt Scotos hac in re erraſſe; plane falſum eſt, Britannos eo modo ſemper Paſcha celebraſſe. Denique, cum *Scoti* ipſi Severinum Papam per literas monuerint, vitium illud in eorum Eccleſiam irrepere, ideoque ordinata Legatione antidotum quæſierint, evidens eſt ſaniorem, meliorem, majoremque partem *Scotorum*, integram ſtetiſſe, ac in Romanæ Eccleſiæ unione, ut inquit Alfordus in Annalibus Eccleſiæ Anglo-Saxonicæ hoc anno.



*ex proprio impetu contrario motu, unito ei Deo Verbo in una ſubſtantia, naturalem ejus producere motionem, ſed quando & qualem & quantam ipſe Deus Verbum voluerat. Hæc pietatis dogmata tradiderunt nobis, qui ab initio præſentialiter viderunt & miniſtri Verbi facti ſunt, eorumque diſcipuli & ſucceſſores; quique ſequenter a Deo inſpirati Eccleſiæ doctores, id eſt, ſanctæ & univerſales quinque Synodi, Nicæam, & in hanc regiam civitatem, necnon in Epheſum primum & in Chalcedonam, & iterum in Conſtantinopolim in quinto congregati Concilio.*

*Et hæc in omnibus ſequentes, & divina eorum ſuſcipientes dogmata, omnes quos exceperunt excipimus, & omnes quos ejecerunt eiicimus & anathematizamus; præcipue Novatum, Sabellium, Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Originem, Evagrium, Didymum, Theodorum Mopſueſtenum, Neſtorium, Eutychen, Dioſcorum, Severum, & impia ſcripta Theodoreti quæ contra rectam fidem & Epheſinam primam Synodum & duodecim capitula ſancti Cyrilli, & quanti pro Theodoro & Neſtorio conſcripſerunt, & nuncupatam Ibæ epiſtolam: & hortamur omnes Chriſtianos ſic ſapere, & ſic glorificare, nihil addentes his, nihil ſubtrahentes, nihil tranſmutantes, ſecundum quod ſcriptum eſt. Definitiones æternales a Deo inſpirati Eccleſiæ ſacerdotes ad ſalutem cunctorum præfixerunt.* Et ſubſcriptio Principis. *Heraclius fidelis in Jeſu Chriſto Deo Princeps ſubnotavit.* Huc uſque Ecthesis Imperatoris.

XIII. Synodus Conſtantinop. pro Ecthesi Imp.

Poſtquam autem ejuſmodi ab Imperatore Conſtantinopoli, ubi degebat, eſt promulgatum edictum fidei expoſitionem continens, ad eam confirmandam a Sergio Conſtantinopolitano Patriarcha in eadem civitate Synodus celebrata eſt, in qua probata, retenta, & ſtabilita eadem expoſitio fuit: cujus Synodi fragmentum recitatum habetur in Concilio Lateranenſi ſub Martino Papa in tertio Secretario verbis iſtis: *Sancta Synodus congregata dilectiſſimorum conſacerdotum noſtrorum, & per ea quæ in præſenti geſta ſunt pro Ecthesi Orthodoxi dogmatis piiſſimi & magni noſtri Principis, necnon per lectionem quæ ante hos proximos dies recitata eſt, prudentiſſimi magnique Principis noſtri diligentiſſimam cognoſcens & inſtructam perfectionem, quoniam omnium artifex docuit eum prudentiam, per ſuam conſonantiam faciat manifeſtum, ſi ita expoſita ab eo, atque indiminute, ſecundum quod nobis videtur, habentem comprobat & amplectens confirmat prædicationis confeſſionem. Sancta Synodus dixit:*

*Relecta nunc magni & ſapientiſſimi Principis Ecthesis ſecundum veritatem, Apoſtolicæ conſonat prædicationi. Hæc ſunt Patrum dogmata: hæc ſunt præſidia Eccleſiæ: hæc Orthodoxæ fidei ſtabilitas: hæc ſanctorum quinque Conciliorum ſymbola: hæc unitatem Chriſti dilecti orbis terrarum ſtabiliunt populi: hæc ſimpliciorum infirmitatem confirmant, & perfectos diligentioreſque tuentur: hæc generalem humanitatis operantur ſalutem. Sic & nos credimus: hæc & nos confirmamus: his & nos conſentimus.* Et poſt alia plura in eamdem ſententiam dicta adulationis plena, rurſus Synodus:

XIV. *Si quis ergo a præſenti die temerator prohibitorum tam a Deo conſervando domino & magno Imperatore atque huc congregata S. Synodo factus unam aut duas præſumpſerit dogmatizare aut proferre in Chriſto Deo noſtro operationes; hunc, ſi quidem Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſive de ſequentibus fuerit gradibus, ab omni eſſe ſuſpenſum Eccleſiaſtico miniſterio vel officio definimus: Si autem monachicum habitum habuerit, aut laicus fuerit; hunc de ſancta communione vivifici corporis & ſanguinis magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſeparamus, donec qui hæc confiteri præſumpſerunt, ad hoc quod oportet, remeantes, ex pura pœnitentia & converſione ſufficientem de tali tranſgreſſione pro ſeipſis ſatisfactionem porrexerint: tunc etenim unuſquiſque talis in ſuum priſtinum reſtaurabitur officium.* Et ſubſcriptio. *Sergius per miſericordiam Dei Epiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ ſubſcripſi. Gloria Chriſto Deo noſtro, Amen, Amen.* Hucuſque ex Actis Synodi Conſtantinopolitanæ hoc anno ſub Sergio habitæ in confirmationem Ectheſis: quibus ſubiiciuntur quæ ſub Sergii ſucceſſore Pyrrho Acta Synodalia confecta ſunt in confirmationem ejuſdem edicti.

XV. Synodus Conſtant. invalida.

Porro de ejuſmodi Synodo agens S. Maximus Abbas & martyr in diſputatione cum Pyrrho, hæc ait: *Subit me admiratio, quomodo Synodum voces, quæ non eſt habita, ut leges & canones Synodici & jura Eccleſiaſtica jubent. Nec enim epiſtola eucyclica ex conſenſu Patriarcharum edita eſt; neque locus, neque dies conveniendi decretus: non fuit aliquis actor, aut accuſator. Qui convenerunt, epiſtolas commendaticias non habuerunt, nec Epiſcopi a Metropolitanis neque Metropolitani a Patriarchis: non epiſtolæ, neque ſubſtituti ab aliis Patriarchis miſſi ſunt. Quis igitur particeps rationis Synodum velit appellare, quæ ſcandalis & diſcordiis cunctum orbem replevit?* Iſta adverſus Pyrrhum S. Maximus in Synodi hujus deteſtationem.

Scripſit & Cyrus Alexandrinus Epiſcopus pro confirmatione edicti Imperatoris epiſtolam ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum adulatione plenam, XVI.

quæ

Cyrus Epiſc. Alex. confirmat Ecthesin Imp.

quæ in tertio Secretario ejuſdem Concilii Lateranenſis recitata legitur, in qua hæc inter alia: *Quam non ſolum ſemel & bis, ſed multo ſæpius diligenter relegiſſe dignoſcor: & lætatus ejuſdem lectione, atque conſiſtens mecum, congratulans per laudabilem ſcriptorum expoſitionem, veluti Solis ſplendorem nitentem, & veram inconvertibilem & inviolabilem noſtram fidem fixius recteque apertiſſime prædicantem, gratiarum hymnos retuli Domino omnium Deo, qui nobis dedit prudentiſſimum Imperatorem ſanctas ſuas Eccleſias recte regentem, neque permittentem fortaſſe ab emergente tempeſtate quoquomodo nos perturbari, nec iterum pure accedentibus in eam aſperrimis ſaxis quaſſari: magis autem ſine periculo & benigniſſime ad tranquillum portum nos deducens, & pro pace fideliſſimi populi eorum Deo decibiliter cogitantem; ſed qui eum talem & in ſpiritualibus conſtituit Deus, ipſe virtutem & fortitudinem condonet, & pio ejus Imperio contra repugnantes inimicos, ſervet ejus Rempublicam: ut tunc cum gratia & canticis exclamemus: Salvavit nos, ſalvavit, terque ſalvavit nos piiſſimus ter Auguſtus, hoc eſt, a tyrannica poteſtate, & Perſarum ferocitate, nec non Sarracenorum temeritate. Quia vero & nos veſtræ participati doctrinæ, & hanc ſine dubio ſequentes amplectimur & conſervamus, &c.* Ita Cyrus.

XVII. Sergii Epiſc. Conſtantinop. obitus.

At plane accidit, ut ſicut expoſitio illa non Catholica, ſed hæretica fuit, ita non ex ſententia canticum illud cantare licuerit ob victorias de Sarracenis, ſed ipſa cantica converterentur in luctum. Nam primum omnium animadvertit Deus in Sergium turbarum auctorem & architectum: ſiquidem hoc ipſo anno poſt promulgatam Ectesin & in Synodo confirmatam, cum ſe ſumma rerum potitum arbitraretur, vocatus eſt a ſummo Judice reddere rationem ad tremendum illud divinum examen Dei viventis & videntis. In hunc uſque annum perveniſſe Sergium, quæ ex Synodalibus Actis ſunt dicta demonſtrant; ex quibus eſt quod corrigas Nicephori Chronicon, in quo octo tantum anni & menſes ſeptem tribuuntur Sergii Epiſcopatui, quem liquet ſediſſe annis triginta & amplius, utpote quem ſedere cœpiſſe vidimus anno Redemptoris ſexcenteſimo octavo.

Pyrrhus creatur Epiſc. Conſtantinop.

Pluris ſane ſunt ad fidem certam faciendam epiſtolæ & Acta Synodalia quovis auctoris Chronico. Cæterum ſublato de medio hæretico Patriarcha, alius ab hæretico Imperatore inventus eſt hæretico Sergio impietate non minor, qui hæreſim aleret, defenderet, ac propagaret. Fuit iſte Pyrrhus Chryſopolitanus monachus & ordine presbyter, qui cum ſuæ impietatis ſpecimen haud vulgare dediſſet, dignus plane eſt habitus, qui in locum Sergii ſederet in cathedra peſti-

len-

PAGIUS

VIII. *Sergius Conſtantinop. Epiſ. anno priori demortuus.*

Ad num. XVII. *Sergius* Conſtantinopolitanus Patriarcha aliquanto poſt publicatam Ecthesim, quam Baronius recitat, & Pſeudo-Synodum Conſtantinopolitanam ad Ecthesis confirmationem coactam, de qua etiam Baronius, vivere deſiit: *Indictione duodecima*, inquit Nicephorus in Hiſtoria pag. 18. *Sergius Conſtantinopolitanus Patriarcha moritur, & quia Pyrrhum Heraclius amabat, quod Imperatoris ſororem e Sacro fonte ſuſceperat: ſimul quod eum Sergii familiarem fuiſſe, cum eoque vixiſſe cognorat, in illius locum ſubſtituit*. Indictio XII. Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoata eſt, indeque Baronius, aliique deduxere *Sergium* currenti anno quo Indictio illa uſque ad menſem Septembrem in curſu fuit, vitam cum morte commutaſſe. Verum *Pyrrhum* menſe Januario hujus Chriſti anni ad Sedem Conſtantinopolitanam evectum fuiſſe, infra viſuri ſumus, ideoque *Ecthesis* anno antecedenti divulgata: Durationem Epiſcopatus *Sergii* recte expreſſerat idem Nicephorus in Chronico; ſed Librarii numeros depravarunt. In editione Græca a Scaligero curata legitur, ſediſſe Sergium *annos XXI.* in ea qua uſus eſt Baronius, anni VIII. & menſes VII. ejus Epiſcopatui tribuuntur: in editione Regia, anni XXVIII. dies XXI. in Tabulis Theophani inſertis, anni XXIX. ex quibus vera Nicephori lectio erui poteſt. Succeſſit *Sergius* Sancto Thomæ die XVIII. Aprilis anni DCX. ideoque mortuus eſt currente Indictione duodecima, ac menſe Decembri prioris Chriſti anni, poſtquam Eccleſiam Conſtantinop. adminiſtraſſet *annis viginti octo*, ut legitur in editione Regia, non vero *annos octo*, ut habuit exemplar Baronii, *menſes ſeptem*, ut recte in eo exemplari, & *dies XXI.* ut in editione Regia, qui dies in editione Scaligeriana errore Librarii in annos XXI. converſi ſunt, ideoque dies octavus vel nonus menſis Decembris anni antecedentis fatalis fuit Sergio, & *Pyrrhus* poſt Interpontificium unius circiter menſis in ejus locum ſubrogatus eſt; & quidem menſe Januario hujus anni, ut ſuo loco monſtrabimus. Ex quibus tandem ſequitur, *Ecthesim* anno præcedenti promulgatam eſſe; cum eam in dicta Synodo Conſtantinopolitana Sergius approbarit.

IX. *Synodus Pyrrhi Epiſc. Conſtantinop. qua Ecthesim confirmat.*

*Pyrrhus*, ubi Epiſcopatum Conſtantinop. adeptus eſt, collegit Conciliabulum Conſtantinopoli, & *ea quæ a Sergio & Cyro Phaſiano decreta fuerant, corroboravit*, inquit Auctor Libelli Synodici. Imo ipſemet Pyrrhus in fine Dialogi cum Sancto Maximo habiti innuit, ſe ad confirmandam Ecthesim Synodum illam hæreticam celebraſſe. Cum enim Maximus conſuluiſſet, ut anathemate percuterentur Monothelitica dogmata, reſpondit Pyrrus: *At ſi hoc fiat, reperientur cum his ſimul ejecti Sergius & Synodus, me Patriarcha, habita. Max. Subit me admiratio, quomodo Synodum vocas, quæ non eſt habita, ut leges & Canones Synodici & jura Eccleſiaſtica jubent: nec enim Epiſtola Encyclica ex conſenſu Patriarcharum edita eſt, neque locus, neque dies convenienti decretus*, & cætera apud Baronium num. XV. legenda, ubi tamen hæc de Synodo Sergiana a S. Maximo prolata fuiſſe perperam exiſtimat. Hujus Conciliabuli aliqua fragmenta exhibet Concilium Lateranenſe Secret. III.

ubi



lentiæ, de quo plura ſæpe inferius dicenda erunt. At dum in Oriente in fidem Catholicam juratur bellum, adverſariorum Sarracenorum vires in immenſum augentur; nam regno Perſarum quod tanto labore ſubjugarat Heraclius Imperator, hoc anno ipſi potiti ſunt.

XVIII. Imperium Perſarum penitus collapſum.

Eodem enim anno mirum in modum auctæ ſunt res Sarracenorum, cum invadentes ipſi Perſarum regnum, illud ſunt conſecuti: nam ad fugam converſus Hormiſda Perſarum Rex, rebus penitus deſperatis, regalia quoque dimiſit inſignia. Sic igitur cum in Oriente impietas prævaleret, æque infidelibus datum

*Ann. Eccl. Tom. XI.*

eſt robur, & florentiſſimum regnum Perſarum per tot ſæcula majoribus indies acceſſionibus propagatum, cui ſæpe Romanas vires ceſſiſſe tandem oportuit, idemque ipſum tunc collapſum penitus, cum ſacroſanctam Chriſti Crucem Hieroſolymis captam Coſrhoes in Perſidem tranſtulit: ſed & tunc traditur Sarracenis, cum impietas in caſtris militat Romanorum. At de his modo ſatis.

XIX.

Quod vero pertinet ad res Francorum: hic eſt annus octavus (*a*) Regis Dagoberti, cum ad meliorem frugem converſus, dimiſſis concubinis, iiſque quas ſibi illegitime junxerat, puella Regentrude

(*a*) *Aimoi. l.4. c.20.*

Xx

ſibi

PAGIUS

ubi inter alia hæc ex illo referuntur a Pyrrho ſcripta: *Curavimus, Deo donante, & ad eos, qui abſentes ſunt, apud nos geſta* (ſcilicet Ecthesis confirmationem) *cum Encyclica noſtra deſtinare Epiſtola, quatenus & eorum unuſquiſque per ſuam ſimiliter ſubſcriptionem eidem Orthodoxæ prædicationi conſentiat, & ſuam per ſubſcriptionem præcedentibus conjungat mentem*. Referuntur etiam ibidem Secret. IV. quæ Pyrrhus pro Cyro excuſans ſcripſiſſet, & poſtea ſubditur: *Ergo hanc Ecthesin Sergius & Pyrrhus per propria monumenta confirmantes, quatenus multo amplius dogmatum ſuorum viciſſim oſtendant ubique omnibus deſtructionem, ut noſtis, hæc allocuti ſunt*, & reliqua ibidem Tom. VI. Concil. editionis Labbeanæ pag. 214. & ſequenti legenda. Tomo V. ejuſdem editionis pag. 1697. nihil de hoc Conciliabulo præter verba Libelli Synodici mox citata, habetur. Quare in nova Conciliorum editione illud ex his ſupplendum erit.

X. *Saraceni anno DCXXXVII. Regem Perſarum vincunt.*

Ad num. XVIII. Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXXXI. qui Kalendis Septembris, hujus Chriſti anni inchoatur, affirmat, Saracenos manibus cum *Perſarum* acie collatis ſuperiores evaſiſſe, & *Perſas* univerſos armorum vi ſibi ſubieciſſe: Regem *Hormiſdam* in interiorem Perſiam, & in occultiorem Regiam ſeceſſiſſe: Saracenos captivas Hormiſdæ filias, & regium omnem eius apparatum *Umaro* vel *Omaro* Califæ obtuliſſe. Verum contigere hæc anno Hegiræ XVI. ideoque anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo ſeptimo. Theophanis error inde procedit, quod mortem *Mahometis* & *Abubecri*, ac initium *Omari* citius quam par erat narrarit; inde enim factum, ut in rerum Saracenicarum Chronotaxi rectam viam tenere non potuerit. Interim obſervabis, quem Elmacinus *Jazdegiirdem* vocat, a Theophane *Hormiſdam* appellari, quia videlicet plura ei nomina erant. Quando Perſarum Regnum extinctum fuerit, ſuo loco dicemus.

XI. *Memphis a Saracenis capta & Alexandria obſeſſa.*

Theophanes anno Eræ Alexandrinæ DCXXX. Kalendis Septembris ſuperioris Chriſti anni inchoato refert, *Jaſdum* Saracenorum Ducem educto trans Euphratem exercitu *Edeſſam* & *Conſtantiam* occupaſſe, indeque ad *Daras* profectum populum ejus omnem deleviſſe, atque ita *Meſopotamiam* univerſam ſubegiſſe. Verum Elmacinus pag. 30. fatetur quidem Meſopotamiam *Omaro* Califatum gerente debellatam eſſe, ſed rem differt in annum Hegiræ XX. Anno vero Hegiræ XVIII. ideoque hoc Chriſti anno, narrat, Saracenos arctiſſima obſidione *Miſram* cinxiſſe, eaque potitos eſſe, deinde veniſſe *Alexandriam*, & fixis ad eam caſtris obſediſſe, ac poſt obſidionem menſium XIV. eam expugnaſſe anno Hegiræ XX. eodemque anno novam Miſram muro cinxiſſe & *Fuſtatam* nominaſſe. Poſtellus autem in Hiſtoria ſua Orientali teſtatur, *Memphim*, quæ Metropolis erat Ægypti, nunc appellari *Foſtat* & *Mitzir*.

XII. *Sigibertus filius Dagoberti baptizatur.*

Ad num. XIX. & ſeq *Sigibertus* Dagoberti Francorum Regis filius anno quidem VIII. Regni patris ſui a Sancto *Amando* baptizatus eſt, ſed cum is annus exordium ſumat ab anno Chriſti DCXXIX. quo Dagobertus *Ragnetrudem* toro ſuo adſcivit, *Sigiberti* Baptiſmus pertinet ad annum DCXXX. ubi num. VI. de eo egimus. Ab eo etiam Chriſti anno finis exilii S. *Amandi* repetendus; quamvis de utroque hoc tantum anno Baronius diſſerat. Baudemundus in vita S. Amandi a Baptiſmate Sigiberti tranſit ad mortem Epiſcopi Trajectenſis, in cujus locum S. *Amandus* ſubrogatus eſt; ſed cum Epiſcopatum illum anno tantum DCXLVII. adeptus fuerit, ut infra monſtrabo, breviter hic ex aliis referenda quæ Amandus ab anno DCXXX. & a Baptiſmate Sigiberti uſque ad Epiſcopatum Trajectenſem egerit.

XIII. *Geſta a S. Amando uſque ad Epiſcopatum Trajectenſem.*

Baptizato itaque Sigiberto ſtatim *Amandus* rediit *Gandavum*, ubi antea Gentilibus Evangelium prædicarat, indeque crebrius vicinos populos inviſit, frequentique pabulo Divini Verbi refecit, quibuſdam Monaſteriis ad Divini cultus augmentum conſtructis. Præcipua fuere *Gandenſe*, *Blandinienſe*, & *Elnonenſe*. Prius nomen accepit a *Ganda* ſeu Gandavo, tenui tunc municipio, quod poſtea in Oppidum permaximum ac Civitatem Epiſcopalem Flandriæ Primariam evaſit. Vocatum etiam fuit illud Monaſterium *Bavonianum*, ſeu Bavonicum, quia Sanctus Bavo, cui Civitas Gandavenſis ſuam amplitudinem referre debet, ibi traditus fuit ſepulturæ. Duravit uſque ad tempora Caroli Quinti, quo ſtatus Regularis in ſtatum Canonicorum Sæcularium, Bulla a Paulo Papa III. anno MDXXXVII. emiſſa commutatus eſt, ut legitur in Chronico Bavoniano. *Blandinium* Monaſterium in monte Blandinio ſitum, hodie intra muros Urbis Gandenſis conſpicitur. De utroque loquitur Philippus ad Eleemoſyna in Vita Sancti Amandi. Sed omnium a Sancto Amando ædificatorum celeberrimum fuit *Elnonenſe*, ſeu Helnonenſe, nunc *Sancti Amandi* dictum, Oppido ejuſdem nominis decoratum, quod ex vicino fluviolo Cœnobium *Elnonenſe* appellatum eſt. Duobus prioribus Monaſteriis per aliquot annos ipſemet Amandus invigilavit, eiſque poſtea *Frorbertum* Abbatem præfecit.

Re-

ſibi in matrimonium collocata, ex ea filium ſuſcepit, quem Sigebertum nominari voluit, cum revocatus ab exilio S. Amandus ipſum baptizavit. Baudemundus enim in rebus geſtis S. Amandi hæc habet de reſtitutione ipſius, & Regis filii baptiſmo (*a*): *Cum ſibi*, Regis ſcilicet, *nunciatum fuiſſet, quod ei Dominus filium dare dignatus eßet, magno mox repletus gaudio, cogitare cœpit, cui ipſum puerum traderet, qui eum ſacro baptiſmate regenerare deberet. Statimque accerſitis miniſtris, ut ſanctum perquirerent Amandum, ſagaci intentione præcepit. Nam dudum ipſe Pontifex, dum pro capitalibus criminibus (quod nullus ex ſacerdotibus facere auſus eſt) ipſum redargueret Regem, jubente eo jam furore percito, non abſque injuria de regno ejus fuerat expulſus. Ille vero remotiora perquirens loca, verbum Dei Gentibus prædicabat. Cumque a miniſtris tandem fuiſſet repertus, & ut ad Regem ire deberet, fuiſſet admonitus; memorans illud Apoſtoli (b) præceptum, poteſtatibus ſublimioribus ſe ſubdi debere, tandem pervenit ad Regem, qui illis diebus in villa, cui vocabulum Clypiaço eſt, morabatur.*

(*a*) *Apud Sur. t. 1. die 6. Februar.*

S. Amandus requiritur qui baptizet Sigebertum.

(*b*) *Rom. 13.*

*Viſoque Rex beatiſſimo Amando, magno repletus eſt gaudio, proſtratuſque pedibus beati viri, deprecabatur, ut tanto ſceleri, quod in eum perpetraverat, veniam largiri dignaretur. Sed ille, ut erat mitiſſimus, atque ſupra modum patiens, citius eum elevavit e terra, facinuſque in ſe perpetratum clementiſſime indulſit. Tunc Rex ad ſanctum ait Amandum: Pœnitet me valde, quod ſtulte adverſum te egerim. Precor igitur, ne memineris injuriæ, quam tibi irrogavi, atque preci meæ quam ſummopere poſtulo ne dedigneris annuere. Dedit mihi Dominus filium, non meis præcedentibus meritis: precorque ut eum ſacro digneris abluere baptiſmate, atque in filium tibi ſpiritualem ſuſcipere. Quod vir Dei vehementer renuens, ſcilicet ſciens eſſe ſcriptum (c), militantem Deo non oportere implicari ſæcularibus negotiis, & quietum atque remotum non debere Palatia frequentare regia; e conſpectu Regis abſceſſit.* Sic enim auctor negotium ſæculare dixit eſſe baptiſmum, non quod neſciret tantum ſacramentum inter præcipua dona ſpiritualia eſſe connumerandum, ſed quod ea occaſione ſanctus vir ſibi præter inſtitutum aperiri ſciret ad frequentandam curiam viam. Sed pergit:

(*c*) *2. Tim. 2.*

XX. *Statim igitur Rex miſit ad eum virum illuſtrem Dadonem, atque cum eo venerabilem virum Eligium, qui tunc in Palatio Regis ſub ſæculari degebant habitu, quos tamen poſtea egregios ſacerdotes atque*

PAGIUS

Rexit etiam per ſe aliquandiu *Amandus* Cœnobium *Elnonenſe*; & ex illis Monaſteriis in vicinos pagos excurrebat, & modo concionabatur, modo privatim de Rebus Divinis colloquia inſtituebat, & nobiles Viros ad pietatem vehementius impellebat. Inter illos fuit Sanctus *Bavo* Vir natalibus & divitiis clarus, qui Sanctum *Amandum* Gandavi commorantem convenit, eique cum compunctione ſua confeſſus facinora, Monaſterium Gandenſe ingreſſus eſt, ubi ſanctiſſime vixit. Quod anno DCXLVI. contigiſſe oſtendimus anno DCXXXI. Excerpta hæc ex Auctoribus, qui poſt Baudemundum de Sancto Amando diſſeruere, quæ Henſchenius ad diem VI. Februarii quo S. *Amandus* colitur, Cointius in Annal. Eccleſiaſt. Franc. & Mabillonius Sæculo Secundo Benedictino annis ſuis reddere conati ſunt.

XIV. *Moritur S. Pippinus Major-Domus Regni Auſtraſiæ.*

Hoc anno Sanctus *Pippinus* Dux & Major-Domus Regum Auſtraſiæ, *Landenſis* a poſterioribus Scriptoribus, ut eum a duobus aliis Pippinis diſtinguant, appellatus, ad Deum migravit, die incerto; licet Hadrianus Valeſius lib. 20. Rerum Francic. Cointius anno DCXL. num. I. & Henſchenius in Exegeſi præliminari ad Tomum III. menſis Aprilis, eum die XXI. menſis Februarii demortuum aſſerant, indeque tempus ejus mortis ſtatuant, quod in recentioribus Martyrologiis nomen ejus inſcribatur ad IX. Kalend. Martii. Jam enim multoties monuimus, Sanctorum nomina Martyrologiis plerumque cum aliis diebus alligata eſſe, quam quibus obierint, aut depoſiti fuerint; quod de Beato *Pippino* eo magis dicendum, quo *Landis*, quod oppidulum eſt Brabantiæ ad Getam amnem, ex quo Landenſis ſeu Landinenſis a poſterioribus cognominatus, ſepultus fuerit, *ibique diu* jacuerit, ut legitur in ejus Vita apud Surium ad diem XXI. Februarii, inde poſtea tranſlatus, & quidem multis poſt ejus mortem ſæculis, *Nivellam* quod Oppidum eſt Brabantiæ, ubi in Litaniis invocatur, & corpus ejus in capſa portatili, in diebus Rogationum circumfertur. Sed nec ibi nec alibi, Officio Eccleſiaſtico colitur, ut ipſemet Henſchenius ad diem XXI. Februarii in Commentario prævio ad ejus Vitam num. 54. & ſeq. obſervat. Quare is dies ad ejus potius Tranſlationem Landino, quod vix hodie oppiduli nomen meretur, referendus eſt.

XV. *Annus ejus mortis ſtatuitur.*

Annum mortis ejus nos edocet Fredegarius, qui cap. 83. ait, *Ægam* Majorem-Domus Regni Neuſtriæ vita functum eſſe anno III. Regni Clodovei II. qui menſe Januario anni ſuperioris Dagoberto patri ſucceſſit. Tum cap. ſequenti ſcribit Fredegarius: *Erchinoaldum* factum eſſe Majorem Domus Palatii ejuſdem Clodovei, & cap. 85. theſauros Dagoberti Regis diviſos inter Sigibertum & Clodoveum a Legatis utriuſque: *Chunibertus Pontifex Urbis Coloniæ, & Pippinus Major-Domus cum aliquibus Primatibus Auſtraſiæ a Sigiberto directi in Compendium villam uſque perveniunt, ibique theſaurus Dagoberti jubente Nanthilde & Clodovei inſtantia Æganæ Majoris-Domus præſentatur, & æqua lance dividitur.* Et paulo poſt: *Poſt anni circulum Pippinus moritur.* Quare Pippinus prius mortuus eſt, quam Æga, ut liquet etiam ex Anonymo de Geſtis Dagoberti, qui narrata cap. 47. morte Pippini, ſubdit: *Æga quoque anno tertio Hludovici Regis moritur.* Illa enim Dagoberti theſauri diviſio facta eſt paulo poſt hujus mortem, ideoque anno ſuperiori, ut ibidem fatetur Cointius, Ægaque tunc in vivis erat, & poſt anni cir-



*que præclaros in meritis, inſignis quoque, atque virtutibus fuiſſe, plurimis compertum eſt. Hi vero humiliter virum Dei petierunt, ut precibus Regis daret aſſenſum, atque filium ipſius ſacro dignaretur diluere fonte; & ut eum enutrire, & lege imbuere divina, quantocyus aſſentiret: dicentes, quod ſi hoc vir Dei non renueret, per hanc familiaritatem liberius in regno ipſius haberet licentiam prædicandi, ſeu nationes plures per hanc gratiam ſe poſſe conquirere fatebantur. Tandem fatigatus precibus amborum, facturum ſe eſſe promiſit. Audiens autem Rex, quod preces ſuas ſanctas non renueret Amandus, ſtatim ipſum puerum afferri præcepit, qui dicebatur non plus a nativitate habere, quam dies circiter quadraginta.*

*Accepit igitur vir ſanctus in manibus puerum, & benedicens eum, cathecumenum fecit. Cumque finita oratione, nemo ex circumſtanti multitudine reſpondißet, Amen: aperuit Dominus os pueri, atque audientibus cunctis, clara voce reſpondit, Amen. Statimque eum regenerans ſacro baptiſmate, impoſitoque nomine Sigeberto, Regem atque omnem ejus exercitum tunc S. Amandus magno replevit gaudio.* Hactenus de Sigeberti baptiſmate auctor narrat, & Aimoinus (*a*) idem de infante, necnon Hugbaldus monachus in Actis (*b*) ſanctiſſimæ feminæ Rictrudis Marcianenſis.

(*a*) *Aimoi. l. 4. c. 20.*
(*b*) *Apud Sur. die 12. Maii.*



PAGIUS

circulum, non a morte Ægæ, ut plerique perperam interpretantur, ſed a diviſione theſauri, & poſtquam domum Pippinus redierat, & Auſtriam iterum adminiſtrare cœperat, vita functus eſt, ideoque præſenti anno, ut recte Hadrianus Valeſius, non vero ſequenti, ut Cointius & Henſchenius volunt.

XVI. *Uxor & liberi S. Pippini.*

Fuit *Pippinus* Regni Auſtraſiæ munimentum ac præſidium, Aulæ ornamentum, Optimatibus exemplum, qui ob æquitatem ac manſuetudinem ab omnibus deligebatur. Superſtites ex Sancta *Itta*, ſeu *Iduberga* liberos reliquit *Grimoaldum*, *Beggam*, atque *Gertrudem*; e quibus *Begga* Anſigiſilo Arnulphi poſtea Metenſis Epiſcopi filio nupſit, Pippinumque *Herſtallum* cognominatum Pippini Regis Francorum avum genuit. *Gertrudis* vero Virginitatem Deo vovit, ac in Monaſterio Nivellenſi a matre extructo Aabatiſſa renunciata eſt. Sed de Itta, Gertrude, & Bega, quæ divinos honores meruere inferius ſermo erit, ſicuti & de *Grimoaldo* Pippini Landenſis filio, officiique ſucceſſore, qui *Childebertum* filium ſuum, tonſo, relegatoque Dagoberto II. Regem conſtituere auſus eſt. Baronius anno DCXXXI. num. V. & ſeqq. de *Pippino Landenſi* ejuſque familia diſſerit, ſed laudem ei tribuit, eum ſcilicet Sancto *Vvironi* Epiſcopo nudis pedibus peccata confiteri ſolitum, quæ ad nepotem ejus Pippinum Herſtallum pertinet, ut eo anno oſtendi.

I. Joannes Papa damnat in Synod. Ecteſin. Herac.

SEquitur annus Redemptoris ſexcenteſimus quadrageſimus, Indictione decimatertia: quo Joannes Romanus Pontifex, collecta Synodo, damnat promulgatam ab Heraclio Imp. anno ſuperiori fidei expoſitionem, Græce Ecthesin nuncupatam, ſimulque ipſam Monothelitarum hæreſim, quæ Imperatoris auctoritate plurimum invaluerat; auctorque fuit ut id ipſum præſtarent omnes Eccleſiæ Africanæ. Hæc autem omnia in primis apud Theophanem ita breviter perſtringuntur: *Joannes Romanus Præſul, collecto Epiſcoporum Concilio, Monothelitarum hæreſim anathematizavit: ſimiliter & in Africa penes Bizacium, Numidiam, & Mauritaniam diverſi Epiſcopi convenientes, Monothelitas anathemate percuſſerunt*. Hæc Theophanes. Sic igitur Apoſtolica auctoritate ſucciſi ſunt nervi Imperatoriæ ſanctionis, qua Ecthesin promulgaverat; & exaruit penitus ſpes omnis Pyrrhi Conſtantinopolitani Epiſcopi, qui in ſua epiſtola ad eumdem Joannem conſcripta, ipſum in hæreſim pellicere conatus fuit, ut colligitur ex epiſtola Agathonis Romani Pontificis, verbis iſtis: *Itemque Pyrrhus in confirmatione Typi & in aliis pro Cyro Alexandrino ſatisfaciens unam voluntatem & operationem intelligere ſe demonſtrat, & in ſcriptis ad ſanctæ memoriæ Joannem Papam unam voluntatem & unam operationem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum habere confirmat*. Hæc ibi.

II. Magna conſtantia Rom. Ecc. Pont. & Cardinalium.

At plane admiratione res digna eſt, poſt tantam cladem Eccleſiæ Romanæ ab Imperatoris miniſtris illatam, poſt exilium Cardinalium, & alias graves afflictiones toleratas; non ſolum nihil remiſſum fuiſſe conſueti roboris hæreticis reſiſtendi, ſed & majorem auctam fiduciam etiam Imperatoris edicta damnandi ob oculos Exarchi, Ducis, atque militum, qui Romæ eſſent, quos omnes par fuit credere pro Imperatoris legibus acerrime pugnaturos. Nam nihil horum Joannes veritus, & floccifacientes terriculamenta omnia iſta clerici Cardinales, adverſus Imperatoris edictum Synodum collegerunt (ut audis) & Apoſtolica auctoritate ceu fulmine in terram proſternunt omnem machinam ad oppugnandam fidem Catholicam ab Imperiali potentia ſublimem erectam. Quæ autem præter anathema in Ecthesin & in hæreſim promulgatum in hac ſancta Synodo facta ſint, quod ejus Acta perierint, penitus ignorantur, niſi quantum hinc inde non exiguo labore licuit expiſcari pauca quædam, quibus reliqua quæ incomperta ſunt, poſſunt intelligi: unde fiet ut abſque Synodalibus Actis tu conſequi valeas, veluti ſi præſens fuiſſes iis quæ tunc temporis Romæ in Synodo geſta fuere.

III. Prudens Joannis Papæ conſilium.

Sic igitur quæ de laboribus Joannis adverſus Monothelitas hinc inde ex vetuſtioribus monumentis ſparſa fragmenta collegimus, hic intexemus. Quod enim ſciret, Pyrrhum & alios Orientales hæreticos in conſortium ſui ipſorum erroris adſciſcere defunctum jam Honorium Rom. Pontificem ex epiſtolis ab eo ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſcriptis, de quibus fuſius ſuo loco ſuperius actum eſt, hæcque eos jactare, quo Romani Pontificis auctoritate hæreſim ſtabilirent; his occurrens ipſe Joannes ejus ſucceſſor, ad hæc hæreticorum evertenda machinamenta, nihil utilius accidere poſſe putavit, quam ſi illum qui tunc erat eidem Honorio Pontifici ab epiſtolis, quique dictas epiſtolas ſcripſerat, vocaret, germanumque ſenſum earum a ſe tunc ſcriptarum epiſtolarum juberet dilucide interpretari, ne hæreticis daretur occaſio iis abutendi litteris, in longe diverſum ſenſum ab illo, quo ſcriptæ eſſent, eaſdem diſtorquentibus: idemque ipſe ſcriberet ad Imperatorem germanum ſenſum illarum. Præſtitit quidem ille id quod Joannes Pontifex juſſit, omnemque de Honorio ſuſpicionem, legitimum ſenſum proferens, evacuavit. Suf-

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLXXVIII. Anno Hegiræ XX. inchoato die 21. Decemb. fer. 5. A.C. 640.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6133.

☉ 5. B. A. ☽ 14. P. 16. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 640.

SEVERINI PP. & JOANNIS IV. 1.

HERACLII IMP. 31.

I. Poſtconſulatus.

IS annus hac formula notatus: *XXX. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XXIX.* & a die XXII. Januarii, *anno Imperii Heraclii Jun. Conſtantini* XXVIII.

II. *Joannes IV. Synodum adverſus Monothelitas indixit.*

A num. I. ad VIII. Joannes hujus nominis IV. Concilium adverſus Monothelitas, cujus meminit Theophanes ad annum Heraclii XX. Romæ quidem celebravit. At cum die XXIV. menſis Decembris hujus anni Pontifex Romanus ordinatus fuerit, ut anno ſuperiori oſtendi, illud anno tantum ſequenti coactum. Mentio eſt etiam hujus Concilii in Actis S. Maximi apud Baronium num. VII. *Cum his perſuaſum eſſet*, (Africanis Epiſcopis) *Conventum Epiſcoporum Epiſcopus Romæ egit, ut communi cum conſilio abſurdum dogma execrationi & anathemati ſubiiceret*, ubi de Joanne Papa loqui ſequentia verba indicant: *Non multi poſt Joannes Romæ Præſul ad Dominum migrit, Theodorus-*





Sufficere id ſatis potuiſſet, niſi hæretica obſtinatio calumniis agere ſolita obſtitiſſet.

IV. Habemus hujus veritatis teſtem ſanctum Maximum martyrem in Pyrrhum Honorium in crimen adducentem inter alia iſta locutum, quæ alia occaſione ſuperius recitavimus. Pyrrus itaque per dialogiſmum urgens Maximum, ſic ait: *Quid de Honorio ad reſpondendum habes, qui aperte anteceſſori meo unam voluntatem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe tradidit?* Maximus: *Quis fuit fide & auctoritate dignus epiſtolæ ejus interpres? is qui eam ex perſona ſancti Honorii ſcripſit, adhuc ſuperſtes, & qui totum Occidentem cum aliis virtutibus, tum pietatis dogmatibus illuſtravit, an hi qui Conſtantinopoli ex ſuo corde loquebantur?* Pyrrhus: *Ille, qui hanc ſcripſit*. Maximus: *Is igitur cum ad divum Conſtantinum* Imperatorem rurſus ex perſona Joannis Papæ de hac epiſtola ſcriberet, dixit: Unam voluntatem diximus in Domino, non divinitatis ejus & humanitatis, ſed humanitatis ſolius. Cum enim Sergius ſcripſiſſet, quod quidam duas voluntates in Chriſto contrarias dicerent: reſcripſimus Chriſtum non duas voluntates contrarias habuiſſe, carnis inquam & ſpiritus, ſicut nos habemus poſt peccatum, ſed unam tantum, quæ naturaliter humanitatem ejus ſignabat. Hoc autem ita eſſe, argumentum evidens eſt, meminiſſe membrorum & carnis, quæ quidem in divinitate non licet intelligere*. Hæc & alia ibi, quibus Joannis Papæ ſtudium pro Honorio declaratur: quæ cum ſatis (ut diximus) ſufficere potuiſſent, impii tamen ſemel male arreptam anſam nequaquam dimitere voluerunt, ſemper jactantes Honorium ex ipſorum parte ſteti ſſe, quo nihil mendacius aſſeri umquam potuit.

* Conſtantem

V. Sed quod Maximi ea occaſione contigit meminiſſe: opportune hic de ipſo agendum, quem hoc ipſo tempore cogitantem Romam, contigit primum in Africam proficiſci, fierique auctorem, ut Africani Epiſcopi uno eodemque conſenſu adverſus Monothelitas arma converterint, damnantes eos in pluribus ipſorum Conciliis ut hæreticos, eorumque pravum dogma eſſe declarantes hæreticum. Iſta quomodo ſe habuerint, ut intelligamus, petenda eſt narratio ex rebus geſtis ejuſdem Maximi, quæ habentur ad calcem operum ejus Græce ſcriptæ in tribus codicibus Vaticanis: vertit eas in Latinum vir eruditus æque ac pius Petrus Morinus doctor Pariſienſis. At præſtat ipſa breviter hic primum recenſere Maximi primordia, quæ tibi brevi ex iiſdem Actis compendio prodimus. Fuiſſe ſcilicet Maximum patria Conſtantinopolitanum, antiqua nobilitate clarum, litteris philoſophicis ac Theologigicis egregie excultum, invitumque ab Heraclio Imperatore in Palatium tractum, ut regiis commentariis conſcribendis operam daret, & alia juſſa Principis magni momenti capeſſeret: in eademque functione factum omnibus dignum virtutum, quod omnes imitarentur, exemplar, donec Monothelitarum hæreſis ad Regiam acceſſum habuit. Tunc enim ſibi timens ac conſulens, Palatium deſeruit, atque monaſterium ingreſſus eſt, quod in ulteriore littore ſitum Chriſopolis nomine eſt nuncupatum; ubi aliquandiu monaſticam vitam exercens, invitus ejuſdem ſubire cogitur præfecturam.

Primordia Maximi.

VI. Maximus migrat in Occidentem.

At quomodo inde digreſſus venerit (ut diximus) ad oras Occidentales, auctor ita deſcribit. *Cum autem videret* (ut ante diximus) *Monothelitarum tum hæreſim propagari, miſereque in dies ab impietatis defenſoribus amplificari, ingemiſcebat, & graviſſimo luctu tenebatur, eos maxime miſerans, qui nefaria agerent; nec vero habebat quid faceret, ſic malo immenſum effuſo, totumque propemodum Orientem aggreſſo. Itaque in tantis malis hoc ſolum invenit ſibi rebuſque ſuis*

PAGIUS

*rusque ejus locum conſcendit, non minus Præſulatus, quam Orthodoxiæ hæres*. Denique Joannem Synodum iſtam congregaſſe, oſtendit Profeſſio fidei quæ a Succeſſoribus ejus fieri ſolita erat, cujus verba retulimus anno ſuperiori num. IV. Non videtur in hac Synodo Joannes *Sergium* ut aliquem in particulari damnaſſe, ſed tantummodo Dogmata. Joannes enim in Epiſtola ad Conſtantinum, ſeu in Apologia pro Honorio Papa, de qua mox, appellat Sergium *reverendæ memoriæ Epiſcopum*, quod non dixiſſet, ſi memoriam ejus anathemate proſcripſiſſet, vel ſi ſemel animo illius damnationem concepiſſet.

III. *Non Perſona ſed Dogmata in ea damnata.*

Certe Theodorus Papa Joannis ſucceſſor in Epiſtola ad Epiſcopos, qui conſecraverunt Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum, in Collectaneis Anaſtaſii relata, acerbe queritur cum iiſdem Epiſcopis, *quod per ſuas literas Pyrrhum Sanctiſſimum nominaverint*. Et ibidem in Epiſtola ad eundem Paulum ait: *Mirati ſumus quia Epiſcopi qui fraternitatem tuam conſecraverunt, Sanctiſſimum illum in literis ſuis dixerunt*. Et denique ibidem Sanctus Maximus in Epiſtola ad Petrum Illuſtrem eum obſecrat, *præcipere omnibus, ne Pyrrhum ſanctiſſimum vel almificum nominent. Neque enim tale quid ſana regula eum vocari permittitur: a cuncta namque ſanctitate cecidit, qui nimirum ab Eccleſia Catholica ſponte proſiliit*. Quare cum Joannes IV. Sergium *reverendæ memoriæ Epiſcopum* appellarit, eum in ſua Synodo hæreſeos non damnavit. Nec denique S. Maximus in Dialogo cum Pyrrho, eidem interroganti de aperienda via ad unionem, reſpondiſſet, quod *alius non eſt modus, quam taceri perſonas & anathemate affici talia dogmata*, ſi præceſſiſſet per Joannem Papam Sergii, aliorumque Monothelitarum damnatio. Au-

*ſuis remedium : Nam cum intelligeret ſeniorem Romam tali ſcelere & piaculo carere, itidem quicquid erat in Africa atque in aliis locis ac circa inſulis, hanc regionem deſerens, illuc proficiſcitur, patrocinium verbo veritatis daturus, ac eos qui ibi erant Orthodoxos conventurus.* Et poſt multa de nefanda hæreſi interlocutus, ſubiicit iſta : *Romam venturus primum in itinere convenit Africanos Epiſcopos : quibuſcum ſermones conferens, linguamque divina copioſe loquentem movens, in fide confirmabat, edocebatque ac monebat, quomodo poſſent adverſariorum artes ac molimina effugere, atque ex eorum rationibus fallacibus & captioſis elabi. Sciebat enim vir imprimis intelligens, nobis peritia multa opus eſſe, multaque doctrina, ut in adverſarios tela jaciamus, omnemque eorum altitudinem deſtruamus extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei.* Et poſt multa de profectu, utilitateque magna, quam ea in re attulit illi provinciæ, ſubiicit de Synodo hoc anno Romæ habita adverſus Monothelitas deque aliis Africanis Conciliis, quibus ( ut diximus ) eadem eſt hæreſis condemnata, ita dicens :

VII. Maximi Martyris labores pro fide Catholica. *Cum his perſuaſum eſſet, conventum Epiſcoporum Epiſcopus Romæ egit, ut communi cum iis conſilio abſurdum dogma execrationi & anathemati ſubiiceret. Quod illi ut facerent hortatione ac præceptis divini Maximi adducti ſunt, non Africa ſolum, & ei finitimi, ſed etiam ſi qui in aliis ibi inſulis degunt, hoc opus urgentes, ac ſummo ſtudio rem præclaram gerentes : nam hi omnes illum præceptorem habebant ac ducem, & rerum agendarum adjutorem. Non multo poſt Joannes Romæ Præſul ad Dominum migrat. Theodoruſque in ejus locum conſcendit, non minus præſulatus quam orthodoxiæ hæres, &c.* Hæc de obitu Joannis & ſucceſſione Theodori contigerunt anno ſequenti; agemus de his ſuo loco : ſimul & quæ reliqua ſunt tanti fidei agoniſtæ, & quantum non Occidentali ſolum, ſed univerſali Eccleſiæ profuerit, ſuis locis dicturi ſumus. Quod enim timuiſſet, ne argutiſſimi Monothelitæ, ſicut Orientem, ita & Occidentem ſeducerent; in ejuſmodi ea de cauſa adeo longa difficilique peregrinatione ſuſcepta, numquam fuit otioſus : verbis cum præſentibus, ſcriptis vero cum abſentibus agens, quorum adhuc ſunt reliqua monumenta ; ut ei plurimum debeat Occidens & Oriens, quod univerſam Catholicam Eccleſiam doctrina mirifice illuſtravit, quam tandem martyrio conſignavit.

VIII. Heraclius negat edictum eſſe ſuum. Sed redeamus ad propoſitam de Synodo Romæ habita narrationem. Quid tum admiratione dignum accidit ? Cum hæc quæ Romæ facta ſunt a Joanne Pontifice, & ubique locorum ab Epiſcopis Occidentalis Eccleſiæ in condemnatione Ecthesis, expoſitionis ſcilicet fidei promulgatæ nomine Heraclii Imperatoris innotuiſſent; idem Imperator haud leviter commotus eſt. Verum cum nequaquam ſuarum virium eſſe videret, ut contra

ſen-

PAGIUS IV. *Joannes IV. exemplar ſui Concilii ad filios Heraclii mittit.* Auctor Libelli Synodici hujus Joannis IV. Synodi adverſus Sergium, Cyrum & Pyrrhum habitæ meminit, aitque : *Ad Davidem atque Heraclium Heraclii filios typum piæ doctrinæ poſtea transmiſit.* Heraclius Heraclii Senioris filius Cæſar nuncupatus fuerat anno DCXXXI. ut ex clauſula Epiſtolæ Honorii Papæ anno DCXXXIII. num. XX. a nobis recitata intelligimus, annoque circiter DCXXXVIII. ab Heraclio Patre ex Oriente reduce Imperator renunciatus fuerat, ut teſtatur Nicephorus in Breviario pag. 18. ubi ait : *Heraclium Cæſarem Imperatorio diademate coronat*, & poſtea loquitur de Sergii Conſtantinop. Epiſcopi morte. Paulo poſt ait: *Poſtea Heraclium filium Conſulem facit* ( Auguſtos enim Conſules perpetuos creare, ubi Conſulatus perpetuus inſtitutus fuit, in more poſitum) *Davidem & Marinum alios liberos, Cæſares appellat, Auguſtinam & Martinam filias, Auguſtas.* Joannes itaque Papa, qui die XXIV. Decembris hujus anni Pontifex Romanus conſecratus eſt, ſtatim Concilium adverſus Monothelitas celebravit, & ad Davidem Cæſarem ac Heraclium Auguſtum ejus fratrem exemplar ejus miſit. Hoc Concilium ante Heraclii mortem celebratum ſtatim oſtendo.

V. A num. VIII. ad XI. Cum *Sergius* Ecthesim non ſuo, ſed Heraclii Imp. nomine vulgaſſet, Imperator ſentiens, quod in vituperium ejus in Occidente quidam prorumperent, per Epiſtolam liberum ſe fecit ab Eccleſiæ querimoniis ſcribens: *Ecthesis*, inquit, *non eſt mea : Neque enim ego vel dictavi, vel juſſi ut fieret. Sed cum hanc Sergius Patriarcha compoſuiſſet ante quinque annos, priuſquam ab Oriente repedaſſem, deprecatus eſt me, cum ad hanc felicem perveniſſem Urbem, ut nomine meo proponeretur cum ſubſcriptione : & ſuſcepi deprecationem illius. Nunc vero cognoſcens, quod quidam ſuper ea altercaventur, cunctis facio manifeſtum, quia non eſt mea. Hanc fecit juſſionem ad Beatum Joannem Papam condemnantem Ecthesin in his, quæ ſcripſerat tunc ad Pyrrhum.* *Ecthesis ante adventum Heraclii Conſtantinopolim a Sergio compoſita.* Hæc ex verſione diverſa ab ea qua Baronius uſus eſt, ut cum textus Græcus non extet, altera ex altera lucem accipere poſſit. Ex hac Heraclii Epiſtola liquet primo eam ad Ioannem Papam datam eſſe, poſtquam is Synodum ſuam celebravit, ideoque & eam *Heraclio* adhuc vivente, & aliquot poſt dies, quam *Joannes* ad Pontificatum evectus eſt, celebratam; alioquin ejus Epiſtola ad Pyrrhum ante Heraclii mortem non perveniſſet; cum Heraclius die XI. Februarii anni ſequentis e vivis abierit: neque veroſimile videatur, *Joannem* ad Pyrrhum ſcripſiſſe ſe damnare Ecthesim, niſi poſtquam ſuo eam Concilio proſcripſerat. Liquet ſecundo, *Joannem* in ſua Synodo, non perſonas, ſed dogmata tantum damnaſſe; alioquin ad Pyrrhum Monothelitam literas non dediſſet. Liquet tertio, cum *Sergius* anno DCXXXVIII. inchoata Indictione duodecima *Ecthesim* promulgarit, poſtquam *Heraclius*

ex



ſententiarum torrentem ſe obiicere atque reſiſtere poſſet, ne tanta infamia laboraret, ut ubique in Occidente decantaretur hæreticus, atque ſuum nomen ore omnium maledictis proſcinderetur ubique: illud excogitavit conſilium, quo famæ ſuæ & nomini optime conſuleret atque proſpiceret, nimirum, ut novo promulgato edicto, tam in Oriente quam in Occidente Orthodoxis omnibus innoteſceret, Ecthesim illam ſuo nomine promulgatam, ſuam non eſſe, ſed Sergii Conſtantinopolitani Epiſcopi, ab ipſo conſcriptam, pariterque curatam ut Imperatoris nomine ederetur, quo majorem vim ſibi ex nomine compararet. Sicque Heraclius exiſtimavit tantam ſe poſſe vitare infamiam, qua nomen ſuum eſſet ubique reſperſum.

IX. Hæc quidem ita ſe habuiſſe, docent Acta publica in Senatu Conſtantinopolitano confecta, cum ſub Conſtante Imperatore Monothelita cauſa ſancti Maximi, de quo modo egimus, tractaretur ; dum ipſe ſanctus niteretur illis perſuadere, ut ipſe Conſtans, qui Typum promulgaſſet hæreticum, ſi vellet ea carere ignominia, proderet ſcriptis auctorem, ſicque faciendo, avum ſuum imitaretur Heraclium. Sed reddamus hic publicorum Actorum verba, quæ ſic ſe habent: *Cum vero audiſſet domnus Troilus in toto Occidente Typum anathematizari, dicit Dei ſervo* Maximo ſcilicet : *Pulchrumne eſt, quod pii domini noſtri exiſtimatio contumelia afficitur? Reſpondit ſervus Dei : Ignoſcat iis Deus qui auctores fuerunt domino ut Typum faceret, & iis qui aſſenſi ſunt. Dicit Troilus : Qui auctores ? Quinam aſſenſi ſunt ? Reſpondit ſervus Dei : Qui ſunt Eccleſiæ ; impulerunt ; Principes conceſſerunt: & ecce obnoxiorum ſordes in inſontem & ab omni hæreſi purum aſperſa eſt. Verum conſilium hoc ei date, ut ſui avi, nempe Heraclii Imperatoris piæ memoriæ exemplum ſequatur. Ille enim cum ſenſiſſet a nonnullis in Occidente probrum ſibi aſpergi, edicto ſe liberavit omni Eccleſiaſtica reprehenſione, hæcque ſcripſit : Ecthesis mea non eſt, nec ego dictavi, aut fieri juſſi : verum cum Sergius Patriarcha quinque ante annis condidiſſet, quam ab Oriente redirem ; oravit me, poſtquam ad hanc felicem urbem adveni, ut nomine meo promulgaretur cum ſubſcriptione. Ejus hortatu id feci. Nunc vero cum cognoverim eam a nonnullis oppugnari, declaro ad omnes, non eſſe meam. Hoc Juſſum,* Edictum ſcilicet *fecit ad beatum Joannem Papam, qui damnarat Ecthesim in iis quæ tum ad Pyrrhum ſcripta ſunt. Ac Sergii ex illo tempore Ecthesis habetur. Faciat hoc qui nunc pie nobis imperat, & ejus exiſtimatio penitus omni vituperatione carebit.* Prudens conſilium Maximi. Quæ autem iſta a Maximo audientes Judices reſponderint, ſuo loco dicenda erunt.

X. Hæc Maximus de Heraclio, qui utinam ſicut deſtruxit, ita ædificaſſet, nimirum ut eodem vel alio edicto rectæ fidei confeſſionem promulgaſſet toto orbe terrarum : nam ea plane indigebat, ut ſe ab omni hæreſis ſuſpicione purgaret. De quo & illud monitum lectorem velim, non ſic a Maximo dici piæ memoriæ Heraclium, ut Catholicum ver-

bis

PAGIUS ex Oriente in Urbem Regiam, ex qua per quinquennium abſens fuerat, advenit, ante eum annum Imperatoris reditum contigiſſe ; ideoque accurate Nicephorum in Breviario Hiſtorico Imperatoris reditum ad Urbem narrare immediate ante mortem Sergii, quæ paucis a publicata Ectheſi menſibus contigit.

VI. *Quod magis confirmatur.* Liquet denique *Ecthesim* a Sergio anno circiter ſexcenteſimo triceſimo quinto elucubratam fuiſſe, & non multo poſt ab Imperatore ſubſcriptam, ſed non divulgatam, niſi poſtquam Conſtantinopoli nuncium advenit de morte Honorii Papæ, quæ Romæ accidit die XII. menſis Octobris anni ſexcenteſimi triceſimi octavi. Nam Imperator ex Oriente ultimum Conſtantinopolim rediit anno DCXXXV. poſtquam eo anno Saraceni, *menſe Regiebo Damaſcum* ſub ſuam poteſtatem redegiſſent, ut teſtatur Elmacinus in Hiſt. Saracen. pag. 28. ubi ait : *Manſor collectis Romanorum reliquiis contendit Antiochiam, ad Heraclium, qui, ut intellexit captam eſſe Damaſcum, dixit*, VALE SYRIA, *ideſt*, VALE SIA MAEA, *abiitque Conſtantinopolim.* Idem habet Nicephorus in Hiſtoria pag. 17. ubi licet non loquatur de obſidione Urbis Damaſci, ſermonem tamen habet de præliis duobus Saracenos inter & Romanos tunc habitis, & poſtea ſubdit : *Sub hæc Heraclius ad Urbem reverſus in Palatio, quod Hieria dicitur, manſit, neque enim mari ſe committere audebat.* Tum ait : *Deinde longo poſtea tempore Præfectus Urbis*, &c. ac dein Sergii mortem recitat. Quare cum Heraclius ait, *cum hanc* ( Ecthesin ) *Sergius Patriarcha compoſuiſſet ante quinque annos, priuſquam ab Oriente repedaſſem, deprecatus eſt me, cum ad hanc felicem* perveniſſem Urbem, &c. Significat Sergium Ecthesin compoſuiſſe *ante quinque annos*, quam ipſe ad Joannem IV. Papam eam epiſtolam initio anni DCXLI. ac paulo ante mortem ſuam ſcriberet, priuſquam ipſemet Imperator ab Oriente rediiſſet, & poſtea cum jam in Urbe ageret ſe ejus rogatu eam ſubſcripſiſſe ; ideoque quinque illi anni integri numerandi ſunt cum aliquot menſibus ab Imperatore neglectis. *Sergius Honorium*, a quo laudibus affectus fuerat, non judicavit irritandum eſſe, ſed novi Pontificis electionem expectandam, ratus hunc, ut confirmationem ab Imperatore, vel ab Exarcha Ravennatenſi obtineret, aliquid amplius, quam *Honorium* præſtiturum. Verum, ut ſupra diximus ex S. Martino in III. Secretario Concilii Lateranenſis : *Ceciderunt a ſua ſpe, mentiti contra caput proprium ; nec enim ſuſcepta eſt omnino*, &c. Sergii vafritiem, fraudes ac dolos, in ſtabiliendo Monotheliſmo omnia ab eo geſta præferunt, unde non mirum ſi in Sexta Synodo Actione XV. agnoſcatur hujus hæreſis naſcentis parens & architectus.

Ad

bis illis eum pronunciaſſe voluerit, ſed quod moris eſſet ita omnes nominari Imperatores, qui non publice hæreſis condemnati fuiſſent: ita eodem modo ab ipſo item Maximo audis dictum de Conſtante: *Qui nunc pie nobis imperat*. Hæc diximus, ne quis fallatur, ut exiſtimet ejuſmodi nomenclatura tam Heraclium, quam Conſtantem eſſe recenſendos inter Catholicos Imperatores: quod & alias ſuperius de aliis hæreticis Imperatoribus nos adnotaſſe meminimus.

XI. Cyri Epi. Alexandr. obitus.

Hoc pariter anno ex humanis ſublatus eſt peſſimus ille Cyrus Alexandrinus Epiſcopus, ut colligi poteſt ex Nicephori Chronico, dum ait, ipſum ſediſſe annos decem, quem creatum vidimus anno trigeſimum poſt ſexcenteſimum. Succeſſit illi Petrus ejuſdem farinæ homo, hæreſis Monotheliarum propugnator acerrimus. In ſede vero Antiochena Macedonius ſucceſſit illi Athanaſio hæretico perditiſſimo, ſed quando ipſe defecerit, ignoratur, nec de Antiochenis Epiſcopis ſucceſſoribus ulla deinceps mentio uſque ad tempora Sextæ Synodi, quibus tunc eidem præfuiſſe Eccleſiæ Macarius hæreticus famoſiſſimus reperitur. Sic & Hieroſolymitanæ Eccleſiæ eſt obſcura ſucceſſio, occupatis regionibus illis a Sarracenis. Poſt hæc autem ipſe etiam Heraclius Imperator haud diutius ſuperſtes fuit: ſiquidem Theophanes & alii veteres tradunt, ipſum tenuiſſe Imperium annos triginta, & unum, quem hoc anno cœptum, ſequenti abſolvit: agemus ergo de eo ſuo loco.

XII. Richarii ad Reg. Sclavorum legatio. (a) Aimoi. l.4. c.23.

Quod ad res Francorum pertinet, hoc eodem anno, qui numeratur nonus Dagoberti Regis, legationem ab eo miſſam ad Sclavorum Regem pro repetendis mercibus ablatis mercatoribus Francis, veteres ponunt (*a*). De qua legatione illud memoria dignum narrant, quod cum idem Rex legato dixiſſet, expetere ſe amicitiam Regis Francorum; ille reſponderit: *Non eſt poſſibile ut ſervi Chriſti cum canibus fœdera jungant. Ad quem ille: Quandoquidem vos ſervi profitemini eſſe Dei, & nos ſumus canes: ideo quæ vos nequiter contra ejus geritis voluntatem, ut inutiles famuli, nobis frequenter conceditur morſibus ipſa ulciſci.* Statimque ab ejus conſpectu ejectum fuiſſe legatum Richarium (quem alii Sicharium nominant) tradunt. Claruit namque hoc tempore in Gallia egregia ſanctitate præditus vir Richarius nomine, qui paternis monitis ipſum Dagobertum

PAGIUS

VII. *Cyrus Epiſcopatu Alexandrino deiicitur.*

Ad num. XI. Nicephorus in Hiſtoria pag. 18. narrata Sergii morte, ait: *Et jam Cyrus Alexandrinus Antiſtes Conſtantinopolim accitus ab Imperatore aliquanto antea venerat. Hunc enim magnopere criminabatur, quaſi Ægyptum omnem Saracenis prodidiſſet.* Addit Nicephorus, Cyrum de his omnibus ſe ipſum purgaſſe; Imperatorem tamen eum, Præfecto Urbis torquendum ac cruciandum tradidiſſe. Sed Baronius, qui Hiſtoriam Nicephori non viderat, exiſtimavit Cyrum hoc anno demortuum; cum tamen dignitate tantum depoſitus fuerit, in quam anno ſequenti ab Heracleona poſt patris, & Conſtantini fratris mortem reſtitutus eſt, ut ibidem oſtendemus. Baronius citat Nicephorum in Chronico quaſi decem annos *Cyro* attribueret. In editione tamen Græca Chronici Nicephori a Scaligero, & in Græco-Latina typis Regiis curata nulla *Cyri* mentio eſt, niſi quod in Tabulis Theophanis decem ei anni aſſignantur; cum tamen conſtet, eum uſque ad annum DCXLIII. quo *Petrum* ſucceſſorem habuit, in vivis fuiſſe, uti infra videbitur.

VIII. *Franci a Sclavis victi.*

Ad num. XII. Regis *Dagoberti* annus nonus a Fredegario cap. 68. & ab Aimoino lib. 4. cap. 23. memoratus ab anno Chriſti DCXXII. quo Rex Auſtraſiorum renunciatus eſt deduci debet, ut jam demonſtravimus. Quare Dagobertus bellum *Slavis* intulit, non hoc anno, ut putavit Baronius, ſed anno ſexcenteſimo triceſimo. *Slavi* autem ſeu Sclavi Winidi, quorum Rex tunc *Samo* erat, mutatis crebro ſedibus domicilia trans Danubium tandem fixerant, & hoc tempore incolebant Provincias, quas hodie Marchiam *Vinidorum*, *Carinthiam & Sclavoniam* appellamus. Illi Francorum mercatores interfecerant, miſſumque a Dagoberto *Sicharium* Legatum contemptui habuerant. Ventum eſt ad arma, Auſtraſiique triduo præliantes victi ſunt.

IX. *Floret S. Richarius Abbas Centulenſis.*

Suſpicatus eſt Baronius *Sicharium* illum diverſum non eſſe a Sancto *Richario* Abbate Centulenſi, cujus Vitam Alcuinus ſcripſit, legendam apud Mabillonium Sæculo ſecundo Benedictino, & in Actis Sanctorum Bollandianis ad XXVI. menſis Aprilis, quo Sanctus Richarius colitur. Verum *Sanctus Richarius* longe a Sichario Legato diverſus. Natus eſt in Oppido cui Centula ſeu Centulum nomen in Pontivenſi Regione, quæ pars eſt Picardiæ Provinciæ. *Dagobertus* magna ſanctitatis ejus fama excitatus, Centulam venit, ſecum ad convivium venire petiit, cenſumque ei ad luminaria conceſſit. Prædicationis officio in ultramarinis Britanniæ Regionibus peracto cum multiplici Verbi Dei fructu reverſus eſt in patriam, & ut liberius ſoli Deo vacaret, in eremum profectus eſt, ac in ſilva *Criſciacenſi*, decem paſſuum millibus Centula diſtante Monaſterium conſtruxit, quod etiamnum Foreſti-cella, vulgo *Foreſt Mouſtier*, appellatur. Hæc cella lapſu temporis crevit in Monaſterium haud ignobile, quod habuit peculiarem, habetque etiamnum Abbatem a Centulienſi plane diverſum, ſitumque eſt in Diœceſi Ambianenſi. Mortuus eſt ſanctus Abbas in illa eremo ſilvæ Criſciacenſis, idque *ſexto Kalend. Maii*, inquit Alcuinus in ejus Vita, qui addit eodem anno eum Centulam tranſlatum eſſe. [1] *Centulæ* vocabulo obliterato, Oppidum ac Monaſterium Sancti Richarii hodie nomine appellantur, vulgo *S. Riquier*. Annus mortis ejus incertus. Cointius fuſe de Richario agit, ſed perperam, ut videtur, mortem ejus differt in annum DCLXXIV. ut patet ex iis quæ Mabillonius pag. 196. habet.

NOTÆ [1] Qui addit eodem anno cum Centulam tranſlatum &c.* Non id ait Alcuinus, ſed tantummodo: *Sed non multo poſt Fratres a Centulo Monaſterio venerunt, & corpus S. Richarii tulerunt &c.* Ad hæc verba: *Sed non multo poſt*, hæc adjecit alius quiſpiam Textus Alcuini Interpolator *Spatio V. menſium, & XII. dierum ideſt a VI. Kal. Maii uſque ad VII. Idus Octobris.* MANSI



Regem ad meliorem frugem convertit; cujus res præclare geſtas ſcripſit poſtea Albinus Flaccus (*a*) ad Carolum Imperatorem.

(a) *Extant apud Sur. die 16. April. t.2.*

XIII.

Eodem anno Eadbaldum Anglorum Regem, de quo ſuperius mentio facta eſt, relicto regni hærede filio Earconberto, eſſe



PAGIUS

X. *Obitus Eadbaldi Cantuariorum Regis.*

Ad num. XIII. Beda tam in Hiſtoria lib. 3. cap. 8. quam in Epitome teſtatur, *Eadbaldum* Cantuariorum Regem hoc anno ex hac vita tranſiiſſe. Is licet ad idola poſt Sancti *Ethelberti* patris mortem, deflexerit, poſtquam tamen reſipuit, Dogma Chriſtianum jam ubique repudiatum inſtauravit. Suſcepit ex Emma conjuge Theodeberti Auſtraſiæ Regis filia *Ercombertum*, cui Regni gubernacula reliquit, *Fans-Vvitham*, & *Ermenredum* ante parentem defunctum. Hic pater fuit Sanctæ *Ermenburgæ* Martyrologio Anglicano ad diem XIX. Novemb. inſcriptæ, ſeu *Dompnevæ* matris SS. Mildredæ, Milburgæ, & Milwidæ, de quibus infra. Ercombertus *Rex præcepit in toto Cantii Regno idola deſtrui, & jejunium Quadrageſimale obſervari*, inquit Beda loco citato, adpoſuitque pœnas jejunium Quadrageſimale violantibus, ut patet ex Antiquis Anglo-Saxonum legibus, quas Saxonico charactere exaratas recitat Spelmannus Tomo I. de Synodis. Ercomberto Regi S. *Sexburga* filia Regis Orientalium Anglorum genuit *SS. Ermenildam & Earcongotam*: quarum hæc apud Francos in Monaſterio Sanctæ Faræ, Diœceſis Meldenſis prope Pariſios vixit, coliturque die XXIII. Februarii: illa vero *Vulfero* Merciorum Regi nupta, eidem peperit Sanctam *Vvereburgam* Virginem, cujus Vita apud Bollandum ad diem III. Februarii legenda.

XI. *Florent SS. Fara & Earcongota.*

Extat etiamnum Monaſterium, in quo Sancta *Earcongota* vixit, Fara-Monaſterium, Gallice *Faremouſtier* appellatum, cui diu præfuit Sancta *Fara*, quæ & *Burgundofara* vocatur, cujus teſtamentum, de quo anno DCXIV. egi, anno quinto Dagoberti Regis ſcriptum, ſeu anno Chriſti DCXXXII. *ſub die VII. Kal. Novemb.* recitat Cointius eo anno num. XXIII. Ex quo, ut id obiter obſervem, liquet in Regno Neuſtriæ, cujus poſſeſſionem a morte patris Clotarii II. iniit Dagobertus, hujus Regis annos a morte Clotarii II. deductos fuiſſe. Refert ibidem Beda hoc tempore necdum multis in Anglia Monaſteriis conſtructis, multos de Britannia filias ſuas erudiendas ac Sponſo Cœleſti copulandas in Gallias mittere ſolitos, maxime *in Brige & in Cabe, & in Andilegum*. Monaſterium *Cabe*, ſeu rectius *Cale*, ædificatum fuit a Bathilde Clodovei ſecundi uxore, Lutetia quaſi centum ſtadiis diſſitum. Cala enim, Gallice *Chelles*, villa quondam regia fuit; quo in loco Bathildis, Cœnobium Sacrarum Virginum conſtruxit. Locus in quo Monaſterium Fara condiderat, *Evoriacæ*, ſeu *Eboriacum* vocabatur, pagus in quo Eboriacum erat, *Brige*, *Brigenſis*, vel *Brigerius*, qui in Vita Sancti Andoeni *Brigenſis Sylva* nuncupatur, a qua Sylva Provincia, hodie *Brie*, nuncupata nomen accepit. Hadrianus Valeſius in Notia Galliarum, verbo *Andeliacum*, vulgo *Andeli ſur Saine*, Monaſterium Andilegum, de quo loquitur Beda laudatus, nobis quaſi digito monſtravit. Refert enim ex Codice Regio hæc verba de S. Clotilde Regina Francorum dicta: *Fecit & aliud Monaſterium ſuper fluvium Sequane in loco, qui dicitur Andeleius, non longe a muris Civitatis Rotomagenſis, in nomine Dei Genitricis.* Diſtat Rotomago ſeptem fere leucis, & ante aliquot annos ex cella ſeu Prioratu veteri Benedictinarum Abbatia evaſit. Annus mortis tam S. *Faræ*, quam Sanctæ *Earcongotæ* incompertus.

XII. *Moritur S. Bertulfus Abbas Bobienſis.*

Jonas Monachus Bobienſis diſcipulus Sancti Bertulfi Abbatis Bobienſis tertii, in vita hujus Sancti Abbatis, quæ extat Sæculo ſecundo Benedictino num. 3. de eo ſcribit: *Qui per tredecim annos omni diligentiæ ſtudio plebem docere ac imbuere ſalubribus monitis non omiſit.* Quare cum anno ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo Sancto Attalæ in Bobienſis Monaſterii regimine ſucceſſerit, ut eo anno oſtendi, hoc vel præcedenti anno ad Deum migravit. Fuit conſanguineus Sancti Arnulphi Metenſis Epiſcopi, cum quo poſtquam tantiſper moratus eſſet, venit ad S. *Euſtaſium* Abbatem Luxovienſem, *quo diu ſubiectus ſanctæ Regulæ religionique gratus omnibus manſit.* Exin adventante Beato *Attala* ex Italia eum ſecutus eſt, & in Cœnobio Bobienſi ſub ejus obedientia permanſit: cumque egregiis moribus ſcientiaque polleret, mortuo *Attala* in ejus locum ab omnibus Monachis ſubrogatus eſt. Colitur die XVI. Menſis Auguſti.

XIII. *S. Eligius Noviomenſis & S. Audoenus Rotomagenſis Epiſcopi ordinantur.*

Hoc anno Sanctus *Audoenus* Rotomagenſis & Sanctus *Eligius* Noviomenſis Epiſcopi conſecrati ſunt, ut colligitur ex libro 2. de Vita S. Eligii cap. 2. ſcripta ab eodem Audoeno paucis poſt Eligii obitum annis, ſub Childerico nempe Rege, qui anno DCLXX. Clotario III. fratri ſucceſſit. Hæc de amborum ordinatione Audoeni verba: *Convenientes igitur ſimul in Civitatem Rotomagenſem quarto decimo die menſis tertii* (Maii ſcilicet) *tertio anno Clodovei juvenculi adhuc Regis, die Dominico ante Letanias inter catervas populi, inter agmina Clericorum, inter choros pſallentium, conſecrati ſumus ab Epiſcopis pariter Epiſcopi, ego Rotomago, ille vero Noviomo.* Unus Cointius hoc anno n. XXI. & ſeq. hunc modum difficillimum ſolvit. Docet enim diſpungendum eſſe Audoeni contextum, ut ipſe & Eligius Rotomagum ſimul acceſſerint *quarto decimo die menſis tertii*, ſeu Maii; & ordinationem dilatam eſſe in octavum diem: *Hujus Periodi*, inquit, *duæ ſunt partes. Prior annum diemque deſignat, quo Rotomagum Audoenus & Eligius pervenerunt: poſterior diem notat, quo conſecrati ſunt Epiſcopi. Conſecrati ſunt autem die Dominico ante Litanias. Dies ille Dominicus ante Litanias fuit viceſimus primus menſis tertii ſeu Maii; quia hoc anno,* (ſcilicet DCXL.) *Clodovei Regis tertio Paſchæ die Aprilis decimo ſexto celebratum eſt.* Quare valde hallucinati ſunt Viri doctiſſimi qui etiam poſtquam Hadrianus Valeſius certum nos Regis Dagoberti annum emortualem, primumque Clodovei II. ejus filii edocuit, annum ſcilicet Chriſti DCXXXVIII. exiſtimarunt verba laudata Audoeni explicari debere de anno Chriſti DCXLVI. qui fuerit *Clodovei* Regis tertius, unde inferunt, *Dagobertum* ejus patrem anno DC-

eſſe defunctum, Beda teſtatur, reſque Eccleſiaſticas felicioribus progreſſibus auctas tradit his verbis (a): *Anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo quadrageſimo, Eadbaldus Rex Cantuariorum tranſiens ex hac vita, Earconberto filio regni gubernacula reliquit: quæ ille ſuſcepta, vigintiquatuor annis & aliquot menſibus nobiliſſime tenuit. Hic primus Regum Anglorum in toto regno ſuo idola relinqui ac deſtrui, ſimul & jejunium quadraginta dierum obſervari, principali auctoritate præcepit: quæ ne facile a quopiam poſſet contemni, in tranſgreſſores dignas & competentes punitiones propoſuit. Cujus filia Eartongatha, ut condigna parenti ſoboles, magnarum fuit virgo virtutum, indeſinenter ſemper ſerviens Deo in monaſterio, quod in regione Francorum conſtructum eſt ab Abbatiſſa nobiliſſima, vocabulo Fara, in loco qui dicitur Brige. Nam eo tempore necdum multis in regione Anglorum monaſteriis conſtructis multi de Britannia, monaſticæ converſationis gratia, Francorum vel Galliarum monaſteria adire ſolebant, & filius*

(a) *Bed. l. 3. c. 8.* Eccleſia Anglicana propagatur.

PAGIUS

DCXLIV. vivere ac regnare deſiiſſe. Eligii enim; inquiunt, & Audoeni ordinatio contigit anno *Clodovei* Regis tertio, quo littera Dominicalis erat A. Paſcha die nono Aprilis, Aſcenſio octavo decimo Maii, Dominica ante Litanias ſeu Rogationes dies Maii decima quarta. Quæ omnia ſimul, inquiunt, convenire non poſſunt, niſi anno Chriſti DCXLVI. Verum evaneſcit illud argumentum, ſi textum Audoeni præcitatum, ut fieri debet, in duas partes diſtinguas, & inficieris diem XIV. Maii cum die Dominico ante Litanias illo anno, quo *Audoenus* & *Eligius* conſecrati ſunt, coincidiſſe.

XIV. *Ea ordinatio die XXI. Maii certo peracta.*

Mabillonius Tom. 3. Vet. Analect. in Diſſert. *de Anno mortis Dagoberti primi, & Clodovei Junioris*, num. 19. & 20. ait, hanc ſolutionem prima fronte ſibi arriſiſſe. Sed cum in Noviomenſis Eccleſiæ Kalendario, quod libro Pſalmorum veterrimo præmiſſum eſt, ordinatio B. Eligii *pridie Idus Maii*, ideſt, XIV. die adſcripta ſit; itidemque Sancti *Audoeni* ordinatio eadem die celebretur in Eccleſia Rotomagenſi, ſe ſe tantiſper ab aſſenſu Cointianæ expoſitionis demotum eſſe. Verum libratis aliunde invictiſſimis pro ſententia, quæ Dagoberum Regem anno DCXXXVIII. demortuum ſtatuit argumentis, ad hanc explicationem interim recurrendum eſſe duxiſſe, hac perſuaſum ratione, quod etſi Sancti Eligii depoſitio haud longe poſt ipſius obitum celebrata ſit; non tamen ſtatim ejus ordinatio (quod etiam de Beato Audoeno dicendum) Faſtis Sacris adſcriptam, & peculiari cultu honoratam eſſe, ſed poſt annos forſan centum quinquaginta, aut etiam ducentos. Eos vero, qui eam primi Kalendariis inſcripſerunt, ex loco Audoeni male intellecto eam repoſuiſſe quarta decima die Maii, quæ die vigeſima prima reponenda erat. Concludit his verbis Mabillonius: *Si hæc ſolutio nonnullis non placet, non repugno, modo afferant meliorem; aut ſuperiora ſolvant argumenta quibus Dagoberti & Clodovei annos mortis certiſſime defixos exiſtimo; illius quidem anno DCXXVIII. hujus vero anno* DCLVI. Ita Vir doctiſſimus, & quidem ſolide, cui ſi in mentem veniſſet Regula a nobis poſita, totieſque inculcata id omni aſſeveratione affirmaſſet. Depoſitiones enim Sanctorum, eorum Reliquiarum Tranſlationes, & ſanctorum Epiſcoporum Ordinationes aliis diebus, quam quibus contigerint, Martyrologiis ſæpe inſcriptas eſſe, tot exemplis in hoc Opere demonſtro, ut illud impoſterum tanquam principium Chronologiæ haberi debeat. De *Audoeno* & Eligio illuſtribus hujus ſæculi Præſulibus ſæpius infra ſermo recurret.

XV. Sigebertus in Chronico Sancti *Arnulphi*, qui Metenſium Epiſcopus fuerat, hoc anno mortem conſignat: in Manuſcripto vero Metenſium Epiſcoporum Chronico, quod a Dubouchetto in Genealogia Regum Francorum in Probat. ad part. 1. cap. 6. laudatur, Arnulphi Metenſis quondam Antiſtitis obitus ponitur *ſub Conſtantino filio Heraclii, XVII. Kal. Decemb.* ubi Librarius voluit ſcribere *Septemb.* loco *Decemb.* qui eo die Sanctus Arnulphus mortuus eſt, ut mox oſtendo, ideoque non anno ſequenti, quo Conſtantinus Heraclii filius eidem ſucceſſit, quia, ut ibi videbimus, *Conſtantinus* die XXV. menſis Maii extinctus eſt. Non itaque recedendum a Sigeberto, donec major lux affulgeat. Obiit Arnulphus in eremo, in qua per multos annos vixit: *Praſto illi fuit vir religioſiſſimus Romaricus cum cæteris Monachis*, ut legitur in Vita Sancti Arnulphi Auctore Anonymo coævo ſcripta apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino, *qui allatum ſanctiſſimum corpus illius cum dignitate & honore, quo valuit, in Caſtello Habendo ſepulturæ tradidit*: in eo enim Caſtro Sanctum Romaricum Monaſterium Habendenſe condidiſſe, alibi diximus. *Poſt obitum Arnulph anni fere jam acto tempore Vir electiſſimus ſucceſſor ejus Goericus Epiſcopus conſilio inito, coacervata Clericorum ſeu etiam populorum caterva ingenti, adſcitis quoque duobus Epiſcopis ſanctum una pergunt ad eremum*, inquit idem Anonymus, qui addit ſacrum corpus Mettas tranſlatum eſſe.

*Moritur S. Arnulphus Epiſc. Metenſis.*

XVI. *Die XVI. menſis Auguſti.*

Dies duo memoriæ Sancti Arnulphi conſecratis ſcilicet XV. Kalend. Auguſti, ſeu dies XVIII. menſis Julii, & XVII. Kalend. Septemb. ſeu dies XVI. menſis Auguſti, ut videre eſt in Martyrologiis. Baronius, qui ad diem Julii XVIII. in Martyrologio Bedæ legerat: *Natale S. Arnulphi Confeſſoris*, illum diem ejus obitui attribuit. Ex verbis deſumtis ex Actis S. Arnulphi Sueſſionenſis Antiſtitis anno milleſimo octogeſimo ſeptimo, dieque decimo ſexto menſis Auguſti demortui, quæ ipſe in Notis ad Martyrologium Romanum citat, coniicere licet, Bedam non de obitu Sancti Arnulphi, ſed de ejus Tranſlatione intelligendum eſſe. In illis enim Actis hæc leguntur: *Quo die ſancti Arnulphi Metenſis Epiſcopi feria celebrantur, eodem hujus ſancti viri Arnulphi Sueſſionenſis in Eccleſia Beati Petri Apoſtoli corpus conditum eſt.* Quare cum Arnulphus Sueſſionenſis die XVI. menſis Auguſti humatum fuerit, eodem die Arnulphus Metenſis ad Deum tranſivit. Præterea Martyrologium Habendenſe ſeu Sancti Montis, in cujus Eccleſia primo ſepultus fuerat Arnulphus Metenſis Epiſcopus, habetur: *XV. Kal. Auguſti. Tranſlatio S. Arnulphi Metenſis Epiſcopi, qui ſanctitate vitæ & miraculorum gloria illuſtris eremiticam vitam diligens, beato fine quievit*, ideoque dies XV. Kal. Auguſti Sancti Arnulphi Tranſlationi & dies XVII. Kal. Septemb. ejus obitui dicatus fuit, quamvis eum eo die mortuum certum non ſit.

*Chin-*



*filias ſuas eiſdem erudiendas, ac ſponſo cæleſti copulandas mittebant, &c.* Pergit enim recenſere ſacras virgines egregia ſanctitate præclaras, quas brevitatis cauſa prætermittimus, ſicut & alias plures æque ſanctitate inſignes, quas Jonas Abbas enumerat, earumque admiranda acta retexit in rebus geſtis ſanctiſſimæ ipſarum omnium matris Burgundoforæ, quam haud inconſulte aliqui (ut ſuperius diximus) eamdem eſſe putaverunt cum Fara, cujus meminit Beda. Cum ergo docuerimus certos quos conſulas auctores, nihil eſt quod queraris ſpiritualibus hiſce deliciis te eſſe privatum, ſi brevitatis cauſa earum res geſtas omiſerimus recenſere, cum ſatis eſſe putaverimus, indicaſſe cellas penarias, ubi mella iſta conduntur.



PAGIUS

XVII. *Moritur Chintila Rex Hiſp.*

*Chinthila* Hiſpaniarum Rex hoc anno vitam cum morte commutavit. *Tulga* enim ejus filius die ſecunda menſis Januarii hujus anni Regnum iniit, ut ex infra dicendis conſtabit. Quare in Chronico Fredegarii cap. 82. *anno Clodovei Regis II.* legitur *Tulgam* patri defuncto ſucceſſiſſe; initio autem Januarii hujus Chriſti anni ſecundus Clodovei Neuſtriæ & Burgundiæ Regis adhuc in curſu erat. Vulſa in Chronico *Chintilæ* attribuit annos tres, menſes VIII. dies IX.

XVIII. *S. Maximus Computum Eccleſiaſticum componit.*

Hoc anno Sanctus *Maximus* Monachus compoſuit *Computum Eccleſiaſticum*, ſeu Brevem enarrationem Chriſtiani Paſchatis, quæ extat in Uranologio Petavii. Loquitur enim in eo libello de hujus anni Paſchate, aitque ſe illum ſcribere, *Indictione XIV. & anno Heraclii Auguſti XXXI.* Inde intelligimus, controverſiam aliquam de Paſchate, *Heraclio* regnante, in Oriente exortam eſſe eo magis quo Auctor Chronici Alexandrini anno XX. Heraclii Auguſti deſinentis, occaſione etiam alicujus Paſchalis controverſiæ Opus ſuum ediderit. Hinc in Diſſert. de Periodo Græco-Romana innui, Eram Mundanam Conſtantinopolitanorum Heraclio imperante, Auctore incerto, inſtitutam fuiſſe ſimilis controverſiæ occaſione. Porro Sanctus *Maximus* adhuc anno ſequenti in Africa verſabatur. Nicephorus enim in Hiſtoria pag. 21. narrat, *Pyrrhum* poſt abdicationem Epiſcopatus Conſtantinop. Chalcedonem navigaſſe, tuncque *Maximum* in Africa verſatum eſſe.

I. Heraclii obitus.

ANnus Redemptoris ſexcenteſimus quadrageſimusprimus ſequitur ordine temporis, Indictione decimaquarta: quo, menſe Majo (neſcitur dies) Heraclius, ubi imperaſſet annos triginta & unum, infelici exitu vitam clauſit confectus ærumnis animi, corporiſque moleſtiis, ea paſſus quæ pudet referre, ſed & præter alias corporis ægritudines magnopere hydropiſi laboravit. Cæterum reliquit de ſe quaſi in tabula egregie effigiatum exemplar, quantum Deo inhærentes Principes poſſint, quantumve ab eo recedentes ſint invalidi, ac Reipublicæ & Eccleſiæ noxii: æquiparandus plane & fortaſſe præferendus fortiſſimis Imperatoribus, niſi offenſo numine, & religione vera deſpecta, ejus extrema fuiſſent ex ipſius impietate eventis infeliciſſimis infamata, propagata eadem ad poſteros ſuos infelicitate. Etenim qui cum ipſo regnarat & ipſi ſucceſſit Conſtantinus

Conſtantinus Imp.

Heracleonas Imp.

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. 679. Anno Hegiræ XXI inchoato die 10. Decemb. fer. 2. A.C. 641.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6134.

☉ 6. G. ☽ 15. P. 8. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 641.

JOANNIS IV. PAPÆ 2.

CONSTANTINI, HERACLEONE, ET CONSTANTIS 1.

I. *Poſtconſulatus.*

IS annus hac formula notatus ante mortem Heraclii: *XXXI. poſt Conſulatum Heraclii Aug. XXX.* & a die XXII. Januarii, *anno Imperii Heraclii Jun. Conſtantini XXIX.*

II. *Obitus Heraclii Aug.*

Ad num. I. Heraclius Aug. hoc anno vita functus eſt, ut inter omnes convenit, ſed menſis ac dies hactenus obſcuri fuere. Theophanes eum menſe Martio, Cedrenus vero die XXI. Martii, Baronius denique menſe Maio mortuum ſcribunt. Verum eum die undecima menſis Februarii e vivis exceſſiſſe, ex Nicephoro in Hiſtoria pag. 18. collato cum Chronico Orientali pag. 60. eruo: *Teſtamentum edidit*, inquit Nicephorus, *quo Conſtantinum & Heraclium filios ſuos æquo jure hæredes Imperii conſtituit: adeo ut uterque Martinam conjugem ſuam tanquam matrem & Imperatricem coleret. Quibus ordinatis poſtremo tandem moritur, ætatis anno exacto ſexageſimo ſexto Imperii triceſimo, quartoque inſuper menſe, & die ſexto.* Inauguratus eſt Heraclius die quinto menſis Octobris anni DCX. Quare cum annos XXX. menſes IV. & dies VI. Imperium tenuerit, ejus obitus contigit die undecima menſis Februarii hujus anni, in quam Dominica incidebat, eamque excludit Nicephorus. Hinc in Chronico Orientali de Heraclio dicitur: *Defunctus eſt die Dominica nona Februarii, quæ reſpondet decimæ quintæ Amſciri*, licet Auctor Anonymus illius Chronici ſcribere debuerit defunctum eſſe die XI. Februarii, quæ reſpondet XVII. Amſciri. Legerat is in probo aliquo Auctore mortuum eſſe Heraclium menſe Februario die Dominica, ſed eam cum die IX. Februarii imperite alligavit.

III. *Joannes IV. PP. ad Conſtantinum Imp. adverſus Monothelitas ſcribit.*

Ubi Joannes IV. Papa accepit *Conſtantinum* patre defuncto, cum fratre Heraclio ſeu Heracleona Imperii habenas moderari ad illum ſcripſit Apologiam pro Honorio Papa, recitatam in Collectaneis Anaſtaſii, in qua ait: *Quantum ex diverſis ſuggeſtionibus, quæ ad nos catervatim venerunt, quin immo & ex ipſo quoque auditu didicimus omnes Occidentales partes ſcandalizatæ turbantur fratre noſtro Pyrrho Patriarcha per literas ſuas huc atque illuc tranſmiſſas, nova quædam & præter regulam fidei prædicante, & ad proprium ſenſum quaſi ſanctæ memoriæ Honorium Papam Deceſſorem noſtrum attrahere feſtinante, quod a mente Catholici Patris erat penitus alienum.* Et poſtquam Honorii Doctrinam Orthodoxam fuiſſe oſtendit, ſubdit: *Comperimus autem quod Charta quædam mandata ſit, in qua Sacerdotes ſubſcribere coacti ſunt contra Tomum B. memoriæ Papæ Leonis & Chalcedonenſem Synodum, in qua Charta quædam ſint per novitatem compoſita, quæ Dogma Eccleſiaſticum refutare omnino dinoſcitur. Inſpiret ergo Divina Clementia Chriſtianiſſimæ Pietati Veſtræ, & cum ſitis cuſtodes immaculatæ fidei noſtræ Vos ad compunctionem incitet, quo eos, qui novis ſunt adinventionibus corrumpendi, Imperatoriis Sanctionibus arceatis, & prædictam Chartam, quæ in ſcandalum properat fidei, & locis publicis eſt ſuſpenſa, præcipiatis depoſitam ſcindi. Omnes enim, qui in Occidentalibus partibus hoc audierunt, ſed & populi qui ſunt Regiæ Veſtræ Urbis cognita prædicta Charta concinnatione corde perculſi ſunt, &c. Propter quod Chriſtianiſſimi & Chriſti fidei cuſtodes, donate hoc munus in primordiis veſtris Eccleſiæ matri veſtræ, cujus eſtis poſt Deum opitulatores, ut fidem Sponſi ejus ſerpentina calliditas non audeat violare.* Fuit Conſtantinus Princeps Catholicus; de eo enim Zonaras ſcribit: *De religione recte ſenſit, paterni Imperii duntaxat, non item perverſæ opinionis hæres. Qua de cauſa Pyrrhus etiam Patriarchæ conſcius fuiſſe inſidiarum putatur*, de quibus inſidiis ſtatim agetur.

IV. *Mortuo Conſtantino Conſtans reſpondet ad Epiſtolam Joan. PP.*

Quid reſponſum fuerit huic Epiſtolæ, & quid de prædicta Ecthesi ſeu Charta Conſtantinopoli factitatum fuerit, nos edocent Annales Eutychii Patriarchæ Alexandrini Oxoniæ ab aliquot annis publicati, ubi refert Eutychius Tom. 2. pag. 335. integram Conſtantis Imperatoris, Conſtantino patre ejus jam mortuo, Epiſtolam ad Joannem vel ſaltem ſummam Epiſtolæ, cujus initium eſt: *Accepimus Sancte, excellens mandatum tuum*, &c. Quod voluerat Joannes IV. deturbari e valvis Ecthesim & dilacerari, mandatum executioni ſcribit Conſtans: *Atque illud quod de Charta comburenda, in qua calumniæ eſſent in Leonem Patriarcham Romanum Sanctum, & in Concilium Chalcedonenſe, ratum habuimus, ipſamque igni tradidimus.* Ad eam Conſtantis Imp. Epiſtolam reſpicit Theodorus Papa Joannis ſucceſſor, dum in Synodica ad Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum recitata in Collectaneis Anaſtaſii pag. 50. ait: *Cum ea, quæ a Pyrrho adverſus Apoſtolicam fidem noſtram ad ſubverſionem Synodalium Decretorum prolata ſunt, tam per Dogma Sedis Apoſtolicæ, quod expoſitum eſt*





nus, jugi morbo detentus, vix quatuor in Imperio (ut tradidit Theophanes) menſes abſolvit, coronatus eadem quam ſecum ad ſepulcrum pater coronam geſtavit, perſoluto pretio templo ſeptuaginta librarum. Creditum vero fuit, veneno a Martina Auguſta noverca propinato, ipſum e vita ſubtractum; cujus opera filius ejus Heracleonas, adjuvante Pyrrho Conſtantinopolitano Epiſcopo, Imperii habenas regendas ſuſcepit, quod dumtaxat tenuit menſes ſex: ſed rebellante Senatu, ipſe ab Imperio depoſitus, mutilationeque naſi mulctatus, atque ejus ma-

Conſtans Imperat.

PAGIUS

*eſt a prædeceſſore noſtro quam per juſſionem filii noſtri manſuetiſſimi Principis deſtructæ ſint: quamobrem fraternitas tua a publicis locis Chartam, quæ ſuſpenſa pridemque caſſata fuerat, non abſtulit?* Verum quidem eſt, Eutychium Epiſtolam ad Joannem ſcriptam, non Conſtanti, ſed Conſtantino Pogonato ejus filio attribuere; ſed ut mox dixi, futiles ac imperiti Scriptores, quales fuere Eutychius, & qui ſcripſit libellum de Imperatoribus Romanis in Chronico Orientali recitatum, quem ab optimis Auctoribus deſumſere, ad ſenſum illorum plerumque non accommodant.

V. *Heracleonas poſt Conſtantinum Imp.*

Theophanes poſtquam Heraclii mortem narravit, de Conſtantino ait: *Martinæ novercæ, Pyrrhique Patriarchæ opera veneno propinato interiit: & Heracleonas Martinæ filius cum matre poteſtatem obtinet.* Idem habet Cedrenus. Nicephorus vero in Hiſtoria ait, eum diuturno morbo conflictatum fuiſſe, additque: *Igitur Conſtantinus cum octo & viginti annos cum patre imperaſſet, & centum ac tribus diebus ſupervixiſſet, moritur.* Quare cum Heraclius die XI. Februarii e vivis exceſſerit, Conſtantini mors contigit die viceſima quinta menſis Maii.

VI. *Conſtans de Heracleonis conſenſu fit Imp.*

Nicephorus, relata morte Conſtantini Imp. inquit: *Poſt quem Imperator Heraclius* (dictus etiam Heracleonas) *appellatur, quo cum communiter Martina Imperium adminiſtrabat*, &c. *Tum Cyrum Alexandriæ Patriarcham in Sedem reſtituit. Philagrium vero detonſum in Septæ Caſtellum relegavit, cæteros quamplurimos, quos amicos ejus atque ad miniſtros reperit, verberibus atque aliis ſuppliciis affecit. Hæc ubi Valentinus Philagrii armiger ac cepit, militares copias contra Martinam, & ejus filios commovet.* Fuerat Philagrius rerum privatarum Comes, dum Conſtantinus imperavit, qui Imperium hujus filio Conſtanti, quem Nicephorus *Heraclium* vocat, aſſerere volebat, ut ait ibidem Nicephorus, qui ſubdit: *Poſt hæc per vindemiæ tempora, cum Cives animadvertiſſent, vites ſuas a Valentini exercitu vaſtari, neque ſibi in ulteriora tranſitum permitti, adverſus Pyrrhum coitione facta, Heraclium Conſtantini filium coronare jubent. Pyrrhus vero populari illo tumultu ac ſeditione illa perſpecta, contra jactabat, non idcirco rebellaſſe illos, ſed ut Valentino Imperium aſſererent. Inſtante nihilominus plebe rem ad Imperatorem defert: qui Heraclium patruelem ſuum ſtatim ad templum adduxit, ibique cum Pyrrho ambone conſcenſo, Heraclium, ut coronaret hortatus eſt. Tum populus urgere Imperatorem, ut id omni ratione perficeretur. Quod demum Heraclii patris corona e templo detracta præſtitit. Statim itaque mutato nomine eum, qui coronatus erat, Conſtantinum appellant. Sed quidquid erat plebis viliſſimum & abjectiſſimum, manibus contra Pyrrhum armatis in templum ingreditur, & cum Judæorum, aliorumque Infidelium turba in Sacrarium irrumpit, ac cum mappam altaris conſcidiſſet, & religioſiſſimum locum turpiter contaminaſſet, arreptis templi clavibus, atque e conto ſublatis ſine mora tota Urbe pervagatur.*

VII. *Heracleonas de Imperio deiicitur.*

*Hæc ubi Pyrrhus comperit, ſequenti nocte in templum ingreditur. Ibi Sacris omnibus ſalutatis, ac detracto Humerali, & in Sacra menſa depoſito, non Sacerdotio inquit, me abdico, ſed contumaci populo cedo. Inde furtim egreſſus, apud religioſiſſimam quamdam feminam delituit: & opportunitatem nactus Chalcedonem navigavit*, &c. *Interim dum Valentiniani Chalcedone morantur, Heraclius & Martina, ne amplius ſuburbana popularentur, pacem cum eo facere ac jurejurando firmare coguntur. Adiecta eidem & Comitis Excubitorum, ut Romani vocant, dignitas: cum ea præſertim conditione, ut de his pecuniis, quas a Conſtantino acceperat, a nemine appellaretur, utque qui cum eo erant, milites præmiis afficerentur, ſed & David Cæſar crearetur ac Tiberius vocaretur. His ita confectis, Paulus Majoris Eccleſiæ Oeconomus Patriarcha Conſtantinopolitanus eligitur, Octobri menſe Indictionis decimæ quintæ.* Ita Nicephorus juxta Petavii verſionem, quæ in duobus corrigenda. Primo hæc verba, ἐπεὶ ὃν τῆς περὶ Οὐαλεντίνε ἡ χαλκηδὼν εἶχεν ſic vertenda: *Dum ii, qui Valentino adhærebant, Chalcedone morantur*, &c. *pacem cum eo facere ac jurejurando firmare coguntur*, cum Valentino nempe. Secundo iſta, ϛεφθῆναι δὲ καὶ Δαβίδ ſic interpretanda: *Sed & David Cæſar coronaretur.* Præterquam enim quod Heraclius Senior ante mortem ſuam *Davidem* filium Cæſarem renunciarat, ut jam prodiderat Nicephorus pag. 18. is jam numero ſuperiori dixerat, βοῶντες ϛέφειν Ἡράκλειον τὸν Κωνϛαντίνε ὑιόν: & ipſe Petavius hæc verba ſic recte Latine reddiderat: *Cives Heraclium filium Conſtantini coronare jubent.* [1] Nulli

NOTÆ

[1] N*Ulli itaque Cæſares hoc anno creati &c.* Id utique verum cenſeo de David, de quo hic Pagius. Sed forte negandum erit de Valentino, qui licet Comes Excubitorum primo quidem ab Imperatore creatus fuit, ut Nicephorus apud Pagium hic aſſerit; dein vero, Heracleona vel ipſo forte Conſtante aſſentiente ſeu potius tolerante purpuram ſumſit. Id manifeſte aſſerit Martinus Papa, qui pro tribunali interrogatus, cur non reſtiterit Olympio conjurationem in Imperatorem molienti, accuſationem illam in ipſos regerens Judices, reſpondit: *Sub Valentino, cum præcepto Imperatoris indutus eſt purpura, & conſedit ei, quo jeratis vos; cur non prohibuiſtis eum dicentes: Non attingas res non opportunas tibi &c.?* Leguntur hæc in Narratione eorum quæ in S. Martinum acta fuerunt in Collectan. Anaſtaſii a Sirmondo vulgatis. Ex his autem plane conſtat, Valentinum non quidem Imperialem (neque enim coronatus fuiſſe Imperator ullibi legitur) ſed Cæſaream ſaltem dignitatem, & quidem hoc anno, antequam a Senatu deponeretur, obtinuiſſe. Nihil quidem ea de re Nicephorus & Theophanes, ſed eorum ſilentio prævalet teſtimonium Sancti Martini, qui palam in judicio rem ante viginti circiter annos geſtam, commemorat, nemine redarguente, nec in oppoſitum quidquam reponente. MANSI

mater Martina perfida femina linguæ abſciſſione punita, in perpetuum exilium ſunt ejecti, collato Imperio filio Conſtantini, quem alii Conſtantem, Conſtantium alii, alii nominant Conſtantinum; nos vero ſecuti Theophanem, Conſtantem appellabimus. Quomodo vero in crimen vocatus Pyrrhus Patriarcha de conſpiratione habita cum Martina, ſolum verterit, dicemus anno ſequenti.

Hoc eodem anno Joannes Papa, ubi ſediſſet annum unum menſes novem, & dies II.

PAGIUS Nulli itaque Cæſares hoc anno creati. Plura non habet Nicephorus de Martina, Heracleona, & Conſtante, quem *Conſtantinum* appellat. Theophanes vero hæc tradit: *Heracleonam, matrem ejus Martinam & Valentinum ab adminiſtrando Imperio Senatus repulit. Lingua vero Martinæ abſciſſa, amputatiſque Heracleonæ naribus, iiſdemque in exilium actis, Conſtantem Conſtantini filium, & Heraclii nepotem ad Imperii thronum ſubvehit. Pyrrho vero Epiſcopi dignitate abdicato Paulus Presbyter & Oeconomus ordinatus eſt menſe Octobri, Indictione decima quinta.* Idem habent Zonaras & Cedrenus. Ex quibus liquet, Conſtantem per aliquot dies cum Heracleona corregnaſſe, & pacem inter Heracleonam & Valentinum ſancitam, Senatum non ſolum reſpuiſſe; ſed eos ab adminiſtrando Imperio repuliſſe, ac deinde *Conſtantem* in Regnum & *Paulum* in Pontificium Solium collocatos eſſe.

VIII. *Unde deſumatur initium Regni Heracleonis.*

*Imperium Heracleonas cum matre Martina tenuit menſes ſex*, inquit Cedrenus. Totidem menſes Heracleonæ in Chronico Nicephori, & in Tabulis Theophanis attribuuntur. Difficultas eſt, an ſex illi menſes deducendi ſint a morte Heraclii Senioris vel Conſtantini ejus filii. A morte tamen Heraclii Senioris numerandos non eſſe exiſtimo. Nicephorus enim loco laudato docet, *per vindemiæ tempora* voluiſſe populum, ut Conſtans coronaretur, quod & factum eſt. Quare vindemiæ tempore Heracleonas adhuc imperabat, & non multo poſt in ordinem redactus eſt. Porro Gregorius cognomento Figulus Tauromitanus in Sicilia Archiepiſcopus in Homilia *de Indictione ſive anni principio*, quam Petavius publicavit in prima editione Hiſtoriæ Nicephori, ait: *Jam quemadmodum ille menſis apud nos primus eſt, qui apud Hebræos ſeptimus amboque in eumdem iſta conveniunt: ita etiam corruptionem idem frugibus affert, & vindemiam auſpicatur.* Quod ſi ſex illi menſes a morte Heraclii Senioris proficiſcerentur, ante menſem Septembrem, & ante vindemiam abſoluti fuiſſent; & tamen Nicephorus innuit, vindemiæ tempore *Conſtantem* Imperatorem nuncupatum, utrumque uno eodemque tempore in Imperio fuiſſe; & poſtquam Heracleonas in exilium pulſus, *Paulum* in locum Pyrrhi Epiſcopum Conſtantinopolitanum dictum eſſe, idque menſe Octobri, ut Theophanes docet, quo ideo menſe, qui incompletus numeratus ſextus eſt a morte Conſtantini, Heracleonas Imperio exturbatus eſt. Veroſimile tamen, annos *Conſtantis* deductos fuiſſe a tempore, quo primum coronatus eſt, ipſo Heracleona aſſentiente; id enim oſtendunt verba quæ in primo Secretario Concilii Lateranenſis anno DCXLIX. menſe Octobri celebrati leguntur: *In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Imperii Domini Conſtantini piiſſimi Aug. anno nono, ſub die tertio Nonas Octobris, Indictione octava*, argumento manifeſto Conſtantinum ſeu Conſtantem, alterutro enim nomine appellatus fuit, currenti anno ante diem quintum menſis Octobris Imperatorem nuncupatum fuiſſe. Quod cum ex hac Concilii Lateranenſis inſcriptione conſtet, parum refert ſcire an die quinta Octobris hujus anni Heracleonas jam Imperio dejectus eſſet, vel calamitas ejus eodem poſtea menſe vel inſequenti contigerit.

IX. *Heracleonas natus erat annos XVI.*

Petavius in Notis ad Nicephorum pag. 74. dubitat, an *Heracleonas* ſit ille Heraclius, quem Nicephorus in Lazica natum refert, an vero *Conſtantinus* alter, Heraclii ex Martina filius, quem anno V. ejuſdem Heraclii natum eſſe Cedrenus ac Theophanes tradunt; & hoc ultimum verius putat, ideoque Heracleonam imperare cœpiſſe anno ætatis XXVI. non vero decennem, ut habet Zonaras. Verum Heracleonas alius non eſt, quam Heraclius ille, quem Heraclius Senior ex Martina ſuſcepit, cum *Euxino mari navigans, per Lazorum Provinciam in Perſidem irrumpere conatus eſt.* Quæ expeditio facta anno DCXXVI. ut ſuo loco demonſtravi, non vero anno DCXXII. ut anno perperam Petavius exiſtimavit. Verum quidem eſt, Conſtantinum filium Heraclii & Martinæ nuncupatum fuiſſe Cæſarem anno DCXXVII. ſed cum poſtea nulla ejus in Hiſtoricis Byzantinis mentio occurrat, eum ante patrem defunctum oportet; cum contra *Heraclius* in Lazica natus non tantum Cæſar anno DCXXXI. ſed etiam Auguſtus uno vel altero ante patris mortem anno nuncupatus fuerit. Errarunt itaque tam Zonaras, quam Petavius in Heracleonæ ætate computanda, & *Heracleonas* quando ad Imperium pervenit mortuo patre, natus erat annos XVI. Quot annos *Pyrrhus* Eccleſiam Conſtantinopolitanam rexerit, anno ſequenti, quo de ejus abdicatione loquitur Baronius, examinabimus.

X. *Chronologia Theophanis in rectum flectitur.*

Interim juvabit hic obſervare Theophanem adhuc annum unum minus numerare, quod Indictio XV. cum menſe Octobri conjuncta, quando de Pyrrhi abdicatione loquitur, manifeſtum facit. Ea enim Indictio cœpta menſe Septembri præſentis Chriſti anni quo & annus Eræ Alexandrinæ DCXXXIV. initium habuit: & tamen Theophanes eam abdicationem recitat anno Eræ Alexandrinæ DCXXXIII. Quare ad annos a Theophane uſurpatos accurate ſupputandos, non reſpiciendum ad annos Imperatorum, ſed ad annos Eræ Alexandrinæ, & a morte Phocæ uſque ad annum Chriſti DCXCIV Eræ Alexandrinæ ab eo adhibitæ, non anni VII. ſed anni octo addendi, ut Era Alexandrina cum Dionyſiana in minori numero conveniat. Quando tamen tempus ſubtiliter non inquiritur, nullum inconveniens eſt, ſi dicamus rem aliquam contigiſſe anno X. verbi gratia Heraclii, aut alicujus alterius Imperatoris; præſertim cum annus Imperii ſæpe concurrat cum anno Eræ Alexandrinæ, quod obiter dictum ſit.

XI. *Obitus Joannis IV. PP.*

Ad num. II. & ſeqq. Joannes IV. *Sedit annum unum, menſes novem, dies XVIII.* &c. *Qui etiam ſepultus eſt ad B. Petrum Apoſtolum ſub die IV. Idus Octobris*, inquit Anaſtaſius. Quare cum die viceſima quarta menſis Decembris ſuperioris Chriſti anni Pontifex Romanus ordinatus fuerit, obiit anno ſequenti die undecima menſis Octobris, dieque inſequenti ſepultus, poſtquam ſediſſet annum unum, menſes novem, dies octodecim, die emortuali incluſo. Anaſtaſio conſentiunt duo ejus exemplaria MSS.



*Joannis IV. Papæ obitus.*

dies ſex, ex hac vita migravit duodecima die menſis Octobris. Hæc ex Anaſtaſio, qui & iſta ſubdit. *Hic temporibus ſuis miſit per omnem Dalmatiam ſeu Iſtriam multas pecunias per fideliſſimum & ſanctiſſimum Martinum propter redemptionem captivorum, quos deprædati erant Gentiles.*

*Joannis Pap. effuſa largitas in redimendis captivis.*

Etenim Slavi, ſive Sclavi, in illas regiones graſſantes, magnam multitudinem captivorum adduxerant, quos Joannes Papa redemit: qui eo liberior fuit in erogando Eccleſiæ theſaurum, quod haud pridem viderat eum in damnum Romanæ Eccleſiæ fuiſſe ab Honorio congregatum. Sciebat enim inhiare Imperatores eorumque miniſtros in bona Eccleſiarum, & ſacrilegas invaſiones ob eam cauſam ſæpe feciſſe. Ut igitur malum anteverteret, conſuleretque Romanæ Eccleſiæ indemnitati, illud ſatis utile exiſtimavit eſſe remedium, ſi (ut ſanctus Laurentius fecit) theſaurum Eccleſiæ in pauperes continuo erogaret, nullum tutiorem ſciens eſſe locum ad theſauros recondendos, quam pauperum ſinum.

III. *Tranſlatio ſanctorum martyrum.*

Qui igitur in Dalmatiam pro redimendis captivis miſit, e Dalmatia longe locupletiorem theſaurum eſt conſecutus, nempe corpora ſanctorum martyrum, quæ Romam transferenda curavit. Id vero, non ut ſacris pignoribus ſpoliaret provinciam illam, quam unice diligebat, utpote ſolum patrium (nam Dalmata & ipſe erat) ſed quo venerandis ſanctorum reliquiis bene conſultum eſſet, fecit. Quod enim crebris barbarorum graſſationibus eadem provincia eſſet expoſita, qui nullam rationem haberent ſacrarum ædium, ſpoliantes eas cunctis bonis, & quæ aſportari non poſſent, tradentes incendio: rem Deo gratam, ſanctiſque ipſis jucundam fore exiſtimavit, ſi ipſa ſanctorum corpora inde ſublata, Romam ad Lateranam baſilicam collocanda transferret,

*De oratorio a Joanne conſtructo.*

cum in ipſorum honorem peculiare oratorium conſtruxiſſet juxta baptiſterium Conſtantini, quod hactenus integrum perſeverat. Sed videamus quid de his Anaſtaſius habeat: *Eodem*, inquit, *tempore Joannes Pontifex fecit & Eccleſiam beatis martyribus Venantio, Anaſtaſio, Mauro, & aliis pluribus martyribus, quorum reliquias de Dalmatia & Iſtria adduci præceperat, & recondidit eas in eccleſia ſupraſcripta juxta fontem Lateranenſem, juxta oratorium beati Joannis Evangeliſtæ; quam ornavit, & diverſa obtulit dona.* Hæc ipſe.

Verum inter alia ſacri oratorii ornamenta ex priſtino uſu illud adiecit, ut quorum ſanctorum martyrum corpora tranſtuliſſet, eorumdem & imagines in apſide muſivo opere fieri ſtudio propenſiori curaret; verum inchoatum opus cum ipſe mortis obſtaculo inabſolutum reliquerit, qui in locum ejus ſucceſſit Theodorus abſolvit. Adhuc extant integræ ſacræ imagines Dei genitricis Mariæ & ſanctorum martyrum, quorum illic ſub altari corpora habentur recondita, muſivo opere effigiatæ; atque hi qui ſequuntur verſus eodem opere exarati ibidem in ejuſdem apſidis emicyclo ſcripti leguntur, his verbis: IV.

*Martyribus Chriſti Domini pia vota Joannes*
*Reddidit Antiſtes, ſanctificante Deo.*
*At ſacri fontis ſimili fulgente metallo*
*Providus inſtanter hoc copulavit opus:*
*Quo quiſquis gradiens, & Chriſtum pronus adorans,*
*Effuſaſque preces impetrat ille ſuas.*

Pergit vero Anaſtaſius de eodem Pontifice reliqua ſic dicere:

*Fecit arcus argenteos duos, qui penſant ſinguli libras quindecim. Similiter & alia vaſa argentea multa. Fecit autem ordinationem unam menſe Decembri, creavit presbyteros decem & octo, Epiſcopos per diverſa loca numero decem & octo. Hic dimiſit omni clero rogam integram. Qui etiam ſepultus eſt quarto Idus Octobris ad beatum Petrum Apoſtolum, ſub die quarto Idus Octobris.* V. Et

PAGIUS MSS. quæ extant in Bibliotheca Colbertina, niſi quod in uno loco, *menſes IX.* omiſſione unius numeri habentur *menſes VIII.* Idem ac Anaſtaſius habent Regino, Luitprandus, Ordericus lib. 2. & Catalogus Vaticano-Palatinus. Ideoque textus Codicum impreſſorum Anaſtaſii purus eſt. Baronius dies ab Anaſtaſio memoratos mutilavit, numeratque tantum dies ſex, & quia de Interpontificio quod poſt mortem Honorii Papæ fuit, annum unum & aliquot menſes detraxit, Joannis mortem præſenti anno male conſignat. [1]

XII. *Theodorus fit PP.*

*Ceſſavit Epiſcopatus menſem unum, dies XIII.* inquit Anaſtaſius, & cum eo Ordericus citatus, ideoque *Theodorus* natione Græcus conſecratus eſt die viceſima quarta menſis Novembris anni Chriſti

NOTÆ [1] JOannes IV. obiit ex noſtra ſupputatione, quam in Nota ad A. 649. 2. ſtabilivimus, die XXVII. ſeu XXVIII. Octobris anni 642. quibus ſi addideris menſem unum & dies XIII. interpontificii utroque termino comprehenſo, pertinges ad diem VIII. Decembris quæ tunc incidit in Dominicam, quæque inchoando Theodori Sacerdotio erat auſpicatiſſima.

Ex hac vero anni 642. die XXVIII. Octobris anno uno novem menſibus, quot Joanni aſſignant veteres Anaſtaſii Codices cum probatiſſimo noſtro Lucenſi ſubtractis, ſupereſt annus 641. dies XXVIII. Januarii, dominicalis, quæ Joanni IV. dedit exordium. MANSI

| Christi 641. | Joannis Pap. IV. 2. | Constantinus Imp. |
|---|---|---|

*Et ceſſavit Epiſcopatus ejus menſem unum & dies tredecim.* Hucuſque Anaſtaſius. Sicque ejus aſſertione, eodem anno, die vigeſimaquinta menſis Novembris Theodorus, ex patre Theodoro Epiſcopo, patria Hieroſolymitanus ſubrogatus eſt Pontifex. Theodorus Pap.

Se-

PAGIUS ſti ſequentis, in quam Dominica cadebat. Is porro ab Exarcha Ravennatenſi eo citius confirmatus eſt, quo Græcus natione erat; neque enim intra menſem & dies XIII. quibus Sedes vacavit, Conſtantinopolim de electione facta nuncium mitti potuit, indeque Romam confirmatio.

XIII. Elmacinus prodit, anno XX. Hegiræ captam eſſe *Alexandriam* poſtquam obſeſſa fuerat XIV. menſes, ac periiſſe in obſidione ejus XXIII. Muſlimorum millia. Quare currenti anno Præfecti Auguſtales, quorum tanta fuerat auctoritas, deſiere. *Alexandria a Saracenis capta.*



| Jesu Christi Annus 642. | Theodori Pap. Annus I. | Constantis Imp. Annus I. |
|---|---|---|

I. Pyrrhus extorris factus.

Sequitur annus Redemptoris ſexcenteſimus quadrageſimusſecundus, Indictione decimaquinta: quo Pyrrhus Conſtantinopolitanus Epiſcopus in ſuſpicionem adductus conſpirationis cum Martina Auguſta de propinato veneno Conſtantino Imperatori, ſibi timens, ſponte receſſit, cum ſediſſet (ut ait Nicephorus) annos duos, menſes novem, & dies novem; atque ſic ſpontanee factus extorris, fuga ſuæ ſaluti conſuluit, quam prætulit ſedi. Recedens ergo perrexit in Africam, quam ſciebat ab Imperatore defeciſſe, manſitque ibi annos tres, uſque ad tertiam ſcilicet Indictionem, qua profectus eſt Romam, ut ſuo loco patebit. In cujus locum ab hæretico Imperatore Conſtante ſubrogatus eſt Paulus æque hæreticus Monothelita.

Paulus Patriarcha hæreticus.

II. Plane ſicut Imperii, ita & erroris hæres Conſtans hæreſim, quam ſciebat ab avo Heraclio accepiſſe originem, mirum in modum propagare conatus eſt: etenim ſi quæ vacarent Eccleſiæ, iiſdem præficere curavit Epiſcopos ejuſdem erroris aſſertores; & quos mittebat Præſides in provincias, eoſdem voluit eſſe pariter ipſa hæreſi imbutos. Ita deſtituta Catholicis, proſtrata jacebat Orientalis Eccleſia: etenim jam longe ante, qui iiſdem hæreticis adverſabatur, Sophronius defunctus erat; ac Maximus Abbas Conſtantinopolitanus acerrimus defenſor Catholicæ veritatis, Conſtantinopoli recedens & Romam cogitans, in Africam venerat. Sic igitur nullo obice alicujus ex adverſo latrantis canis, lupi libere ubique graſſantes, univerſum ovile Dominicum invadebant: adeo ut numquam turpior apparuerit facies Orientalis Eccleſiæ, quam his temporibus, jam exiſtentibus omnibus Patriarchis hæreticis, ipſiſque terrarum dominis non hæreticis tantum, ſed propagatoribus impietatis: quibus omnibus malis accedebat ſectæ Mahometanæ invaleſcentis magis ac magis armorum potentia & augmentum in Chriſtianæ religionis opprobrium. Junctæ his erant captivitates fidelium, ſtupra ſacrarum virginum, occiſiones ſacerdotum, everſio eccleſiarum, & alia hujuſmodi fere innumera, quæ ſecum dira bella ferunt, illa potiſſimum quæ a religionis hoſtibus inferuntur: ut numquam tot damna quiſquam enumerare ſufficiat.

Turpis facies Orientalis Eccleſiæ.

III. Quod vero cuncta hæc mala reddebat magis toleratu difficilia, illud erat, quod nulla uſquequaque eſſet conſolatio afflictorum, bonis videlicet longe longius factis extorribus, regnantibuſque ubique cum hæreticis Imperatoribus impiis ſacerdotibus. Adeo erant hæc gravia, adeo luctuoſa, dixerim deſperata penitus & deplorata, ut ſi quis tempora iſta cum præteritis temporibus conferat, quibus ſub aliis hæreticis Imperatoribus gemuit Oriens, longe hæc deteriora fuiſſe conſentiat. Sed tanta hæc pluribus voluminibus proſequenda, eo cecidere funeſtiora, quo ſcriptorum inopia remanſerunt obſcura. Nam aliqua eſt conſolatio afflictorum, cum ex ſuorum cognitione malorum compaſſionem ſibi conciliare putant. Hinc enim ſanctiſſimus Job (a): *Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro ſtylo ferreo & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice?* Hæc vir patientiſſimus, triplicem optans ſuorum malorum memoriam relinqui poſteris, in chartis, plumbo, ac duriſſimo lapide, ut penitus fieret indelebilis. Contra vero dolor magis augetur, cum mala grandia quæ tolerantur, facta cunctis incognita, omnem ſpem amovent compaſſionis: commiſeratio enim haud modicam affert patientibus conſolationem. Sed quomodo mala hæc tanta ſuum alveum elu-

(a) Job. 19.



 vio-

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCLXXX. Anno Hegiræ XXII. inchoato die 30. Novem. fer. 7. A. C. 642.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6135.

☉ 7. F. ☽ 16. P. 24. Mart. Indict. 15.

Jesu Christi 642.

Theodori Papæ 1.

Constantis Imp. 2.

Hic annus iſta formula notatus: Anno primo Conſtantis Auguſti.

I. Ad num. I. Pyrrhus Epiſcopus Conſtantinopolitanus *menſe Octobri, Indictione decima quinta* dignitatem depoſuit, & in ejus locum ſubrogatus eſt Paulus, ideoque anno ſuperiori, non vero currenti, ut ex ibidem num. VII. dictis liquet. Nicephorus in Chronico ſcribit: *Pyrrhus Presbyter ejuſdem Eccleſiæ, Monachus & Monaſteriorum curator, Chryſopoleos Abbas: tumultu in eum concitato, abdicavit ſe dignitate poſt annos II. menſes IX. dies IX.* Sed quia neſcimus quo die menſis Octobris *Pyrrhus* abdicarit, ponamus eum dignitatem depoſuiſſe die ultima menſis Octobris anni ſuperioris, citius eandem non iniit, quam die vigeſima ſecunda menſis Januarii anni ſexcenteſimi triceſimi noni. Quare recte eo anno diximus, *Sergium* ejus deceſſorem vita functum eſſe die nona menſis Decembris anni DCXXXVIII. poſtquam antea eodem anno & Indictione XII. inchoata *Ecthesis* publicata fuiſſet. Longe tamen veroſimilius, *Pyrrhum* paulo poſt inchoatum menſem Octobrem abdicaſſe, ideoque circa initium Januarii anni

*Pyrrhus Epiſcopatum Conſtantinop. abdicat.*

vione quadam excedentia in Occidentalem quoque ſeſe effuderint orbem, ſæpe inferius dicendum erit.

IV. Hoc eodem anno ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo (ut auctor eſt Beda) Rex Chriſtianiſſimus Oſuualdus in prælio occiſus eſt, cujus egregia ſanctitas, ſuccedentibus miraculis multis, teſtificatione divina eſt declarata: de cujus ad Deum tranſitu Beda (a) iſta habet: *Vulgatum eſt autem & in conſuetudinem proverbii verſum, quod etiam inter verba orationis vitam finierit. Namque cum armis & hoſtibus circumſectus, jam jamque videret ſe eſſe perimendum, oravit ad Dominum pro animabus exercitus ſui. Unde dicunt in proverbio: Deus miſerere animabus, dixit Oſuvaldus cadens in terram. Oſſa illius tranſlata & condita ſunt in monaſterio quod diximus. Porro caput, & manus cum brachiis a corpore præciſas, juſſit Rex qui occiderat, in ſtipitibus ſuſpendi. Quo poſt annum deveniens cum exercitu ſucceſſor regni ejus Oſuuinus, abſtulit ea, & caput quidem in cœmeterio Lindisfarnenſis eccleſiæ, in re-*

(a) Bed. l. 3. c. 12. in fin.

Oſuvaldus in prælio occiſus.

PAGIUS anni ſexcenteſimi triceſimi noni ordinatum fuiſſe: & ſive initio, ſive in fine menſis Octobris illa abdicatio contigerit, *Ecthesis* valvis publicis affixa anno DCXXXVIII. in finem vergente. *Paulus*, ſicuti *Pyrrbus*, Monothelita fuit, eamque ſectam *Conſtans* Imperator promovere ſatagebat, ut annis ſequentibus videbimus.

II. Ad num. IV. & ſeq. Beda in Recapitulatione Chronica totius Operis ſcribit: *Anno DCXLII. Oſvvald Rex occiſus eſt*: in Hiſtoria vero lib. 3. cap. 9. ait: *Regnavit Oſvvaldus Rex Chriſtianiſſimus Nordambymbrorum novem annis, adnumerato etiam illo anno, quem & feralis impietas Regis Brittonum, & apoſtaſia demens Regum Anglorum deteſtabilem fecerat*, &c. *quo completo annorum curriculo, occiſus eſt commiſſo gravi prælio ab eadem pagana gente, paganoque Rege Merciorum, a quo & Prædeceſſor ejus Edvvinus peremptus fuerat; die quinto menſis Auguſti*. Quare ille annus, quo duo Reges Anglorum apoſtatæ occiſi, fuit annus Chriſti DCXXXIV. ut ſuo loco dixi, ab eoque anni novem Oſwaldo attributi deducuntur. *Bernicios*, & *Deiros*, non modo in unum populum coegit *Oſvvaldus*: ſed cum antea averſiſſimi eſſent, concordes effecit. Britannos quoque potentius, quam cæteri Regum, aut Sedibus exuit, aut humiles alere ſpiritus docuit: *Denique omnes nationes*, inquit Beda lib. 3. cap. 6. *& Provincias Britanniæ, quæ in quatuor linguas, ideſt, Britonum, Pictorum, Scotorum, Anglorum diviſæ ſunt, in Ditione accepit*.

S. Oſvvaldus Northumbriæ Rex occiditur.

III. *Oſvvaldum* & ſancte vixiſſe, & ſancte mortuum, & a morte inter Sanctos habitum, Antiqui & Recentiores, Orthodoxi & Hæterodoxi fatentur. De ejus Virtutibus, & Miraculis plura habet Alfordus hoc anno in Annalibus Eccleſ. Anglo-Sax. Ei ſucceſſit in Northumbriæ Regnum ejus naturalis frater, quem Beda nunc *Oſvvinum*, nunc *Oſvvium*, nunc *Oſinu*, juxta variam exemplarium lectionem vocat; communiter tamen Auctores, ad differentiam illius, qui eodem fere tempore in Deiris regnavit, hunc *Oſvvium*, illum Deirorum Regem *Oſvvinum* appellant. *Oſvvium* poſt diem decimum menſis Octobris Regnum iniiſſe, liquet ex Beda lib. 3. cap. 14. ubi ait, *Paulinum* Epiſcopum Eboracenſem eo die anno ſecundo Oſwii ac Chriſti anno DCXLIV. demortuum eſſe; qui tamen tertius eſſet Oſwii, ſi hoc anno ante diem X. Octobris regnare cœpiſſet.

Northumbriæ Regnum in duo diviſum.

IV. *Tulga* Hiſpaniarum Rex hoc anno vel moritur, vel deponitur, poſtquam regnaſſet annos duos, menſes quatuor, ut habet Vulſa in Chronico. Vaſæus in ſuo Chronico hoc anno ſcribit: *Sigebertus Abbas ait, propter pueritiæ levitatem Regno privatum, atque ad Eccleſiaſticos ordines relegatum. Cæterum niſi Sigebertus fidelior eſt in Hiſtoria, quam ſupputatione temporum, de iis loquor, quæ ad Reges Gothorum pertinent, non magnam illi fidem habeo*. Idem habet Mariana lib. 6. cap. 8. qui addit potiorem ſibi eſſe Ildefonſi Præſulis, *qui viſa retulit* auctoritatem, quam externi hominis commentum ex nationis odio, aut ob regionis longinquitatem fama vitiata natum. Verum, nec Vaſæus, nec Mariana viderant Chronicon Fredegarii, qui hoc tempore in Burgundia vivebat, ex quo quæ Sigebertus de *Tulga* ſcripſit, mutuatus eſt, ex capite ſc. 82. ejus Chronici, ubi ſubiungit, *Chindaſuintum* collectis plurimis Senatoribus, cæteroque populo in Regnum ſublimatum eſſe, qui cognito morbo Gothorum in expellendis Regibus, quoſcumque cognovit eſſe noxios, juſſit interfici, alios exilio condemnavit, eorumque uxores & filias, ſibi fidelibus cum facultatibus tradidit. Hujus rei, nec Vaſæus, nec Mariana meminere, qui tamen ſcribunt, *Chintaſuinthum* vacuam Gothorum Regiam occupaſſe, vi atque armis argumento ni fallor Fredegarium hac in re quoad Tulgæ depoſitionem vera narraſſe: ſed quoad ejus mores, quos Sanctus *Ildefonſus* laudabiles fuiſſe aſſerit, vulgati de illis rumores Fredegarium decipere potuere. *Chintaſuinthus* die ſecunda menſis Maii regnare cœpit, ut ex dicendis liquebit.

Chintaſuinthus fit Rex Hiſpaniarum.

V. Hoc circiter anno mortuus eſt *Sanctus Sulpitius* cognomento *Pius*, Epiſcopus Bituricenſis, cujus Vitam ſcripſere duo Auctores coætanei Anonymi, utramque a Bollando ad diem XVII. menſis Januarii, quo Sanctus Sulpitius colitur, recitatam. Succeſſerat Sancto *Auſtregiſilo*. In Epiſcopatu ſanctiſſime vixit, prædicationi ſedulo inſtitit, multos Judæos ad fidem convertit, multiſque miraculis inclaruit; & ante Epiſcopatum in *Clotarii* Regis caſtris Abbatis officio potitus eſt. Suadente Regina, cujus maritum Clotarium II. morti proximum oratione ſua nuperrime ſanaverat, renunciatus eſt Epiſcopus, ut etiam Aimoinus lib. 4. cap. 16. teſtatur: *Clotarium Beatus Sulpitius (tunc quidem Archidiaconus, poſtmodum autem Bituricenſium Epiſcopus) anteriori tempore a gravi liberaverat febrium incommodo, ſeptem prius dierum conſummato jejunio*. Quæ Regina videtur fuiſſe *Sichildis*, poſtrema Clotarii uxor. Porro *Abbates Palatini* ii dicti ſunt, quibus Reges Francorum intra Palatium Monaſteria conſtruxerant; Caſtrenſes vero, qui Caſtra Regum ſequebantur præpoſiti Monachis, quibus id penſi imcumbebat, ut horis diurnis & nocturnis, more Eccleſiaſtico, Divina in exercitu miniſtrarent Officia. Epiſcopatu dimiſſo Sulpitius, ut Auctor ejus Vitæ tra-

Moritur S. Sulpitius Pius Epiſc. Bituricenſis.



*regia vero civitate manus cum brachiis condidit*. Quis non dixerit, ſi oculis tantum carneis iſta inſpiciat, Oſuvaldum miſerrimo fine clauſiſſe diem, & a Deo quodammodo viſum derelictum fuiſſe? At anguſti animi fuerit id cogitaſſe, cum divini oraculi teſtificatione certum ſit, utcumque acciderit, pretioſam eſſe in conſpectu Domini mortem ſanctorum ejus, ac viſos quidem illos oculis inſipientium mori, verum eoſdem eſſe in pace, atque una cum Chriſto in cælis regnare. Quod ne putaret aliquis eſſe inanem imaginationem in Oſuvaldo, perſpicue cunctis quæ ſecuta ſunt miracula declararunt. Sed antequam de illis aliqua attingamus, præſtat audire Bedam de ipſius, dum viveret, cultu religionis: ait enim (a):

(a) Bed. eod. c. poſt med.

V. *Temporalis regni quondam gubernacula tenens, magis pro æterno regno ſemper laborare ac deprecari ſolebat. Denique ferunt, quia a tempore matutinæ laudis ſæpius ad diem uſque in orationibus perſtiterit, atque ob crebrum morem orandi ſive gratias agendi Domino, ſemper ubicumque ſedens ſupinas ſuper genua ſua manus habere ſolitus ſit*. Idemque ſuperius de regni tempore (b): *Regnavit Oſu-*

Oſuvaldi religio.

(b) Eod. l. 3. c. 9.



PAGIUS tradit, [1] *ſub ea humilitate, qua prius pauperum curam gerebat, magis magiſque deinceps præſidia pauperum ſubminiſtrare videbatur. Nonnulli vero ei detrahebant, cur Epiſcopatu relicto alteri tradidiſſet. Sed in incœpto opere perſiſtebat, & laudem humanam fugiens, & jactantiam vanitatis devitans ſemper perſiſtebat, ut pauperes ab indigentia victus & veſtitus relevaret*. Colitur in Tabulis Eccleſiaſticis die XVII. menſis Januarii, indeque recentiores Hiſtorici paſſim affirmant, hunc eſſe diem ejus obitualem; cum tamen neuter ejus Vitæ Auctor vel diem, vel annum ejus mortis memoret, ideoque gratis illud aſſeratur.

VI. Hoc etiam anno mortuus eſt Sanctus *Goericus* Epiſcopus Metenſis Sancti Arnulphi ſucceſſor, & quidem *die decimo nono menſis Septembris*, ut legitur in Codice Monaſterii S. Symphoriani, ubi & eum *annos octodecim* ſediſſe refertur, qui incompleti intelligendi; cum *Arnulphus* ante finem anni DCXXV. non abdicarit. Hinc in Vita S. Clodulphi filii ejuſdem Arnulphi circa ſæculum nonum Auctore Anonymo ſcripta, & a Mabillonio Sæculo II. Benedictino recitata, dicitur, *Goericum* Eccleſiam Metenſem rexiſſe *annos ſeptemdecim*. Goerici Vitam ſcripſit Auctor Anonymus apud Surium ad diem XIX. Septembris, qui tradit eum tumulatum eſſe *in Eccleſia Metenſi*. In Vita enim Beati Adalberonis hujus nominis ſecundi, Epiſcopi Metenſis, elucubrata a Monacho Benedictino anonymo & coætaneo, recitata a Labbeo in Nova Bibliotheca Tomo I. legitur; *Domnus Deodericus item Mettenſis Urbis Antiſtes glorioſus, cui hic Dominus noſter Adelbero ſucceſſerat Præſul* (anno ſcilicet DCCCCLXXXIV. juxta breve Chronicon Sancti Vincentii Metenſis) *in pago Calvemontenſi locum quemdam inter Moſellam & montem, qui in devexa ſui Caſtrum habens ex accidenti ruſticorum lingua Spinal vocatum* (dicitur illud Gallice *Eſpinal*, poſitumque eſt in Lotharienſibus ad ripam fluminis Moſellæ, quatuor leucis ab Alteriaco Caſtro diſtans,) *Divino famulatui aptum reperiens, Monaſterium conſtruxit, conſecrans illud Deo & Sancto Goerico, cujus ſacratiſſima oſſa ab Urbe Metenſi transferens digna veneratione collocavit, & patria patrocinium feliciſſimum præparavit. Domnus Adelbero hujus ſucceſſor, ad ſalutem Chriſtianitatis, & ad votum commiſſorum Præſul effectus*, &c. *Primo quidem Clericorum Conventum ad Omnipotentis Dei honorem coadunavit. Poſt ancillas Chriſti ſub regulari vita & ſub inſtitutione patris noſtri B. Benedicti, ſc. bene edoctas Deo, & S. Goerico Pontifici ſervire deſtinavit, dans prædia & poſſeſſiones, quibus ſine inopia & indigentia vivere poſſent*.

Moritur S. Goericus Epiſc. Metenſis.

VII. Perſtat etiamnum hæc Abbatia, cui inſerviunt Virgines Canonicæ, Regulæ tamen Sancti Benedicti ſubditæ. Ex quibus corruunt, quæ habet Cointius anno DCXXVI. num. IX. ex Meuriſſio in Opere de Epiſcopis Metenſibus, & ex Sauſſaio in Martyrologio Gallicano ad diem XIX. Septembris, *Goericum* ſcilicet ex legitimo toro ante Epiſcopatum duas filias ſuſcepiſſe, *Preciam* & *Victorinam*, eis, illud Monaſterium conſtruxiſſe, & *Preciam* Abbatiſſam conſtituiſſe. Hujus enim Goerici matrimonii Scriptor Anonymus Vitæ ejus non meminit, imo antequam Monaſterium *Spinale* conderetur, eam compoſuit; cum Goericum Metis ſepultum prodat. Ex altero autem Anonymo Vitæ Adalberonis II. Auctore conſtat, Monaſterium *Spinalenſe* a *Deoderico* hujus nominis primo Epiſcopo Metenſi ædificatum eſſe; qui anno DCCCCLXIV. dignitatem iniit, tribus ſcilicet & amplius ſæculis a Sancti Goerici morte. Poſt eam vacavit Sedes uſque ad diem nonum menſis Martii anni inſequentis, quo *Sanctus Godo* Epiſcopus Metenſis conſecratus eſt, ut ex dicendis in ejus morte patebit.

Monaſterium Spinalenſe a S. Goerico conditum non eſt.

VIII. Ad hunc annum, qui Clodovei Regis quartus eſt exiens, Chronicon ſuum perduxit *Fredegarius*, Hiſtoricus pro captu illorum temporum diligens, quem, Clotario III. regnante Hiſtoriam ſuam ſcripſiſſe, inde liquet, quod in ea mortis *Chintaſuinthi* Hiſpaniarum Regis & *Erchinoaldi* Majoris-Domus mentionem faciat. Eum in Burgundia, & pro ſuis Burgundionibus Opus ſuum edidiſſe, inde recentes noſtri Hiſtorici colligunt, quod ſolos fere Regum Burgundiæ annos in ſuo Chronico adnotare, & extendere ſtuduerit. Scripſit Epitomen ſex priorum Gregorii Turonenſis Librorum quos forte tan-

Fredegarius Chronicon ſuum abſolvit.

NOTÆ [1] E*piſcopatu dimiſſo ut Author ejus vitæ tradit &c.* Epiſcopatum non dimiſit quidem S. Sulpitius; ſed cum affectæ eſſet ætatis Coadjutorem ſibi dari Wlfelentum a Rege petiit & obtinuit; cum eo vero diviſit officium & laborem. Ita Vitæ utriuſque Author tradit: *VVlfelento tradere participationem officii ſui ac laboris dumtaxat, & divini verbi committere miniſterium*. Cum ergo ait Anonymus deſertum a Viro Sancto Epiſcopatum, ſignificat abjeciſſe illum Sacri muneris id quod erat dignitatis & honoris; retinuiſſe vero id quod laboris, & moleſtiæ. MANSI

*Oſuvaldus Rex Chriſtianiſſimus Nordumbrorum novem annos, annumerato illo etiam anno, quem & feralis impietas Regis Britonum & apoſtaſia demens Regum Anglorum deteſtabilem fecerat;* & paulo poſt: *Occiſus eſt, commiſſo gravi prælio ab eadem gente Pagana, Pagnoque Rege Merciorum, a quo & prædeceſſor ejus Eduinus peremptus fuerat, in loco qui lingua Anglorum nuncupatur Maſerfelth, anno ætatis ſuæ trigeſimooctavo,*

Oſuvaldus poſt obitum miraculis clarus.

*die quinto menſis Auguſti. Cujus quanta fides in Deum, quæ devotio mentis fuerit, id poſt mortem virtutum miraculis claruit. Namque in loco, ubi pro patria dimicans a Paganis interfectus eſt, uſque hodie ſanitates infirmorum & hominum & pecorum celebrari non deſinunt. Unde contigit, ut pulverem ipſum, ubi corpus ejus in terram corruit, multi auferentes, & in aquam mittentes, ſuis ſuper hoc infirmis multum commodi afferrent: qui videlicet mos adeo increbuit, ut paulatim ablata exinde terra, foſſam ad menſuram ſtaturæ virilis altam reddiderit. Nec mirandum in loco mortis illius infirmos ſanari, qui ſemper dum viveret, infirmis & pauperibus conſulere, eleemoſynas dare, & opem ferre non ceſſabat.* Hæc Beda, qui plura de eodem recenſet (*a*) miracula, quæ tu conſulas.

(*a*) *Bed. l.* 3. *c.* 9. 10. *& ſeq.*

An-

PAGIUS

tantummodo legerat, deſinitque ad annum Regni Guntramni XXIII. & in Chilperici Regis cæde, quæ anno DLXXXIV. patrata eſt. Leguntur quidem in ea Epitome fabellæ non paucæ, ſed tamen ibi quædam habet, minime contemnenda, nec uſquam alibi invenienda. Hujus libri titulus eſt *Geſta Francorum epitomata*. Huic Libello ſubjunxit Chronicon a morte *Chilperici* Regis ad annum IV. *Clodovei* Junioris perductum, quod res geſtas annorum fere ſexaginta continet, & Gregorii Turonenſis Hiſtoriæ Appendicis nomine ac Libri XI. loco ſubiici conſuevit, ſed ſine ullo Auctoris nomine: indeque fit, ut Baronius, qui Appendicem illam legit, Fredegarium non laudet, & raro eandem Appendicem; licet Fredegarius, ut ætate, ſic auctoritate Gregorio Turonico Epiſcopo proximus ſit, & in magna bonorum Auctorum inopia utilis ac neceſſarius; Aimoinus enim Floriacenſis Cœnobii Monachus, quem Baronius ſequi ſolet, longe ſerius quam Fredegarius, ac Roberto in Galliis regnante ſcripſit.

IX. *Continuatio Fredegarii juſſu Childebrandi ſcripta.*

Chronicon illud cum capite nonageſimo abſolvitur; quæ vero poſtea non interrupto rerum ordine ſubjunguntur, adjecta ſunt ab alio Auctore Anonymo, licet Chronic. Fredegarii eſſe paſſim exiſtimatum fuerit. Nam in vetuſtiſſimo Codice Reginæ Sueciæ poſt memoratam Regis Pippini electionem, hæc capitalibus literis leguntur: *Uſque ad id tempus Childebrandum Virum Illuſtrem, Comitem, Regis Pippini patruum, hanc Hiſtoriam vel Geſta Francorum diligentiſſime ſcribi curaviſſe: ſequentia Nibelungo Viro Illuſtri, Comite, ejus filio, Hortatore & Auctore adiecta eſſe.* Verum eſt, Henſchenium lib. 1. de Tribus Dagobertis, cap. 10. & in Vita S. Sigeberti Regis, ad primum diem Februarii in Commentario prævio exiſtimare Chronicon juſſu Childebrandi conſcriptum incipere a capite XCV. in morte Childerici, & Regno Theodorici, & antecedentia quatuor capita excerpta eſſe ab aliquo Anonymo ex Geſtis Dagoberti Regis, & ex Geſtis Regum Francorum, qui ſuam in Hiſtorica Antiquitate inſcitiam prodat. Hanc opinionem amplexi ſunt poſtea Cointius anno DCXL. num. XVII. & DCLXXX. n. II. aliique multi, qui inde concludunt, poſt Fredegarii Chronicon, & ante Appendicem Childebrandinam vacuum eſſe intervallum XL. annorum. Verum illi valde hallucinati ſunt; cum nihil in quatuor illis capitibus legatur, quod falſi argui poſſit. Nam & *Clodoveus* ſecundus annus XVIII. regnavit, & poſt eum *Erchinoaldus* Major-Domus Palatii mortuus eſt; quod utrumque fabuloſum perperam exiſtimavit Henſchenius. Hoc etiam quod ibidem habetur, apocryphum credit Henſchenius: *Theodoricus vero frater in Auſtraſia a Francis in Regnum elevatus eſt apud VVlfoaldum Ducem* non advertens locum illum Librarii oſcitantia mutilatum eſſe, quem Chiffletius in Diſſert. de annis Dagoberti cap. 15. ex MS. pervetuſto Sirmondi ſic reſtituit: *Theudericus vero frater ejus in Regno ſucceſſit: Childericus enim frater in Auſter a Francis in Regno elevatus eſt apud VVlfoaldum Ducem.* Verum de annis Clodovei II. de Erchinoaldi morte, & initio Theodorici Regis infra ſuis locis agetur. Continuator itaque Fredegarii, ſeu Hiſtoria Childebrandina, a capite XCI. inchoata, & in capite CIX. anno ſcilicet Chriſti DCCXXXVI. abſoluta, iiſque Auctor Anonymus res potiſſimum in Auſtraſia geſtas, & quæ ad Pippinum, ejuſque familiam ſpectant proſequitur, ut eum legenti patet.



I. Cruces Hieroſolymis depoſitæ.

ANnus incipit ſexcenteſimus quadrageſimuſtertius, Indictione prima idemque ſecundus Conſtantis Imperatoris, quo (ut habent Græcorum Annales) *Humar Princeps Sarracenorum ædificare cœpit templum Hieroſolymitanum: cumque ædificia non conſiſterent, Judæi cauſam rogati expoſuerunt, nempe Crucem contra poſitam; ſicque Crucem, quæ templo montis Olivarum impoſita erat, depoſuerunt, atque ita demum ædificia firmata ſunt. Atque hæc res Chriſti oſoribus occaſionem præbuit multas Cruces deturbandi.* Hæc ex Theophane.

II. (*a*) *Guigli. Tyr. de bello ſacro* .1. *c.* 2.

De eodem templo habet iſta Guiglielmus Tyrius (*a*): *Sumptibus, qui ſufficere poſſent ad impenſam, deſignatis, & convocatis artificibus, ſubjecta pro votis materia tam ex marmorum diverſitate, quam ex lignorum differentia multiplici, templum ædificari præcepit. Quo poſtea infra modicum tempus juxta conceptum mentis feliciter conſummato, quale hodie Hieroſolymis eſſe dignoſcitur, multis & infinitis ditavit poſſeſſionibus, unde ſuppeterent facultates ad conſervanda perpetuo ejuſdem ſarta tecta, & vetera renovanda, & continuanda luminaria per manum eorum qui in eodem templo deſervirent. Quæ autem ſit illius forma & operis elegantia, quoniam pene omnibus notum eſt, non eſt præſentis tractare negotii. Erant porro in eodem templi ædificio intus & extra in opere muſaico Arabici idiomatis litterarum vetuſtiſſima monumenta, quæ illius temporis eſſe creduntur; quibus & auctor, impenſarum quantitas, & quo tempore opus inceptum, quoque conſummatum fuerit, evidenter declaratur.* Hæc Tyrius.

III. Crucis potentia.

Plane mirandum illud fuit, quod nonniſi depoſitione ſanctiſſimæ Crucis erigi potuerit templum Sarracenorum: ex quo virtus & potentia Crucis enituit, qua ſtante, neceſſe ſit dæmones cedere, eorumdemque conatum & vires infringi: quod & accidit ſub Apoſtata Juliano, cum faterentur dæmones ſe Cruce penitus ſuperatos. Quod autem Deus, dempta Cruce, permiſerit invaleſcere Sarracenos, nihil præterea dicendum, quam quod idem Deus ob peccata populi exaltaverit adverſus eum Aſſyrios. Sed illud accidit Crucis virtute mirandum, quod cum tot fuerint inſignia Hieroſolymis templa, egregia Chriſtianorum Imperatorum monumenta, nullum eorum vendicare ſibi ſint auſi dominantes impii Sarraceni, ſed libera omnia prioribus uſibus fuerint Chriſtianis relicta, eademque ut antea frequentata a totius terrarum orbis fidelibus prout quæ inferius dicturi ſumus oſtendent.

IV. Mauritii Chartularii tyrannis.

Inter hæc autem novis quatitur Italia motibus, cum Mauritius Chartularius, de quo multa facinoroſa ſuperius dicta ſunt, in tyrannum erupit, ac male periit. Habet enim de his iſta Anaſtaſius in Theodoro: *Hujus temporibus in Mauritium Chartularium, per quem multa mala operatus eſt Iſacius Patricius Exarcha, cum increbuiſſent peccata ejus de beato Petro Apoſtolo prodiit vindicta, ut hæreditaret eum ignis inextinguibilis. Conſilio ductus ſupraſcriptus Mauritius illorum qui cum ipſo ante devaſtaverant Eccleſiam Dei, tyrannizavit adverſus Iſacium Patricium, & miſit per omnia caſtra quæ erant ſub civitate Romana per circuitum, & congregavit omnes & conjunxit ſecum ipſos per ſacramentum, ut deinceps nullus ex ipſis debuiſſet obedire Iſacio, neque hominibus ejus, eo quod ipſe ſibi regnum imponere voluiſſet. Audiens hæc Iſacius Patricius, quod Mauritio omnes exercitus Italiæ ſacramenta dediſſent, miſit Donum Magiſtrum militum & Sacellarium ſuum ad civitatem Romanam cum exercitu.*

V. Mauritius dat pœnas ſceleri

*Qui veniens in civitatem Romanam, omnes Judices, ſeu exercitus Romani, qui prius ſe cum Mauritio per ſacramenta conſtrinxerant, timore ducti, dimittentes Mauritium Chartularium, omnes ſe cum* Do-

PAGIUS SÆC. VII

Anno Eræ Hiſpan. DCLXXXI. Anno Hegiræ XXXIII. inchoato die 19. Novemb. fer. 4. A. C. 643.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6135.

☉ S. E. ☽ 17. P. 13. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 643.

THEODORI PAPÆ 2.

CONSTANTIS IMP. 3.

I. *Conſulatus.*

HIC annus iſta formula notatus: *Conſtante Aug. Conſule*, vel, *Conſtantis Aug. anno II. Conſulatus ejus anno I.* Margarinus enim initio Tomi I. Bullarii Caſinenſis Privilegium quoddam a Theodoro Papa Bobuleno Abbati Bobienſi ac S. Bertulphi ſucceſſori conceſſum refert, quod hac ſubſcriptione notatur: *Dat. IV. Nonas Maii Imperii Domini piiſſimi Auguſti Conſtantini anno ſecundo, Conſulatus primo, Indictione prima, anno Domini DCXLIII.* Quæ tamen incarnationis Epocha addititia eſt, quia longe poſt hoc tempus a Pontificibus Romanis uſurpata. Hinc Ughellus in Italia Sacra Tom. V. pag. 329. ubi loquitur de Epiſcopis Bobienſibus, idem reſcriptum, ſed ſine illo Incarnationis anno refert. De hoc Conſulatu legenda Diſſert. Hypatica part. III. cap. III.

II. A num. I. ad IV. Theophanes anno Eræ Ale-

*Dono junxere: qui cum ingreſſus eſset Romam, fugit Mauritius ad beatam Mariam ad Præſepe.* Hic meminiſſe lector debet, hunc illum fuiſſe Mauritium, qui Lateranenſem invadens baſilicam expilavit: cogitur modo infelix ab Eccleſia auxilium petere, & ad ipſam pro ſalute confugere, qui adverſus eam hoſtiliter graſſatus fuit: ſed non ſivit divina ultio ibi eum reperire ſecuritatem, qui antea ſacrilege fuerat in Eccleſiam debacchatus: nam ſubdit Anaſtaſius: *Eum tollentes de Eccleſia, miſerunt bojam in collum ejus, ſimiliter & omnibus qui in conſilio cum ipſo fuere; & bojatos miſit Ravennam per manus Marini Scribonis & Thomaſii Carthularii. Qui deducentes eos pervenerunt juxta civitatem Ravennatem in locum qui dicitur ad Ficuldas, * duodecimo milliario longe a civitate, & ibi decollaverunt Mauritium: quia ſic in mandatis acceperant a ſupradicto Iſacio, ut vivus civitatem Ravennatem non ingrederetur. Et poſtquam decollatus eſt, levantes caput ejus duxerunt Ravennam. Videns autem Iſacius caput Mauritii, gaviſus eſt, & fecit illud ad exemplum multorum in circo Ravennate ſuper ſtipitem poni. Illos autem qui cum ipſo directi fuerant, omnes bojatos juſſit arcta cuſtodia in carcerem mitti, cogitans quomodo eos puniret. Sed cum ea agerentur, mox nutu divini judicii, ipſis diebus percuſſus divino ictu Iſacius mortuus eſt. Hi autem qui clauſi erant, exeuntes de carcere, reverſi ſunt ſinguli per loca ſua. Audiens hæc Imperator,* Conſtans ſcilicet, *quod defunctus eſset Iſacius, miſit Theodorum Patricium Exarchum, cui cognomentum Calliopa, ad regendam omnem Italiam.*

* ficodas, eſt Eccleſia Ficodenſis hodie Cernia.

Iſacii obitus repentinus.

VI. Cum omnes Anaſtaſio aſſentientes, æque teſtentur ſucceſſorem Iſacii miſſum fuiſſe Theodorum Calliopam: conſtat tamen ante Calliopam miſſum eſſe Platonem hæreticum pariter Exarchum; quem poſt ſequentem annum, cum Pyrrhus Conſtantinopolitanus Epiſcopus Romam ſe contulit, Exarchum fuiſſe, ſuoſque direxiſſe ad Pyrrhum, in ſua epiſtola S. Martinus (*a*) Papa teſtatur, noſque ſuo loco dicemus: quanta autem hic mala intulerit Romanæ Eccleſiæ, patebit inferius.

(*a*) *Marti. Pap. ep. 6.*

VII. Sed ne relinquamus inſepultum Iſacium, ſepultura licet indignum; cujus tumulo nullum fuiſſet aptius epitaphium inſcribendum, quam quod Davidicum habet carmen (*b*): *Ecce homo qui non poſuit Deum adjutorem ſuum. Ecce qui dixit: Venite* (*c*) *hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei.* Etenim tam ipſi quam Mauritio digne contigit, quod imprecatus eſt idem vates (*d*): *Deus meus pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti: ſicut ignis qui comburit ſilvam, & ſicut flamma comburens montes, ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos,* &c. Ita ultor Deus voluit poſteris relinquere tum Iſacii, tum Mauritii ampliſſimis notis declaratam vindictam, quam meruerunt impii in ſancta manus ſacrilegas inferentes.

(*b*) *Pſal. 51.*

(*c*) *Pſal. 82.*

(*d*) *Pſal. 82.*

VIII. Sed quæ Iſacii conjux viro ſuo poſtrema perſolvit, hic deſcribamus. Suſanna enim ejus uxor, viri amantiſſima, ejuſmodi ad ſepulcrum ipſius inſcriptionem affixit Græce conſcriptam (*e*):

Iſacii Exarchi Epitaphium.

(*e*) *Habet Hieron. Rubric. hiſtor. Raven. l. 4.*

Ε'ν ταῦθα κεῖται ὁ ςρατηγήσας καλῶς
Ρώμην ἀβλαβῆ φυλάξας, καὶ την δύσην
Τοῖς γαληνοῖς δεσπόταις τρὶς ἓξ ἐνιαυτοῖς
Ἰσαάκιος, τῶν βασιλέων ὁ σύμμαχος.
Ὁ τῆς ἁπάσης Ἀρμενίας κόσμος μέγας;
Ἀρμένιος γὰρ ἦν οὗτος ἐκ λαμπρȣ̃ γένȣς;
Τȣ́τȣ θανόντος εὐκλέως, ἡ σύμβιος
Σωσάννα σώφρων, τρυγόνος τρόπῳ σεμνῆς
Πικνῶς ςενάζει τοῦ ἀνδρὸς ἐςερημένη
Ανδρὸς λάξαντ' ἐκ καμάτων εὐδοξίαν
Ἐν ταῖς ἀνατολαῖς ἡλίȣ, καὶ τῇ δύσει
Στρατȣ̃ γὰρ ἦρξαι τῆς δύσεως, καὶ τῆς ἕω.

Id autem ita dici Latine poteſt:

*Hic jacet, qui rei bellicæ ducem egit, recte*
*Romam incolumem tutatus & Occidentem*

*Tran-*

PAGIUS lexandrinæ DCXXXV. qui Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoatur, narrat *Umarum* Califam templum Hieroſolymis reſtauraſſe, & innumeras Chriſtianorum Cruces exturbaſſe. Quare recte hoc anno id a Baronio narratum. Elmacinus tamen pag. 28. ſcribit, *Umarum* deluorum Hieroſolymis extruxiſſe.

*Cruces Hieroſolymis exturbantur.*

III. Ad num. VI. *Iſaacius*, qui adminiſtrationem Exarchatus Ravennatenſis anno ſexcenteſimo decimo nono, vel circiter adeptus fuerat, hoc anno defunctus eſt, teſte Hermanno Contracto ex editione Caniſii, & Conſtans Imperator miſit *Theodorum* Patricium Exarchum, cui cognomentum *Calliopa*, ad regendam omnem Italiam, inquit Anaſtaſius in Theodoro. Neque hoc ante Baronium aliquis in dubium revocavit. Cum tamen Cardinalis doctiſſimus legiſſet in Epiſtola XV. S. Martini ad Theodorum, ſeu potius in Appendice ad eandem Epiſtolam, (cujus Appendicis ſeu Epiſtolæ verba citat an. DCXLV. num. XVII.) in qua dicit Sanctus Martinus eo anno nullam Pyrrho Romæ illatam eſſe violentiam, quando hæreſim abjuravit, additque: *Hic ſunt Conſtantinopoli, qui tunc erant Romæ & ſciunt quæ ibi geſta ſunt: ex quibus interim ſupereſt Plato Patricius, qui tunc Exarchus erat, quique direxit homines tunc ad Pyrrhum Romam;* ex illis, inquam, S. Martini verbis Baronius deduxit, hactenus omnes Anaſtaſium ſequentes deceptos eſſe, & *Platonem*, non vero *Theodorum Calliopam* Iſaacio in Exarchatu ſucceſſiſſe. Verum ex illis S. Martini verbis liquet primo

*Theodorus Iſaacio in Exarchatu ſuccedit.*

Onu-



*Tranquillis Principibus ter ſex annis,*
*Iſaacius, Regum commilito,*
*Omnis Armeniæ ornamentum magnum:*
*Armenius enim erat hic ex illuſtri genere,*
*Hoc mortuo glorioſe, conjux*
*Suſanna prudens more caſtæ turturis*
*Aſſidue gemit viro privata:*
*Viro, qui ſortitus eſt ex laboribus gloriam*
*In Oriente Sole & Occidente:*
*Exercitum enim duxit Occidentis & Orientis.*

Hactenus Epitaphium.

IX. Inter hæc autem, cum graviſſimis fluctibus fides Catholica opera Monothelitarum hæreticorum, præcipue vero Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi, quateretur in Oriente: ſi qui illic erant Orthodoxi Epiſcopi, unum ſibi illud tantum reliquum eſſe remedium cognoſcentes, in tanto naufragio conſcendere naviculam Petri, quam ſcirent promiſſione Chriſti inter fluctus ſæculi hujus ſolam navigare ſecuram, nec ullis poſſe obrui undis, neque vorticibus abſorberi; Romam ſe conferunt ad Theodorum Apoſtolicæ ſedis Epiſcopum in tanta tempeſtate ſolicite vigilantem, clavumque ſumma prudentia moderantem.

Confugium Orthodoxorum Romam.

Alii vero non deſerentes greges ſibi commiſſos, per litteras id egere, ut inter cæteros Cypri inſulæ Epiſcopi, qui cogentes Synodum, Synodalem epiſtolam ſcripſerunt hoc anno ad eumdem Theodorum Pontificem, licet in ea Metropolitani Epiſcopi nomen tantummodo exprimatur: fuit hic Sergius. Epiſtola autem ipſa habetur in Actis ſanctæ Romanæ Synodi ſub Martino, ubi cum ederetur, Primicerius Notariorum, Theophylactus iſta eſt prælocutus: *Afferens*, inquit, *de venerabili ſcrinio, præ manibus habeo ſuggeſtionem Sergii Cyprienſis Archiepiſcopi, directam ab eo per nuper tranſactam primam Indictionem, id eſt, ante ſeptem annos, Theodoro beatæ memoriæ deceſſori veſtro.* Hæc ibi tunc Theophylactus, quæ voluimus recenſuiſſe ob certam temporis ab eo expreſſam ſignificationem, nempe hoc anno primæ Indictionis ipſam epiſtolam eſſe conſcriptam, quæ ſic ſe habet (*a*):

(*a*) *Conc. Lateran. ſub Mart. Secr. 2. t. 3. Concil. nov. edit.*

X. *Sanctiſſimo & beatiſſimo a Deo honorabili domino meo Patri patrum Archiepiſcopo & univerſali Papæ domino Theodoro, Sergius humilis in Domino ſalutem. Firmamentum a Deo fixum & immobile, atque tituli formam lucidiſſimam fidei, veſtram Apoſtolicam ſedem conſtituit (o ſacer vertex) Chriſtus Deus noſter. Tu enim es (ſicut divinum veraciter pronuntiat* (*b*) *Verbum) Petrus, & ſuper fundamentum tuum Eccleſiæ columnæ confirmatæ ſunt. Tibi & claves cælorum commiſit, atque ligare & ſolvere poteſtative, quæ in terra & in cælis ſunt, promulgavit. Tu profanarum hæreſum depoſitor exiſtis, ut princeps & doctor Orthodoxæ & immaculatæ fidei. Igitur non deſpicias patrum tuorum, Pater, fidem æſtuantem, & ab aliquibus hæreticis ventis violentatam, necnon periclitantem. Reſolve nebulam inſipientium lumine tuæ divinæ ſcientiæ, o ſanctiſſime: Abſcinde blaſphemias & jactantiam vaniloquorum noviter emergentium hæreticorum doctorum. Nihil * etenim minus eſt Orthodoxæ & Apoſtolicæ veſtræ definitioni atque traditioni, quatenus augmentum aliquod ſuſcipiat a nobis fides. Nos autem a Deo inſpirati, & ſanctorum Apoſtolorum confabulatores & conſacerdotes quæ ſapuimus, confitemur, & confeſſi ſumus a priſtinis temporibus & ex ipſis cunabulis ſecundum ſanctum ac beatiſſimum Papam Leonem, prædicantes omnibus & confitentes, quod operatur utraque natura cum alterius communione: cum quo beatiſſimo vero & omnes a Deo inſpirati & ſancti Patres fatentur.*

Synodalis epiſt. Cypri Epiſcoporum.

(*b*) *Matt. 16.*

* Mihi.

*Et*

PAGIUS. Onuphrium in Chronico Eccleſiaſtico, Scaligerum lib. 2. Canonum Iſagogic. pag. 175. ubi texit Catalogum Exarcharum Ravennatenſium, alioſque male *Platonem* prætermiſiſſe, huncque anno ſexcenteſimo quadrageſimo quinto, quo Pyrrhus Romam venit, Italiam regendam ſuſcepiſſe. Liquet II. brevem Theodori adminiſtrationem fuiſſe; interitus enim Iſaaci, qui Theodoro Romæ ſedente contigit, cum hoc anno neceſſario copulandus, & *Plato* tardius, quam anno DCXLV. Italiæ præfici non potuit. Verum ex citatis verbis minime ſequitur, *Theodorum Calliopam* Iſaacio in Præfecturam non ſucceſſiſſe.

IV. A num. IX. ad XII. Paulus a Conſtante Imperatore menſe Octobri anni DCXLI. Patriarcha Conſtantinopolitanus conſtitutus, ita callide ſe geſſit in texenda Synodica, quam ad Theodorum Papam ſcripſit, ut laudes ab eo fraudulenter extorſerit in Epiſtola quam is ad eum reſcripſit. Extat ea in Collectaneis Anaſtaſii, in qua Theodorus ait: *Quoniam fide hominum corda purgantur, lecti apices Dilectionis veſtræ limpida fidei fluenta vos de fontibus Salvatoris hauſiſſe, & ſicut prædicamus prædicare, & quemadmodum credimus credere; & ſicut docemus indiminute docere manifeſtarunt. His ergo ita ſe habentibus, cum ea quæ a Pyrrho adverſus Apoſtolicam fidem noſtram ad ſubverſionem Synodalium Decretorum prolata ſunt, tam per Dogma Sedis Apoſtolicæ, quod expoſitum eſt a Prædeceſſore noſtro, quam per Juſſionem filii noſtri manſuetiſſimi Principis deſtructa ſint: quam ob rem Fraternitas tua a publicis locis Chartam qua ſuſpenſa pridemque caſſata fuerat, non abſtulit,* &c. *Si autem, quod abſit hujuſmodi ſcriptum amplectitur, cujus rei gratia nobis hæc per propria Synodica ſua minime patefecit?* &c. Porro mirati

*Paulus CP. Epiſcopus hæreſim occultat.*

ſu-

*Et hæc quidem a nobis humillimis ſervis veſtris atque diſcipulis proſecuta ſunt: multiloquium autem & contradictionem adverſariorum non admittimus, quia parati ſumus pro Orthodoxa fide, auxiliantibus vobis ſanctiſſimis, & orantibus, martyrium ſuſcipere. Et ſi quidem voluerint ea quæ nunc ad conſumptionem animarum dogmata, hoc eſt, ad interitum doctrinæ & confeſſionis ſanctorum Patrum & glorioſi atque præcipui Papæ Leonis propoſita ſunt, in regia urbe deponere (quorum contraria ſapientes nos exiſtimus) ſufficit, hoc atque amica Deo pax ſanctis Eccleſiis intercedit, & omnis diviſio Eccleſiarum de medio abſiſtit, necnon ſchiſmata diſſolvuntur ad unitatem denuo reſtaurandam. Si autem noluerint hoc facere: Apoſtolicos vos Patres ſequentes, in ſcripto & ſine ſcripto eos anathematizamus. Non eſt enim, non eſt Deo placitum, neque juſtum, propoſita peſtilentia hæreſum, & anathematizatis * blaſphemiis, verbis contendere.*

* anathematis.

XI. *Honorent igitur rationem, & erubeſcant Deum & ejuſmodi blaſphemias ſubtrahere feſtinent, & in quocumque voluerint loco vel tempore, de quibus exiſtimant ſapere, novemus dogmata. Compendioſe autem, o ſanctiſſime, dicimus. Ea quæ ad everſionem & depoſitionem a Deo inſpiratorum Patrum & ſanctiſſimi Papæ Leonis, necnon veſtræ a Deo ſapientiæ conſcripta ſunt, deponantur.* Ex his, lector ſatis intelligere potes, Theodorum Papam, cum (ut narratum eſt) miſit Apocriſarios in Orientem, æque per illos vulgaſſe Catholicæ fidei ſinceram confeſſionem, qua pariter juberetur, ut qui ab ea diſcreparent, anathemati ſubiicerentur: etenim pergit: *Nam & nos (ſicut dictum eſt) jubentibus vobis dominis noſtris & a Deo inſpiratis Patribus, percutimus eos anathematibus; & nunc motiones de quæſtionibus eorum & certamina faciemus, ſperantes in veſtram Deo placitam & beatam protectionem, quoniam non reveremur, neque formidaturi ſumus timore ubi non eſt timor, propoſito Deo & Orthodoxa requiſitione.*

*Uſque ad hanc igitur diem diſpenſationem aliquam quærentes, tacuimus eis, arbitrantes ad meliora eos immutare proprias doctrinas. Sic etenim & ſanctiſſimæ memoriæ Thius noſter Arcadius ſapuit, veſtram Orthodoxam ſequens doctrinam, cujus veſtigia & nos omni virtute ſequi oramus conſonantes Orthodoxæ & a Deo inſpiratæ doctrinæ veſtræ ſanctiſſimæ dominationis atque paternitatis. Ulterius autem jam non patimur, ſeminantibus eis zizania & ſcandala (ut ita dicamus) in omnem mundum. Hi ſunt noſtri ſancti Concilii intellectus: ſed & tomum beatæ memoriæ & a Deo inſpirati admittit & amplectitur Leonis, & ſicut ancoram ſalutiferam Orthodoxiæ detinent, & veſtris divinæ ſcientiæ lætatur dogmatibus, nihil omnino minuens; & cum ea Orthodoxa confeſſione proficiſci ad Dominum, & terribili ejus exorat aſſiſtere judicio.*

*Deus igitur creator omnium conſervet longævum ſanctiſſimum dominum noſtrum ad ſtabilitatem ſanctarum ejus Eccleſiarum & Orthodoxæ fidei, vos paſtorem bonum, qui pro ſpiritualibus ovibus tuam animam pones, atque paſtorali baculo lupos rapaces expelles. Omnes qui digne ſunt aſſiſtere ſanctiſſimo & a Deo honorato domino meo, ego & qui mecum ſunt, plurimum in Domino ſalutamus.* Et ſubſcriptio. *Incolumem me & Domino beneplacitum ora, ſanctiſſime Pater patrum.* Hactenus Sergii & reliquorum inſulæ Cypri Orthodoxorum Epiſcoporum Synodalis epiſtola. His & aliis concitatus Theodorus Pontifex, Synodo convocata, Paulum hæreticum condemnavit.

XII. Stephan. Dorenſis Epiſc. legatus ab Epiſcopis Palæſt. ad Rom. Pont.

Eodem quoque tempore Stephanus Dorenſis Epiſcopus Romam ſe contulit ad Theodorum Pontificem pro Eccleſia Hieroſolymitana, quam invaſerunt pſeudoepiſcopi, iidemque conjuncti Paulo Conſtantinopolitano Epiſcopo ejuſdem erroris hæretici Monothelitæ. Erat iſtorum omnium caput (ut dictum eſt) Sergius Joppenſis Epiſcopus, qui vendicato ſibi jure Patriarchico, alios complures ſui ſimiles Epiſcopos ordinavit. Ad tam grande malum avertendum a Catholicis Palæſtinæ Epiſcopis idem Dorenſis Epiſcopus legatus eſt Stephanus Romam ad Summum Pontificem Theodorum.



PAGIUS *ſumus quia Epiſcopi, qui Fraternitatem tuam conſecraverunt, Sanctiſſimum illum in literis ſuis dixerunt. Sed & quia propter vulgarem turbationem & odium Eccleſiæ hunc Conſtantinopolitanæ abrenunciaſſe ſignificaverunt. Propter quod etiam in ambiguitate poſiti, quæ a Fraternitate veſtra ſcripta ſunt, judicaveramus ad modicum quid differre, donec jam dictus Pyrrhus ab Epiſcopatu Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ pelleretur. Nam turbatio & odium populi Epiſcopatus gradum neſcit auferre,* &c. *Vivente itaque prædicto Pyrrho, & nondum natura vel culpa extincto ne forte fieret Schiſma, oportuerat præcaveri. Ut ergo Fraternitatis veſtræ Sacerdotalis robuſtior ordo permaneat, oportet debitum adverſus eum colligi Epiſcoporum ex propinquioribus locis conventum,* &c. *Quatenus cum Fraternitate veſtra prædicti Pyrrhi culpa regulariter exquiratur. Non enim præſentia ejus neceſſaria eſt, ubi exceſſus ejus & ſcripta veritati repugnantia præſto ſunt, ut cum de his dijudicatur, modis omnibus condemnetur. Primo quidem, quoniam Heraclium, qui anathematizavit inviolabilem Orthodoxorum Patrum fidem, diverſis laudibus extulit, & ſophiſticam juſſionem ipſius, in qua quaſi Symbolum fidei compoſuit, ſubſcribendo firmavit, furtiviſque*





Permiſit hæc quidem Deus ſingulis quibuſque ſæculis, exagitari ſcilicet diverſarum provinciarum Epiſcopos, quo aſſiduis rerum geſtarum exemplis innoteſceret, nullum aliud eſſe confugium adverſus ingruentes hæreticos, quam ad Apoſtolicam ſedem, ceu divinum aſylum, ſacram anchoram, portum ſecurum, in quo tantum quis in tempeſtate poſſit ſalutem ſperare, & auxilium experiri: ut Stephano legato accidit, qui ubi perperam facta hæreticorum Theodoro ſignificavit, ab eodem conſecutus eſt Apoſtolicæ ſedis in illis partibus vicariam præfecturam, qua intruſum illum nefarium condemnaret, & ab eo ordinatos Epiſcopos gradu depoſitos in ordinem redigeret. Tanta hæc conſtant ex libello ejuſdem Stephani oblato poſtea ſancto Martino Papæ in Concilio Lateranenſi, ubi inter alia leguntur iſta:

XIII. Steph. vicarius Ro. Pont. in Palæſt.

*De quibus*, id eſt, de invaſa & occupata ab hæreticis Eccleſia Hieroſolymitana, & *antea Apoſtolicæ ſedi innotui, id eſt, beatæ memoriæ deceſſori veſtro Theodoro. Juſſitque mihi indigno per ſacram ſuam præceptionem, ordinanſque loci ſervatorem per apoſtolica ejus ſcripta, quatenus tam ea quæ fuiſſent Eccleſiaſtica capitula peragere debuiſſem & canonice; ſi nullatenus emendarentur qui ſub denominato prætextu ordinati ſunt Epiſcopi, deponerem eos. Quod & feciſſe me certum eſt, & præcipue quoniam in errorem a veritate recedentes ſponte delapſi ſunt: tantumque illos recepi, ſecundum juſſionem ejus, qui libellum pœnitentiæ obtulerunt, & profeſſi ſunt in ſcripto, conſervare indeſinenter & amplecti atque prædicare ſanctorum Patrum & Synodorum doctrinas: quorum libellos nuper deferens, obtuli ſacratiſſimæ præſidenti ſanctitati veſtræ Martino ter beatiſſimo Papæ, ab eo quod aliqui eorum merito recepti & confirmati ſunt, aliqui vero pro tuitione Catholicæ Eccleſiæ condemnati ſunt.* Hæc Stephanus ad Martinum Pontificem: ex quibus ſane qui exacte iſta conſiderat tempora, mirari debeat, quomodo & apud hæreticos, & eo tempore quo a Sarracenis ipſa Hieroſolyma & Palæſtina cum adjacentibus regionibus occupatæ tenerentur, eſſent qui adeo ſedis Apoſtolicæ judicium extimeſcerent; ut ſive libellum pœnitentiæ palinodiam recantantes offerrent; ſive iidem excommunicati execrabiles omnibus facti eſſent: cum præſertim iidem fulcirentur patrocinio Conſtantinopolitani Patriarchæ & Imperatoris. Tantum ſibi vel inter ipſos Sarracenos & hæreticos vendicabat juris Apoſtolica ſedes, omni tempore eadem vigens auctoritate, & ubique præſidens poteſtate. Habetur citatus ejuſmodi libellus Stephani Dorenſis Epiſcopi in Secretario ſecundo ſanctæ Synodi Lateranenſis ſub Martino Romano Pontifice, de quo rurſus ſuo loco dicendum.



PAGIUS *ſurreptionibus quoſdam Sacerdotes apud ſe ſingulatim prædictam Chartam roborare coegit, & in publicis locis ſuſpendere ad deſtructionem Chalcedonenſis Concilii audaci tranſgreſſione præſumpſit.* Addit Theodorus ſe ab Imperatore per literas enixius popoſciſſe, *ut ſcilicet ſæpedictum, Pyrrhum ad hanc Romanam Urbem jubeat mitti, quatenus Conventu Synodico a nobis effecto pro ſua temeritate judicetur.*

V. *Theodorus PP. Pyrrhum deponendum mandat.*

Aliam Epiſtolam ſcripſit Theodorus Papa ad Epiſcopos, qui conſecraverunt Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum in eiſdem Collectaneis recitatam, aitque gaviſum ſe quidem eſſe ſuper Pauli ordinatione, ſed debuiſſe Pyrrhum, qui ſanctis Dei Eccleſiis ſcandalum ſeminavit, canonice prius animadverſioni ſummitti, &c. *Sunt capitula, quibus prædictus Pyrrhus canonice poteſt ab omni Sacerdotali ordine pelli. Primum quidem quia Heraclium, qui anathematizavit Catholicam fidem & Patres Orthodoxe ſentientes, in literis ſuis laudibus extulit, & per ſurreptionem, per quoſdam Sacerdotes qui ſubſcripſerant, ſophiſticam quoque Chartam adverſus Apoſtolicam fidem confirmare præſumpſit,* &c. *Niſi enim naturæ cauſa Præſul extinguatur, Eccleſiam ejus alius non poteſt irreprehenſibiliter apprehendere,* &c. *Nam ſæpe dictum fratrem noſtrum* (Paulum ſcilicet) *in viſceribus mentis noſtræ complectimur & fovemus: ſed ne Schiſmata fiant, fraterna providentia & affectione dilectionis teremur: quatenus Epiſcopatus ejus manus impoſitio nullo modo maculetur.* Porro ideo Theodorus Papa Paulum in ſuis literis laudavit, quia tacuerat is in ſua Synodica de una Operatione. Alia plane eſt Pauli Epiſtola poſt annos aliquot ad eumdem ſcripta, & recitata in Concilio Lateranenſi, cum ſcilicet jam frequenter admonitus de hæreſi ab Apoſtolica Sede, compulſuſque ab Apocriſariis *Theodori* ad rationem, Monotheliſmum expoſuit, qualem fere habet *Ecthеſis*. Qua accepta *Theodorus* cum Paulo velut hæretico deinceps agendum putavit. Primi fuerunt ad Theodorum *Pauli* accuſatores Cyprii Epiſcopi cum *Sergio* eorum Archiepiſcopo, datis ad eum literis *prima Indictione*, Kalendis Septembris ſuperioris Chriſti anni inchoata, quas recitat hoc anno Baronius ex Secret. II. Concilii Lateranenſis. Potuit ſane Paulus brevi quodam temporis intervallo venenum ebibitum comprimere pharmaco ſimulationis; verum tumeſcente in dies conſcientia illud tandem vel invitus evomuit, ut infra videbimus.

Mortuus eſt hoc anno *Kinegilſus* Saxonum Occidentalium Rex, cui ſucceſſit *Kenevalkius* filius, teſte Auctore Chronologiæ Saxonicæ, qui addit hunc baptizatum fuiſſe anno DCXLVI. *Kentuinus* alter Kinegilſi filius juxta Malmesburienſem pag. 14. & alios Hiſtoricos Anglos regnavit etiam in Saxonia Occidentali, ut ſuo loco videbimus.

VI. *Obitus Kinegilſi Regis Occident. Saxonum.*

I. SEquens annus ſexcenteſimus quadrageſimuſquartus ſequitur, ſecunda Indictione, qui illuſtratur natali viri ſanctiſſimi Paulini Epiſcopi Eboracenſis, de quo Beda (a): *Anno ſecundo* Oſuvi ſucceſſoris Oſuvaldi Regis, *hoc eſt, ab incarnatione Dominica ſexcenteſimo quadrageſimoquarto, reverendiſſimus pater Paulinus quondam quidem Eboracenſis, ſed tunc Epiſcopus Rhofenſis civitatis tranſiit ad Dominum ſexto Iduum Octobrium die: qui decem & novem annos, & menſes duos, & vigintiunum dies Epiſcopatum tenuit, ſepultuſque eſt in ſecretario beati Apoſtoli Andreæ, quod Rex Edilbertus a fundamentis in eadem Rhofi civitate conſtruxit.* — Paulini Apoſtolici viri obitus.

(a) *Bed. l. 3. c. 14.*

II. Quo tempore itidem in Britannia a-

pud

---

PAGIUS

SÆC. VII

Anno Eræ Hiſpan. DCLXXXII. Anno Hegiræ XXIV. inchoato die 7. Novemb. fer. 1.

A. C. 644.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6137.

☉ 9. DC. ☽ 18. P. 4. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 644.

THEODORI PAPÆ 3.

CONSTANTIS IMP. 4.

HIc annus iſta formula notatus: *III. poſt Conſulatum Conſtantis Aug.* ſequitur ex dictis anno præterito.

I. *Poſtconſulatus.* Ad num. I. *Paulinum* quondam Eboraci, ſed tunc Rhofenſem Antiſtitem hoc anno migraſſe ad Dominum, docet Beda tam in Epitome, quam in Hiſt. lib. 3. cap. 14. ubi & ait, contigiſſe id anno ſecundo Oſviu, *ſexto Iduum Octob. die*, quo etiam Martyrologio Romano inſcribitur. *Honorius* Dorovernenſis Epiſcopus Rhofenſem Epiſcopum ordinavit *Ithamar*, inquit ibidem Beda, cujus nomen legitur in Martyrologio Anglicano ad diem X. Junii.

II. *Obitus Paulini Epiſ. Rhofenſis.*

III. *Floret S. Furſeus.* Ad num. II. Beda lib. 3. capit. 19. pluribus agit de *S. Furſeo* primo Abbate Latiniacenſis Monaſterii, cujus Vitam ſcripſere duo Auctores Anonymi, quos Bollandus ad diem XVI. menſis Januarii, quo *Furſeus* colitur, Notis illuſtrat. Ex Beda & utroque Anonymo colligitur, eum in Gallias navigaſſe, cum Clodoveo ſecundo regnante, *Erchinoaldus* officio Majoris-Domus apud eum fungebatur; Erchinoaldus autem poſt mortem *Æganis* quæ anno DCXL. contigit Majoratum in Palatio Clodovei Regis obtinere cœpit, ut ex Fredegario liquet. *Furſeus*, ubi in Gallias pervenit, jecit prima fundamenta Cœnobii *Latiniacenſis* in fundo ſibi conceſſo ab Erchinoaldo, in pago *Briegio*, poſiti ad ripam fluminis Matronæ-ſex ſupra Lutetiam Pariſiorum milliaribus Gallicis, vulgo Lagni. Quod Cœnobium in ejuſdem nominis Oppidum accrevit, & uſque modo Ordini Benedictino ſubeſt. Tandem cum in Saxoniam Anglicanam redire vellet, ut quos ibi reliquerat fratres ſuos germanos, *Foillanum*, & *Ultanum* inviſeret, *in itinere apud Macerias occubuit*, ut aperte docet in ejus Vita prior Anonymus fere coævus, qui extat etiam apud Mabillonium Sæculo ſecundo Benedictino. Multa ſunt hujus nominis loca in Gallia, ut videre eſt apud Hadrianum Valeſium in Notitia Galliarum, ſed *Maceria*, ubi Furſeus mortem obiit, villa eſt ad flumen Alteiam in pago Pontivo, ſita vulgo *Maſiers*, alias *Mazeroeles*. Annus, quo *Furſeus* in Franciam appulit in controverſia poſitus. Alfordus in Annal. Eccleſ. Anglo Sax. eligit an. DCXLII. Cointius an. DCXLVIII. alii alios. Sed quia Beda citatus ſcribit, non multo poſtquam in Galliam venit diem clauſiſſe extremum, præferenda ſententia Cointii, quæ Sigeberti in Chronico fuit. Eo anno, annoque DCL. de *S.* Furſeo diſſerit Cointius, oſtenditque, profectionem ejus ex Gallia in Italiam, promotionem ad dignitatem Coepiſcopi, & Canonizationem, quas partim poſterior Anonymus, partim Jacobus Deſmaius Canonicus Peronenſis in Vita Gallica S. Furſei confinxere, ſuppoſititias eſſe.

IV. *Moritur.* Annus etiam emortualis *Furſei* magnis tenebris circumſeptus. Cointius tamen, Mabillonius & Alfordus quibuſdam conjecturis innixi autumant, eum anno DCL. mortuum eſſe, quod & in Martyrologio Anglicano legitur. Hanc ſententiam certam mihi reddere videtur ejus Reliquiarum Tranſlatio poſt annos quatuor ab ejus morte peracta. Septem diebus per annum vel Feſtum aliquod, vel Commemoratio ejus apud Martyrologos obſervatur, *XVII. Kal. Februar.* ideſt, XVI. Januarii, *VIII. Idus Februar.* ideſt VI. Februarii, *V. eaſdem Idus*, ſeu IX. die Februarii, *V. Kalendas Martii*, ſeu XXV. Februarii, *IV. Nonas Martii*, ſeu die IX. Martii, XV. Kalend. Octob. ſeu die XVII. Septemb. & IV. Kalend. Octob. ideſt, die XXVIII. Septembris. Mortuus eſt Sanctus Furſeus apud Macerias, depoſitus Peronæ, elevatus vero poſt annos quatuor. Beda lib. 3. cap. 19. hæc tria recte diſtinxit: *Infirmitate correptus diem clauſit ultimum, cujus corpus idem Herconvaldus* (ideſt Erchinoaldus) *Patricius accipiens ſervavit in porticu quadam Eccleſiæ, quam in villa ſua, cui nomen erat Perona, faciebat, donec ipſa Eccleſia dedicaretur. Quod cum poſt dies viginti ſeptem eſſet factum, & corpus ipſum de porticu ablatum, prope altare eſſet recondendum, inventum eſt ita illæſum, ac ſi eadem hora de hac luce fuiſſet egreſſus. Sed & poſt annos quatuor conſtructa domuncula cultiore receptui corporis ejuſdem ad Orientem altaris, adhuc ſine macula corruptionis inventum ibidem digno cum honore tranſlatum eſt.* Jacobus Deſmaius refert in Kalendario Feſtorum, quorum Officium ſit in Eccleſia S. Furſei Peronenſis, XVI. Januarii poni Feſtum S. *Furſei* Epiſcopi & Confeſſoris cum Octava, nono die Februarii Tranſlationem S. Furſei Epiſcopi & Confeſſoris cum ritu duplici, Dominica ſecunda poſt Paſcha Feſtum Dedicationis Eccleſiæ S. Furſei cum octava, decimo octavo Septembris, Feſtum S. Furſei Epiſcopi & Confeſſoris cum ritu duplici, & ultimum Feſtum ait, referri ad Tranſlationem factam anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, ut probat ex Charta verbalis proceſſus ſuper ea re habiti. Idem Deſmaius vult, S. *Furſeum* deceſſiſſe die nona Februarii, eademque die recurrente poſt quadriennium corpus ejus

eſſe





Propagatio fidei. pud Orientales Anglos Chriſtiana fides admodum propagatur per Furſeum Hibernum. Paulo poſt vero & Sigebertus eorum Rex amore cæleſtis beatitudinis, relicto regno cognato ſuo, monaſticam vitam profeſſus, a Pagano Merciorum Rege Penda occiſus eſt. Hæc fuſius Beda, qui de Furſeo, ejuſque ſociis



viris

---

PAGIUS

eſſe elevatum, diem vero Januarii XVI. illi præcipue Sacram eſſe; quod eadem in Sanctorum numerum fuerit adſcriptus. Cointius vero contendit, obitum *S. Furſei* die ſexta Februarii recoli, depoſitionem die quarta Martii, elevationem die XVI. Januarii. Mabillonius diem XVI. Januarii ejus obitui, diem vero nonum Februarii ejus Tranſlationi poſt quatuor annos factæ adſcribit. Denique Bollandus qui mortem hujus Sancti differt in annum DCLIII. exiſtimat, eam contigiſſe die XVI. Januarii, primam ejus Tranſlationem die XXV. Februarii, ſcilicet XXV. aut XXVII. aut XXX. diebus poſtquam Peronam erat corpus ejus advectum; ſecundam ejus Tranſlationem quarto poſt anno peractam die XXVIII. Septembris in aliquibus Martyrologiis memorato.

V. *Dies mortis cum die ejus Tranſlationis a pleriſque confunditur.* Sed miror nulli horum doctiſſimorum Virorum in mentem veniſſe Tranſlationes Sanctorum diebus Dominicis fieri ſolitas fuiſſe; cum ex illo conſtanti uſu annum ejus mortis detegere, & diem obitualem a diebus Tranſlationum diſcernere potuiſſent. Sanctus Furſeus *XVII. Kal. Februarii ad æterna commigravit Regna*, inquit antiquior Anonymus, idque anno ſexcenteſimo quinquageſimo, ut ſtatim patebit. Obſervat quidem Mabillonius illum diem deeſſe in vetuſtioribus Monaſterii S. Cornelii Compendienſis apographis. Verum ejus Natali ac obitui eum diem adſcribunt Uſuardus, Rabanus, Notkerus, aliique plures Martyrologi a Bullando citati: & Peronæ Natale ejus celebratur eadem die. Quare cum ibidem ejus Tranſlatio colatur die nona Februarii, quo etiam die tam in libro miraculorum priori Anonymo ſubjecto, quam in altero, qui extat in calce poſterioris ejus corporis Tranſlatio eadem die facta perhibeatur, annoque DCLIV. qui quartus eſt ab ejus obitu, is dies in Dominicam incidat, non dubium, quin ad eum diem & annum, ejus vero mors ad annum ſexcenteſimum quinquageſimum pertineat. Ea enim Tranſlatio valde ſolemnis fuit; cum ambo Scriptores Anonymi, qui Vitam ejus & miracula duobus libris exararunt, teſtentur, *Immaculatum, & integrum corpus a Reverentiſſimis ſubvectum Epiſcopis, Eligio ſcilicet & Autberto, & a Foillano & Eminiano Abbatibus* tranſlatum fuiſſe. Addit poſterior Anonymus in libro miraculorum, capſam, qua ſanctæ Reliquiæ includerentur, ab Eligio Epiſcopo confectam fuiſſe, & *Erchinoaldum*, ac ejus uxorem ultro in id theſauros ſuos erogaſſe. Erat *Eligius* Epiſcopus Noviomenſis, *Autbertus* Cameracenſis, *Eminianus*, vel *Æmilianus* Abbas Latiniacenſis, & *Foillanus*, de quo infra, Nivellis pios Sanctæ Gertrudis Abbatiſſæ conatus feliciſſime promovebat. Ex his ſicuti ex diebus, quibus per annum Feſtum aliquod Sancti *Furſei* celebratur, liquet nullum conſecratum fuiſſe diei, qua corpus S. *Furſei* diebus XXX. poſt ejus mortem conditum eſt in Eccleſia recens dedicata; facta enim ea Tranſlatio die decima quarta menſis Februarii anni ſexcenteſimi quinquageſimi, quæ trigeſima eſt, ab ejus morte, & in quam Dominica incidebat. Indeque intelligimus, vel Bedam vel ejus Amanuenſes erraſſe, qui a *Furſei* morte ad ejus ſepulturam ac novæ Eccleſiæ Dedicationem, dies tantum XXVI. aut XXVII. numerant, quem errorem uterque Anonymus recte emendavit.

VI. *Sigbertus Orientalium Anglorum Rex occiditur.* Longe ante *Furſeum* ſpiritum Deo reddidit *Sigbertus* Anglorum Orientalium Rex, qui ejus opera in ſubditorum ſuorum converſione uſus eſt, eique locum conceſſit ad conſtruendum Monaſterium in Caſtro quodam, quod *Urbs Cnobberi* vocatur, inquit Beda lib. 3. cap. 19. *Furſeus* antequam Hiberniam deſereret, & in Angliam Orientalem veniret, jam per multos annos in Hibernia Verbum Dei annunciaverat, ut teſtatur vetus Anonymus citatus. Ejus in Angliam adventus contigit circa annum ſexcenteſimum triceſimum ſecundum; neque enim tardius illuc pervenire potuit; cum eo circiter anno *Sigbertus* Regem exuerit, & relictis Regni negotiis, & cognato ſuo *Ecrigo* commendatis Monaſterium quod ſibi fecerat, intrarit. *Quod dum multo tempore faceret*, inquit Beda lib. 3. cap. 18. *Penda* Rex Merciorum adverſus Orientales Anglos in bellum proceſſit, hique *Sigbertum* nolentem ac contradicentem de Monaſterio duxerunt in certamen, ſperantes minus, animos militum trepidare præſente Duce quondam ſtrenuiſſimo. Sed ipſe profeſſionis ſuæ non immemor, nonniſi virgam tantum in manu habere voluit: occiſuſque eſt una cum Rege *Ecgrico*. Succeſſor Regni eorum factus eſt *Anna* de Regio genere, ut prodit ibidem Beda, qui annum rei geſtæ non memorat, ſed quem nos edocet Thomas Elienſis Monachus, Auctor gravis, qui ſæculo XII. vixit, in Vita Sanctæ Ethildritæ Reginæ & Abbatiſſæ Elienſis Monaſterii, quam ex Manuſcriptis eruit Mabillonius produxitque Sæculo Secundo Benedictino.

VII. *Sed anno DCXXV.* Thomas enim ibidem num. II. narrata Sigberti Regis morte, & univerſi exercitus, inſtantibus paganis, cæde & diſperſione, ait: *Acta ſunt hoc anno ab Incarnatione Verbi Dei ſexcenteſimo triceſimo ſeptimo*, & Anna Rex Monaſterium quod vir Domini Furſeus a præfato Rege Sigberto acceperat, ædificiis & donariis plurimum adornavit, quod & Beda lib. 3. cap. 19. etiam ſcribit. Verum loco *triceſimo ſeptimo*, legendum, *triceſimo quinto*. Ipſe enim Thomas Elienſis ibidem cap. 7. aſſerit, *Annam* Regem occiſum eſſe *anno Regni ejus nono decimo*, annoque Chriſti *ſexcenteſimo quinquageſimo quarto*, qui ideo anno DCXXXV. regnare cœperat. Adhæc ipſemet ibid. cap. 6. ſcribit *Felicem* Epiſc. Orient. Anglorum *anno XII. Regni Annæ Regis* vitam finiiſſe. Sancti vero *Felicis* mors incidit in annum DCXLVI. ut eo anno dicemus. Eo itaque, quo indicavimus anno *Furſeus* in Angliam Orientalem adventavit; cum non parvo tempore *Sigbertus* Monachus vixerit, ut tam Beda, quam Thomas Elienſis diſerte aſſerunt. Florilegus quidem, Martyrologium Anglicanum, aliique mortem *Sigberti* Regis uſque ad annum DCLII. differunt, & Alfordus in Annal. Eccleſ. Angl. eam in annum DCXLII. confert, quia ſupponunt, *Sigbertum*, qui & *Sigbertus* appellatus, e Gallia in Britanniam non rediiſſe, neque *Felicem* Burgundum e Galliis evocaſſe, ante annum ſexcenteſimum triceſimum ſextum,

quod

viris ſanctiſſimis alia plura admirandaque recenſet, quæ tu conſulas.

III. Hoc eodem anno, quo Dagoberti Francorum Regis annus regni abſolvitur decimustertius, & decimuſquartus inchoatur menſe Aprili, Gallicanis eccleſiis ejuſdem Regis munificentia innotuit: nam multis multa largitus eſt, quæ apud Aimoinum (*a*) his declarantur verbis: *Eo anno* decimoquarto ſcilicet regni ſui, *Rex Dagobertus omnibus circumpoſitis gentibus nationibuſque ſibi ſubjugatis, paceque per circuitum facta, ad pietatem intendit. Utque ſe gratum cæleſtibus in ſe ſupra modum fluentibus beneficiis demonſtraret, univerſas pene Galliæ eccleſias patrimonii ſui hæredes inſtituit. Convocatiſque filiis ac turba amicorum, generale indixit placitum in loco nuncupato Bigargio. Ad quod propere convenientibus cunctis Franciæ primoribus, decimo Kalendas Majas Rex ſolio reſidens aureo, hoc apud eos diſſeruit modo.*

(*a*) *Aimoi. l.* 4. *c.* 30.

Dagoberti erga Eccleſias munificentia.

IV. *Cauſa modo mihi, amantiſſimi filii, & quicumque adeſtis Francorum potentes, utilis, ac fructuoſa viſa eſt vos convocandi intentio; ut de iis quæ pro remedio animæ meæ agere inſtitui, non ego ſolus mihi applauderem. Quia enim caduca gerimus corpora, animaſque immortales, magna nobis (ſi diſſimulare noluimus) eſt indicta probitatis neceſſitas: ne ſi (quod abſit) minus fuerimus intenti, non ſolum corruptionem quam ſperamus corporum, verum & ipſam æternitatem animarum perpetuis tradamus incendiis. Ideoque ego reminiſcens juſtis repromiſſa præmia, & præparata iniquis ſupplicia, memor etiam malorum quæ geſſi; teſtamentum ſcribere decrevi, quo omnes regni noſtri ſanctorum baſilicas iſto tempore famoſas hæredes faciamus earum quæ eis a nobis traditæ ſunt rerum. Conſtitui etiam quatuor fidei uno tenore exemplaria, & ea manibus ſubter firmare non tantum meis, ſed etiam filiorum meorum Sigeberti ac Hludovici, quos hodie Reges conſtituo, veſtris quoque qui aſtatis ſanctiſſimi Pontifices, necnon gentis noſtræ principes. E quibus unum Lugduni in Gallia, aliud Pariſiis, tertium Mettis in archivis eccleſiarum cuſtodienda dirigimus: quartum autem, quod præ manibus habemus, in theſauris noſtris aſſervari præcipimus. Cumque poſt depoſitam a nobis carnis ſarcinam, unuſquiſque Præſulum qui locis præcepto inſcriptis præfuerint, ſibi aſſignata ſuſceperint; rogamus & obteſtamur per terribilem Domini noſtri Jeſu Chriſti nomen, ut memoriam noſtri tribus in hebdomada diebus per ſequentes annos faciant, ac pro requie animæ noſtræ ſacrificium offerant ſalutare: nomenque noſtrum, quaſi perpetuum tenentes memoriale, libro inſerant vitæ.* Hucuſque verba Regis. Porro per librum vitæ ipſum credimus intellexiſſe illum, in quem nomina fidelium defunctorum inferrentur, quorum jugis in eccleſia commemoratio fieret. Sed addit auctor: *Hujus exemplar partim hic inſerere ſtuduimus, quantus ipſius piiſſimi Principis pateſcat quatenus erga Deum ſanctoſque fuerit devotionis affectus. Eſt autem hujuſmodi.*

V. *In nomine Trinitatis Domini Dei omnipotentis, Apoſtolicis Patribus, Pontificibus videlicet, ac Abbatibus & reliquis ſacerdotibus intra regnum noſtrum conſiſtentibus, Dagobertus Rex Francorum.*

*Quantum intellectualis ſenſus humani* * *poteſt mente ſagaci penſare, atque ſolerti indagatione perpendere, nihil amplius valet in hujus ſæculi luce ac fugiti-*

* hominis

Teſtamentum Dagoberti.

PAGIUS quod & Bollandus ad diem VIII. Martii in Vita ejuſdem Sancti Felicis autumavit. Verum converſionem Anglorum Orientalium anno DCXXIX. cœptam fuiſſe, ex iis, quæ ſuo loco dixi, certum eſſe debet.

VIII. Capgravius inter Sanctos Reges, Martyrio coronatos Sigbertum numerat, & ponitur in Martyrologio Anglicano cum dignitate Martyris ad XXVII. Septemb. & in Supplemento Gallicani ad diem VII. Auguſti; quia inquit Alfordus ad annum DCXLII. ſi mortis cauſam, ſi ferientis manum, ſi morientis mentem conſideres atque conſtantiam, fateri neceſſe eſt in ſanctiſſima cauſa, a Chriſtiani nominis infenſiſſimo hoſte, omnibus Regni lacrymis eductum e clauſtro innocentiſſime cecidiſſe, Harpſfeldius ſæculo VII. Hiſt. Eccleſiaſt. Anglicanæ cap. 15. ait, hujus Regis beneficium eſſe Cantabrigienſem Academiam, & Camdenus in Iceni & Comitatu Cantabrigienſi, *Cantabrum*, inquit, *Hiſpanum anno ante Chriſtum natum CCCLXXV. Academiam hanc primum inſtituiſſe, & Sebertum Orientalium Anglorum Regem anno poſt Chriſtum CXXX. reſtituiſſe perhibetur*. Sed hæc omnia fabuloſa, cum Academiæ & Univerſitates recentis ſint inſtituti. Hoc itaque Anglia Sigberto inter alia debet, quod ea *quæ in Galliis bene diſpoſita vidit, imitari cupiens, inſtituit Scholam in qua pueri literis erudirentur*, inquit Beda lib. 3. cap. 18. De *Anna* Sigberti ſucceſſore, optimoque Principe ſuo loco agetur. Eo Regnum adminiſtrante, *Furſeus* & *Felix* miniſterium Evangelicum ſtrenue exequuti ſunt, hic uſque ad mortem, ille uſque ad annum ſexcenteſimum quadrageſimum octavum, quo *turbatam incurſione Gentilium Provinciam videns navigavit in Galliam*, ut prodit Beda lib. 3. cap. 19. quibus verbis plures innixi exiſtimarunt, *Furſeum* anno, quo *Penda* Merciorum Rex Sigbertum occidit, in Galliam veniſſe, ideoque & diu ibi commoratum eſſe quod ex dictis conſtat eſſe falſum.

*Martyr reputantur.*

IX. Ad num. III. & ſeqq. Refert Auctor de Geſtis Dagoberti, ſermonem quem habuit *Dagobertus* in Conventu Bigargienſi, cui ejuſdem Regis teſtamentum ſubiicit. Hunc tamen Conventum Ha-

*Teſtamentum Regis Dagoberti.*



*tivo gaudio lucrari, quam quod de rebus tranſitoriis, locis venerabilibus quis ſtudeat in alimoniam pauperum impendere: quatenus qui fragilitatem naturæ generaliter patiuntur, priuſquam ſubitanea tranſpoſitio eveniat, pro ſalute animæ invigilent, ut non inveniatur quiſquam imparatus, vel ſine aliquo reſpectu diſcedat e ſæculo. Quin potius dum propriæ libertatis jure ſubſiſtit, ex caducis ſubſtantiis intra æterna tabernacula vitam ſtudeat mercari perpetuam, ut inter juſtorum conſortium deſiderabilem valeat locum adipiſci.* Et poſt pauca: *Itaque nobis ſana mente, ſanoque conſilio placuit, & (ut diximus) devotio divina nos admonuit, ut pro ſalute noſtra & pro æterna retributione conſcribendum præciperemus teſtamentum: & pro immutabili beneficio quatuor uno tenore firmavimus inſtrumenta, & quicquid ubique per loca ſanctorum contulimus, inibi ſimili annotatione contexuimus, &c.* Deinde ſubjungitur:

VI. *Donamus igitur ad baſilicam S. Vincentii Pariſiis, ubi ſepulturam, quando quidem Deus juſſerit, habere diſponimus donatumque in perpetuum eſſe decrevimus villam cognominatam Cumbis in pago Pariſiaco, quam Urſa filia Alderici tenuit. Pari modo ad baſilicam S. Petri Apoſtoli Pariſiis, ubi ſancta Genoveſa requieſcit in corpore, villam Dravernum in Brigejo. Ad baſilicam vero divi Dionyſii item Pariſiis, ubi cum ſociis ſuis requieſcit, villam Brannatem in Brigejo. Ad baſilicam dominæ ſanctæ Columbæ & domini ſancti Lupi Senonis, villam Grandecampum in Gauſtinenſi. Et cætera quæ ibi plura continentur. Ad ultimum vero intulit: Vos autem boni filii conſiderantes primum naturæ religionem, cujus gratia etiam beſtias ligat, manete fratres: nolite exuere, quo onerati eſtis. Deinde reveremini me patrem veſtrum, qui rogare malo, cum poſſim jubere, ut ſtatuta noſtra inconvulſa ſervetis, ſicuti veſtra a ſucceſſoribus veſtris ſervari voletis: profecto ſcientes, quod ſi a nobis ſancita contemptui habueritis (quod non arbitror) pari modo & veſtra a poſteris contemnentur decreta. His dictis, & cunctis longævam ei felicemque optantibus in hoc ſæculo vitam ac in futuro manentem, ſalutatis omnibus, cætum dimiſit, ut rediret unuſquiſque ad ſua.* Hæc (ut dictum eſt) quartodecimo regni ſui anno Dagobertus, ad felicem obitum viam ſibi parans. Sed & hic fragmentum quoque recitandum erit alterius donationis eodem tempore ab ipſo factæ Eccleſiæ a ſe conſtructæ, & monaſterio S. Benedicti unius diei itinere diſtanti ab Argentina civitate ſuper Rhenum, quod ſic ſe habet (*a*):

(*a*) *Habet. in Appen. ad hiſt. Gothor. Joan. Mag.*

VII. *Dagobertus magnus divina clementia Rex Francorum, omnibus regni ſui primatibus, immo cunctis Chriſti fidelibus præſentibus & futuris, notum facimus, quod patre meo Lothario defuncto, paterni regni curam ſuſcepi: ſed vivendi ductus levitate deceptus, regalis officii debitum neglexi; & maxime inter alios exceſſus meos, Eccleſiarum Dei deſtructor & diſſipator eſſe cœperam, nec divinæ majeſtatis oculos, nec hominum veritus acclamationem. Tandem Dei benignitas obſtinatæ mentis ſuperbiam conterens virga correctionis, iniquitates meas correxit, & mihi caſtigato veniam non negavit: quaſi autem modum pœnitentiæ imponens, in hoc mihi ſpem plenæ poſuit indulgentiæ, ſi ad honorem Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſanctorum quos magis offenderam, domum divinis aptam ſervitiis conſtruerem, &c. Igitur ſub certa ſpe remiſſionis peccatorum noſtrorum, & reddentes alacri ſtudio votum quod fecimus, Eccleſiam in honorem ſanctæ Trinitatis, & ſanctæ Mariæ perpetuæ virginis, & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli in lo-*

PAGIUS Hadrianus Valeſius lib. XIX. Rerum Francic. pag. 122. & Cointius anno DCXXXV. n. VIII. inter fabulas reiiciunt, propter rationes apud ipſos legendas. Mabillonius vero lib. I. de Re Diplomatica cap. 7. num. 5. & lib. 4. pag. 251. minime dubitat, quin generalis ille populi Conventus *Bigargii*, quod agri Pariſienſis Palatium erat, revera habitus fuerit, & quin teſtamentum illud germanum ſit, ac legitimum. Nobis hic ſufficit Auctores indicare, quos Lector conſulere poterit. Verum cum Aimoinus lib. 4. cap. 30. referat hæc geſta anno XIV. Dagoberti Regis, revocanda ſunt ad annum ſexcenteſimum triceſimum quintum, qui hujus Regis XIV. erat.

X. Refert Baronius fragmentum donationis factæ a *Dagoberto* Rege Monaſterio Weiſſenburgenſi. Verum controverſia eſt, an a *Dagoberto* I. vel a Dagoberto Secundo Cœnobium illud fundatum fuerit. Pro Dagoberto primo ſtat Jodocus Coccius in Dagoberto Rege, Argentinenſis Epiſcopatus fundatore, quemadmodum & Cointius anno DCXLII. num. LXVI. & ſeqq. Pro ſecundo vero Dagoberto Henſchenius in Diatriba de Tribus Dagobertis lib. 2. cap. 13. Cum tamen *Principius*, qui poſtea Epiſcopus Spirenſis fuit, primus ejus Abbas extiterit, & *Ratfridus* ſeu Radefridus, qui regente Dagoberto Secundo Cheodonio ſecundo Abbati jam ſucceſſerat, thermas Badenſes ab eodem Rege acceperit, ut liquet ex ejus Diplomate, recitato a Cointio anno DCLXXV. num. XV. hujus Cœnobii fundatio ad Dagobertum primum referenda videtur. Eſt porro *Album-Caſtrum*, vel Weiſſenbur-

*Monaſterium VVeiſſemburgenſe a Dagoberto I. conditum.*

*loco qui dicitur Vuiſſenburg conſtruximus, quam ſublimare & regali munificentia ditare decrevimus, &c.* Hæc ibi; atque de his ſatis. Jam vero ad anni ſequentis res geſtas oratio transferatur.

Se-

PAGIUS burgum ampliſſimum Cœnobium in media Alſatia ad montana Voſagi, & in ejuſdem nominis Imperiali Oppido, ad amnem Lutharum, qui mediam Civitatem perfluit, in Spirenſi Diœceſi ſito, da quo plura Cointius citatus.



I. Diſputatio Maximi cum Pyrrho. SEquitur annus Redemptoris ſexcenteſimus quadrageſimusquintus, Indictione tertia, quo in Africa de fide Orthodoxa habita eſt famoſa illa diſputatio inter Pyrrhum Patriarcham Conſtantinopolitanum hæreticum, & Maximum Abbatem eumdemque martyrem Orthodoxum; ex qua idem Pyrrhus princeps Monothelitarum hæreticorum convictus, erroris diu defenſi pœnitens, recentans palinodiam, oblatoque fidei Catholicæ libello Theodoro Romano Pontifici, receptus eſt una cum titulo Patriarchatus in Eccleſiam Catholicam. Magna quidem Dei providentia factum eſt, ut Pyrrhus extorris in Africam veniens, illic ſanctum Maximum inveniret: etenim (ut in rebus geſtis ſancti Maximi fuſius legitur) ubi Pyrrhus illuc pervenit, captioſos cœpit ſuæ hæreſis laqueos tendere, quibus univerſam Eccleſiam illam captivam duceret: quod & feciſſet quidem, niſi in omnibus ſibi adverſantem Maximum habuiſſet: unde exigentibus Epiſcopis Africanis, atque ipſo qui provinciæ præerat, Gregorio Patricio publicæ paci ejus regionis, quam vehementer Pyrrhus perturbaverat, conſulente, factum eſt, ut de publicis controverſiis publica fieret diſputatio. De qua quod ad tempus pertinet, eam hoc anno contigiſſe, nempe tertia Indictione, menſe Julio, ipſe titulus diſputationi præfixus edocet: ut de his nulla dubitatio eſſe poſſit. Quod vero ad locum ſpectat, habitam ipſam eſſe in Africa (& puto Carthagine) quo Pyrrhus Conſtantinopoli recedens ſe contulerat, æque ex ipſa certiſſimum redditur.

II. Quæ autem de eadem extent priſcorum teſtificationes in primis videamus. Theophanes hæc habet: *Pyrrhus vero cum perveniſſet in Africam, mutuis cum ſanctiſſimo Maximo videtur aſpectibus, Abba videlicet religioſiſſimo in monaſticis correctionibus, necnon & divinorum illic exiſtentium Pontificum præſentatur obtutibus: qui hunc redargutum, & perſuaſum, Romam ad Papam Theodorum direxerunt. Qui Orthodoxo libello tradito Papæ, ab eo receptus eſt.* Hæc Theophanes ex Græcis: his conſentientia ſcribit Photius. Ex latinis autem vetuſtioribus Anaſtaſius Bibliothecarius iſta refert: *Ipſis temporibus Theodori Pontificis venit Pyrrhus ex Africa, qui fuerat Patriarcha Conſtantinopolitanus, in urbem Romam ad limina Apoſtolorum: Qui ingreſſus, libellum obtulit cum ſua ſubſcriptione Apoſtolicæ noſtræ ſedi in præſentia cuncti cleri & populi, condemnans in eodem libello omnia quæ a ſe vel a deceſſoribus ſuis ſcripta vel acta ſunt adverſus immaculatam fidem noſtram. His itaque ab eo peractis, fecit eum Pontifex munera erogare in populo, & cathedram ei poni juxta altare, honorans eum ut ſacerdotem regiæ civitatis.* Hucuſque Anaſtaſius in Theodoro.

III. Ingenti ſane Dei beneficio evenit, ut poſt tot publicorum ſcriptorum naufragia, quæ tum Græcorum tum Latinorum Eccleſia paſſa eſt diverſis temporibus, ne ſyllaba quidem ejuſdem diſputationis exciderit, ſed conſervata ipſa integreq; fuerit in pluribus antiquitus ſcriptis Græcis codicibus, quos Vaticana bibliotheca poſſidet, in quorum ſingulis inter alia viri doctiſſimi atque ſanctiſſimi monumenta ineſt ejuſmodi ejuſdem Maximi Abbatis & martyris cum Pyrrho excepta a Notariis in Africa publica diſputatio, præſentibus Epiſcopis Africanis atque Gregorio (ut dictum eſt) qui prætoria præfectura eamdem provinciam moderabatur; quam quidem hactenus latentem ac Latinis incognitam primus vendicavit in lucem, ac Latinitate donavit vir diſertiſſimus Franciſcus Turrianus Societatis Jeſu profeſſor, qui ejuſdem Maximi nonnullas epiſtolas eodem argumento, adverſus Monothelitas ſcilicet ſcri-

ptas

PAGIUS SÆC. VII

Anno Æræ Hiſpan. DCLXXXIII. Anno Hegiræ XXV. inchoato die 28. Octob. fer. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6138.

☉ 10. B. ☽ 19. P. 24. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 645.

THEODORI PAPÆ 4.

CONSTANTIS IMP. 5.

A. C. 645. I. Poſtconſulatus. HIc annus iſta formula notatus: *IV. poſt Conſulatum Conſtantis Aug. II.* juxta ſc. modum loquendi Marcellinianum.

II. A num. I. ad XXIV. Habita hoc anno in Africa celebris diſputatio inter *Pyrrhum* Patriarcham Conſtantinop. hæreticum, & Sanctum *Maximum* Abbatem, in qua *Pyrrhus* victus Palinodiam recantavit, obtulit poſtea fidei Catholicæ libellum *Theodoro Papæ*, qui eum in Eccleſiam Catholicam recepit. Tempus in Diſputationis titulo exprimitur; dicitur enim ea habita, *menſe Julio Indictione III.* Cum Baronius hunc congreſſum tam ex Theophane, quam Anaſtaſio accurate proſequatur, ad alia properamus, poſtquam monuerimus conſtare ex dictis anno DCXLII. num. III. *Platonem* hoc anno Exarcum Italiæ a Conſtante Imperatore declaratum fuiſſe, eumque non *Iſaacio*, ut perperam ſcribit Baronius n. XVII. ſed *Theodoro Calliopæ* ſucceſſiſſe. *Diſputatio Max. cum Pyrrho.*

ptas, alioſque ad id ipſum ſpectantes tractatus æque ex Greco in Latinum convertit; ſed ne ederet una cum aliis a tranſlatis ſanctorum Græcorum Patrum egregiis monumentis, mors antevertit.

IV. Porro nacti ipſam, an hic integram reddere deberemus, cum ſua prolixitate duos vel amplius impleat terniones, ancipites diu fuimus; ne ſcilicet rerum geſtarum ſeries ejus diſputationis obice intercipi videretur, lectorque aſſuetus per plana currenti hiſtoricæ lectioni, inter Chryſippios quodammodo labyrinthos ſe clauſum teneri putaret, dum in difficillimis ſacrorum dogmatum quæſtionibus inter vepres, rubos, ſpinaſque hæreticorum argumentorum cogeretur incedere, ut tandem poſſet in lucem veritatis emergere. Cæterum quod magna ex parte hujus tomi verſetur hiſtoria in his quæ ſpectant ad Monothelitarum hæreſim confutandam, quæ flexuoſis anfractibus gradiens, ſinuoſis receſſibus latens, nec quo pergat intelligi poſſit, aliud agens, loquens aliud: ut ſecundum illud quod de Behemoth ſcriptum eſt (*a*), de ea dicendum ſit: *Quis revelavit faciem indumenti ejus?* ut iſta cuncta, aperta luce lector intelligat, ſicque hiſtorica lectione fruatur, operæpretium me facturum exiſtimavi, ſi eamdem concertationem Annalibus noſtris intexerem, quo tricas omnes, cunctoſque nexus, ſtrophas, atque cavillos hæreticorum ipſorum ſatis habeat exploratos. His accedit, quod eadem tractatio pleraque habeat, quæ hiſtoricam elucident veritatem, illaque præſertim tanti momenti erroribus involata de Honorio Romano Pontifice in conſortium hæreticorum calumnioſe vocato dilucide tibi pandat, aperteque veritatem demonſtret, ut non ſit quod de ejus integra ſinceraque fide Catholica dubitare vel leviter jure poſſis. Quod inſuper ejuſmodi hactenus caruerit Latinitas nobili monumento numquam ſuppoſito prælo, haud ingrato animo illud puto accipient eruditi, qui etiam gratias agant de Eccleſiaſtica antiquitate adeo benemerenti.

(*a*) *Job.* 41.

Utilitas de diſputatione Maximi cum Pyrrho.

V. His igitur perſuaſus, eam tibi integram exhibendam ita putavimus, ut tamen hiſtoricæ conſultum ſitrationi. Quamobrem ex ea illa tantum hic tibi reddenda putavimus, quæ ad rerum geſtarum pertinent cognitionem: in fine autem tomi hujus veluti appendicem ipſam diſputationem integram ponemus. Sed & ne fonte careas, ex quo deducitur, tibi pariter ipſum Græcum textum (ne habeas amplius quod deſideres) cudendum curabimus quam ſinceriſſime, ita tibi bene conſulentes, ut fruaris viri doctiſſimi ejuſdemque martyris lectione, illud S. Hieronymi (*b*) de Pamphili martyris ſcriptis dictum in memoriam revocans: *Si lætitia*, inquit, *eſt, unam epiſtolam habere martyris; quanto magis tot millia verſuum, per quæ mihi videtur ſui ſanguinis ſignaſſe veſtigia?* Iſta quidem ille de ſcriptis manu martyris Origenis libris: ſed præſtat, mea ſententia poſſidere quæ ore martyris ſunt prolata, atque de corde martyris, & non aliunde manarunt, ex ipſius ſapientiæ fonte deducta: ne, ſi ſecus dixerimus, aliquid amplius mechanicis tribuamus, quam liberalibus diſciplinis.

(*b*) *Hier. de Scrip. Eccl. in Pamph.*

VI. Porro quod in primis ad temporis rationem ſpectat, ut cuncta tibi conſtent, hic ejuſdem diſputationis deſcribendus eſt titulus, qui ſic ſe habet: *Quæſtio Eccleſiaſtici dogmatis diſputata coram Gregorio Patricio piiſſimo in conventu & conſeſſu ſanctiſſimorum Epiſcoporum & reliquorum nobiliſſimorum virorum a Pyrrho Patriarcha Conſtantinopolitano, & a reverendo Maximo monacho, menſe Julio, Indictione tertia: Pyrrho quidem novum dogma de una Chriſti voluntate a ſe & a ſuo anteceſſore Sergio prave introductum defendente; Maximo autem doctrinam Apoſtolorum & Patrum a principio nobis traditam.* Incipit Pyrrhus, ita compellans ipſum Maximum.

Pyrrhi diſputationis cum Max. exordium.

*Qua in re, domine Abbas Maxime, ego & is cui ſucceſſi, tibi nocuimus, qui ubique nobis detrahis, & nos omnibus in ſuſpicionem de hæreſi venire facis? Quis umquam te, ne de facie quidem notum, ſic honoravit & coluit, ut nos? &c.* In fine igitur tomi (ut diximus) ipſam integram diſputationem Græco atque Latino ſermone cuſam invenies: modo vero ea quæ ad Honorii Papæ cauſam ſpectant, quod neceſſario id exigat argumentum, hic tibi ob oculos ponenda curamus, eademque ſæpius, cum ratio poſtulat, verbis totidem inculcanda, quo de tanti Pontificis conflata calumnia, tanto teſte adhibito, confutetur: ut quod ſæpe falſo aſſertum reperitur, ſæpe pariter refellatur, cum & cubitalibus plane litteris eſſet tanti Pontificis integritas & innocentia ubique locorum monumentis perpetuis conſignanda.

VII. Ubi igitur quæ objecta de Vigilio Papa fuere ab ipſo Pyrrho, per Maximum (ut videbis) ſunt valide confutata; idem Pyrrhus rurſum de Honorio Pontifice ſic Maximum urget: *Sit*, inquit, *ita de Vigilio: Quid de Honorio ad reſpondendum habes, qui aperte anteceſſori meo unam voluntatem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe tradidit?* Maximus: *Quis fuit fide & auctoritate dignus epiſtolæ ejus interpres? is qui eam ex perſona ſancti Honorii ſcripſit, adhuc ſuperſtes, & qui totum Occidentem cum aliis virtutibus, tum pietatis dogmatibus illuſtravit,*

De Honorio defenſio Maximi.



*vit, an hi qui Conſtantinopoli ex ſuo corde loquebantur?* Pyrrhus: *Ille, qui hanc ſcripſit.* Maximus: *Is igitur cum ad divum Conſtantinum* Imperatorem rurſus ex perſona Joannis Papæ de hac epiſtola ſcriberet, dixit: Unam voluntatem diximus in Domino, non divinitatis ejus & humanitatis, ſed humanitatis ſolius. Cum enim Sergius ſcripſiſſet, quod quidam duas voluntates in Chriſto contrarias dicerent: reſcripſimus Chriſtum non duas voluntates contrarias habuiſſe, carnis inquam & ſpiritus, ſicut nos habemus poſt peccatum, ſed unam tantum, quæ naturaliter humanitatem ejus ſignabat. Hoc autem ita eſſe, argumentum evidens eſt, meminiſſe membrorum & carnis, quæ quidem in divinitate non licet intelligere.* Deinde occurrit per anticipationem obiectioni: Si quis vero, inquit, dicat: *Quare de humanitate Chriſti agentes, de divinitate ejus non meminiſtis? Reſpondemus: Primum quidem, reſponſum fuiſſe ad quæſtionem: Deinde, ut in omnibus, ſic etiam hic conſuetudinem Scripturæ nos ſecutos fuiſſe, quæ aliquando de divinitate ejus diſſerit, ut cum ait Apoſtolus: (a) Chriſtus Dei virtus & Dei ſapientia, aliquamdo de humanitate ſolum, quemadmodum cum idem ait (b): Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus; & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* Pyrrhus: *Simplicius anteceſſor meus accepit hoc, in voces intentus.* Maximus; *Rem ipſam loquor, nihil ita me a tuo anteceſſore alienavit, ut mutabilitas ejus & inconſtantia, &c.* Hactenus de his quæ ad Honorii Papæ cauſam ſpectant.

*Conſtantem.

(*a*) 1. *Cor.* 1.

(*b*) *Ibid.*

VIII. Vidiſti, controverſiam de litteris Honorii Papæ, ex quibus conclamaretur ab hoſtibus quamlibet occaſionem captantibus, unius eſſe in Chriſto voluntatis aſſertor, toties ventilatam, ac toties declaratam, atque adeo elucidatam, ut neque refractariis ipſis hæreticis locus relictus ſit amplius de ea aliquid dubitandi. Audiſti & de ea ſatisfactum Imperatori per Joannem Papam litteris ejus qui illas Honorii ſcripſiſſet epiſtolas; ſatisfactumque per Maximum Patriarchæ Pyrrho Monothelitarum anteſignano in adeo publico Africanorum Epiſcoporum conventu: qui licet in diſputatione lubricus, ut teneri difficile poſſet, ſumma tamen potentia veritatis, germanæ verborum cædere interpretationi coactus eſt, & in ipſum ſuum anteceſſorem, quem ante ſæpe laudarat, Sergium Patriarcham reiicere culpam, quod ſcilicet magna oſcitantia (ne diceret malitia) non germano verborum ſenſui, ſed verbis dumtaxat Honorii Papæ, ipſis nudis vocibus fuiſſet intentus: ut plane ſe nihil habuiſſe publice profeſſus ſit, quo ſuum prædeceſſorem Sergium excuſaret, ſed accuſaret eum, quo de inani facta tunc de Honorio obiectione ſe penitus excuſaret cum alioqui in aliis defendere mordicus Sergium non deſtiterit. Ut ex his intelligas, quam etiam hoſtium profeſſione ab omni illata calumnia Honorius Papa liber exiſtat.

Honorius omnino oſtenſus innocens.

IX. Ad poſtremum autem, quem demum celeberrima diſputatio iſta finem habuerit, ex eadem hic tibi publicis Actis excepta) ne quid te prætereat) promendum puto. Poſt multiplices Pyrrhi obiectiones ingeſtas & a Maximo quam diſertiſſime confutatas, poſt nexus ſolutos, & defenſiones ac reſponſiones ſingulas quoque convictas, poſt denique inanes tergiverſationes eluſas, acuminataſque cavillationes retuſas, cum deficerent verba, dare manus omni penitus deſtitutus defenſione Pyrrhus compellitur, & cedere veritati hæc tandem affatus:

*Demonſtratum*, inquit, *profecto eſt in quæſtione de operationibus, abſurdum eſſe unam operationem in Chriſto dicere, quomodocumque dicatur. Sed veniam poſtulo tum mihi, tum iis, qui præceſſerunt: ignorantia enim nos in abſurdas iſtas ſententias & argumentationes detorſit. Et obſecro, ut inveniam modum delendi hanc introductam abſonam ſententiam, & conſervandi memoriam anteceſſorum.* Maximus: *Non eſt alius modus, quam taceri perſonas, & anathemate affici talia dogmata.* Pyrrhus: *At ſi hoc fiat, reperientur cum his ejecti Sergius, & Synodus meo tempore habita.* Maximus: *Subit me admiratio, quomodo Synodum voces, quæ non eſt habita ut leges & canones Synodici & jura Eccleſiaſtica jubent: nec enim epiſtola encyclica ex conſenſu Patriarcharum edita eſt, neque locus, neque dies conveniendi decretus: non fuit aliquis actor aut accuſator. Qui convenerunt, epiſtolas commendaticias non habuerunt, nec Epiſcopi a Metropolitanis, neque Metropolitani a Patriarchis, non epiſtola, neque ſubſtituti ab aliis Patriarchis miſſi ſunt. Quis igitur particeps rationis Synodum velit appellare, quæ ſcandalis & diſcordiis cunctum orbem implevit?*

Pyrrhus ſe erraſſe cognoſcit & fatetur.

X. Pyrrhus: *Si non eſt alius modus quam hic, pluris faciens ſalutem meam, quam cætera omnia, præſto ſum ad faciendum hoc cum omni ſatisfactione: hoc unum & ſolum rogans, ut dignus habear in primis interiore aditu ædis Apoſtolorum, quin potius ad orationem ipſorum Principum Apoſtolorum, deinde ut videam faciem ſanctiſſimi Papæ, eique tradam libellum eorum quæ abſurde facta ſunt.* Maximus & Gregorius Patricius dixerunt: *Quandoquidem tua propoſitio bona eſt & Eccleſiæ utilis, ſic fiat.* Hucuſque diſ-

Pyrrhus conſenſit Maximo.

diſputatio, cui ſubiicit iſta Maximus de his quæ ab eodem Pyrrho geſta ſunt Romæ: *In hac ergo celeberrima urbe Roma, cum adeſſet nobiſcum, promiſſum præſtitit, damnavitque dogmata impiæ expoſitionis, ſeque per rectam confeſſionem cum Catholica & Apoſtolica Eccleſia conjunxit, gratia & cooperatione magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

XI. Spectaculum ingens exhibuit in Africa & Romæ Pyrrhus.

Magnum ſane tunc vidit primum Africa, deinde Roma ſpectaculum: Africa quidem, dum quem paulo ante aſpexerat magnis animis Patriarchali oſtentatione inſultantem Catholicæ veritati, pro hæreſi ore rotundo in defenſores fidei Catholicæ declamantem, in ſe ora omnium convertentem, jamque poſt ſe tertiam orbis partem ducere captivam tentantem, eumdem viderit ab extorre monacho appetitum, ut novum Goliath a puero Davide non in haſta vel enſe, ſed in nomine Domini pugnaturo conventum, tanta corona Patrum & magiſtratuum & Africani populi circundatum, poſt longam concertationem fateri ſe ſuperatum, abiicere clypeum, dare manus, & pedes coniicere ſponte in compedes illos optabiles ſapientiæ, ejuſque vinculis alligari, de quibus Eccleſiaſticus: (*a*) *Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum. Subiice humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis ejus. Et erunt tibi compedes ejus in protectionem fortitudinis & baſes virtutis & torques illius in ſtolam gloriæ (decor enim vitæ eſt in illa) & vincula illius alligatura ſalutaris.* Ita plane, cum & victo Pyrrho omnes ut vincenti fuerint adgratulati, eumdemque laudibus proſecuti, ac benedictionibus affectati, quod re vera cedens veritati, perfidiam ſuperaſſet, impietatem ſubegiſſet, contriviſſetque Satanam pedibus ſuis, qui ſolus lugeat ſe eſſe victum hæreſi debellata & ejus defenſore in offenſorem mutato.

(*a*) *Eccl.* 6.

XII.

Sed qualem & tunc vidit Roma triumphum? non armis priſcis ſed Crucis potentia comparatum, & ſecundum illud ſacrum oraculum præparatum: (*b*) *Venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te civitatem Domini.* Cum religioſa pompa non itum eſt ad Capitolium, ſed in Vaticanum, ad limina Apoſtolorum, domicilium piſcatoris: quo inferuntur trophæa præclaræ victoriæ, cum libellus ipſe, quo hæreſis cum hæreticis damnaretur, ad celebrem illam Petri Confeſſionem affertur offerturque probandus Summo Pontifici ſuper Petri cathedram reſidenti. Ubi collecto Eccleſiaſtico ſacroſancto Senatu, populoque Romano, ſuum ipſe Pyrrhus libellum legit, quo impiam Monothelitarum hæreſim condemnaret cum auctoribus ſuis, profiteretur vero Catholicam fidem, cum & eumdem oblatum Pontifici atque probatum velut obſidem ſuper Petri poneret Confeſſionem perpetua memoria conſervandum. Erant tunc profuſæ ipſius lacrymæ ex corde manantis profeſſionis fidei certi fideijuſſores & teſtes adeo efficaces, ut non ad compatiendum tantum permoverint aſtantes omnes, ſed & ad indulgendum ac benemerendum inclinaverint animum Summi Pontificis Theodori, qui e celſo throno ſublimis animo condeſcendens, excipit pœnitentem, amplexaturque ad ſinum ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ redeuntem.

(*b*) *Iſa.* 60. Pyrrhus pœnitens receptus a Roman. Pontif.

Memor vero ſe illius in terris vicem gerere, qui ad excipiendos pœnitentes peccatores, adverſus Phariſæorum ſupercilium, parabolam illam de filio prodigo revertente ad patrem ingeſſit: nihil ſibi magis congruere exiſtimavit, quam ejus implere facto doctrinam, & opere a Chriſto primo oſtenſum imitari exemplum. Quamobrem eum, qui propugnando hæreſim, diſſipaverat omnem ſubſtantiam ſuam, fidem inquam ipſam prodigens ſubſtantiam rerum ſperandarum ab Apoſtolo nuncupatam, ob idque ab Eccleſia condemnatus, exutuſque fuerat inſignibus Pontificiis, recipit ad oſculum pacis, Catholicæ Eccleſiæ uniens, & excipiens myſtica menſa vituli ſaginati, Apoſtolicam communicationem impartit: adiicit & ſtolam primam atque annulum, cum priori qua exutus fuerat pontificia dignitate, eum iterum veſtit & ornat, adiiciens etiam ut eum in cathedra conſidere fecerit (ut ex Anaſtaſio dictum eſt ſuperius) juxta altare primarium, ubi & eidem conceſſit ut conſueta munera populo erogaret, Hæc tanta pœnitenti hæretico præſtitit Theodorus, oſtendens ſe vere patrem eſſe in recipiendo filio deperdito redeunte; atque eſſe paſtorem, dum jacentem ovem erigens ſuper humeros ſuos extollit.

XIII. Theodori Papæ clementia erga Pyrrhum.

In tanto gaudio ſola mœret invidia: cum enim Conſtantinopoli auditum eſſet Pyrhum Patriarcham Romæ coram Theodoro Pontifice hæreſim Monothelitarum, cujus erat patronus, publice condemnaſſe, in Catholicamque Eccleſiam receptum fuiſſe: rubore ſuffuſi hæretici, quo aſperſam infamiam abolerent, ad calumniam ſe converterunt, dicentes, Pyrrhum vim paſſum talia deliraſſe, tormentiſque extortam ab ipſo fuiſſe hæreſis damnationem, & fidei Catholicæ profeſſionem. Hæc non in vulgus tantum ab ipſis ſunt ſparſa, ſed & auribus Imperatoris ingeſta; qui hæc adeo vera exiſtimavit, ut cum ipſe tum eidem inhærentes magi-

XIV. Calumniæ ſparſæ de pœnitentia Pyrrhi.



magiſtratus poſt plures annos non veriti ſint eadem exprobrare ſancto Martino Romano Pontifici, cum Roma captivus abductus, Conſtantinopoli eſſet in vinculis, quæſtionibuſque ſubjectus, prout ex ejuſdem S. Martini litteris (*a*) apparet, in quibus iſta leguntur ex Actis publicis accepta:

(*a*) *Martin. Pap. ep.* 16. *t.* 1. *ep. Rom. Pont.*

XV. De actis Romæ cum Pyrrho.

*Dicit ad Martinum Papam Demoſthenes reſcriptor: Dic nobis ea quæ de Pyrrho hic & Romæ ſubſequente geſta ſunt: Pro qua cauſa abiit Romam? juſſus, an proprio propoſito? Reſpondens ſanctus Papa dixit: Proprio propoſito. Ait Demoſthenes: Libellum illum*, fidei Catholicæ confeſſionis ſcilicet, *quomodo fecit? compellente aliquo? Reſpondet ſanctus vir: Nemine, ſed propria propoſitione. Demoſthenes inquit: Veniente Pyrrho Romam, quomodo eum ſuſcepit ſanctus vir Theodorus præceſſor tuus Papa? uti Epiſcopum? Reſpondit æquanimis Papa: Uti Epſcopum. Et quomodo non, ſi priuſquam veniret Pyrrhus Romam, manifeſte ſcripſit beatus Theodorus ad Paulum, utpote ad eum qui ſupplantationem fecit, & alterius thronum invaſit: deinde eodem Pyrrho veniente Romam ſponte ſua ad veſtigia beati Petri, quomodo non haberet eum ſuſcipere & honorare, utpote Epiſcopum?*

XVI. Munificentia Rom. Eccleſiæ.

*Reſpondens Demoſthenes dixit: Vere veritas ſic ſe habet. Unde autem ſumebat ea quæ ad uſum ſui corporis erant neceſſaria? Dicit beatus manifeſte: De Patriarchio Romano. Ait concertator: Qualis panis dabatur ei? Reſpondit honorabilis vir: Vos domini mei neſcitis Eccleſiam Romanam. Dico enim vobis, quia quiſquis venit illuc miſerabilis homo hoſpitari, omnia ad uſum præbentur ei, & nullum immunem ſuis donis S. Petrus repellit venientium illuc, ſed panis mundiſſimus & vina diverſa dantur, non ſolum ei, ſed hominibus ei pertinentibus. Si ergo in miſerabilibus hominibus hæc fiunt: qui venit honorabilis ſicut Epiſcopus, quales ſumptus habet ſuſcipere?* Vides, lector, munificentiam Romanæ Eccleſiæ erga hoſpites omnes, quibus panis mundiſſimus & vina diverſa impenderentur: præſtabantur vero multo majora advenientibus illuc externis Epiſcopis. Sed pergunt Acta.

XVII. Calumniæ de Pyrrho in Rom. Eccleſ.

*Dicit ad eum Demoſthenes: Nos didicimus quia Pyrrhus vi fecit libellum Romæ & quia vincula lignea ſuſtinuit, & multa dolenda paſſus eſt. Reſpondit ille beatus, & dixit: Nihil tale factum eſt. Nam ſi qui a formidine aliqua tenentur, non poſſunt forte loqui veritatem; hic ſunt Conſtantinopoli, qui tunc erant Romæ, & ſciunt quæ ibi geſta ſunt; ex quibus interim ſupereſt Plato Patricius, qui tunc Exarchus erat, quique direxit homines ſuos tunc ad Pyrrhum Romam. Percontamini eum de his, ſi mentior. Veruntamen quid volumus plurima quærere? &c.* Hæc de his quæ pertinent ad res geſtas Romæ cum Pyrrho: ex quibus pariter intelligis, quod dictum eſt, poſt Iſacium non Theodouum Calliopam eſſe ſubrogatum Exarchum, ſed Platonem.

Jam vero ad Maximum Romam venientem ex Africa victorem & triumphantem convertamus orationem. At primum videamus, unde acciderit, quod cum raro evenire conſueverit, ut convictus hæreticus æque victus manus dederit (nam ſemper hujuſmodi, proſtrati licet, pertinacia majori reſurgunt) ipſe Pyrrhus a Maximo ſuperatus acquieverit. Cauſæ hæ reddi poſſe videntur, quod Pyrrhus quamvis ſectatus veſtigia Sergii, minime tamen fuerit adhuc hæreſis condemnatus; quodque inſuper liciet ejuſdem eſſet aſſertor erroris, nihilominus adhuc veluti anceps, veritatis fieri certior cupiebat: hinc accidit, ut is a Maximo non in illorum hæreticorum claſſem reiiciendus fuerit, quibus nec, Ave, dicendum eſſe Apoſtolus (*b*) admonuit; ſicque factum eſt, ut inter utrumque, Maximum atque Pyrrhum, amicitiæ vinculum minime fractum fuerit, ſed reciprocis litteris potius ſtringeretur, ejuſque uſus inter ipſos perſeverarit: cujus rei cauſa aliquando crimini datum eſt eidem Maximo, quod ſuis litteris laudaſſet Pyrrhum, adeo ut ex his in ſuſpicionem vocaretur erroris, & argueretur initæ colluſionis; cujus rei gratia eidem Maximo opus fuerit, ſcripta prolixiori epiſtola ad Siciliæ monachos, texere apologiam, in qua hæc inter alia habet de conſuetudine conſervata cum Pyrrho:

XVIII. Cur Pyrrho amice egerit Maximus.

(*b*) *Joan.* 1.

*Pyrrhus vero cum ad nos prius librum magnum ſcripſiſſet, & valde nos (neſcio quomodo) honoraſſet, in eoque inquirendo & non pronunciando de una & duabus operationibus unius & ejuſdem diſſeruiſſet, noſtramque ſententiam & opinionem de utroque requireret & accerſeret; nos (ut par erat) eum etiam in prooemio epiſtolæ viciſſim honoravimus, ſicut Apoſtolus (c) nos hortatur: Honore invicem prævenientes: atque eos qui aliter habent, vel ad nos ſcribunt, diligere & benedicere eis jubet divina Scriptura (d). Simul etiam ſtudium fuit mihi, non exaſperare, ſed magis lenire virum laudibus ad aſſentiendum iis quæ a me pie ſecundum doctrinam ſanctorum Patrum tradita erant. Unde ſic confitebar, intellexiſſe me quæ ab illo mihi ſcripta erant ſecundum ea quæ ego illi ſcripſeram, incitans eum (ut dixi) & invitans ad aſſentiendum piæ doctrinæ, quæ ſalutem maximam illi compararet, ſi eam amplexus, nobiſcum (ſicut ſcripſimus) confiteretur, id eſt, duas ejuſdem & unius Chri-*

XIX. Excuſatio Maximi de laudato Pyrrho

(*c*) *Rom.* 12.

(*d*) *Ibid.* 12.

*ſti Dei noſtri ſecundum naturam operationes, ſicuti duas etiam naturas ſine confuſione & diviſione copulatas, divinam & humanam, increatam & creatam, ſed non unam & eamdem utramque dictam. Non enim doctrina Patrum, ſed potius hæretica eſt doctrina de una eademque operatione vel voluntate vel natura in eodem & uno Domino & Deo noſtro. Illius igitur meæ ad Pyrrhum laudationis hæc fuit ratio ac modus, cum vellem ſenſim eum & a contra opinione abducere, & ad rectam intentionem fidei transferre.* Hæc Maximus pro ſua de Pyrrho laudato defenſione; reliqua inferius. Hujus itaque rei occaſione factum eſt, ut cum minime Pyrrhus eum ut hoſtem penitus averſaretur, ſed ut amicum recta ſuadentem audiret; non erubuerit in magno illo publicoque conventu ſe victum fateri, & ab eo charitatis ac veritatis vinculis duci captivum in Urbem ad Romanum Pontificem.

XX. Quid laudandum in Pyrrho fuerit.

In quo quidem Pyrrho illud fuit maxime commendandum, quod ſe eſſe a veritate ſuperatum publice confeſſus fuerit, quodque remedia quæſierit pœnitentiæ, publice deteſtatus errorem; expetens perfrui conſpectu Romani Pontificis, quem Petri ſucceſſorem vice Chriſti Romæ ſedere ſciret, ſimulque deſiderio æſtuarit viſendi trophæa Principum Apoſtolorum, ubi ad ipſorum Confeſſionem procumberet, ac ſtratus oraret. Cujus permotus fidei ardore Pontifex Theodorus, eumdem in ſedem, a qua ejectus fuerat, Paulo hæretico ab hæreticis ſubrogato, reſtituens & in priſtinum ſtatum revocans, eum ipſi locum tradidit, atque honorem impendit, qui exhiberi conſuevit legitimis Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopis. Sunt hæc geſta hoc anno Romæ magno totius Eccleſiæ Catholicæ gaudio, hæreticis tantum livore tabeſcentibus, ac frementibus pariter ex adverſo.

XXI. Maximus pro fide Catholica paſſus calumnias.

Sed redeamus (quod polliciti ſumus) ad Maximum. Paſſus eſt ipſe quidem hanc ob cauſam invidos & perſecutores. Cum enim gloria ejus ex publica illa diſputatione ubique locorum propagata eſſet, adverſus ipſum plures ſunt conflatæ calumniæ etiam (proh dolor!) a Catholicis ipſis; inter quas illa fuit de laudato ſuis ſcriptis Pyrrho, qui putaretur hæreticus, alia rurſus addita, quod aſſereret tres voluntates in Chriſto, duas ſecundum duas in Chriſto naturas, tertiam vero ſecundum hypoſtaticam unionem perſonæ Chriſti, eamdemque Deivirilem nuncupatam: vulgaveruntque ad hæc probanda adverſus Maximum epiſtolam quandam ejuſdem Maximi nomine ſcriptam ad Marinum, qua tres in Chriſto voluntates aſtrui viderentur. Ubi autem iſta Maximus a monachis Siculis reſciviſſet, apologeticam ad ipſos reſcripſit epiſtolam, cujus eſt exordium: *Pax multa diligentibus nomen tuum, Domine, & non eſt illis ſcandalum*, &c. Ubi ad finem de ſcriptis ad Marinum hæc ait:

XXII. Maximi defenſio.

*Ad Marinum quidem presbyterum varie & de diverſis capitibus Scripturæ ſcripſimus: non tamen ullo quovis modo de contrariis dogmatibus dictum eſt, de una, inquam, & de duabus, id eſt, quas ipſi fingunt in eodem & uno Chriſto tres operationes vel voluntates, quaſi nos has in eodem ſimiliter ut ipſi conſtituamus, aut confiteamur Marino, aut ulli prorſus. Si enim quæ deſtruxi, hæc rurſus ædifico, tranſgreſſorem me conſtituo, ut ait Vas electionis* (a). *Unde epiſtolam, quam ſic quidem proferunt, id eſt, fingunt, tamquam a nobis ad Marinum miſſam, tamquam alienam omnino & non noſtram nos ipſi abiicimus, & cunctos ſimiliter atque nos ut abiiciant, qui pie Dominum confitentur, obſecramus: ut omnem occaſionem adverſariis intercipiamus, qui excuſant excuſationes in peccatis, & ſtudium contradicendi calumnia contegunt: quos quia non commendat ratio, proprio impetu veritatis fracta, aditum fallacem ſimplicioribus ad ſe confictis litteris moliuntur. Sed aditum ad eos non ſibi reperient, qui veritatem, quam nos defendimus, mendacio antepoſuerint.* Hæc de commentitiis litteris ad Marinum Maximus habet. Extant vera alia germana ſcripta Maximi ad Marinum presbyterum, quorum meminit, eſtque eorum exordium: *Cum propoſitum tibi ſit, pater in Deo honorande, amicitiam laudatiſſimam cum Deo inire, &c.* Continentque capitula quinquaginta & unum. Rurſus vero legitur ejuſdem nomine tomus dogmaticus ad eumdem Marinum miſſus in Cyprum inſulam, quo oſtendit duas in Chriſto voluntates dumtaxat aſtruendas neque (quam ponit Dionyſius) Deivirilem eſſe tertiam numerandam, unamve dicendam, ſed duas interpretandam: ut plane appareat, voluiſſe Maximum calumniis de ſe in vulgus ſparſis occurrere.

(a) Galat. 2.

XXIII. Marinus laudatus a Maximo.

Qualis autem quantuſve Marinus iſte fuerit, ejus exordio ſcripti declarat his verbis: *Non magis ornamentum pietatis & reverentiæ tuæ ſtupui, quam zeli maximi fortitudinem admiratus ſum, ſancte Dei miniſter & myſteriorum ſapiens auditor & doctor: utroque enim ſtudio ſacro connexo, diſciplinæ ſcilicet & doctrinæ myſticæ perfectionem in omnibus bonis comparaſti. Qui cum eſſes totaliter in toto per totum Deo omnibus divinis mandatis abſolute obeundis, totus eſſe in eo exiſtimaris propter ſummam exuperantiam paupertatis, non inter eos qui ſicut ego affectione animæ terrena in cæno & tabe ſordidarum perturbationum hærent.*

*Hinc*



*Hinc & tutum præſidium conſulta ratione tibimetipſi paraſti (nihil enim firmius ad figendas & conſervandas virtutes voluntaria paupertate, firmumque fundamentum divinorum in anima ædificiorum, quod labefactari non poteſt) & aliis omnibus qui ſtudio virtutis tenentur, factus es ſalutis conciliator; dum magis demonſtratione operante, quam voce docente, ad amplitudinem virtutis per altam & ſublimem ſubmiſſionem eos, qui ad exemplum tuum & imitationem mentem & vitam prudenter dirigunt.*

*Cum autem convenientem huic zelo, quem dixi fervorem ſpiritus habeas, & illum ignem in terra cordis, quem ut iniiceret venit Verbum natura bonum & hominum amans, quod omnem noſtrum pravum habitum & motum abſumit: incendis tu quidem illos qui per fallaciam & ignorantiam vitiis & nugis inſane delectantur, redarguens quod in eorum pravis actionibus & falſis ſermonibus vanum & futile eſt, obiecta lampade beata, quæ in te divinam cognitionem & virtutem aſſecuto ſemper ardet, & numquam extinguitur: calefacis autem eos qui magnopere frigent in hac frigida & tenebricoſa ſtatione fixi, expellens & diſſolvens tenebras ſplendidis radiis divinorum verborum, & ſummam contractionem ac torporem in ſummam fortitudinem & vim transferens. Rurſus autem illuminans a montibus æternis, id eſt, ab iis qui materia vacant, inſtituens omni cognitione quæ omnibus ſcientiis rerum ſub ſenſum cadentium antecellit, & docens quam vim habeant verba Patrum, & quæ eorum dogmata: illuminans inquam eos qui lumen cupiunt, quique, guſtu ſapientiæ illud jam per ſpem pulchre habent in ſe effigiatum, quod eſſe per naturam id ipſum quod deſiderat, deduciſque eos & adjungis pie ad obtinendam totam poſſeſſionem re & experientia. Nihil enim ſic tui ſacerdotii munus exprimit, ut exprimit zelus conſtans cum reverentia erga Deum temperatus & commixtus.* Hæc & alia plura de Marino presbytero Maximus, ut de commilitone fortiſſimo adverſus hæreticos Monothelitas; quem virtutum meritis, hiſce Maximi præconiis ornatum voluimus in Annalibus reliquiſſe.

XXIV. Scripta Maximi.

Cæterum inter omnes qui fuerint Catholicæ veritatis defenſores, eminebat Maximus, quem tunc pii quique conſulerent. Extant enim ejuſdem ad Nicandrum Epiſcopum reſponſio de dogmatibus Orthodoxis, & aliæ (a) ad diverſos. Porro ejus labores pro fide Catholica tuenda impenſos vix conſiderare quis valeat. Quomodo autem ſanctiſſimo viro eadem ex cauſaglorioſe contigerit obire martyrium, ſuo loco dicturi ſumus.

(a) *Habentur hæc omnia Maximi ſcripta græce in Bibl. Vaticana.*

Hoc eodem anno, qui numeratur quartus Conſtantis Imperatoris, Princeps ille Sarracenorum, qui Hieroſolymam cepit, Cruceſque depoſuit, tulit ſui ſceleris pœnam, occiſus per fraudem a quodam Perſa. Cui ſubſtitutus fuit Hoamen ejus cognatus. Hæc ex Theophane habentur.

Agi-

PAGIUS III. *Moritur Omarus Chalifa.*

Ad num. XXIV. Theophanes anno Incarnationis ſecundum Alexandrinos DCXXXVII. qui Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoatur ait: *Hoc anno menſe Dio*, (ideſt Novembri) *feria hebdomadis quinta Umarus ſuorum dolis occiſus fuit*. Eo ſublato *Uthmanus* ejus conſanguineus Saracenorum Califa conſtitutus eſt. Elmacinus tamen ait, Umarum ſeu Omarum interfectum eſſe anno Hegiræ XXIII. eique ſucceſſiſſe *Otſmanum*, qui idem eſt cum *Uthmano*, ac fatetur de initio ejus Dominationis Hiſtoricos inter ſe non convenire.

IV. *Obitus S. Modoaldi Epiſc. Trevirenſis.*

Hoc circiter anno migravit ad Deum Sanctus *Modoaldus* Epiſcopus Trevirenſis, cujus Vitam Stephanus abbas Sancti Jacobi in Urbe Laodienſi circa annum MCVII. literis mandavit. Frater erat *S. Itubergæ* Pippini Landenſis conjugis, & *S. Severa*, quam præfecit Monaſterio Monialium ſuper ripam Moſellæ a ſe extructo. In ejus diſciplinam traditus eſt *Germanus* puer qui poſtea primus *Grandivallenſis* Abbas extitit, Martyriumque cum Randoaldo Monacho ſubiit: id enim teſtatur Babolenus Presbyter Auctor coævus in Vita Sancti Germani. Extat in Actis Sanctorum Bollandianis ad diem XII. menſis Maii S. Modoaldi Vita, cujus aliud fragmentum recitat Mabillonius Sæculo III. Benedictino parte II. ex libro MS. de Geſtis Epiſcoporum Trevirenſium. Quo ad Sanctum *Germanum*, natus is erat Treviris nobilibus parentibus, cumque ad vitam Monaſticam anhelaret, conſilio ſuo cum *Modoaldo* Epiſcopo Trevirenſi communicato, omnia ſua pauperibus erogavit, & ad *Sanctum Arnulphum* Epiſcopum, tunc in eremo viventem perrexit; inde ad Monaſterium Beati *Romarici*, ac poſtea ad Luxovienſe, cui tunc *VValdebertus* præerat. Hinc in valle Rauracorum non longe a Baſilea Urbe celebre Monaſterium condidit, eique primum Abbatem Sanctum *Germanum* præfecit. Verum defuncto *Gundonio* Duce, qui fundum Monaſterio ædificando largitus fuerat, *Cathicus* ſucceſſor vallem flamma ferroque vaſtavit, qui *Germanum & Randoaldum* ejuſdem Monaſterii Monachum occiderunt, anno incerto. Porro Monaſterium *Grandivallenſe* progreſſu temporis ceſſit in poſſeſſionem Epiſcopi Baſileenſis, ac demum in Collegium Canonicorum verſum eſt, ab annis amplius quingentis, ut videre eſt apud Bollandum ad diem XXI. Februarii in Vita Sancti Germani, quam etiam Mabillonius recitat Sæculo II. Benedictino & ex eadem colligit, circa annum ſexcenteſimum ſexageſimum ſextum *Germanum & Randoaldum* Martyrio coronatos eſſe.

I. AGitur Redemptoris annus ſexcenteſimus quadrageſimusſextus, quarta Indictione: quo in Africa ubi cognitum fuit Pyrrhum Epiſcopum Conſtantinopolitanum pœnitentem ad Eccleſiam Catholicam reſtitutum eſſe a Rom. Pontifice incaleſcentes, ardore fidei Epiſcopi Orthodoxi in diverſis provinciis Concilia habuerunt ad confirmanda Catholica dogmata: qui & ex eo magis incitati vindices Catholici dogmatis inſurrexerunt, quod percepiſſent, poſt converſionem Pyrrhi auditam Conſtantinopoli ſuper januas primariæ eccleſiæ fuiſſe ſcripta propoſita, quibus Monothelitarum hæreſis credenda omnibus ſanciretur; hac inquam de cauſa omnium Orthodoxorum adverſus facinus animi mirum in modum concitati ſunt, ipſique potiſſimum commoti Epiſcopi Africani, penes quos Pyrrhus convictus a Maximo hæreſim fuerat deteſtatus. Qui omnes ex adverſo exurgentes, ſinguli Primates in ſingulis ſibi ſubiectis provinciis Synodos convocarunt. Sicque convenerunt qui erant provinciæ Byzacenæ ſub Stephano ipſorum Primate Epiſcopi numero quadragintaduo: convenerunt pariter Epiſcopi Numidiæ provinciæ ſub ipſorum Primate Columbo: inſuper & cojerunt ſimul ad Synodum Epiſcopi Mauritaniæ provinciæ ſub Reparato Primate ſex: ex Proconſulari vero provincia Carthaginenſi ſexagintaocto Epiſcopi in unum convenientes, Synodum celebrarunt. Extant eorumdem Conciliorum monumenta recitata in Synodo Lateranenſi ſub Martino Pontifice Theodori ſucceſſore, in ſecundo ejus Secretario: quæ quidem hoc anno fuiſſe in Africa celebrata, nempe ſub quarta Indictione, patet ex teſtificatione Theophylacti Primicerii Notariorum, cum hæc verba fecit in dicta Synodo Lateranenſi:

II. *Notum facio veſtræ beatitudini, quoniam & aliam ſuggeſtionem ſupplicem præ manibus habeo de quæſtione quæ nunc propoſita eſt, atque apud vos flagitari dignoſcitur, directam a reverendiſſimis Epiſcopis Africani Concilii per nuper tranſactam quartam Indictionem beatæ memoriæ Theodoro deceſſori ſanctitatis veſtræ.* Hujus autem ſcribendæ epiſtolæ (ut ipſi Epiſcopi teſtantur) cauſa illa interceſſit, quod cum Conſtantinopolim fuiſſent legationem Synodalem ad Paulum commonendum miſſuri, Gregorii Præſidis tyrannide in Africa detecta, commercium Africanorum cum Orientalibus fuerat penitus interclusum. Mittunt ergo ad Romanum Pontificem litteras, quibus petunt, ut ſua ad Paulum Conſtantinopolitanum ſcripta per Apoſtolicæ ſedis Reſponſales ipſi Paulo darentur; rogantes pariter, ut niſi idem emendaret errorem, ab ipſo Romano Pontifice excommunicationis ſententia damnaretur. Porro ipſa Synodalis trium Conciliorum epiſtola in Lateranenſi Concilio edita ſic ſe habet:

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſp. DCLXXXIV. Anno Hegiræ XXVI inchoato die 17. Octob. fer. 3. A. C. 646.

III. Synodalis Africanorum trium Conc.

*Domino beatiſſimo Apoſtolico culmine ſublimato ſancto patri Patrum Theodoro Papæ & ſummo omnium Præſulum Pontifici, Columbus primæ ſedis Epiſcopus Concilii Numidiæ, & Stephanus primæ ſedis Epiſcopus Concilii Byzaceni, & Reparatus Epiſcopus primæ ſedis Concilii Mauritaniæ, & univerſi Epiſcopi de tribus Conciliis antedictis Africanæ provinciæ.* Carthaginenſe autem Concilium ſeorſum ſcripſit Synodalem epiſtolam, quam paulo inferius ſuo loco reddemus. Accipe modo Synodalem hanc trium Conciliorum:

Sedis Apoſtolicæ ſumma auctoritas.

*Magnum & indeficientem omnibus Chriſtianis fluenta redundantem apud Apoſtolicam ſedem conſiſtere fontem, nullus ambigere poſſit, de quo rivuli prodeunt affluenter univerſum largiſſime irrigantes orbem Chriſtianorum: cui etiam in honore beatiſſimi Petri Patrum decreta peculiarem omnem decrevere reverentiam in requirendis Dei rebus, quæ omnino & ſolicite debent, maxime vero juſteque ab ipſo Præſulum examinari vertice Apoſtolico, cujus vetuſta ſolicitudo eſt, tam mala damnare, quam probare laudanda. Antiquis enim regulis ſancitum eſt, ut quicquid quamvis in remotis vel in longinquo poſitis ageretur provinciis, non prius tractandum vel accipiendum ſit, niſi ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum, ut hujus * auctoritate juſta quæ fuiſſet pronunciatio firmaretur, indeque ſumerent cœteræ Eccleſiæ velut de natali ſuo fonte prædicationis exordium, & per diverſas totius mundi regiones puritatis incorruptæ maneant fidei ſacramenta ſalutis.*

* ejus

IV. *Quocirca humillimum veſtro Apoſtolico culmini perſolventes obſequium, cum la-*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6139.

☉ XI. A. ☽ I. P. 9. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 646.

THEODORI PAPÆ 5.

CONSTANTIS IMP. 6.

I. Poſtconſulatus.

HIc annus iſta formula notatus; *V. poſt Conſulatum Conſtantis Aug. III.*



*lacrymis ſuggerimus, quod ſine cordis gemitu reticere non valemus, ante hoc temporis ſpatium exoſum apud Conſtantinopolitanam civitatem novitatis commentum ad nos uſque opinanter fuiſſe delatum: & ut hactenus ſiluiſſemus, putavimus ſereniſſimo examine veſtræ Apoſtolicæ ſedis fuiſſe defectum. Quod ubi pertinaciter cognovimus invaleſcere, relegentes videlicet libellum Pyrrhi noſtri fratris & coepiſcopi dudum ejuſdem Conſtantinopolitanæ civitatis apud veſtram venerabilem ſedem prolati *, relationem qualem neceſſitas exigit, fratri Paulo nunc Conſtantinopolitanæ civitatis Eccleſiam occupanti emiſimus, exhortantes cum nimio fletu, jam dictum novitatis commentum, non * quidem ſuis temporibus adinventum, a ſuo videlicet auctore confutatum, a ſe quoque vel ab omni Eccleſia, cui præſidet, repellere, & chartas, omnes præ foribus ipſius ſanctæ eccleſiæ ad ſcandalum populorum ſuſpenſas proiicere; qualiter fides, quæ nunc uſque permanſit integra, & Apoſtolica eruditio illibata ſervetur.*

* prolatum

* nunc

*Certum eſt enim, quod tales ſermonum novitates de malo gloriæ amore naſcuntur: dum ſibi nonnulli volunt acuti, perſpicaces, & ſapientes videri, quærunt quid novi proferant, neſcientes quia Deus noſter (a) infirma mundi eligit, ut confundat fortia, & ſapientes per mundi ſtulta confudit. Ad Timotheum (b) quippe Doctoris Gentium ſolicite * legiſſet ſermones, quibus ait, ut novitates vitet vocum profanas: ad impietatem nempe iſta proficiunt, quæ ſuper ſpinas & tribulos contulerunt: & Epheſi (c) remanens, denunciet quibuſdam, ne quis aliter prædicaret. Et (ut aliqua de veteribus proferamus) Hieremiæ prophetæ verba ſunt (d): Horribilia, inquit, facta ſunt ſuper terram: prophetæ iniquitatem prophetant. Multa ſunt divinæ legis documenta, quæ de largo veſtri culminis fonte noſtris rivulis infundantur.*

(a) 1. Cor. 1.
(b) 1. Tim. 6. 2. Tim. 2.
(c) 1. Tim. 1.
(d) Hier. 5.

V. *Quia vero in quamdam ſuſpicionem * noſtra Africana a malignis hominibus apud memoratam regiam civitatem recitata eſt provincia, antedictam relationem memorato fratri Paulo Conſtantinop. Antiſtiti tranſmiſſam, veſtræ Deo amabili beatitudini direximus; quam rogamus humiliter per veſtræ ſacratiſſimæ ſedis Reſponſales tranſmittere: qualiter proſpere * cognoſcamus, ſi memoratus ſuperius frater a nefanda ſe novitatis adinventione ad integram reformaverit Orthodoxæ fidei prædicationem. Quod ſi diſſimulaverit, auctoritas almæ ſedis veſtræ juxta Patrum ſanctiones ſalubri conſilio pertractabit a ſano copore ſeparare vulnus inſanum, remotoque morbi ſævientis flatu, cautius quæ ſunt ſincera perdurent, & grex purior ab hac mali contagione ſpiritali veſtri culminis ferramento purgetur.*

* Suſpectionem.

* propere

*Noviſſime hoc neceſſitatis eventu quod accidit, in veritate ſuggerimus quia nobis ſpecialiter per unamquamque provinciam Synodos contrahentibus venerandas, dum ex noſtro collegio fratribus electis, plenam tranſmittere nitimur legationem cum noſtris relationibus, quædam oborta ſunt, quæ noſtram intentionem rationabiliter prohiberent. Sed hujus rei, quam memoravimus, urgente neceſſitate, generali Africanæ provinciæ conſtituto per legatos diverſorum Conciliorum inito, generalem hanc propere veſtro culmini demandavimus relationem, poſtulantes non nobis, ſed ipſi quæ evenit neceſſitati adſcribere. Ora pro nobis, domine ſancte ac beatiſſime Patrum pater. Ora pro nobis domine ſancte ac beatiſſime Patrum pater: Ora pro nobis, domine ſancte ac beatiſſime Patrum pater.* Tertium hæc repetita habentur, quod a ſingulis tribus Conciliis a quibus epiſtola miſſa eſt, ſcripta fuerint. Deſiderantur autem eorumdem epiſtolæ ad Paulum Conſtantinopolitanum Antiſtitem miſſæ a dictis tribus Conciliis. Decreta item ex Synodis fuerat honorifica legatio Conſtantinopolim ad Imperatorem, ut docent litteræ ejuſdem Synodi Byzacenæ ad eumdem Imperatorem: verum quia inter hæc rumores per Gregorium provinciæ Præſidem excitati ſunt, ut dicemus, viſum eſt Epiſcopis litteras has per ſuos Romam ad Theodorum Pontificem mittere. Sed videamus quæ eadem Synodus Byzacena ſcripſit ad Conſtantem Imperatorem, cum nondum plane eſſet detectus hæreticus. Sic enim ſe habent (e):

(e) Concil. Later. ſub Martin. Secret. 2.

VI. * Conſtantino Epiſt. Concil. Byzaceni ad Conſtantem Imp.

*Domino clementiſſimo, terræ mariſque domino Conſtanti * Auguſto, Stephanus primæ ſedis Epiſcopus, vel univerſi Epiſcopi Concilii Byzaceni, veſtræ pietatis ultimi famuli.*

*Omnipotens Deus Eccleſiæ ſuæ providens, præſcitos ac prædeſtinatos in præſidio ejus conſtituit Romani nominis Reges ut quoties turbo diabolicæ factionis quidam contra eam excitare tentaverit, a veſtræ clementiæ rigore valeat comprimi: quatenus quies ejus procurata, veſtræ potentiæ ſuffragio debeat defenſari; quia ei poteſtatem veſtram ſerviendo ſubiicitis cujus munere & protectione imperatis. Unde divinitus præordinati ejus curam ſingularem habetis aut primam. Scriptum eſt igitur de vobis & de eadem ſancta Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa (f): Erunt Reges nutricii tui. Pariterque ſcriptum eſt (g): Honor Regis judicium diligit. Quia dum divina rebus humanis præponitis, & Orthodoxam fidem curis ſæcularibus præfertis, quid aliud quam judicium rectum Dei cultui immolatis? Pro qua re pietati veſtræ cuncti ve-*

(f) Iſa. 49.
(g) Pſal.

*veſtræ Africæ Domini ſacerdotes coram Domino ſupplicamus, ut novellæ præſumptionis ſcandalum, quod adverſus fidem noſtram attentatum eſt, auferatur, fratremque noſtrum Paulum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopum regali auctoritate ut nobiſcum, id eſt cum omni generalitate orthodoxe ſapere debeat, coarctare dignemini. Fidem namque rectam a ſanctis Patribus nobis traditam ſine adiectione aut imminutione cuſtodire debemus: quia quicquid auctum fuerit aut ſubtractum, numquam probatur fuiſſe perfectum.*

VII. De litteris ad Paulum ſcriptis.

*Scripſimus enim prædicto fratri & coepiſcopo noſtro Paulo per latores præſentium, & ut noſtra eum vice cum veſtræ clementiæ præceptione admoneant, deſtinantes injunximus: quos veſtræ manſuetudini commendantes, petitionis noſtræ vota ut effectui mancipentur, omnes unanimiter genu mentis flexo deprecamur. Pro qua re expedit cenſuræ ejus & famæ ut quod auctor tantæ præſumptionis correxit, a ſe vel ab aliis non ſinat incorrectum jam jamque ſcandalum defenſari. Injunximus autem legationi noſtræ ſupplici pietatis veſtræ ut ea quæ prædicto fratri noſtro ſcripſimus, ad pias veſtræ ſerenitatis aures deducere non morentur: quatenus pietas veſtra, Divinitatis amore inſtructa, pro pace Eccleſiarum Dei regale præcipiat largiri præſidium, ut pace Deo fruentes, quæ omnem ſuperat intellectum, regnum veſtrum in pace ſecurum annis innumeris propagetur.*

*Omnipotens Deus noſter, cujus poteſtate cuncta reguntur, benignus ad veſtrum reſpiciat principatum, Paganaſque gentes, quæ de ſua feritate confidunt, potentiæ ſuæ dextera pietatis veſtræ Chriſtianiſſimæ ditioni ſubiugare dignetur.* Et ſubſcriptio. *Stephanus primæ ſedis Epiſcopus.* Et reliqui item omnes numero quadragintaduo. Verum decreta legatio Conſtantinopolim minime miſſa fuit (ut dictum eſt) ſed ipſæ epiſtolæ directæ ſunt Romam ad Theodorum Pontificem, ut ipſe per ſuos Apocriſarios eaſdem exhibendas curaret.

Præter hæc etiam tunc ab eo quod item in Africa, in provincia Proconſulari, Charthagine collectum eſſe Concilium ſexaginta octo Epiſcoporum adverſus eoſdem Monothelitas ſuperius dictum eſt, ſcriptæ fuerunt litteræ Synodales ad Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quibus eum monuerunt hæreſim deteſtari, amplectique Catholicam fidem: exhibitæ quidem ipſæ poſtea & recitatæ fuere in Concilio Lateranenſi ſub Martino Papa, Secretario ſecundo, quæ ſic ſe habent:

VIII. * Guloſus

*Domino beatiſſimo & honorabili ſancto fratri Paulo Patriarchæ, Geloſus*, Probus, & cæteri Epiſcopi ſancti Concilii Proconſularis, qui ſubter ſubſcripturi ſumus.*

Epiſt. Synod. ex Concil. Carthag.

*Caput & fundamentum fidei Catholicæ vel univerſalis Eccleſiæ noſter Deus & Dominus Jeſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto indiviſam habens naturam Deitatis, ſuis (ſicut nos Evangelium docet a) ait diſcipulis: Euntes docete omnes gentes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Dum ergo in nomine diceret, non in nominibus, unitatem inſeparabilem, non ſchiſma fideliter eum colentibus, & in eum ſincere credentibus demonſtravit. Beati igitur Apoſtoli præceptum ſui magiſtri, noſtri Domini Jeſu Chriſti perficientes, ſanam & rectam doctrinam in omni orbe terrarum prædicaverunt, quonam modo ſit Deus colendus, & Chriſtus ejus Filius noſter Deus & Dominus, Deus & homo credendus, & coæternus & coæqualis Patri & Filio divinitate Spiritus ſanctus.*

(a) Matt. 28.

IX. Unde obortæ hæreſes.

*In hac ergo ſine querela vera Dei cultura Catholica ſancta Eccleſia manente unita, invidia diaboli mors introivit in cordibus infidelium, qui a via veritatis deviantes ſecundum errores ſuæ pravæ conſcientiæ a fide (ſicut Apoſtolus loquitur b) erraverunt, & inſeruerunt ſe doloribus multis, juxta uniuſcujuſque malum intellectum per hæreſes fidei Catholicæ adverſantes. Contra quas Concilia venerabilium Pontificum per ſacras Chriſtianiſſimorum Principum juſſiones congregata tunc eſſe noſcuntur, in quibus de hæreticorum diverſorum verſutia vel aſtuta adverſus rectam fidem eorum ſubtili fallacia ſancti & veri Pontifices exquirentes, mundam fidei Orthodoxæ & liquidius declaratam*, omnes hæreticos prædamnantes, uniſonam dixere ſententiam, ſancientes quomodo fidelis populi obtineret ſolidatam & inevulſibiliter radicatam fidem de Chriſti Domini noſtri (quemadmodum confitemur) perſona: eum qui ſuper hæc auderet quippiam adiicere, aut mutare, vel exinde quippiam adimere, perpetuo anathemate condemnando. Quam piam & ſanctam & Deo placitam determinationem omnis ſuſcepit libenter fidelis Eccleſia, & per tot temporum curricula habetur & retinetur, a recte credentibus hæc definitio immaculata & immutilata firmiſſime.*

(b) 1. Tim. 6.

* declarantes.

X. Redarguitur Paulus Patriarcha.

*Quia vero comperimus, quod quædam contraria in Conſtantinopolitana ſunt civitate contra inſtituta fidelium & antiquiſſimorum Patrum & univerſalium Conciliorum propoſita per chartulæ cujuſdam venenoſæ dicta: miramur, immo dolemus, cur a vobis hæc ſunt permanere permiſſa, aut non ſtatim conſciſſa, & recto ſacerdotali propoſito radicitus amputata. Nos ergo omnia quæ adverſus definitiones Patrum vel ſanctorum Orthodoxorum Conconciliorum Catholicam fidem per Apoſto-*

*lorum*



*lorum doctrinam fundantium, & jam noviter temporibus Sergii tunc in tempore Patriarchæ fuerunt aſſumpta vel prædicata, utpote execranda, damnamus, illa ſcilicet amplectentes, quæcumque a ſanctis Patribus terminata ſunt, in quibus fides noſtra firma & recta permanet inconvulſa, & favente Chriſto, inviolabiliter incorrupta. Nec neceſſarium nobis eſt eadem repetere, quæ ſemel ſunt bene poſita & decreta: ne ad contentionem provocati, in periculum incidamus, ſuſcipientes juxta Patrum definitionem anathema, ſi ſuper eos aliquid dicere, vel mutare, vel minuere (quod abſit) præſumpſiſſemus nova quædam, quæ jam intelliguntur perverſa, hæretica, & Deo adverſantia capitula, cum in aſſumentes talia ultio infertur juſta divina, niſi pœnitentiæ fletibus ad Chriſtum in quem delinquunt, converterint puriſſime ſua corda.*

XI. Catholicæ fidei profeſſio.

*Hoc autem quod ſancta ſuſcepit recta fides & vera, ſicut prædicavit & fatetur univerſalis immaculata Eccleſia, colimus & tenemus Patrem & Filium & Spiritum ſanctum inſeparabilem eſſe Trinitatem, unum Deum: unum autem ſanctæ Trinitatis Filium Dei, id eſt, Chriſtum Dominum noſtrum carnem vere habere humanam cum anima rationali & intellectuali, nullatenus Deitate amiſſa vel diminuta, ſed eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Deum & hominem confitemur, dicentes & divinam naturam, voluntatem, & operationem ut Deum habere perfectam, & quod eſt hominis, eumdem ipſum ſine quolibet dumtaxat peccati vel concupiſcentiæ modo, ſimiliter naturam, voluntatem, & operationem habere pleniſſimam, id eſt, in Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto duas eſſe naturas, duas operationes, duas quoque voluntates naturales, ſicut Catholica docuit & docet ſemper Eccleſia.*

*Ut autem etiam exemplis ſanctorum Patrum, quæ præmiſſa ſunt, multo amplius roborentur, eorum exempla huic noſtro epiſtolari eloquio ex multis pauca inſeri curavimus. Ex libro S. Ambroſii, &c.* Subiiciuntur his Patrum ſententiæ id ipſum teſtantium ſuis ſcriptis, quæ habentur una cum epiſtola in eodem ſecundo Secretario Lateranenſis Concilii ſub Martino Pontifice, quibus ultimo loco appoſita eſt ſubſcriptio ſexagintaocto Epiſcoporum. Porro ejuſdem fuiſſe argumenti trium aliorum Conciliorum Synodales epiſtolas ad eumdem Paulum conſcriptas, ut credamus, eorumdem litteræ ad Theodorum Romanum Pontificem recitatæ ſuadent.

XII. Conſideraſti, puto, lector (non enim inani ſtudio ipſas epiſtolas Synodales hic tibi integras deſcribere conſuevimus, ſed ut tum quid facti eſſet, tum quid juris ſtatueretur, ex recitatis Patrum ſcriptis appareat manifeſte) conſideraſti, inquam, quod cum adverſus recens emergentes errores agendum fuit Patribus Orthodoxis, non aliunde melius ſibi arma ad pugnandum comparare conſueverint, quam ex antiquitus ſtatutis in Eccleſia ſancta dogmatibus, inſpicientes quid priſtina ſenſerit ætas, & quænam ſanctorum de iis fuerit Patrum ſententia accuratius perſcrutantes, omneſque nervos adverſus novitatem & novatores intendentes, ac penitus deteſtantes, & execrantes quæcumque ad amuſſim conſentientia Patribus minime ſint inventa: quam qui ſectati ſunt regulam, ſemper ſunt nominati Catholici & Orthodoxi, atque ab ea deviantes hæretici.

Uſitatus modus in convincendis hæreſibus.

XIII. Fortunatus Carthag. Epiſcop. communicavit Monothelitis.

Quod autem in nullo dictorum Conciliorum Africanorum, ſive provinciæ Proconſularis, ſive Bizacenæ, quibus alii Primates Africanæ Eccleſiæ interfuiſſe leguntur, reperiatur inter eos nominatus Epiſcopus Carthaginenſis: id inde accidiſſe ſcias, quod is qui tunc temporis præerat Eccleſiæ Carthaginenſi, nomine Fortunatus, ſive Fortunius, communicabat Paulo Epiſcopo Conſtantinopolitano Monothelitarum principi, ob idque habitus fuit omnibus Africanis Epiſcopis loco mortui. Eſt de communicatione ejuſdem Fortunati cum Paulo in Actis Sextæ Synodi haud dubia aſſertio, ubi hæc leguntur in Actione decimaquarta:

*Conſtantinus Deo amabilis presbyter & grammaticus Latinus dixit: Scio, domine, temporibus Pauli quondam Patriarchæ veniſſe Fortunatum, * qui fuit Epiſcopus Carthaginenſis: & cum Miſſas acturus eſſet in ſancta magna Dei eccleſia: quæſitum eſt, quomodo ſedere debuiſſet, utrumne ante Metropolitanos qui hic morabantur, an poſt eos. Et requirente eodem Paulo quondam Patriarcha in bibliotheca Patriarchii librum Quinti Concilii, ut cognoſceret quomodo ſedere debuiſſet, contigit ut inveniretur & Latinus liber ejuſdem Concilii: & exinde inſtructus idem Paulus fecit eum ordinabiliter ſedere.* Hæc ibi: quibus intelligis miſerum Fortunatum fuiſſe Monothelitarum communionis.

* al. Fortunium.

XIV. Victor Carth. Epiſc. creatus.

Hoc vero Fortunato ſive defuncto, ſive e gradu depoſito hæreſis cauſa, ſubrogatus eſt in locum ejus hoc anno menſe Julio Victor, qui ſimulac creatus eſt Carthaginenſis Epiſcopus, nihil antiquius habuit, quam ſe eſſe Catholicum ſuis litteris indicare, ſique more majorum fidei ſuæ profeſſionem, ſcribens, miſit eam ad Theodorum Pontificem, decernens ad eum dignam legationem, delegans Melloſum Gippenſem, ſive Giſippenſem Epiſcopum, Redemptum diaconum Carthaginenſem, & Creſciturum Notarium ejuſ-

dem Eccleſiæ: his itaque ad eumdem Theodorum Pontificem litteras dedit, quibus de ſua creatione eumdem reddidit certiorem, ſimulque ſe fidei Catholicæ eſſe profeſſorem ſignificavit. Extant ipſæ Victoris litteræ in Actis Romani Concilii ſub Martino Pontifice, (a) ex quo hic ſuo loco & tempore, quo ſcriptæ ſunt, tibi exhibendas eſſe putavimus: ſic enim ſe habent:

(a) Conc. Rom. ſub Martino Secret. 2.

*Domino beatiſſimo & honorabili ſancto fratri Theodoro Papæ, Victor.*

XV. Epiſt. Victoris Ep. Carth. ad Theodor. Pap.

*Veſtræ beatiſſimæ fraternitatis apud Deum acceptabilia opera & converſatio glorioſa pene mundo toto ſunt manifeſta. Prædicationibus igitur Apoſtolicis & doctrinis dum veræ fidei cultura univerſa repleta ſit terra, per divinorum tamen eruditionem eloquiorum, veſtra inſtruente admonitione exhortatoria, ſuperædificatur Orthodoxa Chriſti Eccleſia, Apoſtolica inſtitutione fundata, & a fidelibus Patribus firmiſſime roborata. Ad quam omnes beatiſſimi Apoſtoli pari honoris & poteſtatis conſortio præditi, populorum agmina convertentes, pie & ſancte de tenebris ad lumen, de lapſu ad veram fidem, de morte ad vitam homines divinæ prædeſtinationis gratia præſcitos ſalutaribus præceptis ac monitis perduxerunt. Quorum ſanctorum Apoſtolorum veſtra fraternitas honoranda ſequens plenius merita, & profectius implens exempla, Eccleſiam Dei morum probitate & actuum ſanctitate condecorat, & fide ſacra, vel Chriſtianis moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcipit, ſtudiis Pontificalibus indeſinenter operatur & perficit, ſervans legis divinæ mandata: Quia non legis auditores juſti ſunt apud Deum, ſicut narrat Apoſtolus, (b) ſed factores legis juſtificabuntur. In qua lege divina veſtra ſancta & veneranda ſinceritas (ſicut ſcriptum eſt (c) meditatur die ac nocte. Quæ meditatio non lectione per figuram litterarum tantum conſpecta, ſed exuberante in vobis Chriſti gratia, in veſtra cognoſcitur conſcientia immobiliter inſita, nullatenus de veſtro corde recedente lege Chriſti Dei Domini ſacroſancta, ſicut in Pſalmis dicit Propheta: (d) Os juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium, lex Dei ejus in corde ipſius, non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi veſtra in arcana conſcripta, neque in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus, ſicut beatiſſimi Apoſtoli Pauli ad Corinthios miſſa nos docet epiſtola (e).*

(b) Rom. 2.

(c) Pſal. 1.

(d) Pſal. 36.

(e) 2. Cor. 3.

XVI. De creatione ſua Victor agit.

*Quibus præmiſſis, ſignificamus Deo placitæ fraternitati veſtræ, die decimaſeptima Kalend. Auguſtarum Indictionis quartæ noſtram humilitatem divina gratia ſuo (ut præcepit) munere præveniente, & veſtris ſanctis ac Deo dignis precibus in ſanctæ Carthaginenſis civitatis Eccleſia Pontificalis honoris accepiſſe conſecrationem & ſtolam. In quo dignitatis faſtigio ut a Deo omnipotente regamur, & ab Altiſſimo a malis actibus liberati, ſacerdotale non nomen tantum, ſed Chriſti Domini Dei noſtri protegente auxilio & meritum habeamus, veſtris ſanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes orationibus poſcimus: quatenus & veſtris deprecationibus pro nobis ad Deum effuſis muniti, & eruditionibus bonis inſtructi, digni efficiamur cum omni nobis populo Chriſtiano commiſſo illæſi protegi velamento divino. Ad ſalutationem ergo veſtræ ſanctæ & honorandæ fraternitatis, vice noſtra Melloſum humilem veſtrum fratrem noſtrum Epiſcopum, & Redemptum diaconum, vel Creſciturum Notarium ſanctæ noſtræ ſedis, veſtros famulos deſtinavimus, quos poſtulamus celerius nobis a veſtra beatitudine perſolvi, quo poſſint ad proprias Eccleſias ante hyemem, Deo propitio, remeare.*

*Præ omnibus autem fateor in ipſo noſtræ provectionis exordio cor noſtrum non leviter vulneratum fuiße, ut Propheticum illud præceptum exoptarem, dicens: Quis (f) dabit capiti meo aquam aut oculis meis fontem lacrymarum, & ſedens plorabo die ac nocte? Ecce enim Eccleſiæ Dei non leviter perturbantur, Chriſtianiſſimorum voces ac gemitus Epiſcoporum non ſupportamus, querentium & clamantium novitates & concinnationum figmenta a Paulo venerabili conſacerdote noſtro (ut dicitur) contra fidem veraciſſimam approbata debere repelli.*

(f) Hier. 9.

XVII. *Nos autem temperamentum cauſis innectentes, expedire putavimus prædictorum beatiſſimorum conſacerdotum noſtrorum licet juſtiſſimos queſtus æquanimiter ſupportare, & ad auditus venerandos fraternitatis veſtræ hoc ipſum pervigili cura deducere. Inquiunt enim, quædam vice epigrammatum, chartarum volumina in ſacris ædibus apud regiam civitatem nuper eſſe ſuſpenſa religioni Catholicæ & ipſi veræ fidei ac Patrum traditionibus omnino contraria. Quis enim vecors ſacrilega voce audeat prædicare in Domino noſtro Jeſu Chriſto aut unam tantummodo voluntatem, aut unam operationem exiſtere, dum manifeſtiſſimis Patrum definitionibus liquidius clareat, in Domino noſtro Jeſu Chriſto duas naturas, & earum duas voluntates duaſque operationes vel proprietates naturales modis omnibus inveniri? Et poſſumus multiplicibus Patrum documentis noſtræ parvitatis intentionem firmare, niſi veſtram ſanctiſſimam fraternitatem in omnibus corde ea retinere, firmiſſime teneamus. Ut autem ipſius ſedis Apoſtolicæ decretis per omnia confirme-*





*mur, Leonis beatiſſimi prædeceſſoris veſtri Apoſtolicæ memoriæ definitionem inſeri pervidimus, quæ continet (a): Agit enim utraque natura cum alterius communione quod proprium eſt.* Hæc ſancti Leonis ſunt verba: pergit vero Victor:

XVIII. *Nos itaque Patrum in omnibus decreta ſequentes in Chriſto Domino noſtro duas naturas earumque duas voluntates, duaſque operationes firmiſſime prædicamus, Deum verum, atque hominem verum abſque delictis humanis veraciter confitemur, repudiantes cunctarum hæreſum ſubſannationes, vanitates & inſanias mendaces. Veſtrum eſt itaque, frater ſanctiſſime, canonica diſcretione ſolicite contrariis Catholicæ fidei obviare, nec permittere noviter dici, quod Patrum venerabilium auctoritas omnino non cenſuit. Nos enim humiles corde quæ recta ſunt, adiutore Domino, ſapientes uno vinculo charitatis vobiſcum ſumus conſtricti, veram fidem ac religionem Catholicam in omnibus fortiter defenſantes. Studioſius itaque a Catholicis, improbis probe reſiſtere, imminendum eſt, ne torpore deſidiæ oppreſſi, culpæ taciturnitatis teneamur obnoxii, & quaſi favorem impendentes judicemur, dum adverſa Catholicæ fidei propulſare negligimus. A beato namque Felice Apoſtolico veſtræ ſanctitatis prædeceſſore dictum eſt: Negligere quippe cum poſſis deturbare perverſos, nihil eſt aliud quam fovere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare.*

XIX. De tenenda patrum fide.

*Liquet, doctor ſanctiſſime, venenoſa ſerpentum ſine ſimplicitate aſtutia, manifeſta eſt doloſa hæreticorum fallacia. Quid eſt enim naturarum in Chriſto Domino noſtro proprietates auferre, niſi earumdem naturarum confuſionem inducere? quod Catholicæ Eccleſiæ, id eſt, ſtatutis quam maxime Patrum ſancti Chalcedonenſis Concilii extat contrarium, ex quo amplius & fundamentum fidei & perfectio indubitate conſiſtit. Poſſemus vero etiam eidem fratri & coepiſcopo noſtro Paulo beatiſſimo regiæ civitatis Antiſtiti ſimilia noſtris ſcriptis dirigere, niſi malorum cognoſceremus falſis locutionibus dictum fuiße, noſtram quaſi Africanam provinciam poſſe aliqua (qua in vero non conſiſtunt) mala peragere. Sed & hoc noſtræ poſtulationi ſubjungimus, ut ea quæ epiſtolariter a coepiſcopis noſtris ſancti Concilii noſtri ad beatiſſimum Paulum Patriarcham ſcripta ſunt, per veſtræ beatitudinis Reſponſarios eidem fratri noſtro Paulo dirigere jubeatis.* Hucuſque epiſtola Victoris ad Theodorum Romanum Pontificem.

Quod vero poſtremo loco habet de Epiſcopis Africanis in ſuſpicionem ſeditionis quorumdam relatione adductis apud Imperatorem, cujus rei gratia haud liberum fuerit legationem mittere Conſtantinopolim: plane ſignificat motus illos Gregorianos, de quibus diximus hoc anno (ut habent (a) Annales Græcorum) cœptos in Africa, rebellante Gregorio Præſide adverſus Imperatorem. Ingeſtum plane fuerat auribus Conſtantis Imperatoris, Africanos Epiſcopos cum Gregorio conſpirare, ob idque eidem infenſi penitus redditi fuere. Sed de Gregoriana rebellione pluribus ſequenti anno dicendum. XX.

(a) Theop. hoc anno 5. Conſtan.

Quod rurſus ad ipſius Victoris epiſtolam ſpectat, commendata ea reperitur, præconio Martini Papæ ſucceſſoris Theodori in Lateranenſi Concilio verbis iſtis: *(b) Per Synodicam epiſtolam ſuam dudum nobis relectam Victor venerabilis Carthaginenſis Epiſcopus tam ferventiſſimum zelum ſuum declaravit, quamque Deo amabilem humilitatem rationabiliter certus eſt oſtendiſſe. Et zelum quidem per hoc, quod introductam novitatem nimis accuſare noſtræ Apoſtolicæ ſedi dignoſcitur, & enarrare in ſcripto ei acclamationes pene omnium Chriſtianorum nec non gemitus reverendiſſimorum Epiſcoporum, non leviter (ſicut ille ſcripſit perturbatorum propter fictiones & commenta quæ adverſus veram confirmavit fidem Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus: Humilitatem autem competenter, minime præſumens abrogatum eumdem Paulum habere, ſed conſacerdotem appellans, donec judicium de eo noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis hoc eſt, principis Apoſtolorum Petri cognoſcat, utpote quoniam*

(b) Conc. Lateran. ſub Mart. Secret. 2.



PAGIUS II. *Gregorius Patricius rebellat in Africa.*

A num. XX. ad XXX. Poſtquam Baronius de Conciliis in Africa adverſus Monothelitas, hoc anno celebratis egit, mentionem facit rebellionis in Imperatorem in Africa hoc anno concitatæ, de qua Theophanes anno Incarnationis ſecundum Alexandrinos DCXXXVIII. Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoato, ait: *Hoc anno Gregorius Patricius, Afris ſibi conciliatis, ſeditionem in Africa movit.* Epiſcopi Africani decreverant Legationem Conſtantinopolim mittere, ſed cum accepiſſent ingeſtum fuiſſe auribus Imperatoris eos cum *Gregorio* conſpirare, Legatos mittendos non judicarunt, ut ut liquet ex eorum literis, a Baronio recitatis. Hæc prima Saracenorum in Africam expeditio regnante *Otſmano* Calipha ſuſcepta, quam Nowerius celebris Arabum Scriptor adhuc ineditus, aliique ejuſdem gentis eodem modo ac Græci narrant, adduntque *Gregorium Patricium* occiſum fuiſſe, Arabeſque in *Ægyptum* ac in *Barcam* Africæ Religionem diſceſſiſſe, poſt tributum ſibi ab Africanis promiſſum. De ſecunda eorum in Africam expeditione anno DCLXVI. ſermo erit.

III. *Paulus Epiſc. ſcribit ad Theodorum PP.*

Cernens *Theodorus Papa* in unam eandemque ſententiam univerſam Eccleſiam Africanam convenire, omneſque una voce in *Paulum* Conſtantinopolitanum Epiſcopum tanquam in Mono-

*ſolus & præ omnibus creditus eſt atque accipere meruit a Rege Regum Chriſto Deo claves regni cœlorum ad aperiendum recte credentibus in eumdem Dominum noſtrum, & claudendum infidelibus hæreticis.* Nimirum cujus ſit communionem Catholicam iis qui foris ſtant, aperiendo Eccleſiam, impartire, vel declarando hæreticos, claudere. Plura alia addit in commendationem ejus epiſtolæ, ſed iſta ſatis pro inſtituto.

XXI. Quid autem, his Synodalibus a diverſis Conciiis Africanis acceptis litteris, & a Victore Charthaginenſi Epiſcopo aliis additis, egerit Theodorus Romanus Pontifex, videamus. Cernens ipſe in unam eamdemque ſententiam univerſam Africanam Eccleſiam convenire, omneſque pariter in Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum conclamare: quod ab ipſis expetitum fuit, minime denegandum eſſe putavit, mittens ſcilicet Apocriſarios Conſtantinopolim, quibus dedit & ipſe acerrimas ad eumdem Paulum litteras: quod enim fruſtra eum antea monuiſſet, neque blandis admonitionibus ille acquieviſſet, aculeatas modo ad eumdem litteras ſcripſit, quibus poſt admonitionem plurimam & exhortationem, plenam rectæ fidei præſcribens formam ſubjecit anathema adverſus omnes qui ab ea quam Catholica teneret Eccleſia ſententia diſcreparent.

Apocriſarii miſſi Conſtantinopolim.

XXII. Fuere plane iſtiuſmodi litteræ Theodori graviſſimæ, quas optaſſemus ad verbum hic tibi deſcribere: verum non extant illæ, neque de nominibus eorum qui miſſi ſunt aliqua eſt memoria: ſed ita factum a Theodoro Pontifice, litteræ a Paulo ad ipſum redditæ docent, quas hic tibi ſubiiciendas eſſe operæpretium duximus. Videbis, lector, & miraberis, quæ ſoleat eſſe hæreticorum ad ſua excuſanda ſcelera & operiendos errores fraudulenta melleque delinita blanda locutio, quæ poſſet etiam bene cautos & prudentes ducere in errorem: ut non mirum ſit, ſi plebecula rudis ab iiſdem interdum captiva in hæreſim abrupta ducatur. Recitata habetur dicta Pauli epiſtola ad Theodorum in eadem Synodo Romana ſub Martino Pontifice in Secretario quarto, ex qua eam hic tibi deſcribimus: ſic enim ſe habet tranſlatione ſcabroſa ob ſcrupoloſitatem interpretis ex verbis verba reddentis & Græci hominis Latinis litteris leviter tincti:

Mellita ſed venenoſa ſcripta Hæreticorum.

*Sanctiſſimo ac beatiſſimo fratri & conſacerdoti domino Theodoro, Paulus indignus Epiſcopus in Domino ſalutem.*

XXIII. (a) Pſal. 132.

*Ecce (a) quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum: ſpiritali dico habitaculo, & concordia quæ in Deo eſt, & unitate fidei, hujus delectabilis ſecundum veritatem inhabitaculi: quæ videlicet in Aaron magis decorabatur atque ſacerdotalem induentibus dignitatem, ſicut unguentum ſuper caput, principalem intellectum irrigans, & uſque ad ipſam extremam ſcientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem & æternam vitam promiſit Dominus. Hujus igitur propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, præſentes fraternas ſyllabas expoſuimus, noſtra propter charitatem minime quærentes, aut quæſituri. Nec enim detrahentibus bonum eſt detrahere, aut palo (ſecundum vulgarem fabulam( excutere palum. Abſit. Non ſunt noſtra hæc. Avertat Divinitas. Non ſunt edocti habitus noſtri ita vincere, ſed in patientia longanimitatis & ſpiritu humilitatis. Quia ſicut minime per duritiam (ut prophetice dicamus) purgatur nigella, ita nec pacis ſaporatus fructus intelligentiæ per aſperitatem exprimitur. Propter hoc enim & verborum ſupportavimus colaphos, ut vel paulatim valeamus eum imitari, qui propter nos ſe humiliare dignatus eſt ut extremæ illius ultionis per hanc plagam verbera declinemus.*

Epiſt. Pauli Conſtantinop. Ep. ad Theodorum Papam.

XXIV. (b) 2. Cor. 16.

*Audiamus igitur & conſentiamus Eccleſiæ oratori, qui per linguam ſpiritus clara voce exclamat, dicens (b): Omnia a vobis in charitate fiant. Ergo ſive quærimus, ſive tantummodo dicimus, & tantummodo audimus, charitas intercedat, ars aliqua exiſtens ad compoſitionem concordiæ boni & coniunctionem. Oportet enim de Deo quærentibus nobis, ſparto rectitudinis mentis noſtræ denumerantes, templum pacifice inhabitare in eo propter Dominum qui per prophetam locutus eſt: Quærens quære, & apud me habita. Speculum enim dedit Deus populo ſuo: & oportet eos qui a Deo ſunt deputati ſacerdotium adipiſci, ita in humilitate greſſum mentis ad invicem tendere, ut in melius ædificentur hi qui ad nos reſpiciunt, quam (quod dicere piget) per noſtram diſcordiam ſemitam pedum eorum concutere. Ad concordiam inclinemus nos ipſos, & unum ad charitatem ſapiamus: humilitatem veneremur, per quam apprehendi ſolet altitudo Spiritus.*

Blandiloquentia Hæreticorum admiranda.

Si

PAGIUS thelitam conclamare, miſit Apocriſarios Conſtantinopolim ad eundem *Paulum* cum acerrimis literis, quæ ut notat Baronius, ad nos non pervenerunt. Ita tamen factum fuiſſe, literæ a Paulo ad Theodorum redditæ, quas Baronius refert, teſtantur, Spondanus hoc anno n. II. qui viderat Collectanea Anaſtaſii Bibliothecarii poſt Baronii mortem publicata, exiſtimavit eas *Theodori* literas alias non eſſe, quam quæ a nobis anno DCXLIII. ex iiſdem Collectaneis ſummarie recitatæ ſunt. Verum ex *Theodori* ad Paulum literæ, quarum ibi meminimus, initio Pontificatus Pauli ſcriptæ, ut ex earum ſerie, & rebus ante hunc annum in cauſa Monotheli-

ta-



*Si enim & verbo amplius uſque huc taciturnitatem diliximus; hoc quidem bene habere arbitrati ſumus, ne ſcriptis veſtris reciprocata reſpondentibus, iniuriæ fomitem excitemus, & puſillaminitate diiudicemur ab eo qui omnia ad charitatem dirigere promulgavit. Oravimus vero & tunc, oſtium (a) circumſtantiæ labiis noſtris imponi, & verbum tacitum concipere potius, quam vocale: & tamen hoc mihi donum eſt a Domino, & (b) factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Sed quia tempus (c) eſt loquendi, & tempus tacendi: aperio verbum, & claudo oſtium per taciturnitatem, competenter exorans: Domine (d) labia mea aperies, ut reſpondeam (e) exprobrantibus mihi verbum. Licet enim tacuimus, non ſemper tacebimus, adaperiente nobis Deo claves verbi.*

(a) Pſal. 140.
(b) Pſ. 37.
(c) Eccl. 3.
(d) Pſal. 50.
(e) Pſ. 138.

XXV. *Igitur directis in præſenti a beatitudine fraternitatis veſtræ Apocriſariis (qui poſt multas factas inter nos de Eccleſiaſtica requiſitione diſſonantes ſermocinationes, in finem ad hoc pervenerunt, admonentes nos atque adhortantes interpretari unius Chriſti viri Dei noſtri voluntatis intellectum, atque hujuſmodi interpretationem deſtinari veſtræ ſacratiſſimæ venerationi) nos acceptam habentes bonæ conſcientiæ prædictorum venerabilium virorum admonitionem, cognoſcentes autem & quæ principatus Apoſtolorum ſummitas docet (f), paratos eſſe ad ſatisfactionem omni poſcenti nos verbum de ſpe quæ in nobis eſt, ſecundum Dei timorem manſuetudinem ad bonam ſcientiam temperantes, ſuper tali tantummodo requiſitione mentem noſtram per has ſyllabas exponimus, ſuperfluam excitationem & altercationem verborum propter ſatietatem & præſentis temporis incongruitatem declinantes ac præcaventes, nihil noſtrum intelligentes, aut proferentes, vel dicentes, ſed quæ audivimus & cognovimus a ſanctis & univerſalibus magnis Conciliis, & patres noſtri narraverunt nobis, quoniam viæ veritatis intellectus eſt ſapientum, ſicut proverbiorum annunciatori Salomoni atque veritati bene placere dignoſcitur. Sed quia tempus jam trahit nos promiſſionis, & ad aperiendam requiſitionem provocat, incipiamus rectæ noſtræ fidei formam ſcripturæ imaginibus enarrare, ſicuti tinctis aliquibus coloribus, paternis teſtimoniis certius decorantes quæ a nobis dicuntur.*

(f) 1. Pet. 3.

Arrogat ſibi Hæreticus traditiones & ſacra Concilia.

XXVI. *Nos igitur, id eſt, juriſdictio Eccleſiæ noſtræ & Synodus, confitemur unum conſubſtantialis & auctoris vitæ Trinitatis Filium ac Verbum ſine initio Genitoris Dominum Jeſum Chriſtum verum Deum noſtrum ex Spiritu ſancto & immaculata Dei genitrice ſemperque Virgine Maria inconvertibiliter incarnatum, perfectum eſſe eundem Deitate & perfectum humanitate, unam perſonam, unam ſubſtantiam compoſitam in duabus & poſt unitatem prædicantes naturis, differentiam utrarumque naturarum cognoſcentes ſecundum earum proprietatem: nec enim eorum per partem diviſionem, aut in alterutram mutationem, aut commixtionem, ſive confuſionem penitus intelligimus, aut ſuſcipimus: abſit: ſed in uno Chriſto, ſalvata utraque natura divinitatis & humanitatis, & in eſſentiæ proprio termino ſecundum ſubſtantiam inenarrabilis ſummæ unitatis convenientia conſervatis & permanentibus. Manſit enim Verbum quod erat, & factum eſt quod non erat. Propterea & omnem congruam divinitati & humanitati operationem ab uno eodemque procedentem incarnato Deo Verbo dicimus, & in unum eundemque reduci. Ideoque & diviſio non introducitur, & inconfuſio ſalvatur.*

XXVII. *Reſipiſcat plebs impiorum hæreticorum, ſileant cum Neſtorio, Diodoro & Theodoro Severus & Eutyches, Apollinares execrabiles, ex alterutra diſſonantia conſonantes ſibi ad impietatem, aliis confuſionem, aliis diviſionem male inducentibus, & bene a veritatis regulis denudati. Unius autem & ejuſdem Dei Verbi incarnati miracula prædicamus & paſſiones cognoſcimus quas ſecundum carnem propter nos ſponte ſuſtinuit. Ideoque & Deus dicitur pati, & Filius hominis a cœlo deſcendiſſe, propter ſummam & indiſſipabilem ſecundum ſubſtantiam duarum naturarum unitatem. Unde & unam voluntatem Domini noſtri Jeſu Chriſti intelligamus, ne contrarietatem aut differentiam voluntatum uni eidemque perſonæ Domini noſtri Jeſu Chriſti applicemus, aut ipſum ſe expugnantem dogmatizemus, aut duos volentes introducamus: non enim ad conglomerationem omnino aut confuſionem duarum naturarum, quæ in eodem videntur unius voluntatis, hanc producentes vocem, aut ad interemptionem alterius tantum aliam eſſe prædicantes; ſed hoc*

Hæreticus in hæreticos declamat.

per

PAGIUS tarum geſtis, ſi inter ſe conferantur manifeſtum eſt. Quare certum, eam *Theodori* Epiſtolam, vel periiſſe, vel adhuc in tenebris latere. *Paulus* reſpondens *Theodoro* eo fere modo Monothelismum expoſuit quo Sergius in Ecthesi, una diſerte aſſerta voluntate, ad excludendam voluntatum in Chriſto contrarietatem, quod unum erat velamen tacentium quidem unam expreſſe operationem, poſtquam *Honorius* unam dici vetuerat, unam vero profitentium voluntatem. In ea Epiſtola *Paulus* profitetur, ſe ſequi *Sergium* & *Honorium* ac univerſum Sanctorum ac Doctorum cœtum. Ea accepta Theodorus de ſententia depoſitionis adverſus eum proferenda cogitavit, quam Epiſcopi Africani ægre ferentes, *Pauli* in Eccleſiam molitiones ſollicitabant.

Ad

*per hujuſmodi ſignificantes vocem, quoniam caro ejus rationabiliter & intellectualiter animata, ex ipſa ſumma unitate inenarrabiliter omnibus divinis ditata, unientis eam ſibi ſecundum ſubſtantiam divini Verbi divinam habebat indiſcretam voluntatem, quæ ab ipſo ſemper ducebatur ac movebatur, utpote in nullo tempore eadem diviſe & ex proprio impetu contrariæ nutui uniti ſecundum ſubſtantiam Dei Verbi naturalem ejus faciens motionem, ſed quando & qualem & quantam ipſe Deus verbum volebat, ne (quod abſit) in blaſphemia diiudicemur, quod utique cavendum, & terribile dicendum: Væ hujuſmodi pravitati, ut per neceſſitatem naturæ violentiam ſubſtinentem introducamus ejus humanitatem, & comminantem Petro digno ejus increpationi, ſi utique per ſimilem recuſationem ex verborum ſignificatione paſſioni ejus communicat.*

XXVIII. *Sic & Evangelicam intelligamus lectionem, ubi dicit* (a): Non ut faciam voluntatem meam, ſed ejus qui miſit me. *Sed & in recuſatione paſſionis non diverſam in unum eumdemque Chriſtum & reſultantem introducentes voluntatem, magis autem recuſative & non poſitive hujuſmodi ſuſcipiamus vocem.* Non enim *quaſi exiſtens hoc verbum dictum eſt, ſed ac ſi non eſt: ſicuti,* Neque (b) peccatum meum, *neque iniquitas mea, ut peritiſſimus in dogmatibus Theologus Gregorius, ſed & omnes doctores, qui paſſionis verba memorarunt, ex affectione & relatione noſtræ maſſæ hanc ſuſceperunt, ſicut & magnus Eccleſiæ Lucifer Athanaſius edocuit nos, noſtram oſtendens pronam in hanc vitam naturam ſine paſſione nolentem a præſenti vita diſrumpi, & non ut animatam intellectualiter carnis Verbi impromptam exiſtentem ad totius mundi ſalutiferam paſſionem, aut diſcordantem Patri & inhabitanti Verbo. Sed & hujus intellectus acerrimum expoſitorem & interpretem ſuſcipiamus, id eſt, bis acutum pugionem ſpiritalem Cyrillum in ſacerdotibus ſecundum zelotem Phinees,* (c) *qui validiſſimo linguæ ictu percuſſit optime meretricem, confuſionem, diviſionis intellectum, & verbum pravitatis, in quarto de Anathematibus capitulo, dictis adverſum contradictiones duodecim capitulorum factas a Theodorito, atque probatis a ſancta univerſali Chalcedonenſi & Quinta Synodo, luculentius Evangelicam proferens atque adaperiens vocem. Sed & omnes pietatis doctores & prædicatores hujuſmodi unius voluntatis mente detinentur.* Vidiſti hominem confarcinatorem mendaciorum, quam perfricta fronte agens non erubeſcat tantum aſtruere mendacium, & Patres a ſua ſtare parte mentiri: qui ſi aliquando unam dixere voluntatem, id reſpectu unius perſonæ volentis, non ex naturarum confuſa proprietate intellexerunt. Sed malus contextor jungit mendaciorum telæ alia fila mendacii, iſta ſubiiciens:

(a) *Joan.* 6.

Studet hæreticus videri Catholicus.

(b) *Pſ.* 58.

(c) *Num.* 25.

*Quorum, doctorum ſcilicet ſi opus eſt, requiſitione proveniente, & competenter relegimus teſtimonia, quibus concordes & conſonantes facti ſunt piæ memoriæ Sergius & Honorius, unus quidem novæ, alter autem antiquæ Romæ ſummi ſacerdotii ſedem decorantes.* Ita quidem, ſicut & Pyrrhus ejuſdem ſedis Epiſcopus (ut diximus) in diſputatione cum Maximo, id ſibi ſubdole de Honorio vendicabat. Sed his ex reſponſione Maximi ſuperius recitata ſit ſatisfactum, ne eadem repetere ad ſingulos paſſus faſtidioſe cogamur. Pergit vero jam peroraturus vaferrimus hæreticus: *Igitur de his ita nos habemus ſic intelligimus, ſic prædicamus. In his orthodoxiæ manifeſtatio, in his Eccleſiæ laus, in his ſalutis noſtræ ſpes: hæc eſt ſpiritus germen nutriferum, hæc Patrum ſalutaris flos, hic eſt rationabilium ovium vivificus veritatis paradiſus. Hæc meditari, in his eſſe, per hæc illuminari & illuminare oramus: quoniam & hoc facientes & nos ſalvamur, & audientes prædicabimus. Ad ſupernam vocationem noſtrum eſt ſtudium, ubi pacis compoſitione his qui in ſtudio pietatis bene inceſſerunt unica gloriæ tribuitur corona. Deo manifeſtati ſumus, qui judicat omnia & comprobat. Non jurgialiter ſtamus, non ad contradictionem reſpicimus, non favorem inanem complectimur, ſed in verbo Dei propoſitæ hujuſmodi requiſitionis reſolutionem feciſſe dignoſcimur, confidentes quoniam pacis Dominus Deus ad alterutrum noſtrum unitatem & dilectionem conſervabit in gloria ejus benigniſſimæ majeſtatis. Omnem cum veſtra beatitudine in Chriſto exiſtentem fraternitatem tam nos quam qui nobiſcum ſunt, multum ſalutamus.* Et ſubſcriptio. *Incolumes in Domino orate pro nobis, ſanctiſſime & beatiſſime pater* *. Hactenus Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi epiſtola, in qua nihil præterea, qui accurate conſiderat quam circulatorem pro antidoto venenum diſtrahentem intelliget. His autem acceptis a Paulo litteris, quibus ejus adverſus pietatem rebellis animus magis eſt declaratus, ab eodem Theodoro Romano Pontifice ob eam cauſam ipſe eſt condemnatus. Teſtatur id quidem Anaſtaſius Bibliothecarius. Sed de his inferius. XXIX.

* frater

Hoc



XXX. Hoc anno in Hiſpania celebratum eſt Concilium Toletanum ſeptimum dictum anno videlicet Chindaſuindi Regis quinto, Æra ſexcenteſima octogeſimaquarta, cui præfuiſſe legitur Orentius Epiſcopus Emeritenſis cæteris ſenior: ſubſcripti reperiuntur Epiſcopi ſive præſentes ſive per vicarios numero trigintanovem, ſtatutique ſunt canones quinque, quos tu conſulas. Quæ autem in eo habetur appendix de inventione librorum S. Gregorii, ſuo loco ponenda erit.

Concilium Toletanum ſeptimum.

Sex-

PAGIUS IV. Ad num. XXX. Concilium Toletanum VII. nationale fuit, ac celebratum, uti in præfatione dicitur, ad conſulendum Eccleſiaſticæ Diſciplinæ, & incolumitati Regni Gothorum, præſertim adverſus tyrannos, & transfugas, qui poſtea redeuntes ex nationibus exteris Hiſpaniam bellis & ſeditionibus turbabant. Nullus in eo legitur temporis character præter nomen *Chintaſuinti* Regis; era enim DCLXXXIV. quam memorat Baronius, addita eſt a Conciliorum Collectoribus, ut ex Concilii lectione patet; indeque mihi ſuſpicio eſt, eam aliis Conciliis Toletanis etiam adiectam fuiſſe. Mariana lib. 6. de Reb. Hiſp. cap. 8. tradit, coactum fuiſſe ſexto *Chintaſuinti* Regis anno, primumque conventum habitum die XXVIII. Octobris. Vaſæus vero in Chronico hoc anno congregatum dicit, eodem quidem die ſed anno quinto Chintaſuinti Regis. Denique Rodericus Toletanus lib. 2. de Rebus Hiſp. cap. 20. aſſerit indictum fuiſſe anno quinto ejuſdem Regis, die decima octava Octobris, illudque Decretum Synodale XXX. Epiſcoporum appellat. In ſubſcriptionibus tamen Concilii leguntur tantum nomina Epiſcoporum XXVIII. & undecim partim Presbyterorum, partim Diaconorum. Cæterum, cum neque annus Regis, neque dies menſis, quo habitum Concilium, in eodem notetur, ejus Epocha adhuc incerta. De inventione Librorum S. Gregorii Magni, quæ hujus Concilii Appendix dicitur, infra agetur.

*Concilium Toletanum VII.*

Obiit hoc anno Sanctus *Felix* Epiſcopus Orientalium Anglorum, poſtquam *annos ſeptendecim*, ut habet Beda lib. 3. cap. 20. non vero annos XVIII. ut in corruptis ejus editionibus legitur, Epiſcopatum geſſiſſet, & quidem in Civitate *Dumnoc*, ſeu *Dumvico*, ſibi ab *Honorio* Metropolita aſſignata. Venit ille in Britanniam anno DCXXX. inſignemque operam *Sigiberto* Orientalium Anglorum Regi in Dominicæ vineæ cultura commodavit, tota illa provincia ad fidem & opera juſtitiæ perducta, ut tradit Beda lib. 2. cap. 15. Sepulturam accepit in ſua *Dumvici* Sede, coliturque in variis Martyrologiis die VIII. menſis Martii, ut videre eſt ad eum diem apud Bollandum, qui perperam mortem ejus differt, uſque ad annum DCLIV. cum ex dictis anno DCXXVII. num. XXV. pateat, eum ante *Honorium* Cantuarienſem Epiſcopum deceſſiſſe. Male etiam Alfordus in Annal. Eccleſ. Anglo-Sax. anno DCL. Sancti Felicis mortem contigiſſe arbitratur. Petrus enim Bleſenſis in Epiſtola, quam præfixit ſuæ ad Hiſtoriam Ingulphi Continuationi, hujus Sancti Præſulis mortem his characteribus notavit: *Migravit ad Dominum anno Domini DCXLVI. Indictione IV. Cyclo decennovali per I incipiente, Penda pagano adhuc ſuper Mercios regnante.* Vide quæ de initio ejus Epiſcopatus anno DCXXVII. diximus. V.

*Moritur S. Felix Epiſ. Anglorum Orient.*

I. Africa ſubjugata a Sarracenis.

SExcenteſimus quadrageſimus ſeptimus Redemptoris agitur annus, Indictione quinta, qui & ſextus Conſtantis Imperatoris numeratur, quo invadunt Africam Sarraceni, eademque tributariam reddunt: bello quippe civili agitata erat provincia illa, cum occupaſſet eam Gregorius (ut dictum eſt) qui ibi geſſerat Prætoriam præfecturam. De his nihil præterea, quam quæ habet Theophanes hoc anno verbis iſtis: *Anno ſexto Imperii Conſtantis factus eſt in terra ventus vehemens, qui multa germina convulſit, arboreſque ingentes radicitus extirpavit: atque multos columnatorum depoſuit monachorum:* ſtylitæ hi dicebantur, qui in columnarum vertice ſibi habitaculum conſtruebant. *Eodem item anno Sarraceni hoſtiliter Africam adierunt, & conflictu agitato adverſus tyrannum Gregorium hunc in fugam vertunt, & eos qui cum ipſo erant interimunt, & hunc ab Africa pellunt, atque tributis in Africa ordinatis & pactis reverſi ſunt.* Hæc de Africa ſubjugata a Sarracenis hoc anno Theophanes. Sed inviſamus jam res Francorum.

II. Eodem anno, quo abſolvitur Dagoberti Regis Francorum decimusſextus, idem Rex decimanona Januarii moritur: cujus erga Eccleſias munificentia ex ejus teſtamento ſuperius eſt demonſtrata. *Ejus corpus* (inquit Aimoinus *a*) *conditum aromatibus ſepultum eſt in Eccleſia S. Dionyſii in dextero latere ſepulcri illius martyris. Denique* (*ut ſupra oſtenſum eſt*) *cum ſe ornatum ire illius memoriam ſociorumque ejus pollicitus eſſet, templum ejus condidit, univerſis, quæ in Galliis tunc temporis erant, excellentius, nullumque impenſis ſtatuens modum, marmoreis illud columnis, ſimilique venuſtavit pavimento, immenſo ædificandi ſumptu & exquiſito fabricandi decore: nec minor illi in aliis quoque ornatibus intentio. Nam veſtibus auro textis & palliis holoſericis totum interiorem circumdedit templi ambitum: ordinem pſallentium, uti apud S. Martinum Turonis, necnon apud S. Mauritium Agaunis, & apud S. Germanum Pariſiis agebatur, inibi inſtituit: prædia vero tam innumera fratribus in eodem loco Deo famulantibus ſive matriculariis Eccleſiæ contulit, ut devotio animi ejus pluribus admirabilis eſſet.* Hæc de S. Dionyſii Eccleſia, ubi Dagobertus ſepeliri delegit.

(a) Aimoi. de geſt. Fran. l.4. c.33.

Dagoberti Regis obitus & ſepultura.

III. Quod vero ad ſalutem ejus animæ pertinet: quæ acciderunt ab oculis hominum ſeparata, Deus ſanctis ſuis per viſum voluit nota fieri. Juſta namque divini judicii lance eſt demonſtrata librata ſententia, ut qui ſe antea tot facinoribus monſtruoſis admodum inquinaſſet, iis nondum penitus, quod ad pœnam ſpectat, expiatis, licet pluribus bonis operibus poſtea abundaſſet, purgatorii poſt obitum pœna (ad breve licet tempus) adverſariis ſpiritibus, quibus fuerat antea obſecutus, traditus ſit cruciandus: ſed purgatus, & ſanctis quos coluit in auxilium venientibus, meruit una cum ipſis ad æternam beatitudinem pervenire. Rem geſtam memoratu dignam, fideliter acceptam, & apud eumdem auctorem conſcriptam, hic deſcribere dignum putavimus: ſic enim ait (*b*):

(b) Aimoi. l.4. c.34.

IV. *Eodem tempore, quo terminum Dagobertus ſortitus eſt vitæ, quidam illuſtris Anſoaldus nomine, Defenſor Pictavienſis Eccleſiæ, partes peragrabat Siciliæ. Qui dum evectu reverteretur navali, appulit ad quamdam brevem inſulam præſentia & meritis cujuſdam ſolitarii, qui dicebatur Joannes, redimitam. A quo, dum de ſalute animæ cum eo ſermocinaretur, interrogatus utrum Regem Dagobertum cognoſceret, illeque ſe eum optime noſſe reſpondiſſet: rurſum a ſene rogatus, moras vitamque Regis expoſuit. Cui ſenex: Cum, ait, multa vigiliarum ac jejuniorum, ſimulque ſenectutis fatigatione depreſſus paulatim membra ſopori dediſſem, aſtitit mihi quidam veneranda decorus canicie, monens ut propere ſurgerem, & pro Dagoberti Regis anima, quæ eadem e corpore exierat hora, Domini exorarem clementiam. Quod cum facere maturato curaſſem, apparuerunt ſubito haud procul in pelago deformes truculenta facie dæmones, vinctum Regem Dagobertum per ſpatia maris agitantes, inflictiſque inſuper verberibus ad Vulcania loca trahentes.*

Viſio oſtenſa Joanni Eremitæ de anima Dagoberti.

*Qui diſtentus cruciatibus, inter agitationes & verbera, quorumdam ſanctorum audiebatur poſtulare ſuffragia. Cum repente, aperto cœlo, inter fulmina in fluctus cum fragore ruentia viſi ſunt deſcendiſſe viri decore nitentes mirabili. Requirere cœpi ab eis, qui eſſent. Qui dixerunt, ſe illos eſſe, quos Dagobertus ad ſuum vocarat auxilium, Dionyſium videlicet ac Mauritium martyres, necnon Martinum confeſſorem. Hi arreptam dæmonibus animam ſecum ad æthera levaverunt, canentes hunc pſalmum: Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti, Domine, habitabit in atriis tuis. Hæc vir ille venerabilis Joannes Anſoaldo retulit ſe vidiſſe. Qui in Gallias reverſus, ſancto Audoeno narravit* (fuit hic a ſecretis Regi, & poſtea ſanctitate conſpicuus Epiſcopus Rothomagenſis) *qui ea in una conſcripta chartula poſteris reliquit in ordinem hiſtoriæ redigenda. Ex qua re datur intelligi, nullo modo a ſanctis ornatum contemni, quem ad eorum memorias devoti conferunt viri. Quamquam enim quorumdam calumniatorum & cuncta devorare cupientium hæc vox ſit: Nil* (*aiunt*) *Deo vel ſanctis ejus proſunt aurum ſive argentum ligno affixum, ſeu parietibus dependentia pallia: non tamen ſine cauſa ultione puniti ſunt divina Balthaſar vaſa de templo Domini rapta in turpes convertens uſus, vel Heliodorus ærarium Dei diripere conatus, & Antiochus quia Hieroſolymitanæ urbis templum Altiſſimo conſecratum expoliavit, poſtmodum ſcatens vermibus expiravit.* Optima ſane ſcitaque argumentatio: ſi enim Deus ut ſacrilegos ingenti ſupplicio affecit eccleſiarum ornamentorum expilatores, ergo maximis præmiis augebit religioſos viros eorumdem largitores. Ad poſtremum autem hæc auctor: *Dagobertus vero eo ſpecialius ſanctos ſibi auxiliari poſcebat, quorum baſilicas plus cæteris ſe opibus ditaſſe meminerat.* Hæc ille.

Templorum ornatus Deo gratus.

V. Cui, ſi hoc tempore vixiſſet, quantum fuiſſet altius declamandum adverſus perfidos Novatores, qui nullam poſt obitum pœnam purgatoriam animarum admittunt, ſanctorumque ſuffragia negant, nec precibus juvari animas defunctorum, impie docent? quorum inſania vel una ſaltem hac hiſtoria omni fide teſtata relicta, & a ſanctis accepta, refelli ac confutari penitus potuiſſet: ex qua etiam illorum de purgatoriis pœnis ſententia prorſus infirmatur, qua aſſerunt nullam tribui facultatem dæmonibus poſt obitum animas cruciandi; cum tum hoc facto, tum aliis pluribus vel a Beda vel ab aliis enarratis eadem opinio confutetur. Fuit autem tantæ fidei ejuſmodi a Joanne narrata, ab Anſoaldo in Gallias lata, a ſancto autem Audoeno primum ſcriptis mandata hiſtoria, ut Ludovicus Imperator in epiſtola ad Hilduinum Abbatem monaſterii ſancti Dionyſii, ejus, ut rei haud dubiæ, voluerit meminiſſe: dum enim ipſum ſanctum Dionyſium præconiis tollit, hæc inter alia habet: *Prædeceſſores autem noſtri gloriam hujus eximii & amici Dei Dionyſii non inaniter coluerunt: qui dum ejus ſacras exuvias in terris ob amorem & honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti opibus quibus poterant honoraverunt, per ejus preces digniſſimas honoris privilegio potiri & in terrenis & in cæleſtibus meruerunt. Ut videlicet unus ex priſcis Francorum Regibus Dagobertus, qui eumdem pretioſiſſimum Chriſti martyrem veneratus non mediocriter fuerat, & in mortali eſt vita ſublimatus, & per ejus adjutorium* (*ſicut divina ac cæleſtis oſtenſio perhibet*) *a pœnis eſt liberatus.* Hæc Ludovicus Auguſtus in dicta ad Hildui- num

De veritate narratæ Hiſtoriæ.

---

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCLXXXV. Anno Hegiræ XXVII. inchoato die 6. Octob. fer. 7. A. C. 647.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6140.

☉ 12. G. ☽ 2. P. vel 1. vel 8. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 647.

THEODORI PAPÆ 6.

CONSTANTIS IMP. 7.

HIc annus iſta formula notatus: *VI. poſt Conſulatum Conſtantis Aug. IV.*

I. A num. I. Recte Baronius hoc anno Sarracenos *Gregorium tyrannum* ex Africa fugaſſe, & Africanis vectigalia impoſuiſſe ſcribit; cum id Theophanes factum dicat, anno Eræ Alexandrinæ Incarnat. DCXXXIX. Verum non tantum Gregorium in fugam conjecere; ſed etiam interfecere; Elmacinus enim anno Hegiræ XXVII. hæc habet: *Expugnavit Africam Abdalla filius Saidi, occiſoque ejus Rege opum ejus factus eſt Dominus.*

*Africa a Sarracenis occupatur.*

II. A num. II. ad VI. Obiit quidem *Dagobertus* Francorum Rex anno XVI. Regni ſui, uti ex Fredegario cap. 79. habet Baronius, ſed annus ille XVI. ab anno Chriſti DCXXII. quo Auſtraſiorum Rex dictus, deduci debet; ideoque *Dagoberti* mors anno DCXXXVIII. conſignanda ut eo anno monſtravimus, idque impoſterum extra omnem controverſiam eſſe debet. Diem ejus emortualem neque Fredegarius, neque alius ex Antiquis notarunt; ſed cum Monachi Dionyſiani diem *XV. Kal. Februarias* anniverſaria precatione, rituque ſolemni etiamnum celebrent, videtur vel ad ejus mortem, vel ad ejus ſepulturam referendum eſſe. Fuit *Dagobertus* Eccleſiarum ditator, & Sacerdotum fautor ac præ cæteris Monaſteria Sanctorum Dionyſii, Mauricii, ac Martini excoluit & locupletavit. Monaſterii Dionyſiani Auctor cenſendus eſt meritoque primi Conditoris honorem a poſteris, obtinuit; non ſolum ob novam Baſilicam, ſed etiam ob nova ædificia, ampliſſimas villas ac poſſeſſiones, quas eidem loco attribuit, teſte Fredegario cap. 79. Antequam tamen *Dagobertus* Neuſtriæ Regnum, mortuo *Clotario* patre adeptus eſſet, jam extabat Monaſterium illud, cui *Dodo Abbas*, forte primus, præerat anno XLIII. ejuſdem Clotarii: eo enim anno *Theodetrudis*, ſive Theodila, præpotens matrona, multa prædia largita eſt *Dodoni Abbati & fratribus ejus, Baſilica Sancti Dionyſii deſervientibus*, ut liquet ex inſtrumento hac de re confecto, a Mabillonio recitato, qui de Dodonis Succeſſoribus diſſerit lib. 6. de Re Diplomat. pag. 626.

*II. Dagobertus Rex anno DCXXXVIII denatus.*

III. Monachus San-Dionyſianus, qui Geſta Dagoberti Regis edidit, capp. 43. & 45. aſſerit, ſe *in vetuſtiſſima Charta, quam ut ferebatur, Beatus Audoenus Epiſcopus ſcripſerat*, miraculum legiſſe, quod *Dagoberto* Regi poſt ejus mortem contigit, a Baronio ex eodem Auctore narratum. Ai-

*Ficta viſio de Dagoberto Rege.*

num epiſtola, quæ habetur præfixa Areopagiticis ab eodem Hilduino conſcriptis

VI. Quod vero ad Audoenum pertinet, qui fuit Dagoberto Regi (ut dictum eſt) a ſecretis, antequam crearetur Rothomagenſis Epiſcopus: extitit illi fideliſſimus monitor, & bonorum omnium conciliator: cujus ad eum admonitionum habetur indiculus in ipſius Audoeni vitæ Actis, quem tu conſulas, ut videas de quibus a fidelibus monitoribus admonendi ſunt Principes, ne delirent. Defuncto autem Dagoberto, duo filii ipſius, Sigebertus & Clodoveus, ſucceſſerunt in regnum, qui a patre hæredes fuerant inſtituti, de quibus ſuis locis inferius dicendum erit. *Sigebertus & Clodoveus regnant.*

An-

PAGIUS Aimoinus lib. 4. cap. 34. Chartam, in qua continebatur ea viſio, audacter attribuit *Audoeno*, licet Monachus San-Dionyſianus, a quo narrationem mutuatus eſt, his verbis, *ut ferebatur*, oſtenderit haud certo ſe *sciviſſe*, utrum illa Audoeni eſſet. Addit Sigebertus in Chronico, multos Sanctos de *Dagoberto* Rege queſtos eſſe, quod eorum Eccleſias expoliaſſet, ut unam Dionyſii *Baſilicam* exornaret. Verum hiſtoria hæc dubiæ prorſus fidei, & a Joanne Beſlio in Pictavienſium Antiſtitum Catalogo, Hadriano Valeſio lib. XIX. & Cointio anno DCXXXVIII. num. III. inter fabulas rejecta. Addictus quidem aliquibus vitiis fuit *Dagobertus*, ſed ab illis reſipuit, & per multos annos pœnitentiæ non fictæ quamplurima argumenta dedit. Epiſcoporum atque Aulicorum pietate præſtantiſſimorum conſortio delectatus eſt, largas pauperibus erogavit eleemoſynas, Eccleſias & Monaſteria condidit, ac ditavit, ut paſſim in Actis Sanctorum, qui ejus ætate vixere, legere eſt.

IV. *Floret S. Audoen.* Ad num. VI. Inter magnos Viros, qui *Dagoberto* chariſſimi ac gratiſſimi fuere, eminuit *Audoenus*, qui & *Dado* appellatus eſt. Is enim eum hortari conſueverat, ut pie Deum coleret, Eccleſiarum præ omnibus curam gereret; egentibus, viduis, pupilliſque ſuccurreret. Tametſi autem in Palatio militarem habitum ac cultum induebat, tamen fere a cunctis Monachus potius quam Laicus habebatur. Ejus Vitam ſcripſit Anonymus ſuppar, qui res multas ab ipſius Audoeni diſcipulis, oculatiſque teſtibus ſibi relatas vulgavit. Hanc auxit plurimum multiplicique Chronologicorum characterum adjectione depravavit Fridegodus natione Anglus, Diaconus, anno nongenteſimo quinquageſimo ſexto. Priorem Vitam Baronius non viderat, ex qua ideo, multa paſſim excerpemus. Vocatur *Audoenus* ab Aimoino lib. 4. cap. 41. Referendarius, *quod ad eum univerſa publica deferrentur conſcriptiones, ipſeque eas annulo Regis, ſive ſigillo ab eo ſibi commiſſo muniret, ſeu firmaret*. In Briegio ſaltu, ut ſcribit Fridegodus, ad Resbacem fluvium Monaſterium extruxit, hodie etiam nobiliſſimum, cui *Agilum* unum e Columbani diſcipulis præpoſuit Abbatem. Vocatur illud *Resbacenſe* Monaſterium, Gallice *Rebais*. Electus poſtea Epiſcopus Rothomagenſis ipſo die, quo Sanctus *Eligius*, cum quo magna ſemper amicitia ei fuit, ordinatus eſt Noviomenſis, ipſe Rothomagenſis conſecratus eſt, ut anno DCXL. oſtendimus. Plura infra de Audoeno, Eligio, & Agilo.

V. *Floret S. Paulus Ep. Virdunenſ.* Hoc circiter anno mortuus eſt Sanctus *Paulus* Epiſcopus Virdunenſis, & quidem *die octava menſis Februar.* ut habet Auctor Anonymus ejus Vitæ, qui poſt ſæculum X. vixiſſe videtur. Extat ea Sæculo ſecundo Benedictino, & in Actis Sanctorum Bollandianis. Paulus ex patria, de qua controvertitur, in montem Vogeſum, aut Voſegum, qui Burgundos & Alſatios a Lotharingis dividit, ſeceſſit, ibique primo eremiticam cum multis aliis duxit vitam. In ea eremo erat Monaſterium *Theologium*, ſeu Deolegium, vulgo *Tholey*, ubi Monachicum habitum induit, & diu ſanctiſſime vixit. Supereſt adhuc inſigne illud Monaſterium Ordinis Sancti Benedicti, ſitum ad fluvium Sarram in finibus Diœceſis Trevirenſis & Lotharingiæ, haud procul ab Oppido S. Wandelini. Defuncto Virdunenſi Epiſcopo Dagobertus Rex *Paulum* eidem Epiſcopatui præponendum voluit, & cum onus ſubire recuſaret: *Rex furoris, & amoris anxius miſſis ſatellitibus extractum a Monaſterio coactum & invitum, omnium tamen applauſu digniſſimum acclamatum, onus Pontificalis dignitatis ſubire compulit*, inquit Anonymus in ejus Vita. Virdunum, ut venit *Paulus*, fœdum reperit Sacrorum neglectum, quod ſumptus alendis Eccleſiæ Cathedralis Sacerdotibus, non ſuppeteret. Eam penuriam munificentia præſertim Dagoberti Regis ſublevavit. Canonicorum numerum ampliavit, eoſque, ut habet Anonymus, *Canonice vivere inſtituit*. Magna fuit inter eum, & *Sanctum Deſiderium* Cadurcenſem Epiſcopum familiaritas, quam Scriptor Vitæ S. Deſiderii cap. 3. indicat, & teſtatur ipſius Deſiderii ad eumdem Paulum Epiſtola quæ ordine eſt XI. Idem *Deſiderius* in Epiſtola X. ad Dadonem, ſeu Audoenum Rothomagenſem recens Epiſcopum, *Paulum* cum S. Sulpitio Biturigum Epiſcopum inter amicos etiam numerat; quæ Epiſtola ſtatim poſt annum DCXL. data. Vixit poſtea uſque ad præſentem circiter annum. Verum cum poſt hæc tempora Canonici inſtituti fuerint, huic Anonymo fides in omnibus non habenda. [1]

NOTÆ [1] De hoc S. Paulo Virodunenſi ſic commentatur Author anonymus, ex quo habemus ſeriem chronologicam Epiſcoporum Virodunenſium, uſque ad annum 1545. quamquam ipſe recentior eſt, cum Annales Baronii laudet. Ita ergo ille: *S. Paulus S. Germani Pariſienſis nepos, invitus donatus eſt Pontificia Tiara Clotarii Regis opera, natione Heduus, Patria Auguſtodunenſis, primo vitam Eremiticam profeſſus; deinde apud Theologienſes Cœnobiticam. Poſtremo tractus ad Magiſtratum Eccleſiaſticum anno Chriſti DCXXI. omnium virtutum ornamentis præſtabilis. Obiit 6. Idus Februarii DCL. Sepultus in S. Saturnini nunc S. Pauli Templo. Oleum e Sepulcro ejus manaſſe ad multos annos notat Bertharii ſupplementum.* Extat opus apud Schannat. Vindem. liter. t. 2. pag. 99. Hæc ille, ſed certe in eo errat, quod Sanctum Præſulem ad Epiſcopatum evectum fuiſſe anno DCXXI. aſſerit; cum Remenſi Concilio anno ut citius DCXXIV. celebrato, ut Pagius ad eundem annum num. 4. Godo Virodunenſis, Pauli deceſſor ſubſcripſerit. MANSI



I. *De tempore promulgati Typi.* ANnus ſequitur Redemptoris ſexcenteſimus quadrageſimusoctavus, Indictione ſexta: quo a Conſtante Imperatore, impellente Paulo Conſtantinopolitano Epiſcopo, editum eſt de fide edictum, quod Typum vocarunt, juſta illa cauſa prætenſa, ut omnes Chriſtiani orbis Eccleſiæ ſimul in unam eamdemque ſententiam unirentur, paxque firma in Eccleſia eſſet, nimirum ut ſilentium de excitata controverſia indiceretur tam iis qui unam, quam iis qui duas in Chriſto voluntates aſſererent. Porro cum idem miſſus eſt Romam Typus, tantum abeſt ut reciperetur, ut etiam Paulus ejus auctor, necnon Pyrrhus una cum ipſo pariter, collecta Synodo, damnarentur. Hæc ſummatim de his quæ hoc anno eſſe geſta reperiuntur. De quibus primum omnium quod ad rationem temporis ſpectat, certa eſt de ea aſſertio in Actis publicis ſancti Maximi martyris, in quibus iſta leguntur: *Dicentibus illis: Non communicas ſedi Conſtantinopolis? Reſpondet Maximus: Non communico. Dicunt: Quamobrem? Et reſpondit: Quia ſanctas quatuor Synodos ejecerunt per novem Alexandriæ facta capitula, & per Ecthesin, id eſt, expoſitionem a Sergio in hac urbe factam: & per Typum deinceps ſexta Indictione expoſitum: & quod ea quæ per Ecthesin dogmatizaverant, per Typum repudiarunt, ac ſe ipſos toties deſtruxerunt. Qui ergo a ſe damnati ſunt & a Romanis, & ab ea Synodo quæ poſtea facta eſt ſexta Indictone depoſiti ac ſacerdotio nudati, quomodo myſtagium conficiunt? &c.* Hæc de tempore: quod vero ad rem geſtam pertinet, eadem ſic ſe habuit:

II. *Paulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, cum vidiſſet ex litteris tum a Rom. Pontifice tum etiam a Conciliis Africanis ſcriptis univerſam Occidentalem Eccleſiam adverſus ſe concitatam, dolum excogitavit: perſuaſit enim Imperatori Conſtanti edictum, proponere, quo ſignificaretur tacendum eſſe de ea altercatione quæ vertebatur de una ſive duabus voluntatibus, itemque affixa majoris eccleſiæ januæ ſcripta, quibus manifeſte hæreſis laudaretur, auferri præciperet; ea id agens calliditate, ut quoquo modo, vel ſilentio ſaltem damnari videtur de duabus voluntatibus expreſſa ſententia. Hanc quidem mentem & artem fuiſſe ſubdoli hominis, Acta Concilii Lateranenſis ſub Martino Papa declarant, ubi Patres de Paulo iſta locuti ſunt: His etiam neceſſitate quadam annuiſſe Imperatorem, quod videret omnes Africanos Epiſcopos ejus eſſe ſententiæ eo tempore, quo adverſus Imperium rebellaſſet Gregorius, qui eam provinciam adminiſtrabat, ratus nimirum neceſſe eſſe ipſos mitigare potius, quam aperta defenſione hæreſes amplius concitare; quorum gratia & ut hæreſis ſcriptis prodita in valvis eccleſiæ, ad tempus ſileret, amotis ſcriptis illis, doloſe præcepit.* Hæc ibi: ſed de conſilio & calliditate Pauli hæc rurſum habent Patres (*a*) idem qui ſupra: *Artes Pauli Epiſc. Conſtantinop.*

III. *Veraciter enim (ſicut de eo, nempe* Paulo, *ſuggeſtiones & acccuſationes pronunciant) & incipiens acriter novitatem defendere ſtuduit, & perficiens doloſe Typum fieri perſuaſit. Stillicidium namque aſſiduum concavat petram.* Et paulo poſt: *Quoniam & ipſum Typum in everſione paternorum dogmatum fieri ſine dubio perſuaſit: qui derelinquentes Catholicæ Eccleſiæ paternas Synodaleſque definitiones ac ſermones, ad ſæculares Typos callide properaverunt, pariter quidem*

(*a*) *Concil. Rom. ſub Martin. Secret.* 4.

Ann. Eccl. Tom. XI.



dem

PAGIUS SÆC. VII

Anno Æræ Hiſpan. DCLXXXVI. Anno Hegiræ XXVIII inchoato die 25. Septemb. fer. 5.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6141.

☉ 13. FE. ☽ 3. P. 20. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 648.

THEODORI PAPÆ 7.

CONSTANTIS IMP. 8.

I. *Poſtconſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *VII. poſt Conſulatum Conſtantis Aug. V.*

II. A num. I. ad VIII. *Paulus* Conſtantinop. Epiſcopus, ut fidem inſidioſe vulneraret, ſibique jam exoſo Catholicis conſuleret, *Typum* quendam, ſeu fidei formulam & expoſitionem compoſuit, in qua ſimulato pacis atque unionis prætextu ſilentium imponebatur qua Catholicis, qua Hæreticis, ne ſcilicet impoſterum quis auderet de una vel duplici in Chriſto tum Voluntate, tum Operatione ſermones inſtituere. Duxit inſuper opportunum vir ſubdolus, *Ecthesim* ab Eccleſiæ valvis deponere, ut liquet ex his Typi verbis: *Ad perfectam unitatem ſanctarum Dei Eccleſiarum & communem concordiam, & ut nulla occaſio relinquatur iis, qui ſine fine volunt contendere, & Chartas quæ poſitæ fuerant in narthica ſanctiſſimæ magnæ Eccleſiæ hujus a Deo conſervandæ Regiæ noſtræ Urbis, quæ continent prædictas quæſtiones, juſſimus levari.* Quæ hoc anno peracta conſtat ex Theopylacto Primicerio Notariorum Sedis Apoſtolicæ in Concilio Lateranenſi Secret. IV. quod anno ſequenti celebratum, certum eſt: *Secundum juſſionem Beatitudinis veſtræ, Epiſtolam Pauli, & exemplar Typi, nuper, ideſt, tranſacto anno per ſuaſionem ejuſdem Pauli expoſiti, præ manibus, habeo.* Baronius num. I. ex Relatione *motionis factæ inter Domnum Abbatem Maximum, & ſocium ejus atque Principes in ſecretario*, hunc locum *Paulus Conſtantinop. Epiſc. Typum promulgat.*

cum

*dem tam ſuam occultantes perfidiam, quamque aliis inique irrogantes querelas, &c.* Exemplar autem, promulgati ab Imperatore Typi habetur recitatum a Theodoro Notario in Secretario quarto dicti Lateranenſis Concilii ſub Martino, ſed rudi tranſlatione in Latinum facta redditum in aliquibus locis ſubobſcurum, quod ſic ſe habet;

IV. Typus a Conſtante promulgatus. *Conſuetudinem habentes de omnibus curam agere, & intendere quæ reſpiciunt ad utilitatem Chriſtianiſſimæ noſtræ Reipublicæ, & præcipue quæ feruntur ad immmaculatam noſtram fidem, per quam nobis omnia proſpera fieri credimus, cognovimus in multa perturbatione eſſe noſtrum Orthodoxum populum, utpote dicentibus quibuſdam unam voluntatem in diſpenſatione magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & eamdem * ipſam operari divina & humana: Aliis autem dogmatizantibus duas voluntates & duas operationes in eadem diſpenſatione incarnati Verbi, & illis quidem in ſatisfactione propter unam perſonam eſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in duabus naturis inconfuſe & indiviſe volentem & operantem divina & humana: Aliis autem propter convenientes naturas indiviſe in ipſa una perſona, & ut ſalvetur & maneat earum differentia ſecundum naturas, eumdem ipſum unum Chriſtum naturaliter operari divina & humana: & ex hoc in multam diſſenſionem & contentionem noſtram Chriſtianiſſimam Rempublicam perduci, ut diſcordantes invicem non convenirent, & ex hoc ſecundum multos modos eam lædi oportere.* Experiebatur quidem Imperator, quantum ſibi afferret detrimenti in Africa Orthodoxum populum a ſe ea de cauſa averſum penitus eo tempore inveniri. Sed pergit;

* eumdem ipſum.

V. Silentium Catholicis & Hæreticis indicit Imp. *Igitur arbitrati ſumus, ab omnipotente Deo inſpirati, ſicut talem accenſam diſcordiæ flammam extinguere, & non concedere eam ulterius humanas animas depaſci. Quapropter ſancimus, nobis ſubjectos, qui conſiſtunt in Orthodoxa & immaculata noſtra Chriſtianorum fide, qui ſunt Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, non habere licentiam invicem a præſenti de una voluntate, aut una operatione, aut duarum voluntatum, aut duarum operationum qualemcumque proferre altercationem, aut contentionem, aut rixam. Hæc autem ſancimus, nihil aliud intercipientes penitus de piiſſimis dogmatibus, quæ a ſanctis probabilibus Patribus de diſpenſatione incarnati Dei Verbi dogmatizata ſunt; ſed ulterius contentionem, quæ gratia propoſitæ quæſtionis orta eſt, ceſſare præcipientes, & tantummodo de eis ſequi, & ſufficienter habere divinas Scripturas & traditiones ſanctorum quinque univerſalium Conciliorum, & ſimplicibus ſine quæſtione ſanctorum probabilium Patrum uti vocibus, quorum dogmata regula & lege ſanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ conſiſtunt, nihil eis addentes proprium, neque minuentes, aut per ſuam intentionem eas interpretantes, ſed priorem habitum ubique cuſtodiri, ſicuti antequam procederet contentio prædictarum quæſtionum, quaſi nulla de eis exorta contentio. Nulli de omnibus, qui uſque ad præſens unam voluntatem & unam operationem, aut duas voluntates, & duas operationes dogmatizaverit, ſub qualemcumque querelam hujus gratia aut accuſationem facito, niſi tantummodo qui ex ſanctis quinque univerſalibus Conciliis & cæteris Orthodoxis probabilibus Patribus ejecti ſunt hæretici cum impiis eorum dogmatibus atque ſcriptis, & ( ut compen-*

dio-

PAGIUS cum refert: *Et per Typum, qui nuper ideſt, per ſextam Indictionem promulgatus eſt.* Quibus verbis paulo poſt hæc ſubiiciuntur: *Qui ergo a ſe damnati ſunt, & a Romanis, nec non a Synodo, quæ poſtea facta ſexta Indictione, depoſiti, ac Sacerdotio nudati*, &c. Verum verſio, qua Baronius uſus eſt, aliquibus in locis corrupta, uti in iſto. Nam in Anaſtaſiana, quæ legitur in ejus Collectaneis, & apud Combefiſium initio Operum S. Maximi a ſe editorum, loco iſtorum verborum, *ab ea Synodo, quæ poſtea facta eſt ſexta Indictione*, accurate ſcriptum eſt, *nec non a Synodo, quæ poſt hæc per octavam Indictionem habita eſt*, Lateraneſi ſcilicet; non vero Romana ſub Theodoro hoc anno celebrata. Ex hac prava lectione Baronius inductus eſt, ut exiſtimaret, *Theodorum* Papam in ea Synodo *Typum* damnaſſe; cum tamen Romæ tunc forte adhuc ignoraretur Typi promulgatio, quæ quidem Indictione VI. inchoata. Kalend. Septemb. ſuperioris anni peracta, ſed hoc anno ante menſem Septembrem, ut evincunt verba mox citata IV. Secretarii Lateranenſis. Verum de hac re infra.

III. *Conatus Pauli reliquis omnibus nequior.* Conatum hunc a *Paulo* per Typum expreſſum, cæteris præcedentibus longe nequiorem agnoſcit Sanctus Martinus Papa in Epiſtola ad S. Amandum tunc Trajectenſem Epiſcopum, dicens: *Et non ſolum hoc facere nullatenus voluerunt Monothelitæ* (ſcilicet acquieſcere Orthodoxorum monitis); *ſed & nunc ſucceſſor ejus Paulus temerator fidei, Epiſcopus Conſtantinopolitanus alium nequiorem excogitavit in præjudicium Catholicæ fidei Conatum, quaſi quæ a Deceſſoribus ſuis hæretice expoſita fuerant deſtruens; & Imperialem Typum ſacrilego auſu totius plenum perfidiæ a Clementiſſimo Principe noſtro fieri perſuaſit.* Nec aliquis exiſtimet, quod ſolum Catholicis ſenſus hic eſſet de Typo: ſicut enim *Ecthesis* a Sergio compoſita, *non Orthodoxis tantum*, ut loquitur Zonaras agens de Heraclio; *ſed Severi etiam Sectatoribus ridicula viſa eſt*; ita etiam Typus a Paulo conflatus non tantum a Catholicis, verum etiam a quibuſdam Monothelitis odio habitus. Unde Theodoſius Cæſarienſis in Collatione cum Maximo, *per Deum*, ait, *qui me judicaturus eſt, & quando factus eſt, dixi, & nunc id ipſum dico. quia male,*

*& ad*



*dioſe dicamus) quod ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia non accepit, ſed abjecit.*

VI. Scripta appenſa in Eccleſia ſublata. *Ad perfectam autem unitatem ſanctarum Dei Eccleſiarum, & communem concordiam, & ut nulla occaſio relinquatur eis qui ſine fine volunt contendere, & & chartas quæ poſitæ fuerunt in narthica ſanctiſſimæ magnæ eccleſiæ hujus a Deo conſervandæ regiæ noſtræ urbis, quæ continent prædictas quæſtiones, juſſimus levari. Qui autem ea præſumpſerint prævaricari, primum quidem ſubjaceant judicio terribili omnipotentis Dei, deinde autem etiam qualemcumque regalem indignationem revereantur; per quam, ſiquidem Epiſcopi aut clerici ſunt, ſui ſacerdotii, ſive ſui cleri modis omnibus excidant: ſin autem monachi ſegregentur, & alieni ſint de ſuis locis: ſin autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur eis: ſi autem ſint privati, ſi quidem nobiles conſiſtunt, ſuarum ſubſtantiarum proſcriptionem patiantur: ſin autem ignobiles conſiſtunt, non ſolum in corpore verberentur, ſed exilio perpetuo caſtigentur: ut omnes timore Dei compreſſi, & comminata eis digna ſupplicia reverentes, immobilem & ſine turba pacem ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodiant.* Hucuſque Imperatoris Typus ſuaſione Pauli pſeudoepiſcopi promulgatus, qui licet foris appareat æquus & pacis conciliator, quid tamen de eo ſenſerit dicta Lateranenſis Synodus ſub Martino, hic ex ejus Actis opportune aperiendum eſt: ſic enim ſe habent (*a*):

(*a*) *Conc. Lateran. ſub Marti. Secret.* 4.

VII. De Typo judicium. *Sancta Synodus dixit: Relectus Typus bonum quidem intentum habere dignoſcitur, diſſonantem autem virtutem intentui continet. Bonum eſt namque proculdubio & omnibus timentibus Deum deſiderabile cohibere diſſenſiones & altercationes pro cauſa fidei: ſed non eſt utile & bonum, cum malo deſtruere bonum, id eſt, cum hæreticis Orthodoxorum Patrum verba & dogmata: quoniam hoc potius exurit non enim mitigat in merito controverſiarum ſtantium *, nullo videlicet patiente denegare cum impietate hæretica venerabile verbum fidei. Simile namque eſt, & inhoneſtum malum amplecti, & cum eodem bonum indiſcrete proiicere: quoniam utrumque juſtitiæ perimit traditionem. Unde & magnus Abraham in hoc hæſitans, Domino appropinquans, ait* (*b*): *Num perdes juſtum cum impio, & erit juſtus ſicut impius? Nullo modo tu facies ſecundum hoc verbum, ut occidas juſtum cum impio, & erit juſtus ſicut impius. Non eſt hoc tuum, qui judicas omnem terram: non facies judicium hoc. Nam ſi quidem per approbationem ſcripturæ, hoc eſt, paternæ doctrinæ, reprehenſibile pariter aut laudabile utrumque oſtenderet, bene utique fuiſſet Typus expoſitus, propter utriuſque approbatam per ſpiritales ſermones reprehenſionem, aut per ſpiritales patres utriuſque taciturnitatem definiens, aut e contrario pro eorum laudabilitate utriuſque profeſſionem. Si autem nihil horum penitus demonſtravit, ſed taciturnitate pariter probibuit unam aut duas dicere in Chriſto Deo operationes & voluntates, ſufficit nobis Patriarchæ voce ſereniſſimum Principem alloqui, &c.* Multa enim alia contra Typum afferentes iidem Patres in Synodo confidentes, ipſum anathemate damnaverunt.

(*b*) *Geneſ.* 18.

Et

PAGIUS *& ad læſionem multorum factus eſt Typus.* Nec mirum; cum per Typum Ecthesis deſtrueretur, quemadmodum per Ecthesim ſeptimum caput Conciliabuli Alexandrini evertebatur, ut ſæpius inculcat Sanctus Maximus.

IV. *Imperator favet Paulo.* Hæc autem impietatis conſilia non ita fidenter expoſuiſſet *Paulus*, niſi ſocium habuiſſet *Conſtantem* Imper. qui nihil non molitus eſt, quo *Monothelismus* undique vulgaretur, eidemque Patronos, qua blanditiis, qua terroribus emeret. Quam ob rem ſi quæ in Oriente vacarent Eccleſiæ, *Monothelitis* committebantur; ſi quæ Provinciæ deſtituerentur Præfectis, perfidioribus hæreticis earum regimen tradebatur. Hunc ergo *Paulus* nactus ſceleris ſocium, *Typum* expoſuit, & *Conſtantis* nomine promulgavit, quemadmodum *Sergius* Ecthesim ediderat Heraclii auctoritate firmatam: indeque ad eum modum, quo Patres in Sergium referebant Ecthesim, pariter Paulum ut Typi conditorem ſugillabant. Unde Reverendiſſimi Abbates in Concil. Lat. Secret. II. damnant coram Martino Papa. Typum, *qui*, ut inquiunt, *contra Orthodoxorum fidem factus eſt ex ſubreptione, non ex ſtudio, aut mente piiſſimi noſtri Imperatoris, ſed ex ſuaſione importuna, & falſiloquio Pauli depoſiti a prædeceſſore Veſtræ Sanctitatis Theodoro.*

V. *Omne Typi ſcelus in Paulum refuſum.* Non autem abs re Patres Orthodoxi crimen omne in *Typo* expreſſum in *Paulum* refundebant, ne ſcilicet *Conſtantis* Imp. animus laceſſitus contumeliis, licet ab ipſo meritis, pejora mala pareret Eccleſiæ. Unde Martinus Papa in Epiſtola ad Conſtantem appellat eum, *piiſſimum Dominum, diligentem Deum, ſincerum Chriſti Miniſtrum, optimum Imperatorem.* Quo pariter conſilio in Sexta Synodo idem Conſtans dicitur, *ſanctæ memoriæ Imperator*, ne videlicet Conſtantinus Pogonatus ejus filius, ob opprobria in parentem contorta, ſuſceptam fidei defenſionem deponeret, & fieret hoſtis Eccleſiæ, quem illa Patronum prædicabat, & pacis Eccleſiaſticæ reparatorem. Qua etiam arte laudabili *Sanctus Maximus* ſuaviter egit cum *Pyrrho*, donec anathemate vinctus fuit: quam ob rem cum illum laudaſſet aliquando, rationem hanc reddit in Epiſtola ad Monachos Siciliæ: *Illius meæ ad Pyrrhum laudationis hæc fuit ratio ac modus, cum vellem ſenſim eum, & a contrariæ opinione abducere, & ad rectam intentionem fidei transferre.*

Ad

VIII. Sed hic fortaſſe quis obiiciat, vel ſaltem ex *Actis* Synodi hujus redarguendum eſſe Honorium Rom. Pontificem, quod de utraque ſententia tacendum eſſe ſuis epiſtolis viſus ſit præcepiſſe, atque utrique parti omnino indixiſſe ſilentium: ut plane idem videatur judicandum de Honorii epiſtolis, atque de Typo Conſtantis Imperatoris. Sed in his maximopere refert (quod & ſuperius pluribus dictum eſt) ut temporum ratio habeatur: nam ſancte pieque dici poteſt juſſum ab Honorio de utroque taceri eo tempore, quo inciperet ejuſmodi controverſia alicubi ventilari: haud enim de omnibus quæſtionibus, quæ curioſitate diſputantium oriuntur, neceſſe eſt ab Eccleſia definitionem promulgari: cum plurima adhuc videamus indeciſa relinqui, & moneamur ab Apoſtolo ſapere ad ſobrietatem, hoc eſt, quæ ſunt ab Eccleſia definita ſectari. Satis namque ad ſobrietatem ſapere erat, de duabus in Chriſto naturis aſſerere, quæ a ſacroſancto Concilio Calcedonenſi fuerant definita. Ubi vero indictum de curioſa diſputatione ſilentium ab adverſariis violatum eſt, immo & per publicas aſſertiones publice affixas in eccleſiæ portis hæreſis palam eſt promulgata, & Conciliorum ſententiis ſtabilita; haud aliquis locus potuit eſſe ſilentio, ſed damnandus error omnino fuit, & recta ſententia promulganda: ſecus autem antea, cum nulla certa firmata aſſertione, anceps adhuc di-

*Pro diverſitate temporis cauſa judicanda.*

ſputa-

PAGIUS VI. Ad num. VIII. & ſeq. Hic examinanda cum nupero Auctore Anonymo Hiſtoriæ Monothelitarum Scrutin. VII. *Honoriana* ſilendi œconomia, quæ ei ſimilis eſt, quæ præfertur in Typo. Approbat *Honorius* & commendat in utriſque ſuis Epiſtolis conſilium *Sergii* de ſilentio qua Catholicis, qua Hæreticis adhibendo, cum circa unam, tum geminas in Chriſto voluntates & operationes: quod etiam conatus eſt *Sophronio* perſuadere, ut apparet ex fragmentis ſuæ ſecundæ Epiſtolæ. Hanc ſilendi œconomiam quanto odio fuerint proſecuti in omni prorſus circumſtantia Patres Orthodoxi, qui viriliter obſtiterunt Monothelitis, argumento eſt damnatio *Typi*, in quo nihil invenies damnabile, ſi ſilendi diſpenſationem dempſeris: in hanc enim præciſe tendunt omnia fulmina contorta a Patribus in Typum, quam ea de cauſa præſertim anathematizarunt, quod *cum perfidis Hæreticis & Orthodoxos Patres abiiceret, & cum ſceleroſorum Virorum vocibus, hoc eſt, una voluntate & operatione, pariter denegari faceret Orthodoxorum Doctrinas, ideſt, duas ejuſdem Chriſti Voluntates & Operationes*, ut inquit Martinus in Concil. Later. Secret. V. qui non minus abſonum arbitrabatur, ſilentium in hoc puncto diſpenſare, quam & unam & duplicem a Chriſto expungere voluntatem, & operationem. Non abſimili de cauſa S. Maximus in Collatione cum Theodoſio Epiſcopo Cæſareæ ſilendi œconomiam in Typo expreſſam, Honorianæ ſimilem, his verbis confodit: *Quis fidelis ſuſcipit diſpenſationem, taceri facientem voces, quas dici per Apoſtolos & Prophetas atque Doctores Deus omnium diſpenſavit?* Et rurſus in Collatione cum Principibus in Secretario, Romanorum extollens vigilantiam in eadem proſcribenda ſilendi diſpenſatione, hæc Maximus ait: *Non patiuntur Romani auferri una cum impuris Hæreticorum vocibus Sanctorum Patrum luciferas voces, vel ſimul cum mendacio veritatem extingui, aut cum tenebris lumen pariter diſſipari: nil nobis, quod adoretur, erit, ſi divinitus oſtenſorum fiat verborum ablatio.*

*Honorii œconomia ex ſenſu Patrum impugnatur.*

VII. Hic autem diſtinguendum eſt inter diſpenſationes & œconomias, quæ poſſunt in negotiis fidei adhiberi. Vel enim eæ cadunt ſupra perſonas, de quibus urget hæreſis ſuſpicio, vel ſupra fidei doctrinas. Et quidem ſi de perſonis occurrat diſſentio, non ita præcipitanter proſcribendus eſt ut hæreticus, qui apud Sedem Apoſtolicam ut talis defertur: ac proinde prudentiſſime poteſt ingeri diſpenſatio quædam & œconomia, qua protrahatur illius damnatio, donec intimius res eluceſcat. Quam diſpenſationem prudenter adhibuerunt Patres, qui Monotheliſmo naſcenti obſtiterunt: licet enim erumpentem hæreſim illico damnarint, perſonas incolumes ſervarunt ab anathemate, donec tandem ad acriora remedia deventum eſt, & per *Martinum Papam* Synodice damnati ſunt Monotheliſmi fautores *Cyrus*, *Theodorus*, *Sergius*, reliquique. Si vero de fidei doctrinis occurrat diſſenſio, longe aliter res procedit, quippe ſi veritas aliqua impugnetur, quæ aperte contineatur in omnibus Sanctis Patribus, quæque e Sacrarum Scripturarum, & Sanctorum Conciliorum fontibus ſatis effluat abunde, nulla tunc opus eſt œconomia, aut ſilendi diſpenſatione, ſed ſtatim per quos ſpectat, eſt manifeſte definienda: niſi forte a Deceſſoribus definita reperiatur; quando præſertim liquet, his fraudibus Hæreticorum præcipites agi in foveas eorum complures ex Orthodoxis. Hoc pacto proceſſere Veteres Patres, quando novæ hæreſes obortæ ſunt: quod pluribus exemplis patefieri poſſet.

*Duplex œconomiæ genus.*

VIII. Nec eſt quod quis dicat, nullam *Honorii* tempore fuiſſe definitionem Conciliorum, nullumque Pontificum Decretum, ſtatuens aperte, duplicem in Chriſto reperiri Voluntatem & Operationem; id enim adduci nullo modo poteſt ad excuſandum *Typum*; cum ad illum præceſſiſſet Concilium *Joannis* IV. hanc veritatem clare definiens. Unde ſilendi diſpenſatio in quæſtione de duplici Chriſti voluntate, potuit ab *Honorio* laudabiliter induci, utpote in re adhuc indifferenti; non autem per *Typum* potuit juberi; cum jam ad illum præceſſiſſet Apoſtolicæ veritatis definitio. Hæc conjectura non omnino contemnenda eſſet, ſi nobis non ſupereſſent plura Veterum Monumenta ad illam aperte confutandam: cum vero multa Patrum Scripta adverſus *Monothelitas* remanſerint, ex illis funditus evertitur. Primo quidem, quia nullibi Patres Monotheliſmi profligatores, ac præſertim Martinus Papa, & Abbas Maximus, *Typi œconomiam* ex eo impugnarunt, quod per ipſam everteretur Concilium Joannis IV. ſed quia deſtrueretur doctrina *Sancti Leonis*, Concilii Chalcedonenſis, totius Sacræ Scripturæ, atque omnium Patrum. Quare ſi *Martinus* & *Maximus* Typi œconomiam impugnant ex eo quod per ipſam deſtrueretur, vel ſaltem deſtrui præſumeretur Concilium Chalcedonenſe, doctrinaque Leonis, Sacræ Scripturæ, ac Sancto-

*Prima excuſatio œconomiæ Honorianæ retunditur.*

rum



ſputatio videretur, prout Honorii temporibus fuiſſe monſtravimus: at non ſic Martini tempore, quo non profiteri quod ſciretur omnino eſſe Catholicum, nec damnare quod certo conſtaret hæreticum eſſe, haud abſque offenſa Catholicæ pietatis (ut iidem Patres definiere) fieri potuiſſe certiſſimum eſt.

IX. Adde inſuper de promulgato Typo fallaciam, quæ ſub verborum involucro ab hæreticis erat incluſa: reſerat eam ſanctus Martinus Papa in dicto Romano Concilio, ubi in quinto Secretario in Synodali epiſtola hæc habet: *Per impiiſſimum Typum, qui ex maligna inſtigatione illorum factus eſt contra immaculatam*

*no-*

PAGIUS rum Patrum; eodem modo per eoſdem evertitur *Honoriana* diſpenſatio: cum & hæc ſubſequens fuerit ad Concilium Chalcedonenſe, & Epiſtolas Leonis: ac proinde in eaſdem labitur cenſuras, in quas impingit œconomia *Conſtantis*.

IX. Secundo, quia *Typi œconomia* ideo mordicus impugnabatur a Patribus, quod ſilentium unius aut duplicis voluntatis videbatur negatio: ſicque unanimiter exiſtimabant, tum *Martinus*, tum *Maximus*, tum reliqui Monothelitarum hoſtes, idem prorſus eſſe definire, ne una vel duplex in Chriſto diceretur Voluntas aut Operatio, ac omnem penitus a Chriſto negare voluntatem aut operationem; quod abſurdum non magis præſumi debet ex œconomia *Conſtantis*, quam ex *Honorii* diſpenſatione: quamobrem vel utræque abſolvendæ, vel ambæ erunt damnandæ. Tertio demum, quia non minus per œconomias *Honorii*, quam per *Typi* diſpenſationes enervatur doctrina Veterum Patrum, qui unanimiter & aperte aſſerunt, duas eſſe in Chriſto voluntates & Operationes. Unde ſi patrum auctoritates vehementer impulerunt *Martinum* Papam, & *Maximum* Abbatem ut œconomiam *Typi* acerrime inſequerentur; cur eædem Patrum auctoritates ſatis eſſe non potuerint, ut Honorianam œconomiam Hæreticis fomentum præbentem ejecerint Præſules Sextæ Synodi?

*Ea excuſatio magis refellitur.*

X. Neque quis dicat ſecundo, non tolli per *Honorianam* ſilendi œconomiam veritates Catholicas, nec Patrum voces aboleri, ſed tantummodo ſuſpendi, & ad tempus diſpenſari, nec de opportunioribus remediis conſultum foret Eccleſiæ. Reſpondeo enim, eandem excuſationem inculcaſſe adverſus *Maximum*, perfidioſos Monothelitas, œconomiam *Typi* vindicantes. Ita *Troilus* Patricius & *Sergius Eucratas*, acres Monothelitæ in Collatione ejuſdem Maximi cum Principibus in Secretario: *Ne contriſtes*, inquiunt, *Imperatorem, qui propter pacem tantummodo fecit Typum, non in ademptionem cujuſquam eorum, quæ in Chriſto intelliguntur, ſed ad pacem, ſilentium vocum, quæ faciebant diſſenſionem diſpenſans.* Id ipſum ante Troilum & Sergium Romæ obiecerat *Maximo* quidam Gregorius filius Photini, ipſe quoque Monothelita, in diſcurſu habito cum eodem, cujus fragmenta referuntur in citata Collatione: *Non ablationem*, inquit Gregorius, *Sacrarum Typus efficit vocum, ſed taciturnitatem, ut diſpenſemus pacem.* Quem retundens Maximus inquit: *Eſt apud Divinam Scripturam taciturnitas demptio.* Unde ex ejuſmodi œconomia per *Typum* expreſſa uſquequaque Patres intulere, qua unam, qua duplicem a Chriſto voluntatem excludi, atque operationem, ut evolventi Synodum Lateranenſem, Collationes Sancti Maximi, & Concilium ſextum liquebit: idem prorſus arbitrati de illis ſilere, ac illas negare; quod veriſſimum eſt, quando de veritatibus agitur fidei & a Patribus aperte definitis: *Corde* enim *creditur ad juſtitiam, ore vero fit confeſſio ad ſalutem.*

*Secunda excuſatio Honorianæ œconomiæ reiicitur.*

XI. Neque quis dicat tertio, ſcandala maxima Chriſtiano Orbi impendiſſe, ſi ſtatim decreviſſet *Honorius* geminas in Chriſto voluntates & operationes, ideoque *Honorium*, ut illa vitaret, conſulto invexiſſe ſilendi œconomiam: ad id autem eum reſpexiſſe, teſtari ejus verba in Epiſt. ad Sergium: *Nos quidem*, inquit ibi Honorius, *ſecundum Sanctiones Divinorum Eloquiorum oportet ſapere vel ſpirare, illa videlicet refutantes, quæ quidem novæ voces noſcuntur Sanctis Dei Eccleſiis ſcandala generare.* Mox vero ſcandali radicem adaperiens ſubdit Honorius: *Ne parvuli aut duarum operationum vocabulo offenſi, ſectantes Neſtorianos, nos veſana ſapere arbitrentur, aut vero ſi rurſus unam Operationem D. N. Jeſu Chriſti fatendam eſſe cenſuerimus, ſtultorum Eutychianiſtarum attonitis auribus dementiam fateri judicemur.* Præterea, ſcindendas iterum fuiſſe Eccleſiarum unionem & Occidentalium pacem cum Orientalibus, ſi acrioribus remediis obſtitiſſet *Honorius*, emergentibus ſcintillis & faculis Monotheliſmi.

*Tertia excuſatio Honorianæ œconomiæ.*

XII. At Honoriani ſilentii vindicatores, qua manu ſublevant *Honorium*, ea quoque ſublevent oportet *Sergium Cyrum*, cæteroſque perfidioſos Monothelitas. Quid enim crebrius inculcant Sergius in ſuis Epiſtolis, Heraclius in Ecthеſi, Conſtans in Typo, quam ideo utrimque præcipi ſilentium, *Ut ſcandala ſcinderentur; ut Lybia, Thebais & Ægyptus traheretur ad Orthodoxiam; ut pax fieret Eccleſiæ, quæ per hujuſmodi tumultus laniabatur?* Quibus unquam coloribus conatus eſt Theodoſius Cæſarienſis in Collatione cum Maximo Typum execrabilem condecorare, niſi eadem objecta unione atque Eccleſiæ tranquillitate? Referens, *ea occaſione factum eſſe, ut exponeretur alterna lis Orthodoxorum ſuper operationibus & voluntatibus altercantium; & ut omnes pace mutua fruerentur, conſideraverunt quidam hujuſmodi voces ſilentio comprimendas.* Levis eſt non raro ponderis ad ingerendam excuſationem, præſertim in Præſulibus Eccleſiæ, rectus animus & ordinatus affectus, quando ex nimia Hæreticorum tolerantia, prudentis eſt oriundos pertimeſcere majores in Eccleſia tumultus & diſſenſiones. Nihil intererat fidei, ut pravi homines, & novitatum amatores, quibus omnia cooperantur in malum, ſcandala paterentur, dummodo veritas Catholica uſque ad ſanguinis effuſionem vindicaretur. Denique Sancti Patres, quamvis de veritatibus ageretur nondum definitis, adhuc acriter primo impetu in hoſtes Eccleſiæ inſurrexerunt, parum curantes quod homines impii tumultus ſererent, dummodo veritas aperte decerneretur.

*Refellitur.*

XIII. Quod ſi quandoque *Sophronius* Patriarcha Hieroſolymitanus, ſeu verius ejus Legati viſi ſint aſſentiri œconomiæ Honorianæ, officium potius cenſendum eſt obſequioſæ obedientiæ Romano ac univerſali debitæ Paſtori qui eam enixe conſulebat, quam ſincerus animi ſenſus: cum aliunde

*Quomodo Sophronius Honorianæ œconomiæ acquieverit.*

de

*noſtram Chriſtianorum fidem a ſereniſſimo Principe, definientes in eodem Typo nec unam nec duas voluntates aut operationes, hoc eſt, neque divinam neque humanam voluntatem & operationem in ipſo Salvatore noſtro quempiam omnino confiteri. Hæc autem prædicaverunt, ut non ſolum in humana ejus natura, ſed etiam in utraque omnino eum ſine voluntate & operatione, hoc eſt, abſque natura & eſſentia eſſe denuncient, quatenus cum perfidis hæreticis & Orthodoxos Patres abiiciant.* Manichæorum enim ea erat aſſertio, quam longiſſime fuiſſe a ſenſu Honorii Papæ, quis dubitat, quæ vix credi poterat fuiſſe hæreticis inſita?

X. Synodus Rom. in qua Paulus damnatur.

Sed quid poſt hæc accidit? Ubi Romam ad Theodorum Papam ſcriptæ anno ſuperiori litteræ Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi hæretici perlatæ eſſent: cum Theodorus ipſe deſperatam ejus curationem pervideret, Synodum indixit in præſentem annum: ubi collectis Epiſcopis (neſcitur eorum numerus) cognitiſque iis quæ adverſus eum attuliſſent & declamaſſent Epiſcopi Africani, viſis pariter quæ ad ejus emendationem ipſemet ſanctus Theodorus Pontifex, mittens ad eum Apocriſarios, conſcripſiſſet: haud amplius viſus eſt impius tolerandus, ſed ex ſacris præſcriptiſque canonibus judicandus. Quamobrem damnata in Concilio hæreſi Monothelitarum, ejuſdem ſectatores pari ſententia eſſe mulctandos cenſura Apoſtolica perſuaſit: ſicque in eumdem Paulum lata eſt a ſancta Synodo damnationis ſententia, qua anathemate feriretur, & a ſede æque deponeretur. Hæc Romæ hoc anno facta eſſe de Paulo, Anaſtaſius Bibliothecarius (ut dictum eſt) in Theodoro teſtatur his ipſis verbis:

*Sanctiſſimus Papa Theodorus ſcripſit Paulo Patriarchæ regiæ civitatis, tam rogans, quam regulariter increpans, necnon per Apocriſarios (ut dictum eſt) per hoc maxime deſtinatos præſentialiter admonens & conteſtans, quatenus proprium emendaret commentum, atque ad Orthodoxam fidem Catholicæ Eccleſiæ remearet. Et neque rogantes, neque increpantes potuerunt eum a ſuo conamine quoquo modo revocare: propter quod juſte ab Apoſtolica ſede ipſe depoſitionis ultione perculſus eſt.* Hæc Anaſtaſius. Quod autem ad Apocriſarios Conſtantinopolim miſſos pertinet: conſtat quidem ejuſdem teſtificatione Anaſtaſii, eo munere functum eſſe Martinum, qui ſucceſſit eidem Theodoro Romanus Pontifex. Ita ſane Anaſtaſius in Martino.

XI. Quod vero ad damnatos Romæ in Synodo Epiſcopos ſpectat: non Paulus Patriarcha tantum ea eſt affectus ſententia, ſed & qui infeliciter in errorem priſtinum poſt recantatam palinodiam relapſus eſt Pyrrhus ejuſdem Eccleſiæ Patriarcha æque damnatus. Sed quæ præceſſerunt Pyrrhi damnationem, dicamus. Cum enim Conſtantinopoli auditum eſſet, Pyrrhum ipſum Romæ obtuliſſe Theodoro Pontifici libellum pœnitentiæ, ab eoque ſuſceptum, miſit Imperator ſucceſſorem Platoni Exarcho Olympium hæreticum audaciſſimum, qui ubi Ravennam ſe contulit, omne adhibuit ſtudium ut perficeret quod ſciret eſſe gratum Imperatori, ut eumdem Pyrrhum in errorem priſtinum revocaret. Id ut implere poſſet, Ravennam ab Urbe trahere hominem laboravit: quod ubi fuit ex animi ſententia conſecutus, qua pollebat auctoritate aggreſſus ipſum, numquam deſeruit, quouſque effecerit deſertorem fidei, & aſſertæ prævaricatorem Catholicæ confeſſionis, adigens eum, ut publice deteſtaretur, quod nuper in Africa primum cœpiſſet, Romæ autem con-

Lapſus Pyrrhi.

PAGIUS de meridiano Sole clarius eluceat, *Sophronium* œconomiæ non acquieviſſe, ſed totis incubuiſſe conatibus, Scriptis & verbis, ut veritas Catholica palam prædicaretur; hæreſis vero unius voluntatis tolleretur e medio. Victor Epiſcopus Carthaginenſis in ſua Synodica ad Theodorum Papam adducta in Concilio Lateranenſi, his verbis œconomias evertit: *Imminendum eſt, ne torpore deſidiæ oppreſſi, culpa taciturnitatis teneamur obnoxii, & quaſi favorem impendentes judicemur, dum adverſa Catholicæ fidei propulſare negligimus. A Beato namque Felice Apoſtolico veſtræ Sanctitatis prædeceſſore dictum eſt: Negligere quippe, cum poſſis deturbare perverſos, nihil eſt aliud, quam fovere; nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare.* Sed ſatis de diſpenſationibus & œconomiis de quibus plura habet Auctor Anonymus citatus Hiſtoriæ hæreſis Monothelitarum.

XIV. A num. X. ad XX. Theodorus Papa, poſt amantiſſimas commonitiones, & conteſtationes ardentiſſimas per ſuas Epiſtolas, ſuoſque Apocriſarios expoſitas, Paulum Epiſcopum Conſtantinopolitanum damnavit: *Sanctiſſimus Papa Theodorus*, inquit Anaſtaſius in Theodoro, *ſcripſit Paulo Patriarchæ Regiæ Civitatis, tam rogans quam regulariter increpans, nec non per Apocriſarios per hoc maxime deſtinatos præſentialiter admonens & conteſtans, quatenus proprium emendaret commentum, atque ad Orthodoxam fidem Catholicæ Eccleſiæ remearet. Et neque rogantes, neque increpantes potuerunt eum a ſuo conamine quoquo modo revocare. Propter quod ab Apoſtolicæ Sede ipſe depoſitionis ultione perculſus eſt.* Combefiſius in Hiſt. hæreſis Monothelitarum Diſput. 1. paragrapho 13. exiſtimat, deceptum eſſe Baronium, qui hæc verba refert ad Theodorum Papam, & a quo etiam *Typum* Conſtantis convocata Synodo damnatum putat. Prima Conbefiſii conjectura eſt, quia ſi damnaſſet *Paulum* Theodorus, hæc potius allata fuiſſet a Martino primo perſecutionis Apocriſariis illatæ cauſa in Concilio Lateranenſi Secret. IV. ubi tamen tantum Martinus ait: *Quos videlicet Apo-*

*Paulus Epiſc. Conſtantin. Theodoro PP. damnatur.*



conſummaſſet. Ita accidit miſero, uti homini illi, qui Hieroſolymis diſcedens, Hierico incidit in latrones, a quibus ſpoliatus eſt, vulneribus confoſſus: at non ſicut ille eſt ſemivivus relictus, ſed penitus jacuit interfectus.

XII. De Pyrrhi lapſu poſt pœnitentiam ex Theophane teſtantur Annales Græci, tradit & Anaſtaſius in Theodoro, ſed & Maximus ipſe in eadem nuper citata epiſtola ad monachos Siculos: cum enim ſe excuſat de Pyrrho laudato, hæc habet ad finem: *Si quis vero ab eo quod mihi propoſitum fuit, aberrans, illam meam laudationem ægre fert, conſilii mei & providentiæ rationem minime approbans; dimittat is & abiiciat (ut ei videtur) iſtam laudationem, quæ ne nobis quidem deinceps placebit, ſed potius moleſta & difficilis, poſteaquam plane everſus eſt ille: confirmate vero & rata habete, quæ recte illi a nobis tradita ſunt, quæ ſunt præcipua & approbata, & quæ præcipue illuſtrium Patrum confeſſione demonſtrata. Habetis, patres ſancti, quomodo vos omni dubitatione per meam defenſionem liberaverim.*

XIII. Theodorus Pap. excommunicat Pyrrhum.

Ubi autem hæc de perditiſſimo Pyrrho perlata ſunt Romam, Theodorus Pontifex (uti dictum eſt) convocata rurſum Eccleſia, nefandum ſcelus aperuit, & Apoſtolica auctoritate una cum auctore in Synodo condemnavit. Tradit id Anaſtaſius, ubi ait: *Poſtea rurſus more canis ad proprium impietatis vomitum Pyrrhus repedavit: quem ſanctiſſimus Theodorus Papa convocans univerſos ſacerdotes & clerum, in eccleſia beati Petri Apoſtolorum principis condemnavit ſub vinculo anathematis juxta mercedem & retributionem propriæ tranſgreſſionis, canonicam pœnam ſive depoſitionem decernens. Qui quidem Pyrrhus reverſus eſt in partem Orientis.* Ubi in gratiam Imperatoris receptus, poſt obitum Pauli, in mercedem impietatis pactam Conſtantinopolitanam reſumpſit ſedem: qua



quidem veluti porrecta eſca, hamo infelix eſt captus.

XIV. Sed & Martinus Papa in Lateranenſi Synodo, ipſa prima Actione de Pyrrhi cauſa agens, totam hiſtoriam a principio breviter verbis iſtis complexus, hæc ait: *Pyrrhus denuo, pluribus Epiſcopis terrore & blandimentis doloſe ab eo deceptis, hujuſmodi impietatem actis & ſubſcriptionibus propriis eorum, qui ab eo decepti, ſive vim paſſi ſunt, confirmare ſtuduit, extollens adverſus ſcientiam Dei malignam profeſſionem ſuam. Propter quod antea confuſus, quia vituperabile eſt omne malum, uti damnabile, feſtinavit pro hoc ipſo huc adveniens, emendare proprium commiſſum, & libellum obtulit cum ſua ſubſcriptione Apoſtolicæ noſtræ ſedi, condemnans in eodem libello omnia quæ a ſe vel a deceſſoribus ſuis ſcripta vel acta ſunt adverſus immaculatam fidem noſtram. His itaque ab eo peractis, poſtea rurſus more canis ad proprium impietatis vomitum repedavit, juſtam mercedem ac retributionem propriæ tranſgreſſionis canonicam pœnam ſive depoſitionem decerpens.* Hæc Martinus Papa. Quod ad damnationis ſententiam ſpectat, his jungamus Græcorum Annales, qui aliquid amplius quam Anaſtaſius habent his verbis (a):

(a) *Theop. an. 10. Heracl. Imp.*

XV. *Pyrrhus cum Roma diſceſſiſſet, & Ravennam perveniſſet, ut canis ad vomitum ſuum reverſus eſt. Quo Papa Theodorus comperto, plenitudine convocata Eccleſiæ, ad ſepulcrum verticis Apoſtolorum acceſſit, & divino calice expoſtulato, ex vivifico ſanguine in atramentum ſtillavit, & ita propria manu depoſitionem Pyrrhi excommunicati facit.* Hanc excommunicationem Pyrrhi tunc per Theodorum Papam Romæ factam Annales habent. Sed de ſanguine Chriſti ex calice diſtillato in atramentum in ſignum maledictionis & damnationis æternæ, in ritibus ſacris Eccleſiæ Romanæ haud aliqua hujuſmodi de his reperitur eſſe præſcripta lex, vel factum ipſum aliquo alio quod ſciamus de-



PAGIUS *Apocriſarios, quia ex præceptione Apoſtolicæ auctoritatis commonuerunt eum, ut de tali hæretico intentu recederet, nec non conteſtari viſi ſunt perſecutionibus diverſis cum aliis Orthodoxis Viris ex venerabilibus Sacerdotibus; quoſdam eorum cuſtodiæ retrudens, alios in exilio deportans, alios autem verberibus ſubmittens.* Secunda Combefiſii conjectura eſt, quarto illo Secretario Concilii Lateranenſis palam ſignificare *Benedictum Ajacenſem*, alioſque poſt eum omnes Epiſcopos Pauli deinceps diſcuti cauſam urgentes, nullam in eum præceſſiſſe Romanæ Sedis aliamve canonicam ſententiam, ſed accuſationes tantum ac ſuggeſtiones; nempe prioribus Secretariis relatas, quarum occaſione Romani Pontifices ante *Martinum*, crebras admonitiones ac increpationes adhibuiſſent; non item in perſonam anathema dixiſſent, aut depoſitione mulctaſſent. Verum has duas conjecturas vel unum teſtimonium Abbatum & Monachorum Græcorum, in libello oblato Synodo Lateranenſi & Secretario II. recitato evertit: *Cum quibus*, inquiunt, *& Typum, qui nunc contra Orthodoxam fidem factus eſt ex ſubreptione, non ex ſtudio aut mente piiſſimi noſtri Imperatoris, ſed ſuaſione importuna, & falſiloquio Pauli depoſiti a prædeceſſore Veſtræ Sanctitatis Theodoro, ſanctiſſimæ recordationis Papæ Veſtræ Apoſtolicæ Sedis, eidem anathemati ſubmittimus.* Quare perperam Combefiſius laudata Anaſtaſii verba ad Martinum refert, a quo anno ſequenti Paulus rurſus damnatus.

XV. *Paulus* itaque a Theodoro Papa damnatus eſt, ſed non in Concilio Romano, ut exiſtimavit Baronius, verum eo jam celebrato, ut colligitur ex Anaſtaſio, qui ubi ſermonem habuit de Sy-

declaratum exemplo. Verum deſunt iſta in Anaſtaſio.

XVI. At quid poſt hæc Conſtantinopoli? Ubi illic auditum eſt Romæ a Theodoro Pontifice Typum ab Imperatore miſſum non tantum non receptum, ſed convocata Synodo, fuiſſe damnatum, inſuper Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum pari ſententia affectum; vix credi poteſt, quanta tum ipſe Imperator ob contemptam majeſtatem, tum Patriarcha & alii ejuſdem hæreſis defenſores fuerint indignatione commoti: quam etiam magis auxit facta condemnatio Pyrrhi, quem magno labore revocaverant in errorem. Horum gratia, in eos qui proxime eſſent, primum omnium perſecutio commota eſt, adverſus, inquam, ipſos Apocriſarios Apoſtolicæ ſedis jam antea ab eodem Theodoro Romano Pontifice (ut vidimus) Conſtantinopolim ad Paulum miſſos: quæ & propagata eſt etiam in alios Orthodoxos ibi manentes. Cum autem Anaſtaſius iſta ad Martini Papæ Theodori ſucceſſoris referat tempora, erroris arguitur ex ejuſdem Martini Pontificis litteris inferius recitandis, quibus quidem non iſta paſſos ſuos a ſe miſſos Apocriſarios teſtatur, ſed ſeductos dolet. Sed quomodo iſta acciderint, a nullo fidelius, quam a ſanctiſſimo Papa Martino audiemus: ipſe enim in Lateranenſi Synodo, ejus exordio concionatus ad Patres, referens quæ impie ab hæreticis præſumpta eſſent, de nefario Paulo ejuſmodi texit hiſtoriam.

XVII. *Paulus autem prædeceſſores ſuos in his ſuperare contendens, non ſolum in ſcripto per propriam epiſtolam ad hanc directam noſtram ſedem confirmavit & ipſe contra ſe ſuperius memoratæ Ectheſeos irrationabilem hæreſim, ſed etiam contradicens in ſcripto adverſus recta ſanctæ Dei Eccleſiæ dogmata audacter præſumpſit paternis definitionibus contraire: propter quod juſta ab Apoſtolica ſede & ipſe depoſitionis ultione percuſſus eſt. Inſuper ſtuduit ad coopertmentum proprii erroris, & in hoc Sergium imitatus quibuſdam ſubreptionibus uti, & clementiſſimo Principi ſuadere Typum exponere, qui Catholicum dogma deſtrueret: in quo Typo omnes omnino voces ſanctorum Patrum cum nefandiſſimorum hæreticorum dictionibus enervavit, nec unam, nec duas voluntates aut operationes in Chriſto Deo noſtro definiens confiteri: ac per hoc ſine voluntate penitus & operatione Chriſtum denunciando, id eſt, abſque ſubſtantia & natura eum prædicare noſcuntur. Quod enim nullam virtutem habet (ſicut beatæ memoriæ Dionyſius ait) nec eſt, nec quicquam eſt, nec aliqua eſt ejus omnino ſtabilitas. Nec enim aliter natura cognoſcitur eſſe ſecundum veram ſubſtantiam conſiſtens, niſi per inhærentem ſibi naturalem & ſubſtantialem virtutem, quæ videlicet & confirmare eam naturaliter aſſolet.*

*Qua de re hujuſmodi pravitatem ſuam defendens, quod numquam nec a prioribus hæreticis præſumptum eſt, ipſe illicite præſumere ſtuduit. Altare enim ſanctæ noſtræ ſedis in domo Placidiæ ſacratum* (Placidiæ palatium erat Romani Pontificis, in quo Apocriſarii habitare ſolebant) *in venerabili oraculo ſubvertens, diripuit: probibens, ne adorandam & immaculatam hoſtiam, id eſt, ſacram celebrationem, Apocriſarii noſtri ibidem Deo offerre valeant, & vivificæ divinæ communionis ſacramenta percipiant. Quos videlicet Apocriſarios, quia ex præceptione Apoſtolicæ auctoritatis commonuerunt eum, ut de tali hæretico intentu recederet, necnon conteſtari viſi ſunt, perſecu-* XVIII. Quæ paſſi Apocriſarii Apoſt. ſedis.

PAGIUS

*Typus a Theodoro Papa damnatus non eſt.*

Synodo adverſus Pyrrhum habita, narrat Tranſlationem corporum SS. Martyrum *Primi & Feliciani*, aliaque a Theodoro Papa geſta; & poſtea ſubdit: *Tunc ſanctiſſimus Theodorus Papa ſcripſit Paulo Patriarchæ Regiæ Civitatis, tam rogans, quamque regulariter increpans, nec non per Apocriſarios*, & reliqua quæ ex eodem Anaſtaſio num. ſuperiori retulimus. Quare Anaſtaſius manifeſte indicat, alio tempore *Pyrrhum*, alio *Paulum* anathematizatum eſſe; illum quidem in Synodo Romana, hunc vero poſtquam ab Apocriſariis ſuis accepit vulnus Pauli jam deſperatum, neque amplius lenociniis, ſed ferro & igne anathematum curandum. Hinc neque Auctor Libelli Synodici, neque Theophanes ad annum Heraclii XX. qui ſoli ex Antiquis de Synodo Romana cum Anaſtaſio locuti ſunt de *Paulo* verba fecere, ſed tantum de *Pyrrho*, adverſus quem ideo Romanam Synodum congregatam fuiſſe inſinuant. Cumque iidem tres Scriptores de Concilio Romano differentes ne verbum quidem de *Typo* habeant, evidenter apparet, verum eſſe quod ſcribit Combefiſius *Typum* a Theodoro Papa damnatum non fuiſſe, ideoque nec Conſtantem ſedente Theodoro perſecutionem in Orthodoxos commoviſſe; cum id Martinus non ſignificet verbis, quibus declamat adverſus Paulum in Concilio Lateranenſi ipſo ejus exordio, ac ita ait, relata Typi editione Pauli ſuaſu: *Quos videlicet Apocriſarios, quia ex præceptione Apoſtolicæ auctoritatis*, & reliqua num. præcedenti recitata. Ex quibus tamen male deducit Combefiſius Paulum a Theodoro damnatum non fuiſſe. Certe ſi *Theodorus* Typum damnaſſet, Imperator, ubi *Martini* creationem accepit, hunc non ſollicitaſſet, ut Typo conſentiret, ſed ut Decretum adverſus Typum latum reſcinderet, poſtulaſſet. Porro non videtur *Paulus* ante annum ſequentem, ac paulo ante mortem *Theodori* ab hoc Pontifice damnatus; cum ea quæ narrat Anaſtaſius adverſus Apocriſarios facta initio Martini Pontificatus, videantur referenda ad ſuperiora ac Theodori tempora. Fundatus eſt. Baronius, ut probaret Typum a Theodoro hoc anno damnatum in mendoſa lectione Relationis motionis factæ inter do-



*ſecutionibus diverſis cum aliis Orthodoxis viris & venerabilibus ſacerdotibus inſecutus eſt eos, quoſdam eorum cuſtodiæ retrudens, alios in exilio deportans, alios autem verberibus ſubmittens.*

XIX. Declamatio omnium contra hæreticos. *Et quid me oportet multa diſſerendo ſermonem extendere, dum conſtent omnibus quæ ab ipſo publice, necnon deceſſoribus ipſius per tot tempora contra Orthodoxos viros atque Catholicam fidem perpetrata ſunt? Quibus pene omnibus omnem mundum conturbantibus atque ſolicitantibus, neceſſitate compulſi ex diverſis locis querelas contra eos ſeu accuſationes ad Apoſtolicam noſtram ſedem plurimi Orthodoxi detuliſſe monſtrantur, & tam in ſcripto deprecantes & conjurantes, quamque & cominus poſiti poſtulantes, ut totius mali, tantæque everſionis per Apoſtolicam auctoritatem abſcindatur commen-*



*tum; quatenus minime totum corpus Catholicæ Eccleſiæ nocibilis eorum Ectheſeos languor diſrumpere valeat, &c.* At vero hæc eadem recitat Anaſtaſius in Martino, quaſi ſub ipſo acciderint: verum iſta de Apocriſariis hoc anno Conſtantinopoli facta eſſe, certiſſimum eſt. Nam de Apocriſariis ab ipſo Martino Pontifice miſſis longe aliter (ut dictum eſt) accidit, cum illi non reſtiterint impiis, ſed ab iis ſeducti prævaricati ſint, ut ſuo loco dicetur. Quomodo autem adverſus Paulum univerſo declamante Chriſtiano orbe, oportuerit pleniorem Synodum Romæ cogere, dicemus anno ſequenti.

Eodem hoc inſuper anno, qui ſeptimus Conſtantis Imperatoris numeratur, Sarracenorum Princeps inſulam Cyprum invaſit, captamque Conſtantiam civitatem demolitus eſt. Ita ſiniſtra omnia ceſ- XX. Sarraceni invadunt Cyprum.



PAGIUS

Domnum Abbatem *Maximum, & ſocium ejus atque Principes in Secretario*, quam num. II. ex Collectaneis Anaſtaſii emendavimus.

XVI. *Plato uſque ad annum ſequentem Exarchus Italiæ fuit.* Theophanes ad annum Heraclii XX. de Pyrrho, poſtquam hæreſim ejuraſſet, loquens ait: *At Roma digreſſus, cum Ravennam appuliſſet, ad vomitum, canis inſtar reverſus eſt.* S. Martinus Papa in Appendice Epiſtolæ ad Theodorum, cujus verba recitat Baronius an. DCXLV. num. XVII. teſtatur, *Pyrrhum* Ravennam a Platone Exarcha evocatum eſſe. Porro *Plato* uſque ad tempora Sancti Martini, annumque inſequentem Exarchatum obtinuit, ideoque is, non vero *Olympius*, ut putavit Baronius, *Pyrrhum* fidei deſertorem effecit.

XVII. *Synodus Romana adverſus Pyrrhum coacta.* Venio nunc ad damnationem *Pyrrhi*, quæ licet *Pauli* damnationem præceſſerit, Baronius tamen ultimo loco de ea agit. Hanc in Synodo, Romana peractam eſſe inter omnes convenit, neque id in dubium vocari poteſt; cum Anaſtaſius, Theophanes, & Auctor Libelli Synodici illam ea de cauſa coactam dicant, ſolumque, ut mox dixi, de ejus damnatione verba faciant: *Pyrrhus*, inquit Theophanes ad annum XX. Heraclii *cum Roma diſceſſiſſet, & Ravennam perveniſſet, ut canis ad vomitum ſuum reverſus eſt. Quo Papa Theodorus comperto, convocato Eccleſiæ cœtu, ad ſepulchrum verticis Apoſtolorum acceſſit, & Divino calice expoſtulato, ex vivifico Sanguine in atramentum ſtillavit, & ita propria manu depoſitionem Pyrrhi, ac ei communicantium fecit. Pyrrhus ſubinde Conſtantinop. delatus Paulo defuncto, ab audacioribus variæ vanæque fidei propugnatoribus in Conſtantinop. Thronum reſtituitur.* Iiſdem fere verbis Auctor Libelli Synodici utitur, & ſanguinis Chriſti ex calice in atramentum ſtillati etiam meminit. Hic ritus peculiaris Græcorum fuit; a Theodoro tamen, licet hujus facti Anaſtaſius mentionem non fecerit, in damnatione Pyrrhi uſurpatus. Rem ſic geſtam eſſe non ignoravit Baronius, qui & anno DCCCLXIX. num. XXXIX. idem narrat, ex Niceta in Vita Sancti Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui de damnatione *Photii* in Concilio Conſtantinopolitano, loquens ait: *ſubſcribunt autem hujuſmodi damnationi non ſimplici atramento facto Chirographo, ſe horrendum dictu (ut ab his, qui id norunt, accepi) ipſo videlicet Salvatoris Sanguine calamum tingentes ita damnarunt Photium.* Hæc Nicetas apud Baronium loco citato. Recte ibidem ſcribit Combefiſius, nihil ea velut Dominici Sanguinis abuſione, irreverentia gravius peccatum a præfatis *Theodoro*, Patribuſque Conſtantinopolit. fuiſſe, uti nec a Baſilio, cum voluit ſecum Dominici Corporis particulum ſepeliri: nihil ſiquidem patitur Dominus ſub Symbolis, eſtque juris Eccleſiæ, e excepta ſumptione ac Chriſti in eis adoratione ut tali aut tali modo, dummodo tantum pio aliquo fine debeamus ad ea habere; unde nec idem ſemper ac apud omnes obtinuit in Euchariſtiam ritus. De alio ritu ab iſto non abſimili, lege quæ diximus anno DXX. num. II.

Ad num. XX. Theophanes anno Incarnationis ſecundum Alexandrinos DCXL. qui Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoatur, ait *Saracenos* cum mille ſeptingentis navibus expeditionem in *Cyprum* ſuſcepiſſe, & *Conſtantiam* Civitatem, univerſamque ſubegiſſe inſulam; quod & Elmacinus in Hiſt. Saracenica ſub anno Hegiræ XXVII. refert. XVIII. *Cyprus a Saracenis capta.*

Hoc anno *Sanctus VVandregiſilus Erchinoaldi*, Majoris-Domus Clodovei Neuſtriæ & Burgundiæ Regis dono conſecutus locum in eremo Gemeticenſi, agroque Rotomagenſi *Fontanellam* dictum, in eo *Kalendis Martiis*, Monaſterium conſtruere cœpit, ut docet Auctor Monachus Fontanellenſis Anonymus ac coævus, publicatus a Mabillonio Sæculo II. Benedictino, ubi ait, cœptum eſſe opus *ſub die Kalendarum Martiarum anno Regis Clodovei undecimo*. Mitto alios temporis characteres ibidem memoratos, quia addititii ſunt; cum hac ætate nulla temporis nota præter annos Regum in Francorum Scriptis apponeretur. Fuit Monaſterium hoc Sanctorum ac Piorum Virorum ſeminarium, ex quo prodiere Abbates & Pontifices Doctrina & Sanctitate illuſtres, de quibus ſuo loco agetur. Vulgo a *VVandregiſilo* conditore & primo Abbate, appellatur hodie, *Saint Vandrille*. Præter laudatam Vitam, quam Baronius viderat, aliam publicavit Mabillonius, Auctore Monacho Romanenſi Anonymo ac æquali. Ex utraque Annales Eccleſiaſticos illuſtrabimus. Natus erat *VVandregiſilus* in territorio Virdunenſi nobilibus parentibus, qui ab iis rogatus, ut uxorem acciperet, conſenſum quidem dedit, ſed uxori caſtitatem perſuaſit, ipſeque Clericatus habitum, & illa Sanctimonialium velum aſſumpſit. XIX. *Monaſterium Fontanellenſe a S. VVandregiſilo conditur.*

ſere infeliciſſimo Imperatori, dum bellum adverſus Catholicam fidem veluti juramento ſancitum in dies magis augeret: ex quo factum eſt, ut ex ejus impietate vires infidelibus adderentur.

Sex-

PAGIUS pſit. Poſt aliquot annos *Sanctus Audoenus* Rotomagenſis Epiſcopus eum valde reluctantem Subdiaconum ordinavit, & poſtea ad Diaconatum promovit. Sed quia in terrenis actibus occupari nolebat; quæſivit locum ubi ei Dominus demonſtraret, qualiter ſub Sancta Regula degeret vitam. Ei locus conceſſus *Fontanella* appellatus ubi Monaſterium hoc anno fundavit, quod etiamnum floret ſub Congregatione Sancti Mauri. De eo rurſus infra ſermo erit.



I. Theodorus Papa moritur. SExcenteſimus quadrageſimusnonus annus Domini agitur Indictione ſeptima, eodemque octavus Imperatoris Conſtantis abſolvitur, & nonus inchoatur: quo Theodorus Papa, ubi ſediſſet annos ſeptem, menſes quinque, dies viginti, pridie Idus Maii ex hac vita migravit. De cujus rebus geſtis præter illa quæ annis ſingulis recenſita ſunt, Anaſtaſius iſta habet: *Eodem tempore levata ſunt corpora ſanctorum martyrum Primi & Feliciani, quæ erant in arenario ſepulta via Numentana, & adducta ſunt in urbem Romanam: quæ recondita ſunt in baſilica beati Stephani protomartyris, ubi & dona obtulit, Gabatas tres, tabulam ex argento ante Confeſſionem, arcus argenteos duos. Fecitque eccleſiam a ſolo beato Valentino via Flaminia juxta pontem Milvium, quam & ipſe dedicavit, & multa dona obtulit. Fecitque oratorium beato Sebaſtiano intra Epiſcopium Lateranenſe, ubi & dona largitus eſt. Fecitque oratorium beato Euplo martyri foras portam beati Pauli Apoſtoli, quod etiam ornavit.* Sed quod inter antiquas Inſcriptiones reperimus ejuſdem Theodori Papæ monimentum, ſic accipe (a):

EXQUIRENS PIETAS TECTUM DECORARE SACRATUM
PASTORIS SUMMI THEODORI CORDA DIREXIT
QUI STUDIO MAGNO SANCTORUM CORPORA CULTU
HOC DEDICAVIT NON PATRIS NEGLECTA RELIQUIT.

(a) *Antiq. Inſcr. in Append. pag. 1164. n. 18.*

De

PAGIUS SÆC. VII

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6142.

☉ 14. D. ☽ 14. P. 5. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 649.

MARTINI PAPÆ 1.

CONSTANTIS IMP. 9.

Anno Æræ Hiſp. DCLXXXVII. Anno Hegiræ XXIX. inchoato die 14. Septemb. fer. 2. A. C. 649.

I. *Poſtconſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *VIII. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. VI.*

II. *S. Theodoro PP. ſuccedit S. Martinus.* Ad num. I. & ſeq. Theodorus Papa poſt Pyrrhum & Paulum Monothelitas damnatos humanis ereptus eſt hoc anno, ut inter omnes convenit, & *ſepultus eſt ad Beatum Petrum Apoſtolum ſub die ſecundo Idus Maii*, ut habet Anaſtaſius, qui dicit eum ſediſſe *annos ſex, menſes quinque, dies XVIII.* uti etiam in Orderico lib. 2. Reginone, Hermanno Contracto, Abbone, Catologo Vaticano-Palatino, aliiſque Catalogis legitur. Rectius tamen unum ex Exemplaribus MSS. Thuaneis, & aliqui Catalogi loco dies XVIII. numerant dies XIX. Quæ lectio præferenda; cum *Theodorus* an. DCXLII. die XXIV. Novembris conſecratus fuerit, ideoque ſederit annos ſex, menſes quinque, die XIX. die emortuali, qui fuit decimus tertius menſis Maii, excluſo: dies enim XIV. Maii quo & aliquibus Martyrologiis, ut videre eſt in Actis Sanctorum Bollandianis ad diem XIV. Maii, inſcribitur, dies eſt ejus ſepulturæ, non vero obitualis, ut ex duratione vacationis Sedis colligitur. Ceſſavit Epiſcopatus *dies quinquaginta duos*, ut habent omnia exemplaria Anaſtaſii, tam excuſa quam Manuſcripta & Martinus Polonus in Chron. Quapropter Sanctus *Martinus de Civitate Tudertina in Provincia Tuſcia*, ordinatus eſt die quinta menſis Julii in quam Dominica incidebat. Nam a die XIII. menſis Maii, quo *Theodorus* obiit, quique ab Anaſtaſio excluditur, ad diem V. Julii dies LII. interponuntur. Baronius *Theodoro* annos VII. menſes V. dies XX. contra omnium Antiquorum fidem attribuit; verum aliter facere non potui, ut annum Interpontificium, quod poſt mortem *Honorii* contigit, a ſe abdicatum inveniret. Perperam etiam ſcribit, vacaſſe Sedem menſem unum & dies ſedecim, ut ex dictis liquet. Denique non audiendus Papebrocius in Conatu Chron. qui Interpontificium contendit fuiſſe dierum LIV. & Martini ordinationem competere in diem XIV. Junii; cum utrumque Anaſtaſio adverſetur. [1]

A num.

NOTÆ [1] QUandoquidem dies quo Martinus obiit ſatis exploratus eſt, cum ab Authoribus coævis cum die XVI. Septembris componatur; annuſque pariter ex Indictione ab iiſdem Scriptoribus ſignata non latet, ut ex Pagio ad A. 654. 2. liquet; nec denique quidquam diſſidii occurrat in aſſignando ſedis tempore in Anaſtaſii Codicibus, ne excepto quidem noſtro probatiſſimo Lucenſi in exordio ſequentis ſæculi ſcripto, ut in Nota ad A. 731. 1. probabimus; quandoquidem, inquam, ita res habet ſeſe, non ſatis conſulte epocham hanc Pagius deſeruit; Ponamus igitur S. Martinum obiiſſe anno 655. die XVI. Septembris, quæ forte dies fuit ſepulturæ, cum die præcedenti interiiſſe potuerit; ponamus inſuper ſediſſe annis VI. menſe I. diebus XXVI. iiſque demptis ab eodem anno 655. XV. Septembris & utroque termino excluſo, redditur annus 649. dies XIX. Julii quæ in Dominicam incidit. Hoc vero exordium Martini ſtatuendum.

Hac ſupputandi ratione inſtituta, definitoque interpontificio Theodorum inter & Martinum ad dies LII. ejuſdem Theodori emortualem diem ad XXVIII. ſeu XXVII. Maii referendum intelliges. Rurſus vero ſi ab anno 649. die XXVII. Maii dempſeris annos VI. menſes V. dies XVIII. quot illi aſſignant ſummo conſenſu Anaſtaſii Codices, atque terminum utrumque excludes, ſupererit annus 642. dies VIII. Decembris, quæ tunc incidit in Dominicam, adeoque & auſpicando Theodori ſacerdotio erat aptiſſima. MANSI

De eodem vero & poſt alia ſuperius enarrata Anaſtaſius hæc ſubiicit: *Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembrem, creavit presbyteros vigintiunum, diaconos quatuor Epiſcopos per diverſa loca numero quadragintaſex.* Ac demum vacaſſe ſedem ponit menſem unum & dies ſexdecim.

II. *Martini Papæ creatio.*

II. Sicque dicendum erit, eum qui in locum ipſius ſucceſſit, creatum fuiſſe die prima menſis Julii. Fuit iſte Martinus, patria Tudertinus, quæ eſt civitas in Tuſcia. Qui ubi thronum Apoſtolicum conſcendit, Synodum indixit celebrandam hoc eodem anno ad tertium Nonas Octobris, inchoata jam indictione octava, & exordio anni noni Conſtantis Imperatoris: eo namque tempore dictam Synodum Lateranenſem celebratam eſſe, ejus Acta perſpicue docent, quibus ejuſmodi principium præpoſitum legitur: *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Imperii domini Conſtantis* * *piiſſimi Auguſti anno nono ſub tertio Nonas Octobris, Indictione octava.*

Synod. Lateran. ſub Martino.

* Conſtantini III.

Cauſa autem ejus cogendæ Synodi, non tam fuit ut Sergius, Pyrrhus, & Paulus damnarentur, qui jam fuerant condemnati, quam ut recens credendi formula ab Imperatore ſuo edicto propoſita, quam Typum nominavit, omnino proſcriberetur, atque anathemati ſubiiceretur. Etenim eo magis ad eumdem Typum condemnandum exarſit animus Martini Papæ, quod mox ut creatus eſt Pontifex, ubi ex pravo uſu illo & uſurpata tyrannice auctoritate Imperator ejus electioni conſenſit, quaſi pro quodam gratitudinis præmio ab eo exigere conatus eſt ſui ſubſcriptionem edicti, litteris de his agens apud ipſum Martinum: qui execratus facinus, tantum abfuit ut ipſi conſentire voluerit Imperatori, ut potius in contrarium niſus, indixerit Synodum, in qua promulgatam perfidiam condemnaret. Hæc autem ita ſe habuiſſe, Acta ſancti Audoeni Epiſcopi Rhotomagenſis ſignificant verbis iſtis (*a*):

Tentatur Martinus ab Imperatore.

(*a*) *Extant apud Sur. t.4. die 24. Aug. c.* 8.

IV. *Cumque ea de re a Paulo & cæteris infauſti dogmatis aſſertoribus, cum auctoritate etiam Imperatoris Conſtantis* * *tertii nepotis Heraclii, beato Martino Pontifici Romano ſcripta dirigerentur, ut ipſe huic ſententiæ aſſentiret & ſubſcriberet: guſtum mortiferæ ſuaſionis ſumma cum execratione reſpuit, ita dicens: Etiam ſi totus orbis dogmata peregrina & a fide aliena complecti velit, ſe nec minis cujuſquam, nec blandimentis, nec morte ipſa, a doctrina Evangelica & Apoſtolica ullo pacto poſſe avelli. Mox vero ad Francorum Regem legatos mittens, rogat, ut viros in fidei puritate fundatos, verbo & ſapientia providos quam primum ad ſe mittat, ut cum illis & totius Italiæ Præſulibus, Domino auxiliante, aliquam adverſus tantæ pravitatis venena antidotum adhibere poſſit. Rex igitur cunctis regni ſui ſacerdotibus in unum coactis, quid legati tanti Pontificis afferant, exponit: jubetque ut ex ſemetipſis viros tales eligant, quos ad ſuſcipiendum tantæ rei manus puritate fidei & verbi ſapientia idoneos norint. Tum illi uno animo B. Audoenum cum S. Eligio ei rei deſtinandos eligunt.* Porro quoddam interceſſiſſe impedimentum ne iidem Romam proficiſcerentur, ibidem auctor docet, necnon ipſe Audoenus (*b*) in vita quam ſcripſit S. Eligii idem affirmat: verum id poſt Synodum Romæ celebratam a Martino Papa expetitum a Francorum Regibus ibidem traditur, ut dicemus inferius ſuo loco, cum agemus de epiſtola ejuſdem Pontificis ad S. Amandum data.

* Conſtantii

(*b*) *Audoe. in vita S. Elig. c.33. apud Sur. die 1. Dec.*

V. Interfuiſſe huic Romano Concilio Epiſcopos centum quinque in ejus Actis habetur, totidemque numerat Anaſtaſius: a Theophane (*c*) autem ponuntur centum & decem, qui & tradit ſanctum Maximum Abbatem, de quo ſuperius, ad Synodum hanc cogendam induxiſſe Martinum Pontificem. Hæc enim ex eo leguntur in Heraclio, ubi res Monothelitarum ſummatim recenſet: *Cum autem Maximus Romam perveniſſet, Papamque Martinum ad æmulationem accendiſſet, Synodo centum decem Epiſcoporum collecta, Sergium, Pyrrhum, & Cyrum, & Paulum anathematizaverunt, &c.*

(*c*) *Theop. an.19. Heracl.*

Numerus Epiſcoporum Rom. Concil.

VI. Iiſdem conſentientia hæc leguntur in rebus geſtis ejuſdem S. Maximi quam fideliſſime ſcriptis: *Poſtquam autem evenit ut Theodorus Præſul Romæ e vita migraret, vir (ut ſcimus) multis laboribus exercitus & pietate clarus, Martinus religioſiſſimus in illius throno inſtituitur, multis & ipſe chariſmatibus fulgens, præclaraque vita illuſtris: cujus virtutem divinus Maximus admiratus, eum plurimum frequentabat, atque ubi opus erat, de multis cum eo, quæ fieri oporteret, loquebatur. Itaque cum eo conſilium capit, omnes qui ubique eſſent, Epiſcopos congregare, magnamque Synodum celebrare, ut ſub tot Deiferis viris ſana fides firmiorem haberet ac certiorem confeſſionem; perverſitas vero adverſariorum apertam & inſigniorem repudiationem atque expulſionem. Hi ad centum & quinque convenerunt. Cum his ſapientiſſimus Maximus intereſſet, omnia cum ratione ac divino Spiritu egerunt, omniaque Acta (ut par erat) in commentarios contulerunt, multa defenſione rectæ doctrinæ ddta, cum ſuam quiſque operam ac induſtriam ſtudioſe navaſſet.* Et reliqua de eadem hæreſi atque hæreticis condemnatis. Quod autem (ut vidimus) Maximus & auctor fuiſſe & perſuaſor Martino hujus cogendæ Synodi, eique interfuiſſe dicatur, in Actis tamen ipſius Synodi de Maximo mentio nulla fit: id inde accidit, quod etſi Abbates admitterentur ad Synodum, non tamen facultas eis erat, ſicut Epiſcopis, dicendi ſententiam & ſubſcribendi, ſed conſulendi.

Maximus Abbas inhæret Martino, & intereſt Concilio.



III. *Synodus Lateranenſis.*

A num. III. ad XXXVII. Poſtquam *Conſtans* Imperator electioni *Sancti Martini* conſenſit, nihil prætermiſit, ut *Typi* confirmationem ab eo extorqueret. Verum *Martinus*, ut Typum & Monothelitas damnaret, Synodum Lateranenſem convocavit, quæ cœpta fuit die quinta menſis Octobris, & Vigilia omnium Sanctorum abſoluta. Eidem interfuere centum & quinque Epiſcopi, conſtatque quinque Secretariis ſeu Conſultationibus totidem diebus confectis ac XXV. Canonibus. Erat *Secretarium* ædicula ſeu camera vice exedræ templo ſeu ædi Sacræ adjuncta, in qua Eccleſiæ miniſteria recondebantur, & Sacerdotes ac Clerici priuſquam ad Sacra procederent, veſtes Eccleſiaſticas induebant. In iis Secretariis Synodos ſæpe habitas fuiſſe ex earum Actis diſcimus. Tanta autem ſemper fuit hujus Concilii auctoritas, ut poſt quinque Synodos generales in Profeſſionibus fidei a Pontificibus Romanis olim fieri ſolitis, memoraretur. Hinc in Libro Diurno Romanorum Pontificum cap. 2. tit. 9. formulæ tres earundem Profeſſionum recitantur, & in tertia, quæ poſt ordinationem a Pontifice Romano fiebat, non ſolum confitetur Pontifex ſe quinque Synodos generales, ac præter



VII. *Acta illæſa ſervata.*

VII. Quod rurſus ad hanc Synodum ſpectat, ob ejus amplitudinem ac majeſtatem ipſe S. Martinus in epiſtola ad Amandum nominat eam Concilium generale. Extant quidem ejus Acta integra tum Græce, tum Latine ſcripta, eo quod non tantum in archivo Apoſtolicæ ſedis illa fuerint ſervata, ſed & plurima ex prototypo confecta ſint exemplaria, quæ ab eodem Pontifice miſſa ſunt in omnes provincias Orientis & Occidentis. Id quidem teſtatur Anaſtaſius in Martino, idemque ab eodem Pontifice aſſeri videtur in epiſtola ad Amandum, cum non Synodalem tantum epiſtolam more majorum ad eum miſit, ſed ipſa integra (ut ait) Synodalia Acta.

VIII. *Exordium Synodi.*

VIII. Continet ipſa Synodus Secretaria, ſive dixeris Conſultationes, vel Seſſiones, Actionesve quinque ſingulis diebus confectas: quorum primum Secretarium haberi contigit hoc anno (ut ex iiſdem patet Actis) tertio Nonas Octobris, quod ſic incipit: *Præſidente ſancto ac beatiſſimo Martino Papa ſanctæ ſedis Apoſtolicæ urbis Romæ, propoſitis ſacroſanctis & venerabilibus Evangeliis in Eccleſia Dominis Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ vocatur Conſtatiniana, reſidentibus etiam viris venerabilibus, pariterque cum eo audientibus Maximo ſanctiſſimo Aquilejenſi Epiſcopo, &c.* Quod autem neque Mediolanenſis interfuiſſe legatur, neque alii Galliæ Ciſalpinæ Epiſcopi, ſane intelligere poſſumus vetitos illos a Rothari Longobardorum Rege Ariano tunc magnopere Italiam infeſtante, adeo ut tranſitus ubique difficilis eſſet: nam de eodem Rege habet iſta Paulus diaconus (*a*):

(*a*) *Paul. diac. l.4.c.* 47. *nov. edit. in vet. c.16.*

IX. *Igitur Rotharis Rex, Romanorum civitates ab urbe Tuſciæ Lunenſe univerſas quæ in littore maris ſitæ ſunt uſque ad Francorum fines cepit. Opitergium quoque civitatem inter Tarviſium & Forum Julii poſitam pari modo expugnavit, & diruit. Cum Ravennatibus & Romanis bellum geſſit ad fluvium Æmiliæ, quod Scultena dicitur: in quo bello a parte Romanorum, reliquiis terga dantibus octo millia cecidere.* Hæc Paulus. Unde opinor ejuſmodi bella impedimento fuiſſe ne decreta a Rege Francorum legatio Gallicanorum Epiſcoporum Romam ſe conferret ad Martinum Pontificem.

X. *Prima conſultatio.*

X. Quod igitur ad primam attinet Synodi Actionem: ejus exordio Primicerius Notariorum velut tuba concitans convocatos Chriſti milites, eos, multa ex divina Scriptura prælocutus, paravit ad bellum atque inter alia divinæ Scripturæ verba illud Joelis (*b*) uſurpans: *Canite* inquit, *tuba in Sion, ululate in monte ſancto meo, quia venit dies Domini. Clamate hoc, ſuſcitate bellatores arma portantes cuncta S. Spiritus in defenſionem Catholicæ Eccleſiæ, & deſtructionem totius iniquitatis,* &c. Ita magna energia animis adverſus hæreſim concitatis, ipſe Martinus Pontifex diſertam valde & tempori accommodatam habuit in ſacro illo conventu orationem; qua deploravit ſacroſanctum divinæ incarnationis myſterium Angelis & hominibus reverendum a ſcelerata hæreticorum impietate diſſolvi penitus & diſſipari, auctoreſque prodit errorum Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum Conſtantinopolitanos Epiſcopos, profitentes omnes nonniſi unam in Chriſto voluntatem & operationem, in neceſſariam aſſumptionem adducentes unam pariter eſſe in Chriſto naturam, ſicut & perſonam, licet id palam dicere vererentur: docetque robuſtis ſententiis, duas in Chriſto voluntates & operationes, ſicut & duas naturas neceſſe eſſe fateri; firmatque Catholicum dogma divinæ Scripturæ ſententiis atque aſſertionibus ſanctorum Patrum. Quæ autem hactenus adverſus Catholicam fidem machinati eſſent nominati ſuperius erroris ſigniferi Cyrus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus, exacte recenſens; noviſſimeque perſecutionem a Paulo

(*b*) *Joel.* 2. 3.

lo in Oriente adverſus Apocriſarios Apoſtolicæ ſedis & alios Orthodoxos excitatam enarrans: quomodo provocatus querelis omnium Orthodoxorum undique exclamantium coactus ipſe fuerit Synodum convocare, docens, finem dicendi fecit iſta perorans; & inculcans, hæc ait:

XI. Martinus Papa ad Synodum orat.

*Ideoque in ſcripto, vel ſine ſcripto Orthodoxorum preces minime deſpicientes Apoſtolicæ memoriæ noſtri prædeceſſores, non deſtiterunt dictis viris diverſis temporibus conſultiſſime ſcribentes, & tam rogantes, quamque regulariter increpantes, necnon per Apocriſarios ſuos (ut dictum eſt) pro hoc maxime deſtinatos præſentialiter admonentes & conteſtantes, quatenus proprium emendarent novitatis commentum, atque ad Orthodoxam fidem Catholicæ Eccleſiæ remearent: & neque rogantes, neque increpantes potuerunt eos a ſuo conamine quoquomodo revocare, ſed ſicut dicit Dominus incorrectis* (a) *: Cantavimus vobis tibis, & non ſaltaverunt: lamentavimus, & non planxerunt: obduratum eſt cor eorum, ſicut ſcriptum eſt* (b), *& auribus graviter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, ne quando videant oculis ſuis, & auribus audiant, & corde intelligant, & revertantur, & ſanentur per ſuſceptionem ſalutiferæ prædicationis.* Hæc de ſtudio prædeceſſorum: Quæ autem in iiſdem ſuæ eſſent partes, ita pergit dicere:

(a) Luc. 7.

(b) Iſ. 6. Matth. 9.

XII. Cauſa neceſſaria cogendæ Synodi.

*Unde & ego tum propter irrevocabile eorum cor, & propter animas quæ per eorum fallacem deceptionem depereunt, necnon propter precationes (ſicut dictum eſt) ad Apoſtolicam ſedem ſuper tali capitulo in ſcripto delatas, pertimeſcens quippe imminentem iram ſuper eos qui negligenter opus Dei faciunt; neceſſarium fore prævidi, omnes vos, qui ſecundum gratiam ejus ſacerdotale officium geritis, invitare & propter hanc quæſtionem in homine domini congregare in unum: quatenus communiter omnes, ipſo utique Deo reſpiciente & judicante nos ipſos, ſed & noſtra omnia, de prædictis viris, ſive novitate in dogmatibus eorum expoſita, tractare debeamus: & maxime præceptum habentes Apoſtolicum* (c), *attendere nobis ipſis & gregi, in quo nos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Dei Eccleſiam, quam acquiſivit per ſanguiuem proprium: ſed & iterum attendere lupos, attendere malos operarios, qui perverſa faciunt & loquuntur, &c.* His & aliis a ſancto Martino de cauſa cogendæ Synodi peroratis, ad tractanda quæ peragenda eſſent deventum eſt.

(c) Act. 20.

XIII. De legatione miſſa ab Epiſcopo Ravennate.

Cum autem ſanctus Martinus iſta dixiſſet, audita eſt legatio Mauri Epiſcopi Cæſenatis pro Archiepiſcopo Ravennate, Mauro itidem nominato. Fuit iſte quidem Maurus Cæſenas ſanctitate celebris, cujus nomen in Album ſanctorum relatum (d) ab Eccleſia Catholica, anniverſaria memoria eluceſcit. Lecta eſt itaque oblata ab eo epiſtola Mauri Epiſcopi Ravennatis, cujus eſt ejuſmodi exordium: *Domino ſancto & meritis beatiſſimo, totoque orbe, Apoſtolico & univerſali Pontifici Martino Papæ, Maurus ſervus ſervorum Dei Epiſcopus. Unicum nobis & ſingulare eſt, &c.* Ubi excuſans ſe primum, quod ob incurſiones barbaricas præſens adeſſe non potuiſſet; deinde declarata, quam coleret, Catholica fide, de miſſa a ſe legatione ad Synodum egit. Poſt hæc autem occaſione profeſſionis rectæ fidei Epiſcopi Ravennatis abſentis, ipſe Martinus Pontifex de duabus in Chriſto voluntatibus & operationibus difertam adhibuit diſputationem: qua abſoluta, audita ſuggeſtione Deuſdedit Epiſcopi in Sardinia, finis impoſitus eſt primo Synodi Secretario.

(d) Martyrol. Rom. die 20. Jan.

XIV. Secunda conſultatio.

Convenerunt deinde iterum Patres eodem anno & Indictione octava, octavo Idus Octobris, iiſdemque Epiſcopis conſidentibus, præſidens Martinus Pontifex, qualia eſſe ſoleant & debeant Apoſtolicæ ſedis judicia, iſta primum præfatus, oſtendit: *Beatus David ad Dominum dicit* (e): *Juſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ: Miſericordia & veritas præibunt ante faciem tuam. Hanc igitur præparationem per veritatem geſtorum ad gloriam ejus & imitationem ſacræ ſedis ſuæ, properans opportune perficere & ſancta Synodus nobiſcum conſiſtens venerabilium ſacerdotum, ut ex hoc præcipue in eum glorietur in hoc, quod intelligit & cognoſcit* (f) *Dominum, & facit judicium & juſtitiam in medio terræ: ſtuduit competenter non antea per ſcripta eorum qui accuſati ſunt, cauſam illorum diſcutere, donec per querulantium inſtitutiones reſpexerit hanc & addiſcere valuerit: illud videlicet, quod per ſapientiam bene placuit Salomoni, adimplens, quod dicit:* (g) *Antequam ſcruteris, non reprehendas. Intellige prius, & tunc increpa. Antequam audieris, non reſpondeas. Nempe*

(e) Pſ. 88.

(f) Hier. 9.

(g) Eccl. 11.

PAGIUS terea *ſextam nuper*, ut ibi dicitur, congregatam cuſtodire; ſed etiam cuncta Decreta Pontificum Apoſtolicæ Sedis, *Præſertim quæ a Sanctæ memoriæ Martino univerſali Papa, ad confirmationem prædictarum quinque Synodorum definita ſunt atque decreta.* Quibus ex verbis manifeſtum fit, uſum iſtum adiiciendi ſcilicet poſt aſſertionem quinque univerſalium Synodorum, confeſſionem Synodi Lateranenſis ſub Martino, non tantum duraſſe uſque ad promulgationem ſextæ Oecumenicæ Synodi, ut putavit Baronius num. LXV. ſed etiam poſtquam ſexta Synodus promulgata fuit. Primi Secretarii titulus eſt: *In nomine Domini Dei Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti, Imperii Domini Conſtantini Piiſſimi Auguſti anno nono, ſub die tertio Nonas Octobris, Indictione octava.* Titulus vero quinti & ultimi his verbis incipit: *In nomine D.*



*pe, licet apertiſſima ſit contrariorum reprehenſio: verumtamen oportet & his quæ clara ſunt, ad eorum examinationem ordinem conſervari ab his qui ſecundum Deum ſcrutari deputati ſunt: quatenus ita cum oratione cooperantem inveniamus, & confeſſorem Deum, qui dicit* (a): *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Offeratur ergo ſecundum pie complacitam omnibus nobis conſequentiam per eos quorum intereſt, ſive de noſtro venerabili ſcrinio, per dilectiſſimum Primicerium & Notarios querulantium denominatos temeratores cum omni reverentia ſecundum ordinem ſubmonitio.* Hæc Martinus Papa.

(a) Mat. 18.

XV. Oblatus libellus a Stephano Dorenſi Epiſc.

His dictis, oblatus eſt libellus a Stephano Dorenſi Epiſcopo fungente vice Apoſtolicæ ſedis in Palæſtina ad exturbandos invaſores hæreticos, quo relationem afferret de iis quæ ab obitu ſanctiſſimi Sophronii Hieroſolymorum Epiſcopi in illam ipſam diem facta eſſent: ex quo quidem libello plura ſuperius, quæ pertinebant ad hiſtoricam veritatem ſuis locis poſuimus. Præter illa adjecit ſinceræ fidei adverſus hæreſim Monothelitarum confeſſionem, deteſtans in primis ejus erroris auctores, propagatores, ac defenſores. His auditis & inter Acta referri juſſis, oblatus eſt libellus Abbatum, presbyterorum, & monachorum Græcorum tam in Urbe conſiſtentium, quam eorum qui tunc in Urbem advenerant: quorum libello præpoſitus eſt titulus, quo ipſum Martinum Papam ſacerdotem nominant ſacerdotum, patrem Patrum, terque beatiſſimum. Erant illorum aliqui ex Laura S. Sabæ in Palæſtina, alii qui ex Africæ monaſterio Romam advenerant, petentes omnes una ſimul damnari cum hæreſi impios hæreticos, & abominabile Typum noviſſime editum nomine Imperatoris.

XVI. Conciliorum African. lectæ litteræ & Victoris Carthag. Epiſc.

Auditis in Synodo iis qui præſentes accuſatores advenerant, juſſu ſunt edi ex archivo Apoſtolicæ ſedis ſcripta eorum qui prædeceſſori Theodoro Papæ adverſus eoſdem hæreticos querelarum libellos obtulerant: ac primum lectæ fuere litteræ Sergii in Cypro Epiſcopi, quas non ſuperius ſuo loco, cum oblatæ ſunt Theodoro, poſuimus. Quibus auditis & declaratis a Mauro Cæſenate Epiſcopo, juſſæ ſunt recitari litteræ Africanorum Epiſcoporum eodem argumento adverſus eoſdem hæreticos ad Theodorum Papam ſcriptæ, quas æque ſuo



loco ſuperius recitavimus: lectæque pariter aliæ eorumdem Epiſcoporum ad Conſtantem Imperatorem adverſus eoſdem hæreticos datæ, itemque aliæ Concilii Byzaceni ad Theodorum item miſſæ, necnon aliæ ad Paulum datæ ab Epiſcopis Proconſularis provinciæ Carthaginenſis ſubſcriptione ſexagintaocto Epiſcoporum munitæ. Noviſſime vero recitata fuit epiſtola Victoris Carthaginenſis Antiſtitis ad eumdem Theodorum Pontificem data; qua Maximi Aquilejenſis Epiſcopi præconio commendata, ſecundæ Conſultationi finis impoſitus eſt.

XVII. Tertia conſultatio.

Convenerunt tertio Patres ibidem loci decimoſexto Kalendas Novembris ejuſdem anni & Indictionis, eodem præſidente Martino Pontifice: qui ubi de ſtudio, vigilantia, & cura, quæ deceat eum qui univerſæ præeſt Eccleſiæ, in inveſtigandis atque damnandis hæreſibus, & de his agendis quæ urgeat divina juſſio, ac de auxilio ad hæc implenda a Domino impendi ſolito, plura, cunctis audientibus, diſſeruiſſet: mox e ſcriniis Romanæ Eccleſiæ prodi juſſit, quæ ab ejuſmodi hæreticis adverſus Catholicam fidem ſcripta eſſe reperirentur. Primumque omnium facta eſt editio ſcriptorum Theodori Epiſcopi Pharanitæ, obſcuri quidem nominis viri, ſed ex impietate optime noti: ex blaſphemia enim ſolum ſibi nomen aliquod comparavit his temporibus, cum ei ob ætatem & in hæreſi ſedulum ſtudium reliqui deferre ſolerent. Lectæque ſunt ex ejus ſcriptis, ipſius de unica Chriſti voluntate & operatione blaſphemiæ. Iſte enim princeps erroris habitus eſt, utpote quod ex ejus ſcriptis, qui hæreſim promulgarunt, omnes acceperint: ex quibus & cognita ſunt ejuſdem hæreſis penetralia, oſtenſumque (quod ſucceſſores ejus præ pudore occultare conati ſunt) ex quo fonte horrenda blaſphemia flueret de una tantum in Chriſto voluntate & operatione, quod ſcilicet iſte aſſereret incorporaliter ex utero proceſſiſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Ad hæc & alia impie dicta confutanda, ſanctorum Patrum ſententiæ in medium allatæ ſunt.

Lecta & damnata ſcripta Theodori Epiſc. Pharanitæ.

XVIII. Scripta Cyri edita & confutata.

Poſt hæc autem confutata, juſſa ſunt recitari novem capitula Cyri quondam Alexandrini Epiſcopi, itemque Sergii Conſtantinopolitani Epiſcopi ad ipſum epiſtola ſcripta: & quoniam Dionyſii teſtimonio nitebatur Cyrus unius aſſertor in Chriſto voluntatis & operationis, juſ-



PAGIUS *Dei Salvatoris Noſtri J. C. Imperii Domini Conſtantini Piiſſimi Auguſti anno IX. ſub die pridie Kalendas Novemb. Indict. VIII.*

IV. Conſtat ex Secretario primo *Maximum* Epiſcopum Aquilejenſem huic Concilio *interfuiſſe*. Quod vero neque Mediolanenſis, neque alii Gal-

juſſus eſt afferri codex Dionyſii, legique ejus epiſtola ad Cajum, in qua Deivirilem appellat Chriſti operationem. Interlocutus autem S. Martinus Papa, fraudem detegit hæreticorum, textum Dionyſii corrumpentium: etenim cum ille dixiſſet novam Deivirilem operationem, illi loco, novam, unam dixerunt; atque demum, ejecta voce, Deivirilis, unam in Chriſto operationem dumtaxat S. Dionyſium aſſeruiſſe teſtati fuerunt. Juſſa ſunt etiam legi ab eodem Pontifice Themiſtii hæretici ſcripta de una operatione ex Dionyſii Deivirilis operationis male accepta ſententia. Poſt hæc lecta, interlocutus idem Martinus Papa, plane oſtendit Dionyſium per Deivirilem operationem, non unam ſignificare voluiſſe, ſed unius perſonæ duas, humanam ſcilicet & divinam, idque pluribus docuit: quod & per Sophronium Hieroſolymitanum antea fuiſſe detectum & in hæreticos objectum, male vero excuſatum a Pyrrho, Deuſdedit Epiſcopus Calaritanus interlocutus oſtendit.

XIX. De Dionyſii ſcriptis numquam dubitatum.

Sed & illud obiter in his magnopere conſiderandum putamus. Cum Themiſtius, Sergius, Cyrus & reliqui ſectarii ad probandam unam operationem & voluntatem in Chriſto uſi fuerint ſcriptis Dionyſii, ex quibus adeo putarunt confirmari aſſertum errorem; quid eſt, quod numquam ab aliquo adverſariorum vel leviter obiectum ſit, Dionyſii ea non eſſe ſcripta, vel dubitatum ſaltem, num Dionyſii ea eſſent? Quibus appareat, a majoribus ſive Orthodoxis ſive hæreticis ne minimum quidem dubitatum, num vere ea Dionyſii antiqui Theologi eſſent ſcripta genuina, vereque germana, nec alterius quam Areopagitæ, ejuſdemque Epiſcopi Athenienſis; tali enim inſcriptus nomine, nempe Dionyſii Epiſcopi Athenienſis cognomento Areopagitæ (ut Acta declarant *a*) codex editus ac lectus in eadem Synodo reperitur. Ut jure mirari debeas perfrictam frontem recentiorum hæreticorum pro arbitrio cuncta majorum ſive ſcripta ſive traditiones negantium. Certe quidem non eſt facta iſta de Dionyſii ſcriptis ab uno vel alio privatim vel in angulo furtim editio, ſed a pluribus publiceque in plena Synodo ac patenti judicio, cunctaque quam exactiſſime examinata, quæ ex Dionyſii ſcriptis allata ſunt & cognita teſtimonia. At de Dionyſii ſcriptorum veritate ſuo loco ſuperius pluribus diſputatum eſt: hæc enim obiter dicta ſunto.

(*a*) *Conc. Lateran. ſub Marti. Act. 3. & 5.*

XX.

His igitur viſis, juſſa eſt edi Ecthesis Sergii Conſtantinopolitani Epiſcopi nomine Heraclii Imperatoris edita & promulgata, ejuſque ad Cyrum ſcriptæ de ejus confirmatione litteræ, necnon redditæ ad Sergium litteræ Cyri Ecthesin illam confirmantis. Quibus peractis, reliqua in ſequentem Conſultationem placuit prorogari.

Conſultatio quarta.

Decimoquarto Kal. Novembris, Indictione octava, rurſum in ſolitum conſeſſum remeantibus Patribus, ſanctiſſimus Pontifex Martinus ex more prælocutus plura in deteſtationem recitatæ Ecthesis, & eorum qui eam confirmare laborarunt, Sergii, Cyri & Pyrrhi, pro concione dixit. Annuit omnibus ſancta Synodus, adiecitque de Paulo, qui Typum edendum propoſuit, judicium peragi, & cauſam judicari. Juſſæ itaque ſunt recitari litteræ ipſius Pauli ad Theodorum Romanum Pontificem, ex quibus ejus refractarius animus cognitus fuit.

XXI. Typus damnatus.

His adiecta eſt lectio Typi illius nomine Conſtantis Imperatoris editi, idemque examinatus a ſancta Synodo, compertus ſubdolus, inconſtans, mendax, atque in omnibus impius, eſt damnatus. Quibus evulſis pravis germinibus, jubet ſanctiſſimus Pontifex vetera in medium afferri de fide Catholica decreta Patrum: primumque omnium recitatum eſt Nicænum Symbolum, deinde Conſtantinopolitanum, poſtea vero quæ pro defenſione Catholicæ fidei edita ſunt in Concilio Epheſino duodecim capita, ſive anathematiſmi: addita his eſt definitio fidei Catholicæ facta in Chalcedonenſi Concilio, & quatuordecim capita in Quinta Synodo. Quibus lectis, nomine totius Synodi locutus eſt Maximus Aquileienſis Epiſcopus pluraque, in commendationem eorundem Conciliorum dixit, atque in deteſtationem hæreticæ pravitatis plurima inculcavit, in damnationemque eorum qui eumdem defendiſſent errorem: in ſequentem vero Conſultationem rejecit ea quæ a ſanctis patribus pro Catholica veritate eſſent ſcripta in ejuſdem condemnationem erroris.

Conſultatio quinta & ultima.

Demum vero eodem hoc anno convenere Patres pridie Kal. Novembris. Cum præſidens ſanctæ Synodo Martinus Romanus Pontifex prælocutus, hortatus eſt omnes Patres adverſus hæreticos ſtrenue de-

PAGIUS

*Epiſcopus Aquilejenſis & Legatus Epi. Ravennæ Synodo interſunt.*

Galli & Ciſalpini Epiſcopi interfuiſſe legantur, inde contigiſſe putat Baronius num. VIII quod *Rotharis* Langobardorum Rex Arianus tunc Italam infeſtaret, & tranſitus ubique difficilis eſſet; de quo bello agit Paulus lib. 4. cap. 47. Verum cum *Rotharis* ante triennium vita deceſſerit, hæc conjectura locum habere non poteſt. Quare hujus abſentiæ cauſa ignoratur. In primo Secretario dicitur, auditam eſſe Legationem *Mauri Epiſcopi Caſenatis* pro Archiepiſcopo Ravennate, quem Maurum Sanctitate celebrem fuiſſe putat Baronius num. XIII. cujus nomen ad diem XX. Januarii Martyrologio Romano inſcribitur, & hujus Vitam ſcripſit B. Pe-



decertare, eoſdemque ſanctorum ſententiis veluti jaculis confodere, eaque de cauſa afferri juſſit ſanctorum Patrum volumina, ex quibus velut e pharetra ſagittas, quibus ferirent hoſtes, acciperent. Recitatiſque eorumdem ſanctorum Patrum ſententiis, iiſdemque a ſancta Synodo collaudatis, juſſa ſunt legi veterum hæreticorum ſcripta, quibus conſentientes fuiſſe recentiores hæretici convincerentur; pariterque mendaces arguerentur, dum ut deciperent ſimpliciores, ſe Patres ſequi & ſacra Concilia tueri mentiti eſſent, oſtenderenturque pariter iidem adulterati eſſe eorundem ſanctorum Patrum dicta.

XXII. Sanciti canones viginti.

His igitur a ſancta Synodo exacte cognitis atque diſcuſſis, & vera de Verbi incarnatione doctrina firmata, ad eam ſpectantes ad confutandas adverſariorum aſſertiones viginti ſanciti ſunt canones, quibus ſingulis ad finem appoſita eſt condemnatio eorum qui ſecus ſentirent. Eos igitur neceſſario hic deſcribendos exiſtimavimus, utpote qui poſiti ſunt termini quos tranſgrediens quiſque improbus foret appellandus hæreticus, cum fixos tranſgrediatur terminos antiquorum Patrum: ſic enim ſe habent:

*Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & veraciter Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate, hoc eſt unum Deum in tribus ſubſiſtentiis conſubſtantialibus & æqualis gloriæ, unam eamdemque trium Deitatem, naturam, ſubſtantiam virtutem, potentiam regnum, imperium, voluntatem, operationem, inconditam, ſine initio, incomprehenſibilem, immutabilem, creatricem omnium, & protectricem; condemnatus ſit.*

*Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem ipſum unum ſanctæ & conſubſtantialis & venerandæ Trinitatis Deum Verbum e cælo deſcendiſſe, & incarnatum ex Spiritu ſancto & Maria ſemper Virgine, & hominem factum, crucifixum carne, propter nos ſponte paſſum, ſepultumque & reſurrexiſſe tertia die, & aſcendiſſe in cælos, atque ſedentem in dextera Patris, & venturum iterum cum gloria paterna, cum aſſumpta ab eo atque animata intellectualiter carne ejus, judicare vivos & mortuos: condemnatus ſit.*

*Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem Dei genitricem ſanctam ſemperque Virginem & immaculatam Mariam, utpote ipſum Deum Verbum ſpecialiter & veraciter, qui a Deo Patre ante omnia ſæcula natus eſt, in ultimis ſæculorum abſque ſemine concepiſſe ex Spiritu ſancto, & incorruptibiliter eam genuiſſe, indiſſolubili permanente & poſt partum ejuſdem virginitate: condemnatus ſit.*

*Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem ipſius & unius Domini noſtri & Dei Jeſu Chriſti duas nativitates, tam ante ſæcula ex Deo Patre incorporaliter & ſempiternaliter, quamque de ſancta Virgine ſemper Dei genitrice Maria corporaliter in ultimis ſæculorum: atque unum eumdemque Dominum noſtrum & Deum Jeſum Chriſtum conſubſtantialem Deo & Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem homini & matri ſecundum humanitatem, atque eumdem paſſibilem carne, & impaſſibilem Deitate, circumſcriptum corpore, incircumſcriptum Deitate, eumdem inconditum & conditum, terrenum & cæleſtem, viſibilem & inviſibilem *, capabilem & incapabilem, ut toto homine eodemque & Deo totus homo reformaretur, qui ſub peccato cecidit: condemnatus ſit.*

* intelligibilem

*Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem unam naturam Dei Verbi incarnatam, per hoc quod incarnata dicitur noſtra ſubſtantia perfecte in Chriſto Deo & indiminute, abſque tantummodo peccato, ſignificata: condemnatus ſit.*

*Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem ex duabus & in duabus naturis ſubſtantialiter unitis, inconfuſe & indiviſe, unum eumdemque eſſe Dominum & Deum Jeſum Chriſtum; condemnatus ſit.*

*Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem ſubſtantialem differentiam naturarum inconfuſe & indiviſe in eo ſalvatam: condemnatus ſit.*

*Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem natu-*



PAGIUS

Petrus Damiani anno circiter MLXXII. demortuus, qui fatetur pauca ſibi de hoc Sancto comperta, aitque: *Quidam antiquus admodum Senex, & corpore marceſcente jam tremulus, noſtris nuper temporibus extitit, qui ſe vidiſſe hujus B. Mauri nepotem, Conſtantium videlicet nomine, Epiſcopum Cœſenatis Eccleſiæ teſtabatur.* Bollandus ad eundem diem recte coniicit, fortaſſe vetulum illum, *Nepotem Mauri* vocaſſe Conſtantium, quod ejus ortus eſſet ſtirpe. Nam ſi, uti in laudata Vita dicitur, Maurus ante Epiſcopatum *Virtutum gradibus ad alta conſcenderit, & in Sanctæ converſationis ſtudio non ſegniter vigilarit;* Neceſſe eſt eum ſaltem a decennio continenti vitæ ſe dediſſe, ante tempus illud *Conſtantii* patrem natum eſſe, atque ideo inter patrem & filium trecentos & amplius annos vitæ diſtribuendos eſſe, quod nullus ſibi perſuaſerit. Quare duo Mauri Epiſcopi Cœſennatenſes omnino diſtinguendi. Ita Bollandus, Ughellus Tom. II. Italiæ Sacræ in Epiſcopis Mutinenſibus aſſerit, S. *Maurum*, cujus Petrus Damiani Vitam ſcripſit fuiſſe Epiſc. Mutinenſem, an. DCCCCXXXIV.

turarum ſubſtantialem unitionem indiviſe & inconfuſe in eo cognitam: comdemnatus ſit.

Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem naturales proprietates Deitatis ejus & humanitatis indiminute in eo & ſine deminoratione ſalvatas: condemnatus ſit.

Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem duas unius ejuſdemque Chriſti Dei noſtri voluntates cohærentur unitas, divinam & humanam, ex hoc quod per utramque ejus naturam voluntarius naturaliter idem conſiſtit noſtræ ſalutis: condemnatus ſit.

Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem duas unius ejuſdemque Chriſti Dei noſtri operationes cohærenter unitas, divinam & humanam, ex eo quod per utramque ejus naturam operator naturaliter idem exiſtit noſtræ ſalutis: condemnatus ſit.

* ſcelera- tos Si quis ſecundum ſceleroſos * hæreticos unam Chriſti Dei noſtri voluntatem confitetur, & unam operationem in peremptionem ſanctorum Patrum confeſſionis, & abnegationem ejuſdem Salvatoris noſtri diſpenſationis: condemnatus ſit.

Si quis ſecundum ſceleroſos hæreticos in Chriſto Deo in unitate ſubſtantialiter ſalvatis & a ſanctis Patribus noſtris pie prædicatis duabus voluntatibus & duabus operationibus, divina & humana, contra doctrinam Patrum unam voluntatem atque unam operationem confitetur: condemnatus ſit.

Si quis ſecundum ſceleroſos hæreticos cum una voluntate & una operatione, quæ ab hæreticis impie confitetur, & duas voluntates, pariterque & operationes, hoc eſt, divinam & humanam, quæ in ipſo Chriſto Deo in unitate ſalvantur, & a ſanctis Patribus orthodoxe in ipſo prædicantur, denegat & reſpuit: condemnatus ſit.

Si quis ſecundum ſceleroſos hæreticos Deivirilem operationem (quod Græci dicunt θεανδρικὴν) unam operationem inſipienter ſuſcepit, non autem duplicem eſſe confitetur ſecundum ſanctos Patres, hoc eſt, divinam & humanam, aut ipſam Deivirilis, quæ poſita eſt, novam vocabuli dictionem unius eſſe deſignativam, ſed non utriuſque mirificæ & glorioſæ unitionis demonſtrativam: condemnatus ſit.

Si quis ſecundum ſceleroſos hæreticos in peremptione ſalvatis in Chriſto Deo eſſentialiter in unitione & a ſanctis Patribus pie prædicatis duabus voluntatibus, & duabus operationibus, hoc eſt, divina & humana, diſſentiones & diviſiones inſipienter myſterio diſpenſationis ejus innectit, & propterea Evangelicas & Apoſtolicas de eodem Salvatore voces non uni eidemque perſonæ & eſſentialiter tribuit eidem ipſi Domino & Deo noſtro Jeſu Chriſto ſecundum beatum Cyrillum, ut oſtendatur Deus eſſe & homo idem naturaliter: condemnatus ſit.

Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie & ſecundum veritatem omnia quæ tradita ſunt & prædicata ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, perindeque a ſanctis Patribus & venerandis univerſalibus quinque Conciliis, uſque ad unum apicem, verbo & mente: condemnatus ſit.

Si quis ſecundum ſanctos Patres conſonanter nobis pariterque fide non reſpuit & anathematizat anima & ore omnes quos reſpuit & anathematizat nefandiſſimos hæreticos cum omnibus impiis eorum conſcriptis uſque ad unum apicem ſacta Dei Eccleſia Catholica & Apoſtolica (hoc eſt, ſanctæ & univerſales quinque Synodi & conſonanter omnes probabiles Eccleſiæ Patres) ideſt, Sabellium, Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Eutychem, Dioſcorum, Timotheum Aelurum, Severum, Theodoſium, Colluthum, Themiſtium, Paulum Samoſatenum, Diodorum, Theodorum, Neſtorium, Theodulum Perſam, Origenem, Didymum, Evagrium, & compendioſe omnes reliquos hæreticos, qui a Catholica Eccleſia reprobati atque abiecti ſunt, quorum dogmata diabolicæ operationis ſunt genimina, & eos qui ſimilia cum his uſque ad finem obſtinate ſapuerunt, aut ſapiunt, vel ſapere reperiuntur: cum quibus merito numeramus, utpote ſimiles eis parique errore præditos, ex quibus dogmatizare noſcuntur, proprioque errori vitam ſuam determinantes, hoc eſt, Theodorum quondam Epiſcopum Pharanitanum, Cyrum Alexandrinum, Sergium Conſtantinopolitanum, vel ejus ſucceſſores Pyrrhum & Paulum in ſua perfidia permanentes, & omnia impia illorum conſcripta, & eos qui ſimilia cum illis uſque ad finem obſtinate ſapuerunt, aut ſapiunt, vel ſapere ſperantur, hoc eſt, unam voluntatem & unam operationem Deitatis & humanitatis Chriſti, & ſuper hæc impiiſſimam Ecthesin quæ perſuaſione ejuſdem Sergii facta eſt ab Heraclio quondam Imperatore adverſus Orthodoxam fidem, unam Chriſti Dei voluntatem, & unam ex concinnatione definientem operationem venerari, ſed & omnia quæ pro ea impie ab eis ſcripta vel acta ſunt, & illos qui eam ſuſcipiunt, vel aliquid de his quæ pro ea ſcripta vel acta ſunt, & cum illis denuo ſceleroſum Typum, qui ex ſuaſione prædicti Pauli nuper factus eſt a ſereniſſimo Principe Conſtantino * Imperatore contra * Conſtante Catholicam Eccleſiam, utpote duas naturales voluntates & operationes, divinam & humanam, quæ a ſanctis Patribus in ipſo Chriſto Deo vero & Salvatore noſtro pie

pie



pie prædicantur, cum una voluntate & operatione, quæ ab hæreticis impie in eo veneratur, pariter denegare & taciturnitate conſtringi promulgantem, & propterea cum ſanctis Patribus & ſceleroſos hæreticos ab omni reprehenſione & condemnatione injuſte liberari definientem, in amputationem Catholicæ Eccleſiæ definitionem, ſeu regulæ.

XXIII. Anathematiſmi contra Monothelitas. Si quis igitur juxta quod dictum eſt, conſonanter nobis omnia hæc impiiſſima hæreſeos illorum dogmata, & ea quæ pro illis aut in definitione eorum a quolibet impie conſcripta ſunt, & denominatos hæreticos, Theodorum dicimus, Cyrum, & Sergium, Pyrrhum, & Paulum non reſpuit & anathematizat, utpote Catholicæ Eccleſiæ rebelles exiſtentes: aut ſi quis aliquem de his, qui ab illis vel ſimilibus eorum in ſcripto vel ſine ſcripto quocumque modo vel loco aut tempore temere depoſiti ſunt aut condemnati, utpote ſimilia eis minime credentem, ſed ſanctorum Patrum nobiſcum confitentem doctrinam, uti condemnatum habet aut omnino depoſitum, ſed non arbitratur hujuſmodi quicumque fuerit, hoc eſt, ſive Epiſcopus, aut presbyter, vel diaconus, ſive alterius cujuſcumque Eccleſiaſtici ordinis, aut monachus, vel laicus, pium & Orthodoxum, & Catholicæ Eccleſiæ propugnatorem, atque in ipſo firmius conſolidatum in quo vocatus eſt a Domino ordine, illos autem impios, atque deteſtabilia eorum pro hoc judicia, vel ſententias vacuas & invalidas atque infirmas, magis autem profanas & execrabiles vel reprobabiles arbitratur: hujuſmodi condemnatus ſit.

Si quis ea quæ ſceleroſi hæretici ſapiunt indubitanter profeſſus atque intelligens, per inanem protervíam dicit hæc pietatis eſſe dogmata, quæ tradiderunt ab initio ſpeculatores & miniſtri verbi, hoc eſt dicere, ſanctæ & univerſales quinque Synodi, calumnians utique ipſos ſanctos Patres & memoratas ſanctas quinque Synodos in deceptione ſimplicium, vel ſuſceptione ſuæ profanæ perfidiæ: hujuſmodi condemnatus ſit.

Si quis ſecundum ſceleroſos hæreticos quocumque modo, aut verbo, aut tempore aut loco terminos removens illicite, quos poſuerunt firmius ſancti Catholicæ Eccleſiæ Patres, id eſt, ſanctæ & univerſales quinque Synodi, novitates temere exquirere, & fidei alterius expoſitiones, aut Typos vel leges, aut definitiones, aut libellos, aut epiſtolas, aut conſcripta, aut ſubſcriptiones, aut teſtimonia falſa, aut Synodos, aut geſta monumentorum, aut ordinationes vacuas & Eccleſiaſticæ regulæ incognitas, aut loci ſervaturas incongruas & irrationabiles, & compendioſe, ſi quid aliud impiiſſimis hæreticis conſuetum eſt agere, per diabolicam operationem tortuoſe & callide agit contra pias Orthodoxorum Catholicæ Eccleſiæ, hoc eſt dicere, paternas ejus & Synodales prædicationes, ad everſionem ſinceriſſimæ in Dominum Deum noſtrum confeſſionis, & uſque in finem ſine pœnitentia permanet hæc impie agens: hujuſmodi in ſæcula ſæculorum condemnatus ſit. Et dicat omnis populus, Fiat, fiat.

His itaque a nobis pie promulgatis, & cum omni ſubtilitate, ſecundum Dominicam præceptionem (a), zizania quidem & omnes facientes ſcandala, cum palleato * & hæretico intellectu eorum, igni canonicæ ſententiæ ex Apoſtolica auctoritate proiicientes, triticum aut Orthodoxæ & Apoſtolicæ fidei noſtræ Chriſtianorum in horreum, id eſt, Catholicam Eccleſiam per ventilabrum paternæ doctrinæ firmius congregantes: victrices ei cum propheta Sophonia (b) canimus hymnos: Gaude nimis, o filia Sion: prædica, filia Hieruſalem: lætare & exulta ex toto corde tuo, filia Hieruſalem. Abſtulit Dominus a te iniquitates adverſariorum tuorum, liberavit te de manu inimicorum: Dominus in medio tui: non videbis mala ultra, omni exploſa novitate hæretica, & omni confirmata in te Orthodoxa fide in poſſeſſione vitæ æternæ, per ipſum Chriſtum Dominum Salvatorem animarum noſtrarum, cui gloria, honor, veneratio, imperium cum Patre & ſancto Spiritu nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen. XXIV. (a) Matt. 13. * palliato Peroratio S. Synodi. (b) Soph. 3.

Demum vero poſt hæc ſecuta eſt omnium Epiſcoporum ſubſcriptio, cui tamquam appendix addita poſtea fuit ſubſcriptio trium aliorum Epiſcoporum, nempe Joannis Epiſcopi Mediolanenſis, Juſtini Epiſcopi Calaritani, & Melliodori Epiſcopi Dertonenſis. Abſoluta autem Synodo, ſcripta eſt ab ipſo S. Martino Romano Pontifice una cum Concilio Synodalis epiſtola circularis ad omnes Chriſti fideles ubique degentes de his quæ pro fide Catholica adverſus hæreticos geſta eſſent. Sed & una cum eadem Synodali epiſtola pariter miſſa ſunt exemplaria Synodalium Actorum. Extat ipſa quidem Synodalis Encyclica, digna ſane tanto Pontifice, tantoque Epiſcoporum cœtu; quam hic tibi deſcribendam curamus, ne tu hoc careas munere, quo Catholicus univerſus locupletatus eſt orbis: & licet aliquantum prolixam, eo tamen avidiori (ut puto) accepturus es animo, quo facta collatione cum Græco exemplari, nonnullis mendis emaculatam intelliges. Sic enim ſe habet (c): (c) Epiſc. 1. Martin. t. 2. ep. Rom. Pont.

Martinus ſervus ſervorum Dei, atque per gratiam ejus Epiſcopus ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ urbis Romæ, una cum ſancto Concilio noſtro reverendiſſimorum ſacerdotum regulariter huc nobiſcum venientium in confirmatione piiſſimo- XXV. Ep. Encyclica Martini Papæ & Synodi Rom.

ſimo.

ſimorum Catholicæ Eccleſiæ dogmatum, his qui coæqualem nobis ſortiti ſunt fidem Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti per lavacrum regenerationis, in omni loco dominationis ejus, qui peregrinantur in ſanctitate & iuſtitia, ſpiritualibus fratribus noſtris Epiſcopis, presbyteris, diaconis Abbatibus monaſteriorum, monachis, Continentibus, atque Catholicæ Eccleſiæ univerſæ, ſanctæque plenitudini.

(a) 1. & 2. Pet. 1. Gratia (a) vobis & pax multiplicetur in agnitione & communione ſancti Spiritus, in hæreditatem incorruptibilem & immarceſcibilem, conſervatam ante conſtitutionem mundi, nunc autem manifeſtatam in nobis, qui credimus in Jeſu Chriſto Domino noſtro, qui omnia nobis donavit, quæ ad vitam & pietatem reſpiciunt, per ſalutarem prædicationem: ut in hoc permanentes ſemper & inſtructi per concordiæ (b) Epheſ. 2. ſinceritatem ſuperædificemur (b) fundamento ſanctorum Apoſtolorum & prophetarum, in ipſo ſummo angulari lapide Chriſto, qui ſuper omnia Deus exiſtit & Salvator noſtrarum animarum, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in augmentum ejus per architectoniam ſpiritus in regale (c) 1. Pet. 2. (c) ſacerdotium & templum ſanctum: qualiter in eo proficientes a gloria in gloriam, virtutes annunciemus ejus, qui de tenebris nos vocavit in illud admirabile lumen ſuum, apud quem non eſt (d) Jacob. 1. commutatio, (d) nec momenti obumbratio, omnium autem bonorum perfectio: ex quo illuminati tenemus in eum confeſſionem immobilem, donec occurramus omnes in unitatem (e) Epheſ. 4. fidei, (e) & in agnitionem ejus, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis ejus: ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad machinationem erroris diaboli, qui ſemper propria feſtinat operari in filios diffidentiæ.

XXVI. Itaque notum facimus vobis dilectiſſimi fratres quod & vos ſine dubio nobiſcum cognoſcitis, vigilantem & bene zelantem in Deum habentes proprium cogitatum: quoniam Catholica Dei & Apoſtolica Eccleſia in quiete & pace conſiſtente, (f) 1. Petr. 5. veluti (f) leones rugientes & quærentes quem devorarent, ſubintrojerunt (g) (g) Juda 1. quidam homines, qui olim præſcripti ſunt in hoc judicium impietatis ſponte procedere, hoc eſt, Theodorus quondam Epiſcopus Pharanitanus, Cyrus Alexandriæ, Sergius Conſtantinopolitanus, vel ejus ſucceſſores Pyrrhus & Paulus, magni Dei & Salvatoris noſtri diſpenſationem in hæreticam novitatem retorquentes, & eum qui redemit eos, Chriſtum Dominum denegantes, ex hoc quod in ſcripto aſſerunt minime eum habere ſecundum formam ſervi, vel ſecundum quod propter nos factus eſt homo, voluntatem aut operationem naturalem, ſed ſine ſubſtantia eum ſive natura, & non ſolum ſine anima & irrationabilem & inſenſibilem ſecundum eos exiſtere: quia ſicut nos glorioſi Eccleſiæ Patres docuerunt, quiquid abſque voluntate conſiſtit & operatione, ab omni caret ſubſtantiali natura: pro qua re ipſum gloriæ Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum per utramque, ex quibus & in quibus conſiſtit naturis atque ad pertinentibus eiſdem naturalibus propietatibus perfectum eſſe in omnibus, abſque tantummodo peccato, prædicarunt.

Si ergo perfectum in omnibus, quomodo non & in voluntate & operatione ſecundum noſtram naturam? Certum eſt enim, quia proprietas naturalis noſtræ ſubſtantiæ conſiſtit eſſentialis ejus operatio & voluntas: qua proprietate amputata, utique & ipſa natura cum illa perimitur: quia jam cognoſci natura nullo modo poteſt per eſſentialem deſignantem eam naturalem proprietatem. Propterea & pari numero unitis ſubſtantialiter ei naturis, ejuſdem duas voluntates & operationes ſapere nobis tradiderunt, hoc eſt, increatam & creatam, divinam & humanam, coherentur unitas, ut teſtantur verba eorum Actibus noſtris in approbatione veritatis inſerta, & ſuper omnem radium Solis nitentia.

XXVII. Igitur eorumdem ſanctorum Patrum, qui hæc nos docuerunt, rectam viam, hoc eſt, Orthodoxam confeſſionem ſuperius dicti contrarii veritatis reſpuentes ac derelinquentes, ambulaverunt in viam Balaam de Boſor (b), hoc eſt, in perfidia hæ- (b) 2. Petr. 2. reticorum, & in ſpontaneo eorum errore, effuſi ſunt, atque in contradictione inobedientiæ ſuæ obdurati ſunt, ſidera (i) (i) Juda 1. exiſtentes erroris & nubes ſine aqua, necnon arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feroces maris, ſpumantes proprias confuſiones: quibus caligo tenebrarum in æternum conſervata eſt minime pœnitentibus, ſed huc illucque maculam propriæ hæreſeos abſque timore jactantibus, qui commutaverunt (k) veritatem Dei in mendacium, (k) Rom. 1. & coluerunt & præpoſuerunt Catholicæ Eccleſiæ piis dogmatibus hæreticorum ſeductioſa conſcripta, properantes omnibus modis aut decipere ſimpliciores, aut perſequi eos qui in Domino permanent. Quod jam & in plures Orthodoxos viros operati ſunt, corporaliter eos malis afficientes, quoniam animam captare non valuerunt, in petra Orthodoxæ fidei illorum colliſi. Ideoque propter pravas eorum adinventiones, & praviora novitatis commenta, & in interiora cordis, juxta beatum Hieremiam (l), conturbati Catholicæ recor- (l) Hier. 4. dationis anteceſſores noſtri Pontifices, non deſtiterunt admonentes eos & conteſtantes recedere a ſua hujuſmodi hæreſi, & ſa-



ſanam doctrinam amplecti, nequando (a) Pſal. 2. iraſcatur Dominus (a), & pereant funditus de via juſtorum, hoc eſt, pia ſanctorum Patrum confeſſione. Audiſti quanta fiducia atque ſecuritate abſque ulla trepidatione prædeceſſorum omnium Romanorum Pontificum in inſectanda & profliganda Monothelitarum hæreſi ſtudium commendet & vigilantiam? quod quidem minime licuiſſet, ſi Honorius ejus fuiſſet aſſertor erroris. Pergit vero:

XXVIII. Hoc autem conſultiſſime non ſolum ipſi effeciſſe noſcuntur, ſed & alii plures diverſas provincias habitantes reverendiſſimi Epiſcopi, & majus eſt dicere, generalitates Synodorum per ſua ſcripta non ſolum invitantes emendare propriam hæreſim, ſed & nos ipſos, ideſt, Apoſtolicam noſtram ſedem conjurantes & proteſtantes erigere ſe ſecundum regularem auctoritatem, & non uſque ad finem per tot tempora permittere contrariorum novitatem ſanctas Dei Catholicas depaſci Eccleſias. Ideoque ex omnibus pene ſacerdotibus cum charitate admoniti, non inclinaverunt aurem ſuam ad audiendam vocem poſtulantium eos, neque cordis ſui cervicem mitigare voluerunt, ut converterentur ad Deum. Sed quod ait Dominus de inobedientibus, hoc & in eis provenire certum eſt. Dicit enim per (b) Hier. 7. prophetam (b): Miſi ad eos omnes ſervos meos prophetas, per diem conſurgens diluculo & mandavi, & non audierunt me, nec inclinaverunt aurem ſuam, ſed induraverunt cervicem ſuper petram. Quam (c) Hier. 5. (c) vilis ex facta nimis iterans vias (d) Hier. 2. tuas? Addere peccata (d) ſuper peccata, properaverunt, humanitatem Salvatoris atque Deitatem ejus blaſphemare ac denegare per impiiſſimum Typum, qui ex maligna inſtigatione illorum fictus eſt contra immaculatam noſtram Chriſtianorum fidem a ſereniſſimo Principe, definientes in eodem Typo, nec unam, nec duas voluntates aut operationes, hoc eſt, neque divinam neque humanam voluntatem & operationem in ipſo Salvatore noſtro quempiam omnino confiteri.

XXIX. Hæc autem prædicaverunt, ut non ſolum in humana ejus natura, ſed etiam in utraque omnino eum ſine voluntate & operatione, hoc eſt, abſque natura & eſſentia eſſe denuntient: quatenus cum perfidis hæreticis & Orthodoxos Patres abiiciant, & cum ſceleroſorum virorum vocibus, hoc eſt, una voluntate & operatione pariter denegari faciant Orthodoxorum doctrinas, ideſt, duas ejuſdem Chriſti voluntates & operationes, ſicuti & naturas unitas inconfuſe & indiviſe, promulgantes illicite, etiam ſine reprehenſione vel condemnatione, conſiſtere in ſuis confeſſionibus hæreticos, hoc eſt, in ipſa quæ ab eis prædicatur, una voluntate & operatione, atque eadem ſine periculo libertate perfrui eos, qui in dogmatibus reprehenduntur, hæreticos, cum eis, qui in doctrina uſque in finem irreprehenſibiliter deluceſcunt, ſanctis Patribus: quod utique Catholicæ Eccleſiæ ſacratiſſimas regulas deſtruere certum eſt, magis autem totius a Deo inſpiratæ doctrinæ ſanctam prædicationem, quæ nullatenus noxios excuſat, neque liberat de judicio culpatos cum innoxiis: hoc enim pravum & divinæ æquitatis eſt alienum.

XXX. Quoniam autem & illud cum cæteris contrarii præſumpſerunt, in deceptionem ſimplicium, & cooperimentum ſuarum pravitatum, in ſcripto audacter proferre impiiſſimæ ſuæ novitatis invalida dogmata, dicentes hæc eſſe pietatis dogmata, quæ tradiderunt hi qui ab initio ſpeculatores & miniſtri verbi facti ſunt, & ſequenter ſucceſſores eorum a Deo inſpirati Eccleſiæ Patres, & ſanctæ univerſales quinque Synodi: ideo conſultiſſime pertractantes terribile eſſe & divinam provocans indignationem hæc omnia deſpicere, quæ oppugnant Catholicam Eccleſiam, ut ne condemnemur, utpote imperfectos atque inefficaces habentes intellectus animæ ad diſcernendum malum & bonum, prompti ſecundum gratiam Dei conveniſſe dignoſcimur in hac Romana Chriſtianiſſima civitate, ad confirmationem quidem piiſſimarum Eccleſiæ prædicationum, condemnationem autem impiiſſimorum novitatis dogmatum, per ſimilitudinem deceſſorum noſtrorum ſanctorum Patrum, quique per ſinceram concordiam & in id ipſum Deo amabilem conventionem deſtruxerunt hæreſin, & omnes hæreticos ſuperaße noſcuntur, eripientes de eorum errore Catholicam Eccleſiam. Quæ enim ex ſacra concurſione, hoc eſt, ſpiritali conſonantia ſanctorum Patrum exeunt, validiorem habent contra adverſarios & inexpugnabilem virtuem. In ore (e) enim, inquit, (e) Deut. 19. Matt. 18. Eccl. 4. Prov. 18. duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum: & funiculus triplex difficile rumpitur: & frater qui adjuvatur a fratre, quaſi civitas firma: prævalebit autem ſicuti fundatum imperium.

XXXI. Propterea & nos (ut dictum eſt) ſecundum indiviſam communionem ſpiritus in id ipſum convenientes, properavimus per geſtorum ſeriem comparationem ad invicem per diſtinctionem diſcretam efficere, tam ſanctorum Patrum, & univerſalium quinque Synodorum ſacras promulgationes, & dogmata infidelium hæreticorum tam anteriorum, quamque nunc emergentium contra fidem cum impia eorum Ecthеſi, necnon impiiſſimo Typo proferentes, ut omnibus oſtendamus relegentibus differentiam luminis & tenebrarum, hoc eſt, claræ Patrum doctrinæ, & temulentæ hæreticorum veſaniæ, & quia nulla communia hæreticis exi-

*exiſtunt cum ſanctis Patribus, ſed quantum
diſtat Oriens ab Occaſu, tantumque diſtant
impii hæretici verbo & mente ab inſpira-
tis a Deo viris. Propterea ſanctos qui-
dem Patres ſententialiter confirmavimus
cum omnibus ſacris prædicationibus eorum,
necnon eis, qui nobiſcum ſincere ipſos &
eaſdem ſuſcipiunt. Impios autem hæreticos,
cum omnibus praviſſimis dogmatibus eorum,
& impiam Ecthesin, vel impiiſſimum Ty-
pum, & omnes qui eos, vel quicquam de
his quæ expoſita ſunt in eis, ſuſcipiunt
aut defendunt, ſeu verba pro eis faciunt,
in ſcripto anathematizavimus: ut & vos
omnes, qui per omnem orbem terrarum
inhabitare noſcimini pii & Orthodoxi, hæc
pie a nobis geſta cognoſcentes pro tuitione
Catholicæ Eccleſiæ conſonanter nobiſcum
ſimilia exequamini, & omnes quidem ſan-
ctos Patres confirmetis in ſcripto, conſo-
nantes illis nobiſque in Orthodoxa fide:
anahematizetis autem omnes hæreticos,
qui præſumptive hanc olim & nunc expu-
gnaverunt, una cum ſceleroſa Ecthesi &
impiiſſimo Typo, ſed & qui eos, aut quid-
dam de his quæ ab eis implicite expoſi-
ta ſunt, ſuſceperint: quatenus fructum piæ
confeſſionis, veſtrarum animarum hæredi-
tare valeatis ſalutem.*

XXXII. *Propterea enim ea quæ a nobis pro Ca-
tholica Eccleſia ſynodaliter geſta ſunt,
omnibus direximus, ut noſtri ſtudii per-
ficientes opus, nos quidem ipſos innoxios
eſſe approbemus coram Deo & electis An-
gelis, ante quos ab eo judicandi ſumus
cum eis qui hæc a nobis ſuſceperint, in
terribili ejus adventu: inexcuſabiles au-
tem eos, qui non obediunt, demonſtremus,
utpote nullam habentes occaſionem pro ſua
perfidia poſt veritatis oſtenſionem, Do-*
(a) Jo. 15. *mino dicente (a): Si non veniſſem, &
locutus eis fuiſſem, peccatum non habe-
rent: nunc autem excuſationem non ha-
bent de peccato ſuo. Sed & Apoſtolus*
(b) Hebr. 10. *iterum perhibet: (b) Conſideremus invi-
cem in provocatione charitatis & bonorum
operum, non deſerentes collectionem no-
ſtram, ſicut eſt conſuetudinis quibuſdam;
ſed conſolamini, & tanto magis, quanto
videmus appropinquantem diem. Volunta-
rie enim peccantibus nobis poſt acceptam
notitiam veritatis jam non relinquitur
hoſtia pro peccatis, terribilis autem quæ-
dam expectatio judicii, & dignis æmu-
latio, quæ conſumptura eſt adverſarios.*
(c) Deut. 32. *Scimus enim dicentem: (c) Mihi vindictam,
& ego retribuam, dicit Dominus. Pro-
pter quod præmuniens nos præcepit, di-*
(d) Ezech. 33. *cens (d): Et tu fili hominis, loquere
ad filios populi tui, & dices ad eos:
Terra ſuper quam inductus fuerit gladius
& tulerit populus terræ virum unum
de noviſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſu-
per ſe ſpeculatorem, & ille viderit gla-
dium venientem ſuper terram, & cecine-
rit buccina, & annunciaverit populo: au-
diens autem quiſquis ille ſonitum bucci-
næ, non ſe obſervaverit, veneritque gla-
dius & tulerit eum, ſanguis illius ſuper
caput ipſius erit: quia ſonum buccinæ au-
divit, & non ſe obſervavit: ſanguis ejus
in ipſo erit. Si autem cuſtodierit, ani-
mam ſuam ſalvavit. Quod ſi ſpeculator
viderit gladium venientem, & non inſo-
nuerit buccina, & populus non ſe cuſto-
dierit, veneritque gladius & tulerit de
eis animam, ille in iniquitate ſua captus
eſt: ſanguinem autem ejus de manu ſpe-
culatoris requiram. Propter quod teſti-
ficamur omnibus in hodiernum diem, ſic-
ut, inquit beatus Paulus (e): Quia* (e) Act. 20.
*mundi ſumus a ſanguine omnium veſtrum.
Non enim ſubtraximus nos annunciare o-
mnibus, quæ tradita eſt nobis a ſanctis
Patribus & Synodis, Orthodoxam confeſ-
ſionem per ea quæ nuper apud nos ſyno-
daliter geſta ſunt.*

*Attendite itaque vobis & omni gregi,* XXXIII.
*in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit E-
piſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam ac-
quiſivit proprio ſanguine, ut (f) non* (f) Colo. 2.
*ſit qui vos decipiat aut ſeducat in ſubti-
litate ſermonis per philoſophiam & inanem
fallaciam. Apertiſſime enim Spiritus ſan-
ctus per Apoſtolum dicit (g): Quia in* (g) 1. Tim.
*noviſſimis temporibus, recedent quidam a* 4.
*fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribus
& doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi men-
daciloquorum cauteriatam habentium ſuam
conſcientiam. Propter quod (h) vigilate &* (h) Matt.
*orate, ut non intretis in tentationem: quæ* 26.
*mentis tranſgreſſio operatur in his, qui non
crediderunt veritati, ſed conſenſerunt ini-
quitati, eo quod (i) charitatem verita-* (i) 2. Theſ.
*tis non perceperunt, ut ſalvi fierent.* 2.
*Deus (k) enim intentator malorum eſt,* (k) Jac. 1.
*ipſe autem neminem tentat. Unuſquiſque
vero tentatur a concupiſcentia ſua abſtra-
ctus & illectus. Deinde concupiſcentia,
cum conceperit, parit peccatum: peccatum
vero, cum conſummatum fuerit, generat
mortem.*

*Nolite (l) itaque errare, fratres mei* (l) Hebr.
*dilectiſſimi, doctrinis variis & extra-* 13.
*neis circumducti: & licet (m) nos aut
Angelus de cælo evangelizaverit vobis,* (m) Galat.
*præter quod accepimus tam a ſanctis Apo-* 1.
*ſtolis quam probabilibus Patribus & uni-
verſalibus quinque Synodis, anathema ſit.
Igitur ſicut prædiximus, & nunc iterum
dicimus; Si quis vobis evangelizaverit
præter id quod accepimus ex ipſis, ana-
thema ſit. Modo autem hominibus ſuade-
mus, an Deo? aut quærimus hominibus
placere? ſi adhuc hominibus placerem,
inquit beatus Paulus, (n) Chriſti ſer-* (n) Ibid.
*vus non eſſem. Sicut ergo accepiſtis Chri-
ſtum a ſanctis prædicatoribus, ſic in eum
credite. Bonum (o) depoſitum uſque in* (o) 2. Tim.
*finem cuſtodite per Spiritum ſanctum, qui* 2.
*ha-*



(a) 2. Tim. 2. *habitat in vobis: quoniam (a) firmum
fundamentum Dei ſtat, habens ſignacu-
lum hoc: Novit Dominus qui ſunt ejus:
& diſcedat ab iniquitate omnis qui invo-
cat nomen Domini.*

XXXIV. *Propterea, fratres vanas vocum no-
vitates evitantes, nullatenus eos qui
de terra clamant, & non ex ore Domini
loquuntur, ſuſcipiatis adverſus fidem Ty-
pos, aut leges vel definitiones, aut ex-
poſitiones hæreticas: agnoſcentes, quo-
niam hæc omnia requiſiturus & judicatu-
rus eſt ipſe gloriæ Dominus: & quia nul-
lus hominum, quorum ſicut fœnum dies il-
lorum, pro nobis crucifixus eſt, neque
in nomine cujuſquam eorum baptizati ſu-
mus, ſed in mortem Chriſti Dei per la-
vacrum regenerationis renovati dignoſci-
mur, qui crucifixus eſt pro nobis ſub Pon-
tio Pilato: maxime apertiſſime conſideran-
tes, quoniam & per ſe ſua dogmata de-
ſtruunt contrarii. Dicit enim Dominus:*
(b) Matt. 12. *(b) Omne regnum in ſe diviſum non ſta-
bit: & omnis ſententia & lex adverſus
ſe diviſa non ſtabit. Et ſi Typus deſtruit
Ecthesim, ſed & Ectheſis deſtruit Typum,
illa quidem dicens unam habere, hic au-
tem aſſerens non unam habere Dominum
noſtrum voluntatem & operationem: er-
go in ſe diviſum eſt utrumque: & quo-
modo ſtabit adverſariorum hæreſis magis
a ſemetipſa invalida & inanis exiſtens,
quam a nobis deſtructa?*

*Ergo nullo modo per tranſitoriam um-
bram, potius autem corruptelam diſſolu-
tam, Chriſti Dei veſtram Orthodoxam fi-
dem amittatis, mirantes perſonas quæſtus*
(c) Jacob. 1. *cauſa: quoniam (c) ſicut flos fœni tranſ-
iet. Exortus eſt enim Sol cum ardore,
& arefecit fœnum, & flos ejus decidit,
& decor vultus ejus deperiit: ita & di-
ves in itineribus ſuis marceſcit. Ut ne
pro dilectione mundi compatientibus no-
bis, dicatur etiam de nobis: Dilexerunt*
(d) Joa. 12. *(d) gloriam hominum magis, quam glo-
riam ſolius Dei: & ſubjaceamus æterno*
(e) Hebr. 10. *judicio. Horrendum eſt (e), fratres, in-
cidere in manus Dei viventis, qui prote-*
(f) Matt. 10. *ſtatur, dicens (f): Quicumque me nega-
verit & verba mea coram hominibus, ne-
gabo & ego eum coram Patre meo, qui in*
(g) Rom. 1. *cælis eſt. Revelatur (g) enim ira Dei
de cælo ſuper omnem impietatem & inju-
ſtitiam hominum, qui veritatem per illi-
citam hæreſim expugnant, aut denegant:
quia quod notum eſt Dei, manifeſtum fa-
ctum eſt in illis. Deus enim illis manife-
ſtavit hoc per ſanctos Apoſtolos, & pro-
phetas, & doctores, & univerſales quinque
Synodos, quorum dogmata lex Catholicæ
Eccleſiæ exiſtunt: & tamen his omnibus
propriam novitatem præpoſuerunt.*

XXXV. *Nemo (h) ergo vos ſeducat inanibus*
(h) Ephe. 5. *verbis. Propterea enim venit ira Dei ſu-
per filios diffidentiæ. Nolite ergo effici
comparticipes dogmatum eorum, neque com-
municetis infructuoſis verbis illorum: ma-
gis autem & redarguite, quoniam cœtus
prævaricatorum ſunt, & extenderunt lin-
guam ſuam quaſi arcum mendacii, & non
veritatis. Completum eſt in eis, quia (i)* (i) Hier. 9.
*de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non
cognoverunt, dicit Dominus. Veritatem
enim non loquentur, docuerunt autem lin-
guam ſuam loqui mendacium: ut impie a-
gerent laboraverunt, & renuerunt ſcire
me, dicit Dominus. State (k) ergo vos* (k) Hier. 6.
*dilectiſſimi, ſuper vias, & videte & in-
terrogate de ſemitis Domini antiquis, &
videte quæ eſt via bona ſanctorum Patrum
& ambulate in ea, & invenietis requiem,
animabus veſtris. Sed & ſi patimini (l)* (l) 1. Petr.
*propter Chriſtum, beati eritis: metum au-* 3.
*tem eorum ne timueritis, neque conturbe-
mini. Dominum autem Deum ſanctificate
in cordibus veſtris, ipſo dicente (m).* (m) Mat. 1.
*Nolite timere eos qui corpus occidunt,
animam autem non poſſunt occidere: ſed
potius eum timete, qui poteſt animam &
corpus perdere in gehennam. Nonne duo
paſſeres aſſe veneunt, & unus ex illis non
cadet ſuper terram ſine Patre veſtro? Ve-
ſtri autem & capilli capitis omnes nume-
rati ſunt. Nolite ergo timere eos: mul-
tis paſſeribus meliores eſtis vos.*

*Rememoramini (n) ergo, fratres, eum,* (n) Hebr.
*qui talem ſuſtinuit a peccatoribus adver-* 12.
*ſus ſemetipſum contradictionem, ut ne fa-
tigemini animis veſtris deficientes: non-
dum enim uſque ad ſanguinem certavimus
adverſus peccatum repugnantes. Confidi-
mus autem de vobis, fratres cariſſimi, melio-
ra & viciniora ſaluti: quia (o) neque mors,* (o) Rom. 8.
*neque vita, neque Angeli, neque principa-
tus, neque inſtantia, neque futura, neque
fortitudines, neque altitudo, neque pro-
fundum, neque creatura alia, magiſtro
Gentium docente, poterit vos ſeparare a
charitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, &
quæ in ipſo eſt, recta fide. Nolite (p) i-* (p) Hebr.
*taque amittere confidentiam veſtram, quæ* 10.
*magnam habet remunerationem. Patientia
enim nobis neceſſaria eſt ad colluctationes
adverſariorum: quatenus fidem intemera-
tam uſque in finem conſervantes, repro-
miſſionem percipiamus, quam repromiſit
his, qui legitime certare deproperant.
Adhuc (q) enim modicum aliquantulumque* (q) Ibid.
*qui venturus eſt veniet, & non tardabit.
Ecce (r) enim Judex ante januam aſſiſtit,* (r) Jac. 5.
*coronas hilariter promittens his, qui pro
eo paſſionibus ſubmittuntur.*

*Quod ſi (ſ) ſubtraxerit ſe quis, non* XXXVI.
*placebit animæ meæ, ſed cadet de pro-* (ſ) Hebr.
*miſſione propter negationem. Nos autem* 10.
*non ſumus ſubtractionis in perditionem
ſed fidei in acquiſitionem animæ. Propter
quod (t) aſſumite arma Dei, ut poſſitis* (t) Epheſ.
*reſiſtere in die malo adverſus omnem hæ-* 6.
*reticum virum & dogmata: & induite*

*vos loricam juſtitiæ, calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, in omnibus aſſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia jacula nequiſſimi ignita extinguere: & galeam ſalutis accipite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei: per*
(a) 1. Cor. 1.
*omnem (a) orationem & obſecrationem, radicati & fundati, ut id ipſum nobiſcum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, dividentes bonum & integrum corpus Eccleſiæ in tortuoſas novitates: ſitis autem perfecti & integri in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia firmati: ut per eam vias noſtras dirigentes, in eumdem inflexibiliter occurramus, qui a nobis creditur Dominus: ad quem accedentes (b)*
(b) 1. Petr. 2.
*lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum pro eorum impia hæreſi, a Deo autem electum & honorificatum, magis autem Deum naturaliter exiſtentem, licet proper nos caro factus ſit, & vos tamquam lapides vivi ædificemini domus ſpiritualis, in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias ipſi in odorem ſuavitatis.*

(c) Act. 20.
*Sed (c) & nunc, fratres, commendamus omnes vos Domino, & verbo gratiæ ejus, qui poteſt perficere & dare hæreditatem in omnibus ſanctificatis. Ipſe (d)*
(d) Rom. 15.
*autem Deus pacis & conſolationis det vobis id ipſum ſapere in alterutrum & in ipſo ſemper, ut in omnibus unanimes uno ore & uno corde honorificemus eum in concordia Orthodoxæ fidei: qui potens*
(e) Rom. 16.
*eſt (e) confirmare nos ſecundum Evangelium ejus, ſecundum revelationem myſterii temporibus æternis tacite, patefacti autem per Scripturas ſanctas, & Patrum Orthodoxorum doctrinas, ſecundum præceptum æterni Dei, ad obediendum fidei in omnibus nobis cogniti. Soli ſapienti Deo Domino noſtro Jeſu Chriſto, cum Patre & Spiritu ſancto gloria, honor, imperium, & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen. Deus vos incolumes cuſtodiat, dilectiſſimi fratres.* Hactenus Apoſtolicæ litteræ ex ſcriptis Apoſtolicis magna induſtria concinnatæ.

XXXVII. Synodalis epiſtola miſſa in Gallias

De his autem quæ ad diverſas Eccleſias miſſa ſunt Acta Synodalia una cum epiſtola circulari, extant quædam vetera monumenta, quæ hic tibi colligenda putavimus. In rebus geſtis ſancti Eligii Epiſcopi Noviomenſis, quas ejus æqualis & æque ſanctus Audoenus Epiſcopus Rothomagenſis conſcripſit, de litteris ab eodem ſancto Martino Papa in Gallias miſſis meminit, ubi de hoc eodem Romano Concilio a ſancto Martino Papa congregato loquitur, atque ait: *In quo Concilio omnibus Orthodoxis conſentientibus, edidit contra hæreticos fidem,* confeſſionem ſcilicet fidei, *magnifice valde & accurate; quam etiam cum ſubjuncta epiſtola Galliarum Patribus deſtinavit, mandans & obteſtans Regem Francorum,* nempe Clodoveum, *ut ſi eſſent ei viri Catholici & eruditi, eos ipſi adminiculum ad hæreſim comprimendam faceret deſtinari. Quo tunc etiam Eligius cum ſodali ſuo libentiſſime perrexiſſet, niſi res ei quædam impedimento fuiſſet.* Studuit Martinus Papa, petiitque a Francorum Regibus præcipuos mitti Romam Gallicanos Epiſcopos, quibus credi poſſet legatio Apoſtolica, ut per eos in reliquis Galliarum provinciis quæ Romæ geſta eſſent innoteſcerent, atque ab aliis Epiſcopis congregatis provincialibus Synodis firmarentur.

XXXVIII. Legatio S. Amandi ad S. Martinum Pap.

Quod ergo apud Clodoveum egiſſe reperitur, id ipſum apud Sigebertum ejus germanum operatum fuiſſe liquet ex epiſtola ad Amandum ſcripta. Miſit enim ſanctus Martinus Pontifex tum litteras encyclicas, tum ipſa Acta Synodalia ad ſanctum Amandum Epiſcopum Trajectenſem, cum ille alia occaſione miſiſſet nuntium Romam ad ipſum Romanum Pontificem, quo ab eo peteret ab Epiſcopatu vacationem: pertæſus enim pravos mores Eccleſiaſticorum, miniſtrorum ſe ab Epiſcopatu abdicare magnopere cupiebat: petierat præterea eadem legatione a Romano Pontifice reliquias ſanctorum martyrum. Denegat Martinus petitionem priorem, poſteriori defert, litteraſque ad eumdem reſcribens, de habita Romæ Synodo eum reddidit certiorem, ſimulque miſit ad ipſum (ut dictum eſt) litteras encyclicas una cum Synodalibus Actis. Extat ipſa epiſtola Martini ad Amandum, quam hic deſcribere dignum putamus: ſic enim ſe habet (f):

(f) *Extat edita poſt dictum Conc. Rom. tom. 3. Concil.*

*Di-*

PAGIUS V. *Legatio Martini PP. ad Reges Francorum poſt Synodum habitam.*

A num. XXXVII. ad XLVI. Fridegodus in Vita Sancti Audoeni Rotomagenſis Epiſcopi aſſerit, *Martinum* Papam, priuſquam Concilium Lateranenſe convocaret, Legatos in Franciam direxiſſe: *Nec mora*, inquit, *continuo ad Regem Francorum Legationem mittens rogat, ut ſibi Viros in fidei puritate fundatos, verbo &. ſapientia providos quantocyus dirigere dignaretur, quatenus cum ipſis & cunctis Italia Præſulibus. Domino auxiliante, aliquod antidotum contra venenum tantæ pravitatis porrigere tentaret &c.* Sed Audoenus, cui potior fides habenda, ſcribit in Vita Sancti Eligii, Legationem a Martino miſſam Synodo Lateranenſi jam habita. Audoeni verba recitat Baronius num. XXXVII. aitque optaſſe *Martinum* ac petiiſſe a Francorum Regibus, *Clodoveo* & *Sigiberto*, præcipuos Romam mitti Gallicanos Epiſcopos, quibus Apoſtolica Legatio credi poſſet, ut per eos quæ Romæ geſta eſſent, in reliquis Galliarum Provinciis innoteſcerent. At ex ipſius Papæ literis ad *Amandum Trajectenſem* Epiſcopum datis, quas ex-



*Dilectiſſimo fratri Amando Martinus.*

XXXIX. Martinus Pap. ad S. Amandum ſcribit.

*Fraternitatis tuæ ſtudio pietatis congeſtam epiſtolam ſuſcipientes, animos noſtros relevari cognoſcimus: quippe quoniam hujus ſæculi fluctivagas atque tranſitorias deſpicientes oblectationes, illa quæ perpetua & ſublimia dona pro Domini Dei noſtri obſequiis tribuuntur, appetere certum eſt. Ex relatione igitur, juxta tenorem tuæ fraternitatis epiſtolæ, præſentium latoris, laborum tuorum certamen cognovimus, ex quibus cæleſtis patriæ aſcenſum humiliatis mentibus atque contritis corporibus vobis futurorum gaudiorum largienda ſunt munera. Nam cum ſit nulli omnino comparatione coæquandum, quod a Creatore noſtro pro bonis ſervitiis repenſatur, dum brevi atque parvo temporis ſpatio finiuntur labores, quos pro dilectione ipſius ſuſtinemus; conſideratione refrigerii nos oportet libenti animo tolerare præſentis vitæ anguſtias.*

XL. *Sed quantum nobis laborum veſtrorum operatio magnam gaudii ubertatem inducit, tantum pro duritia ſacerdotum gentis illius conterimur, quod poſtpoſitis ſalutis ſuæ ſuffragiis, atque Redemptoris noſtri contemnendo ſervitia, vitiorum fœderibus ingravantur, quibus ad præparandam ſalutem (quandoquidem tanto nos neceſſe eſt importunis prædicationibus imminere, quantum nos perfectæ negotiationis creditorum nobis talentorum duplicat aſſignatio) atque Dominicæ vocis ad ſuſcipiendam ejus requiem perſuadet aſſertio.*
Clericorum vita criminoſa
*Suggeſtum namque eſt nobis, eo quod presbyteri, ſeu diaconi, aliique ſacerdotalis officii poſt ſuas ordinationes in lapſu coinquinantur: & propterea nimio mœrore fraternitatem tuam adſtringi, velleque paſtorale obſequium pro eorum inobedientia deponere, & vacationem ab Epiſcopatus laboribus eligere, & in ſilentio atque otio vitam degere, quam in his quæ tibi commiſſa ſunt permanere, dicente Domino (a): Beatus qui perſeveraverit uſque in finem. Unde namque beato perſeverantia, niſi de virtute patientiæ? quia ſecundum Apoſtolicam prædicationem (b): Omnes qui voluerint in Chriſto pie vivere, perſecutiones patientur.*

(a) Matt. 10.
(b) 2. Tim. 3.

XLI. *Ideoque frater cariſſime, non vos afflictionum amaritudo a pio mentis veſtræ propoſito coarctet recedere, conſiderans quanta pro abſolutione noſtri & liberatione Creator Dominuſque noſter pertulerit, quibuſve ſe contumeliis afficiendum tradiderit, ut nos a vinculis poteſtatis diabolicæ liberaret. Propterea nullatenus in hujuſmodi peccato delinquentibus ad deſtructionem canonum compaſſionem exhibeas.* De puniendis delinquentibus. *Nam qui ſemel poſt ſuam ordinationem in lapſum ceciderit, deinceps jam depoſitus erit, nullumque gradum ſacerdotii poterit adipiſci; ſed ſufficiat ei lamentationibus fletibuſque aſſiduis, quouſque advixerit, in eadem pœnitentia perdurare, ut commiſſum delictum divina gratia extinguere valeat. Si enim tales quærimus ad ſacros ordines promovendos, quibus nulla ruga, nullumque vitæ contagium præpediat: quanto magis ſi poſt ordinationem ſuam quiſque in lapſum ceciderit, & prævaricationis peccato deprehendatur obnoxius, omnino prohibendus eſt cum manibus lutulentis atque pollutis myſterium noſtræ ſalutis tractare?*

XLII. Non deſiſtendum a cœptis.
*Sitque hujuſmodi ſemper juxta ſacrorum canonum ſtatuta in hac vita depoſitus: ut illum, qui mentis interiora ſcrutatur, nullamque de ovibus errare congaudet, dum aſpexerit ſinceram pœnitentiam ejus, in terribili judicio habeat reconciliatum. Ideoque iterum hortamur tuam charitatem, exemplo ejus qui pro nobis pati & mori voluit, promptos vos in cunctis ejus ſervitiis permanere. Neque nos pigeat temporales cruciatus pro Chriſti nomine ſuſtinere, ſed emolumenta futuræ remunerationis hujus ſæculi vexationes tolerare perſuadeant. Scriptum namque eſt (c): Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Tantum enim a nobis exigitur, quantum poſſumus famulatus noſtri obſequio commodare. Cumque cuncta quæ nobis ad confortandos fraternitatis veſtræ animos poterant miniſtrari largiente ſupernæ majeſtatis clementia, vobis ſint proculdubio manifeſta; reſtat ut de aliis, quæ nos per ſua ſcripta conſuluit, fraternitati tuæ ſignificemus.*

(c) Pſal. 115.



*Cre-*

PAGIUS

exhibet Baronius, patet, Martini conſilium aliud non fuiſſe, quam ut Epiſcopi, quos Reges Francorum Romam miſiſſent Apoſtolica Legatione apud Imperatorem in Oriente fungerentur, & quæ ſtatuta fuerant in Concilio Lateranenſi cum aliis Synodalibus apicibus, *Conſtanti* Auguſto præſentarent, ut videre eſt apud Baronium num. XLIV. Miſit itaque *Martinus* Acta Synodi ad *Clodoveum* Regem, ut liquet ex citata Vita Sancti Eligii, ubi Regis Francorum nomine intelligendus *Clodoveus*, qui in Neuſtria & Burgundia regnabat; ſed miſiſſe etiam ad *Sigibertum* Auſtraſiæ Regem, ad quem pertinebat Civitas Trajectenſis, cujus Sanctus *Amandus* Epiſcopus erat, patet ex literis Martini Papæ ad eundem Amandum num. XLIV. apud Baronium jam citato.

VII. *S. Amandus poſt triennium abdicat Epiſcopatum Trajectenſem.*

Scripſerat Sanctus *Amandus* ad Martinum Papam, Presbyteros ſeu Diaconos ſuæ Diœceſeos poſt ſuas ordinationes in lapſum inquinari, ideoque velle ſe Paſtorale obſequium pro eorum inobedientia deponere, & vacationem ab Epiſcopatus laboribus eligere, ut fuſius narrat Martinus in ſuo ad Amandum reſponſo, quo petitionem ejus denegat, eumque monet, ut Presbyteros, & alios Eccleſiaſtici officii miniſtros,

quos

XLIII. De damnatis Monothelitis.

*Credimus enim ad vos perveniſſe, quomodo in conturbatione rectæ fidei & Catholicæ Eccleſiæ conculcatione ante hos plus minus quindecim annos a Sergio falſo Epiſcopo Conſtantinopolitano, in auxilio habente tunc imperantem Heraclium execranda & abominanda hæreſis pullulavit Appollinariſtarum, & Severianorum, Eutychianiſtarum, atque Manichæorum errorem revocans, quam ſucceſſor ejus Pyrrhus idemque Epiſcopus, qui ambitionis faſtu Conſtantinopolitanam ſedem arripuit, in deterius auxit. Pro qua re ſæpius Apoſtolica ſedes perſuaſionibus conteſtationibus, atque increpationibus plurimis admonuit eos, quatenus ab hujuſmodi errore recederent, & ad lumen pietatis, ex quo lapſi ſunt, remearent: & non ſolum hoc facere nullatenus voluerunt, ſed & nunc ſucceſſor ejus Paulus temerator fidei Epiſcopus Conſtantinopolitanus alium nequiorem excogitavit in præjudicium Catholicæ fidei conatum, quaſi quæ a deceſſoribus ſuis hæretice expoſita fuerant, deſtruens & Imperialem Typum ſacrilego auſu totius plenum perfidiæ a clementiſſimo Principe noſtro fieri perſuaſit, in quo promulgatum eſt ut omnes populi Chriſtiani credere debuiſſent.*

XLIV.

*Ideoque neceſſe habuimus, ne pro quadam negligentia & animarum detrimento, quæ nobis commiſſæ ſunt, culpæ reatu adſtringamur, cætum generalem fratrum & coepiſcoporum noſtrorum in hac Romana civitate congregare, in quorum præſentia memoratorum hæreticorum ſceleroſa conſcripta examinata atque denudata ſunt, & Apoſtolico mucrone, Patrumque definitionibus uno ore unoque ſpiritu condemnavimus: ut cognoſcentes univerſi errorem qui in eis continetur, eorum pollutione nullatenus maculentur.*

*Unde prævidimus volumina geſtorum Synodalium in præſenti vobis dirigere una cum Encyclia * noſtra, ex quorum ſerie omnia ſubtiliter poteſtis addiſcere, & tenebras illorum nobiſcum ut filii lucis extinguere. Id circo ſtudeat fraternitas tua, omnibus eadem innoteſcere, ut tam abominandam hæreſim nobiſcum execrentur, quamque ſuæ ſalutis ſacramenta indiſcere valeant, atque Synodali conventione omnium fratrum & coepiſcoporum noſtrorum partium illarum effecta, ſecundum tenorem Encycliæ * a nobis directæ, ſcripta una cum ſubſcriptionibus veſtris nobiſmet deſtinanda concelebrent, confirmantes atque conſentientes eis quæ pro Orthodoxa fide & deſtructione hæreticorum veſaniæ nuper exortæ a nobis ſtatuta ſunt; & Sigebertum præcellentiſſimum filium noſtrum Regem Francorum pro ſuæ Chriſtianitatis remedio conſultiſſime admonere atque precari dirigere nobis ex corpore fratrum noſtrorum dilectiſſimos Epiſcopos, qui ſedis Apoſtolicæ legatione, divina concedente propitiatione, fungi debeant, & quæ in noſtro Concilio peracta ſunt, cum aliis Synodalibus apicibus noſtris ad clementiſſimum Principem noſtrum ſine dubio aſportare: ut noſtrorum laborum particeps effectus, mercedis cumulum adipiſci valeat, & ſui regni protectorem inveniat eum, cujus cauſa flagitari * dignoſcitur: hoc namque & per ejus epiſtolam exhortari eum cognoſcimur.*

* Encyclica.

* Encyclicæ.

* fatigari

XLV. Martinus concedit reliquias S. Amando.

*Reliquias vero ſanctorum, de quibus præſentium lator nos admonuit, dari præcepimus. Nam codices jam exinaniti ſunt a noſtra bibliotheca, & unde daremus ei, nullatenus habuimus: tranſcribere autem non potuit: quoniam feſtinanter de hoc civitate regredi properavit. His igitur prælibatis, quæ a nobis per epiſtolam vobis ſcripta ſunt, effectui mancipari, fraternitatem veſtram hortamur. Deus te incolumen cuſtodiat, dilectiſſime frater.* Hæc ad Amandum Martinus Papa. Porro Amandum hunc haud ullum alium putamus, quam eum, de quo plura ſuperius, Epiſcopum Trajectenſem, a quo diximus ſuſceptum baptiſmo Sigebertum (de quo agitur in hac epiſtola) Regem Francorum, filium Dagoberti, quem & ſuperſtitem vixiſſe uſque ad annum Domini ſexageſimum primum ſupra ſexcen-

teſi-

PAGIUS

quos poſt ordinationem apoſtatas fieri contigerit, a gradu deponat, & priſtinæ dignitatis recuperandæ ſpe penitus ablata, eos remittat ad laicam communionem juxta Canones pridem conſtitutos, qualis eſt nonus primæ Synodi Aurelianenſis, quo ſtatuitur, *Ut ſi Diaconus aut Presbyter crimen capitale commiſerit, ſimul & officio & communione pellatur.* Has Sancti Martini literas poſt celebratam Synodum ſcriptas hoc ipſo anno recipere potuit Amandus, & Epiſcopatum abdicare. Baudemundus enim in Sancti Amandi Vita apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino num. XVII. de Epiſcopatu a Sigiberto Rege conceſſo Amando loquens ait: *Coactus a Rege ac Sacerdotibus, Pontificalem ſuſcepit Cathedram: ſicque per triennium fere vicos vel caſtra circumiens, Verbum Domini conſtanter omnibus prædicavit. Multi etiam (quod dictu quoque nefas eſt) Sacerdotes atque Levitæ prædicationem illius reſpuentes audire contempſerunt: at ille ſecundum Evangelii præceptum, pulverem de pedibus in teſtimonium excutiens, ad alia properabat loca.* Cum itaque Sanctus Amandus anno ſequenti Epiſcopatum deſeruerit, illumque *per triennium fere* tenuerit, patet eum Antiſtitem Trajectenſem renunciatum anno ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo, ut recte obſervavit Henſchenius ad diem VII. Februarii, in Commentario prævio ad Vitam Sancti Amandi, eique tunc Sanctum *Remaclum* ſucceſſiſſe, perperamque Cointium Remacli ordinationem uſque ad annum ſexcenteſimum quinquageſimum tertium diſtuliſſe; quod, ut ibidem num. XIII. ait, in quibuſdam Kalendariis ordinatio *Remacli* notetur ad diem tertium Nonas Februarii, qui dies eo anno in Dominicam cadebat. Nam, ut ſæ-

pius



teſimum, ſuo loco dicturi ſumus. Porro hoc quod cum Gallicanis Epiſcopis egiſſe ſanctum Martinum Pontificem vidimus, certum eſt agere minime prætermiſiſſe cum aliis Chriſtiani orbis Epiſcopis, cum Africanis præſertim, quorum plurium Conciliorum lectæ eſſent in eadem Synodo querelæ adverſus eoſdem hæreticos; ſed & nec præteriiſſe Hiſpanos Epiſcopos, vel ex eo certo aſſequi poſſumus, quod iidem congregata Synodo, damnarunt Monothelitas.

Accepta eſt autem ab univerſo Catholico orbe magno plauſu & honore ſancta hæc Romana Synodus: adeo ut ad plenam fidei Catholicæ profeſſionem, poſt quinque univerſalium Synodorum aſſertionem, hujus quoque ſub Martino Synodi adiicere ſolerent fideles confeſſionem: ut intelligere potes ex Synodo Anglicana ſub Theodoro (*a*) Archiepiſcopo celebrata, de qua ſuo loco dicendum. Perſeveravit autem uſus iſte uſque ad plenam promulgationem Sextæ œcumenicæ Synodi.

(*a*) *Bed. hiſt. Angl.* *l.* 4. *c.* 17.

XLVI. Martini Pontificis ingens animus.

His enarratis, conſideres velim, lector, ſanctiſſimi Martini Papæ conſtantiam, animumque vere ſacerdotalem in difficillimis ſemper intrepidum, dum hoc tempore, quo nullus Orientalium Patriarcharum Catholicus eſſet, ipſeque Imperator hæreticus atque acerrimus hæreticorum defenſor, & in Italiam ad promulgandum Typum miſſus eſſet Olympius Exarchus: cum inſuper nec adhuc eſſet obducta cicatrix illati Romanæ Eccleſiæ vulneris ab Iſacio Exarcho prædeceſſore: dum etiam (quod vidimus) & Italia quateretur motibus impii Longobardorum Regis hæretici Ariani: hoc inquam ipſo deploratiſſimo tempore idem ſanctiſſimus Pontifex, nulla horum habita ratione, vel trepidatione retardatus, vix aſcenſo Apoſtolico throno, ne quicquam liceret novitati Imperatoris auctoritate graſſanti, confeſtim magnam hanc Synodum Epiſcoporum convocat, non adverſus tantum nominatos hæreticos, quos probe ſciret non indigere alia damnatione, cum damnati eſſent a prædeceſſoribus, ſed adverſus Imperatoris recens promulgatum de fide edictum illud, quod Typum appellant, acturus: adeo ut præſens bellum adverſus Imperatorem ipſum potiſſimum videri poſſet ab ipſo eſſe ſuſceptum.

Potuiſſet quidem ipſe iſtæc omnia colore aliquo diſſimulare, in aliudque tempus referre, diverſaſque differendi cauſas & impedimenta prætexere, ſed nihil veritus Imperatoris edictum, ut illud damnationi ſubiiciat, indefeſſo intrepidoque animo laborat. Quod enim ſciret impios hæreticos, quo minus juſta cauſa pollerent, eo magis ad ſtabiliendos errores auctoritatem atque potentiam advocare Imperatoris (nam quod Sergius fecerat cum Heraclio, modo Paulum cum Conſtantino feciſſe ſciebat) ipſe ex adverſo conſurgens, nihil Imperatori licere in his quæ fidei ſunt decernere, declaravit, quodque factum temere noſſet, Eccleſiaſtica lege contraria putavit eſſe damnandum, atque penitus abrogandum: cum non ignoraret, quam periculoſam jaceret aleam his adverſari, & ſubiicere anathemati pragmaticam ſanctionem viventis Imperatoris per miniſtros hæreticos cuncta vertentis. XLVII.

Attamen quod ipſe ſciret cuncta quamvis maxima poſthabenda eſſe veritati, atque ita ſe creatum eſſe primarium Eccleſiæ Antiſtitem, ut fideliſſimus cuſtos eſſet accepti a Petro Apoſtolo & a ſucceſſoribus ejus depoſiti: haud extimuit adverſus Imperatorem fidem Catholicam in diſcrimen adducentem obniti, ab eoque promulgatum edictum contrariis legibus condemnare fidemque Catholicam poſteris bene defenſam, ſartam tectam atque firmatam relinquere, circularique epiſtola toto Chriſtiano orbe vulganda & decantanda infame impiumque declamare ejuſdem Imperatoris edictum. Iſta tunc quidem Martinus, dum adhuc captiva ipſa Romana detineretur Eccleſia, cum ei nonniſi conſenſu Imperatoris (ut ſæpe dictum eſt ſuperius) liceret habere paſtorem: qui & tunc magno aſſurgeret vigore animi & libertate, ut nullo in promulgandis Apoſtolicis ſanctionibus petito Imperatoris aſſenſu, paratus etiam eſſet eas ad ipſas Palatii fores affigere per Eccleſiæ Romanæ miniſtros: & tanta hæc auderet hoc potiſſimum tempore, cum & de Typo in Italia promulgando XLVIII.

in

PAGIUS.

pius monuimus, natalitia Sanctorum, conſecrationes Epiſcoporum, & dedicationes Eccleſiarum, ſæpius in Martyrologiis aliis diebus notantur, quam quibus contigerint, & pro Epiſcoporum libitu ac Eccleſiarum commodo hujuſmodi dies ſæpe mutati fuere, aut denique longo tempore poſtquam eæ ſolemnitates peractæ fuerant, aut Sancti mortui vel tranſlati, de illis mentio facta eſt in Kalendariis.

VIII.

A num. XLVI. ad LVIII. Uſque ad præſentem annum, eumque jam in finem vergentem *Plato* Exarchatum Italiæ adminiſtravit, ideoque per annos fere quinque. Anaſtaſius enim, ubi loquutus eſt de Synodo Lateranenſi, ait: *Ipſis diebus direxit Imperator in Italiam Olympium Cubicularium, & Exarchum ad regendam omnem Italiam,* additque Imperatorem eidem injunxiſſe, ut quoſcunque inveniret ſibi in *Typo* aſſentientes, ſubſcribere juberet, & ſi Romanum exercitum huic ſententiæ adſtipulantem ſicuti ſibi ſuggeſſerat *Plato* Patricius & Exarcha, inveniret, *Martinum* etiam ipſum, idem facere cogeret: ſin minus quieſceret, donec exercitum majorem Romano, Ravennatique conſe-

*Olympius Exarcha Romam venit.*

ſe-

in mandatis accepiſſet Olympius Exarchus, qui (ut dictum eſt) miſſus fuerat a Conſtante in Italiam; & tunc maxime, cum idem Olympius magnopere adverſatus ipſi Martino fuiſſet. Nam audi Anaſtaſium:

XLIX. Olympius Exarchus in Italiam mittitur. *Ipſis*, inquit, *diebus Imperator direxit in Italiam Olympium cubicularium ad regendam omnem Italiam, præcipiens ei & dicens: Oportet gloriam tuam, ſicut ſuggeſſit nobis Paulus Patriarcha hujus a Deo conſervandæ urbis, peragere: & ſi quidem inveneris provinciam ipſam conſentientem in Typo a nobis expoſito, tuere* omnes qui ibi ſunt Epiſcopos hujus hæreſis profeſſores & habitatores & peregrinos, ut in eodem ſubſcribant. Sin autem ſecus accidit, quomodo nobis ſuggeſſit Plato glorioſus Patricius, tu & Eupraxius glorioſus potueritis ſuadere exercitui ibidem conſiſtenti, quod jubemus teneri Martinum, qui hic erat Apocriſarius in regia urbe, & poſtmodum relegere eum qui factus eſt a nobis Orthodoxus Typus, ut omnes Epiſcopi Italiæ in ipſo ſubſcribant. Si autem inveneritis contrariantem in tali cauſa exercitum, taciti abitote, donec obtinueritis provinciam, & poteritis vobis exercitum aggregare tam Romanæ civitatis, quam Ravennatis: ut ea quæ a nobis præcepta ſunt, quantocyus explere valeatis.*

* tenere

L. Olympius quid contra Martinum. *Qui prædictus Olympius veniens in civitatem Romanam, invenit ſanctam Romanam Eccleſiam coadunatam, cum omnibus Epiſcopis Italiæ, ſeu ſacerdotibus, vel clero. Et volens adimplere quæ ei juſſa ſunt, armans ſe cum exercitus virtute voluit ſchiſma ſanctæ Eccleſiæ intromittere (hoc per plurimum tempus actum eſt) & non illi permiſit omnipotens Deus quæ nitebatur perficere. Videns ergo ſe a ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſuperatum, neceſſe habuit de ſua tam mala intentione declinare, & quod non potuit per manum armatam facere, ſurreptitio modo per Miſſarum ſolemnia niſus eſt implere. In eccleſia enim Dei genitricis Mariæ ad Præſepe dum ei communionem porrigeret ſanctiſſimus Papa, voluit interimere eum, ut demandaverat ſuo ſpathario. Sed Deus omnipotens, qui ſolitus eſt ſervos ſuos Orthodoxos circumtegere, & ab omni malo eripere, ipſe excæcavit ſpatharium Olympii Exarchi, & nom eſt permiſſus videre Pontificem, quando Exarcho communionem porrexit, vel pacem dedit, ne ſanguis ejus effunderetur, & Catholica Dei Eccleſia hæreſi ſubjugaretur: quod poſtmodum prædictus armiger diverſis cum jurejurando profeſſus eſt.*

LI. Olympius victus mutat ſententiam. *Videns ergo Olympius Exarchus, quia manus Domini circumtegebat Martinum Papam, neceſſe habuit ſe cum Pontifice concordare, & omnia quæ ei juſſa fuerant, eidem viro indicare. Qui pace facta cum ſancta Dei Eccleſia, colligens exercitum, porrectus eſt in Siciliam adverſus gentem Sarracenorum, qui ibidem inhabitabant, & peccato faciente, major interitus tunc exercitui Romano pervenit. Et poſt hoc idem Exarchus morbo interiit.* Hucuſque de rebus cum Martino Papa geſtis ab Olympio Exarcho Anaſtaſius, quarum cauſa crimini poſtea (ut ſuo loco dicemus) eidem ſancto Pontifici datum eſt, quod cum eodem Olympio Exarcho adverſus Imperatorem conjuraſſet: purpuram namque Romæ ſuſcepiſſe Olympium, ejuſdem Pontificis Acta de rebus geſtis Conſtantinopoli docent de quibus ſuo loco inferius dicendum erit.

Inter tot tantaque diſcrimina imperterritus ſemper ſtetit ſummus Dei ſacerdos, nihil penitus prætermittens eorum quæ eſſent univerſalis Eccleſiæ totius Antiſtitis, & cœpta proſequi, & executioni quæ eſſent abſoluta mandare. Qui enim ante Exarchi Olympii faciem damnavit Typum Imperatoris, & (ut dictum eſt) ad diverſas provincias ejus condemnationem una cum Synodalibus litteris miſit: idem de iiſdem in Synodo Romæ geſtis ſcripſit litteras ad ipſum Conſtantem Imperatorem, ea quidem moderatione, ut nequaquam ipſi crimini daret Typi illius editionem, ſed Paulo, qui ſuaſerat. Audiamus ipſam epiſtolam ad Imperatorem conſcriptam, cui hujuſmodi præfixus eſt titulus (a):

(a) Epiſt. 3. Mart. t. 2. ep. Rom. Pont.

LII. Epiſtola Martini Pap. ad Conſtantem Imp. *Domino piiſſimo & sereniſſimo victori, triumphatori, filio diligenti Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Conſtanti* Auguſto, Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, & univerſa Synodus in hac Urbe Roma congregata.* Ita plane honeſto titulo proſequitur Conſtantem Auguſtum Pontifex, quod etſi hæreticus eſſet, non tamen palam omnino cognitus atque damnatus ab Eccleſia: quamobrem eodem eum proſequitur honoris cultu, ac ſi eſſet penitus Orthodoxus. Epiſtola autem ipſa ſic ſe habet:

* Conſtantino.

*Cæleſti ſæculorum Regi Chriſto Deo, qui per carnem una cum mente animatam & ipſi ſecundum hypoſtaſim unitam in terris apparuit, Magi terrena munera prompte obtulerunt, non magis quæ divina gloria ipſius digna eſſent (eſt enim incomparabilis) quam quæ promptam eorum voluntatem declararent: illa enim infinita eſt, hæc ſingularem Deo amorem exhibet. Vobis autem, sereniſſime, qui in terra per ipſum regnatis, & ad eum properatis, cum multa libertate pretioſa offerimus dona qui omnes per gratiam ſacerdotes ejus exiſtimus, ſalutaria nempe ſanctorum Patrum & Synodorum præconia ad veram oſtenſionem internæ erga ipſum Dominum ac Deum noſtrum charitatis, & erga vos, qui ſinceri ejus eſtis miniſtri. Et quoniam omne (a) datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum: tamquam ſplendidum aurum poſſidemus firmam in eum & ſinceriſſimam confeſſionem: Theologiam vero thus purum & eximium & optimi odoris: myrrham conſervatricem bonorum & contrariorum expultricem doctrinam. Hæc enim ſtabiliter cuſtodita, erunt ditioni veſtræ corona decoris, & diadema gloriæ in manu Domini. Nam regni ornamentum eſt veritatis cognitio ſplendida & immarceſcibilis, quæque invenitur his qui eam quærunt: quoniam hæc dignos ſe circuit quærens, & iis ſe oſtendit, qui eam non tentant.*

(a) Jac. 1.

LIII. *Quapropter vobis, optime Imperator, ut Dominum quærentibus in ſimplicitate cordis, & in mentis bonitate de eo ſentire properantibus, ſtuduimus ejus annunciare ſalutare hac relationis noſtræ mediocritate. Nobis enim per Amos prophetam de ſe annunciare præcepit, dicens (b): Sacerdotes audite, & teſtificamini domui Iſrael, dicit Dominus Deus omnipotens. Edocemus igitur pium veſtrum ac ſerenum Imperium, quod in hac Dei amante & cultrice veſtra urbe Roma convenientes nos omnes qui ad manſuetudinem veſtram confugimus, ex Apoſtolica & ſpirituali unanimitatæ & conſenſu, in eadem mente & eadem ſententia piam Orthodoxæ fidei definitionem confirmavimus, & congruenter infirmavimus inconvenientem hæreticorum ſermonem, qui quondam, quique nunc propriorum ſenſuum pravitate ſe a veritate ſepararunt: qui intra ipſos non recte ratiocinati dixerunt, non habere in humanitatis ſuæ natura voluntatem, aut operationem naturalem, ipſum, qui propter nos humanatus eſt, Dominum, ſed ſine voluntate ipſum exiſtere ac ſine operatione, intangibilemque & inanimem eſſe: & quidem cum Patrum doctrina teſtem veritatis propriam habentes naturam, ad redarguendam eam, quæ de hoc ab iis dogmatizatur, abſurditatem, cum ſubſtantiam ſuam videant ab ipſo Creatore voluntate præditam & operatoriam factam eſſe. Quomodo igitur a ſe fabricatam & propria incarnatione aſſumptam a naturali voluntate & operatione diminuit, non vere faciens ſubſtantiæ noſtræ in ſe fidem, ſed imaginarie & fallaciter diſpenſationem ſecundum illos perpetrans, qui ob hoc unam divinitatis ejus atque humanitatis voluntatem & operationem eſſe, dogmatizarunt.*

(b) Amos 3.

LIV. *Quapropter ab omnibus fere aliarum provinciarum Deo amabilibus Epiſcopis, & ab Apoſtolicis Pontificibus in hac ſeniore Roma conſtitutis, in dilectione admoniti, ut ab hujuſmodi damnabili novitate abſtinerent: ad correctionem non venerunt, ſed in deterius progreſſi ſunt, divinam ejus voluntatem & operationem in humanam contrahentes: ac veluti aſſerentes, nullam ullo modo eum in utraque earum, ex quibus & in quibus eſt naturarum voluntatem & operationem habere, ſed abſque voluntate naturam eſſe & abſque operatione: quod omnium tum ſanctorum Patrum tum œcumenicorum quinque Conciliorum definitiones evertit, quæ per omnia perfectum eumdem in divinitate & in humanitate perfectum prædicaverunt, tantum abſque peccato: nam in peccato naturæ perfectio non conſpicitur, ſed vitium agnoſcitur noſtræ tranſgreſſionis. Quod ſi perfectus eſt, eſt videlicet perfectus ſecundum divinam voluntatem & operationem, quemadmodum & juxta naturam principii expertem atque increatam: & ſecundum humanam quoque tum voluntatem, tum operationem, ut & ſecundum naturam creatam, & quæ principium habuit.*

*Qui vero in aliquo eum imminuit, manifeſte evertit perfecti rationem, eam conſpici nullo modo permittens propter ejus quod naturæ convenit defectum, quem adverſarii, Theodorus videlicet qui Pharan Epiſcopus fuit, & Cyrus qui Alexandriæ, Sergius qui Regiæ urbis, ac eorum ſucceſſores Pyrrhus & Paulus in prima & ſecunda conſcriptione dogmatum ſuorum non ſolum poſuerunt, ſed etiam ſtuduerunt ut ſibi illa per expoſitionem, hæc per formulam confirmaretur, idque contra fidem, nefarie ſubrepentes veſtræ ſerenitatis auribus, ut & antea auribus beatæ memoriæ avi manſuetudinis veſtræ, ut culpam ſuam callide aliis aſpergerent, deque manu Domini hanc ob cauſam duplicia ob pec-*

PAGIUS feciſſet. *Qui prædictus Olympius veniens in Civitatem Romanam invenit Sanctam Romanam Eccleſiam coadunatam cum omnibus Epiſcopis Italiæ, ſeu Sacerdotibus, vel Clero*, inquit Anaſtaſius. Quare cum Concilium Lateranenſe, de quo Anaſtaſii verba intelligenda, menſe Octobri celebratum fuerit, eo etiam menſe *Olympius* Conſtantinopoli miſſus Romam adventavit. Baronius vero, qui anno ſuperiori num. XI. ſcribit eo anno *Olympium* ſubrogatum fuiſſe in locum Platonis, ſupponit illum hoc anno Ravenna ad Imperatoris mandata de Typo comprobando exponenda Romam petiiſſe. Geſta Romæ ab Olympio adverſus Martinum Baronius ex Anaſtaſio narrat. Verum cum in Epiſtola, quam idem Martinus Papa poſt abſolutum Concilium Lateranenſe ad Conſtantem Imperatorem ſcripſit, quamque Baronius recitat num. LII. & ſeqq. nullam de violentia ſibi ab Exarcho illata mentionem faciat, apparet *Olympium* in Sanctum Pontificem non ſæviiſſe, niſi poſt datam illam Epiſtolam ad Imperatorem, ideoque illius perſecutionis Relationem poſt S. Martini Epiſtolam reponendam fuiſſe.

peccata ſua reciperent, juſta videlicet pro iis pœnas, utpote qui ea peccaverint, ex quibus non exigua perturbatio tamdiu univerſam terram vexat, quod non ſolum pii populi ſcandalizentur, ſed impii etiam barbari magnum confeſſionis noſtræ myſterium traducant: quia non ſolum prima ac potiſſima fides ab adverſariis labefactetur, ſed ea etiam, quam excogitarunt, ſtatim ab iis evacuetur, oppoſita novæ peſſimæ hæreſeos pravitate: ut de cætero ne illi quidem intelligant quid ab illis credatur, aut exiſtimetur, propter obſtinatam propriarum opinionum everſionem.

LV. Quocirca omnium fere piorum ſacerdotum & populorum contra eos clamores Apoſtolica ſedes accipiens, orantium atque obteſtantium, ne uſque in finem Catholicam Eccleſiam ab ipſis in periculum adductam negligamus, ſed exurgamus acriter, & immaculatam Chriſtianam fidem diligenti paternarum & Synodicarum traditionum obſervatione conſervemus: nos omnes ſacerdotali ordine convocavit, ut a nobis omnia adverſariorum dogmata tractentur, & canonice per commentariorum Acta judicentur. De quibus opinionibus ſuis ad ſimpliciores fallendos auſi ſunt dicere, hæc pietatis eſſe dogmata, quæ tradiderunt qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis, quique deinceps eorum diſcipuli & ſucceſſores fuere Catholicæ Eccleſiæ divinitus inſpirati doctores, id eſt, ſanctæ & Oecumenicæ quinque Synodi.

Ad veritatis igitur oſtenſionem & denudationem calumniæ adverſariorum, abſurdam illam doctrinam, & piam ſanctorum Patrum Synodorumque prædicationem, adverſa dilucidè inter ſe comparantes, nec horum ad illa ullam convenientiam & cognationem invenientes, quemadmodum nec tenebris prorſus ad lucem: hæc (ut diximus) definientes, ſancivimus ſalutaria, nempe ſanctorum Patrum & Synodorum decreta: illa vero omnes, ut piis definitionibus contraria & inimica, una voce damnavimus, ipſoſque etiam hæreticos, prædictos nempe homines una cum ipſorum expoſitione & præfata formula, orta ex ſuggeſtione & pravo eorum dogmate, cumque his omnibus quæ pro iis acta ſcriptaque ſunt: ut veſtram in omnibus ſine ulla macula felicem converſationem tueamur, quæ adverſariorum ſcriptis gravatur. Inquam auſi ſunt religioſis Africæ Epiſcopis dicere, ſcribentes, quod mente conſilioque regio vere excitati memoratam impiam * formulam expoſuiſtis, præcipientem de nimia obſervatione Paulum ſine damno remittere. Hæc autem ſcripſerunt, ſanctis Patribus nullo modo auſcultantes, quod in iis quæ ad Deum pertinent, inque divinis prædicationibus, id quod parum abeſt, paulumque mutatum eſt, non parvum tamen eſt ducendum, ſed in eo vel maxime veſtræ poteſtati labem (ut dictum eſt) inurere properarunt, quod illam formulam præter exactam rationem eſſe teſtati ſunt, & ſcripto aliis ſignificarunt.

* piam

LVI. Quorum in his nequitiam & fraudem averſantes, cum his ipſis & eorum hæreſim canonice damnavimus, ubique omnibus & ante omnes veſtræ divinitus ſtabilitæ ſerenitati notum facientes per ea quæ ſynodice a nobis pro Orthodoxa fide in præſenti acta ſunt, quod duas ejuſdem & unius Chriſti Dei edicunt Theologi naturas ſive ſubſtantias confiteri ſecundum hypoſtaſim unitas inconfuſe & indiviſe, & duas juxta naturam voluntates, duaſque juxta naturam operationes, divinam & humanam, increatam & creatam, conjuncte unitas ad veram confirmationem, quod Deus natura perfectus, & homo natura itidem perfectus, idem proprie eſt & unus Chriſtus ac Filius; quodque omnes ſanctis Patribus contraeuntes hæretici, quique confuſione quique diviſione propriis dogmaticis depravati ſunt, impie unam in eo voluntatem & unam operationem ſunt confeſſi, alii quidem ut per inanem ſpeciem, alii vero ut per nudam nominum ſimilitudinem, ſive per puram ambiguitatem magnum incarnationis Chriſti myſterium temerarie reprobarent.

Unde nos ad pietatem veſtram confugientes, ut utrorumque tum paternorum piorumque decretorum, tum impiorum hominum ac dogmatum differentiam veſtræ poteſtati aperte exhiberemus, hæc a nobis ſynodice acta una cum eorum Græca interpretatione miſimus, orantes atque hortantes ſerenitatem veſtram divinæ ſapientiæ deditam, ut hæc diligenter legere dignetur, pietatiſque legibus memoratos hæreticos una cum eorum hæreſi condemnet, ac religionis divinæ rationibus ſolam nobiſcum, qui minimi ſumus, ſanctorum Patrum & Synodorum Orthodoxam confeſſionem ſanciat ad Catholicæ Eccleſiæ commendationem & laudem, & ad incolumitatem Reipublicæ veſtræ Chriſtum amantis, ipſique ſervientis. Solet enim una cum Orthodoxa fide ſtatus Reipublicæ florere. Ac veſtræ poteſtati merito hoſtes ſubiugabit Dominus a veſtra ſerenitate recte creditus, ad vindictam inimicorum creaturam armans. Induet (a) enim lorica juſtitiæ pietatem veſtram: galeaque muniet, judicio vero ac ſimulationis experte, & clypeum præbebit inexpugnabilem religionem, ad ſubiiciendum pedibus ejus barbaras omnes gentes, quæ bella volunt: utque victorem efficiat, rebus contra vitia pariter & homines feros præclare gerendis: & religioſorum laborum præmium reddat, æternam cum ſanctis, qui a ſæculo ſunt, fruitionem & quietem.

(a) Ephes. 6.

Piiſ-



Piiſſimum domini Imperium ſuperna gratia cuſtodiat, & omnium gentium cervices ei ſubdat. Hucuſque S. Martinus ad Conſtantem Imperatorem; cui epiſtolæ tum ipſe, tum reliqui qui Synodo interfuerunt Epiſcopi ſubſcripſerunt.

LVII. Monitio S. Pontificis.

At non perfunctorie prætereunda eſt illa de fide Catholica ſervanda, & hæreſi proſcribenda, graviſſima & Romano tanto Pontifice digna ſententia, qua declarat, una cum Orthodoxa fide bene conſervata & cuſtodita creſcere ac dilatari Reipublicæ ſtatum; perturbari vero & in deterius labi, proſternique penitus neceſſe eſſe, cum Imperatores & Reges id facere prætermittentes ita valide pro adverſariis ſuis pugnant: ſicque cum Eccleſia exagitari ſinitur & proſterni, Imperium labefactatur. Sunt plane hæc ex eorum quæ frequentiſſime acciderunt exemplis jam perſpicue nota reddita, cunctiſque facta dilucide manifeſta: quæ infeliciſſimi Principes ſuo ipſorum damno eſſe vera cum experiantur, tamen vertigine quadam mentis abrepti, hæc minime attendentes, dum Eccleſiæ repugnant, ſeipſos impugnant, & in deterius prolabentes, innumera mala Chriſtianæ inferunt Reipublicæ. Sed de his ſæpe deploratis jam ſatis. Ad Martinum Pontificem redeamus.

LVIII. Qui enim univerſo orbi vigilantia ſpirituali ſe præeſſe ſciebat, ubi monuiſſet Orientales, ſcribens etiam ad ipſum Imperatorem, non defuit curæ paſtoralis officio, ut mitteret & in Africam epiſtolam circularem ad eos, qui ex diverſis Conciliis Africanis ad ipſum jam ſcripſerant. Teſtatur id quidem ipſe Martinus in epiſtola (a) data ad Eccleſiam Carthaginenſem, ejuſque Epiſcopos ipſi ſubjectos, cujus eſt exordium: Omnis quidem virtus, dilecti fratres, &c. Ubi ut de rebus geſtis in Concilio Romano iidem fierent certiores, ſe ad illos ejuſdem Acta mittere una cum iiſdem litteris Synodalibus, docet his verbis: Ut autem hujuſmodi noſtri ſacrificii pretioſum opus vobis quoque ipſis penitus certum faceremus: ea quæ in præſenti a nobis geſta ſunt, continentia (ſicuti dictum eſt) veſtrorum ſermonum ſplendorem & coruſcationem, ipſorum videlicet litteras contra eoſdem hæreticos Romam miſſas iiſdem Actis intextas, una cum noſtris Encycliis litteris ad vos miſimus per Theodorum & Leontium religioſos monachos ſanctæ Lauræ, ut ſcienter intuentes noſtra dogmata (noſtra enim ſecundum indiviſam ſpiritus communionem veſtra ſunt) id eſt Apoſtolicas & paternas Eccleſiæ Catholicæ prædicationes, dicatis & ipſi in divina agnitione, facti nequaquam in exceſſu mentis, verum ſemper mentibus vigilantes: Hoc nunc os ex oſſibus noſtris, & caro de carne noſtra: eamdem quippe in ſenſibus verbiſque veritatis cognationem per omnia & coſpirationem invenientes. Hæc vera fides vocabitur, &c. Dedit itidem ſanctus Martinus, præter Synodalem epiſtolam circularem & Acta Concilii, alias familiares litteras ad Epiſcopum Philadelphiæ in Aſia conſtitutum.

(a) Mart. ep. 4.

Ad Africanos Epiſcopos ſcribit Martinus Papa.

LIX. Quod enim ſciebat idem Pontifex per relationem a Stephano Dorenſi Epiſcopo in Synodo lectam, perturbatam valde fuiſſe Hieroſolymorum Eccleſiam poſt obitum beati Sophronii, inſuper laborare vehementer Eccleſiam Antiochenam ob Macedonium poſt Athanaſium in ea ſedentem æque impium hominem: ad hæc omnia corrigenda, delegat vicem ſuam Joanni Epiſcopo Philadelphiæ, quem dum creat in Oriente Vicarium Apoſtolicæ ſedis, ad ipſum ejuſmodi litteras ſcripſit (b):

(b) Mart. ep. 5.

Martini Pap. epiſt. ad Joannem Epiſ. Philadel. quem creat Vicarium in Oriente.

Joanni Epiſcopo Philadelphiæ, Martinus ſervus ſervorum Dei ſanctæ ejus Catholicæ & Apoſtolicæ Romanorum Eccleſiæ Epiſcopus.

Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quem de te accepimus, dilecte frater, & ex iis quæ ad nos a te ſcripta ſunt, & ab iis qui experimentum jam cœperunt ſpiritualis tuæ ſecundum Deum converſationis, Stephano nempe dilecto coepiſcopo noſtro & comitibus ejus, monachis manſionis ſancti Theodoſii. Notum enim fecerunt nobis, ſtudium te de his habere, in quibus Epiſcopum eſſe oportere Apoſtolicus (c) ſermo determinat, ſobrium, prudentem, ornatum, hoſpitalem, & doctorem, modeſtum, non litigioſum, non cupidum, ſuæ Eccleſiæ bene præpoſitum. Hæc igitur audientes, gratiam habemus Deo, cui ſervimus a juventute noſtra, qui confortavit vos cum omnibus qui eum diligunt, ut ad menſuram perveniretis hujuſmodi Deo amabilis virtutis: quoniam (d) iis qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, omnia cooperatur: Qui nobis etiam omnia divinæ ejus virtutis, quæ ad vitam & pietatem pertinent, donavit per cognitionem ejus qui vocavit nos propria gloria & virtute; per quæ pretioſæ magnæque promiſſiones donatæ ſunt, ut per hæc ſimus divinæ conſortes naturæ fugientes ejus quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem. Sic igitur procedentem in domino, & aſcenſiones ad eum facientem de gloria in gloriam, charitatem tuam exhortamur, religioſiſſime frater, noſtram iſtic vicem implere, id eſt, in Orientis partibus in omnibus Eccleſiaſticis functionibus atque officiis: ut in hoc maxime, ſicut oportet, ſuſcites (e) gratiam Dei, quæ in te eſt per impoſitionem ſacerdotalis dignitatis, & noſtræ Apoſtolicæ vicis. Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed fortitudinis & dilectionis & prudentiæ ad tollendam omnem hæreſim, quæ verbo fidei ad-

(c) 1. Tim. 3.

(d) Rom. 8.

(e) Tim. 1.

*adverſatur; & ad omne vitium expugnandum, quod virtuti divinæ contrarium ſit.*

LX. Syriæ Eccleſiis Paſtoribus deſtitutis conſulit Martinus Papa.

*Ut ſic proſperans in Domino, ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per omnem civitatem earum, quæ ſedi tum Hieroſolymitanæ tum Antiochenæ ſubſunt, Epiſcopos & presbyteros & diaconos hoc tibi omnimodo facere præcipientibus nobis ex Apoſtolica auctoritate, quæ data eſt nobis a Domino per Petrum ſanctiſſimum principem Apoſtolorum, propter anguſtias temporis noſtri & preſſuram gentium; ne uſque in finem in illis partibus deficiat ſacerdotalis decoris eximius ordo, ac ne inde de cætero noſtræ religionis magnum & venerandum myſterium ignoretur, ſi jam non ſit ſacerdos, & ſacrificium aut ſpirituale libamen, quod jugiter Deo in odorem ſuavitatis pro ſalute populi offeratur. Non oportet in hoc maxime tempore paſtoribus ſpiritualibus frequentari ac muniri, quæ ubique ſunt, Dei Catholicas Eccleſias, quo juxta ipſius Domini prædictiones (a), tribulationes propter peccata noſtra venerunt, quales non fuerunt ab initio mundi uſque modo, neque fient, cum quibus & magnæ ſcandalorum tentationes, ut in errorem inducantur (ſi fieri poteſt, etiam electi.* Hæc ſcribens Martinus, alludit ad Sarracenorum perſecutionem, qui captis Hieroſolymis & Antiochia (ut dictum eſt) univerſæ Syriæ dominabantur, atque in inſulas occupandas gentes traiiciebant, occupata jam Cypro, & tentantes Cyclades inſulas, ex quibus hoc anno potiti ſunt Arado (b), quam inhabitabilem penitus reddiderunt. Sed pergit;

(a) Matt. 24.

(b) Theoph. hoc anno Imper. Conſtant.

LXI.

*Quocirca non differas omnimodo, dilecte, implere juxta præceptum noſtrum, Epiſcopis & presbyteris & diaconis, qui iſtic ſunt, Catholicas Eccleſias commendare, qui per propriam eorum converſationem in omnibus bonis * teſtimonium habeant, &c.* Plura inculcans de eorum qui eſſent Eccleſiis præficiendi integritate. Quantum vero id cupiat docet iis quæ ſequuntur verbis, hæc dicens: *Dolor enim mihi eſt magnus, & inceſſabilis moleſtia cordi meo, quoadusque per veſtrum in Chriſto ſtudium hoc opus abſolutum videam, quandoquidem hoc & prius Apoſtolica hæc ſedes fieri præcepit per memoratum Stephanum dilectum coepiſcopum noſtrum: ſed hoc ſalutare propoſitum ad effectum venire prohibuerunt, qui talia prohibere dignos ſeipſos præſtiterunt, qui pro arbitratu ſuo ea quæ ædificationis ſunt, nota ei omnino non fecerunt, nempe præcepta demandatæ vicis Apoſtolicæ hujus cathedræ, quibus juſſus eſt electiones ibi facere eorum qui ad curam Chriſtianiſſimi populi deligendi ſunt: ſolummodo autem ei ſignificarunt de depoſitione*, eorum ſcilicet qui ſe intruſerunt Epiſcopos in Eccleſias Palæſtinæ, *timorem Domini minime cogitantes, neque in his formidabilem ejus indignationem.*

* bonum

Stephan. Epiſcopus impeditus agere juſſa Martini Papæ.

LXII. De reſtituendis lapſis.

*Quoniam igitur (ut noſti) dilecte frater, in ædificationem magis quam in deſtructionem a Domino poteſtatem accepimus; ſtudio tibi ſit, ea quæ ædificationis ſunt operari, dato tibi per nos ejus diſcipulos Apoſtolico præcepto & poteſtate: & gratiâ dignos promovere nequaquam dubites ad incolumitatem & ſecuritatem Eccleſiæ Catholicæ, cum magna dilectione exhortans eos qui jam depoſiti ſunt, converti ad Dominum: poteſt enim eos rurſum in admirabilem lucem ſuam adducere, qui hæc facit & immutat, prout utilius eſt.* Et inferius, quanto animi afficiatur angore pro hujuſmodi lapſis, iſta ſubdit: *Quare nimium propter ipſos aporior, donec rurſum formetur in iis per fidem Chriſtus. Unde pro ipſis indeſinenter diu noctuque cum lacrymis obſecrationem facio, ut ipſe qui propter nos in carne voluntarie paſſus eſt, rurſum eos virtute proprii & vivifici ſanguinis ad ſe ipſum & nos indiſſolubiliter per ſinceram concordiam uniat. Cognoſcens igitur, dilecte, hujuſmodi noſtrum de ipſis mœrorem, ne ceſſes per miſericordiam Dei continenter eos hortari, & propheticam iis quotidie decantare vocem, quæ dicit: (c) Numquid qui cadit non reſurget; & qui averſus eſt, non revertetur?* Et poſt nonnulla de ſpe qua erigi lapſi debeant, hæc adiicit:

(c) Hier. 8.

*Quapropter ſi virtuti gratiæ mentem obſequentem habebunt, & obedientem autem, ut perſuadeantur, & audiant vocem Domini, ut eum per veram confeſſionem cognoſcant; confirma unumquemque eorum in proprio ordine, ſcriptos libellos ipſis dantibus de Orthodoxa fide, ut fructum Deo ferant aliorum converſionem & meliorationem: atque ut multum fructum afferentes, majore a Deo honore digni habeantur. Hoc etiam omnino advertat charitas tua, in iis qui ab ipſa confirmantur, aut eliguntur, ne quo modo præter hæreſim quæ ab ipſis dato libello evacuatur, alia quædam peccata, notato canone, eorum impediant vel confirmationem vel electionem. Impoſſibile enim eſt ea contegere, vel prætermittere, quæ convenientem locum defenſionis non habent: ſed omnino in iis qui libenter peccant & amant peccare, denegare oportet eam veniam, quæ in hujuſmodi lapſibus ex diſpenſatione datur: ne & ipſi propter canonis contemptum amplius graventur, & nos in culpa ſimus, injuſte agendi eis licentiam permittentes. DEFENSORES ENIM DIVINORUM CANONUM ET CUSTODES SUMUS, NON PRÆVARICATORES. Quandoquidem prævaricationibus conjunctæ manifeſto retributiones ſunt.*





LXIII. Quando & cum quibus diſpenſandum.

*Cujus rei gratia hortamur canonem obſervari in iis qui præter mentem ac ſcientiam ſe ipſos elegerunt, vel electi ſunt* Epiſcopi ſcilicet *in Patriarchia beatæ memoriæ Sophronii* Hieroſolymorum Epiſcopi. *Qui ſane ante ipſius Patriarchiam, vel poſt deceſſum in Domino a quibuſdam non convenienter electi ſunt, propter anguſtiam (ut dictum eſt) temporis, vel quod ejus copia non eſſet, qui judicio adhibito, ſive juxta canones eligere deberet, vel permittere: tales, datis ſcriptis libellis, confirmari mandamus, nullatenus inde canoni præjudicio facto. Novit enim canon afflictorum temporum perſecutionibus veniam tribuere, in quibus contemptus non præceſſit, prævaricationem redarguens, ſed anguſtia magis & penuria, quæ propter neceſſitatem ex miſericordia cogit multam diligentiam prætermittere. Sed hæc de iſtis.* Ad cauſam vero Macedonii pſeudoepiſcopi Antiocheni ſtylum convertens, ſic pergit:

LXIV. De cauſa Macedonii pſeudo-epiſc. Antioch.

*Ejus vero qui falſo Epiſcopatus ſibi nomen affinxit, Macedonii dico, importunas litterarum minas, ſive proteſtationem fortiter deſpuito ut rabidi canis & temerarii latratum, auſcultans ei, qui dicit (a): Nolite timere opprobrium hominum, & contemptu eorum ne vincamini. Hunc enim Epiſcopum Catholica Eccleſia nullo modo novit, non ſolum quod is præter canones in externa regione ſine conſenſu & abſque ullo certo decreto hanc ſibi appellationem uſurpavit, ſed & quod conſentiat hæreticis, qui hæreſeos ſuæ appendicem ejus electionem per contemptum tumultuarie fecerunt: quemadmodum & Petri, qui ab iis nominatus eſt & aſſimulatus Epiſcopus Alexandriæ, ut per plures & aſcriptitias perſonas hæreſim ſuam munitiorem utique reddant: quam una cum ipſis in præſentiarum canonice hic & ſynodaliter anathematizavimus, Theodorum videlicet, &c.* Eoſdem ſcilicet, quos ſupra ſæpe nominatos audivimus in Synodalibus Actis, de quibus & iſta ſubdit:

(a) Iſa. 51.

LXV. Mittit acta Synodalia.

*Quæ ut cognoſcat tua in Domino ſpiritualis dilectio, ac per te omnes quæ iſtic ſunt Eccleſiæ Catholicæ: hæc ipſa a nobis hic ſynodaliter geſta ad conſtabiliendam * defendendamque Catholicam Eccleſiam, una cum Encycliis noſtris & Synodalibus litteris miſimus per presbyterum & Apocriſarium noſtrum Abbatem Theodorum, & monachos ſancti Theodoſii religioſiſſimæ manſionis Joannem, Stephanum, Leontium, qui hujuſmodi noſtræ Apoſtolicæ Synodo interfuerunt, & per gratiam Dei ipſo viſu didicerunt quæ inſecuta ſunt omnia & canonice definita. Quæ ipſe firmiter cuſtodiens, denuncia quoque omnibus qui iſtic ſunt, fidelibus populis, inviolabiliter tenere, ut propriarum ſalutem animarum. Quapropter teſtificor coram Deo & Jeſu Chriſto & electis Angelis, ut hæc cuſtodiens amoto omni præjudicio, nihilque placendi cauſa faciens, ſed ex pura conſcientia Evangelium gratiæ tradas omnibus, ſicut accepiſti & a ſanctis Patribus, & a nobis ipſis, qui ſynodaliter ſanctiones eorum confirmavimus. Ne igitur erubeſcas teſtimonium Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſed conforteris gratia ipſius: & quæ audiſti a nobis, per multos teſtes, ſive demonſtrationes ex Scripturis, & ex Patribus, ea commenda fidelibus hominibus.* Et poſt multa eodem argumento inculcata, ita finem imponit epiſtolæ:

* conſtituendam.



LXVI. Vigens Apoſtolica auctoritas in Martino.

*Ecce vero in auxilium, ut magno ſtudio ac ſine ullo impedimento charitas tua miniſterium impleat a noſtra Apoſtolica auctoritate tibi commiſſum, hortati ſumus Deo amabiles Epiſcopos, ipſum dico Theodorum Esbuntiorum & Antonium Bacathorum adeſſe in omnibus, ac pro viribus inſervire hujuſmodi ſpirituali voluntati tuæ, quibuſcum & Georgium dilectum presbyterum & Archimandritam, & Petrum Chriſti amantem, Adraenſem nempe, ac omnino, eos, qui in illis partibus fidem Dei, verumque zelum habent; quorum merces plurima erit apud Deum, cum vobis promptitudinem animi ſtudiique ſui præſtiterint in omni obedientia & gratiæ perfectione.* Hactenus epiſtola ſancti Martini ad Joannem Epiſcopum Philadelphiæ: ex qua ſatis perſpicue intueri potuiſti Romanæ Eccleſiæ ſuper omnes Eccleſias vigilantiam, auctoritatemque præcipuam, ſimul & ipſius Martini ſanctiſſimi Papæ in adminiſtranda univerſali Eccleſia robuſtæ mentis indefeſſum robur, dum paucos menſes in præfectura paſtorali agens, eo tunc Chriſtianum orbem ſalubri per epiſtolas & legationes aliaque ſcripta juvamine operoſe luſtravit, lapſos erigens, ſtantes confirmans, perfidos damnans, adverſantes redarguens, errantes admonens, forteſque conſolidans, conducens magnus paterfamilias operarios in vineam ſuam, quam (ut queritur) his temporibus ſingularis ferus depaſcebatur, impia gens Sarracenorum; & vulpes, hæretici ipſi, prorſus perdere laborabant. Sed proſequamur reliquas ejuſdem ſancti Pontificis anni hujus rei geſtas.

LXVII.

Dedit & alias litteras ad dictum Theodorum Epiſcopum, ut præſto eſſet Joanni Vicario Apoſtolicæ ſedis. Fuit hic unus ex lapſis Epiſcopis; ſed pœnitens, cum honore Epiſcopatus acceptus, ſuæ pro fide Catholica vigilantiæ haud mediocre ſpecimen ediderat. Epiſtola autem ſic ſe habet (b):

(b) Mart. ep. 6.

*Theodoro Epiſcopo Esbuntiorum, Martinus ſervus ſervorum Dei, ſanctæ ejus*

*Catholicæ & Apoſtolicæ Romanorum Eccleſiæ Epiſcopus.*

(a) Eccl. 4. *Eſt (a) confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. Tu igitur, religioſiſſime frater confuſionem vituperabilem culpans ſcripta tua ſecundum Deum ſatisfactione, gloriam tibi & gratiam acquiſiviſti: gloriam quidem, Orthodoxam de ipſo Domino ac Deo noſtro confeſſionem; gratiam vero, ſplendorem tuorum in virtute illuſtrium ſtudiorum: quibus non ſolum nobis innotuiſti in pietate perfectus, ſed & ipſi univerſorum Salvatori Chriſto, cum multa libertate placitus: ut in vobis Apoſtolicum illud de ſanctis dictum impleatur:* (b) Hebr. 11. *(b) Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, & adepti ſunt repromiſſiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum, ignis convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum. Viciſti enim, religioſiſſime frater, adverſarii diaboli malum regnum: juſtitiam in fidei confirmatione operatus es; cujus gratia adeptus repromiſſiones ſpiritus, hæreticorum ora tamquam leonum obturaſti, ac extinxiſti eorum impetum hæreſeos quaſi flammam ignis aſpiratione gratiæ; qua ita confortatus, imbecillitatem ſententiæ illorum deviciſti; fortis in bello contra eos ſuſcepto fuiſti, eorumque infirma adulterinorum dogmatum caſtra ſufficienter vertiſti, ac victor per proprium ſcriptum productus es ad victoriæ auctorem Salvatorem omnium Chriſtum, qui idcirco ſacerdotalem in te dignitatem Apoſtolica confirmavit auctoritate. Verum ne ceſſes laudationes ejus in gutture perpetuo habere, eique placitum ſacrificium offerre, rationabile obſequium tuum: ſic enim & ſupernæ gloriæ præſentia dignaberis, & cæleſtibus Chriſti muneribus imbueris.*

*Quæ autem ſynodaliter a nobis hic geſta ſunt ad confirmationem defenſionemque Eccleſiæ Catholicæ, id eſt, paternarum ejus ac Synodalium definitionum nuper miſimus ei qui a nobis Vicarius canonice deſignatus eſt, dilecto fratri noſtro & Epiſcopo Philadelphenſium civitatis: cui bene facitis aſſentientes, & omnes Orthodoxos una vobiſcum excitantes ad eorum articulorum implementum, qui ei pie commiſſi ſunt ad commendationem Eccleſiæ Catholicæ. Nam pro ea multa vobis in ſempiterno regno merces erit.* Hæc Martinus ad Theodorum poſtliminio ad Eccleſiam Catholicam ante reverſum. Ejuſdem conditionis fuit Antonius Epiſcopus Bacathorum, qui pariter lapſus & pœnitens reverſus libellum itidem Romam fidei Catholicæ ad ipſum miſerat: ad quem extat Martini epiſtola, (c) quæ ſic incipit: (c) Mart. ep. 7. *Decipi quidem & falli commune eſt, propriumque humanæ infirmitatis; at in melius commutari, ſolius opus eſt gratiæ, &c.*

LXVIII. (d) Marti. ep. 8. Scripſit (d) tunc pariter ad Georgium Archimandritam, patrem Orthodoxorum monachorum monaſterii S. Theodoſii, ex quo progreſſus erat Stephanus Dorenſis Epiſcopus, qui pro Eccleſia Hieroſolymitana bis eadem ex cauſa in Italia ad Romanum Pontificem legationis munere functus eſt. His inſuper adjecit alias litteras (e) ad Pantaleonem quemdam, (e) Mart. ep. 9. qui impedimento fuerat Stephano Epiſcopo Dorenſi, ne ſuſceptam vicem Apoſtolicæ ſedis libere exercere valuiſſet: eſt earum exordium: ſemper quidem omnis hominum vita, &c. Scripſit (f) & ad Petrum virum illuſtrem maximeque pium, (f) Mart. ep. 10. commendans dictum Joannem Philadelphiæ Epiſcopum Vicarium a ſe in Oriente inſtitutum ad reparandas paſtoribus deſtitutas Eccleſias ob barbarorum clades illatas.

LXIX. (g) Mart. ep. 11. Sed alias uberiores dedit hoc etiam anno litteras (g) ad eos omnes qui Hieroſolymitanæ & qui Antiochenæ Eccleſiæ ſubjacerent ſacerdotes, monachos, atque laicos, quos monet de facta Romæ in Concilio damnatione principum Monothelitarum hæreticorum, deque perperam facta ordinatione Macedonii Antiochiæ, & Petri Alexandriæ Epiſcoporum itidem hæreticorum, qui & abſque canonica ulla electione eaſdem Eccleſias primarias invaſerant: eoſdemque docet de legata vice Apoſtolicæ ſedis Joanni Epiſcopo Philadelphiæ ad creandos Epiſcopos & alios miniſtros Eccleſiaſticos Eccleſiis illis, quæ tum Hieroſolymitano tum etiam Antiocheno ſubditæ eſſent Patriarchis. Sunt quidem litteræ graves & tanto dignæ Pontifice, vereque in omnibus & doctrina & Spiritu Apoſtolicæ; ſed acerrimæ illæ, quas idem Summus Pontifex dedit ad Paulum Teſſalonicenſem Epiſcopum, cum eumdem in hæreſim lapſum, & alios in errorem inducentem, extra Catholicam communionem eſſe jubet, & ſede deponit: quod factum eſt ab ipſo Martino hoc anno, die prima Nov. indict. octavæ.

Cum

PAGIUS VIII. Ad num. LXIX. *Sanctus Martinus* Epiſtola XI. ad Eccleſiam Hieroſolymitanam & Antiochenam ſcripta nunciat, Monothelitarum hæreſim in Concilio fuiſſe damnatam, ordinationemque *Macedonii* Antiochiæ, & *Petri* Alexandriæ perperam eſſe factam. Ex quo intelligimus *Cyro Epiſcopo Alexandrino* Monothelitarum Patrono, quem *Heracleonas* Auguſtus anno DCXLI. in Sedem Alexandrinam reſtituit, ut ibidem oſtendi, anno incerto mortuo, *Petrum* eadem hæreſi infectum ſucceſſiſſe. An vero *Macedonius* ſubrogatus fuerit in locum *Anaſtaſii*, in obſcuro eſt; ſicuti & an idem *Anaſtaſius* Sedem Antiochenam occuparit, qua de re ſupra actum. *Petrus Alex. & Macedonius Antiochiæ Epiſcopi hæretici.*



LXX. Cum enim dictus Theſſalonicenſis Epiſcopus ad recens creatum Pontificem miſiſſet ex more Apocriſarios una cum fidei confeſſione; ea perlecta, & hæretica inventa, a Martino rejecta eſt, ſed excuſaverunt eum Apocriſarii, pollicitique ſunt ipſum eam accepturum fidei Catholicæ confeſſionem, quam ipſe Martinus miſiſſet: qua accepta, reverſi ſunt Theſſalonicam; ſed tantum abfuit ut infelix ille ſuum deteſtaretur errorem, & miſſam rectæ fidei confeſſionem integre profitendo ſuſciperet, ut ſecum in errorem traxerit ſuos Apocriſarios, inſuper & corruperit litteras Apoſtolicas, quibus Martinus ipſe rectæ fidei confeſſionem conſcripſit, ab iis quædam doloſe auferens, ut apparet ex his quæ tum ad eum, tum etiam ad Theſſalonicenſem Eccleſiam de ejus condemnatione conſcripſit. Sic igitur horum gratia eidem juſte Martinus infenſus, in eum iiſdem litteris ſcriptam damnationis ſententiam dicta die publice tulit: eſt earum exordium: (a) Mart. ep. 12. *(a) Dominus ac Deus noſter Jeſus Chriſtus &c.* In quibus multa præfatus de ſeveritate divinæ juſtitiæ, qua etiam per ignorantiam patrata peccata, vel per oblivionem illapſa in animam Deus punit, in ipſum invectus, quod non per ignorantiam aut oblivionem peccaverit, ſed prava animi affectione, ſubiicit iſta:

LXXI. De Pauli Theſſal. Epiſc. erratis. *Manifeſte enim ſecunda dogmatum tuorum tranſgreſſio, etiam primam voluntariam demonſtravit, & ex prava meditatione ſive ſenſu hæretico contra fidem a te factam fuiſſe, non ex involuntaria irreptione, aut corde non ficto. Nos igitur oportuit, creditum nobis onus Pontificalis miniſterii reputantes, id eſt, providæ animarum curæ atque diligentiæ, nullatenus morari ac differre, cum fides a te proderetur, ſed rigore canonis præciſe utentes, ex prima interpellatione ſcriptum tuum una cum eo qui ſcripſiſſet damnare; ne rationalibus Domini ovibus mortiferum doctrinæ tuæ porrigens gramen, eas tecum per malam fidem mortificares; privareſque æterna ſecundum Chriſtum vita, pro quibus ipſe animam ſuam poſuit bonus paſtor, & propter quas cælos inclinans, a Patris non diſcedens ſinu venit in terram, ut perditam recuperans ovem, propriis humeris ad ſuum ſecundum naturam Patrem humaniter referret, ac per viſcera miſericordiæ cæleſti gregi connumeraret. Sed per longanimitatem ſuſtinuimus, nec pœnam inflixImus, acceptis miſericorditer precibus Pithani Epiſcopi & Ignatii diaconi tuorum Apocriſariorum, qui maxime aſſeverarent & affirmarent, ejuſmodi litterarum involuntariam eſſe abreptionem, nec mentis ac certæ ſententiæ opus eſſe illam abſurditatem dogmatis tui: unde & dicebant, ſtatim ac ſine mora a pejori dogmate in melius mutationem in te fore, ſi te (juxta illorum poſtulatum) de eo amanter monuiſſemus; cujus rei cauſa nos hortati ſunt, ut tibi oſtenderemus, nos ea, in quibus lapſus es, notaſſe. Quod utique per Apocriſarios noſtros fecimus, rigorem canonis per charitatem omittentes, teque adhortantes, non tamen præcipientes omnino tamquam ſubjecto huic Apoſtolicæ ſedi, ut huc venires, teque canonice expurgares de his quæ initio creationis tuæ non pie docuiſti.*

LXXII. (b) Hiere. 51. *Sed curavimus (inquit Hieremias b) Babylonem, & non eſt ſanata: quoniam pervenit uſque ad cælos judicium ejus. Non ſolum enim ipſe incorrectus manſiſti, ſed memoratos Apocriſarios noſtros decepiſti,* Apocriſarii Apoſt. ſedis decepti a Paulo Theſſ. *idque erga eos feciſti, quod aſtutus ſerpens fecit adverſus Adam, deſertorem una ſecum eum conſtituens, qui a Domino mandatum acceperat. Tu enim ſimili modo, ut ſerpens, eos induxiſti ac perſuaſiſti, ut extenderent manum, ac pro eo ut caperent de ſcripto noſtro ad te in modum formulæ miſſo non malum quemdam ac promiſcuum guſtum, ut illic, id eſt, de ligno tranſgreſſionis, ſed piam & ſinceram ſanctorum Patrum confeſſionem: hanc enim pie ei ſcripto inſeruimus ad animæ tuæ correctionem; tu eam a te repuliſti, proque ea adulterine ſubjeciſti abſurditatis tuæ doctrinam, quo manum adiicerent, quæ omnino tibi non profuerunt: tametſi viſus es eos irretire multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxiſti eos; at illi levitate elati ſecuti ſunt, neſcientes animæ ſuæ periculum adire, quod iis fraudulenter ſtruxeras. Verba enim fraudulentorum mollia, & feriunt intima viſcerum. Nec audiviſti dicentem (c): Qui fodit foveam proximo,* (c) Prov. 26. *incidet in eam; & qui volvit lapidem, in ſe ipſum volvit; lingua enim mendax odit veritatem, os vero incuſtoditum facit ruinas. Quomodo igitur cum hæc perpetraris in ipſos, & in exemplum formulæ perſcriptum a nobis, & per ipſos ad te miſſum hortatu (ut dictum eſt) tuorum Apocriſariorum, conſtituiſti ad nos ſcribere, te ipſum decipiens, non nobis obrepens?*

LXXIII. *Idcirco certiores facimus Patres, qui ubique terrarum ſunt, quod ea quæ viſa ſunt, ad effectum perducentes, omni ſtudio expoſuimus noſtram in Domino fidem. Sed audi quid Princeps Apoſtolorum ad eum dicat, qui veritatem erat fruſtratus:* (d) Act. 5. *(d) Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto? Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Ac ſimile aliquid feciſti ei, qui per Samuelem prophetam audivit a Domino (e):* (e) 1. Reg. 15. *Hoc dicit Dominus exercituum: Recenſui quæcumque fecit Amalec Iſraeli.* Et infra: *Pro eo ergo quod abjeciſti ſermonem Domini,*

ni,

*ni, abjecit te Dominus, ne ſis Rex. Dixitque Saul ad Samuelem: Peccavi, quia prævaricatus ſum ſermonem Domini & verba tua. At tu ejus quidem tranſgreſſionem imitatus es, confeſſionem vero tranſgreſſionis non es æmulatus, nec dixiſti, Peccavi: cum mutaveris Domini fidem, & deceperis noſtros Apocriſarios. Super quo tibi propitius eſſe potero? Numquid (a) ſuper his non viſitabo, dicit Dominus, & in gente tali non ulciſcetur anima mea? Quamobrem hos quidem in cinere & ſacco & afflictione animæ & corporum & lacrymis pœnitentiæ opprobrium ipſis a te illatum expurgare juſſimus, quod non ſolum Apoſtolicam contempſerint poteſtatem, ſed etiam ſapientem non audierint parabolam, quæ dicit (b): Quando ſubmiſerit inimicus vocem ſuam, ne credideris ei: quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius.*

(a) Hier. 5.

(b) Prov. 26.

LXXIV. *Te vero una cum hæreticis tuis literis, id eſt, literis Synodalibus, quæ & prius & nunc a te ad nos miſſæ ſunt, ſententia anathematis damnavimus, ex eo die qui ſcriptus a nobis ac definitus eſt, nempe a die prima præſentis menſis Novembris, Indictionis octavæ, qua die miſſas a te lubricas litteras accepimus, & condemnavimus; quoad ea quæ ſynodaliter a te geſta ſunt, quæque prius & quæ nunc tu cum omnibus, qui quomodocumque vel ſcripto vel ſine ſcripto iis patrocinantur, aut ea defendunt, nobis conſentiendo, damnetis & anathematizetis ut hæretica & vana. Primum quidem propter inhærentem in iis abſurditatem reprehenſibilium duodecim tuorum capitum, quæ tibi ſcripto nota feci, ut inexcuſabilis ſis, ſi emendationem recuſes. Deinde quod pium ſermonem irritum facere in illis auſus es, impium vero dogma confirmare: qui hoc ſuſtuleris, &c.* Quod per naturam voluntas & operatio ſalutis noſtræ ſit in Domino noſtro Jeſu Chriſto. ſecundum utramque earum, ex quibus & in quibus eſt naturarum. *In quo propter ſublatas ejuſmodi pias voces, ſine voluntate ac ſine operatione, quinimmo ſine ſubſtantia ac ſine exiſtentia in utraque natura eum eſſe aſtruxiſti: quod enim eſt expers omnis ſubſtantialis voluntatis atque operationis deſtituitur etiam ab omni ſubſtantiali exiſtentia. Qui præterea ſuſtuleris in præfato tuo ſecundo Synodali & hoc,* Omnia anathematizare quæcumque anathematizamus: *ut per hoc non ſolum eos etiam quos anathematizamus, nempe ipſas impiorum hæreticorum perſonas, anathematizare recuſes (nam ſi dogmata a te non anathematizentur, perſpicuum eſt te ne perſonas quidem nefariorum hæreticorum anathematizare; ſiquidem hæreſeos ipſorum cauſa, non cauſa naturæ eos anathematizamus) ſed ut etiam omnem omnium errorem Paganorum, Judæorum, hæreticorum in te confirmes. Si enim omnia omnium horum dogmata condemnamus, ut contraria & inimica veritati: tu vero omnia una nobiſcum voce non anathematizas, quæ anathematizamus; conſequens eſt, te horum omnium errorem confirmaſſe, qui a nobis ſive ab Eccleſia Catholica anathematizatur.*

In quibus corruperit litteras Apoſtolicas Paulus.

LXXV. *Qui igitur iſta feciſti adverſus Catholicam fidem, Neglexiſti me (dicit Dominus) & oblitus es fœderis mei dicentis: Non transgredieris de omnibus ſermonibus, quos ego præcipio tibi hodie, dextra, aut ſiniſtra, ut eas poſt deos alios, ut colas eos:* Et poſt aliqua: *Quapropter cognoſcens cognoſces (quemadmodum diximus) quod depoſitus ſis ab omni ſacerdotali dignitate & in miniſterio in ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia: quoad ſine ulla prætermiſſione, omnia quæ a nobis hic ſynodaliter ſancita ſunt ac definita, ad commendationem & confirmationem Catholicæ Eccleſiæ, videlicet dictorum ſanctorum Patrum & univerſalium quinque Synodorum, ſcripto confirmes, & nobiſcum confitearis in uno ſancto & conſubſtantialis & adorandæ Trinitatis Deo Verbo &c.* Quæ ſunt ſuperius repetita fidei Catholicæ ſacra dogmata de duabus voluntatibus & operationibus una ſimul cum damnatione damnatorum in Romana Synodo hæreticorum, & editorum per Imperatorem de fide ſcriptorum. Et in fine iſta:

Quæ implere debeat ut recipiatur.

LXXVI. *Tantum cognoſce iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum impie egiſti, & effudiſti vias tuas ad alienos fidei, voci autem meæ non obediſti, dicit Dominus. Nam cognitio rerum tuarum conciliabit ibi celerem in iis correctionem, maxime, ſi una cum proprio dogmatis errore corrigas etiam quod in ſacros canones peccaſti: eos enim irritos facere auſus es, qui te ipſum per proprias litteras non confeſſus ſis ut ſubditum huic Apoſtolicæ ſedi Vicarium.* Dictum eſt ſuperius ſæpe, Epiſcopos Theſſalonicenſes fuiſſe Vicarios Apoſtolicæ ſedis. Ac demum: *Qui igitur*, inquit, *in utroque lapſus es, utrique ſtudeto convenienter mederi: non enim aliter habebis perfectam a nobis veniam, niſi in utroque nobis correctionem tuam exhibeas.* Hactenus Martinus Papa ad Paulum Theſſalonicenſem Epiſcopum. Dedit vero & alias litteras eodem argumento conſcriptas ad Theſſalonicenſem Eccleſiam de damnatione ejuſdem Pauli ipſorum Epiſcopi, quarum eſt exordium: (c) *Univerſitatis opifex Dominus noſter Jeſus Chriſtus, &c.* Ubi fuſius recenſitis ejuſdem damnationis cauſis, ad poſtremum hæc habet:

Damnatio de abjecto Vicarii nomine.

(c) Mart. ep. 13.

LXXVII. *Quocirca & vos, cariſſimi, hujuſmodi noſtram pro vobis ſcientes ſolicitudinem,*

& e-



*& edocti diligenter a divinitus inſpiratis Scripturis (a), quod nulla eſt participatio juſtitiæ cum iniquitate, nec ſocietas lucis ad tenebras, nec conventio Chriſti ad Belial, nec pars fideli cum infidelibus, neque conſenſus Orthodoxorum cum hæreticis: omni cuſtodia cuſtodite cor veſtrum, nullam participationem habentes, nec ſocietatem, nec conſenſionem, nec connexionem cum hujuſmodi homine: ac ne ulla ratione aſſentiamini ejus doctrinæ: ſed aſſidue permanentes in ſanctiſſima noſtra fide, ſervite Deo in conſcientia pura: Synaxis autem miniſterium perficiant vobis qui ibi ſunt presbyteri & diaconi, qui diligenter & acceptabiliter rectam Catholicæ Eccleſiæ nobiſcum doctrinam ſuſcipiunt, quæ nuper ad vos a nobis ſcripta eſt: & abiicientes omnem hæreſim ac novitatem, quæ ab Apoſtolica prædicatione condemnatur; quouſque (ut dictum eſt) ille ſua corrigat, aut alius pro illo canonice eligatur paſtor bonus ac verus, quique animam pro ovibus ponat, imitatione principis paſtorum Chriſti, in loco paſcuæ vos collocans, & ſuper aquam refectionis educans. Ipſe autem, qui nos vobiſcum confirmat in diviniſſima ejus confeſſione, quique unxit nos ac ſignavit, deditque arrhabonem ſpiritus in cordibus noſtris, ſanctificet vos perfecte, ſpiritumque veſtrum & animam & corpus integra atque irreprehenſibilia cuſtodiat, recepturos in ſæcula ſæculorum quæ repromiſit diligentibus eum. Amen.* Hæc ad Theſſalonicenſes Martinus.

(a) 2. Cor. 6.

Scribit ad Theſſalonicenſes de Pauli damnatione.

LXXVIII. Hic jam finis rerum ab eo geſtarum præſentis anni: quibus plane declaravit, non imminui vigorem & robur Apoſtolicæ ſedis, licet Principum & collegarum deſtituatur auxilio majorum Antiſtitum; Immo eo magis corroborari, augerique quo minus humanis appareat fulta præſidiis, utpote quæ non humanis, ſed divinis noſcatur regi ac gubernari conſiliis, atque fulciri ſubſidiis. Vides enim (quod ſæpe ob oculos conſiderandum proponimus) præſentis temporis Eccleſiæ ſtatum, pati eam perſecutionem in Oriente & Africa atque in inſulis a Sarracenis, direque vexatam. Intueris pariter fidem Catholicam ab Imperatoribus Orientis æque duram pati preſſuram, eorumque auctoritate & potentia inſultare perverſos hæreticos. Conſpicis itidem quatuor præcipuas ſedes Patriarchales ab hæreticis invaſas, Paulum hæreticum præſidere Conſtantinopoli, Petrum Alexandriæ, & Macedonium Antiochiæ, æque hæreticos earumdem ſedium invaſores, titulo Epiſcopi, uſurpato in eos intruſos degere: contemplaris & carentem Antiſtite Hieroſolymam ab hæreticis labefactatam, ita ferente infelici temporum conditione; paucos vero reliquos remanſiſſe Catholicos, eoſdemque perſecutione vexatos: ſed quod ſupremum omnium malorum exiſtimari debuit, vides & ipſum Romanum Pontificem quæſitum ad necem, ſub gladio Exarchi, niſi Dominus ſuppoſuiſſet manum ſuam, periclitantem.

LXXIX. Sed in his omnibus tantum abfuit ut Martinus animum deſponderet, ut magis magiſque (ut vidiſti) erigeretur, ſpirituſque majores ſumeret; cum alioqui non ignoraret, quæ ſibi ab Imperatore hæretico inſtigatione ejus lateri inhærentium jugiter hæreticorum pararentur; utpote qui functus (ut dictum eſt) munere Apoſtolicæ ſedis Apocriſarii Conſtantinopoli optime noſſet ingenia hominum, & audaciam hæreticorum, jamque futurorum malorum præludia ſatis ſuperque in Olympio percepiſſet. His, inquam, forti animo Martinus contemptis, nihil veritus quæcumque imminerent ingentia undique pericula, non defuit officio, nec ceſſit vel latum unguem adverſariis in ipſum (ut in Stephanum Judæi) dentibus ſtridentibus, cum præſertim (quod magis mireris) idem Martinus gravi corporis infirmitate eodem tempore teneretur: etenim morbo laboraſſe a menſe Octobri anni hujus uſque ad tempus quo ab Urbe ejectus eſt, idem ipſe teſtatur in epiſtola ad Eliterum (b). Quæ autem poſt hæc adverſus eum geſta ſint per hæreticum Imperatorem, uſum ad mala omnia Theodoro Calliopa atque hæretico miſſo Exarcho in Italiam poſt ſublatum morte hoc anno Olympium, anno ſequenti dicturi ſumus.

Martini Papæ infractum animi robur.

(b) Mart. ep. 15.

LXXX. Hoc eodem anno, qui ultimus cenſetur Chindaſuindi Regis Hiſpaniarum, cum idem ſanctus Martinus Romanus Pontifex ſedere cœpiſſet, contigiſſe fertur revelatio divinitus facta librorum Moralium S. Gregorii Papæ: deſcribemus eam totidem verbis, quibus eſſe conſcripta reperitur: quam ſi præ vetuſtate pannis obſitam invenies, ne horreſcas, ſed illis exutis, nudum ſenſum veritatis can-

do-

PAGIUS IX. *Olympius Exarcha hoc anno mortuus non eſt.*

Ad num. LXXIX. Quia *Theodorus Calliopæ*, qui jam Exarcha Italiæ per breve tempus fuerat, excepit *Olympium*, & Sanctus Martinus in Epiſtola XV. aſſerit, *Calliopam* miſſum eſſe cum Ravennatenſi exercitu ad ſe comprehendendum, Baronius, qui autumavit, eam Epiſtolam anno ſequenti ſcriptam eſſe, interitum *Olympii Exarchæ* hoc anno conſignavit. Verum eo anno tantum DCLIII. data, ut anno ſequenti videbimus, ideoque *Olympii* Præfectura uſque ad illum circiter annum extendenda; eo magis quo veroſimile non eſt *Olympium*, qui menſe Octobri hujus anni Romam Conſtantinopoli venit, & poſtea cum exercitu in Siciliam adverſus Saracenos profectus eſt, ut tradit Anaſtaſius, nequidem anno ſequenti mortuum eſſe.

Ad

dore & ſimplicitatem nitentem conſidera, utpote cui merito ſcriptores omnes Hiſpaniarum res proſecuti abſque controverſia ulla ſubſcribant: ſic enim ſe habet (*a*):

(*a*) *Extat apud Concil. Tolet. 7. in fin.*

LXXXI. Pars librorum moralium divinitus revelata. *Hic* Rex Chindaſuindus *Tajonem Cæſarauguſtanum Epiſcopum ordinis litteraturæ ſatis imbutum, & amicum Scripturarum, Romam ad ſuam petitionem pro reſiduis libris Moralium navaliter porrigit deſtinatum. Qui dum a Papa Romenſe de die in diem differretur in longum, quaſi in archivo Romanæ Eccleſiæ præ multitudine quæſitum facile nequaquam reperirent libellum: Dominum, pernoctans, & ejus miſericordiam, ad veſtigia beati Petri Apoſtolorum principis, depoſcens: ei ſcrinium, in quo tegebatur, ab Angelo manet oſtenſum. Quo mox ſe Papa ut prævidit reprehenſum, cum nimia veneratione ei adjutoria tribuit ad conſcribendum, & Hiſpanis eum tranſmiſit ad relegendum quia hoc ſolum ex beati Job libris expoſitum retentabant, quod per beatum Leandrum Hiſpalenſem Epiſcopum fuerat advectum, & olim honorifice deportatum.*

*Requiſitus vero & conjuratus eſt Tajo Epiſcopus a Martino Primo Papa Romano, quomodo ei tam veridice fuiſſet librorum illorum locus oſtenſus: hoc illi poſt nimiam deprecationem cum nimia alacritate eſt faſſus: Quod quadam nocte ſe ab oſtiariis eccleſiæ B. Petri Apoſtoli expetiit eſſe excubium. Atque ubi hoc reperit impetratum, noctis medio, cum ſe nimiis lamentis ante B. Petri Apoſtoli loculum faceret cernuum, luce cælitus emiſſa, ita ab inenarrabili lumine tota eccleſia extitit perluſtrata, ut nec modicum quidem lucerent eccleſiæ candelabra, ſimulque cum ipſo lumine una cum vocibus pſallentium & lampadibus relampantium introire ſanctorum agmina. Deinde ubi horrore nimio extitit territus, oratione ab eis completa, paulatim ex illa ſanctorum curia duo dealbati ſenes egreſſum in ea parte, qua Epiſcopus in oratione degebat, cœperunt dare præpendulum. At ubi eum repererunt pene jam mortuum, dulciter ſalutatum reduxerunt ad proprium ſenſum. Cumque ab eis interrogaretur, quam ob cauſam tam grande extaret faſtidium*, vel quis ab Occidente properans tam longum petierit navigerium: hoc & hoc ab eo quaſi inſcii relatum auſcultant operæ pretium. Tum illi multis eloquiis conſolato, opportunum ubi ipſi libri latebant, oſtenderunt loculum.*

* faſtigium.

LXXXII. *Igitur ſancti illi, quæ eſſet ſanctorum illa caterva eos tam claro cum lumine concomitantium, reſponderunt dicentes: Petrum eſſe Chriſti Apoſtolum, ſimulque & Paulum invicem ſe manu tenentes, cum omnibus ſucceſſoribus Eccleſiæ in illo loco requieſcentibus. Porro ubi & ipſi requiſiti fuerunt, qui domini eſſent qui cum eo tam mirabile habebant colloquium: unus ex illis reſpondit, ſe eſſe Gregorium, cujus & ipſe deſiderabat cernere librum, & ideo advenire, ut ejus admuneraretur tam vaſtum faſtidium, & auctum redderet longiſſimum deſiderium. Tunc interrogatus ſi tandem in illa ſancta multitudine adeſſet ſapiens Auguſtinus, eo quod ita libros ejus, ſicut & ipſius ſancti Gregorii ſemper ab ipſis cunabulis amaret legere: ſatis providus hoc ſolummodo reſpondiſſe refertur: Vir ille clariſſimus & omnium expectatione gratiſſimus Auguſtinus, quem quæris, alius * a nobis eum continet locus.* Quod enim nonniſi qui in ea baſilica ſancti ſepulti eſſent, eidem dicantur apparuiſſe, de Auguſtino videtur eſſe reſponſum alio eum loco detentum: ſicque corrigendum, quod habetur, altiori eum loco detentum: alioqui quomodo verum dici potuit Auguſtinum eminentiori loco in cœlo poſitum, cum ipſi Apoſtolorum principes & alii complures martyres pontifices in eadem ſepulti Eccleſia ea tunc viſione apparuerint? Sed pergit auctor: *Certe ubi ad eorum pedes cœpit proruere, unicus ab oculis ejus, oſtiariis & ipſis territis, ſimul cum luce evanuit vir ille ſanctiſſimus. Unde & ab eo die a cunctis in eadem Apoſtolorum ſede venerabilis Tajo extitit glorioſus, qui antea deſpicabatur ut ignavus.* Hactenus ſcriptio, quam recenſitam habes in appendice ad ſeptimam Synodum Toletanam.

* altior.



PAGIUS X. *Inventio Librorum Moralium S. Gregorii.* Ad num. LXXXI. & ſeqq. In Appendice Concilii Toletani VII. anno, ut creditur, DCXLVI. celebrati, ab Auctore Anonymo conſcripta legitur, *Chintaſuintum* Hiſpaniarum Regem in Toletana Urbe Synodale Decretum triginta Epiſcoporum *Anno Regni ſui quinto* cogendum indixiſſe, & *Taonem* Cæſarauguſtanum Epiſcopum Romam miſiſſe ad obtinendos a Pontifice Romano Libros Moralium Sancti Gregorii Magni, qui in Hiſpaniis non reperiebantur. Cumque a Summo Pontifice de die in diem differretur, quaſi in Bibliotheca non poſſent reperiri, pius Epiſcopus, ut ibidem legitur, in Baſilica SS. Petri & Pauli noctem unam in Orationibus traduxit inſomnem, ac circa medium noctis eorumdem Apoſtolorum viſione locus, in quo Libri illi deliteſcebant, ei revelatus eſt. Requiſitus *Taio* a *Martino* primo, quomodo locus ille eidem fuiſſet oſtenſus, eam revelationem ei declaravit. Verum *Chintaſuintus* ante Pontificatum Sancti Martini *Receſuintum* filium in totius Regni conſortium adſcivit, ideoque ante præſentem annum, quo jam Receſuintus regnabat, Libri Moralium Sancti Gregorii inventi, ſi id anno quinto *Chintaſuinti* contigit. Hinc in omnibus editionibus eorundem Librorum ea quidem res narratur expreſſo Chintaſuinti, ſed Pontificis Romani ſuppreſſo nomine. Vaſæus in Chro-



LXXXIII. Sed quinam erant libri illi quos in Hiſpania deſiderari adeo dolebat Cæſarauguſtanus Epiſcopus? ex epiſtola eiuſdem ſancti Gregorii ad Leandrum poſſumus intelligere: ubi hæc leguntur (*a*): *Quia longo terrarum ſpatio disjunctum te videre nequeo: unum quod mihi de te dictavit charitas, fecit ut librum regulæ paſtoralis, quem in Epiſcopatus mei exordio ſcripſi, & libros quos in expoſitionem beati Job jamdudum me feciſſe cognoviſti, ſanctitati tuæ cum communi filio Probino presbytero veniente tranſmitterem. Et tuæ quidem charitati in eo opere tertiæ & quartæ partis codices non tranſmiſi: quia eos ſolummodo invenio, quos ex eiſdem partibus codices jam monaſteriis dedi. Hos itaque ſanctitas tua ſtudioſe percurrat, &c.* Sic igitur vides caruiſſe Hiſpanos prima & ſecunda parte moralium: nec mirum, haud facile eos libros a Martino Pontifice inveniri potuiſſe, qui neque ipſi Gregorio adeo facile præ manibus eſſent, ut eos mitterent ad Leandrum, ad quem ipſum integrum inſcripſiſſet opus: nec alias partes ejuſdem operis reperiret, niſi eas, quas (ut ait) monaſteriis tradidiſſet.

(*a*) *Greg. lib. 4. ep. 46. Indict. 13.*

LXXXIV. Corrigendus eſt Rodericus (*b*) Toletanus, dum ait, negligentia Hiſpanorum deperditam eſſe illam partem librorum Moralium, pro qua invenienda ſuſcepit profectionem Romam Tajo Cæſarauguſtanus Epiſcopus. Sed in eo nec in nobis arridet, dum ait, a Concilio ſeptimo Toletano ejuſmodi Romam eſſe decretam legationem: ſiquidem dictum Concilium contigit celebrari ante biennium, anno nimirum Domini ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto, quo tempore necdum Tajonem puto creatum adhuc fuiſſe Cæſarauguſtanum Epiſcopum, qui ultimo pene loco ut junior reperitur ſubſcriptus octavo Concilio Toletano. Sed & illud in hiſtorico Ambroſio miratus ſum, id dicere accidiſſe ſub Theodoro Romano Pontifice, cum ſcriptio illa a Garzia viro accuratiſſimo fideliſſime reddita, ſub Martino Papa id accidiſſe teſtetur.

(*b*) *Rode. Tolet. de rebus Hiſp. l. 2. c. 20.*



LXXXV. De Chindaſuindo Rege Hiſpan. De eodem autem Rege Chindaſuindo tradunt, eum, ubi rexiſſet annos ſex & menſex octo, ceſſiſſe regnum filio. Hæc inſuper habet de eo Rodericus Toletanus: *Iſte a Romano Pontifice obtinuit privilegium, ut ſecundum beneplacitum Pontificum Hiſpanorum primaria dignitas eſſet Toleti, ſicut fuerat ab antiquo; & per multas Synodos cum Epiſcopis celebratas Eccleſiam erudivit. Hujus tempore ab omni perturbatione Hiſpania conquievit, adeo ut nullus in ea infidelis reperiretur, vel qui arma ſumeret rebellandi. Libros ſanctorum Patrum diligenter fecit perquiri, & inſtituta beati Iſidori firmiter obſervari. Hic perfidum Teodiſcum Hiſpalenſem Epiſcopum Synodali ſententia in exilium miſit, & dignitatem primariam, quam ab antiquo habuerat, totius approbatione Concilii Toletanæ Eccleſiæ confirmavit.* Hæc ipſe.

Eluxit præterea ejuſdem Regis munificentia in monaſteriis luocupletandis, ut patet ex veteri memoria donationis ab eo factæ monaſterio Complutenſi, quod una cum aliis S. Fructuoſus Abbas his diebus erexit, qui nobilis genere egregia ſanctitate illuſtravit Hiſpanias.

LXXXVI. Extat ejuſdem Regis memoria dignum epitaphium ſepulcro Recivergæ Reginæ conjugis inſcriptum his verſibus (*c*):

*Si dare pro morte gemmas licuiſſet & aurum,*
*Nulla mihi poterant Regum diſſolvere vitam.*

(*c*) *Recit. Ambroſ. Moral. hiſt. Hiſpan l. 11. c. 28.*



PAGIUS Chronico affirmat, id accidiſſe Theodoro vel Martino Eccleſiam Romanam gubernante, & Rodericus lib. 2. cap. 20. nomen Pontificis Romani etiam tacet. Denique Mariana lib. 6. cap. 8. aſſerit, famam eſſe, & antiqua Monumenta declarare, Chintaſuintum *ad Theodorum Romanum Pontificem ablegaſſe Taium Epiſcopum Cæſarauguſtanum*, ut Gregorii Magni Moralia conquireret, quod & Ambroſius Morales a Baronio laudatus habet.

XI. *Incertum ſub quo Pontifice Romano.* Ex his colligo primo, hujus Legationis relationem aliquot ſæcula, poſtquam peracta eſt, literis mandatam fuiſſe; cum in laudata Appendice dicatur id contigiſſe, Martino Romanam Eccleſiam regente, in Monimentis vero a Roderico, Vaſæo, & Mariana lectis, Pontificis Romani nomen non exprimatur, indeque recte Vaſæus, Morales, & Mariana non ſub Martino, ſed ſub Theodoro hanc Legationem obitam cenſuerunt. Secundo, hanc Legationem decretam eſſe in VII. Concilio Toletano, quia illud vulgo dicitur *Concilium triginta Epiſcoporum* modo ſcilicet loquendi rotundo ac perfecto. Eidem enim Epiſcopi tantum XXVIII. interfuere. Unde in Annalibus Eccleſiaſt. hæc Legatio debet immediate recitari poſt Concilium VII. Toletanum. Tertio, ad hanc Legationem obeundam *Taionem*, qui eidem Concilio non interfuit, cæteris Epiſcopis prælatum fuiſſe, quia, ut in citata Appendice habetur, erat *ordinis literatura ſatis imbutus & amicus Scripturarum*, & tam *libros* Divi Auguſtini, quam & *ipſius Sancti Gregorii ſemper ab ipſis incunabulis* amaverat *legere*, quod perſpicuum eſt, inquit Mabillonius Tomo 2. Veterum Analect. pag. 75. ex quinque libris Sententiarum, quorum maximam partem ex meris Gregorii centonibus *Taio* conflavit, ſupplemento ex Auguſtini libris petito. Quæ de rebus Theologicis ſententiarum Collectio facta ex Patribus prima videtur, ad cujus fere exemplum *Petrus Lombardus*, aliique alias condiderunt. Hanc Collectionem ait Mabillonius ſe inveniſſe in egregio Codice Bibliothecæ Thuaneæ ante annos DCCC. deſcripto, ex quo Præfationem *Taionis* ad *Quiricum* Barcinonenſem Antiſtitem, *in quinque libros Sententiarum a ſe collectos, ex Operibus Sancti Gregorii Papæ* retulit, cum reſponſione *Quirici*, cui *Taio* libros illos nun-

*Sed quia ſors una cuncta mortalia quaſſat,*
*Nec præmium redimit Reges, nec fletus egentes:*
*Hinc ego te, conjux, quia vincere fata nequivi*
*Funere perfunctam Sanctis commendo tuendam:*
*Ut cum flamma vorax veniet comburere terras,*
*Cœtibus ipſorum merito ſociata reſurgas.*
*Et nunc cara mihi jam Reciverga valeto:*
*Quodque paro feretrum Rex Cindus Suinthus, amato.*
*Junge defleta * Reſtat & dicere ſummam* *
*Qua tenuit vitam, ſimul & connubia noſtra.*
*Fœdera conjugii ſeptem fere duxit in annis,*
*Undecies binis ævum cum menſibus octo.*

Defuncto autem hoc anno (ut dictum eſt) ipſo Rege, in locum ejus ſucceſſit Reccesuinthus, de quo ſæpe inferius ſermo erit.

Quin-

PAGIUS nuncupavit, quibus editio Operum Divi Gregori Magni impoſterum augeri poterit.

XII. *Chindaſuintus filium Receſuintum conſortem Regni facit.* Cæterum *Chindaſuintus* Regnum, quod per vim occupaverat, familiæ ſuæ hæreditarium facere ſatagens, filium *Flavium Receeſuintum* Imperii conſortem declaravit, & quidem hoc anno, non vero ſuperiori, quo Mariana & Lucas Tudenſis initium ejus collocant. Diem ejus inaugurationis eruo ex Juliano Toletano, qui in Vita Sancti Ildefonſi Epiſcopi Toletani de eo ſcribit: *Expleto octavo decimo prædicti Principis* (ſcilicet Reccesuinti) *anno, ſequenti die X. Kal. Februarii domicilio carnis exuitur.* Quare *Receeſuintus* die vigeſima ſecunda menſis Januarii, qui ſacer eſt in Hiſpania Divo Vincentio Martyri, Regnum iniit, dieque XXIII. ejuſdem menſis Sanctus *Ildefonſus* vitam cum morte commutavit. Ut enim ſupra obſervavimus idem dies, quo aliquis Imperator vel Rex dictus fuerat, vertentibus ſingulis annis cenſebatur primus & ultimus cujuſlibet anni Imperatoris vel Regis, quia terminus erat præcedentis & initium ſubſequentis. Vixit poſtea *Chindaſuintus* annos tres & aliquot menſes, ſed *Receeſuinti* tantum mentio facta eſt, quod ob præcipitem atque affectam patris ætatem ſolus ipſe rerum potiretur, & Rempublicam univerſam pro voluntate gubernaret, inquit Mariana citatus.

Hoc anno mortuus eſt Sanctus *Bavo* ut anno DCXXXI. oſtendi.



I. QUinquageſimus ſupra ſexcenteſimum adeſt Domini annus, octava Indictione cœpta menſe Septembri anni ſuperioris: quo S. Martinus Romanus Pontifex, jubente Conſtante Imperatore hæretico, per Theodorum Calliopam Exarchum abſtractus tyrannice a Pontificia ſede, vinctus mittitur in Orientem.

Sed antequam ab Urbe diſceſſum ejuſdem ſancti Pontificis narratione proſequamur, temporis ratio admonet, ut quæ ante ab eo Romæ ſunt geſta, narremus. Habent Acta (*a*) S. Landolini Cameracenſis Eccleſiæ presbyteri ordinati a S. Authberto ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, ipſum, cum jam tertio profectus eſſet Romam ad limina ſanctorum Apoſtolorum, ab eodem S. Martino Pontifice munus prædicationis ſuſcepiſſe, acceptumque talentum bene impendiſſe, claruiſſeque miraculis, multaque monaſteria erexiſſe, favente ipſi ſua munificentia Clodoveo Francorum Rege, ut pluribus eadem Acta ſignificant. Sed & ſanctum Amandum Epiſcopum Leodienſem, pariter Romam venientem, benigne a ſe ſuſceptum idem Pontifex Martinus prædicationi Evangelicæ ad Gentes mancipavit, additis ad miniſterium ſociis Landoaldo Archipresbytero, & Amantio diacono; qui Apoſtolica auctoritate pollens, fructus uberes ex Gentium converſione collegit, ut S. Bavonis Acta (*b*) ſignificant. Habentur hæc etiam expreſſa in Actis (*c*) S. Landoaldi ipſius, qui a S. Martino Papa datus eſt illi comes.

(*a*) *Apud Sur. die 15. Jun. tom. 3.*
Landolinus, Amandus & Socii a S. Martino Apoſtolatum accipiunt.
(*b*) *Apud Sur. die 1. Octob. tom. 5.*
(*c*) *Apud Sur. die 29. Martii.*

II. *A Rom. Pont. directi prædicatores ad gentes.* Porro neminem aggredi ad Gentes prædicationem conſueviſſe, niſi a Romano Pontifice miſſus eſſet: præter exempla plurima, etiam vetus docet monumentum in Actis ſancti Valentini tabula plumbea expreſſum, inventa illa juxta corpus ejuſdem ſancti Valentini Epiſcopi Potavionis in Noricis in hunc modum: *Venit ab Oceano vir humilis, Valentinus*



no-

PAGIUS SÆC. VII

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6143.

☉ 15. C. ☽ 5. P. 29. Mar. Indict. 8.

JESU CHRISTI 650.

MARTINI PAPÆ 2.

CONSTANTIS IMP. 10.

Anno Eræ Hiſpan. DCLXXXVIII. Anno Hegiræ XXX. inchoato die 3. Septemb. fer. 6. A. C. 650.

I. *Poſtconſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *IX. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. VII.*

II. *Floret S. Landelinus.* Ad num. I. ad IV. Mentionem facit Baronius aliquorum Sanctorum, qui Martino Romæ ſedente in Urbem venere, de quibus hic nobis agendum. Et primo quidem de *Sancto Landelino* primo Abbate Criſpinienſi in Hannonia, cujus Vita ab Anonymo ſcripta extat apud Mabillonium Tomo ſecundo Benedictino. *Landelinus*, dum primis adoleſcere inciperet annis, literis imbuendus traditus eſt *Sancto Autberto* Cameracenſi Epiſcopo, ſed ſeductus a quibuſdam cognatis ſuis fugam iniit, & more latronum rapinis vixit, ne nomine proderetur nomen mutans, ſeque *Mauroſum* appellans. Tandem rediit Cameracum ad Sanctum *Autbertum*, egitque primum pœnitentiam in Monaſterio ſub habitu ſæculari, & Romam ter peregrinatus eſt. Poſt ultimam peregrinationem cum jam Presbyter eſſet, jecit fundamenta *Lobienſis* ſeu *Laubacenſis* Monaſterii in Hannonia, ut nunc ea Regio nuncupatur, ad Sabis fluvii ſiniſtram ripam, e regione Tudinii Oppidi. Hanc celebrem Abbatiam, vulgo *Lobbes* appellatam, quæ huc uſque perſtat, SS. Urſmarus Erminus, Wlgiſus, & Theodulfus ſæculo octavo, *Ratherius* Veronenſis Epiſcopus, & *Folquinus* Abbas Chronici Auctor ſæculo decimo; *Herigerus*, & *Olbertus* Abbates, Viri docti ſæculo undecimo, & alii illuſtrarunt. Antequam hoc Monaſterium abſolveretur, alia duo *Landelinus* ædificavit, *Alnenſe* videlicet, nunc Cœnobium Ordinis Ciſtercienſis, & *Vvaſlerenſe*, a priori aliquot tantum millibus diſſita; prius in Epiſcopatu Trajectenſi, vulgo, dictum *Aulne*, poſterius in Epiſcopatu Cameracenſi, quod modo everſum jacet. Ultimum ejus opus fuit fundatio Monaſterii *Criſpinienſis* inter montes Hannoniæ & Valentinianos, vulgo *Creſpin*, ubi multis virtutibus clarus migravit ad Dominum anno circiter ſexcenteſimo nonageſimo ſexto. *Fulcuinus* enim ſeu *Folguinus* abbas in Chronico tradit, eum *Principatu Clotarii* Clodovei Junioris filii latrociniis inſtitiſſe. Sanctus *Autbertus* Cameracenſis Epiſcopus anno circa DCLXVIII. & Sanctus *Urſmarus* Landelini Succeſſor anno DCCXIII. deceſſerunt. Proinde Sancti *Landelini* obitum anno circa DCXCVI. Mabillonius optime collocat. [1] Nomen ejus relatum eſt in Tabulas Eccleſiaſticas ad diem XV. menſis Junii.

In-

NOTÆ [1] LAndelini annus emortualis reſultat ex iis quæ adnotantur in vetuſto Chronico Lobienſi vulgato in Anecdotis PP. Martene & Durand to. 3. col. 1412. In eo igitur ad annum DCLXXXIX. legitur: *S. Urſmarus eccleſiam Lobienſem regendam ſuſcipit, qui mox privilegium eidem loco acquirit, datum ſub calendis Februarii per manum Johannis Romanæ ſedis bibliothecarii.* S. Urſmarus S. Landelino ſucceſſit, quem anno iſto 689. obiiſſe oportet. Lobienſe hoc Chronicon ab Authore qui circa initium ſæculi undecimi florebat ad ſuam uſque ætatem perductum fuiſſe videtur, idque dein recentior alter Scriptor uſque ad annum MDCXLI. ſupplevit; nam ad annum DCCCLXVIII. legitur: *Huic ſuccedunt ad noſtra tempora, ideſt anno ab Incarnatione milleſimo.* MANSI

*nomine, in Norici urbem Potavionem* (ita legendum loco Patavii) *idque animo apud illos prædicandi. Sed quia id hominum genus ferum & belluinum nimis erat, exiguum apud illos animarum fructum capere potuit. Videns autem terræ ejus opportunitatem, & quorumdam hominum frugalitatem, regionemque jam albam ad meſſem, ita intra ſe cogitabat:* Non *debet concionandi munus quiſque ſibi uſurpare, niſi Apoſtolicæ auctoritatis juſſione, ſicut ſcriptum eſt* (a): *Quomodo prædicabunt, miſi mittantur? Hæc dicens adiit Pontificem Romanum: qui eum honorifice & reverenter excepit, libenterque eum audivit, & Apoſtolica auctoritate ejus ſtudium prædicandi confirmavit.* Hæc & alia ibi.

(a) Rom. 10.

III. S. Folliani apoſtolatus.

Inſuper ad eumdem Pontificem conſtat ex Hibernia acceſſiſſe S. Follianum, ut prædicandi Gentibus Evangelium ab eo licentia impertiretur: hæc enim in ejus Actis (b) ita ſcripta leguntur: *Hujus exemplo*, nempe Furſei ejus germani, *provocatus Follianus, Romam ivit, petiturus a Martino Pontifice Epiſcopalem benedictionem ad infidelium converſionem: qua accepta, ad Gallias venit, &c.* Pergit enim dicere de ejus martyrio, de quo ſuo loco ſermo erit.

(b) Apud Molan. in Natal SS. Belg. die ult. Octob.

His

PAGIUS III.

*Geſta a S. Amando poſt abdicatum Epiſcopatum.*

Incertum eſt, an *Sanctus Amandus* poſtquam hoc anno Trajectenſem Epiſcopatum abdicavit, iterum Romam profectus fuerit; cum Baudemundus hujus poſterioris profectionis non meminerit, & aliqui exiſtiment, eum propter ſolam materiæ ſimilitudinem priori, de quo locutus fuerat, conjunxiſſe. Abdicato itaque Epiſcopatu Amandus *ad alia properabat loca*, inquit Baudemundus: *Igitur tandem parvam reperiens inſulam, cui vocabulum eſt Canelaus* (vulgo Calloo, inſula Friſiis adjuncta) *juxta Scaldum fluvium, aliquantis diebus cum fratribus ſpiritalibus ibidem Chriſto militare ſtuduit; ſed Verbi Dei contemptores per biennium fere ingens attrivit plaga.* Addit Baudemundus, eum non multo poſt perrexiſſe ad quandam *gentem, quam Vaceiam appellavit Antiquitas, ei quæ nunc vulgo nuncupatur Vvaſconia*, quæ idola pro Deo colebat. *Quæ gens ergæ Pyrenæos ſaltus diffuſa erat.* Ubi, ut notat Hadrianus Valeſius lib. XIX. perperam Baudemundus, aliique ſcribunt, Waſcones antiquitus Vacceos dictos eſſe; cum *Vaccei* gens eſſet Hiſpaniæ Tarraconenſis, *Durii* amnis accola, longe a Pyrenæo & Waſconibus diſtans. Verum *illis in cæcitate permanentibus ad alia demigravit loca*, ait Baudemundus. *Elnonenſe* Monaſterium in ſilva extructum, ac procul ab hominum turba ſemotum, præcipue adamavit Sanctus Amandus, ibique ſedem ſenectutis ſuæ, ac ſepulturæ elegit. Inde tamen ad conſtituta a ſe Monaſteria viſitanda, aut nova erigenda, ad finem uſque vitæ alio identidem profectus eſt.

IV.

*S. Landoaldus Epiſcopatum Trajectenſem non rexit.*

Notgerus Epiſcopus Leodienſis in Vita Sancti Landoaldi [1] XIX. Martii a Bollando recitata, poſtquam narravit Amandi poſt triennium a Trajecto migrationem, ait: *Incompertum eſt deinde quanta temporis intercapedine plebs Trajectenſium fuerit uſque ad B. Remaclum ſine paſtorali benedictione, niſi quia fama ad nos uſque perferente accepimus B. Landoaldum illic remanſiſſe, & per novem annos vices Pontificis adminiſtraſſe.* Verum cum ſcripſerit res ab ætate ſua plurimum remotas, poſt annos nempe CCCL. hac in re, ſicuti & in multis aliis, valde hallucinatus eſt. Non defuerunt tamen deinde qui novem annos Eccleſiæ Trajectenſi Sanctum *Landoaldum* præfuiſſe voluerint, inter quos Theodoricus Abbas in Vita Sancti Bavonis ad diem I. Octobris. Sed *Landoaldus* nunquam Epiſcopus fuit, & poſt Amandi abdicationem brevi tempore Sedes vacavit, ut ex geſtis a Sancto Remaclo ejus Succeſſore palam liquebit. Hoc igitur ſolum dici poteſt, *Landoaldum* per annos novem in negotiis Eccleſiaſticis Amandum conſilio & opera juvare potuiſſe. An vero Romam ad Sanctum Martinum profectus fuerit Landoaldus, quove tempore, inveſtigant recentiores Hiſtorici, Henſchenius ad diem VI. Februarii in Vita Sancti Amandi paragr. XII. Cointius anno DCLIII. num. XXIII. aliique.

V.

*S. Foillanus occiſus.*

Audita *Sancti Furſei* morte, de qua anno DCXLIV. Baronium ſequentes egimus, eamque præſenti anno contigiſſe oſtendimus, duo ejus fratres *Ultanus* & *Foillanus*, quos Furſeus in Hibernia reliquerat, ut teſtatur Beda lib. 3. cap. 19. in Gallias ſtatim transfretarunt. In Vita Sancti Foillani, quam Hugo Menardus ex veteri MS. deſcripſit, hæc leguntur: *Fuit Sanctus Foillanus Scotus Hibernicus, frater Sanctorum Furſei & Ultani, nobili loco natus. Ab ineunte pueritia Deum colere cœpit religioſius. Tempore Sigeberti Regis, Grimoaldi Maioris Domus, & Erchenaldi Patricii cum ſeniore eorum fratre Ultano in Galliam venit, & una diverſa loca peragrando (erat autem Epiſcopus) Chriſti Evangelium longe lateque divulgavit. Tunc temporis Sancti illi Viri diverſati ſunt apud Sanctam Itubergam, ejuſque filiam Geretrudem, Virginem Sanctiſſimam. Sancta igitur Geretrudis cum eorum ſanctimoniam perſpectam & exploratam haberet, dedit eis villam, vulgo Foſſas dictam, ut in ea Monaſterium conſtruerent, & Xenodochium. Monaſterium regebat Ultanus: Sanctus vero Foillanus ſe Sanctæ Geretrudis adjunxit contubernio.* Anno ſexcenteſimo quinquageſimo quarto interfuit Tranſlationi *Sancti Furſei* die nona Februarii peractæ, & cum Eligio & Autberto Epiſcopis, & Eminiano ſeu Emiano Abbate Latiniacenſi Furſei corpus detulit, ut anno DCXLIV. num. V. diximus, referentes utriuſque Anonymi, qui Vitam Furſei ſcripſere, verba, in quibus non dicitur *Epiſcopus*, ſed tantum *Abbas*; indeque liquet Menardum, Uſſerium in Indice Chronol. Rerum Hibernicarum ad annum DCXLVIII. alioſque, Epiſcopi,

NOTÆ

[1] NOtgerus *Epiſcopus Leodienſis in Vita S. Landoaldi &c.* S. Landoaldi Vitam a Bollando vulgatam non quidem Notgerus, ſed juſſu ejuſdem Epiſcopi Harigerus muſicæ artis peritiſſimus ſcripſit. Id præter quam quod aſſerit diſerte Author coevus Tranſlationis S. Landoaldi Gandavum legendus apud Bollandiſtas loco a Pagio laudato, aſſerit pariter Miræus in Scholiis ad Sigebertum de Scriptoribus Eccleſiaſticis apud eoſdem Bollandiſtas. MANSI



IV.

*De tempore exilii S. Martini.*

His igitur de rebus S. Martini ante abductionem ab Urbe, ad quam amplius reverſus non fuit, breviter enarratis, agedum de tyrannica ejus a ſede dejectione dicamus. Sed antequam tragica hæc eo quo geſta ſunt ordine enarremus, de temporis certitudine eſt aſſertio confirmanda. Iſta quidem adeo funebria hoc anno facta eſſe, Græcorum Annales ſatis expreſſe docent, in quibus ex Theophane hæc ſcripta reperiuntur anno vigeſimo Heraclii Imperatoris, ubi agitur de origine atque progreſſu hæreſis Monothelitarum, his verbis: *Cæterum nono anno Imperii ſui Conſtans nepos Heraclii, Indictione octava, his agnitis, furore repletus, ſanctum Martinum & Maximum Conſtantinopolim ductos & cruciatos apud Cherſonam & alia climata exilio relegavit, multos etiam Heſperiarum Epiſcoporum punivit.* Hæc ibi, quæ quidem hoc anno cæpta in plures poſteriores ſunt propagata. Rurſum vero hoc anno ejectum fuiſſe ab Urbe ſanctum Martinum, ex iis quæ ipſe ſuis litteris habet, intelligere ſatis poſſumus: dum enim ſcribit degens Cherſonæ exul de mittendis ab urbe Roma alimentorum ſubſidiis, hæc habet (a): *Si enim peregrinos illic*, ideſt Romæ, *ita reficit S. Petrus: quid dicemus de nobis qui proprii ſervi ejus ſumus, & ſaltem ad momentum miniſtravimus ei, & in tali exilio & afflictione conſiſtimus?* Hæc ipſe, qui cum ad momentum ſe miniſtraſſe Romanæ Eccleſiæ curam fateatur, equidem hoc anno inde per hæreticos divulſum eſſe poſſumus intelligere. His de temporis ratione firmatis, jam rem geſtam ordine proſequamur.

(a) Mart. ep. 17. in fin.

V.

Ubi novit Conſtans Imperator, longe aliter quam ſperarat, quod moliebatur pro hæreſis patrocinio eſſe conſecutum effectum, utpote qui Olympio Exarcho in mandatis dederat, editum a ſe de fide edictum, quod Typum nominavit, ab Italiæ & aliis Occidentalium provinciarum Epiſcopis ſubſcriptione firmari: cum non tantum id minime præſtitum ſciſſet, ſed in Concilio Romano, auctore ipſo Pontifice, eſſe damnatum audiviſſet: rugientis leonis inſtar, ira exæſtuans, quonam modo in eum contumeliam acceptam ulciſci poſſet, ipſumque expelleret ab Urbe & in exilium relegaret, animo agitare cœpit. Fuit illi præſto, qui æque ſe læſum magnopere a Martino Papa Paulus Epiſcopus Conſtantinopolis conclamaret, quod damnatus ab illo eſſet atque ſede depoſitus. Quid ergo agunt, quidve decernunt, ubi ejuſmodi inter ſe conſilia agitant toxicata? Ne apud Chriſtianos Imperator, id agendo, tyranni & perſecutoris, ſive hæretici nomen conſequatur, cauſas effingunt, quibus juſte videri poſſet Martinus expulſus. Et quænam iſta? audi.

VI.

*Crimina objecta Martino.*

Dant crimini, quod mutaſſet traditam a majoribus fidem: Inſuper ipſum adverſus Romanum Imperium aliquid molitum cum Sarracenis: Tertio etiam ipſum Martinum neſcio quid contra Dei genitricis Mariæ cultum eſſe locutum: Hæ ſunt tres calumniæ in virum ſanctiſſimum ab iis qui inhærebant Imperatori excogitatæ, prout colligitur ex ejuſdem ſanctiſſimi viri epiſtola ad Theodorum (b). His concinnatis commentis, miſſus eſt in Urbem Theodorus Calliopa Exarchus, qui vi armorum atque potentia militari exturbaret Martinum e Lateranenſi palatio, in navimque conjectum, aſportari faceret in Orientem. Sic igitur qui tyrannidem velare accuſationum tegumento conati ſunt, tyrannidem ſi quam aliam crudeliſſimam atque apertiſſimam exercent, dum (quod in cauſa cujuſvis minimi Epiſcopi peragi conſuetum fuit) nulla coacta Synodo, nulla dicta die accuſato, nec ab accuſatore inſcriptione appoſita, repente tamquam a latronibus in ſilvis itum eſt contra tantum Pontificem adhuc ægritudine laborantem. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ex ejuſdem Martini Papæ dicta epiſtola ad Theodorum accipe. Rogatus enim ab amico, rem narrare ut ſe habuerit, iſta reſcripſit (c):

(b) Mart. ep. 14.

(c) Mart. ep. 14. ex verſione Anaſtaſ. Biblioth.

*Martinus, Theodoro ſincera affectione dilecto fratri.*

VII.

*Quoniam agnovi (ut potui) ea quæ in ſcriptis a vobis ſignificata ſunt, in paucis verbis exequar. Cum exirem ab Eccleſia, quæ cognominatur Conſtantiniana, in qua exercitus me cum armis conſtrinxerat, in præſentia Exarchi ac Theodori cubicularii, presbyteri & clerici clara voce dixerunt: Anathema habeat, quiſquis dixerit vel crediderit, quia Martinus uſque ad unum apicem fidem mutavit, aut mutaturus eſt: & Anathema habeant, qui in Orthodoxa fide ſua uſque ad mortem non permanſerint.* Enituit tunc plane Romani cleri

PAGIUS

pi, ſcilicet Regionarii, nomen illi perperam attribuere. Occiſus eſt Sanctus *Foillanus* cum tribus diſcipulis ſuis a latronibus dum ad germanum ſuum *Ultanum* viſitationis gratia properaret, ut refert Colganus ad diem XVI. Januarii ex Codice MS. ejus Paſſionis, & quidem anno DCLV. juxta Sigebertum in Chronico. De *Ultano* infra ſermo erit.

VI.

*Martinus PP. in exilium miſſus.*

A num. IV. ad XXII. Licet *S. Martinus* Papa ac *S. Maximus* Abbas anno tantum ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, a Conſtante Aug. in exilium miſſi fuerint, Baronius tamen prava verſione Theophanis ad annum XX. Heraclii Aug. ubi uno tenore de hæreſi Monothelitarum loquitur, deceptus, hujus perſecutionis hiſtoriam currenti anno incipit. Theophanes

ſti conſtantia, pro ſui defenſione Pontificis, diro anathemate præſentes ferientis adverſarios. Sed pergit Martinus:

VIII. *His auditis Calliopas cœpit rationem reddere, aliam fidem, præter quam nos tenemus, non eſſe, neque aliam ſe credere; ſed hoc propter eos qui audiebant, non propter fidem dicebat. Ea ſcire te volo, dilectiſſime frater, de fide quam ſignificaſti, necnon de falſis calumniis, quas adverſus veritatem proponunt: quia opitulantibus nobis orationibus veſtris, ac omnium fidelium Chriſtianorum, qui vobiſcum ſunt, & vivens & moriens ſalutis noſtræ fidem defendam, quemadmodum beatus Paulus Apoſtolus docet (a): Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum.*

(a) Philip. 1.

Calumniæ concitatæ contra Martinum Papam.

*De falſis autem accuſationibus, quas noviter hæretici faciunt, abiicientes veritatem Chriſti Dei: qualem omnino poterunt hominibus veritatem loqui, qui Dei veritati reſiſtunt? Tibi igitur rationem reddo, dilectiſſime frater, per eum qui judicaturus eſt mundum iſtum per ignem, qui & reddet unicuique ſecundum opus ſuum. Ego aliquando ad Sarracenos nec litteras miſi, nec quem dicunt tomum, qualiter credere debeant, aut pecunias unquam tranſmiſi, exceptis dumtaxat quibuſdam illic viventibus * ſervis Dei cauſa eleemoſynæ, quibus & modicum quid præbuimus minime ad Sarracenos tranſmiſſum.*

* venientibus.

IX. *Porrro de domina noſtra glorioſa ſemper Virgine Maria, quæ Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum peperit, quam omnes ſancti & Catholici Patres Dei genitricem appellant, utpote quæ Deum hominem genuit, falſum contra me, immo contra ſuas ipſorum animas iniqui viri teſtificati ſunt. Nam quiſquis beatam ſuper omnem creaturam humanam, abſque eo qui genitus eſt ex ea, venerabilem ſemper Virginem matrem videlicet Domini noſtri non honorat atque adorat, anathema ſit & in præſenti ſæculo, & in futuro. Sed homines occaſiones quærentes ſcandala obiiciunt ad ſcandalizandum multos. Dominus te incolumem cuſtodiat, amantiſſime fili.* Hactenus epiſtola Martini de exordio impiæ & ſacrilegæ invaſionis per Calliopam Exarchum factæ. Porro aliam his additam poſtea fuiſſe accuſationem, nimirum, quod irregulariter abſque lege, contradicentibus canonibus, ſedem ſubripuiſſet, ipſe teſtatur.

X. Quomodo autem e ſede avulſus, in navim conjectus fuit, & in Orientem miſſus, accipiemus ex ejus epiſtola (b) ad Eliterum, quam poſtea ſcripſit cum eſſet Conſtantinopoli, quam una cum aliis ab ipſo in exilio Græce ſcriptis Anaſtaſius reddidit Latinitati, ut nunc ſunt; quod idem Anaſtaſius teſtatur in earum præfatione ad Martinum Narnienſem Epiſcopum. Extant ipſæ in noſtra bibliotheca inter res geſtas ejuſdem ſancti Pontificis relatæ. Porro hæc cuncta exacte narrantur his verbis:

(b) Mart. ep. 15.

*Noſſe voluit beata veſtra dilectio, qualiter de ſede S. Petri Apoſtoli, ſicut unus paſſer ſolitarius ab ædificio, raptus fuerim. Et miror, quia ſuper hoc me inquirere voluiſti, cum prædixerit Dominus noſter de nequam temporibus iſtis, diſcipulis ſuis (c): Quia in diebus illis erit tribulatio, qualis non fuit ab origine mundi uſque nunc. Et niſi quia abbreviati ſunt dies illi, non poſſet ſuſtinere omnis caro: ſed qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Hoc in paucis de Antichriſto dicitur: nam & S. Paulus ſecundum datam ſibi gratiam ſpiritus pronunciavit dies iſtos Timotheo diſcipulo ſuo dicens (d): In noviſſimis diebus diſcedent homines a fide, & a veritate auditum avertent, ſe ipſos amantes, avari. Et crede mihi, deſideratiſſime fili, non videndum tempus aliud, niſi hoc manifeſte, in quo ſint initia dolorum, quemadmodum Dominus prædixit adventum Antichriſti: etenim veritatem dicere neceſſarium viſum eſt, antequam in toto mundo prævaleat judicium, & finem curſus accipiat.* Iſta S. Martinus de Antichriſti adventu haud inani conſideratione diſſeruit.

(c) Matt. 24.

(d) 1. Tim. 4.

XI. Certe quidem hæc eſſe viſa ſunt illa tempora, quibus (ut ſuo loco ſuperius vidimus) S. Gregorius Papa prædixerat, adeo ingentia futura eſſe mala, ut miſerrimum illud ſæculum, quo ſub gladio Longobardorum & Gothico pariter gemebat Italia, reſpectu horum feliciſſimum habendum foret: cum totus Oriens furvo velut obducto pallio, denſa hæreſum caligine obſcuratus penitus appareret; cum & typum quemdam geſſerit Antichriſti, qui haud pridem novam perfidiam falſis vaticiniis Mahometes in Arabia ſtatuiſſet, & armorum potentia tot provincias nullo ferme negotio per ſuos poſteros ejuſdem ſectæ homines ſubjugaſſet, quibus

Finem inſtare mundi haud leviter creditum.

PAGIUS nes enim ait: *Tum Maximus ex Africa Romam transfretatur, Martini Papæ ſanctum in Deum ardorem accendit: qui centum & quinquaginta Epiſcoporum Synodo celebrata, Sergium, & Pyrrhum, Cyrum & Paulum anathemate perculerunt: geminas vero Chriſti Dei noſtri Voluntates & Operationes, clarius expoſitas promulgarunt nono Imper. Conſtantis anno, Indictione octava. Conſtans Heraclii nepos, his auditis, furore percitus, Sanctiſſimum Martinum & Maximum Conſtantinop. adduci juſſit, eoſque tormentis excruciatos in exilium deportari ad Cherſoneſi plagas, & multos inſuper Occidentalium Epiſcoporum ſuppliciis affici.* Ita Theophanes, quem Baronius non vidit, ſed tantum Anaſtaſium, qui Theophanem his verbis expoſuit: *Duas Voluntates & Opera-*



bus vires Imperatoris (ut de Leviathan eodemque figuram Antichriſti gerente dicitur) quaſi paleæ exiſtimatæ eſſent. His adeo magnis ſi adiicias quæ in expilatione Romanæ Eccleſiæ Patriarchii ſub Theodoro Pontifice per impios patrata erant (quod numquam hactenus factum fuerat) plane ob hæc adeo funeſta finem inſtare rerum, aliquis haud temere exiſtimare poterat, cum hæc ſigna illa defuerint famis, peſtilentiæ, & terræmotus.

XII. Ad cumulum vero malorum iſta adiice, quæ hoc anno adeo crudelia adverſus ipſum Eccleſiæ totius Hierarcham ſcelerate impieque ſunt geſta: ut plane Antichriſti regnum imminere, poſtquam & divina labare viderentur, potuerit jure putari, ac merito cum Hieremia (a) fuerit exclamandum: *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini.* Cæterum non Martinus tantum ob tot ingruentia mala, ſed veteres etiam Patres, cum dira aliqua in Eccleſia perſecutio moveretur, filium perditionis adeſſe, & inſtare Antichriſti tempora putaverunt, ut ſuperius ſæpe vidimus: nec tamen ob id quod non acciderit quod opinabantur, eos deridendos eſſe quis calumnioſe dixerit; ſed eo nomine potiſſimum commendandos, cum in iis excubitorum ſolers vigilantia apparuerit, quod tot præcurrentibus malis, malum illud ſubſequi, quo bona omnia perderentur, ſignis haud inanibus crediderunt. Sed ad Martini epiſtolam redeamus, qui pergit:

(a) Jerem. 2.

XIII. *Hoc mihi expedire arbitratus, quo aliis malis * mihi properantibus exultem potius, quam fleam. Igitur ut ſcias qualiter ſublatus & ductus ſum a Romana urbe, nil falſum audies. Accidentium omnia præſcivi per multum temporis, quæ meditabantur inimici veritatis. Et ſeparato * me ipſo cum omni clero meo, privatus manſi in Eccleſia Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ cognominatur Conſtantiniana, & ſtabilita eſt a beatæ memoriæ Conſtantino Imperatore, & eſt juxta Epiſcopium. Illic omnes nos ſeorſum morabamur a die ſabbati: quando Calliopas cum Ravennate exercitu & Theodoro cubiculario introivit in civitatem. Miſi ergo in obviam ei quoſdam ex clero: quibus ſuſceptis in palatio, æſtimavit & me cum eis adeſſe. Cum autem quæſiſſet & non inveniſſet, dixit primis cleri: Quia nos eum voluimus adorare; ſed cras, quod eſt Dominicæ dies, obvii erimus, & ſalutabimus eum; quia hodie non ſufficimus.*

* male

* ſuperato.

XIV. *Porro Dominico die, dictis Miſſis in prædicta ſancta Dei Eccleſia, ſuſpicatus ille turbam multam colligi propter diem, nunciavit hoc: Quia multum fatigati ſumus ex itinere, non poſſumus occurrere hodie; ſed cras omnibus modis occurremus, & adorabimus ſanctitatem veſtram.* Piaculum enim videbatur, ſi quis peregrinus Romam veniens, non primum omnium accederet veneraturus Summum Pontificem. Sed addit de ſtatu ſuo hæc idem S. Martinus: *Ego vero ipſe graviter infirmus eram ab Octobrio menſe uſque ad prædictum tempus, id eſt, uſque ad decimum ſextum Kalendas Julias. Ergo feria ſecunda diluculo miſit Cartularium ſuum & quoſdam ex obſequio ſuo dicens: Quia arma præparaſti, & armatos habes intus, & multitudinem lapidum collegiſti: & hoc neceſſarium non eſt, nec aliquid tale fieri permittas: Cumque præſens audiſſem hæc neceſſarium magis non habui, qualiter hos certos reddere, quam mittere illos gyraturos per totum Epiſcopium; & ſi arma vel lapidem vidiſſent, ipſi teſtimonium perhiberent. Cum autem iiſſent, & nihil inveniſſent, ſubintuli eis per verba, quod numquam aliter aliquando, ſed ſemper per circumplexionem & fallacem accuſationem incederent adverſum nos; cum & in adventu imfamis Olympii vani cujuſdam hominis cum armis me hinc potius repellere faterentur.*

Calumnia de abſconditis armatis evacuatur.

XV. *Ego itaque ante altare Eccleſiæ lectulum meum habebam, in quo jacebam: & nondum tranſacta media hora, exercitus cum eis veniens in Eccleſiam, loricati omnes, tenentes lanceas & ſpathas ſuas, quin & arcus ſuos paratos una cum ſcutis ſuis: & facta ſunt illic, quæ nec dicenda ſunt. Quemadmodum namque in hyemali tempore, vento valido flante, folia ex arboribus concuſſa cadunt, ita percutiebantur armis candelæ ſanctæ Eccleſiæ, & remenſæ * exutiebantur in pavimentum & audiebatur ſonitus, qui in eadem fiebat Eccleſia veluti tonitruus quidam horribilis tam ex colliſione armorum, quam ex*

Excubiæ Pontificis in Eccleſia.

* revulſæ

PAGIUS *rationes Chriſti Dei Noſtri expreſſius prædicarunt atque firmarunt. Cæterum nono Imperii ſui anno Conſtans nepos Heraclii, Indictione octava, his agnitis, furore repletus Sanctum Martinum & Maximum Conſtantinopolim ductos, & cruciatos apud Cherſonam, & alia climata exilio relegavit.* Verum Theophanes annum, quo Martinus & Maximus Conſtantinopolim miſſi ſunt, non memorat, ſed tantum annum quo Concilium Lateranenſe habitum eſt, IX. ſcilicet Conſtantis Indict. VIII.

VII. Annus, quo hæc perſecutio cœpta, nobis evidenter innoteſcit ex Epiſtola IX. ejuſdem Martini ad Theodorum ordine XV. ubi ait, *Calliopam Exarchum* cum Ravennatenſi exercitu & *Theodoro* Cubiculario Romam introiſſe, cum ipſe *Martinus* eſſet in Eccleſia Conſtantiniana cum omni Clero ſuo *a die Sabbati*, menſis ſcilicet Junii, ut Martinus ſtatim indicat, qui dies anno DCLIII. cum die XV. menſis Junii concurrit. Cum autem *Calliopas* eum quæſiiſſet, & non inveniſſet, dixit primis Cleri: *Cras, quod*

*Et quidem anno DCLIII.*

ex multitudine candelabrorum ab eis confractorum.

Quibus cum faſtu introeuntibus, juſſio a Calliopa porrecta eſt presbyteris & diaconis, in qua humilitatis meæ abjectio continebatur, quod irregulariter & ſine lege Epiſcopatum ſubripuiſſem, & non eſſem in Apoſtolica ſede dignus inſtitui; ſed omnimodis in hanc regiam urbem tranſmitti; ſubrogato in loco meo Epiſcopo: quod necdum aliquando factum eſt, & ſpero quod nec aliquando fiet: quia in abſentia Pontificis Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerius locum præſentant Pontificis. Dum ergo moventur, quæ de fide geſta ſunt, jam manifeſtavi vobis. Quod autem præparati non fuerimus ad repugnandum, melius judicavi decies mori, quam unius alicujus ſanguinem in terram fundi, quod quidem & ſine periculo hoc geſtum eſt in paucis, qui non placuerunt Domino, malis effectis.

Eadem itaque hora dedi me ipſum ad exhibendum Imperatori, & non reſiſtendum. Porro acclamantibus mihi (ut veritatem dicam) quibuſdam e clero, ne facerem hoc: nulli eorum accommodavi aures, ne ſubito fierent homicidæ, ſed dixi illis: Sinite mecum venire ex clero qui neceſſarii mihi ſunt, Epiſcopos videlicet & presbyteros & diaconos, & abſolute qui mihi videntur. Reſpondit, Calliopas: Quotquot voluerint venire, cum bono venient: nos quiquam neceſſitatem non facimus. Reſpondi ego: Clerus in poteſtate mea eſt. Exclamantes autem quidam ex ſacerdotibus, dicebant: Cum ipſo vivimus, & cum ipſo morimur. Poſt hæc cœpit dicere per ſe Calliopas, & qui cum ipſo erant: Veni nobiſcum ad palatium. Nec hoc facere recuſavi, ſed exivi cum eis in palatium.

XVI. Eadem ſecunda feria & tertia feria venit ad me omnis clerus, & multi erant qui ſe paraverant ad navigandum mecum, qui etiam res ſuas immiſerant in eas quæ vacuabantur * naviculas, in quibus onera ex littore in naves majores, vel ex eis ad littus tranſportantur: Alii quoque nonnulli præparabantur clerici ac laici, qui feſtinabant venire ad nos. Eadem ergo nocte, quæ illuceſcit in feria quarta, quæ erat decimotertio Kalendas Julias, circa horam quaſi ſextam noctis, tulerunt me de palatio retruſis omnibus qui mecum erant in palatio, uſque ad res diverſas quæ mihi & hic erant neceſſariæ, & nonniſi cum ſex puerulis & uno cancellulo duxerunt nos ex Urbe. Et cum immiſiſſent nos in unum eorum quæ dicebantur levamenta, circa horam plus minus quartam diei ad Portum pervenimus. Sed hic velim obſerves, ante diem contigiſſe Martini egreſſum ab Urbe, qua conſuevit celebrari in Eccleſia natalis Sancti Silverii Papæ, qui & ipſe exul factus, & in exilio moriens, auctus eſt corona martyrii. Sed pergit: In ea ſane hora, qua egreſſi ſumus ab urbe Roma, ſtatim, ut erant obſeratæ portæ, iterum eas obſeraverunt, & ſic remanſerunt in civitate aliqui, ne venirent ad nos in Portum, donec illinc navigaſſemus. Unde neceſſitas nobis effecta eſt, ut omnium eorum res, quæ in levamento miſſæ fuerant, in dicto Portu dimitteremus, & mox eadem die moveremur, & pervenimus Kalendas Julii Miſenum, * in quo erat navis, id eſt, carcer. Quod ſcilicet in terram inde deſcendendi nulla umquam daretur facultas; nam ſubdit:

* vocabantur in Palatium ex Eccleſia perductus S. Martinus.

Prohibiti clerici proficiſci cum S. Martino.

* Meſſenam.

XVII. Non autem Miſeni tantum, ſed in Terra laboris, & non tantum, in Terra laboris, quæ ſubdita eſt magnæ urbi Romanorum, ſed & in pluribus inſularum, in quibus nos vel tranſmiſiſſemus parata * impedierunt; nullam compaſſionem adeptus ſum: excepto dumtaxat in inſula Naxia (quoniam ibi annum fecimus) merui lavari duobus vel tribus balneis, & apud urbem manſi in hoſpitio quodam, &c. Hucuſque res geſtæ anni hujus; reliqua ſequenti anno dicemus, temporis præſcripta ratione ſervata. Delatus ergo ſanctiſſimus Pontifex Martinus in Naxum inſulam, ibi annum integrum degere exul juſſus eſt: cum interea (ut eadem epiſtola docet) æger corpore perſeveraret, mentis tamen firmiſſima valetudine, ne vel latum unguem cederet impietati. Sed his intexenda putamus quæ eodem argumento ad clerum Romanum ſcripta ſunt eodem tempore Conſtantinopoli ab uno ex comitibus viri ſanctiſſimi, cum præſertim aliqua digna memoria habeant, quæ deſiderantur in dictis ejuſdem Pontificis litteris. Reddemus earum litterarum eam hinc tantum partem, qua anni hujus res geſtas narrat, ſic exordiens (a):

* peccata

Prohibitus Martinus in terram deſcendere.

(a) Apud Mart. ep. 16. ex verſio. Anaſt.

PAGIUS quod eſt Dominica dies, obvii ei erimus, & ſalutabimus eum, quia hodie non ſuffecimus. Porro Dominico die (qui anno DCLIII. incidebat in diem XVI. menſis Junii) eiſdem nunciavit ſe cras omnimodis occurſurum & Martinum adoraturum: ego vero, inquit Sanctus Martinus, graviter infirmus eram ab Octobrio menſe uſque ad prædictum tempus, ideſt, uſque ad ſexto decimo Kalendas Julias, ſeu uſque ad diem XVI. menſis Junii. Subdit Martinus: Ergo feria ſecunda diluculo mittit Chartularium ſuum, & quoſdam ex obſequio ſuo, ideoque die decima ſeptima menſis Junii, quæ eodem anno in feriam ſecundam cadebat. Tum narrat Martinus non multo poſt exercitum veniſſe in Eccleſiam; & juſſionem a Calliopa Exarcha porrectam eſſe Presbyteris & Diaconibus, in qua continebatur, quod ipſe Martinus irregulariter & ſine lege Epiſcopatum ſubripuiſſet, & in Regiam Urbem tranſmittendus eſſet, ſubrogato in locum ejus Epiſcopo. Re-



XVIII. Afflictiones, mœrores, & lacrymas, communemque ſine ceſſatione ac mœſtiſſimam vocem, quæ in dolore ex intimo prolata eſt cordis puto autem quia; & profertur Domino ab his qui ſunt Romæ, adhuc autem & in omni loco dominationis ejus degentibus ſanctis famulis Dei & fidelibus populis, ex quo facta eſt perſecutio adverſus ſanctiſſimum Patrem noſtrum Deo beatiſſimum & fidelem ſacerdotum principem & Apoſtolicum univerſalem Papam, ac per hoc adverſus Catholicam Eccleſiam: puto autem hactenus hunc eumdem mœrorem retineri in vobis, & multam ſolicitudinem habere vos, ſcire quomodo exulatus eſt, & perſecutione pulſus a Roma navigio uſque Byzantium. Hæc in mente habens ego humilis & peccator famulus veſter, quædam quidem exterius ſolicitudine multa addiſcens, plurimorum autem proprie contemplator factus, indignus miniſterii beatiſſimi & pretioſi ſacerdotis noſtri, judicavi litteris reminiſci & nota facere, claraque conſtituere vobis benedictis, ac per vos omnibus fidelibus & zelum habentibus culturæ divinæ: quatenus cognoſcentes, cum cordis mœſtitudine mecum ſermonem propheticum (a) proferatis: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? Et plorabo die & nocte contritiones Catholicæ Eccleſiæ, & omnium Chriſtianorum, immo perditionem, propter ea quæ acta ſunt in beatum & Deo plenum ducem veritatis & prædicatorem. Verumtamen Deo gloria, qui dedit virtutem & ſufficientiam ſtabilem in tentationibus quæ ſupervenerunt ei a contrariis virtutibus & viris, in expugnando & viriliter dimicando pro cultu Dei irrefragabiliter, & ſpe firma uſque ad mortem ponens animam ſuam, utpote imitatus eum, qui eum conſtituit athletam, Dominus ejus ad informationem pro veritate dimicare.

Epiſt. unius ex comitibus S. Martini.

Ad luctum vocat auctor.

(a) Jer. 9.

XIX. Ea quidem quæ Romæ geſta ſunt in beatum Martinum ſpiritualem patrem, ſacerdotumque principem, & vos ſcitis qualibus periculis luctatus eſt. Videns ergo gladios vibratos & acutos conſertos ad invicem tentos a pluribus militibus paratum habentibus inficere enſes & privare & vita beatum Epiſcopum, & in circuitu altaris aſtantibus, & in toto templo Catholicæ Eccleſiæ Romæ, quæ cognominatur Conſtantiniana, in qua ſacerdotio fungens recubabat, in foribus & grabato ipſe beatus æger, & quomodo contritus animis * & artubus conſtrictus, impulſus & expulſus, raptus & extractus ex Apoſtolico throno, in quo Dominus eum conſtituit Inſpectorem loco ſui Apoſtolum, & prædicatorem Orthodoxum veritatis.

S. Martinus in Baſilica rapitur a militibus.

* armis

XX. Sed vere iſte non fecit animam ſuam pretioſiorem ſe, ſed poſuit eam uſque ad mortem, imitatus (ſicut dictum eſt) Dominum ſuum dicentem (b): Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis; quo ſalvaret ubique errantem & perditam plebem ab inſurgentibus noſtris temporibus hæreticis. Traditur ergo Romæ de Catholica Eccleſia S. Joannis a potentibus hujus ſæculi iis qui hoc erant miniſterio digni miniſtris atque cuſtodibus; depoſitus eſt ad Portum, & conjectus eſt in lembum: & navigantibus, (ſicut ſcitis) euntibuſque cum aviditate in inſulam quæ vocatur Naxon, non conceſſerunt beato illi Apoſtolico viro cuſtodes penitus contingere terram, dolentibus prorſus pedibus ejus (podagræ nempe doloribus affligebatur) cum ipſi per loca conferrent, & ibi quieſcerent:

(b) Joan. 10.

Ad portum ductus navigat in Orientem.

XXI. Hi autem qui per loca erant ſacerdotes, & cæteri fideles religionis ipſius, dirigebant munera beato illi cauſa utilitatis ejus, non parvæ multoties quantitatis: quas quidem directas ſpecies & quantitates cuſtodes beſtiales continuo coram eo diripiebant, improperioſa & amara plurima congerentes in eum. Eos autem qui munuſcula detuliſſent, injuriis & verberibus afficientes dimittebant, dicentes ad eos: Quoniam quicumque diligitis iſtum, inimici eſtis Reipublicæ. Numquid non ei

Cuſtodes omne genus humanitatis vetant.



PAGIUS VIII. Refert poſtea Sanctus Martinus, ſe juſſu Calliopæ veniſſe cum eo in Palatium eadem ſecunda feria, & tertia feria (ſcilicet die XVIII. Junii) veniſſe ad ſe omnem Clerum, & multos qui ſe paraverant ad navigandum cum eo: Eadem nocte, quæ illuceſcit in feria quarta, quæ erat tertio decimo Kalendas Julias, circa horam quaſi ſextam noctis, ſe eductum fuiſſe de Palatio, & ad portum, ſcilicet Romanum, perveniſſe. Quare die decimo nono menſis Junii, qui anno DCLIII. in feriam quartam convenit, Sanctus Pontifex navi impoſitus: Et pervenimus, inquit, Kalendas Julias Meſenam (ſc. Meſſinam, ut ſequentia certo indicant), in qua erat navis, ideſt, carcer meus. Non autem Meſenæ tantum, ſed & in Calabria: & non tantum in Calabria, quæ ſubdita eſt magnæ Urbi Romanorum: ſed & in plurimis inſularum, in quibus nos vel tribus menſibus peccata impedierunt, nullam compaſſionem adeptus ſum: excepto duntaxat in inſula Naxia, quoniam ibi annum fecimus. Eſt Naxos ſeu Naxus una ex inſulis Cycladibus in mari Ægæo poſitis, ubi Martinus uſque ad annum DCLIV. commorari coactus fuit Baronius nulla habita ratione methodi Cyclicæ, quæ anno DCLIII. nullo vero alio Pontificatus Martini, facta iſta eſſe certo deſignat, præſenti anno narravit.

Perducitur ad inſulam Naxon.

IX. Præterea num. VI. Exiſtimat, Theodorum Calliopam hoc anno Exarchum in Italiam ad hæc peragenda miſſum eſſe. Sed cum Olympius anno tantum ſuperiori Exarchatum conſecutus fuerit, Theodori Præfectura uſque ad annum circiter, DCLIII. differenda. Cumque Olympius Roma in Siciliam adverſus gentem Saracenorum, qui ibidem habitabant, profectus fuerit, ibique interierit, ut tradit Anaſtaſius in Martino, apparet Saracenos ante hoc tempus in Europam tranſ-

Theodorus Calliopa ſuccedit Olympio in Exarchatum Ravennæ.

*ei hoc ſolum valebat inferre dolorem incomparabilem ſuper infirmitate, quæ eum valde deprimebat? &c.* Reliqua enim quæ ſubdit, cum ſequenti potius anno geſta eſſe noſcantur, ſuo loco reddituri ſumus.

XXII. Commendata Martini Papæ conſtantia. Fuit illud impiorum conſilium, ut anno integro ſanctus Martinus inter Cycladesdetentus, illic premeretur ærumnis ut eo modo ipſius conſtantia frangeretur, daretque tandem victus manus, & aſſentiretur Imperatori. Sed tantum abeſt ut ſanctus Pontifex flecteretur adverſis, ut magis fieret pro tuenda veritate robuſtior. De ipſius enim conſtantia toto Chriſtiano orbe laudibus celebrata ſanctus Audoenus Rothomagenſis Epiſcopus, qui hoc eodem tempore egregia claruit ſanctitate, hæc habet (*a*): *Interim dilatione intercedente, inimicus humani generis acrius incitatus pulſabat fortiter murum Eccleſiæ per homines perditos, ac turrim validiſſimam omni oppugnationis genere infeſtabat Martinum perpetuis afflictionibus, illum Epiſcopum ad ſe inflectere cupiens. Sed quamvis impurus ſpiritus omni niſu pugnaret armatus: attamen reſiſtebat Martinus Chriſti gratia & virtute repletus: ac veluti ſi ſaxo immobili undarum fluctus illidantur, ita virili animo dicta reſpuebat hæreticorum garrientium.* Sed quæ poſt hæc ſecuta eſſe tradit, ſequenti anno æque dicentur. Rurſum idem Audoenus:

(*a*) *Audoen. in vita S. Eligii c. 34. Sur. tom. 6. die 1. Decemb.*

XXIII. Concilium Aurelianen. *Per idem fere tempus, quo apud urbem Romam hæc geſta ſunt, quidam hæreticus pulſus a partibus tranſmarinis, in Gallias venit: moxque ſe conferens ad civitatem, quæ olim Hedua, nunc autem Auguſtodunum vocatur, cœpit tam caute quam fraudulenter ſua nefanda dogmata prodere. Quod cum in palatio ad aures Eligii Noviomenſis Epiſcopi perveniſſet, cœpit vigilanter (uti ſemper in ejuſmodi rebus ſolicitus erat) cum Audoeno & cæteris Catholicis viris tractare, quemadmodum hanc peſtem palam omnibus manifeſtam denegarent: nec deſtitit Epiſcopos commonere & optimates, quouſque juſſu Principis ſacerdotale Concilium apud urbem Aurelianenſem congregaretur.*

XXIV. Hæreticus victus atque damnatus. *Ubi eo quem diximus hæretico in medium deducto, conabantur eum docti quique diverſis modis interpellare; ſed nullo poterant genere concludere; tanta quippe dicendi arte objectis quæſtionibus occurrebat, ut ubi maxime putaretur conſtrictus teneri, ibi ceu anguis lubricus quibuſdam foraminibus dilapſus, eorum ſe fronti opponeret. Cumque nullo modo a quoquam poſſet concludi aut ſuperari; extitit quidam e noſtris pia Dei providentia doctiſſimus Epiſcopus, nomine Salvius, qui ita ei in omnibus obviavit, ut ingens ea cauſa noſtris fieret gaudium & expectatio: omnes enim ejus verſutias & artes, quas ille nunc occulere, nunc etiam diſſimulare conabatur, frequenti diſputatione palam funditus detexit; ſicque adverſus eum omnium Epiſcoporum ſententia prolata, & per ſingulas civitates ſuper ejus nomine decretis conſtitutis, cum ea quæ par erat ignominia & dedecore a finibus Galliæ eliminatus eſt.* Hæc Audoenus: eadem plane in ipſius Audoeni (*b*) rebus geſtis narrantur: ſed quiſnam hæreticus iſte, vel cujus hereſis fuerit, ignoratur. At revertamur ad res Orientis.

(*b*) *Extant apud Sur. die 24. Aug. tom. 4. c. 9.*

Quod

PAGIUS

tranſiiſſe, & ibi ſedem fixiſſe. Cæterum Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alexandrinos DCXLII. refert, Arabicorum caſtrorum Præfectum in Iſauriam impreſſionem feciſſe, & plures in captivitatem miſiſſe, ideoque hoc vel ſequenti anno.

X. *Synodus Aurelianenſis S. Eligii opera coacta.* Ad num. XXIII. & ſeq. Refert Sanctus Audoenus in Vita Sancti Eligii lib. I. cap. 35. hæreticum quendam e partibus tranſmarinis in Gallias profectum, Auguſtodunum veniſſe, ibique cœpiſſe *tam caute, quam fraudulenter ſua nefanda dogmata prodere*: cumque hoc in *Palatio* ad aures *Eligii* perveniſſet, non deſtitiſſe Epiſcopos commonere & Optimates, quouſque juſſu Principis Concilium apud Urbem Aurelianenſem congregaretur; & hæreticum frequenti Diſputatione funditus everſum e finibus Galliæ eliminatum eſſe. Qua de re loquitur hoc anno Baronius, quia *Audoenus* poſtquam locutus eſt de Concilio Lateranenſi, de Sancti Martini injuriis, atque obitu, de ea Synodo verba facit. Verum ipſemet Audoenus cap. 40. teſtatur, ſe in primo libro Vitæ Sancti Eligii illa ſolummodo percurrere voluiſſe, *quæ in laico habitu geſſit*, & Fridegodus in Vita Sancti Audoeni cap. 9. de eadem Synodo Aurelianenſi ſermone habito, cap. 11. de Audoeni Epiſcopatu diſſerere exorditur. Quare Synodus hæc Aurelianenſis, quæ ordine ſexta eſt, annos aliquot ante annum ſexcenteſimum quadrageſimum, quo *Eligius* Noviomenſis & *Audoenus* Rotomagenſis Epiſcopi ordinati, congregata fuit. Vitam Sancti Eligii ab Audoeno ſcriptam multæ depravarunt auctiones, additioneſque variæ. Ea tamen quæ a Dacherio Tomo V. Veterum Scriptorum ex Codicibus MSS. publicata eſt, videtur genuinum Opus Audoeni.

XI. *S. Eligius varia Monaſteria condit.* Erat *Eligius* natione Aquitanus, qui patria & parentibus relictis in Neuſtriam venit, & *Clotario* tunc totius Franciæ Monarchæ, quod aurifex peritiſſimus eſſet, maxime gratus fuit. Non tantum ſub *Dagoberto* Rege; ſed etiam ſub *Clodoveo* II. ejus filio monetarius eorum Pariſiis fuit. Claudius Voterous in Erudito commentario, quem de vetere Francorum moneta publicavit, varios Dagoberti & Clodovei II. Nummos exhibet, in quibus *Eligii* Monetarii nomen etiam legitur. Solemniacum Monaſterium, Gallice *Solognac*, in Epiſcopatu Lemovicenſi conſtruxit, eique *Remaclum* primum Abbatem conſtituit, ut oſtendit Mabillonius in Addendis ad Sæculum II. Benedictinum p. 1091. ubi Chartam Eligii de fundatione *Solemniaci* Monaſterii recitat, quæ dicitur data *ſub X. Kalend. Decemb. anno decimo Regni Domini noſtri*



XXV. S. Maximus jubetur duci Conſtantinopolim. Quod enim ex Theophane ſuperius dictum eſt, hoc anno nono Imperatoris Conſtantis, ſicut Martini ita & Maximi Abbatis vincula conſignari: conſentientia iis valde ſunt, quæ in ejuſdem Maximi rebus geſtis narrantur quam fideliſſime, quæ hic tibi verbatim reddere argumenti dignitas poſtulat. Porro etſi eodem anno quo ſanctus Martinus, Maximus abductus eſt captivus ab Urbe, ubi magna ejus Eccleſiæ utilitate degebat: haud tamen una cum ipſo Pontifice captus & ductus fuit Conſtantinopolim, ſed paulo ante, utpote quod haud adeo difficile fuerit inventum ſolum ſanctiſſimum monachum peregrinum capere & vinculis mancipare. Cum enim Conſtantinopoli relatum eſſet ab iis qui erant in Urbe miniſtri Imperatoris Maximum Romæ magnopere ipſi adverſari Imperatori, in eum obloqui, & alia his ſimilia hæreſis odio facere: datum eſt in damnatis Exarcho, ut ipſum Maximum vinctum perduci curaret Conſtantinopolim, quod & naviter impletum eſt.

XXVI. Maximus adverſa quæque ſuperat. Sed ſpectemus glorioſum tanti viri certamen. Senem jam prope octogenarium videbis athletam non adverſus unum vel alterum, ſed omnes Imperatoris ſatellites immobilem ſtare, fortem robuſtumque conſiſtere, nec vel leviter pede moveri. Fuit plane admiratione dignum atque commiſeratione pariter, Angelis etiam veneranda canitie intueri ſenem, & adverſus eum tum Romæ primum, tum poſtea Conſtantinopoli omnem ad expugnandam ejus conſtantiam armari ſævitiam Imperatoria auctoritate nitentem: & nihilominus ipſum victorem de ſuperata perfidia, debellata ferocia, & ſubjugata potentia hæretici Imperatoris erigere numquam collapſura, ſed in æternum permanſura trophæa, quibus & noſtri illuſtrentur Annales, in primis vero univerſa Eccleſia Catholica decoretur. Age igitur hiſtoriam quam ſinceriſſime ſcriptam, ab auctore qui ab iis qui ejus inhærebant lateri (ut videbis) accepit, hic reddamus; qui poſt enumeratos commentarios a viro ſanctiſſimo tum adverſus ingruentes Monothelitas elaboratos, tum ad optimam vitæ rationem ineundam conſcriptos, pergit ſic dicere:

XXVII. Imperatoris conſilium de Maximo. *His omiſſis, ad alia orationem convertam, ac deinceps generoſi viri tolerantiam malorum & ærumnarum exponam. Conſtantem nepotem Heraclii cum Imperio potitus eſſet, nonumque jam annum id adminiſtraret, multamque male ſentientibus (quod ſentiret cum illis) dediſſet licentiam, & omnia peſtilenti lue impleſſet: hunc igitur, cum cætera ex ſententia procederent, de iis quæ Romæ gererentur, non mediocris inceſſit cura, cum reſciviſſet in ea omnes ab ipſo diſſentire, ipſiuſque dogmatis everſores. Cumque non ignoraret quis horum eſſet auctor (nam ſanctus vir omnibus doctrinæ ſplendore alte relucebat) eum magno ſtudio jubet in regiam deduci, exiſtimans ſe, cum hujus potitus eſſet, alios quoque omnes in poteſtate eſſe habiturum. Cum eo autem ipſius diſcipulus ductus eſt Anaſtaſius una cum cognomine ejus ac eiſdem moribus prædito, qui & Eccleſiæ Romanæ Apocriſarius dicebatur.*

*Quinetiam & divinum Martinum cum pleriſque Occidentis Epiſcopis in urbe Byzantina ſiſtit, his (ut credibile eſt) propter contrariam ſententiam offenſus. Verum incommoda & calamitates Pontificis Martini, quæque in eum impius ille contumelioſe deſignavit, innumeris eum contumeliis probriiſque aſpergens, innocentemque (o nefarias manus?) ſupplicio afficiens, tandemque longinquo damnans exilio (Cherſona autem exilii locus fuit) ejus videlicet Epiſcopis ſimiliter affectis: hæc otium mihi in præſentia non eſt, ut geſta ſunt, exequendi, ad res Maximi properanti. Ac multi quidem fortaſſe partim dicent, partim jam dixerunt, hominem, opinor, honorificantes, ejuſque converſationem laudibus extollentes: oratio vero noſtra inſtitutum ſuum proſequatur.*

XXVIII. Ducitur S. Maximus Conſtantinopolim. *Cum igitur ſacer hic vir manibus hominum cædis avidorum comprehenſus eſſet, ad eumque omnes reſpicerent: Videamus primum quibus ei dexteras dent tot occurſibus, quodque de eo judicium faciant hi egregii legiſlatores. Nam ſimulatque Byzantium urbem appulit, navigio eo de-*



la-

PAGIUS

*ſtri Dagoberti Regis*, ideoque ſub finem anni Chriſti ſexcenteſimi triceſimi primi. Eo Monaſterio perfecto aliud puellarum Pariſiis fundavit, eique redditus copioſos largitus eſt. Factus vero Epiſcopus Noviomenſis & Tornacenſis Monaſterium Virorum *Tornaci* & puellare *Noviomi* ædificavit, & utrique omnia, quæ eſſent neceſſaria, ſolerti cura providit. De ejus morte infra ſermo erit.

XII. *S. Maximus Abbas in exilium miſſus.* Ad num. XXV. & ſeq. Baronius refert hic ex Vita & Certamine Sancti Maximi Abbatis uno tenore, quæ anno DCLIII. adverſus hunc Sanctum geſta, & ſequentibus continuata. Hæc tamen in varios annos diſtribuemus, majoris claritatis gratia. Sufficit igitur hic obſervare Sanctum Maximum eodem anno, quo Martinus, in Regiam Urbem ductum eſſe. Factum id, ut eo ſuperato reliqui facilius cederent: *Cum eo autem ejus quoque diſcipulum Anaſtaſium, ac cui idem nomen erat, parique morum honeſtate fulgebat, Anaſtaſium, alterum, qui & Romanæ Eccleſiæ Apocriſarius audiebat*, Byzantium perducunt, inquit Auctor Anonymus Vitæ Sancti Maximi qui addit Maximum, ubi adventavit, tenebricoſa quadam domuncula incluſum eſſe, ne facta quidem *contubernalis Monachi ac diſcipuli facultate*. Poſtea auditus eſt in Palatio coram Senatu, ut ſuo loco dicetur.

*latus: veniunt ad eum ab Imperatore homines miſſi ex ſolo vultu multam animi acerbitatem oſtendentes. Qui ſanctum virum licenter impudenterque comprehenſum, incalceatum ac ſine amictu per vias trahentes adduxerunt, ſequente diſcipulo, tantoque facinori ingemiſcente: ac in quodam tenebricoſo tecto concluſerunt, ne diſcipuli quidem ei impertito contubernio.*

XXIX. Siſtitur judicio S. Maxim.

*Poſt aliquot vero dies adducunt juſtum in palatium, Senatu univerſo ſedente, ac truculentum aliquid & furens in eum intuente. At tum quidem Sacellario qui dignitate anteiret, judicium in eum permittunt, viro ad dicendum prompto, aptoque ad ſermones fingendos, & ad veritatem malitioſe interpolandam atque labefactandam omnium maxime accommodato. Is quid malitia prætermiſit? quid improbum non perpetravit? a quibus minis & & contumeliis abſtinuit? Non honorabilem reveritus ſenectam (nam tum erat annos circiter octoginta natus, & paululum ab ea ætate aberat) non effloreſcentem in vultu gratiam; non modeſtos & compoſitos & ſedatos liberaleſque & amabiles mores, cæterumque decorum & venerabilem ſtatum: idque cum injuſtiſſimus nullum criminis locum, nihil juri aut rationi conſentaneum, ob ea quæ juſtus geſſerat, haberet, ſed ſolam perverſitatem ſuam ac ſiniſteritatem, audaciamque morum & improbitatem oſtendens: adeo in tot tantiſque rebus inverecundiæ ſuæ ſpecimen dedit. Verumtamen is juſti viri ſermonum cautæ & prudenti verſationi decentibuſque reſponſis contradicendi non habuit locum: ſed temere omnia miſcere viſus eſt, malevolus modo eſſe convictus & improbitate inſignis.*

XXX. Calumniis agitur in S. Maximum.

*At quæ tum dicta factaque ſunt, quaſque innocenti calumnias impoſuerunt, qui putarunt mendacii ſe tectos eſſe: ipſe præclarus religioſi viri diſcipulus particulatim exponit proprio commentario, ex quo cuivis licebit omnia ad verbum percurrere, accuratiuſque cognoſcere. Verum non alienum a propoſito eſt, pauca ex illis a me commemorari, huicque orationi inſeri, ne nullius omnino eorum mentionem fecerimus, cum præſertim non narrando, ſed percurrendo res geſtas ſimus expoſituri.*

Quæ falſo obiecta in Maxim.

*Ut igitur nefandus Sacellarius in Sancti conſpectum venit, ſtatim incepit aſperiore ſermone eum laceſſere, minaſque incutere, injuſtum eum & proditorem & Imperatoribus inimicum appellans, omniaque alia turpiſſima. Ut autem hic ſciſcitatus eſt, qua gratia hæc de ſe diceret, & quamnam perpetraſſet proditionem: Tum calumnias ille confingit, quas ab illo ſolo confingi par erat, teſtes in aperto mendacio ſiſtens. Et quidem in religioſum virum deblaterabat, magnas eum urbes prodidiſſe, Alexandriam inquam, & Ægyptum, & Pentapolim: quas a noſtris, inquit, abſtraxiſti finibus, & Sarracenis jam addidiſti, quorum eum maxime domeſticum, atque in ipſos benevolum eſſe ajebat.*

XXXI. Ex ſomniis quæſtio habita.

*Poſtquam vero hanc illius pravitatem oratione, cui contradici non poſſet, Sanctus propulſavit, ſycophantiam manifeſtam nec quicquam aliud eſſe demonſtrans: Quid enim ipſi cum capiendis urbibus, quarum cauſa potius utilia cupiebat? Aliam impudens viam init, ſomnia quædam fingens & umbras & ſpectra, in iiſque & vocum reſultantes ſonos majorum ac minorum & Regum appellationes, & Occidentis Imperatori clariorem quam Orientis vocem reſonare: accuſatores hic quoque & ſycophantas in medium proferens. Quare magis etiam ingemiſcens religioſus vir: Gratias ago Deo meo, inquit, quod in manus veſtras ſim traditus, talibuſque criminibus petar, ut his involuntariis quæ voluntate a me commiſſa ſunt, deleantur, atque ut vitæ meæ maculas abſtergam. Verum ut paucis ad hæc reſpondeam, neque ad ſomnia reſpicio, neque ſomniorum conjector ſum, nec mihi otium eſt, ut in horum vana ſpecie mentem occupem. Sed quoniam ſic me accuſare voluiſtis, ut etiam adduceretis teſtes, eoſque qui non norunt, ſed ex iis qui noverint audierunt, quod illi (ut dicitis) migrarunt e vita: cur non a principio, & ſuperſtitibus etiamnum primis, ſomniorum expetebatis rationem ac pœnas? Sic enim & ipſi magno negotio moleſtiaque liberi eſſetis, ego vero pœnas ob confeſſas certaſque res perſolviſſem. At (ut credibile eſt) nec veritas ſic habet, nec qui in me indicium, fecerunt eum qui ſcrutatur corda, ante oculos ſuos propoſuerunt. Ne videam enim Domini mei conſpectum, nec Chriſtianus exiſtimer (nihil enim aliud habeo quod imprecer mihi) ſi confictum ſomnium aut vidi, aut eo informatus ſum, aut aliis narravi.*

* Judicium

XXXII.

*Poſtea tertium ei inferunt crimen, ut ſecundum redargui viderunt: quod nec in oratione ponendum eſſe putavi, propterea quod præterquam quod non eſt credibile, puerile etiam ſit & ridiculum. Nec vero quarto crimine egregii abſtinuere Judices: Quemdam Gregorium adducunt, qui affirmaret, dixiſſe Romæ ſancti diſcipulum, Nefas eſſe, nec rationi conſentaneum Regem ſacerdotem appellari: quippe qui a magiſtro,* Maximo ſcilicet, *Anaſtaſius hæc didiciſſet. Attamen ſacro viro ne defenſio quidem in hoc defuit. Qui ipſi Gregorio in faciem reſtitit, & oſtendit, alia tum eſſe dicta, alia nunc obiici. Nam cum ille, inquit, Romam veniſſet, de unitate habuit ſermonem,* voluntatis ſcilicet, *ut Typum nos reciperemus, quo illud dogma in multorum ore poſitum ſanciebatur & pro-*



Non eſſe Regum de dogmatib. definire.

*& promulgabatur. Ad illa videlicet nos reſpondimus atque occurrimus, cum ea conſideraremus quæ nobis profutura eſſent, quæque utilia arbitrabamur. Quamobrem nec mea eſſe ſcio, quæ nunc proferuntur, neque diſcipuli, qui vocatur in crimen, quicum numquam hujuſmodi (ac Deus teſtis eſt) ſermonem contuli. Verumtamen hoc ſolum mihi conſcius ſum dixiſſe, non diſcipulo, ſed huic ipſi Gregorio (quod ne ipſe quidem penitus negaverit, niſi ſe ipſum quoque plane neget) definire de dogmatibus, & quærere, ſacerdotum magis eſſe, quam Regum: quoniam his conceſſum eſt & ungere, & manus imponere, & panem cæleſtem offerre, & altari aſſiſtere, & quæcumque alia agere quæ diviniora ſunt, ſacramentaque ſublimiora habent. Hæc elocutus ſum, & nunc loquor. Ob hæc me quivis vel abſolvat, vel damnet: neque enim injuria homo ab homine affici poteſt, quamvis omnium graviſſima patiatur.*

XXXIII. Anaſtaſius diſcipulus inducitur contra Maxim.

*Tunc cum non haberent quid facerent qui mendacium ſpem ſuam ponunt: juſtum educunt, ejuſque introducunt diſcipulum Anaſtaſium, quem verbis ac minis perterrefaciunt, ut cogerent de magiſtro aliquid indicare, vim afferentes, ut diceret, eum dolorem dediſſe Pyrrho,* cruciamentis illum torſiſſe ſcilicet, *cum una ſermonem haberent in dicta ſuperius diſputatione. Falſiloqui haud ſcio cur iſta molirentur. Cum vero Anaſtaſius ſecus locutus eſſet atque expectabant, Sanctum virnm non ſolum nihil ei doloris attuliſſe, ſed etiam omnem exhibuiſſe honorem: pugnis eum & colaphis in caput & genas ferientes, eoque modo veritatem opprimentes, in cuſtodiam rurſum includi jubent.*

XXXIV. Rurſum quæſtio de Maximo.

*Sanctum igitur ad ſe iterum accerſunt ut anteactis non contenti, aliamque tentationem invincibili adhibent. Hæc erat: Origenis eum dogmata ſequi, & cum illo in omnibus ſentire. Ut vero confeſtim imbecillum & ad diluendum facile id crimen diſſolvit, aſſeverans eum a Deo ſejunctum eſſe & a Chriſtianorum partibus qui aſſentiretur Origeni, deliraſque ejus rationes acciperet: De Pyrrho rurſum, iiſque quæ tum eſſent dicta interrogant, perſonam potius induentes benignitatis, quam hanc ſcientes, aut in corde ponentes, ac deinde quomodo ſe a Patriarchæ communione abrupiſſet. Poſtea vero cum alias interim percontationes & interrogationes prætendiſſent; ac affirmaſſent, eum qui ab ipſis offerretur, Typum magni faciendum eſſe, ac in honore habendum quem ipſe execraretur & exhonoraret: ac demum cum ea quæ ipſis viderentur effugi non poſſe, nec facile dilui, propoſuiſſent, nec minis in eum, contumeliiſque abſtinuiſſent: tandem viderunt ſe in omnibus vinci, propriiſque (ut ajunt) capi pennis ac dimiſſo conſeſſu, Imperatorem propere adierunt hominis conſtantiam nunciantes: Maximuſque inquiunt, in ſermonibus eſt invictus, nec ei quiſquam perſuadere poteſt, ut noſtris aſſentiatur, tametſi conetur quis ſupplicio eum afficere.*

XXXV.

*Aliquanto poſt alii ad eum veniunt, cum jam cuſtodiretur, exiſtimantes forſitan, ſi crebro oppugnarent, ac verbis terrorem incuterent, ſe eo molliore uſuros. Qui venerunt autem dicebant, ſe a Patriarcha miſſos, qui & Sancto hæc ſtatim prætenderunt: Cujus, inquiunt, es Eccleſiæ (ipſis enim illorum verbis utar) Byzantii, Romæ, Antiochiæ, Alexandriæ, Heroſolymorum? Ecce omnes, ſubditæque iis provinciæ conjunctæ ſunt. Si igitur & ipſe Catholicæ es Eccleſiæ conjunge te nobiſcum; ne vitæ peregrinam viam innovans, quæ non expectas, patiaris. Ad quos beatus vir opportune & ſapienter reſpondet: Dominus cum Catholicam Eccleſiam rectam & ſalutarem fidei confeſſionem eſſe dixit, idcirco Petrum, qui bene confeſſus erat, beatum dixit; ſuper quem talem ſe ædificaturum Eccleſiam, univerſorum Dominus pronunciavit. Verumtamen confeſſionem volo addiſcere, ſuper qua univerſa Eccleſiarum facta eſt conjunctio, nec alienor ipſe, ſi id bene factum eſt.*

Catholicæ quæ dicenda Eccleſia.

XXXVI. De duabus operationibus diſputatio.

*Ad quem hæc, qui miſſi erant: Quamvis juſſi non ſimus de hoc dicere, dicemus tamen, ut nullam omnino excuſationem habeas: Duas dicimus operationes propter differentiam, & unam propter unitionem. At ille inquit: Duas propter unitionem unam dicitis factas eſſe, ac præter eas aliam? Non dicunt, ſed duas unam propter unitionem. Liberati ſumus, inquit, omni negotio, qui nobis ipſis fidem inſubſiſtentem ac Deum ſine exiſtentia finxerimus. Nam ſi in unam confundimus duas propter adunationem, ac rurſum in duas dividimus unam propter differentiam, nec unitas erit, nec dualitas operationum, quæ invicem ſe tollunt, ac faciunt operationis expers id cui inhærent, & omnino non exiſtens, nullum habens ex natura motum, qui auferri non poſſit, quique nullo converſionis modo alteretur ac mutetur. Omni igitur eſſentia privatum erit, ſecundum Patres, non habens operationem eſſentialiter, quæ ipſius character ſit. Hoc igitur dicere non poſſum nec hoc edoctus ſum a ſanctis Patribus confiteri. Quod igitur vobis videtur, qui poteſtatem habetis facite.*

XXXVII.

*Illi cum non haberent quid ad hæc contradicerent: quod placitum erat iis qui rerum potiebantur, ei inferunt, dicentes, illis videri, hunc qui non obtemperaret, anathemati ſubicii, ac mortem ei definitam irrogari. At hic leniter ſic atque humiliter: Quod Deo, inquit, de me defini-*

S. Maximus & duo Anaſtaſii in exilium miſſi.

*finitum eſt, nunc finem accipiat, ei gloriam afferens ante omne ſæculum præcognitam. Verum tum quidem, quæ prolata erant, differunt. Conſilium autem una habentes Imperator & Patriarcha (quemadmodum Pilatus & Judæi ſuper meo Jeſu) juſtum damnant exilio, in quoddam oppidulum, cui Bizya nomen erat, ſtatim abducentes, ſimulque diſcipulum Anaſtaſium in quemdam locum valde malum, Romanorumque Imperii ultimum ſolum deportantes. Perba, alias Perberis, ille locos lingua barbarorum nuncupabatur. Itidemque fecerunt ejus cognomini Romæ Apocriſario, qui Meſembriam relegatus eſt.* Eſt Meſembria in Thracia civitas de qua Theophanes, Zonaras, & alii in Leone. Hactenus de relegatione ſanctorum confeſſorum, Maximi ac ſociorum. Sed comparatione acerbiorum quæ hæc ſubſecuta ſunt, ludum hæc jure poſſet quiſque vocare: quænam autem iſta fuerint, ſuo loco dicturi ſumus.

XXXVIII. Ad ſex namque annorum ſpatia contigit Maximum, una cum ſociis iſtiuſmodi pro confeſſione Catholicæ fidei deliciis frui. Quidni delicias dixerim menſam illam, quam Sapientia (a) præparavit, pro cujus defenſione certamen tantum ſuſceperint confeſſores? Eſt plane, eſt manna (b) abſconditum, quod vincenti eadem exhibetur in menſa; quod quam ſuave ſit, nemo ſcit, niſi qui accipit. Sed exhibito jam ejuſmodi Maximi ac ſociorum certamine, quod majus in eodem impietatis theatro ſpectaculum repræſentatur, attente ſpectemus: quodnam vero iſtud fuerit, ſequens annus aperiet.

(a) Pro. 9.

(b) Apoc.

Se-

PAGIUS XIII. *Maximus Abbas & Anaſtaſius per annos X. vexati.*

Ad num. XXXVIII. *Maximum* Abbatem, & *Anaſtaſium* ejus diſcipulum anno ſexcenteſimo quinquageſimo tertio Conſtantinopolim ductos, ac per decennium vexatos fuiſſe, oſtendit Auctor Hypomneſtici num. VI. ubi nos edocet, utrumque anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, Indictione quinta, demortuum, *Maximum* menſe Auguſto, *Anaſtaſium* menſis Julii die vigeſima quarta, poſt athletica certamina *decem annos* peracta: *Pariter*, inquit, *& Anaſtaſius diſcipulus ejus ab undecima Indict. præteriti Cycli per tria exilia, Byzies ſc. & Perberi Thracenſium Regionis, atque prædictum Lazicum in multis contritionibus & intolerabilibus neceſſitatibus, atque hujuſmodi athleticis certaminibus, annis decem peractis ad Regnum migravere ſupernum.* Quare anno DCLIII. inchoata jam indictione XI. a Kalendis Septembris anni ſuperioris uterque vexari cœptus; alioquin ea perſecutio annos decem non duraſſet. Porro Baronius ideo ſcribit perſecutionem hanc *ſexennalem* fuiſſe, quia exiſtimavit, *Maximi* Martyrium anno DCLX. conſummatum, & ante annum DCLV. in eum ſævitum non eſſe quæ ex Anaſtaſii Collectaneis poſt mortem doctiſſimi Annaliſtæ e tenebris erutis corruunt.

XIV. *Agilbertus fit Epiſc. Occident. Saxonum*

*Cynigilſo* Occidentalium Saxonum Rege anno circiter ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo demortuo *Kenevvalchius* paterno Imperio, ſed non paternæ pietati ſucceſſit, *qui & fidem & ſacramenta Regni cæleſtis ſuſcipere renuit: & non multo poſt etiam Regni terreſtris potentiam perdidit*, inquit Beda lib. 3. cap. 2. additque eum repudiata ſorore *Pendæ* Regis Merciorum quam duxerat, aliam accepiſſe uxorem: ideoque bello petitum ab illo receſſiſſe ad *Annam* Orientalium Anglorum Regem: *apud quem triennio exulans fidem cognovit, ac ſuſcepit veritatem.* Cum vero reſtitutus eſſet in Regnum, venit in Provinciam *Agilbertus*, natione Gallus, ſed tamen legendarum gratia Scripturarum in Hibernia non parvo tempore demoratus, *Cujus eruditionem atque induſtriam videns Rex, rogavit eum, accepta ibi Sede Epiſcopali, ſuæ Genti manere Pontificem. Qui precibus ejus annuens, multis annis eidem Genti Sacerdotali jure præfuit*, inquit Beda lib. 3. cap. 7. Adventus *Agilberti*, qui poſtea Pariſienſis Epiſcopus fuit, in Regnum Occidentalium Saxonum ſecundum Chronologiam Saxonicam hoc anno contigit, iſque *Dorceſtriæ*, ubi jam ſederat Sanctus *Birinus*, ſecundus Epiſcopus fuit.

XV. *S. Remaclus fit Epiſc. Trajectenſis.*

Poſtquam *Sanctus Amandus* Epiſcopatum Trajectenſem abdicavit, *Sigibertus* Rex omnium Ordinum poſtulatione *Remaclum* invitum & renitentem in ejus locum ſubrogavit, ut teſtatur Notgerus Epiſcopus Leodienſis in ejus vita apud Surium ad diem tertium Septemb. Is tamen fallitur in eo quod ſcribit, ignorari quanto tempore Sedes vacaverit, quemadmodum & qui tradidere, *Trajectum* per biennium illud, quo ſupra diximus ingenti eos attritos fuiſſe plaga, qui *Amandum* Verbum Dei prædicantem contempſerant, ſine Epiſcopo fuiſſe: illa enim *Amandi* prædicatio nihil commune habet cum Sede Trajectenſi. *Amandus*, qui hoc anno vel ſaltem ſub finem ſuperioris, literas S. Martini Papæ accepit, quibus eum hortabatur ad tolerantiam tribulationum: & monebat, ne Epiſcopatum deponeret, propoſitum ſuum aliquandiu ſuſpendit, ut diſcimus ex Milone in Supplemento Vitæ ejus, ubi Epiſtola Amandi ad Martinum ſummarie recitata ſubjungit: *Pro quorum poſtea augeſcentibus in deterius ſceleratorum actuum incorrigibilibus exceſſibus, ſicut librum Vitæ ejus legentibus liquet, etiam Cathedram Epiſcopii ſibi commiſſi deſeruit.* Quare nonniſi exeunte anno, *Amandus* abdicavit, & *Remaclus* conſecratus eſt. Vita Sancti Remacli ſcripta a Notgero citato, cujus etiam compendium habet Harigerus in Geſtis Epiſcoporum Trajectenſium. Sed cum uterque tribus poſt *Remaclum* ſæculis ſcripſerit, in exponendis rebus, diſtinguendiſque temporibus non raro peccavit. Nuper Mabillonius Sæculo ſecundo Benedictino ex MS. Ciſterciano publicavit aliam Vitam Sancti *Remacli* ſcriptam ab Auctore Monacho Stabulenſi Anonymo, qui ſæculo nono vixit, ſed iſte pauca de eo habet, nec in Chronologia certior eſt. Vide dicta anno ſuperiori.



I. S. Martini Papæ certamen.

SEquitur annus Domini ſexcenteſimus quinquageſimus primus, nona Indictione, idemque illuſtris confeſſione ſanctiſſimi Papæ Martini. Si enim putarunt veteres novis Conſulatibus annos ſignari & illuſtrari pariter purpura Conſulum: quanto magis clarior dicendus Chriſtianis erit hic annus Summi Pontificis tot inſignitus victricibus palmis, cum eum adeo honorat iterata ſæpe confeſſio, & crebrius contumeliæ repetitæ exornant, catenæ decorant, nobilitatque durum exilium, per quod demum & martyrium conſummatum illuſtrat. Interim ſuo ſævit impietas arbitratu, graſſatur iniquitas exors legis, furit crudelitas abſque timore, & ſolutis habenis, Imperatoris calcaribus agitata hæreſis debacchatur: ſed omnia iſta machinamenta diaboli fluctuſque omnes furentium hæreticorum, qui non ipſum Rom. Pontificem tantum, ſed univerſam Catholicam Eccleſiam ſuo impetu poſſe obruere videbantur, illiſi petræ reſiliunt, atque in ſpumam gracilem diſſolvuntur, ſuo ſtridore teſtantes, oportere tandem cedere mendacium veritati, vitia a virtutibus ſuperari, atque procacem hæreſim ſuccumbere Catholicæ fidei & ipſi ſemper eſſe ſubiectam. Erat plane Martinus, ſive ſumma potentia veritatis, ſive ſuarum virtutum merito, ſive robore fidei Orthodoxæ, & prærogativa Apoſtolicæ ſedis Petri, petra duriſſima, quam magno ſuo ipſorum damno impii ut lædant, dum feriunt, feriuntur. Sed jam rerum geſtarum ſeriem ex epiſtolarum fontibus pura claraque veritate fluentibus in medium deducentes agrediamur.

II. S. Martinus ducitur Conſtantinopolim.

Martinus Pontifex igitur, ubi in Naxo inſula in ærumnis jam annum egiſſet, nec acerbitatibus ſævientium hæreticorum flecti ullatenus valuiſſet: immo vegetior animo, & conſtantia firmior factus eſſet, ad graviora ſubeunda ſupplicia Conſtantinopolim ducitur. Ita plane frequentiorem amplioremque locum voluit tanti certaminis præparari Divinitas, atque deligi civitatem regiam in theatrum, quo tanti athletæ victoria orbi innoteſcere poſſet. Quæ autem idem ibi ſit paſſus, ex litteris unius ex illis, qui ei peregrinationis comites adhæſerunt, hæc accipe (a).

(a) Extant inter Epiſ. S. Martin. ep. 16. ex verſione Anaſtaſii Bibliothec.

*Exinde ergo præmittentes nuncium quemdam cuſtodes qui retinebant eum, nuntiaverunt in Byzantium adventum & actiones ejus proferentes adverſus eum plurima mala, hæreticum & rebellem Domino, Deique adverſarium proclamantes, & ſubvertentem univerſam terram Romanorum.* Quibus parcerent malis in virum ſanctum, qui eum iſtiuſmodi calumniis impetebant? ut plane, ſecundum Evangelicum illud, obſequium ſe Deo præſtare putarent, & quo religioſores quique videri vellent, eo crudeliores in ipſum inſurgerent, & percuſſionibus lacerarent. Sed quæ ſit paſſus Byzantii, audiamus.

III. *Cumque tandem*, inquit, *perveniſſet Byzantium beatus ille decimoſeptimo die menſis Novembris, in portu juxta Euphemiam, juxta Arcadium nos reliquerunt a mane miniſtris uſque ad horam decimam recubantes in grabato navis. Eratque (ſicut dictum eſt) ſpectaculum omnibus Angelis & hominibus. Accedebant enim varii homines, quos propter ferales mores lupaces dixerim: & ſubrogati (ut coniicio) talia contra ſanctum Papam agebant, qualia Chriſtianis dici non oportet. Morantibus nobis in littore, eram incedens dolore plenus & amaritudine, eo quod viderem talem ſanctum virum ita dejectum, non ſolum autem, ſed & talia eloquia a quibuſdam Ethnicis prolata contra eum: nihil aliud quærebant, niſi ut auferretur anima ejus. Dehinc circa Solis occaſum venit quidam ſcriba, nomine Sagoleva, cum multis excubitoribus, auferentes de lembo, poſuerunt in geſtatorio, duxeruntque in cuſtodiam Ex-*

*cu-*

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCLXXXIX. Anno Hegiræ XXXI. inchoato die 24. Aug. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6144.

☉ 16. B. ☽ 6. P. 17. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 651.

MARTINI PAPÆ 3.

CONSTANTIS IMP. 11.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: X. *Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. VIII.*

A. C. 651. II.

A num. I. ad XXIV. Anno ſuperiori oſtendimus, Sanctum *Martinum* Papam, dum Conſtantinopolim duceretur, moratum eſſe *Naxi* anno integro, idque anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo quarto. Nunc quæ eo Chriſti anno uſque ad ejus mortem contigere, juxta Baronii ordinem exponenda. Cum tandem, ut legitur in Relatione cujuſdam ex ejus diſcipulis *Perveniſſet Byzantium Beatus ille ſeptimo decimo die Septembris menſis*, (anni ſcilicet DCLIV.) *in portum juxta Euphemiam prope Arcadianon, reliquerunt eum a mane miniſtri uſque in horam decimam recubantem in grabato navis.* Tractus, in quo erant Arcadianæ thermæ, *Arcadianarum* appellatione donatur paſſim a Scriptoribus Byzantinis: haud itaque procul ab illis relictus eſt Sanctus *Martinus* in portu juxta ædem Sanctæ Euphemiæ. Inde ductus in carcerem, fuit ibi *Clauſus, & ſine participatione penitus ſermonis alicujus, nonaginta tres dies. In ipſa vero*

*S. Martinus PP. coram Judicibus ſiſtitur.*

*ro*

cubitorii, quæ cognominatur Prandiarea, & fecit eum includi ſub multa cuſtodia, præcipiens Excubiti * cuſtodibus, ut nullus penitus ſciret civitatis, quia eſt in eodem Excubitu. Dum autem eodem detineretur S. Martinus carcere, eam quem anno ſuperiori diximus ſcripſit epiſtolam (a) ad Eliterum, qua cuncta quæ ab exordio perſecutionis paſſus eſſet enarrat, & recenſitis iis quæ ad ſuperiorem annum pertinebant, reliqua pauca quæ præſenti anno uſque in hanc diem eſt paſſus, ſic refert:

* Excubitorii

S. Martinus in cuſtodia aſſervatur.

(a) Mart. ep. 15.

IV. Quæ S. Martinus paſſus in cuſtodia.

Et ecce quadragintaſeptem dies ſunt hodie, ex quo non merui calida nec frigida aqua rigare me, & effluxi, & refrigui totus: quoniam ventris fluor & in navi & in terra uſque ad præſentem horam mihi requiem non dedit; & in ipſa quoque neceſſitate mea, hora qua conguſtaturus ſum, totus conquaſſatus corpore, ea quæ neceſſaria ſunt percipere ad confortandum naturam non habeo: tædet me ſumere, cum id habeam penitus in faſtidium. Sed credo in virtute Dei, qui omnia conſpicit, quia cum de præſenti vita ſubductus fuero, exquirentur de his omnibus qui me perſequuntur, ut ſublatus ſim; ut ſaltem ſic ad pœnitentiam ducti, ab iniquitate ſua convertantur. Subſcriptio. Incolumem te cuſtodiat Chriſtus Deus, fili dulciſſime. Hæc ſanctus Martinus, cum (ut dictum eſt) in ea cuſtodia aſſervaretur: de quo iſta comes itineris ſcribere pergit:

V. Manſit ergo idem ſanctus Apoſtolicus clauſus & ſine participatione penitus ſermonis alicujus nonagintatres dies. In ipſa vero nonageſimatertia die, quæ eſt Paraſceve mane tulerunt eum de cuſtodia conſtituendum in cella Sacellarii, jubentes pridie convenire omnem Senatum: quod & factum eſt. Juſſerunt autem eum introducendum, & introduxerunt in portatoria ſella. Erat enim penitus æger, præcipue autem in illis diebus præ navigatione & afflictione cuſtodiæ per tot dies effectæ. Intendens autem in eum primus qui præſidebat Sacellarius cum reliquis principibus a longe, juſſit eum ſurgere a ferculo, & aſtare. Dicentibus quibuſdam miniſtrorum, non valere eum ſtare: turbatus præ ira Sacellarius, exclamavit. Tunc autem & quidam de cuſtodia ſurgere eum & aſtare cenſuræ ſubnixum hinc inde juſſerunt: quod & factum eſt.

Siſtitur coram judicib. S. Martinus.

VI. Teſtes producti contra S. Martinum.

Sacellarius inquit ad eum: Dic miſer, quid tibi mali intulit Imperator? tulit tibi aliquid? oppreſſit te vi? Ille autem tacebat. Tunc ait ad eum Sacellarius imperativa voce: Ecce nunc ingredientur accuſatores tui. Et continuo cum ſermone introducti multi accuſatores contra eum: omnes autem erant mendacii filii, & diſcipuli eorum, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum negaverunt. Contradicebant vero ſancto viro, quemadmodum præmoniti fuerant: erant enim voces eorum præmeditatæ. In quibus quidam eorum paulo ante interrogati, ut teſtimonium perhiberent, tentabant dicere veritatem, ſicut mos eſt: & continuo turbati qui prætendebant certamen, incipiebant validis minis increpare eos, donec ſuaderent eos proferre quæ erant convenientia in mortem beati & juſti viri. Contemplatus ergo ſanctus Papa Martinus introeuntes teſtificari, ſubridens dixit: Iſti ſunt teſtes, ſicut habet ordo? Erant enim primi ingredientes nomine quidam milites, lupaces autem & beſtiales ſententia, & quidam eorum qui erant Olympii, cum quibus erat & Andreas, qui fuerat Notarius: erant enim intra accuſatores infelices Imerites & Erinus & reliqui numero quaſi viginti priores milites, & reliqui accuſatores. Jurabant autem ad ſancta Evangelia & teſtificabantur. Primicerius ſane omnium accuſantium erat Dorotheus Patricius Siciliæ, qui adjurans dixit: Quoniam quinquaginta capita ſi haberet Martinus, non oporteret eum vivere, eo quod ſolus ſubvertit, & perdidit univerſum Occidentem & delevit, & revera unius conſilii fuit cum Olympio, & inimicus, homicida Imperatoris, & Romanæ urbanitatis.

VII. Martinus conatur prohibere perjurantes a juramento.

Videns ergo juſtus vir introeuntes eos & jurantes ſine parcitate teſtificatores, compaſſus perditioni animarum eorum, ait ad eos qui præſidebant principes: Obſecro vos per Dominum, nolite præparare illos jurare, ſed abſque juramento dicant quæcumque volunt; voſque facite quæcumque vul-

PAGIUS vero nonageſima tertia die, quæ eſt dies Paraſceve, mane tulerunt eum de cuſtodia, conſtituendum in cella Sacellarii, ſeu Procuratoris fiſci: Quæ dignitas magna fuit, in Eccleſia Conſtantinopolitana, ut oſtendit Ducangius in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis, in voce Sacellarius. In carcere itaque fuit Sanctus Martinus a die XVIII. menſis Septembris anni DCLIV. & die decima nona menſis Decembris quæ incidebat in feriam ſextam, conſtitutus in cella Sacellarii, & ab eo coram accuſatoribus interrogatus.

III. Poſt interrogationes dixit Sacellarius: Tunitebaris contra Imperatorem, quid tibi ſpei erat? Ecce dereliquiſti Deum & dereliquit te Deus. Et continuo exclamans Sacellarius quendam aſtantium Excubitorum tonſorem (ut legitur in Collectaneis Anaſtaſii, non vero conſortem, ut habet exemplar, quo uſus eſt Baronius) præcepit ſine mora auferre pſachnion (non vero Pſachmon ut in Baroniano exemplari habetur) ſummi & Apoſtolici atque præcipui Paſtoris omnium Chriſtianorum, &c. Cum ergo incidiſſet pſachnion Beati Viri excubitor, & corrigiam campagiorum, (non vero compagiorum, ut habet Baronius) ejus, ſtatim tradidit eum Sacellarius Præfecto Ur-

Ducitur in exilium.



vultis. Et quid opus eſt etiam jurando perdere illorum animas? Ingreſſo equidem uno, & teſtimonium dicente, quoniam conjurationes fecit cum Olympio, & milites perparavit ut jurarent: Interrogatus Deo pretioſus vir, ſi hæc ita ſe haberent; ille: Si vultis audire veritatem, dico vobis ſequentia. Et cœpit dicere: Quando factus eſt Typus, & directus Romam ab Imperatore. Et hoc tantum dicente beato illo, aliud non conceſſum eſt loqui: ſed continuo ante omnis incipiens cum clamore Troilus, inquit: Non inferas nobis hic de fide: de duello nunc ſcrutaris, quoniam & Romani & nos Chriſtiani ſumus & Orthodoxi. Et reſpondet iiſdem vir juſtus: Utinam: veruntamen invenietis me in illa die tremendi judicii examinis teſtem etiam in hoc.

VIII. In accuſatores reiicit crimen S. Martinus.

Deinde inter accuſantes teſtes ait ad eum Trilus Præfectus: Qualis es tu homo, quoniam cernens & audiens talia contra Imperatorem nitentem effodiendum Olympium, indignum videlicet ſepultura, non prohibuiſti eum, ſed contra conſenſiſti ei? Ad quem dixit ipſe Apoſtolicus Papa: Dic domine Troile: Quando (ſicut ſcitis etiam vos, & nos audivimus) Georgius a magiſtratibus qui erant ex monachis, ingreſſus eſt tunc in Urbem a caſtris, & talia verba locutus eſt, fecitque reſtales: ubi eras, aut qui erant tecum, quod non reſtitiſtis, ſed contra concionatus eſt vobis, & quos voluit palatio exulavit & prohibuit? Iterumque cum Valentinus cum præcepto Imperatoris indutus eſt purpura & conſedit ei: quo jeratis vos? non eratis illic? Cur ergo non prohibuiſtis eum, dicentes: Ne attingas res non opportunas tibi? Nonne omnes contra conveniſtis ei? Quomodo habebam ego tali viro adverſus ſtare, habenti præcipue brachium univerſæ militiæ Italiæ? An potius ego illum feci Exarchum? Veruntamen denuo obſecro vos per Dominum: quodcumque vultis & definitis fieri in me, citius explete. Novit enim Dominus: Maxima mihi dona tribuitis, quacumque me clade jugulaveritis.

IX. Percontatus eum quidam de miniſtrantibus, Sagolevæ videlicet Sacellarius: Sunt foris etiam aliqui, qui debeant teſtificari? Reſpondit ſcriba: Sunt, domine, plurimi alii. Deficientes autem hi qui præſidebant, ſancto & venerabili aſtante viro in conſpectu eorum, & potiſſimum cum Spritu ſancto eum confirmante, dixerunt, ſufficere teſtes. Erat quippe interpres eorum quæ a Sancto dicebantur verborum Innocentius Conſul * filius Thomæ, qui erat ab Africa; & cum interpretaretur ea quæ a beato viro dicebantur, non ferebant. Videns Judex ignita jacula ſancti Spiritus a Deo honorabili viro contra eos prolata, ait ad Innocentium cum furore: Cur nobis interpretaris quæ dicit? Noli dicere quæ dicit. Surgens ergo continuo Sacellarius cum plurimis qui conſederant ei, ingreſſus eſt nunciare Imperatori quæque ipſe voluit.

* Conſularis

Interpres cohibetur.

Eduxerunt autem ſanctum Apoſtolicum virum de loco judicii, magis autem ex aula Caiphæ, in geſtatorio ſedili ſedentem, & ſtatuerunt eum in medio atrii, quod erat ante cellam Sacellarii & Imperialis ſtabuli, quo conſueverat omnis populus convenire, & expectare Sacellarii ingreſſum. Circumdederunt eum excubitores, atque fit omnibus ſpectaculum formidabile turbis. Poſt paululum ergo juſſerunt eum inferri in Solarium diſpoſitionis, ut eſſent ibi hactenus, quouſque proſpiceret Imperator per cancellos triclinii ſui, juſſurus fieri, quæ erant facturi. Erat itaque multitudo populorum uſque ad Hippodromum convenientium illic. Statuerunt ergo reverendiſſimum virum in medio Solarii diſpoſitionis in præſentia totius Senatus ſubnixum hinc & inde.

X. Siſtitur publico judicio S. Martinus.

Facta eſt ergo conſtipatio ſubito non minima: & exiens ab Imperatore Sacellarius, apertis januis triclinii, ut videret univerſum populum, veniensque ad ſanctiſſimum venerabilem virum Martinum Apoſtolicum, dixit ad eum: Vide quomodo Dominus te adduxit & tradidit in manus noſtras. Tu nitebaris contra Imperatorem? Quid tibi ſpei erat? Ecce dereliquiſti Dominum; dereliquit te Dominus. Et continuo exclamans Sacellarius, quemdam aſtantium excubitorum conſortem præcepit ſine mora auferre pſachmon * ſummi & Apoſtolici atque præcipui paſtoris omnium Chriſtianorum, qui Orthodoxam ſan-

*



PAGIUS Urbis dicens: Tolle eum, Domine Præfecte, & continuo membratim incide illum. Erat campagus, ut in ea voce variis exemplis oſtendit Ducangius, genus calceamenti, quod Regibus & Imperatoribus, Prætoribus, & Palatinis, ac denique militibus proprium fuit. Poſtmodum Compagis uſi ſunt Summi Pontifices, tandemque omnes Epiſcopi, & interdum etiam Abbates. His adde in Hypomneſtico dici Anaſtaſium Apocriſarium a Sancto Martino donatum fuiſſe uno ex compagis ejus, ideſt, caligis, quos nullus alius inter homines portat, niſi Sanctus Papa Romanus. Pſachnion veſtis fuit Summorum Pontificum, ut habet Ducangius in ea voce, ubi tamen non explicat, quæ eſſet ejus forma, aut quis ejus uſus: Imo ſuſpicatur, vocem illam corruptam eſſe. Poſtea carnifices circumpoſuerunt ferrea vincula in ſanctam ejus cervicem, & conjecerunt eum in unum carcerem cum homicidis; indeque tranſpoſuerunt in eam, quæ dicitur Diomedis Cuſtodia in Prætorio Præfecti. Extabat adhuc Conſtantinopoli Sancti Diomedis Monaſterium a Conſtantino Magno ædificatum; cui adjunctus erat carcer, teſte Niceta in Alexio Manuelis filio. Fecit Reverentiſſimus Papa in eodem Diomedis ergaſtulo octoginta quinque dies poſt

*ſanctorum Patrum & Synodorum confeſſionem, hoc eſt, fidem confirmavit, & novi erroris exortos auctores, novos videlicet hæreticos cum impiis dogmatibus eorum canonice & ſynodice anathematizavit. Cum ergo incidiſſet paſchmon beati viri excubitor & corrigiam compagiorum ejus; ſtatim tradidit eum Sacellarius Præfecto urbis, dicens: Tolle eum, domine Præfecte, continuo membratim incide illum.*

XI. Quod ad pſachmon ſpectat, depravate ita legi putamus: per quam vocem nihil eſt ut indumentum aliquod poſſit intelligi: ſiquidem Pontificia ſtola, quæ pallium dicitur & cæteris omnibus ſuperponitur indumentis, poſtea ſublata fuit. Nec eſt, ut coniici poſſit pſachmon, quaſi periſagmum, ſarcinam viatoriam fuiſſe, corrigiæ (ut textus habet) compagibus nexam: ſiquidem non ſit veriſimile ei relictam, cum e navi eſt ductus in carcerem, & e carcere ad judicium. Unde iſta conjunctio pſachmi atque corrigiæ opinari ſuadet, fuiſſe cingulo junctam compagibus peram, quæ Græce dicitur σαγὶς, quam ad libellos oblatos recondendos potiſſimum geſtare Pontifices ſolerent. Quæ autem ſecuta ſint poſt ignominioſam corrigiæ ſolutionem & conciſionem, auctor ita proſequitur:

XII. Æxuitur S. Martinus Pontificalibus inſignibus. *Cum his autem omnibus juſſit aſtantibus, anathematizare eum: quod & fecerunt. Non reſponderunt autem hujuſmodi voci viginti virorum animæ: ſed omnes qui eum videbant, & ſciebant quia eſt Dominus in cælo inſpector eorum quæ fiebant, demiſſo vultu cum multa mæſtitudine recedebant turbati. Suſcipientes ergo eum carnifices, exuerunt eum pallio ſacerdotalis ſtolæ, & ſcindentes alas tunicæ quæ erat interius, a ſummo uſque deorſum, circumpoſuerunt ferrea vincula in ſanctam ejus cervicem, & per omne corpus, trahentes eum vi: non conceſſerunt ei alicubi reſidere & animam refocillare, ſed a palatio duxerunt eum, publicantes & dehoneſtantes per medium civitatis ad prætorium, & gladius coram eo* ferebatur ſcilicet.

XIII. Expoſitus opprobrio urbis Conſt. S. Martinus. *Erat autem ei dolor magnus: oppido enim feſſus erat & infirmus præ tantis incommodis, futurus relinquere animam a preſſura paſſionum & tenuitate corporis. Attamen gaudens ſpe confortabatur in Domino; & quo magis afflictione & vi trahebatur, eo ſereno obtutu, ductus cum multa conſtantia animæ juſtus, cum uno ſolummodo indumento a ſummo diſciſſo in duas partes & ſine cinctorio ſequebatur vir tantus fide & gratia Domini cinctus. Heu, proh dolor! cerneres virum Deo plenum, tanto opprobrio ſubjectum, ut interiora ejus quodammodo nuda panderentur. Multifarie quidem continuo populorum conſpectus, videntes quæ fiebant, gemebant (ut veritatem dicam) & lacrymabantur: pauci autem miniſtrorum Satanæ gaudebant & ſubſannabant, & capita tranſeuntes (ſicut ſcriptum (a) eſt) movebant, dicentes: Ubi eſt Dominus ejus, & ubi fides ejus, & ubi doctrina ipſius?* (a) Matt. 27.

XIV. Rurſum detruditur in carcerem S. Martinus. *Qui cum veniſſet in prætorium dehoneſtatus & a carnificibus inculcatus, conjecerunt eum in ima carcerum cum homicidis. Et quaſi poſt unam horam tulerunt eum inde, & tranſpoſuerunt in ea, quæ dicitur, Diomedis cuſtodia, in prætorio Præfecti. Tanta autem inſtantia & vi trahebant eum vinculis nexum, ut dilaniarentur crura & poplites ejus, & ſanguis efflueret per aſcenſum ſcalæ ejuſdem cuſtodiæ: ſunt enim ſcopuloſi & aſperi valde ac penitus in altum porrecti gradus. Erat autem ipſe beatus præſentis vitæ fini proximus, jam in carcere ſupplicis anima deficiente ante gladium, cum non valeret conſcendere cum ſe trahentibus. Introducentes ergo eum quomodocumque in cuſtodiam, decidentem ſæpius ac ſurgentem, poſuerunt eum in ſcamno indutum ferro & catenis. Tunc enim quando traditus eſt a Caipha Pilato ut crucifigeretur, hoc eſt, Præfecto: continuo exuerunt eum carnifices, graviter enim algoribus * vexabatur; erat enim intolerabilis hyems: impoſueruntque ei graviſſima ferri pondera, & nullus aderat ei hominum ejus proprius, excepto uno ſolummodo clerico adoleſcente, qui cum manſiſſet in cuſtodia, & ſuperſtans lamentabatur magiſtrum, ſicuti Petrus Dominum. Erat autem conjunctus magiſter cuſtodiæ eidem beato: quoniam ſic erat mos, ut futurus pati per gladium, conjungeretur magiſtro cuſtodiæ illa nocte.* * angoribus

XV. *Erant ergo duæ mulieres, genitrix & nata, prænominatæ cuſtodiæ claves tenentes: quæque aſpicientes importabilem dolorem ſancti illius, qui inter tot pœnarum genera algore quatiebatur diriſſimo, motæ compaſſionibus, quærebant aliquam exhibere miſericordiam ei, & contegere eum, ſed non audebant propter conjunctum & cuſtodientem carnificem. Putabant enim actutum venturam cenſuram, ut trucidaretur. Poſt quaſdam vero horas quidam ex ordine militari vocabant ab imo magiſtrum vigiliæ carceralis. Diſcedente eo, una mulierum ergaſtulorum illorum pietatis viſcere ducta accedens, amplectenſque bellatorem Chriſti & Apoſtolicum Papam, portanſque reclinavit eum in proprio toro ſuo, contegens utiliter & involvens: manſit autem uſque ad veſperam ſine voce. Veſpere autem facto, miſit ad eum Gregorius Præfectus eunuchus ex cubiculariis Majorem domus ſuæ cum paucis cibariis, qui refecit eum, dicens: In tribulationibus confidimus in Dominum, non morieris. In quo magis aggravatus ille beatus ingemuit. Abſtulerunt autem ferrea vincula continuo ab eo.*

XVI. Paulus Epiſc. Conſtantinop. ægrotat. *Sequenti autem die adiens Imperator in Patriarchium viſendi gratia Paulum Patriarcham (proximus enim erat morti) narravit ei quæ conſummata erant in ſanctiſſimum virum. Ingemiſcens vero Paulus, converſus ad parietem dixit: Hei mihi, & hoc ad abundantiam judiciorum meorum actum eſt. Percontatus ergo ab Imperatore quid hoc eſſet, reſpondit: Numquidnam, domine, non eſt miſerabile, talia pati Pontificem? Tunc attentius adjuravit Imperatorem, ſufficere ei in his quæ paſſus eſt, nihilque amplius ſuſtinere. Unde audiens beatus ille Apoſtolicus vir quod non ſuſcepit quod expectabat* (nempe per gladium conſummare martyrium) *non gratum habuit tale promiſſum, ſed penitus mæſtus effectus eſt: feſtinabat enim explere bonum certamen, & abire ad Deum, quem deſiderabat.*

XVII. Paulus moritur, Pyrrhus quærit reſtitui. *Interea defuncto Paulo, Pyrrho reſidere nitente, atque quibuſdam Eccleſiæ contradicentibus & prohibentibus, libellumque ejus publicantibus in palatio, ajentibuſque quoniam a beatiſſimo Paulo anathematizatus eſt: Pyrrhus reprobatus eſt ſacerdotio propter libellum quem fecerat Romæ.*

*Et multa commotione facta, poſt dies octo, defuncto Paulo, dirigitur ab Imperatore ad Diomedis cuſtodiam ad magnanimum Papam Demoſthenes reſcriptor, & collaborator Sacellarii & Libeltitius cum eo. Intrantes vero dixerunt ad eum: Dominator noſter eximius Imperator miſit nos ad te, dicens: Ecce in quanta gloria primus conſiſtens, in qualem ordinem te ipſum duxiſti. Nemo tibi fecit hoc, ſed tu ipſe tibimetipſi. Ipſe autem nihil reſpondit, niſi ſolum hoc: Gloria & gratiarum actio per omnia ſoli immortali Regi. Dicit ad eum Demoſthenes reſcriptor: Dic nobis ea quæ de Pyrrho hic & Romæ ſubſequenter geſta ſunt: pro qua cauſa abiit Romam, juſſus, an proprio propoſito? Reſpondens ſanctus Papa dixit: Proprio propoſito. Ait Demoſthenes: Libellum illum quomodo fecit? compellente aliquo? Reſpondet ſanctus vir: Nemine, ſed propria propoſitione.*

XVIII. *Demoſthenes inquit. Veniente Pyrrho Romam, quomodo eum ſuſcepit ſanctus vir Theodorus prædeceſſor tuus Papa? uti Epiſcopum? Reſpondit æquanimis Papa: uti Epiſcopum: & quomodo non, ſi priuſquam veniret Pyrrhus Romam, manifeſte ſcripſit beatus Theodorus ad Paulum, utpote ad eum, qui ſupplantationem fecit, & alterius thronum invaſit? Deinde eodem Pyrrho veniente Romam ſponte ſua ad veſtigia beati Petri, quomodo non haberet eum ſuſcipere & honorare utpote Epiſcopum? Reſpondens Demoſthenes dixit: Vere veritas ſic habet. Unde autem ſumebat ea quæ ad uſum ſui corporis erant neceſſaria? Dicit beatus manifeſte: De Patriarchio Romano. Ait concertator. Qualis panis dabatur ei? Reſpondit honorabilis vir: Vos domini mei neſcitis Eccleſiam Romanam. Dico enim, vobis, quia quiſquis venit illuc miſerabilis homo hoſpitari, omnia ad uſum præbentur ei, & nullum immunem ſuis donis ſanctus Petrus repellit venientium illuc, ſed panis mundiſſimus & vina diverſa dantur non ſolum ei, ſed hominibus ei pertinentibus. Si ergo in miſerabilibus hominibus hæc fiunt: qui venit honorabilis ſicut Epiſcopus quales ſumptus habet ſuſcipere?* De munificentia R. Eccleſiæ hic repetita narratio.

XIX. Martini Conſtantia hoſtibus admiranda. *Dicit ad eum Demoſthenes: Nos didicimus quia Pyrrhus vi fecit libellum Romæ, & quia vincula lignea ſuſtinuit, & multa dolenda paſſus eſt. Reſpondit ille beatus, & dixit: Nihil tale factum eſt. Nam niſi quia formidine aliqui tenentur, non poſſunt forte loqui veritatem: hic ſunt Conſtantinopoli plurimi, qui tunc erant Romæ, & ſciunt quæ ibi geſta ſunt: ex quibus interim ſupereſt Plato Patricius, qui tunc Exarchus erat, quique direxit homines ſuos tunc ad Pyrrhum Romam. Percontamini eum de his, ſi mentior. Verumtamen quid volumus plurima quærere? Ecce in manibus veſtris retinetis me; & quodcumque vultis conſummare, Domino indulgente, in veſtra eſt poteſtate. Utique ſi membratim incidatis carnem meam, ſicuti Præfecto juſſiſtis, cum me traderetis, non communico Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Ecce hic ſum: examinate me & tentate, & invenietis experimentum gratiæ Dei fidelium ſervorum ejus: Interim Pyrrhus in medio veniat, qui toties anathematizatus eſt, & nudatus honore divino. Stupefactus Demoſthenes reſcriptor & admirans ſuper hanc vocem, æquanimis Papæ audaciam atque conſtantiam pro Chriſto velle voluntarie mori, quia ad hoc poſitus erat calix paſſionis: ſimiliter & ii qui conſequenter erant cum eis ſtupentes, accepto libellario, ſeriatim cuncta quæ dicta erant a ſancto viro conſcribentes, receſſerunt.*

PAGIUS *poſt primas nonaginta tres, hoc eſt omne ſimul CLXXVIII.* inquit Auctor Relationis, ideoque uſque ad diem decimum tertium menſis Martii anni ſexcenteſimi quinquageſimi quinti. Inde, ut ibidem legitur, tranſlatus eſt in domum Sagolabæ Scribæ, *poſt dies duos* deportandus in exilium in Cherſoneſam, ubi cum perveniſſet, ſcripſit Epiſtolam Conſtantinopolim, cujus titulus. *Ad quendam ſibi cariſſimum de exilii ſui calamitate*, in quo ait: *Navigantes Sancta quinta feria Cœnæ Domini* (quæ anno DCLV. in diem XXVI. menſis Martii incidebat) *pertranſivimus Pharum, per diverſa loca tranſmeantes Idibus Maiis, & Cherſonem pervenimus;* qua in Civitate eodem anno DCLV. ad Cœleſtem Patriam migravit, ut ſuo loco dicetur.

XX. *Fecit ergo reverendiſſimus Papa in eodem Diomedis ergaſtulo octogintaquinque dies poſt primos nonagintatres, hoc eſt, omnes centum ſeptuagintaocto. Venit igitur Sagoleva ſcriba, dicens: Quia juſſus ſum auferre te hinc, & transferre in domum meam, & poſt duos dies dirigere te, quo juſſerit mihi Sacellarius: Interrogante eum Papa, quo ducendus eſſet, vel in quem locum: noluit ei dicere. Rogabat ergo ſanctus ille, ut laxaretur in eadem cuſtodia, quouſque exularet, & ad eam horam auferretur de cuſtodia: & nec hoc conceſſum eſt ei. Sed circa occaſum Solis dicit venerabilis Papa iis qui erant in ergaſtulo: Accedite, fratres, Vale faciamus: quia ecce nunc aderit, qui auferet me hinc: Et hæc dicente eo, biberunt ſinguli charitatis gratia calicem. Et ſurgens ſereno vultu cum multa conſtantia & gratiarum actione, dicit ad unum concurrentium ſibi dilectum, qui erat ibi: Veni, domine frater, da mihi pacem. Erant porro præcordia fratris illius (ſicuti mihi ipſe referebat) in illa hora, qualia (ut coniicio) diſcipuli illius contemplantis Dominum in Cruce. Cumque oſculum præberet ſanctiſſimo Papæ præ nimia charitatis abundantia, copioſiſſime inter ſe lacrymas fuderunt. Omnes vero qui aderant, lamentum terribile faciebant.*

Ultimum vale, cum recedit e carcere S. Martinus.

XXI. *Anxiatus in hoc vir beatus, flagitabat omnes, ne hoc facerent, ſereno vultu dicens, & impoſitis venerabilibus manibus ſuper verticem ejus, ſubridens ait: Bona ſunt hæc, domine frater, hæc ſunt opportuna: & non oportere te flere, ſed magis gaudere ſuper me. Ad quem illico cum contritione cordis reſpondit: Dominus novit, famule Chriſti, lætor in gloria; quia dignatus eſt Chriſtus Dominus noſter propter nomen ſuum hæc te omnia pati: ſed declamor omnium perditionem. Salutantes ergo omnes eum, receſſerunt. Veniens ergo continuo ſcriba, & auferens eum, intulit in domum ſuam. Dictum eſt ergo quia in Cherſonam exulaturus eſſet, & poſt dies aliquot cognovimus quia illuc clanculo navigio tranſvectus eſt ſanctiſſimus Apoſtolicus vir.* Hucuſque de exilio ſancti Martini, quem plane contigit anno ſequenti amandatum perveniſſe illuc (ut ex aliis ipſius litteris apparet) Idibus Maii. Quæ ergo idem ſanctiſſimus Pontifex ibidem paſſus ſit, ſecundum temporis rationem dicemus anno ſequenti.

Martinus exulaturus conſolatur dolentes.

XXII. Ita quidem ſe habuere trophæa glorioſiſſimi æque ac ſanctiſſimi Papæ Martini prædeceſſorum omnium a Conſtantini temporibus feliciſſimi, utpote qui majora cæteris omnibus ſupplicia ſubire dignus habitus eſt pro nomine Jeſu, pro ipſa ſcilicet fide Catholica, ejuſque cauſa non (ut Apoſtolus ait) contumeliam pati tantum, ſed contumelias omnis generis atque multiplices. Accidit ei opportunum, ut ſub Principe Chriſtiano ſed tamen hæretico invenerit ſuo lucro Decios & Diocletianos, qui etſi non gladio ageret, & temperaret a nece, non id faceret commiſerationis ergo, ſed majori crudelitate, durius atque prolixius parans illi martyrium; quo eum (ſi poſſet) faciens deſertorem, adigeret ad impietatem; ſin minus, fame necaret: ſtulte putans, niſi ſanguinem funderet, ipſum non honeſtandum inſigni corona martyrii, quam eidem adverſarius invidebat, cum tamen ſua ferina rabie eam quam præclariſſimam fabricarit. Quale tunc viſum eſt in urbe illa totius Orientis metropoli immane ſpectaculum? Anteſignanum fidei, Epiſcopum Epiſcoporum, primarium Chriſtianæ religionis Antiſtitem, Judicem univerſalis Eccleſiæ, præcipuum Doctorem atque Magiſtrum ſacrorum dogmatum, cuſtodem canonum, cenſorem & vindicem Eccleſiaſticæ diſciplinæ, clavium uſu cœli arbitrum & inferni: hunc ipſum e ſede turbatum intueri captivum ductum, vinculis mancipatum, ſceleratorum manibus traditum, Pontificiis inſignibus exutum, catenarum onere prægravatum, omni vitæ ſolatio deſtitutum, diverſis carceribus mancipatum, pene nudum omnium oculis deridendum expoſitum, per urbem inſtar latronis tractum, & diſtractum, protritum & attritum, in fruſta ſcindendum traditum, ex catenarum preſſuris cute diſrupta fluore ſanguinis veſtigia conſignantem, conſumptumque in carcere frigore, ægritudine laceratum, maceratum inedia, omnique ex parte (ut uno verbo dicam) afflictionibus lancinatum? Qui hæc non oculis fidei fuerit contemplatus, certe quidem eumdem miſerrimum omnium hominum facile judicarit; ita ſane qui oculos habent, ſed non vident.

S. Martinus quanta paſſus.

XXIII. Cæterum cui deſuper lumen Dei in mente refulget, & radiis ex divinis Scripturis fulgentibus illuſtratur, vere eum beatiſſimum prædicabit, Petro dicente (*a*): *Si quid patimini propter juſtitiam, beati.* Et abſque controverſia recte definiet, numquam a pluribus ante ſæculis apparuiſſe Romanum Pontificem tanto fulgore coruſcum, vel ita ex inſignibus Pontificiis decoratum, numquam aliquando ita circumſpecte veſtitum, quam cum exutus pallio, expoliatus ſtola, interiori diſrupta tunica, nudus ex parte viſus eſt omnibus: numquam majori pompa proceſſiſſe, quam cum ferreis undique catenis vinctus per Conſtantinopolitanam tractus eſt urbem: nullaque umquam tam inſigni purpura effulſiſſe Pontificem Maximum, quam cum illa non murice tincta, ſed ſuo ipſius cruentata ſanguine tunica a ſummo uſque deorſum conſciſſa, ſeminudus idem ſanctus inceſſit: etenim illo nobilitatus eſt indumento, quod deprecatus a Deo eſt ſacerdotibus David, dicens (*a*): *Sacerdotes tui induantur juſtitiam*: & auctus illo, quod & Paulus fidelibus texuit, ubi ait (*b*): *Induimini Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Quo enim magis ab impiis ſacer dehoneſtatur Antiſtes, eo præclarius exornatur a Deo: quod oſtenſum eſt divinitus Zachariæ (*c*) de Jeſu ſacerdote magno, cui etſi adverſaretur Satan, aſſiſteret tamen miniſter Angelus; ac juberetur exui veſtibus ſordidis, & ſuperindui candidis, atque exornari capite cidari munda. An non effulgebant omnia tunc ornamenta in tanto Pontifice, cum inter tot tantaſque ignominias, & ærumnas eluceret ipſius adeo mirifice patientia, niteret modeſtia, ac ſplendeſceret mirum in modum fortitudo cum animi invicta conſtantia; dum etiam, & gaudio exultaret, & pati adhuc graviora ſitiret, atque exoptaret conſummare morte martyrium, illo ebrius potu, quem propinavit credentibus Jacobus Apoſtolus ubi ait (*d*): *Omne gaudium exiſtimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.*

(*a*) Petr. 1. 5.

S. Martinus pœnis & ignominiis illuſtratus.

(*a*) Pſal. 131.

(*b*) Rom. 13.

(*c*) Zach. 13.

(*d*) Jac. 1.



XXIV. Sed non prætereamus abſque conſideratione, quam terribilis ſit Deus in conſiliis ſuper filios hominum. Eodem enim tempore quo hæc tam iniquo judicio agitantur contra ſanctum Pontificem Conſtantinopoli, in cœlo throni (*e*) poſiti ſunt, & ſedit antiquus dierum, Deus Judex juſtus & potens, judicare eum, qui Martinum iniquo judicio judicandum expoſuit, malorum inquam omnium architectum Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum; qui ſiſti judicio juſſus, perterrefactus, eadem paſſus quæ quondam Pilati uxor (*f*), coactus eſt eadem ferme quæ viro illa, dicere Imperatori: *Nihil tibi & juſto illi.* Quod enim graviter & iſte peccaſſet, vitæ diſpendio oportuit luiſſe ſupplicium, ſed antea manifeſta confeſſione, extorquente eam ultore numine, profeſſum, ad cumulum ſuæ damnationis, tanta inique Romanum paſſum eſſe Pontificem, ubi ait: *Hei mihi: & hoc ad abundantiam judiciorum, ſive ſuppliciorum meorum actum eſt.* Talem tantamque extorſit importuna mors imminens veram confeſſionem.

Paulus Epiſc. Conſtant. ad mortem ægrotans fatetur peccatum in Martinum.

(*e*) Dan. 7.

(*f*) Matt. 27.

XXV. At nonne iſta fuit, cui credi deberet, aperta confeſſio, ipſum S. Martinum juſtam fovere cauſam, eſſe vero Orthodoxum, fideique Catholicæ defenſorem, ſe autem infandum hæreticum ultricibus flammis ea de cauſa mulctandam? alias enim multam ſibi divinam conciliari gratiam, cumularique gloriam, credere, fateri, prædicareque debuiſſet; quod nequam hominem convellentem Catholicam fidem, orbem hæreſi inficientem, Conciliis errorem ſtabilientem atque Encyclicis epiſtolis confirmantem, e medio tolli adeo laboraſſet. Sed interius vulnerata conſcientia talia contra ſe ipſum loqui, urgentibus veritatis ſtimulis, coegit eum tempore mortis, quo ipſa veritas ſoluta compedibus, ſceptra tenens, liberius agere conſuevit.

Confeſſio Pauli redarguit hæreticos.

XXVI. Cruciabat interius infelicem hominem culpa illa graviſſima, quod tantum judicium de Romano Pontifice aſtute nimis per Principem ſæculi exerceri, atque ejuſdem ſententia definiri feciſſet; cum cujuſvis tenuiſſimi Epiſcopatus Antiſtitis cauſa nonniſi in Synodo coram Epiſcopis cognoſci, tractari, ac terminari Eccleſiaſtico judicio conſueverit. Sed cur non ſaltem tamquam in ſcena tragœdiæ hujus actus, convocato ſuo Epiſcoporum Concilio, per ſpeciem honeſtius repræſentavit? At non ſuſtinuit ipſe præſentiam tanti Pontificis (timidus eſt enim omnis ſceleſtus, & ad juſti pavere ſolet aſpectum) exhorruitque præſidere Judex in condemnatione totius univerſa-

lis

Pauli patriarchæ fraudes.

PAGIUS IV. A num. XXIV. ad XXVII. In laudata Relatione ab uno ex Comitibus Sancti Martini Papæ facta, poſtquam narratum eſt, Sanctum Pontificem tranſlatum eſſe in carcerem *Diomedis* quod indicavimus contigiſſe die decima nona menſis Decembris anni ſexcenteſimi quinquageſimi quarti, dicitur Imperatorem inviſiſſe *Paulum* Patriarcham Conſtantinopolitanum, *proximus enim*, inquit, *erat morti*, eique narraſſe, *quæ conſummata erant in Sanctiſſimum Virum*, & Paulum *attentius* adjuraſſe *Imperatorem, ſufficere ei in his, quæ paſſus eſt* Martinus, *nihilque amplius ſuſtinere*; indignum ſcilicet reputans *Paulus* vel perduellionis reum, ut *Martinum* eſſe Imperator perſuadere volebat, talia eum pati; quod videntur velle illa verba Pauli: *Numquidnam, Domine, non eſt miſerabile talia pati Pontificem?* Ubi Collectanea Anaſtaſii loco *miſerabile*, habent, *mirabile*, quod utrumque congruit. Addit Auctor Relationis, inter hæc defunctum eſſe *Paulum*. Quare hujus mors accidit inter diem decimum nonum menſis Decembris anni ſexcenteſimi quinquageſimi quarti, & diem XIII. menſis Martii anni inſequentis; cumque Epiſcopus Conſtantinop. ordinatus fuerit menſe Octobri anni DCXLI. ut ſuo loco oſtendi, ſedit annos tredecim & menſes aliquot; & tam Zonaras, quam Theophanes in Chronico & in Tabulis eidem inſertis manifeſtiſſime errarunt, cum ei annos tantum duodecim tribuerunt, ac multo magis Nicephorus in Chronico, tam juxta editionem Scaligerianam quam Lupaream, qui ait, ſediſſe *Paulum* annos duos, dies viginti ſex, ubi tamen Librarius loco, *annos XII.* ſcripſit, *annos II.* In locum Pauli Imperator *Pyrrhum* Expatriarcham ſubrogavit.

*Moritur Paulus Epiſc. Conſtantinop.*

Ad

lis Eccleſiæ cunctis judicandis præſidentis Epiſcopi, cujus judicium reliqui omnes Epiſcopi injuſtitiam paſſi conſueverint appellare. Sic vulpes illa per alium egit, quod ſibi faciendi cum ſuis, facultatem deeſſe ſciebat; utpote quod optime noſſet, primariæ ſedis Pontificem a nemine judicari poſſe, irritumque reddi cujuſcumque judicium, quo inferior ſuperiorem condemnat: callide ergo impius & ſceleſtus, quem ſciebat Eccleſiæ Catholicæ præſidere Hierarcham, tyrannice potius in eum agi per Imperatorem curavit, quod ſciret non poſſe aliquo modo legitime fieri. Verum infelix, omnique ex parte miſerrimus, præjudicio propriæ conſcientiæ condemnatus, æterno ſupplicio mancipandus ex hac vita ſubtractus eſt, nactus ſucceſſorem æque impium, prævaricatorem Pyrrhum, iterum thronum redemptum perfidia conſcendentem. De nefario autem Imperatore nihil præterea eſt dicendum, quam quod ex ejuſmodi perſecutione immaniſſimi ſacrilegii eam conſecutus eſt laudem, ut omnes hæreticos Principes crudelitate facile ſuperarit: cum nullus eorum inventus ſit, ſi cuncta exacte examinentur, qui talia tantaque Romanum Pontificem pati coegerit. Sed quæ mala iſta attulerint Imperio damna, audi Græcorum Annales hæc ſummatim colligentes:

XXVII. (a) *Cedr. in Heracl. an. 20.*

*Ubi* (inquiunt *a*) *in hunc modum Eccleſia & a Regibus & ab impiis ſacrorum Antiſtitibus turbata eſt, erexit ſe Amalechus ſolitudinis cultor feriens nos qui populi Chriſtiani ſumus. Prima clades tunc accidit Romani exercitus ad Habitanem, & Jermuchamum ſanguinis effuſio injuſta. Deinde Palæſtini, Cæſarienſes, & Hieroſolymitani capti ſunt. Poſt Ægypti ſubſecutum excidium: ac deinceps mediterraneæ inſulæ, omniſque Romana ditio in poteſtatem hoſtium venerunt. Additur his Romani exercitus & claſſis in Phœnicia interitus, omniumque Chriſtianorum populorum & locorum vaſtationes, quorum finis nullus fuit, donec Eccleſiæ perſecutor infelici morte affectus eſt, occiſus in Sicilia in balneo Daphnes.* Hæc ſummatim Annales de cladibus illatis his temporibus Chriſtianis in Oriente, Deo ultore tanti facinoris. (Dei vindicta in Roman. Imp.)

XXVIII. Oſwini Reg. mors & laudes. (b) *Bed. epit. & hiſtor. Ang. lib. 3. c. 14.*

Hoc ipſo anno, ☞ decimotertio Kalendas Septembris ☜ Oſuvinus in Anglia Rex, nono regni ſui anno proditione amici occiſus, migravit ad ſuperos. Ita Beda, (*b*) qui eum nobili funere proſecutus eſt, dum videlicet poſt ejus obitum, ipſius egregia facta, velut ſepulcro coronas affixas, poſteris omnibus toto orbe ſpectanda reliquit, cum hæc ait primum de habitudine corporis: *Erat Rex Oſuvinus & aſpectu venuſtus, & ſtatura ſublimis, & affatu jucundus, & moribus civilis, & manu omnibus nobilibus ſimul atque ignobilibus largus. Unde contigit ut ob egregiam ejus & animi, & vultus & meritorum dignitatem ab omnibus diligeretur, & undique ad ejus miniſterium de cunctis prope provinciis viri etiam nobiliſſimi concurrerent. Cujus inter cæteras virtutes, & modeſtiam, & (ut*

PAGIUS

V. *Oſvvinus Rex Deirorum occiditur.*

Ad num. XXVIII. & ſeqq. Beda in Epitome ſcribit: *Anno DCLI. Oſvini Rex occiſus & Aidam Epiſcopus defunctus eſt.* In Hiſtoria vero lib. 3. cap. 14. ait, *Oſvinum* Regem Deirorum violenta manu ſublatum eſſe *die decima tertia Kalendarum Septembrium, anno Regni ejus nono*, & Aidanum Lindisfarnenſem Epiſcopum, *non plus quam duodecimo poſt occiſionem Regis, quem amabat, die, ideſt, pridie Kalendarum Septembrium* ad Deum migraſſe. Peremptus eſt Oſvinus ab Oſvio, Berniciorum Rege, ut habet ibidem Beda, qui inter Regias ejus virtutes notat, maxime eminuiſſe inſignem animi demiſſionem & humlitatem: fuiſſeque multum miſericordem, cultorem pauperum, & velut patrem miſerorum: quam ob cauſam inſcribitur tanquam Martyr in Martyrologio Anglicano ad diem XX. Auguſti. Poſt ejus mortem Deiris & Berniciis præfuit *Oſvius*.

VI. *Eanfleda poſt mortem Oſvini conjugis Sancte vivit.*

Auxit Sanctitatis *Oſvini* opinionem *Oſvii* Regis pœnitentia; is enim *Eanfleda* Reginæ Eduini Regis filiæ & Oſvini Regis conjugis monitu deteſtatus factum, profuſis lachrymis, expiare fuſum ſanguinem ſatagebat, ſtructa etiam æde Sacra, de qua Beda loco laudato, & erecto Monaſterio, de quo idem cap. 24. Eanfleda in Monaſterio non longe ab Eboraco ſito, a filia ſua *Elfleda* Abbatiſſa Sanctimonialium vitam didicit, ibidemque profeſſa eſt. Adhæc *Sanctum Vvilfridum*, a prima hujus ætate Monaſterio Lindisfarnenſi conſecravit; cumque eidem Reginæ deſiderium ſibi ineſſe Sanctorum Apoſtolorum limina viſitandi aperuiſſet: ea delectata bono Wilfridi adoleſcentis propoſito, miſit eum Cantiam ad Regem *Erconbertum*, qui erat filius avunculi ſui, poſtulavitque, ut eum honorifice Romam tranſmitteret, ſicuti teſtatur Beda lib. 5. cap. 20. quod etiam refert Eddius Stephanus in Vita Sancti Wilfridi Epiſcopi Eboracenſis, publicata a Mabillonio Sæculo IV. Benedictino parte II. pag. 672. ubi cap. 3. ait, Regem ſecundum petitionem *Eanfleda* Reginæ dediſſe ei Ducem nobilem & admirabilis ingenii, Benedictum ſc. cognomento *Biſcopum*, qui eum ad Sedem Apoſtolicam properantem comitatus eſt. Tandem poſt multa religionis opera & vitam Sanctiſſime in Monaſterio traductam *Eanfleda* mortua eſt anno ſexcenteſimo nonageſimo, ut habet Martyrologium Anglicanum, ubi nomen ejus inter Sanctos legitur ad diem V. menſis Decembris.

VII. *Moritur S. Aidanus & S. Cutbbertus fit Monachus.*

Obiit Aidanus *decimo ſeptimo Epiſcopatus ſui anno*, ut Beda lib. 3. cap. 17. juxta editionem Cantabrigenſem ſemel & iterum ſcribit. Quare perperam in editione Chiffletiana eodem capite modo dicitur demortuus *completis annis Epiſcopatus ſui ſexdecim*, modo *XVII. Epiſcopatus ſui anno*: ab anno enim DCXXXIV. quo Lindisfarenſibus Epiſcopus datus eſt, ad præſentem anni fluxere ſeptemdecim fere integri; neque veriſimile eſt, Bedam in eodem capite variaſſe. Sancti *Aidani* nomen legitur in Marty-



*(ut ita dicam) ſpecialis benedictionis glorias, etiam maxima fuiſſe fertur humilitas, ut uno probare ſat erit exemplo.*

XXIX. Aidani Epiſc. in pauperes profuſa charitas.

*Donaverat equum optimum Antiſtiti Aidano, in quo ille (quamvis ambulare ſolitus) vel amnium fluenta tranſire, vel ſi alia quælibet neceſſitas inſiſteret, viam peragere poſſet. Cui cum parvo interiecto tempore pauper quidam occurreret eleemoſynam petens: deſiliens ille, præcepit equum, ita ut erat ſtratus regaliter, pauperi dari: erat enim multum miſericors, & cultor pauperum, ac velut pater miſerorum. Hoc cum Regi eſſet relatum, dicebat Epiſcopo, cum forte ingreſſuri eſſent ad prandium: Quid voluiſti, domine Antiſtes, equum regium, quem te conveniebat proprium habere, pauperi dare? numquid non habuimus equos viliores plurimos, & alias ſpecies, quæ ad pauperum dona ſufficerent, quamvis illum eis equum non dares, quem tibi ſpecialiter poſſidendum elegi? Cui ſtatim Epiſcopus: Quid loqueris, inquit, Rex? Num tibi carior eſt ille filius equæ, quam ille filius Dei?*

XXX. Regiæ humilitatis dignum exemplum.

*Quibus dictis, intrabant ad prandium, & Epiſcopus quidem reſidebat in ſuo loco. Porro Rex venerat de venatu, & cœpit conſiſtens ad focum calefieri cum miniſtris, & repente inter calefaciendum recordans verbi quod dixerat illi Antiſtes, diſcinxit ſe gladio ſuo, & dedit illum miniſtro, feſtinuſque accedens, ante pedes Epiſcopi corruit, poſtulans ut ſibi placatus eſſet: Quia numquam, inquit, deinceps, aliquid loquar de hoc, aut judicabo quid vel quantum de pecunia noſtra filiis Dei tribuas. Quod videns Epiſcopus, multum pertimuit: ac ſtatim exurgens, levavit eum, promittens ſe multum illi eſſe placatum, dummodo ille reſidens ad epulas triſtitiam deponeret. Dumque Rex, jubente ac poſtulante Epiſcopo, letitiam reciperet: cœpit contra Epiſcopus triſtis uſque ad lacrymarum profuſionem efferri. Quem dum presbyter ſuus lingua patria, quam Rex & domeſtici ejus non noverant, quare lacrymaretur, interrogaſſet: Scio, inquit, quod non multo tempore victurus eſt Rex. Numquam enim vi-*

PAGIUS

rologio Romano ad diem XXXI. Auguſti, quo mortalitatem reliquit. Porro Beda in Vita S. Cuthberti, qui ſextus Lindisfarnenſis Epiſcopus fuit, refert *Cuthbertum*, dum remotis in montibus, pecorum ſibi commiſſorum ageret cuſtodiam, nocte quadam fuſum de Cœlo lumen vidiſſe, & cœleſtium choros agminum terras petiiſſe, & rapta ſecum anima claritatis eximiæ ſupernam rediiſſe ad patriam, *agnovitque*, inquit Beda cap. 2. *mane facto Antiſtitem Lindiſfarnenſis Eccleſiæ Aidanum, magnæ utique virtutis Virum, per id temporis, quo viderat, raptum de corpore, Cœleſtia Regna petiiſſe, ac ſtatim commendans ſuis pecora quæ paſcebat, Dominis, Monaſterium petere decrevit.* Hoc itaque anno Sanctus *Cuthbertus* a paſtorali vita ad Monaſticam tranſiit, & Monaſterium *Mailroſenſe* ingreſſus eſt. Situm illud fuit in valle Scotiæ hodiernæ, a Bervvico ultimo Angliæ Oppido XX. millibus paſſum diſſitum: illius primo, dein Lindisfarnenſis Præpoſitus præfuit, annoque DCLXXVI. in Farnem inſulam diſceſſit & Anachoreticam vitam duxit uſque ad Epiſcopatum. Sed de *Cutbberto* rurſus infra agetur. Extat ejus Vita, quam Beda dicit, ſe ex certiſſima ſcientia ſcripſiſſe, apud Bollandum ad diem XX. Martii, ac apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino. Aidano in Epiſcopatum Lindisfarnenſem ſucceſſit Sanctus *Pinanus*, *& ipſe ab Hii Scotorum inſula ac Monaſterio deſtinatus*, inquit Beda lib. 3. cap. 17.

VIII. *Moritur S. Iduberga.*

Hoc vel ſuperiori anno e vita etiam migravit *Sancta Iduberga*, ſive *Itta* Pippini Landenſis relicta, *ab obitu mariti ſui Pippini anno duodecimo*, inquit Auctor Synchronus Vitæ Sanctæ Gertrudis ejus filiæ apud Bollandum ad diem XVII. Martii Sanctæ Gertrudi Sacrum, quod etiam habet Anonymus, qui Vitam B. *Pippini* Ducis ſcripſit apud Ducheſnium Tom. I. Collect. Hiſtor. Franc. Quare cum *Pippinus* anno DCXXXIX. e vivis exceſſerit, *Iduberga* mors hoc tempore contigit, die incerto; dies enim VIII. Maii, quo colitur, non memoratur a laudatis Anonymis. Mortuo marito elegit ſanctæ continentiæ propoſitum, advenienſque Sanctus *Amandus* ad domum ejus, cum jam Epiſcopus Trajectenſis eſſet, ut docet Stephanus Abbas Leodienſis in Vita Sancti *Modoaldi* Epiſcopi Trevirenſis, Idubergæ fratris lib. 1. num. 7. rogavit eam, ut ſibi filiæque *Gertrudi* Monaſterium conſtrueret, quod ab ea peractum *Nivellæ* in Epiſcopatu Trajectenſi, ubi S. *Gertrudis* ab Amando prima Abbatiſſa Monaſterii Nivellenſis conſtituta eſt.

IX. *Conduntur Monaſteria Malmundarii & Stabuleti.*

Sigebertus in Chronico prodit, *Sigibertum* Regem Auſtraſiorum hoc anno ædificaſſe Monaſteria *Malmundarium*, & *Stabulenſe*, cooperante ſibi in his Majore-Domus *Grimoaldo*, & Trajectenſium Epiſcopo *Remaclo*. Nobiliſſima hæc Monaſteria, quæ adhuc perſtant, diſſita ſunt Leodio, (ad quam Civitatem a Trajectenſi Epiſcopatus tranſlatus fuit,) octo circiter leucis, & Stabuletum ſeu Stabulaus, vulgo *Stavelo*, in Diœceſi Trajectenſi, Malmundarium vero vulgo *Malmendie* in Epiſcopatu Colonienſi poſitum eſt. Quod utrumque, poſtquam *Remaclus* jam Epiſcopus Trajectenſis eſſet, conditum fuiſſe teſtantur non tantum Sigebertus in Chronico, & in Vita S. Theodardi Epiſc. Trajectenſis ac in Vita Sancti Sigiberti Regis; ſed etiam Notgerus Epiſcopus Leodienſis in Vita S. Hadelini Presbyteri apud Bollandum ad diem III. Febr. Harigerus in libro de Epiſcopis Leodienſibus, Auctor Chronici MS. Cœnobii Trudonenſis, & Auctor Monachus Stabulenſis Anonymus qui ſæculo IX. vixit, quique editus eſt a Mabillonio Sæculo Secundo Benedictino. Adhæc Cointius anno DCLIII. num. XV. & ſeqq. & Henſchenius ad diem primum Februarii in Vita Sancti Sigiberti Regis pag. 275. referunt, duo Sigiberti Regis Diplomata, quæ licet anno, menſe ac die careant, ex eorum tamen lectione liquet, initio fundationis utriuſque Monaſterii emiſſa eſſe. In priori enim Diplomate concedit Rex, ut *In utrorumque partibus Monaſteriorum menſurarentur ſpatia dextrorſum ſaltibus, non plus duodecim milliaribus, ut abſque impreſſione populi Deo ſoli vacaretur*, ait Rex, ubi

*vidi antehac ſimilem Regem: unde animadverto citius illum ex hac vita rapiendum: non enim digna eſt hæc gens talem habere Rectorem. Nec multo poſt diræ Antiſtitis præſagia triſti Regis funere, de quo ſupra diximus, impleta ſunt. Sed & ipſe Antiſtes Aidanus non plus quam duodecimo poſt occiſionem Regis, quem amabat, die, id eſt pridie Kalendarum Septembrium, de ſæculo ſublatus perpetua laborum ſuorum a Domino præmia recepit.* Hæc Beda de utriuſque obitu hoc eodem anno contingente. Porro Aidanus inter ſanctos relatus, anniverſario cultu ab Eccleſia celebratur: miracula vero ab eodem edita idem Beda recenſet.

An-

PAGIUS *ubi Remaclus Venerandus Epiſcopus praeſſe dignoſcitur.* Secundo Diplomate eiſdem varia de ſuo fiſco Rex largitur, aitque, *ubi Vir Venerabilis Remaclus Epiſcopus Abbas praeſſe videtur.* Cointius tamen anno DCXLVIII. num. XVI. & ſeqq. contendit, utrumque Monaſterium ante Epiſcopatum Remacli conditum eſſe, hac innixus conjectura, *Quia Malmundarium*, inquit, *pertinet ad Diœceſim Colonienſem, non facile quis ſibi perſuadebit Monaſterium a Trajectenſi Pontifice in aliena Parochia conſtructum fuiſſe.* [1] Verum leviſſima hæc conjectura contra omnium Scriptorum, qui de horum Monaſteriorum initiis loquuti ſunt, unanimem conſenſum. Præterea non *Remaclus*, ſed *Sigibertus* Rex & Grimoaldus Major-Domus Monaſterium ædificarunt, & redditibus locupletarunt. Adhæc Notgerus in Vita Sancti Remacli refert, cum *Malmundarium*, in Agrippinenſi Parochia ſitum eſſet, *Remaclum* illud ſuſcepiſſe conſtruendum, quod ſuæ Diœceſis limitibus continebatur, & utroque Monaſterio conſtructo Sigibertum Regem acceſſiſſe Remaclum, ut utrumque conſecraret, ſed quod erat Colonienſis Parœchiæ, fieret annuente *Chiniberto* Epiſcopo Colonienſi; quod & diſerte etiam habet laudatus Anonymus in Remacli Vita. Si Cointius Vitam Sancti Remacli ab hoc Anonymo ſcriptam, & a Mabillonio vulgatam vidiſſet, in eam ſententiam non abiiſſet; Ille enim Auctoribus, quos legerat, antiquitate præſtat, & in Chronologiam non peccat, ut alii, qui hujus Sancti Vitam ſcripſere. Porro utriuſque Monaſterii Abbatem *Sigibertus* Rex *Remaclum* conſtituit.

X. *Finis Regni Perſarum.*

Elmacinus in Hiſtoria Saracenica lib. 1. cap. 4. anno Hegiræ XXXI. ſcribit: *Vitam amiſit Jazdegiirdus filius Siabriarris, filii Choſrhoæ, Regis Perſarum, qui ultimus fuit Regum eorum; evanuit enim tunc plane eorum gloria, & ceſſerunt Provinciæ eorum & Regna Muſlimis*, id eſt, Muſulmanis, quibus nominibus Saraceni *tanquam recte credentes* appellari volebant. Quare falluntur recentiores Hiſtorici ac Chronologi, qui uno conſenſu tradidere, *Jazdegiirdum* anno Chriſti DCXXXII. vitam & Regnum amiſiſſe. Cœperat Perſarum Regnum, Auctore *Artaxare*, anno quarto Alexandri Severi Imp. Chriſti ſcilicet ducenteſimo viceſimo ſexto; ideoque duravit annos quadringentos ac viginti ſex.

NOTÆ [1] COintii conjecturam perſpicuo argumento nunc tandem confirmari datum eſt ex duplici Diplomate Sigiberti Regis in fundatione Monaſteriorum Malmundarii & Stabulenſis, quod utrumque in tom. 2. Vet. Monum. col. 5. 6. 7. vulgatum eſt. In utroque illo S. Remaclus *Venerabilis Abbas* & numquam Epiſcopus appellatur; quo demum titulo decoratur in altero Sigiberti Diplomate, eodem ſcilicet quod ex Henſchenio Pagius laudat, ſed cum data annorum Regni Sigiberti in eadem Collectione Martenii iterum prodiit. Fallitur autem Pagius cum Diploma hoc poſtremum datum credit in ipſa Monaſteriorum conſtructione; nam antea jam condita præcedentium Diplomatum conceſſione, in hoc poſtremo redditibus ſeu territorio augentur. Diploma hoc ſignatur anno *XIV. regni* Sigiberti, qui ab adepta Aquitaniæ poſſeſſione ductus annum 651. vel 652. reddit. MANSI



I. ANnus qui ſequitur, numeratur Redemptoris ſexcenteſimus quinquageſimusſecundus, decima Indictione: quo (ut ſuperius dictum eſt) ſanctus Martinus Romanus Pontifex Cherſonam in Ponto Euxino in exilium ductus eſt. Delectus fuit is locus infeliciſſimus ad exilium ſancti viri, ut ibi fame conſumptus diem extremum claudere cogeretur. Sed quibus ibi anguſtiis premeretur, ex ejus epiſtolis audiamus. Duæ enim ibi datæ ab eo breves epiſtolæ reperiuntur, quæ quidem abſque titulo extant; ſed prior (*a*) ſcripta fuiſſe Conſtantinopolim ad quemdam ipſius familiarem Orthodoxum virum, aſſeritur in epiſtola comitis ejus, de qua anno ſuperiori actum eſt: ſicque ſe habet:

(*a*) *Mart. ep.* 17.

II. Epiſt. S. Martini in exilio relegati.

*Indicamus germanæ charitati veſtræ, domine frater, quia poſtquam egreſſi ſumus ex eo quod Jeron dicitur, Conſtantinopoli navigantes, ſancta quinta feria Cœnæ Domini pertranſivimus Farum, & per diverſa loca tranſmeantes Idibus Maii Cherſonam * pervenimus. Ergo gerulus harum, qui præſentatus nobis tradidit epiſtolam, poſt triginta dies poſt nos a partibus Byzantii venit Cherſonam: & gaviſi ſumus ſuper adventu ipſius, æſtimantes quod expenſæ ab Italia eſſent nobis miſſæ in terram hanc, quæ deberent nos eo veniente conſolari. Et cum interrogaſſemus, cognovimus ab eo, quod nihil huc detulerit de Italia: & miratus ſum, & glorificavi Dominum etiam in hoc, quoniam ſicut ſcit, tribulationes noſtras diſpenſat, maxime cum fames in hac terra & neceſſitas talis eſſet, ut panis in ea tantum nominetur, non tamen potius videatur; quoniam niſi mittantur nobis ex partibus illis ſumptus, vel a partibus Ponti, hic vivere omnino nequimus. Spiritus (b) (b) enim promptus eſt, caro autem infirma, ut etiam ipſe noſti: neque enim diſpenſatio quævis poteſt in hac terra ullatenus inveniri in ſolatium ſaltem modici ſumptus. Si ergo (ut dictum eſt) tranſmiſſum fuerit illinc frumentum & vinum & oleum, & alia quædam; quomodo tu potueris, feſtina mittere nobis.*

* Cherſonem

(*b*) *Matt.* 27.

III. *Neque enim hujuſcemodi mala (ut reor) non oſtendi ſanctis qui ibidem ſunt, & iis qui ſunt Eccleſiæ illius, ut uſque adeo mandatum Domini parvipenderent: præſertim cum Apoſtolus (c) Philippenſibus ſcripſerit, gratias agens eis, quod & Theſſalonicam ſemel & bis in uſum ſibi miſerint, ubi & ſubdit: Habeo autem omnia & abundo. Si enim peregrinos illic, id eſt Romæ, ita reficit ſanctus Petrus; quid dicemus de nobis, qui proprii ſervi ejus ſumus, & ſaltem ad momentum miniſtravimus ei, & in tali exilio & afflictione conſiſtimus? Cognitionem autem feci ad dilectionem veſtram quarumdam ſpecierum, quæ comparari debent illic: & horum (quæſo te) more ſolito curam habeto, ut noſti, ad emendum, & mittendum nobis propter multas neceſſitates noſtras & frequentes infirmitates.* Hactenus prior ejus epiſtola: poſterior autem menſe Septembri data reperitur (*d*) hoc eodem anno, quæ caret itidem titulo: fortaſſe enim neque ab ipſo ſcribente fuit appoſitus, ne ſi interciperentur litteræ, ii ad quos ſcriberet, vocarentur ad quæſtiones, atque ſuppliciis ſubderentur. Sed audiamus ipſam epiſtolam:

(*c*) *Phil.* 4.

Queritur juſte de Romanis non ſubvenientibus.

(*d*) *Mart. ep.* 18.

IV. Altera epiſt. S. Martini relegati.

*Omne deſiderium habemus, ſemper litteris noſtris charitatem veſtram conſolandi, & relevandi vos a ſolicitudine, quæ vobis de nobis eſt, vobiſcum vero, & omnes ſanctos & fratres noſtros, qui curam noſtram propter Deum gerunt. Ecce enim, & in præſentiarum ſcribo vobis, quæ coarctant nos: veritatem dico in nomine Domini noſtri. Remoti enim ex omni mundana turbatione & ſepoſiti a peccatis noſtris, ecce ipſa vita caremus. Siquidem hi qui in hac regione habitant, omnes Gentiles exiſtunt, & Gentiles mores acceperunt hi qui hic habitare noſcuntur, nullam charitatem prorſus habentes, quam jugiter hominum natura & inter ipſos quoque barbaros crebra compaſſione demonſtrat.*

V. S. Martinus magna penuria afflictus.

*Novit itaque Dominus, quod niſi ex naviculis quæ veniunt ex partibus Romaniæ, (ut hi qui hic ſunt, nuncupantur) nec ſemel de regione iſta uſque ad unum trimiſtium frumenti potui comparare, ſed nec alterius cujuſcumque generis ſpe-*



PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCXC. Anno Hegiræ XXXII. inchoato die 12. Aug. fer. 1. A.C. 652.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6149.

☉ 17. AG. ☽ 7. P. 10 April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 652.

MARTINI PAPÆ 4.

CONSTANTIS IMP. 11.

HIc annus iſta formula notatus: *XI. poſt Conſulatum Conſtantis Aug. IX.*

I. *Poſtconſulatus.*

II. *Exilium S. Martini PP.*

A num. I. ad XI. Sanctus Martinus Papa anno DCLV. Cherſonam in exilium perductus, ibi eodem anno mortuus eſt, ut anno ſuperiori oſtendimus. Hoc vero anno, quo Baronius narrat mala, quæ Sanctus Pontifex in exilio perpeſſus eſt, hic adhuc Romæ ſedebat.

*ſpeciem, niſi (ut prædictum eſt) ex naviculis, quæ huc raro veniunt, ut ſale onuſtæ recedant, ſic potuimus emere unum modium tritici quatuor numiſmatibus uſque ad præſentem menſem Septembrem.* Ita plane neceſſario reſtituendus eſt textus ex his quæ habentur in dicta epiſtola ejus comitis: & non legendum, ut ſe habet in impreſſo codice, quod emerit uno numiſmate quatuor modios: repugnat enim & veritati. Nam cum ingens illic penuria tritici eſſet, magna tamen ex pretio abundantia declaratur, ſi uno ſolido (ita ibi appellatur numiſma) quatuor tritici modios coemiſſet. Sed pergit:

VI. Deſtitutus ab omnibus S. Martinus.

*Miratus ſum autem & adhuc miror indiſcretionem & incompaſſionem omnium qui quondam mihi pertinebant, & amicorum ac propinquorum: quia ſic funditus infelicitatis meæ obliti ſunt, & neſcire volunt (ut invenio) ſive ſim ſuper terram, ſive non ſim. Miratus ſum quoque multo magis eos, qui ſunt ſanctiſſimæ Apoſtoli Petri Eccleſiæ: quoniam tanta deberent operari de corpore ac membro ſuo, id eſt, ſuper dilectionem noſtram ad reddendos nos ſine ſolicitudine, ſaltem ſuper corporalis uſus quotidiano ſumptu. Nam etſi aurum Eccleſiæ ſancti Petri non habent, frumento, & vino & aliis neceſſariis expenſæ non carent per gratiam Dei, ut modicæ ſaltem exhibitionis curam geſſiſſent. Qualem putas conſcientiam habemus exibendi ante tribunal Chriſti, accuſantibus omnibus & rationem petentibus reddentibus hominibus, qui ex eodem luto & maſſa conſiſtunt? Quæ formido eſt, quæ cecidit ſuper homines ad mandata Dei minime facienda, aut timor, ubi non eſt timor? An ſubtractione uſque noſtri * ſpiritus? Num ita inimicus omni plenitudini Eccleſiæ apparuit & adverſarius illis?* Hæc idcirco, quod timerent illi Conſtantis minas, ſi Pontifici exuli opem ferrent. Pergit vero:

* nos

VII. (a) 1. Tim. 2.

*Verumtamen Deus (a), qui vult omnes ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, per interceſſionem ſancti Petri ſtabiliat corda eorum in Orthodoxa fide, & confirmet contra omnem hæreticum, & adverſariam Eccleſiæ noſtræ perſonam, & immobiles cuſtodiat, præcipue paſtorem qui eis nunc præeſſe monſtratur; quod in nullo prorſus decidentes, vel declinantes, aut dimittentes eorum quæ in conſpectu Domini & ſanctorum Angelorum ejus in ſcriptis profeſſi ſunt uſque ad puſillum quippiam, una cum humilitate mea coronam percipiant juſtitiæ Orthodoxæ fidei de manu Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. De humili namque hoc corpore meo & ipſi Domino cura erit; ut ſibi placet, gubernare, ſive in tribulationibus indeſinentibus, ſive in modico refrigerio. Dominus (b) enim prope eſt, & quid ſolicitus ſum? Spero quippe in miſerationes ejus, quod me tradet in eum quem juſſerit curſum. Omnes propter Dominum ſalutate, & omnes qui propter amorem ejus meis compaſſi ſunt vinculis. Dominus excelſus potenti manu ſua protegat vos ab omni tentatione, & ſalvet in regnum ſuum.*

Quid ſuis optet S. Martin.

(b) Phil. 4.

VIII. Conſtans ſucceſſorem dari curavit S. Martino.

Ex hac noviſſima Martini Papæ & Martyris ſanctiſſimi epiſtola declaratur, jam ſucceſſorem Pontificem in Urbe ſubrogatum, urgente nimirum Imperatore, ut exuto jam ipſo Martino, tyrannice licet, Pontificatus inſignibus, miſſoque tam longe apud Gentiles in exilium, jamque inter mortuos propemodum collocato, daretur illi ſucceſſor Epiſcopus urbis Romæ: pari prohibente tyrannide, ne quis quoquo modo illi ſuppeditaret alimenta, ne diutius vivere poſſet; quem & gladio occidiſſet, niſi ex eo perſecutoris nomen conſequi timuiſſet.

IX. Sed ad certam fidem earumdem ipſius Pontificis litterarum, deſcribamus hic reliquum epiſtolæ ejus in via comitis uſque Conſtantinopolim: ſic enim ſe habet: *Veniens ergo illuc*, Cherſonam videlicet, *poſt dies aliquot ſcripſit epiſtolam in Byzantium ad quemdam, quem ipſum propter Dominum & rectam fidem amabat; cum eſſet in magna tribulatione & exilio idem ſæpe dictus pater noſter ſanctiſſimus conſtitutus, poſtulans aliquarum ſpecierum ſubſidia propter multas & frequentes graves ægrimonias corporales, anguſtiaſque omnimodas regionis illius, eo quod nihil ibi inveniretur, præcipue triticum, quod quidem illic tantum nominabatur: unde jurejurando ſcripſit, quia naviculario illuc veniente, & parum tritici habente ad commutationem ſalis, vix potuerit emere ex eo unum modium tritici quatuor ſolidis, & cum multis hoc precibus. Diverſas autem anguſtias, ſcripſit ſancta ejus anima, pati ſe ibi non ſolum corporalibus anguſtiis, ſed etiam habitantium & dominantium ibi malis oppreſſus: ita ut penitus contritus malis, pene * jam moreretur, ſuaſione videlicet dominantium a Byzantio.*

* peius

X. Auctoris peroratio.

*Quamobrem quæſo vos humilis peccator & famulus veſter, a Deo honorabiles patres, ut quemadmodum ego viſa mihi & audita diligentiſſime declaravi vobis, hoc eſt, imminentes tentationes beatiſſimo Papæ propter rectam confeſſionem in Chriſto Domino, & propter anathematiſmum in novos factum hæreticos, quamquam pauca ex multis per viam qua potui dirigere ſcripſi; ita & vos zelum habentibus culturæ Dei explicate eadem, & conamini eum imitari, & traditiones ſanctorum Patrum retinere ſecundum imitationem ejus, & non communicare omnino contrarie*



*ſentientibus: obſecrantes etiam pro me indigno famulo qui ſcripſi, quod cum eo & vobiſcum ſit miſericordia Chriſti Domini noſtri. Amen.* Hec ipſe. Quis autem fuerit paſtor ille, quem S. Martinus præſidere dicit Eccleſiæ Romanæ, jam dicamus. Erant plane iſta quæ majorem viro ſancto dolorem incutiebant, cum ſubrogatum ſibi ſucceſſorem, ſe vivente & pro fide exulante, audiſſet.

XI. Hoc enim eodem anno, ubi in exilium actus eſt Martinus abſque ſpe ulla reſtitutionis, Calliopas implevit Romæ quod in mandatis acceperat ab Imperatore, nempe ut in locum Martini alius ſubrogaretur Pontifex. Reſtitiſſe diu viſus eſt clerus Romanus conatibus ejus ab eo tempore quo ab Urbe idem ſanctus Martinus abductus fuit, aſſerens contra jus faſque tentari facinus, ut vivente Pontifice alius in ejus locum ſubſtituatur; diuque altercatum eſt: verum ne cogeretur Romana Eccleſia ſubire periculum, quod imminebat, ut niſi ipſe clerus eligeret, daretur invitis ab Imperatore Romanus Epiſcopus, qui ejuſdem cum ipſo eſſet hæreſis propagator: eam duram conditionem alterius eligendi paſtoris ſubire ſunt coacti inviti. Itaque elegerunt Eugenium Romanum filium Ruffiniani, regionis primæ, qui inde maximam comparaverat laudem, quod ab incunabulis fere Eccleſiaſticis muneribus mancipatus, & per gradus ſingulos majoribus in virtute progreſſibus conſcendiſſet; maximamque ſibi & inde populi conciliavit benevolentiam, quod erga pauperes ſemper munificentiſſimus extitiſſet. Talem itaque tantumque virum delegerunt loco Martini Eccleſiæ præeſſe, vicaria tamen, dum ille viveret, præfectura: quod fieri contigit hoc anno, nona Auguſti, ut colligitur ex Anaſtaſio, dum ejus ſedis tempus numerat.

Eugenii electio.

XII. Pyrrhus iterum ſedet, & moritur.

Hoc eodem anno poſt multas contentiones tandem Conſtantinopoli ſubrogatus eſt in locum Pauli impius Pyrrhus, qui ubi ſediſſet (ut habet Nicephori Chroni-



PAGIUS III. *Eugenius fit Pontifex Romanus.*

Ad num. XI. Eccleſiam Romanam rexere Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerius Notariorum a die decima nona menſis Jun. anni ſexcenteſimi quinquageſimi tertii, quo die S. *Martinus* in Græciam, captivus ductus, uſque ad ordinationem Eugenii Succeſſoris. Sede enim vacante, aut Pontifice Romano abſente, hos tres locum ejus obtinuiſſe, ipſemet Sanctus Martinus nos edocet. Verum timens Clerus Romanus ne daretur invitis ab Imperatore Romanus Epiſcopus, qui ejuſdem cum ipſo eſſet hæreſis propagator, alium Pontificem eligendum duxit, inſcio quidem, ſed poſtea conſentiente Martino. In epiſtola enim ordine XV. ad Theodorum, in qua ea commemorat, quæ Romæ paſſus eſt, cum inde a *Calliopa* Exarcho vi abreptus, Conſtantinopolim miſſus eſt, ſcripta ex eadem Urbe paulo poſtquam illuc pervenit, ait; *Juſſio a Calliopa porrecta eſt Presbyteris & Diaconibus, in qua humilitatis meæ abjectio continebatur, quod irregulariter & ſine lege Epiſcopatum ſubripuiſſem, & non eſſem in Apoſtolica Sede dignus inſtitui, ſed omnimodis in hanc Regiam Urbem tranſmitti* (ex qua ideo hæc Epiſtola ſcripta, idque poſt diem decimam ſeptimam Septembris anni ſexcenteſimi quinquageſimi quarti, qua in eam appulit), *ſubrogato in loco meo Epiſcopo: quod necdum aliquando factum eſt,* ET SPERO QUOD NEC ALIQUANDO FIERI HABET; *quia in abſentia Pontificis Archidiaconus, & Archipresbyter, & Primicerius locum præſentant Pontificis.* Eugenius natione Romanus Pontifex conſecratus eſt eo Chriſti anno, die octava menſis Septembris, in quam Nativitas Beatiſſimæ Virginis incidit, cujus Feſtivitatem jam tempore Divi Gregorii Magni Romæ celebratam fuiſſe, oſtendit Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum, ad diem VIII. Septemb. *Eugenii* conſecrationem eo die peractam, Sedis ejus duratio, & Interpontificium anni unius, menſium duorum, & dierum viginti, in aliquibus exemplaribus MSS. Anaſtaſii notatum, de quo infra demonſtrat.

IV. Durante Interpontificio a die XIX. menſis Junii anni DCLIII. quo *Martinus* Romam reliquit computando, Archidiaconum, Archipresbyterum, & Primicerium Notariorum Eccleſiam Romanam gubernaſſe, laudata Sancti Martini verba nos dubitare non patiuntur; ac præterea certos nos faciunt, illum tunc *Eugenii* ordinationem latuiſſe, neque ſe ſe eidem aſſenſiſſe; alioquin non diceret, rem ſimilem nunquam factam eſſe, ſeque eam nunquam peractum iri ſperare. Verum poſtquam, quæ geſta fuerant a Clero Romano ad præcavendas Imperatoris inſidias, accepit, in Epiſtola a Baronio recitata, & a ſe Cherſona ad quendam ſibi Cariſſimum ſcripta, eam ſibi electionem gratam fuiſſe teſtatus eſt; *Verum tamen*, inquit, *Deus per interceſſionem Sancti Petri ſtabiliat corda eorum in orthodoxa fide, & confirmet contra omnem hæreticorum, & adverſariorum Eccleſiæ noſtræ perſonam, & immobiles cuſtodiat, præcipue* PASTOREM, *qui eis nunc* PRÆESSE *monſtratur*, ſcilicet Eugenium. Vide dicta anno DCLIV. num. IV.

*De regimine Eccleſiæ tempore Interpontificii.*

V. *Pyrrhi Epiſc. Conſtantinop. obitus.*

Ad num. XII. *Conſtans Auguſtus* non aliter ſubrogari voluit *Pyrrhum* Paulo Epiſcopo Conſtantinopolitano defuncto, quam ubi relatione ipſius *Martini*, nec non *Platonis* tunc Exarchi cum Romæ *Pyrrhus* anno DCXLV. dedit libellum, cognoviſſet id eum ſponte feciſſe, ac eum ſua voluntate abjuraturus Monothelismum Romam profectus eſſet. Teſtatur hoc appendix quæ legitur in fine Actorum Sancti Martini in Collectaneis Anaſtaſii a Sirmondo publicatis, quam Baronius non viderat: *Cæterum de Pyrrho ſciendum eſt, quoniam poſtquam certi facti ſunt a ter Beato Apoſtolico, ac Platone, quod ſponte fecerit Libellum ſuum, locaverunt eum in Throno iſto: quamquam Deus ſtatim juſto judicio ſuo deleverit eum de Libro Viventium. Similiter autem & novus Præſul, ut comperimus, Pyrrhum & Prædeceſſores Beatos Patres & Sanctos vocavit.* Petrus enim, qui in locum Pyrrhi demortui ſubſtitutus eſt, eadem hæreſi infectus fuit. Auctor itaque illius Appendicis, qui magnæ eſt fidei, oſtendit *Pyrrhum* noluiſſe videri exortem fidei Romanæ Eccleſiæ, ac antiquæ communionis & hæreticum animum cælaſ-

nicon) menſes quatuor & dies vigintitres, ex hac vita demptus eſt, & in locum ejus ſubrogatus eſt Petrus, qui in eadem Eccleſia ſuſcipiendorum hoſpitum munere fungebatur. Ita plane accidit Pyrrho, ut de reprobis in Pſalmis (*a*) dicitur: *Dejeciſti eos dum allevarentur: quomodo facti ſunt in deſolationem? perierunt propter iniquitatem ſuam: velut ſomnium ſurgentium Domine imaginem ipſorum ad nihilum rediges.* Qui miſer recuperandæ ſedis libidine flagrans, a Catholica Eccleſia, apud quam rediens ab hæreſi fecerat exomologeſim, ſcelerate deſciverat; ſed cum eam tandem contradicentibus etiam hæreticis ipſis, multo labore fuiſſet ex ſententia conſecutus, ex ipſa miſer ad tribunal ſeveriſſimi Judicis fuit dum non expectaret Dei mandato abreptus a truculentis inferni lictoribus: ſucceſſoris autem electionem contigiſſe anno ſequenti, quæ de ipſo dicturi ſumus, oſtendunt.

(a) *Pſal.* 72.

XIII. Quod ad res Borealium Eccleſiarum pertinet, altum ubique ſilentium, niſi tantummodo quod hoc eodem anno, qui numeratur quintus Clodovei Secundi Regis Francorum, ſcriptum legitur in Briſſonii doctiſſimi viri Formulis (*b*) erutum e vetuſtis jam ſenio proxime perituris monumentis teſtamentum Hadoindi Epiſcopi Cenomannenſis, quod cum ille de re antiquaria optime meritus ad inſpiciendas veteres in teſtamentis apponi ſolitas formulas, integrum voluerit edidiſſe; nos ad formam inſinuandam religioſiſſimi Epiſcopi teſtamenti, ob oculoſque proponendum dignum ultimæ voluntatis exemplum iis qui quam ſolicite facultatem teſtandi extorquere ſolent a Summo Pontifice, hic reddendum putavimus: quod haud admodum prolixum ſit, & plura in eo inſint, quibus rerum antiquarum ſtudioſus lector oblectetur: ſic enim ſe habet:

(b) *Briſſ. lib.* 7.

XIV. Teſtamentum Adoindi epiſc. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti & Spiritus ſancti octavo Idus Februarii, in anno quinto regnante glorioſiſſimo Clodoveo Rege, Ego Hadoindus ac ſi indignus, tametſi peccator Epiſcopus ſanctæ Dei Eccleſiæ Cenomannis civitatis, ſanus, Deo propitio, mente & corpore, ſanoque conſilio metuens caſum humanæ fragilitatis, teſtamentum condidi, eumque Cadulto diacono ſcribendum dictavi. Quod teſtamentum meum ſi quo caſu, jure civili, aut prætorio, vel alicujus novæ legis interventu valere nequiverit ac ſi ab inteſtato, ad vicem codicillorum valere id volo, & valeat.*

*Itaque ſi quando ego Hadoindus ſupraſcriptus Epiſcopus e rebus humanis exceſſero, & debitum venturi temporis complevero: Tunc TU SACROSANCTA ECCLESIA VENERABILIS HÆRES MEA ESTO, HÆREDEMQUE MEAM TE ESSE CONSTITUO. Ita ut ubicumque aliquid per hoc teſtamentum meum dedero, legavero, dareque juſſero: id ut detur, fiat, præſtetur, fidei tuæ, hæres mea, committo. Dono tibi, ſancta ac venerabilis mater Eccleſia Cenomannica in honore ſanctæ Mariæ & domni Gervaſii & Protaſii martyrum, villam juris mei, cujus vocabulum appellatur Auſa (quam datis rebus propriis meis comparavi cum domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, ſilvis, pratis, & paſcuis, quantumcumque in ea loca aſpicere videtur, cum colonis, & integro termino ſuo ad jus & dominationem veſtram revocetur perpetualiter poſſidendum.*

*Similiter baſilica domni Victurii, ubi ipſe domnus requieſcere dinoſcitur, & ſi meruero, inibi ſepulturam habere deſidero, dono tibi villam nuncupatam Acerveo (quam dato pretio comparavi) cum domibus, mancipiis, vineis, ſilvis, pratis, & paſcuis, exceptis his quos pro animæ meæ remedio ingenuos fieri præcepi totum & ad integrum præfata Baſilica poſt meum diſceſſum ſuæ poteſtatis faciat revocare perpetua dominatione poſſidendum.*

*Ea* vero conditione dono ſanctæ Baſilicæ domni Petri & Pauli Apoſtolorum, quam domnus Bertichrannus quondam Epiſcopus Cenomannicæ civitatis ſuo opere ædificavit, villam proprietatis meæ Iſcomodiacum, ſitam in pago Belini, quam data pecunia de Auſereno & genitrice ſua comparavi: ut hanc miniſtri ejuſdem poſt*

* Eadem

PAGIUS laſſe. Sic *Conſtans*, ut tyranni notam elueret, oſtenderetque ſe minime perſequi Eccleſiam Romanam, in *Martinum* ſæviit tanquam in reum Majeſtatis, ut in Relatione unius ex comitibus Sancti Martini legitur. Sed Deus quantocyus *Pyrrhi* crimen morte immiſſa ultus eſt. Nicephorus in Chronico aſſerit, eum poſt reſtitutionem ſediſſe *menſibus IV. diebus XXIII.* quod & Theophanes in Chronico etiam habet, ad annum Incarnat. ſecundum Alex. DCXLIV. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti DCLII. inchoatur. Quare *Pyrrhi* mortem biennio anticipat, quemadmodum Baronius triennio. Ex dictis enim liquet mortem ejus contigiſſe anno ſexcenteſimo quinquageſimo quinto.

VI. *Obitus Hadoindi Epiſc. Cenomanenſis.* Ad num. XIII. & ſeqq. Baronius recitat teſtamentum *Hadoindi* ſeu *Haduindi* Epiſcopi Cenomanneſis, qui reſtauravit multa Monaſteria in ſua Diœceſi, & ea regulariter degere inſtituit, ut dicitur in Actis Epiſcoporum Cenomanenſium editis a Mabillonio Tomo III. Veter. Analect. ubi & recitatur ejuſdem teſtamentum conditum *VIII. Id. Februarias in anno V. regnante glorioſiſſimo Clodoveo Rege*, ideoque anno Chriſti DCXLII. In illis Actis pag. 116. dicitur: *Hic ſedit annos in prædicta Sede unde triginta, menſes XI. dies XXIII. qui & in pace XIII. Kal. Septemb. obiit.* Quare ordinatus fuerat anno ſexcenteſimo viceſimo tertio, die vi-



*poſt meum tranſitum teneant, poſſideant, & futuris facere cui voluerint, derelinquant.*

*Similiter dono ipſi ſanctæ Baſilicæ domni Petri & Pauli Apoſtolorum villas, quibus nomina ſunt, Taudiniaco, Martiniaco, quam Lupus quondam per beneficium noſtrum tenere viſus fuit. Hoc ſupradicta Baſilica poſt noſtrum diſceſſum cum omni integritate, quod ad ipſas villas aſpicere videtur, miniſtri noſtri jam dictæ Baſilicæ de præſenti percipiant dominandum.*

*Simili modo dono baſilicæ ſancti Vincentii martyris, quam Domnolus ſanctæ recordationis Epiſcopus ſuo labore conſtruxit, villam juris mei Pratellus cum omni integritate, quantumcumque mihi Domnola viſa fuit habuiſſe.*

*Simili modo dono Baſilicæ domnæ & ſanctæ Mariæ Auroeno vicum, quem Agobertus Abbas Diablentis ſimul ædificavit: & Jona villam, quæ fuit Sigulfi presbyteri, & quam fidelis noſter Chaddo per noſtrum beneficium habere videtur: pariter & manſionem ad prope ipſam Jona, quam Lupus quondam tenuiſſe viſus fuit, ipſi Chaddoni volumus eſſe conceſſam: ſi tamen habuerit filios, in eorum permaneat poteſtate; & ſi quidem filios non habuerit, poſt ſuum tranſitum ad jus & dominationem domnæ Mariæ de Aureonenſi vico revertatur perpetuis temporibus dominandum. Similiter villa Laſtemarico, quam ex munificentia noſtra ipſi fideli noſtro Chaddono Defenſori noſtro conceſſimus, voluntas mea eſt, ut dum advixerit, hoc uſu poſſideat; poſt ejus vero diſceſſum cum omni re meliorata, vel ſuperpoſita, ſanctæ Baſilicæ Aureonenſi vico revertatur. Similiter Vernicella cum omni jure & termino ſuo, vel colonis, ad ſe pertinentibus, ad ipſam ſanctam Baſilicam proficiat in perpetuum.*

*Et ſi aliquis exinde epiſtolam quaſi a nobis factam protulerit, vacua & inanis permaneat.*

*Et ita nobis convenit, ut ſuperius, intimare: Ut quicumque facta noſtra de propinquis aut hæredibus noſtris chartam aliquam, quamvis bonorum hominum manu roboratam (ut cupiditas ſuadet) protulerit: vacua & inanis permaneat, & illam maledictionem percipiat, ut ſuperius eſt comprehenſum. Villam Fontanas in pago Silviacinenſe filius & parens noſter Bodilo, dum ſuperſtes fuerit, locellum locum tempore vitæ ſuæ teneat ac poſſideat.* Hactenus teſtamentum: ſequitur ſubſcriptio:

In Chriſti nomine Hadoindus etſi peccator Epiſcopus hoc teſtamentum, quod ex devotione fieri rogavi, relegi & ſubſcripſi. XV.

*Roſindus ſubſcripſi.*
*Berteghiſelus ſubſcripſi.*
*Mirſus ſubſcripſi.*
*Auffrebertus ſubſcripſi.*
*Saigrannus ſubſcripſi.*
*Audobertus ſubſcripſi.*
*Cadulfus ordinante domno Hadoindo Epiſcopo, hoc teſtamentum redditus ſcripſi & ſubſcripſi.* Clauſum erat hujuſmodi teſtamentum, ac ſuper ipſum hæc inſcripta inſtructio:

*Magnificis in Chriſto & ſanctæ Eccleſiæ filiis Bodilono & Andranno, Hadoindus Epiſcopus. Rogo & ſupplico charitati veſtræ, ut cum me Dominus & Creator omnium de hoc ſæculo migrare præceperit, Cenomannis civitate ire faciatis, & ibi teſtamentum meum cum apertum fuerit, vobis proſequentibus, apudque Publica geſtis municipalibus faciatis allegare. Et quod unicuique per ipſum teſtamentum ſanctis civibus, vel propinquis meis*

PAGIUS viceſima octava menſis Auguſti, quæ eo anno in Dominicam incidebat, & e vivis exceſſit anno ſexcenteſimo quinquageſimo quarto, non vero DCLV. ut ibidem Cointius num. I. habet, qui & ex corruptis Hadoindi Actis ſcribit, eum obiiſſe *XIII. Kal. Februarii.* Præterea loco, annos *unde triginta*, habet, annos *triginta*, quod accepit ex Bollando in Appendice ad menſem Januarium ac diem XX. ubi eadem Acta, ſed mutilata recitat. Poſt *Hadoindi* mortem vacavit Epiſcopatus menſes novem ac dies quatuordecim, & circa initium menſis Junii anni DCLV. *Berarius* Sanctitate æque inſignis ordinatus eſt, ut ex morte ejus conſtabit. Quæ obſervanda fuere ob ea, quæ infra de S. *Berario* dicemus.

VII. *Emmerammus Martyrium patitur.* Martyrium *Emmerammi Epiſcopi*, in prioribus Editionibus conſignavit Baronius anno DCCII. ſed in Appendice ad Tomum IX. monet pertinere illud ad præſentem Chriſti annum juxta Epitaphium mox recitandum: quod monitum in Editione Colonienſi anno DCCII. poſt Martyrium Sancti Emmerammi narratum ſubjungitur; cum tamen Martyrium illud ad hunc annum transferri debuiſſet. Cæterum hujus Sancti Vita a variis ſcripta, qui tamen nonnulla habent fabulis proculdubio accenſenda, ut pluribus demonſtrat Cointius anno DCXLIX. num. XXII. & ſeqq. & hoc anno num. XIII. & ſeqq. *Cirinus*, qui non *Ratiſponenſis*, ut a Baronio ibidem, aliiſque paſſim appellatur, ſed *Friſingenſis* Epiſcopus fuit, Caroli Magni temporibus Vitam Sancti Emmerammi primus conſcripſit. Tum poſt annum Chriſti milleſimum *Meginfredus* Magdeburgenſis præpoſitus librum edidit *de Vita & Virtutibus B. Emmerammi* rogatus ab Arnolfo Monaſterii S. Emmerammi, Præpoſito, qui & ipſe elucubravit duos libros *de Miraculis B. Emmerammi & de memoria Cultorum ejus*. Utrumque Opus Henricus Caniſius Tom. II. Antiq. Lect. in lucem emiſit. Emmerammus patria Pictavienſis fuit, & Epiſcopatum in Aquitania ſecunda geſſit; ſed cujus Civitatis, certo deprehendi non poteſt. Cum fama ad eum perveniſſet, in partibus Pannoniæ multos eſſe, qui adhuc idolis ſervirent, ingreſſus eſt Germaniam & Ratiſponam venit. *Theodo*, Bajoariæ dux hujus nominis primus, non vero quartus, ut huc uſque perperam creditum fuerat, petiit ab Emmerammo, ut in ſua Præfectu-

*meis viſus ſum delegaſſe, veſtra diſpenſatione unuſquiſque juxta ipſam delegationem percipere valeat; & quicquid exinde egeritis, geſſeritis, ratum & firmiſſimum debeat permanere. Quod mandatum manu noſtra firmavimus, & petimus muniendum.* His ſubiiciebatur ſubſcriptio.

Deſideratur autem codicillus, quo manumiſſiones ſervorum & alia legata ſcripta erant. Ita quidem olim qui bene Eccleſiis præerant Epiſcopi, non ex eis ſe ſuoſque ditantes, ſed ſuas in eas divitias, omiſſis conjunctis ſanguine, transferentes.

Se-

PAGIUS ſectura Verbum Dei prædicaret, quod & *per triennium per Urbes infra prædicti Principis fines per Oppida per vicos & fidelium domus diſcurrens* egregie præſtitit, ut pluribus narrat Cirinus, Tandem ibidem Martyrium complevit hoc anno, ejus tumulo his verbis inſculptis: *Emmerammus Pictavienſis Epiſcopus prædicando Dei Verbum, venit in Bavariam & ibidem in Helffendorf paſſus eſt anno DCLII. & hic tranſlatus eſt.*

VIII. *Epiſcopus Pictavienſis non fuit.* Quia tamen Pictavienſis Epiſcopus non fuit, & Sammarthani illum male inter Pictavienſes Epiſcopos numerarunt, hujus Epitaphii verba ita diſtinguit Cointius. *Emmerammus Pictavienſis, Epiſcopus, prædicando Dei Verbum, venit in Bavariam*, &c. Ratiſponæ, qua in Urbe *Theodo* hujus nominis primus Dux Bajoariæ ſeu Bavariæ morabatur, aliquando manſis *Emmerammus*, ibique mandatus eſt ſepulturæ; ſed Pontificatum in Bajoaria, nec Ratiſponæ, nec alibi geſſit. Primus Ratiſponenſis Epiſcopus ordinarius fuit *VVicterpus*, ſecundus Sanctus *Garibaldus*, qui octavo ſæculo ſedere, Si qui Ratiſponenſem populum prius erudierunt Antiſtites, ii fuerunt adventitii, nec locum in Catalogo Ratiſponenſium Epiſcoporum ſibi vendicare poſſunt. Surius quidem in titulo Vitæ hujus Sancti tam eum, quam *Cirinum* Ratiſponenſes Epiſcopos appellat, innixus quibuſdam ejuſdem Vitæ locis; verum ea a Surio depravata eſſe certum. Iſtius Vitæ MS. Auctor deceſſorem ſuum *Joſephum*, ſeque *Cirinum* vocat. Erectus eſt autem Epiſcopatus Friſingenſis VIII. Eccleſiæ ſæculo, cujus primus Epiſcopus fuit, Sanctus *Corbinianus* anno DCCXXX. demortuus, II. *Erimbertus* ejus frater, & III. *Joſephus*, cui *Cirinus*, ſeu *Cyrinus* ſucceſſit. Prætermiſeram obſervare, Sacrum *Emmerammi* corpus in ædem S. Georgii Ratiſponæ illatum fuiſſe, ibique Cœnobium poſtmodum, cum ingentes ad ejus tumulum undique concurſus fierent, a *Theodone primo*, cædis noxam, ſi qua penes ſe reſideret, expiaturo, conditum, Apoſtolorum Principi ipſique Emmerammo dicatum. Velſerus lib. 4. pag. 248. Brunnerus lib. 5. Adlzreitterus lib. 6. aliique hanc fundationem in annum DCXCVII. conferunt. Verum jam eo anno Bavariæ præerat *Theodo ſecundus* ejus ſucceſſor, ut infra monſtrabo.





I. Non recipitur Romæ ſynodica Petri Conſtant. Epiſcopi. SEquitur ordine annus Redemptoris ſexcenteſimus quinquageſimus tertius, Indictione undecima inchoata, quo in Pyrhi locum ſubrogatus fuit ab hæreticis Petrus hæreticus & ipſe Monothelita: qui ut faciem ſaltem Catholici hominis oſtenderet, ad Eugenium loco S. Martini ſedentem, quo ab eo in communionem recipi mereretur, litteras Romam miſit ambagibus involutas atque perplexas; ſed prohibente clero atque populo, minime receptæ fuerunt. De his enim habet iſta Anaſtaſius: *Hujus Eugenii temporibus Petrus Patriarcha Conſtantinopolitanus direxit Synodicam ad ſedem Apoſtolicam juxta conſuetudinem, omnino obſcuriſſimam, & ultra regulam, non autem declarans operationes, aut voluntates in Domino noſtro Jeſu Chriſto. Et accenſus eſt populus & clerus, eo quod talem Synodicam direxiſſet, quæ minime eſt ſuſcepta, ſed cum majore ſtrepitu eſt a ſancta Dei Eccleſia projecta: ut etiam nec eumdem Papam dimitteret populus vel clerus miſſas celebrare in baſilica ſanctæ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ, quæ appellatur ad Præſepe, niſi promiſiſſet iis ipſe Pontifex minime eam aliquando ſuſcipere.* Hæc Anaſtaſius: ex quibus plane innotuit Imperatori, impoſſibile eſſe hæreſim in Eccleſia Romana plantare, cum perſpicue intueretur, quod non Pontifex tantum, ſed clerus omnis, & Senatus populuſque Romanus adeo libere ingenueque deteſtari ſolerent & execrari, quicquid ſuſpicionem haberet hæreticæ pravitatis.

II. Concil. Tolet. VIII. Eodem anno, quo Recceſuinthus Hiſpaniarum Rex quintum inchoat annum ſui regni, Æra ſexcenteſima nonageſimaprima, die decimaoctava menſis Decembris celebrata eſt Synodus Toletana, octava dicta, cui interfuerunt Epiſcopi quinquagintaduo, Abbates duodecim, atque Vicarii Epiſcoporum abſentium decem: ſtatutique in ea reperiuntur canones tredecim. Ibi primum Rex volumen obtulit de his quæ ab Epiſcopis conſiderari atque decerni optaret: quæ omnia ſingillatim a Patribus cognita, ex perſcripto divinarum Scripturarum ſunt definita; quam autem conſultiſſime, ſi ea inſpexerit, lector intelliget. Exarſit vero potiſſimum zelus ſanctorum Epiſcoporum adverſus Epiſcopos carnis inquinamento pollutos, quos abſque aliqua ſperanda venia extra miniſterium longe fieri iidem decrevere (a), & de aliis ſacerdotibus ac miniſtris iiſdem culpis obnoxiis æque ulciſcendum ſtatuerunt; itidemque de ſubdiaconorum continentia canonem ſancivere. Sed quem de Quadrageſimæ obſervatione, ut ab eſu carnium omnes abſtineant, canonem edidere, hic totidem verbis recitandus eſt nobis: ſic enim ſe habet.

III. De quadrageſima canon. *Nonæ (b) intentionis admonitu detecta eſt ingluvies horrenda voracium, quæ dum fræno parſimoniæ non aſtringitur, religioni contraire cenſetur. Nam dicente Scriptura (c): Qui ſpernit minima, paulatim decidet in maxima: illi tanto edacitatis improbæ ſumptu graſſantur, ut cæleſtia & pene ſumma contemnere videantur. Etenim cum Quadrageſimæ dies anni totius decimæ deputentur, quæ in oblatione jejunii Domino conſecrantur, quibus etiam ſaluberrime conditio humani generis expiatur, dum a quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur; quatuor elementis formatus, propter tranſgreſſionem Decalogi quaterdecies convenienter affligitur: illi auſu temerario hæc omnia contemnentes, voracitatis ingluviem non frænant, & quod pejus eſt, Paſchalia feſta illicitorum eſuum perceptione profanant. Quibus ex hoc adeo acerrime interdicitur, ut quiſquis abſque inevitabili neceſſitate, atque fragilitatis evidenti languore, ſeu etiam ætatis impoſſibilitate diebus Quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolum reus erit reſurrectionis Dominicæ, verum etiam alienus ab ejuſdem diei ſancta communione. Et hoc illi cumule-*

*tur*

(a) Concil. Tolet. c. 4. 5.

(b) Concil. Tolet. 8. can. 9.

(c) Eccl. 19.

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſp. DCXCI. Anno Hegiræ XXXIII. inchoato die 2. Aug. fer. 6. A. C. 653.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6146.

☉ 18. F. ☽ 8. P. 21. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 653.

MARTINI PAPÆ 5.

CONSTANTIS IMP. 13.

I. *Poſtconſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *XII. poſt Conſulatum Conſtantis Aug. X.*

II. A num. II. ad VIII. Concilium Toletanum VIII. recte a Baronio conſignatum; in Edicto enim Recceſuinti Hiſpaniarum Regis Patribus Concilii directo legitur: *Datum ſub die decima ſeptima Kalendarum Januariarum anno feliciter quinto gloriæ noſtræ.* Adhæc placitum *Judæorum* in nomine Principis factum *ſub die XII. Kalendas Martias, anno feliciter ſexto gloriæ veſtræ*, oſtendit Concilium uſque ad anni ſequentis initium continuatum eſſe, ſc. uſque ad menſem Februarium, confirmatque quod ſupra aſſeruimus, *Recceſuintum* Regnum iniiſſe die XXII. menſis Januarii anni DCXLIX. cum inter diem XVI. Decembris, & diem XVIII. menſis Februarii annum Regni V. & VI. numeraverit. Porro *Judæi*, adverſus quos duodecimum De-

*Concilium Toletanum VIII.*

cre-

*tur ad pœnam, ut ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam; quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi vero, quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, non ante probita violare præſumant, quam a ſacerdote permiſſum accipiant.* Hactenus canon, cum vigeret in ea Eccleſia diſciplina.

IV. Epiſcopi cum optimatibus deligunt regem. Sed & illud confectum eſt memoria dignum, ut ab eiſdem de creatione Regis canon decimus ſanciretur: nempe ut Pontificum Hiſpanorum potiſſimum negotium eſſet, accedente aſſenſu Majorum Palatinorum, ut quem Regi ſuccedere vellent, eligerent, fierentque ab eis comitia in loco ubi contigeret Regem mori. Sunt hæc verba canonis (a): *Abhinc ergo & deinceps ita erunt in regni gloriam præficiendi Rectores, ut aut in urbe regia, aut in loco ubi Princeps deceſſerit, cum Pontificum Majorumque palatii omnimodo eligantur aſſenſu.* Si hæc ergo de ſucceſſione Regum Hiſpaniarum in Concilio ſtatuiſſe leguntur Hiſpaniæ Epiſcopi: quid adeo mirandum, primum ſummumque in Eccleſia Catholica Hierarcham de electoribus Imperatorum conſtituere decretum?

(a) Can. 10. ad finem.

Quod autem ad Cauſam Judæorum ſpectat, adverſus quos querela Regis Synodum interpellavit: placuit ſanctæ Synodo, ut in eos, qui poſt Chriſtianam fidem ſuſceptam ad Judaiſmum reverſi eſſent, leges Siſenandi ſeveræ admodum exercerentur: quarum timore iidem convenientes, atque pœnitentiam præſeferentes, ad eumdem Regem ejuſmodi anno ſequenti ſcripſere libellum (b):

(b) For. Jud. lib. 12. tit. 2. c. 16.

V. Judæi Apoſtatæ quibus pactis recepti ſunt. *Clementiſſimo ac ſereniſſimo domino noſtro Recceſuindo Regi, omnes nos Hebræi Toletanæ civitatis atque Hiſpaniæ, gloriæ veſtræ, qui infra ſubſcripturi vel ſigna facturi ſumus.*

*Bene quidem ac juſte nos meminimus compulſos fuiſſe, ut placitum in nomine divæ memoriæ Cinthilani Regis pro conſervanda fide Catholica conſcribere deberemus, ſicut & fecimus. Sed quia perfidia noſtræ obſtinationis & vetuſtas parentalis erroris nos ita detinuit, ut nec veraciter in Jeſum Chriſtum Dominum crederemus, nec Catholicæ fidei ſinceriter hæreremus: idcirco nunc libenter ac placide ſpopondimus gloriæ veſtræ tam pro nobis, quam pro uxoribus & filiis noſtris per hoc placitum noſtrum, ut deinceps in nullis obſervationibus, in nullis inceſtivis uſibus miſceamur, Judæis autem non baptizatis nullo penitus execrando conſortio ſociemur. Non, more noſtro, propinquitatem ſanguinis uſque ad ſextum gradum inceſtiva commixtione vel fornicatione jungamus. Non coniugia ex genere noſtro aut nos, aut filii noſtri, vel noſtra poſteritas ullatenus ſortiamur, ſed in utroque ſexu deinceps Chriſtianis jugali copulatione nectamur. Non circumciſionem carnis operemur, non Paſcha, & ſabbata, cæteroſque dies feſtos juxta ritum Judaicæ obſervantiæ celebremus. Non eſcarum diſcretionem, vel conſuetudinem teneamus. Non ex omnibus, quæ Judæorum uſus & abominanda conſuetudo vel converſatio agit, aliquatenus faciamus: ſed ſincera fide, grato animo, plena devotione in Chriſtum Filium Dei vivi, ſecundum quod Evangelica & Apoſtolica traditio habet, credamus, atque hunc confiteamur ac veneremur. Omnes etiam uſus ſanctæ Chriſtianæ religionis tam in feſtis diebus, vel in conjugiis & eſcis, quam in obſervationibus univerſis veraciter teneamus & ſinceriter amplectamur, nullo reſervato apud nos aut oppoſitionis objecto, aut fallaciæ argumento; per quod aut illa, quæ facere denegamus, iterum faciamus; aut hæc quæ facere promittimus, minime vel non ſiceriter compleamus.*

VI. Juramentum pœnitentium neophytorum. *De ſuillis vero carnibus id obſervare promittimus, ut ſi eas pro conſuetudine minime percipere poterimus, ea tamen, quæ cum ipſis decocta ſunt, abſque faſtidio & horrore ſumamus. Quod ſi in his omnibus, quæ ſupra taxata ſunt, in quocumque vel minimo tranſgreſſores inventi fuerimus, aut contra Chriſtianam fidem agere præſumpſerimus, aut quæ congrua Catholicæ religionis promiſimus, verbis aut factis implere diſtulerimus: juramus per eumdem Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, qui eſt unus in Trinitate & verus Deus: quia ſi ex nobis omnibus vel unus tranſgreſſor inventus fuerit, aut a nobis ignibus aut lapidibus perimatur: aut ſi hunc ad vitam gloriæ veſtræ ſervaverit pietas, mox amiſſa libertate, tam eum quam omnem ipſius facultatem, cui elegeritis perenniter ſerviendum, donetis: vel quicquid ex eo, vel ex rebus ejus facere juſſeritis, non ſolum ex regni veſtri potentia, ſed etiam ex hujus placiti noſtri ſponſione poteſta-*

*tem*

PAGIUS cretum conditum eſt, in eo placito fatentur ſe olim Edicto Regis *Cinthilani*, præcipientis, ut amplecterentur fidem Catholicam, nonniſi in ſpeciem paruiſſe; ſed nunc promittere Chriſtianæ legis exactam obſervantiam, abſque exceptione ulla; & pœnam mortis ſtatuere cuilibet ſuorum, qui contra faceret. Dicit Baronius Concilium habitum eſſe Era DCXCI. quod verum eſt, quodque a Garſia Loaiſa accepit. Verum hujuſmodi temporaria nota in Actis hujus Concilii non legitur; indeque confirmatur quod ſupra ſuſpicati ſumus, hunc temporis characterem in alia quædam Concilia Toletana in quibus legitur, intruſum fuiſſe. Quæ tamen potius ſuſpicando quam aſſerendo dico.

Ad



*tem liberam habeatis. Factum placitum ſub die duodecimo Kalendas Martias, anno feliciter ſexto gloriæ veſtræ. In Dei nomine Toleto.* Hucuſque ibi. Verum ſemper Hiſpaniarum Epiſcopis ſuper hujuſmodi perfidis hominibus invigilandum fuit, utpote qui mille artibus fallere, promiſſis non ſtare, tegereque impietatem velamento religionis conſueverunt: ut vix ſit reperire celebratum poſt hæc ibi Concilium, in quo non fuerit aliquid de his ſtatuendum: cum tamen non inficias jerimus, inter tot vepres lilia naſci ſæpe viſa eſſe, viros inquam ex iiſdem pietate inſignes.

VII. Poſt ſcriptos canones ſecuta eſt ſubſcriptio primum Epiſcoporum, deinde Abbatum, demum Vicariorum abſentium Epiſcoporum. Qui autem quarto loco inter Abbates ſubſcriptus reperitur Ildefonſus, erat iſte inſignis ille ſanctitate & doctrina clarus, qui poſtea fuit Archiepiſcopus ſucceſſor Eugenii in Eccleſia Toletana. Fuit autem diſcipulus ſancti Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi, cum adhuc militaret clericus in Toletana Eccleſia. Poſtea vero monaſticam vitam profeſſus eſt, atque Agalienſis cœnobii creatus eſt Abbas, quam functionem ſanctiſſime adminiſtravit; de quo inferius plura dicenda erunt.

Ildefonſus abbas.

Hoc eodem anno propagatur fides in Anglia, cum populi Middelengli ſub Principe Penda fidei myſteriis ſunt imbuti, ut Beda teſtatur (a). Quomodo vero id acciderit, audi ipſum, ubi fuſius rem ita proſequitur (b):

(a) Beda in Epit. hoc anno. (b) Idem lib. 3. c. 21.

VIII. Mediterraneorum Anglorum converſio. *His temporibus Middelengli, id eſt, Mediterranei Angli, ſub Principe Penda filio Pendæ Regis, fidem & ſacramenta veritatis perceperunt. Qui cum eſſet juvenis optimus, ac Regis nomine ac perſona digniſſimus, prælatus eſt a patre regno gentis illius: venitque ad Regem Nordumbrorum Oſuvi, poſtulans filiam ejus Alchfledam ſibi conjugem dari: neque aliter quod petebat impetrare potuit, niſi fidem Chriſti ac baptiſma, cum gente cui præerat, acciperet. At ille audita prædicatione veritatis, & promiſſione regni cæleſtis, ſpeque reſurrectionis ac futuræ immortalitatis, libenter ſe Chriſtianum fieri velle confeſſus eſt, etiam ſi virginem non acciperet: perſuaſus maxime ad percipiendam fidem a filio Regis Oſuvi, nomine Alchfrido, qui erat cognatus & amicus ejus, habens ſororem ipſius conjugem, vocabulo Cymburgam, filiam Pendæ Regis. Baptizatus eſt ergo a Finano Epiſcopo, cum omnibus qui ſecum venerant comitibus ac militibus, eorumque famulis univerſis, in vico Regis illuſtri, qui vocatur Admurum. Et acceptis quatuor presbyteris, qui ad docendam baptizandamque gentem illius & eruditione & vita videbantur idonei, multo cum gaudio reverſus eſt. Erant autem presbyteri Cedda, & Adda, & Betti, & Diuma: quorum ultimus natione Scotus cæteri fuere Angli: Adda autem erat frater Uttam presbyteri illuſtris, & Abbatis monaſterii, quod vocatur ad Capreæ caput, cujus ſupra meminimus.*

IX. Penda rex aperit januam evangelio. *Venientes igitur in provinciam memorati ſacerdotes cum Principe, prædicabant verbum, & libenter auditi ſunt: multique quotidie & nobilium & infimorum, abrenunciata ſorde idololatriæ, fidei ſunt fonte abluti. Nec prohibuit Penda Rex, quin etiam in ſua, hoc eſt, Merciorum natione verbum (ſi qui vellent audire) prædicaretur. Quin potius odio habebat & deſpiciebat eos, quos fide Chriſti imbutos opera fidei non habere deprehendit, dicens, contemnendos & miſeros eſſe eos, qui Deo ſuo, in quem crederent, obedire contemnerent. Cœpta ſunt hæc biennio ante mortem Pendæ Regis: ipſo autem occiſo, cum Oſuvi Rex Chriſtianiſſimus regnum ejus acciperet (ut in ſequentibus dicemus) factus eſt Diuma, unus ex præfatis quatuor ſacerdotibus, Epiſcopus Mediterraneorum Anglorum ſimul & Merciorum ordinatus a Finano Epiſcopo. Paucitas enim ſacerdotum cogebat, unum Antiſtitem duobus populis præfici. Qui cum pauco ſub tempore non paucam Domino plebem acquiſiviſſet, defunctus eſt apud Mediterraneos Anglos, &c.* Hæc enim præſenti anno cœpta, uſque ad biennium eſſe producta, idem Beda in Epitome docet. Quæ autem poſt ſecuta ſunt de converſione Orientalium Saxonum, ſuo loco dicemus.

Contigit hoc pariter anno ex hac vita migrare Honorium Archiepiſcopum Do- X.



PAGIUS III. *Mediterraneorum Anglorum converſio.* Ad num. VIII. & ſeq. Beda in Epitome ad annum DCLIII. ſcribit; *Middelangli ſub Principe Peada fidei myſteriis ſunt imbuti*, quod in Hiſtoria lib. 3. cap. 21. fuſe narrat. *Mercii* ipſum Britanniæ cor ac meditullium occupantes, latiſſime per plures Provincias regnabant. Prius Ducibus ſubjecti, tandemque anno ſexcenteſimo viceſimo ſexto *Penda* Dux Merciorum, ut prodit Malmesburienſis lib. 1. de Reg. cap. 4. finitimorum Regum fines inquietavit & Regis nomen aſſumpſit. Fuit illud ultimum in Saxonum Eptarchia, Anglorum Regnum. *Penda* filium *Peadam* vel *Pedam* dictum in Regni conſortium admiſerat, ut Mediterraneos Anglos, hoc eſt, Merciorum partem ſub Imperio teneret, eos ſcilicet qui inſulæ meditullium occupabant. Hos itaque hoc anno Deus *Oſvii* Northumbrorum Regis & *Alfridi* filii ejus opera, ad Chriſti fidem convertit, eo modo quo Baronius ex Beda citato recitat.

IV. *Floret S. Judocus Anachoreta.* Ad num. X. Baronius Sigeberto in Chronico innixus, *Sancti Judoci* Comitis Minoris Britanniæ fratris mortem hoc anno recitat, non advertens hunc Chronographum more ſuo, uno te-

(a) Beda lib. 3. c. 20.

rovernenſem (a), quintum ab Auguſtino ejus ſedis Antiſtitem, cui poſt annum & ſex menſes ſubrogatus eſt Deuſdedit. Porro hi omnes præ virtutum inſignibus meritis videbantur eſſe columnæ: ipſe vero Honorius inter ſanctos relatus, anniverſaria commemoratione in Eccleſia celebratur pridie Kalen. Octobris (b).

(b) Martirol. Rom. ea die.

Hoc inſuper anno quinquageſimotertio poſt ſexcenteſimum ſignatum habetur martyrium Reginæ Oſithæ in Anglia. Fuit iſta filia Fritheuvaldi Regis & Vvilteburgæ filiæ Pendæ Regis Merciorum, educata a S. Moduenna Abbatiſſa in monaſterio, inde contra votum tradita nuptui Regi Orientalium Saxonum, a quo intacta ſervata licentiam accepit monaſterium ingrediendi, ubi feliciter martyrium eſt conſecuta (ut ejus vitæ res geſtæ declarant c) ab irruentibus piratis Danis, iiſdemque Gentilibus, Chriſtianis tunc infenſiſſimis. Porro multa ibi tunc miracula edita, eadem Acta ſignificant, quæ tu conſulas.

(c) Extant apud Sur. die 7. Octob.

Hoc eodem anno Sigebertus conſignat obitum ſancti Judoci Regis Britonum filii, qui (ut ait) ſpreto regno & mundo, peregrinus & eremita in pago Pontino quievit.

XI. Quod pertinet ad res Orientales: incenſa ſemel fax a Sarracenorum gente ad inflammandum Imperium, eadem nec obice maris extincta, ſed ipſas inſulas maris Jonii conflagrans, Rhodum progreſſa, depaſta eſt etiam ſimulacrum illud æneum inter ſeptem mundi miracula numeratum, Rhodium inquam coloſſum, de quo hæc ex Theophane habent (d) Græcorum Annales: *Anno duodecimo Imperii Conſtantis Mabuvias Sarracenorum Dux Rhodum rediens, deſtruxit Coloſſum ejus poſt mille trecentos ſexaginta ſtabilitatis ipſius annos: quem cum Judæus quidam Emeſenus emiſſet, nongentos camelos ex ejus ære oneravit.* Hæc de coloſſo in portu Rhodio tanta magnitudine collocato, ut divaricatis cruribus ſpatium præberet navibus ingredientibus portum ipſum, altitudinis centum vigintiſex pedum; qui antea terræmotu disjectus, demum Sarracenorum manu confractus eſt, ac Judæo homini venumdatus. Hic finis rerum mirabilium orbis terrarum, cum nihil temporis edacitati reſiſtat: ut plane imprudens admodum arguatur, qui hic ex caſuris aliquando ædificiis gloriam quærit, & non potius in Cœlo in æternum permanſuram habitationem ædificat.

(d) Theophan. hoc an. 12. Conſtan.

Coloſſus Rhodius a ſarracenis fractus.

Ac-

PAGIUS tenore recitare, & ejus receſſionem e Britannia Armorica, & vitam eremiticam ab eo ſuſceptam & felicem exitum. *Judocus* itaque, ut teſtatur Auctor Anonymus, qui ſæculo octavo ſcripſiſſe videtur, a Mabillonio primam editus Sæculo Secundo Benedictino, frater erat *Judicailis* Regis Britanniæ Armoricæ; eo enim nomine illius Provinciæ Comites Anonymus appellat: quem cum vellet Frater Regnum a ſe deponendum ſuſcipere, relicta patria in Galliam venit, & receſſit in territorium *Pontivenſe* ubi Sacerdos effectus, poſt elapſum ſeptennium ad eremum quandam receſſit. Sed cum a frequenti populo propter gratiam miraculorum conveniretur, poſt annos octo receſſit in ſecretiorem locum, in eoque Vir Sanctus annis XIII. degens duxit ſolitariam vitam. Tandem conſedit in loco Monaſterii a ſe ædificati in Diœceſi Ambianenſi, quod Cœnobium Sancti Judoci ſupra mare nuncupatur, Gallice *Saint Joſſe*, & poſt aliquot annos Romam ſe contulit, unde multas Sanctorum reliquias attulit. *Ejus Sanctiſſima anima Idus Decembris ad perpetuam Cœleſtis Regni migravit felicitatem*, inquit Anonymus. Mabillonius exiſtimat, Jodocum vixiſſe uſque ad annum ſexcenteſimum ſexageſimum octavum; Cointius vero anno DCLIX. num. LII. annos duos ex illa ſumma detrahit. Preter Anonymum laudatum Florentius, qui vixit anno Chriſti MXV. quique Monaſterio Sancti Judoci quod etiamnum extat, cum Abbatis titulo præfuit, Vitam etiam ejus ſcripſit, quæ extat apud Surium die XIII. Decembris. Fuit *Judocus* Presbyter, ſed Eremita ſeu Anachoreta, qui cum uno aut altero ſocio degens in ſolitudine, Monaſterium exiguum ædificavit quod poſt ejus mortem in Abbatiam evaſit.

V. Quod habet Baronius de Sancta *Oſitha* Virgine & Martyre, accepit ab Alberico Monacho qui vixit medio circiter ſæculo decimotertio, qui ideo in ejus Vita facile errare potuit. Extat ea apud Surium ad diem VII. Octob. Certe Dani, a quibus occiſa dicitur *Oſitha*, hoc ſæculo in Angliam non erupere, & *Sigherus* Orientalium Saxonum Rex, cui illa nupſit, non ante annum DCLXV. Suithelmo Regi ſucceſſit, ut infra oſtendam. Ejus itaque Vita a fabulis purganda opera Joannis Capgravii in Oſitha, ac Bedæ loco mox citando. Educata eſt a *S. Moduenna* variorum Monaſteriorum fundatrice tandemque invita *Sighero* Orientalium Saxonum Regi, nuptiis Regali apparatu inſtructis, deſponſata traditur; qui cum eam ſuam virginitatem Deo voviſſe accepiſſet, intactam dimiſit & licentiam dedit Monaſterium ingrediendi. Hac facultate obtenta *Oſitha* miſit feſtinanter literas Orientalium Anglorum Epiſcopis, *Ecca* videlicet & *Betvvino* Viris religioſis, qui feſtino greſſu ad eam accedentes, religionis habitum tradiderunt. Rex conſtructis ædificiis religioni accommodatis villam *Chichenſem*, ei dedit poſſidendam, ubi illa plures ſibi Sacras Virgines adjunxit. Ita Albericus, Capgravius, & alii. Porro Beda lib. 4. cap. 5. narrata Synodo Herefordenſi, refert, *Eccam* ſeu Æccum, & *Betvvinum* electos & conſecratos eſſe Epiſcopos, *ex quo uſque hodie Provincia illa duos habere ſolet Epiſcopos*, inquit Beda. Sanctus *Felix* patria Burgundus Sedem fixerat *Dumuici*, quæ Civitas propter mare in Orientali Suffolciæ parte poſita eſt. Uterque Epiſcopatus a multis ſæculis unitus, & Antiſtes Norwici ſeu Nordovici ſedet, ſubeſtque Archiepiſcopo Cantuarienſi. Quare cum Synodus Herefordienſis celebrata tantum fuerit anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio, nonniſi poſt eum annum *Ecca* & *Betvvinus* Epiſcopi *Oſitham* Monialem conſecrare potuere; eaque nonniſi poſt aliquot annos Mar-

*Floret S. Oſitha Virgo.*

ty-



XII. Acceſſit ad alias hujus anni clades, quod Armenia itidem a Sarracenis longe lateque devaſtata eſt. Ita quidem dormiente atque ſtertente ignavo Imperatore, ad malum inferendum Catholicis tantummodo vigilante, totus funditus quaſſatus eſt Oriens. Hæc plane adeo ingentia mala pertigerunt Armeniam ea ex cauſa, quod Manichæorum hæreſis ibidem reſtitui cœpta eſt, tot ante Conciliis ac legibus Imperatorum ſæpe ſæpius jugulata. Quomodo autem iſta ſe habuerint, nos hoc anno occaſione cladis a Sarracenis illatæ de his agere operæ pretium judicamus ex auctore recondito nondum edito, quem poſſidet Vaticana Bibliotheca. Is eſt Petrus Siculus, qui adverſus Manichæos, itidemque nominatos Paulicianos, egregium edidit commentarium ad Archiepiſcopum Bulgariæ: floruit is ſub Baſilio & filiis Imperatoribus, anno Redemptoris octingenteſimo ſeptuageſimo, cum adhuc urgerent eiuſmodi in Oriente vepres agrum Dominicum occupantes, & in exteras regiones radices extendere ſatagentes: Porro quæ hic tibi ex eodem Petro reddituri ſumus Latinitate donavit Jacobus Sirmondus Pariſienſis Societatis Jeſu profeſſor, inter noſtri ſæculi primos viros diſertos, merito adnumerandus. Rem geſtam poſt multa ita proſequitur auctor:

Armenia a Sarracenis devaſtata.

XIII. *Fuit imperante Conſtantino (ſeu Conſtante) Heraclii nepote, non procul a Samoſatis Armeniæ indigena quidem, Conſtantinus nomine, vicum incolens Mmanalim, quem ad hunc uſque diem habitant Manichæi. Hic diaconum captivum, qui e Syria (ut conſtat) in patriam revertebatur, & Mananalim forte præteribat, tecto excepit, aluitque dies aliquot domi ſuæ. Diaconus ergo, ut hanc quaſi gratiam hoſpiti ſuo rependeret, codices duos, quos e Syria ſecum tulerat, Evangelium ſcilicet, Paulique epiſtolas, dono dedit Conſtantino. At ille, qui jampridem nefariam atque impuram hæreſim ſuam propter impia dicta fœdaque flagitia, quæ Manichæorum ſcriptis continentur, omnibus odio atque horrori eſſe animadverterat, uti pietatem magnopere peſtem illam renovare iterum, ac latius diffundere, in animum induxit, dæmone (ut par eſt) inſtigante, liberum deinceps præter Evangelii & Apoſtoli codices nullum attingere; hoc ſpectans nimirum, ut mali labem univerſam eorum ope obtegeret: quemadmodum qui noxia pocula propinant, eadem melle obliniunt atque obducunt. Et quidem ille cum Manichæorum libris (ut diximus) omnes jam cujuſque impietatis artes percepiſſet, tantum mox Satanæ ope aſſecutus eſt, ut Evangelii Apoſtolique ſenſus perperam interpretando, facile omnes in rem ſuam quo vellet & pro libidine detorqueret.*

De Manichæis in Armenia degentibus.

Conſtantini Manichæi ſubdolæ artes.

Ann. Eccl. Tom. XI.



Mo-

PAGIUS tyrio affecta; ſed a quibus, prorſus incertum. Malmesburienſis lib. 2. de Pontif. cap. 237. dicit eam miraculis famoſam fuiſſe, & Camdenus in Trinobantibus & Eſſexienſi agro, licet Vir e Secta Proteſtantium, fatetur Oſitham *Divæ honores apud Majores* obtinuiſſe, & in ea Angliæ parte poſitum fuiſſe oppidulum nomine Chic, ubi hæc Sancta vixit.

VI. Ad num. XII. & ſeqq. Cedrenus ad annum XIII. Conſtantis Imp. refert, eo circiter tempore extitiſſe *Conſtantinum* quemdam, *qui & Silvani nomen uſurpabat*, Paulicianorum Sectæ Principem, qui hæreſim *Manichæorum* renovavit; Manichæos tamen Paulicianorum nomen ſibi ſumſiſſe a Paulo quodam Samoſateno, qui diu ante Conſtantinum hæreſim illam in Armenia promulgarat. [1] *Servant primam Manichæorum hæreſim, duo principia cum ipſis affirmantes. Unum tantum eſſe ajunt, quod ipſos a Romana Eccleſia disjungat. Se enim ſentire alium eſſe Deum Patrem cœleſtem, qui in hoc mundo nihil habeat poteſtatis, habeat autem in futuro: alium Deum mundi conditorem, cui in præſentem mundum jus ſit. Romanos autem profiteri, eſſe unum Deum, eundemque Patrem cœleſtem, & univerſi factorem. Se Chriſtianos, nos Romanos appellant*, inquit Cedrenus citatus, qui fuſe alios eorundem hæreticorum errores perſequitur. Euthymius in Panoplia tit. 20. eoſdem errores refellit.

*Exordium hæreſis Paulicianorum.*

VII. Tomo I. hujus Criticæ annis XXXII. num. II. CXVIII. num. V. & ſeqq. & CCCXIII. num. XVI. egi *de Diſciplina Arcani* prioribus Eccleſiæ ſæculis uſurpata, nunc quo tempore ea deſierit, inveſtigandum. Certum quidem ejus finis tempus, quemadmodum & plurium aliorum antiquorum morum, definiri nequit, ſed aliqua tamen lux his tenebris affundi poteſt. Scheleſtratius in Diſſert. Apologetica pro Diſciplina Arcani cap. 6. exiſtimat eam in Oriente circa finem quinti ſæculi in deſuetudinem abiiſſe. Verum Tentzelius in parte II. Exercitationum Selectarum ſectione 6. num. 10. detexit, eam in Orientali Eccleſia ſeptimo ſæculo adhuc locum habuiſſe, probatque ex Maximo Abbate his temporibus vivente, qui in Myſtagogia cap. 14. diſerte ſcribit: *Poſt Divinam Sancti Evangelii lectionem, & Catechumenorum, & reliquorum, qui Divina oſtendendorum Sacramentorum contemplatione indigni ſunt, ſit per Sacros miniſtros dimiſſio & ejectio.* Præterea idem S. Ma-

*Diſciplina Arcani diutius in Oriente quam in Occidente.*

NOTÆ [1] Conſtantinus iſte non ſub Conſtante, ſed ſub Conſtantino Pogonato prodiit, quantum quidem colligitur ex Photio de hæreſi Manichæorum, ab Euthymo, ſed non ſatis accurate, excerpto, & a Montfaucon Biblioth. Coiſlin. integro evulgato. Ait enim Photius Manichæorum hæreſim in vico quodam Samoſacenſi, Manali appellato, ſe ſe continuiſſe *abſque ulla innovatione*, uſque ad tempora Conſtantini, Heraclii abnepotis. Dein hiſtoriam Conſtantini Manichæi aggreditur, eundemque poſt edoctam hæreſim Ciboſſæ in Armenia, ſolidis XXVII. annis dein lapidibus juſſu ejuſdem Imperatoris confectum tradit. Vide Montfaucon ibid. p. 358. &c. MANSI

*Manichæorum itaque ſcripta (ut dictum eſt) idcirco protinus abjecit, & hanc etiam maxime ob cauſam, quod multos videbat eo nomine gladio cædi. Hoc ſiquidem ad cætera ſua egregia facinora divini atque Orthodoxi Imperatores addiderunt, ut Manichæos, Montanoſque capitali puniri ſententia juberent, eorumque libros, quocumque loco inventi eſſent, flammis tradi: quod ſi quis uſpiam eoſdem occultaße deprehenderetur, hunc eumdem mortis pœnæ addici, ejuſque bona in fiſcum inferri.*

XIV. *Egregius autem Manetis diſcipulus Conſtantinus, quo facilius auditores ſuos in fraudem ac periculum induceret, & probabiliora redderet quæ docebat, Valentini primum blaſphemias, ac portentoſa de triginta æonibus diiſque dogmata, totam item Curbicii fabulam de pluviæ, quam ex formoſi adoleſcentis virginem inſectantis ſudoribus manare affirmabat, & alia id genus non pauca tamquam abſurda nimis atque incredibilia reiicienda ſibi ac explodenda putavit; minime id quidem ut tantam impietatem profligaret, ſed quo plures ad ſe doctrinamque ſuam pertraheret. Baſilidis vero nefanda flagitia & impuritates, cæterorumque omnium tetrum ac graveolens cœnum amplectens, novus repente pernicioſæ peſtis ductor exilit: adeo ut quotquot nunc ſunt Manichæi pœnam iſtam & artificium ignorantes, Scythianum ac Beddam & Manetem ipſum, qui totius ſectæ principes fuerunt, promptis animis reſpuant & deteſtentur; Conſtantinum vero hunc, qui Silvani quoque nomen abſumpſit, alioſque qui poſt eum exorti, in Chriſti Apoſtolorum numero habeant, & Paulo pares in honore ducant.*

XV. Silvanum ſe jactat Manichæus.

*Hic igitur Conſtantinus, qui & Saloanes, Mananali vico relicto, Cibaſſam immigravit, quod caſtrum eſt Coloniæ vicinum. Ibi reſidens, Silvanum ſe illum eſſe jactabat, cujus mentio in Pauli epiſtolis, quique tamquam fidus diſcipulus a Paulo mißus eſt in Macedoniam: oſtendenſque diſcipulis ſuis Apoſtoli codicem, quem a diacono acceperat: Vos, ajebat, Macedones eſtis, ego Silvanus, ad vos a Paulo miſſus. Atque id ille poſt ſexcentos annos, quam a Paulo ſcripta hæc fuerunt, dicere non dubitabat, cum emerſerit (ut jam diximus) Heraclii nepotis Conſtantis temporibus. At enim cum eo loci annos ſeptem & viginti verſatus eſſet, multoſque ex incolis in errorem impuliſſet, dignum magiſterio & doctrina ſuæ vitæ finem ſortitus eſt. Nam Imperator poſtquam de hominis inſolentia neſcio qua ratione certior factus eſt, Palatinum quemdam Simeonem protinus ablegavit, cum mandatis, quibus ipſum ut improbitatis artificem lapidare jubebatur, ejus vero diſcipulos, quos nempe induxerat ignorantia, per Dei Eccleſias erudiendos convertendoſque diſpergere, quamquam illi corrigi prorſus noluerunt. Nec mora juſſis interceſſit.*

Simeon ablegatus adverſus Manichæos.

XVI. *Advolans enim Simeon, Tryphonemque ſibi adjungens ex iis unum, qui cum imperio & magiſtratu in illis oris verſabatur, ſimulac deſtinatum locum attigit, comprehendi omnes, & in Auſtralem Colonienſis caſtri partem duci juſſit. Quo loco miſerum illum, ejuſque diſcipulos ex adverſo deſtituens, ſignum dat illico, ut unum omnes lapidibus inceſſant. Verum hi magiſtro ſuo, ut qui a Deo ad ipſos miſſus eſſet, parcentes, lapidibus arreptis, manus quidem ad balteos ſuos per ſpe-*

PAGIUS Maximus in primo Dialogo colloquentes introducit Anomæum Hæreticum, & Orthodoxum, & in ipſo ſtatim exordio Diſciplinam Arcani ſervat. Hæc ejus verba: Anomæus. *An Chriſtianus es?* Orthodoxus. Sane quidem. A. *Quid eſt Chriſtianiſmus?* O. *At illud quidem dicere neceſſe fuit, quod ſim Chriſti ſervus: dicere vero quid ſit Chriſtianiſmus, tutum non fuerit, niſi cognovero quiſnam ille ſit, qui hoc percontatur: ne forte comperiar canibus res Sanctas & porcis margaritas proiicere. Etenim ſi quid ex me quæras, & fueris ex fidelium numero, qui myſteriis initiantur, prompte id quod ego ſum tibi dixero, ne forte ſis Judæus, qui me interrogas.* Orthodoxus iſte de Symbolo fidei, tanquam Baptiſmi & Chriſtianiſmi teſſera loquitur, quod non initiatis prodere, ex Diſciplinæ Arcani præſcripto nefas habebatur. Utraque itaque Diſciplinæ Arcani pars, quæ tam in reticentia myſteriorum, quam in dimiſſione non initiatorum conſiſtebat, diutius in Oriente, quam in Occidente viguit. Porro S. *Maximum* Auctorem eſſe illius Dialogi, qui extat inter Opera Divi Athanaſii, nunc fere Catholicos inter & Proteſtantes convenit.

VIII. Convenit etiam Tentzelium inter & Scheleſtratium laudatos, Patres & Rerum Eccleſiaſticarum Scriptores poſt ſextum ſæculum, nec in Homiliis, nec in Scriptis, Arcani Diſciplinam, obſervaſſe. Cum enim poſt ſextum ſæculum rariores eſſent in Eccleſiæ Catholicæ Regionibus, qui Myſteria profanarent, vix ullus Scriptor Chriſtianus reperitur, qui profanationis metu a clara & perſpicua de myſteriis noſtris doctrina abſtinuerit. Verum inter Scheleſtratium & Tentzelium non convenit quoad tempus ceſſantis in Occidente Catechumenorum dimiſſionis, quæ altera pars erat Diſciplinæ Arcani. Scheleſtratius enim arbitratus eſt, eam ſæculo ſexto in Africa & Gallia adhuc obtinuiſſe; in Italia quinto ſæculo nondum deſiiſſe; ejuſque mentionem occurrere in Ordine Romano, quem aliqui octavo ſæculo compoſitum volunt; in Germania autem & Gallia nono ſæculo adhuc receptam; imo in Eccleſia Latina uſque ad XII. ſæculum obſervatum fuiſſe. Sed eam in Occidentali Eccleſia ſæculo ſeptimo abolitam eſſe rectius ſtatuit Cardinalis Bona lib. 1. Rerum Litugic. cap. 16. num. 6. ubi ait circa annum DCC. in Eccleſia Latina antiquam circa dimiſſionem Catechumenorum diſciplinam deſiiſſe: *Nam primo*, inquit, *iſtius dimiſſionis nul-*

*In Occidente fere uſque ad ſæculum VII. ſervata fuit.*



Silvanus Manichæus occiditur.

*ſpecimen adducebant, clam autem lapides in terga vibrabant. Adoptarat ante plures annos Silvanus Juſtum quemdam (id enim illi nomen erat) eumque Manichæi hæreſi cum primis imbuerat: tunc vero educationis doctrinæque ſuæ congruentem ab illo mercedem tulit. Palatini enim juſſis obſequens, ſumpto in manus ſaxo, Silvanum quaſi alterum Goliath vi magna percuſſit & occidit. In quem apte cecidit vox illa Davidica (a): Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foveam quam fecit. Et: Convertetur dolor ejus in caput ejus. Cæterum locus ipſe hodieque ob lapidum congeriem Acervus nuncupatur.*

(a) Pſal. 7.

XVII. *Simeon autem ne quid regii mandati præteriret, Conſtantini diſcipulos, quo ad ſaniorem mentem revocarentur, Eccleſiis commendat. Sed illi haudquaquam converſi ſunt, malueruntque in errore ſuo impie mori, quam Deum ſibi pœnitentia placare, ſalutemque conſequi ſempiternam. Quos quidem dum temere nimis excutit & auſcultat Simeon, ut qui divinæ inſtitutionis expers erat, ac plane rudis, atque (ut verius dicam) evis ac præceps animo, peſtiferam hæreſim hauſit, & cum ea rediit Conſtantinopolim ad Imperatorem. Triennio deinde domi ſuæ privatim acto, cum plene jam irretitus poſſideretur a diabolo, relictis omnibus, clam exceſſit, Cibaſſam petens. Ubi convocatis collectiſque hinc inde Conſtantini diſcipulis, ejuſdem impietatis ſucceſſor effectus eſt: & ut nomini ſuo famam eadem, qua prædeceſſores arte conciliaret, Titum ſe appellavit. Ego vero non Titum hunc dixerim (neque enim imitator ejus Titi fuit, quem Paulus Apoſtolus Cretenſium fecit Epiſcopum) ſed Cetum potius: ſiquidem Cetum imitatus eſt in maris undis latitantem. De Ceto enim marino narrant quidam, Aſpidochelonem appellari, mole vero tam vaſtum eße, ut inſulæ referat ſpeciem, vocis porro ſonum gravem illi & obſcurum ineſſe. Hinc fieri, ut decepti nonnumquam nautæ anchoras ſuas in eum coniiciant, paliſque infixis navigia deligent; quoad accenſo deſuper igne concalefacta bellua, repente aquas ſubeat, omneſque in altum demergat & ſuffocet. Sic prorſus iſte, eo quod qui ejus nequitiæ magnitudinem non norant, gravemque vocis ſonum minime refugiebant, ſed auſcultabant, ſuæque adeo ſpei anchoram in eo defigebant, omnes per ignem ad inferni profunda depreſſit: igni enim extinctus una cum ejuſdem amentiæ ſociis ad æternum ignem profectus eſt.*

Simeon hæreſi infectus.

Impoſtor mutat nomen.

XVIII. *Nam cum triennii jam ſpatium in illis locis permultos iiſdem erroribus implicans perageret, exorta tandem eſt inter Juſtum illum, a quo lapidatum diximus Conſtantinum, & Simeonem hunc Cetum gravis diſputatio, multaque inter eos ultro citroque agitata de Pauli Apoſtoli ſenſu in illis verbis epiſtolæ ad Coloſſenſes: Quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cælis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Urgente autem Juſto ac dicente: Ne forte populo imponamus, & ne ſi ab Apoſtoli verbis diſcrepantia docuerimus, hominum animas temere perdamus, pro quibus in tremendo judicio reddi a nobis rationem oporteat: Nihil his ejus verbis movebatur Simeon, quin pergebat acrius, ejus loci expoſitionem huc illucque ſuo more diſtorquens.*

Pugnant inter ſe Manichæi.

XIX. *Gliſcente igitur inter Juſtum & Simeonem contentione, proficiſcitur Juſtus ad Epiſcopum Coloniæ, atque ut de Apoſto-*

Epiſc. defert Manichæos.

PAGIUS *nulla ſit mentio in antiquis Miſſalibus & Ritualibus: nec ullum ejus veſtigium extat apud Veteres Officiorum Expoſitores, Strabonem, Micrologum, Rabanum, Amalarium, Alcuinum: licet alios quoſcunque ritus minutiſſime ſoleant explicare. Patres etiam & Concilia poſt annum DCC. nihil prorſus de hac re agunt, quamvis nonnunquam de Miſſa Cathecumenorum atque Fidelium ex priſco uſu ſermonem habeant.*

IX. Confirmat hoc aliis argumentis Tentzelius citatus; poſito enim, quod fatetur Scheleſtratius Doctores Eccleſiæ ſeptimi ſequentiumque ſæculorum in Tractatibus ſuis nihil occultaſſe, ſed Symbola Rituſque Myſteriorum ſine ullis involucris, præſentibus quoque Cathecumenis, evulgaſſe, cui bono eorum dimiſſionem ſcrupoloſius obſervaſſent? cum ſublato uno, alterum nulli foret uſui, nec quidquam impediebat, ut quod auribus Catechumenorum non amplius occultabatur, oculis eorum pariter exponeretur. Huc etiam refert Tentzelius locum Sancti Rhemberri Hamburgenſis Archiepiſcopi in Vita Sancti Anſcharii Deceſſoris ſui, qui cap. 21. laudata Anſcharii in convertendis Nordabilgenſibus Paganis induſtria, ſubiicit: *Et cum multi inibi baptizati ſupervixerint, innumerabilis tamen Albatorum multitudo, exinde ad Regna conſcendit Cœlorum. Quia libenter quidem ſignaculum Crucis recipiebant, ut Cathecumeni fierent, quo eis Eccleſiam ingredi & Sacris Officiis intereſſe liceret, Baptiſmi tamen perceptionem differebant, hoc ſibi bonum diiudicantes, ut in fine vitæ ſuæ baptizarentur, quatenus purificati lavacro ſalutari puri & immaculati vitæ æternæ januas abſque ulla retardatione intrarent.* Cumque quicunque eo tempore de *Divinis Officiis* ſcripſere, Sacramentorum ritus æque ac alios complexi fuerint, perſpicuum eſt Catechumenos a conſpectu Myſteriorum amplius prohibitos non fuiſſe.

*Id confirmatur primo.*

X. Neque his tantum, ſed quibuſcunque non initiatis eandem libertatem permiſſam colligit Tentzelius ex Reſponſo Nicolai I. Papæ ad conſulta Bulgarorum, ſub anno DCCCLVIII. dato cap. 14. *a quodam Judæo, neſcitis utrum Chriſtiano an Pagano, multos in patria veſtra bapti-*

*Confirmatur ſecundo.*

*ſtoli ſenſu quod cupiebat audiret, omnia mox de ſe ſociiſque & quam inter ſe diſciplinam tenerent, liquido expoſuit. Re comperta, Epiſcopus nihil in his ſibi cunctandum ratus, de ſingulis eveſtigio refert ad Juſtinianum Auguſtum, qui poſt Heraclium Imperii ſceptra gubernavit, &c.* Quæ enim tunc geſta ſint, ſuo loco dicenda oportunius erunt: hic autem plurium annorum hiſtoriam narratio complectitur, quæ nulla per annos ſingulos poſſit partiri diſcretione.

An-

PAGIUS *baptizatos aſſeritis, & quid de his ſit agendum, conſulitis. Hi profecto ſi in nomine Sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Chriſti, ſicut in Actis Apoſtolorum legimus, baptizati ſunt (unum quippe idemque eſt, ut Sanctus exponit Ambroſius) conſtat eos non eſſe denuo baptizandos. Sed primum, utrum Chriſtianus, an Paganus, ipſe Judaus extiterit, vel ſi poſtmodum factus fuerit Chriſtianus inveſtigandum eſt.* Ut autem conſuetudinem dimittendi non initiatos ſæculo VIII. & IX. deſiiſſe videmus; ita perſpicuum eſt eam VII. Sæculo abrogatam fuiſſe. Quæ in contrarium Scheleſtratius attulit, expendit, ſolideque ſolvit Tentzelius citatus.

Hoc anno S. *Martinus* Papa ad Naxum inſulam captivus ducitur ex dictis anno DCL.





I. Martini Papæ & Martyris obitus. ANnus agitur Redemptoris ſexcenteſimus quinquageſimusquartus, Indictione duodecima: quo duodecima die menſis Novembris ſanctus Martinus Papa, & martyr Cherſonæ in Ponto, ubi fuerat relegatus, erumnis confectus martyrium feliciter conſummans, in conſortium aliorum martyrum atque Pontificum aſſumptus in cœlum, triumphat nobili corona martyrii inſignitus, cum jam ſediſſet annos quinque, menſes quatuor, dies duodecim: cujus dies natalis monumentis Eccleſiaſticis adnotatus, coruſca luce annuatim Eccleſiæ Catholicæ redditur celebrandus.

II. De ejuſdem S. Martini obitu hæc habet Anaſtaſius Bibliothecarius: *Directus eſt in exilium ſupradictus vir ſanctiſſimus in locum qui dicitur Cherſona, & ibidem (ut placuit Deo) vitam finivit in pace Chriſti confeſſor, qui & multa mirabilia operatur uſque ad hodiernum diem. Fecit autem ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros undecim, diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca numero trigintatres. Depoſitus eſt autem die duodecima menſis* Novembris*: *& ceſſavit Epiſcopatus ejus dies vigintiocto.* Hæc apud Anaſtaſium leguntur, quæ haud mediocri cenſura indigent. Etenim quomodo feciſſe dicitur ordinationes duas menſe Decembri, ſi primo tantum anno ſuæ ſedis eum menſe Decembri contigit habitaſſe Romæ? Unde dicendum erit, ipſum ſemel tantum ordinationem habuiſſe, vel ſi bis dicas, alio ſane menſe quam Decembri, vel alibi quam Romæ. Præterea quod tradit de tempore vacationis ejus ſedis, nihil in aliis codicibus editis, certe quidem neque adeo facile potuit innotuiſſe Urbi ejus condemnatio, neque exilium tyrannice factum tam brevi temporis ſpatio, neque obitus e tam longinquis regionibus haud adventantium frequentia notus valuit Urbi in Eccleſia fieri manifeſtus.

* *alii codices, habent* octava menſis Septembris, *alii,* Octobris.

III. S. Martinus miraculis illuſtratus. Quod autem ad edita ab eo defuncto miracula pertinet: etiam ab ipſo adhuc vivente in Oriente illuminatum fuiſſe cæcum, S. Audoenus Rothomagenſis Epiſcopus in rebus geſtis S. Eligii, quas fideliſſime proſecutus eſt auctor ejus temporis ac veri amantiſſimus ſcriptor, fidem facit, qui ſtylo ſuo glorioſum martyrium ſanctiſſimi viri, veluti in æternum permanſurum in Eccleſia monumentum, poſteris ſcriptum reliquit (*a*) verbis iſtis poſt alia quæ ex eodem auctore ſunt ſuperius recitata: *Conſtantinopolim perductus ſanctus Martinus, atque ibi in exilium relegatus, ſola oratione meruit cæco lumina reddere. Porro exulans & deliteſcens, poſt multa tormenta, claram valde & nobilem vitam optimo, & venerabili fine concluſit. Simulent nunc hæretici quantum volunt, confundantur & erubeſcant a ſe martyrem factum, quamvis in pace eum exhalaſſe animam clamitent; quamvis non a ſe interemptum, ſed propria fingant morte defunctum, quaſi non eum pœna conſumpſerit, in quo pœna conſumpta eſt. Qui ſi in præſenti nunc adeſ-*

De martyrio S. Mart. elogium S. Audoeni.

(*a*) *Audoe. in vita S. Eligii c. 34. apud Sur. die 1. Decemb.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6147.

☉ 19. E. ☽ 9. P. 13. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 654.

EUGENII PAPÆ 1.

CONSANTIS IMP. 14.

SÆC. VII. Anno Eræ Hiſp. DCXCII. Anno Hegiræ XXXIV. inchoato die 22. Julii fer. 3.

A.C. 654.

I. *Poſtconſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *XIII. poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XI.*

II. *S. Martinus PP. anno ſequenti mortuus.* A num. I. ad VII. Poſt Baronii mortem Sirmondus publicavit Collectanea Anaſtaſii, in quibus Acta Sancti Martini mutilata non ſunt, uti erant quæ in manus doctiſſimi Cardinalis venerunt. In horum fine legitur: *Obiit autem idem Sanctiſſimus ter Beatus Apoſtolicus Martinus Papa recens revera Confeſſor & Martyr Chriſti Dei Noſtri in eadem exulatione Cherſoneſæ juxta ejuſdem ad Dominum Deum petitionem, quam obtulit ei cum lachrymis, exiens de navi, & calcans terram illam, ideſt, ut in ea finiret vitam, bonum certamen certans, curſum Martyrii conſummans & bonam fidem ſervans menſe Septembrio, die ſexta decima, in qua feliciſſime Martyris & fidem cuſtodientis orthodoxam Euphemiæ, pretioſiſſima & beatiſſimæ ſecundum anni circulum celebratur memoria, Indictione quarta decima. Poſitus eſt autem in tumulis Sanctorum extra muros Cherſonitarum Civitatis quaſi ſtadio uno, in pretioſiſſimo & reverendiſſimo Templo Sanctiſſimæ & præ omnibus Sanctis colendæ, caſtiſſimæ & immaculatæ, ter benedictæque glorioſiſſimæ & excellentiſſimæ omnium creaturarum, gratia pleniſſimæ, gaudium facientis & tribuentis Dominæ noſtræ, proprie natura & veritate ſolius Dei Genitricis, ſemper Virginis Mariæ, quæ cognominatur Blachernes.* Qua ex Indictione cum menſe Septembrio copulata, quemadmodum ex dictis ſuperioribus annis, hunc Sanctum Pontificem, non hoc anno, ut autumavit Baronius, ſed inſequenti animam Deo reddidiſſe certo conſtat.

III. *Quod magis probatur.* Annus, menſis, & dies mortis Sancti Martini, ſicuti & locus memorantur etiam in Hypomneſtico *de Anaſtaſio Apocriſario*, pag. 262. in quo dicitur defunctus *menſe Septembrio, die ſexta decima, Indictione quarta decima, quæ Martyris Euphemiæ* memoria celebratur, *reconditus inter tumulos Sanctorum* in domo glorioſæ Dominæ noſtræ, *quæ appellatur Blachernes, extra muros a ſtadio uno ipſius de cætero benedictæ Urbis Cherſonis*, quæ Civitas eſt ad Boſphorum Cymmerium ſita, de qua Baronius num. V. Porro Blachernianum templum a Pulcheria Auguſta pri-

*eſſent, hæc a me pro martyre verba audirent: Etſi imminente carnificis gladio mortuus non fuit, in confeſſione tamen Catholicæ fidei in exilium relegatus, poſt continuam & indefeſſam profeſſionem, glorioſum mortis exitum meruit, ſicque ad Deum ſuum redeuntem cæleſtis aula martyrem ſuſcepit.*

IV. *Neque enim virtus ejus aut honor minor eſt, quo minus beatis martyribus aggregetur: quia (quantum in ipſo fuit) æquanimiter toleravit, quicquid ei adverſitatis oblatum eſt. Nam ſicut quidam teſtatur* (hic eſt Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus apud Euſebium Cæſarienſem) *non eſt inferior gloria, ſed potius excellentior ſuſtinere martyrium pro eo ne ſcindatur Eccleſia fallaciis hæreticorum, quam eſt illa ne immoletur idolis impulſu Paganorum. In Paganorum namque perſecutione unuſquiſque tantum pro anima ſua, in hæreticorum vero pro univerſali patitur Eccleſia. Idcirco potiorem eum dixerim, qui proculdubio excellentior, magiſque eximius comprobatur. Hæc pauca de tanti viri memoria Eligii vita ſibi inſerta habeat, loquaturque ea ubicumque Eligii vita legetur per ſæcula, quantum Martinus fidei dogmate claruerit. Quæ quidem nos dilectionis gratia hactenus narraſſe ſufficiat, ut ſit tam eximii viri memoria, qui utique collegis meis in urbe Romana multa impendit bona: quamvis in Oriente frequentetur, non uſquequaque in Occidente oblivioni tradatur.* Hucuſque de ſancto martyre ſanctus confeſſor Audoenus, de quo ſuperius dictum, & inferius ſuo loco dicendum erit.

Non minor gloria martyrii ab hæreticis illati, quam a gentilibus.

V. Sed accipe quæ de S. Martino dicat Sanctus Gregorius Papa hujus nominis Secundus cognomento Dialogus, in epiſtola ad Leonem Iſauricum Imperatorem hæreticum Iconoclaſtam, cum ſuis ſcriptis comminatus eſſet ipſi Gregorio, facturum ſe in eum, quod in S. Martinum perpetraverat Conſtantinus, nimirum ut ab Urbe vinctum Conſtantinopolim perduci mandaret, eademque inferret ipſi ſupplicia, quæ fuerat Martinus paſſus. Ad hæc, poſt alia quæ ab eodem impio tyranno S. Martinus eſt paſſus, enarrata, ſubiicit iſta ipſe Gregorius: *At beatum Martinum eſſe & ſanctum, teſtatur civitas Cherſonenſis & Boſphori, in quam relegatus eſt, & totus Septemtrio atque incolæ Septentrionis, qui ad ſepulcrum ejus confluunt, & morborum curationes experiuntur. Atque utinam faxit Deus, ut nos Martini viam ingrediamur, eamdemque ſortem ſubeamus.* Hæc Gregorius in dicta epiſtola ad Leonem Iſauricum, de qua ſuo loco fuſius acturi ſumus: ſatis modo hanc de S. Martino (quod ad rem pertinet) accepiſſe teſtificationem, qua quidem nondum,

De cultu S. Martini ex Greg. II.

PAGIUS primum ædificatum in honorem Deiparæ Virginis inter omnia Urbis Conſtantinopoleos eminebat; *Unde & in aliis Civitatibus Viri quidam pii Deiparæ ædes Deiparæ a ſe excitatas Blachernarum donarunt appellatione, tanquam Deipara Virgo ea delectaretur*, inquit Anonymus in Depoſitione veſtis Deiparæ pag. 753. quæ veſtis in ea aſſervabatur, & ob crebra miracula, quibus coruſcabat, maximæ erat venerationis. Sancti Martini Relatio Conſtantinopolim, & Depoſitio in Blachernis commemoratur die XX. Septembris, Romæ autem, quo poſtea delatum eſt ejus corpus, XII. Novembris. In Anaſtaſio Bibliothecario dicitur Martinus *depoſitus die XVII. menſis Septembris*, tam in vulgatis editionibus, quam in MSS. Anaſtaſianis, quæ ad manus meas pervenere, aut quæ laudantur in fine editionis Regiæ. Quare Baronius num. I. ubi legit *die duodecima menſis Novembris*, & alios Codices habere dicit *Octava menſis Septembris*, alios *Octobris*, nactus eſt Codices mendoſos Anaſtaſii, quales multi reperiuntur. Anaſtaſius autem, ut ſæpe monuimus, non diem mortis, ſed diem ſepulturæ de more notat. Denique Martinum alio quam quo colitur die, ſecus, ac credidit Baronius, mortuum eſſe, in dubium revocari non poteſt.

IV. *De Regimine Eccleſiæ Romanæ dum in exilio eſſet S. Martinus.*

Idem Anaſtaſius ſcribit, ſediſſe Martinum *annos ſex, menſem unum, dies viginti ſex*, quod & in MSS. ejus legitur, ſicuti & in Orderico, Reginone, Hermanno Contracto, Honorio Auguſtodunenſi, & paſſim in Catalogis Rom. Pontificum. Verum cum ordinatus fuerit anno DCXLIX die quinta menſis Julii, ab eo die, & anno, ad XVI. menſis Septembris anni DCLV. intercurrunt anni ſex, menſes duo, & dies duodecim, ideoque duratio Sedis ibidem mendoſe deſcripta; præterquamquod nec Anaſtaſius, nec Antiquorum Catalogorum Auctores, ſoliti erant, Pontificibus attribuere tempora quæ poſt eorum abdicationem aut depoſitionem fluebant, ut videre eſt in Silverio & Vigilio; ſed ea tribuebant Succeſſoribus quomodocunque ordinatis. Adhæc recte Baronius notavit num. II. perperam in Anaſtaſio legi ceſſaſſe Epiſcopatum dies XXVIII. quia illud verum non eſt, nec in omnibus ejus Codicibus habetur. Accurate tamen ſcriptum fuit in quibuſdam ejus MSS. exemplaribus, in fine Editionis Regiæ citatis, ceſſaſſe Epiſcopatum *annum unum, menſes, duos, dies viginti*: a die enim decima nona menſis Junii anni DCLIII° qua minori navigio *Martinus* impoſitus, e portu Romano ſolvit, ad diem octavam menſis Septembris anni ſexcenteſimi quinquageſimi quarti, qua *Eugenius* Pontifex Romanus ordinatus eſt, intercurrunt annus, menſes duo, ac dies viginti, quo temporis intervallo, Martino ab Urbe abſente, Archidiaconus, Archipresbyter & Primicerius Notariorum Eccleſiam Romanam adminiſtrarunt. Ex quo & conſtat ordinationem *Eugenii* recte a nobis conſignatam fuiſſe, hallucinatumque eſſe Baronium num. VI. & pleroſque omnes, qui Eugenium ante Martini mortem hujus tantum Vicarium fuiſſe arbitrati ſunt; cum mortuo vel abſente Pontifice Vicarius Eccleſiæ Romanæ non præficeretur, ut anno DCLII. num. III. & ſeq. oſtendi. Quare vulgaris ſententia reiicienda, quemadmodum & id quod ibi habet Baronius, *Eugenium* uſque ad mortem Martini, per imaginem ſediſſe, & accedente rurſus ſemel antea lato conſen-



dum Romam ejus corpus fuiſſe tranſlatum, ſed illic Cherſonæ, ubi martyrium conſummavit, honore cultum ac miraculis illuſtratum apparet.

VI. Viget adhuc in Oriente ejus cultus.

Accepi equidem ab Orientali homine pio viro Catholicæ communionis, fide integro, in hanc uſque diem a Græcis frequentari memoriam S. Martini Papæ, confluereque populos frequenti cœtu ad ſepulcrum ejus, & gratias curationum accipere, & alia juſta petita impetrare ſolere. Quamobrem in eam ſententiam imus, ut etſi corpus ejus Romam delatum eſt, & collocatum in Titulo Equitii, in quo & celebris eſt memoria S. Martini confeſſoris Epiſcopi Turonenſis, ut vetus in eo poſita docet inſcriptio: pars tamen ipſius aliqua ibi remanſerit, vendicantibus eum ut ſuum martyrem Cherſonenſibus. Quando autem facta ſit iſta ſancti Martini ſacrarum reliquiarum tranſlatio, ut e Ponticis oris triumphatorem ſuum martyrio coronatum Roma receperit, nos latet: receptum tamen, & honoribus martyre dignis non a Romanis tantum, ſed ab univerſa Eccleſia Catholica Occidentis, & Orientis jugiter frequentatum, certiſſimum eſt.

Eugenii Papæ legitimus Pontificatus.

Ubi igitur de S. Martini Pontificis obitu certum nuncium Romam delatum eſt, nullus alius quæſitus fuit, qui ipſi ſuccederet: ſed qui tunc ſedere per imaginem ſaltem Eugenius (ut diximus) inventus eſt, acedente rurſus ſemel antea lato conſenſu, legitime ſedere cœpit: ut nonniſi ab hoc tempore Eugenii Pontificatus tempus ſit numerandum.

VII. Navali prœlio victus a Sarracenis Imp.

Hoc eodem anno Conſtans Imperator a Sarracenis navali prœlio ſuperatur, ipſeque in vitæ diſcrimen adductus, vix mutata veſte fugiens, ſalvus evaſit. Vox quidem ſanguinis juſti Abel, Martini inquam, e cœlo potius quam e terra clamabat in perfidum ipſum Imperatorem, qui inſtar Cain nonniſi in fuga novit ſperare ſalutem. Quomodo autem iſta ſe habuerint, a Theophane ſic narrantur (a): *Anno decimotertio Conſtantis præcepit Mabuvias Sarracenorum Princeps armaturam fieri magnam navium, quo aſcenderet ad regiam urbem claſſis eorum. Omnis autem apparatus eorum apud Tripolim Phœnices conſiſtebat. Verum hoc viſo, duo fratres quidam Chriſtiani amici Tripoli manentes, filii buccinatoris cujuſdam, zelo Dei ſauciati, ad carcerem civitatis cucurrerunt impetu: habebat autem multitudinem Romanorum vinculatorum: & diſruptis portis, vinculiſque ſolutis, in Amiram irruerunt; quo perempto una cum his qui cum eo erant, præparaturaque omni igni tradita, in Romaniam navigio tranſierunt. Verumtamen nec ſic illi ab eadem præparatura ceſſaverunt. Sed Mabuvias quidem militat contra Cæſaream Cappadociæ: Ablulathar vero fabrum navalis ſtructuræ conſtituit, qui veniens in locum divertit, vocabulo Phœnicem Lyciæ, ubi erat Conſtans Imperator, & Romanus ſtolus * cum eo navaliter pugnaturi.*

(a) *Theop. hoc ann. 13. Conſtant. Imp.*

* ſtolus pro exercitu uſurpatur.

VIII. *Cumque futurum eſſet ut Imperator cum ipſo navigio prœliaretur, contemplatur nocte illa viſum, videlicet apud Theſſalonicenſes eſſe. Porro cuidam conjectori ſomniorum expergefactus narrat viſionem. Qui ait: O Imperator, utinam nec dormiſſes, nec ſomnium aſpexiſſes. Nam eſſe Theſſalonicæ,* θὲς ἄλλῳ, *innuit, quod interpretatur, alteri cede victoriam: id eſt, ad inimicum tuum victoria vertitur. Sed Imperator nihil metuens, ad prœlium navalis pugnæ Romanorum claſſes præſtruxit ad bellum. Quibus in alterutrum irruentibus ſuperantur Romani, & commixtum efficitur mare ſanguine Romanorum. Induit autem Imperator alium veſte ſua: & inſiliens prædictus buccinatoris filius in regiam ſcapham, Imperatorem arripuit, & in aliam navim tranſductum inopinate ſalvavit. Porro ipſe fortiſſimus viriliter inſiſtens Imperatoriæ navi, multos occidit, mortique ſe ipſum pro Imperatore contradidit. Hunc præterea hoſtes circumdantes, & in medio retinentes putabant ipſum eſſe Imperatorem. Poſtquam autem multos occiderunt, interfecerunt hoſtes una cum eis & ipſum, qui portabat Imperatoriam veſtem. Aſt Imperator taliter in fugam verſus ſalvatur, & derelictis omnibus, navigavit Conſtantinopolim.* Hucuſque ex Theophane.

Turpis fuga Imperatoris.

IX. Eodem anno Rotharis Rex Longobardorum Arianus, ubi regnaſſet annos ſexdecim & menſes quatuor, moriens, regnum reliquit filio Rodoaldo. De ejus ſepultura habet hæc Paulus (b): *Hic cum juxta baſilicam beati Joannis Baptiſtæ fuiſſet humatus, poſt aliquantum tempus quidam iniqua cupiditate ſuccenſus ejus ſepulcrum noctu aperuit, & quicquid in ornamentis ejus corporis reperit, abſtulit. Cui beatus Joannes per viſionem apparens eum vehementer exterruit, ei-*

(b) *Paul. diac. de geſt. Longob. lib. 4. c. 48.*

De Rotharis Regis obitu & ſepultura.



PAGIUS ſenſu, legitime ſedere cœpiſſe. Denique Baronius *Anaſtaſium* perperam reprehendit, quod ſcripſerit, duas ordinationes a Martino per menſem Decembrem factas eſſe: cum ex dictis manifeſtum ſit, eum quatuor Pontificatus ſui prioribus annis Romæ menſem Decembrem tranſegiſſe, contra quam Cardinalis doctiſſimus exiſtimabat.

V. *Moritur Rotharis Rex Longobard.*

Ad num. IX. *Rotharis* Rex Langobardorum Arianus, poſtquam annos ſedecim & menſes quatuor Regnum tenuerat, vita decedens Langobardorum Regnum *Rodoaldo* ſuo filio reliquit, inquit Paulus Diaconus lib. 4. cap. 48. Sigebertus in Chronico, ubi annos totidem ei attribuit, mortem ejus collocat anno DCXLVI. ad quem ideo ea retrahenda, quia, ut ſupra di-

xi-

*que dixit: Cur auſus es corpus iſtius hominis contingere? Fuerit licet non recte credens, tamen mihi ſe commendavit. Qui igitur hoc facere præſumpſiſti, numquam deinceps in meam baſilicam ingreſſum habebis. Quod ita quoque factum eſt. Quoties enim cumque voluiſſet beati Joannis oraculum * ingredi, ſtatim velut a validiſſimo pugili guttur ejus feriretur, ſic ſubito retro ruebat impulſus. Veritatem in Chriſto loquor: hoc mihi ipſe retulit, qui hoc ipſum ſuis oculis factum vidit.* Hæc Paulus. Hic primum adverte (quod dictum ab auctore eſt) Rotharis corpus non intra baſilicam, ſed juxta eam humatum eſſe: alioqui ſi in baſilica, exumandus religioſe fuiſſet. Sed & illud obſervatione digniſſimum, nec impiorum preces interdum deſpicere invocatos ſanctos, vel irremuneratas relinquere præmio ſaltem aliquo temporali: ſiquidem & Creator omnium Deus Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos.

* oratorium.

X. Hoc eodem anno ſexcenteſimo quinquageſimoquarto, qui a S. Martino Pontifice miſſus eſt ad prædicandum Evangelium Follianus Foſſenſis Epiſcopus, coronatus eſt corona martyrii una cum tribus diſcipulis, quorum dies natalis inter martyres collocatus, annis ſingulis celebratur. Reliqua tu conſule de iiſdem apud Martyrologium Belgicum, quod Molanus vir doctiſſimus mirifice illuſtravit. Sancta his temporibus æmulatio pertigit Hibernos ac Scotos religionis Chriſtianæ cultores: quod enim ſciſſent ab Urbe complures in Britanniam ad Anglorum converſionem ſanctos viros miſſos, & ipſi hactenus id non ſine culpa neglexiſſe viſi eſſent, quibus ob locorum propinquitatem id magis peragendum fuiſſet: complures ex ipſis paternis egreſſi domibus ad prædicandum gentibus Evangelium profecti ſunt, ut ex Beda apparet, atque nonnullorum ſanctorum vitæ Actis ſcriptis omni fide mandatis.

*De Folliani & Soc. Martyrio.*

XI. Porro qui comes illi inhæſit, & magiſter extitit, Levinus Gandenſis Epiſcopus, & ipſe conſecutus eſt coronam martyrii: dum enim prædicationi Evangelii in-

PAGIUS ximus, Baronius, tardius quam par erat, *Rotharis* Regnum inchoavit. [1]

VI. *Annus Martyrii S. Foillani.* Ad num. X. *Sancti Foillani* Martyrium contigit tantum anno ſequenti, ut anno DCL. ubi de hoc Sancto egimus, viſum eſt; neque unquam Epiſcopus fuit, ut ibidem demonſtratum. *Foſſa* vero Oppidum Nivellenſibus ultra Sabim fluvium ſupra Namurcum, nunc juriſdictionis Leodienſis, nunquam habuit Epiſcopum, ſed a Sancta *Gertrude* Abbatiſſa Nivellenſi in Brabantia donatum eſt SS. *Foillano* & *Ultano* fratribus, ubi *Foillanus* conſtruxit Monaſterium, cujus curam commiſit *Ultano* fratri ſuo, ut legitur in Vita ejuſdem Sanctæ Gertrudis, in Actis Bollandianis ad diem XVII. Martii, & in Sæculo Secundo Benedictino. Locus cum Monaſterio vulgo nuncupatur *Foſs*, alias *Foſſe*.

VII. *Floret S. Livinus.* Ad num. XI. Sanctus *Livinus* in Scotia nobili genere natus, Evangelii plantandi cauſa, cum tribus diſcipulis *Foillano*, *Helia*, & *Kiliano*, Oceano trajecto venit in Belgium ad Cœnobium *Gandavum* appellatum, cujus Abbas erat *Florebertus*, a quo benigne ſuſceptus eſt. *Ibi quoque invenit*, inquit Bonifacius Auctor coævus in ejus Vita apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino, *magnificæ ſanctitatis virum & egregium Chriſti Confeſſorem Bavonem recentina morte in Domino pauſantem*. Inde prædicationis cauſa digreſſus innumeros ad Chriſti fidem convertit: ſed viri impii non deſtitere, donec ejus linguam extractam canibus devorandam proiicerent, quæ tamen illi fuit mox miraculo reſtituta. Tandem apud *Eſcham* Flandriæ vicum eum multis vulneribus ſaucium obtruncarunt pridie Idus Novembris, ut legitur in laudata Vita, & in ejus Epitome apud Surium ad diem XII. Novemb. ubi etiam dicitur *Livinum*, antequam in Belgium veniſſet, fuiſſe Archiepiſcopum in Hibernia. Non poteſt autem dici Epiſcopus Gandenſis, quia hoc tempore nullus eo in Oppido Epiſcopatus erat; neque etiam poteſt dici aut frater, aut comes Sancti *Foillani* Martyris, de quo mox locuti ſumus, quia *Foillanus* diſcipulus *Livini* a Foillano Martyre diverſus eſt, ut liquet ex Vita Sancti Livini. Annus ejus Martyrii incertus; illud tamen indubitatum, *Livinum* poſt Sanctum Bavonem mortuum eſſe cum ad Florbertum Gandæ Abbatem ſcripſerit Epiſtolam de S. Bavonis Epitaphio, & Epitaphium S. Bavonis a ſe compoſitum ad eum miſerit. Extant Epitaphium & Epiſtola Sæculo Secundo Benedictino, in fine Vitæ Sancti Bavonis; in qua cum tradatur, *Bavonem* ſtatim a ſua morte apparuiſſe *Beatiſſimæ Gertrudi cum aliis Virginibus ſecum commorantibus*, manifeſtum eſt deceptos Chriſtianum Maſſæum Cameracenſem, lib. 13. Chronic. Uſſerium in Sylloge Epiſtolarum Hibernicarum, & Joannem Baleum in ſua Bibliotheca, qui exiſtimantes & *Bavonem* anno DCXXXI. ad Deum migraſſe, ſcripſere. *Livinum* anno DCXXXIII. Martyrium feciſſe; certum enim S. *Gertrudem* poſt annum DCXL. Abbatiſſam Nivellenſ. renunciatam eſſe. Cum itaque S. *Bavonem* anno DCXLIX. mortuum oſtenderimus, *Livini* Martyrium triennio poſt contigit ut legitur in Epitome laudatæ Vitæ S. Livini. *Bonifacium* illum, qui hujus Sancti mortem ſcripſit, diverſum eſſe a Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, cum de hoc Sancto Antiſtite ſermo erit, oſtendemus.

*San-*

NOTÆ [1] JUxta ea quæ ad A. 638. ſtatuimus, ſi anno 643. Rotharis regiminis ſui annum octavum numerabat, ejuſdem regni annus ſextusdecimus ac menſes quatuor deducunt nos ad annum 652. vel 653. Rodoaldum vero ejus filium non ſuperaſſe annum 654. cum Bacchinio in Notis ad Agnellum, eo Blanchio in notis ad Paulum Diaconum lib. 4. cap. 50. puto. Ita enim inter ſe omnia conſonant, & Grimoaldi procemium ad Leges ſuas hanc chronotaxim egregie vindicat. Porro de hoc proœmio infra. MANSI



inſtat apud Eſcham, multis vulneribus confoſſus occubuit: habent natalem ejus indelebili inſcriptione notatum tabulæ Eccleſiaſticæ (*a*), eumdemque conſueto præconio annis ſingulis anniverſaria die in Eccleſia exhibent, duodecima Novembris.

*(a) Martyrol. Rom. & Mo. in Natal. SS. Belg. die 12. Nov.*

Sed auctor horum omnium, ut ex Hibernia magnæ virtutis homines transferentur in Gallias, vel alias ejus regiones, fuit Vincentius Comes Hannoniæ, qui uxorem habuit conſanguineam Regis Dagoberti beatiſſimam Vualdetrudem: miſ-

*S. Vincentius comes Hannoniæ.*



PAGIUS VIII. *Moritur S. Ultanus.* *Sanctus Ultanus* frater ſanctorum *Furſei* & *Foillani* Martyris, poſt Sancti Furſei mortem in Galliam venit cum fratre ſuperſtite, ubi a *S. Gertrude* Abbatiſſa Nivellenſi, ſeu Nivialenſi, accepere locum *Foſſuenſem* ſeu *Foſſenſem*, ibique Monaſterium condiderunt. Poſt necem *Foillani* fratris illic permanſit *Ultanus*, quem *Gertrudis* morti proxima de imminente obitus ſui die conſuluit, ut habetur in Vita ſancti Furſei. Poſt annos aliquot Monaſterio Peronæ ubi Furſeus ſepultus jacebat, Abbas præfectus eſt. Tunc temporis *Sanctus Amatus* Senonum Antiſtes juſſu Theodorici Regis relegatus eſt Peronam, ubi *ſub honorifico Abbate Ultano cuſtodiæ perſtitit mancipatus*, inquit Scriptor Vitæ Sancti Amati, qui addit: *Ad ſuum juvamen ſacrum B. Ultani Abbatis experiebatur ſolamen Amatus, cujus Ultani providentia decentiſſime in verbis, gratia & ſubſidio alimoniæ proficiebat aſſidue*. Colitur Ultanus in recentioribus Martyrologiis Kalendis Maii, mortuus circa annum ſexcenteſimum octogeſimum. Legendum ejus Elogium hiſtoricum Sæculo Secundo Benedictino, & in Actis SS. Bollandianis ad diem primum Maii. *Ultanus* iſte diverſus eſt ab Ultano itidem Hiberno, cujus Elogium compoſuit Ethelvvolfus Monachus in ſuo Carmine ſeu Poemate, apud Mabillonium Sæculo IV. Benedict. part. 2. pag. 309.

IX. *Obitus S. Madelgari ſeu Vincentii.* Baronius cum multis recentioribus ſcribit, *Furſeum* ex Hibernia cum aliquot ſociis adductum fuiſſe a Sancto Vincentio Hannoniæ Comite in Galliam. Verum antiquiores Auctores qui de *Sancto Vincentio* ſeu *Madelgario* loquuti ſunt, cum tantum *Virum illuſtrem* appellant; ejus nobilitas patet ex copula *VValdetrudis* conjugis, quæ clariſſimos cognatos & parentes habuit. Adhæc Beda lib. 3. cap. 19. dicit quidem *Furſeum* veniſſe in Galliam, ſed Vincentii aut alicujus alterius Magnatis mentionem non facit. *Vincentius* & ejus uxor, ſoror natu major *Sanctæ Aldegundis*, ampliſſimas opes poſſedere in pago Hainonenſi, qui pars erat hodiernæ Hannoniæ, ubi Monaſterium Altimontenſe Gallice *Hautmont*, ſeu Altum-montem ædificavit, & poſt aliquod tempus Monachum in eodem loco induit, ut in Vita Sancti Giſleni legitur. Sed cum multi ad piam ejus converſationem confluerent, ad ſecretiorem locum ſeceſſit, & Monaſterium Sonegienſe, Gallice *Soigny*, conſtruxit, ubi vitam tranſegit, & mortuus eſt. *VValdetrudis* ejus uxor, non tantum mariti votis annuit; ſed & ipſa *Caſtriloci* Monaſterium puellare, Gallice *Chateau-lieu*, condidit. Locus ille lapſu temporis excrevit in Urbem ampiiſſimam a ſitu nomen *Montium* ſortitam, vulgo *Mons*. Obiit *Sanctus Madelgarius* biennio priuſquam Sanctus *Amandus* ex hac vita diſcederet, ſi Vincantius in Annalibus Hannoniæ lib. 3. cap. 14. recte ſupputavit, ideoque anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Colitur die XIV. Julii, de eo plura Cointius in Annal. Eccleſiaſt. Francorum, & Mabillonius Sæculo II. Benedictino, ubi varias fabulas de eo ſcriptas refellunt.

X. Anno ſuperiori mortuus eſt in Gallia *Sanctus Godo* Metenſis Epiſcopus. In Codice enim Monaſterii Sancti Symphoriani de eo legitur: *Godo Epiſcopus ſedit annos X. & menſes II. obiit VIII. Id. Maii*: de Clodulpho vero ejus Succeſſore: *Clodulfus Epiſcopus ſedit annos XL. & dies XXV. obiit VIII. Id. Maii*, ideſt, die octavo menſis Maii: ad quem etiam diem, ut notat Meuriſſius, in Hiſtoria Epiſcoporum Metenſium, Martyrologium Eccleſiæ Metenſis habet: *Metis Sanctorum Confeſſorum pariterque Pontificum Godonis atque Clodulphi*. Quare cum *Godo* anno DCXLIII. die nona Martii ordinatus fuerit, die octava Maii ſuperioris Chriſti anni ad Deum migravit, & poſtquam Sedes vacaſſet menſes undecim, & dies quinque, Sanctus *Clodulphus* Sancti Arnulphi filius die XIII. menſis Aprilis, qui hoc anno in Dominicam incidebat, conſecratus eſt Epiſcopus Metenſis. In Vita quidem Sancti Clodulphi Auctore Anonymo, qui ſæculo IX. vixiſſe videtur, ſcripta, & recitata a Mabillonio Sæculo II. Benedictino dicitur, *Georicum* rexiſſe Eccleſiam Metenſem annis XVII. *Godonem* annis VIII. & *Clodulphum* annis XLII. ſed is Auctor annos duos, quos e Sede Godonis detrahit, Clodulpho adſcribit, & in Goerico annum unum minus numerant: cumque Scriptor Catalogi Sancti Symphoriani eodem, quo Anonymus ille ſæculo vixerit, ut ex ultimo illius Catalogi Epiſcopo liquet; & non ſolum annos, ſed etiam menſes, ac dies Sedis, ac inſuper dies emortuales memoret, ei tuto fides a Sancto Arnulpho uſque ad finem, adhiberi poteſt; præſertim cum juxta Catalogum illum, Epiſcoporum Metenſium ordinationes in diem Dominicam incidant. Porro ex utroque Auctore Anonymo colligo, Sanctum *Arnulphum* Epiſcopatum Metenſem abdicaſſe, aut anno DCXXV. aut tardius anno DCXXVI. id enim anni trium priorum ejus Succeſſorum *Goerici*, *Godonis*, & *Clodulphi* retrogrado ordine numerati evidenter oſtendunt; quod & ordinatio Succeſſorum Clodulphi juxta Catalogum illum conſignata magis confirmabit. Sancti *Godonis* res geſtæ propter Scriptorum penuriam obſcuræ remanſere.

*S. Clodulphus fit Epiſc. Metenſis.*

XI. *Moritur S. Deſiderius Epiſc. Cadurcenſis.* Sed vocat nos *Cadurcum*, quo perductum eſt corpus *Sancti Deſiderii* Cadurcenſis Epiſcopi in territorio Albigenſi demortui, de quo Auctor Anonymus in ejus Vita apud Labbeum Tomo I. novæ Bibliothecæ, & San-Marthanos in Epiſcopis Cadurcenſibus, ſcribit: *Hujus Sigiberti VII. & decimo Regni anno, Epiſcopatus autem ſui viceſimo & VI. parat ſolum proprium paternæ poſſeſſionis Albigenſe territorium viſitare*, & paulo poſt: In febrem incidit, & *ſub die decimo ſeptimo Kalendarum Decembrium ultimum ſpiritum exhalavit*, die ſcilicet XV. menſis Novembris. Quare cum *Sigibertus* Auſtraſiæ Rex anno ſexcenteſimo trigeſimo octavo mortuo Dagoberto patre Aquitaniam, ubi Cadurcum ſitum, Regno Auſtraſiæ adjecerit, ut eo anno num. X. & ſeq. oſtendimus, & *Sanctus Deſiderius* in Feſtis Paſchalibus anni DCXXIX. Cadurcenſis Epiſcopus ordinatus fuerit, ut eo anno vidimus vita functus eſt currenti anno, qui XVII. Sigiberti erat, & XXVI. ejus Epiſcopatus. Verum eſt in utraque editione Vitæ Deſiderii legi, *Epiſcopatus autem ſui XXIII.* quia forte ita

miſſus enim a Francorum Rege in Hiberniam, inde recedens, ſecum duxit ſanctiſſimos & ſtrenuos fidei prædicatores, Follianum, Furſeum, Ultanum, Eloquium, Ettonem, & Aldagiſum, quos omnes egregia ſanctitas decoravit: ſed & ipſe Vincentius in ſanctorum album relatus eſt; excultus enim manu S. Authberti Came-

PAGIUS

ita ſcriptum eſt in Exemplari MS. V. C. Herovaldi, a quo tam Labbeus, quam San-Marthani eam acceperunt. Sed Labbeus in fine Tomi II. novæ Bibliothecæ refert, veniſſe poſtea in manus ſuas Codicem Cœnobii Moyſſiacenſis, cujus variantes lectiones exhibet, ac in eo ſcribi, *Epiſcopatus autem ſui viceſimo & VI.* non vero, *viceſimo & III.* quod Exemplar Moyſſacenſe Mabillonius Tomo III. Veter. Analect. in Diſſert. de *Anno & die obitus Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis*, dicit ſe conſuluiſſe ac diſtincte ſcriptum in eo reperiſſe, *viceſimo & VI.* non *viceſimo & III.* ut in utraque laudatæ Vitæ editione exaratum eſt. Hoc mendum Cointium decepit: is enim animadvertens, annum *Sigiberti* Regis XVII. cum anno *Deſiderii* XXIII. componi non poſſe, ſcripſit, legendum eſſe *Epiſcopatus ſui XXI.* & mortem hujus S. Antiſtitis conſignavit an. DCXLIX. deducto ſc. Sigiberti anno XVII. a Regno ejus Auſtraſiano, ac ab anno Chriſti DCXXXIII. oblitus ſe jam an. DCXXXVIII. num. LXXXVI. ſcripſiſſe, *Sigibertum* poſt patris obitum *Cadurcos* & alios quoſdam populos Regno ſuo adjunxiſſe. Emendavit iſtum Cointii errorem Mabillonius, recteque aſſeruit, annos *Sigiberti* Regis in *Deſiderii* Vita memoratos, a Dagoberti Regis obitu deducendos eſſe. Verum hujus rei fugit eum ratio; cum ſcribat, *Sigibertum*, quando Throno Auſtriæ impoſitus eſt, Regem potius deſignatum, quam inſtitutum dici poſſe, ideoque non ante mortem patris eum regnaſſe cenſendum; Sigibertus enim, ut mox dixi non niſi poſt patris obitum Cadurcos recepit, ideoque & ab eo tantum anno ibidem regnare cœpit.

XII. *Deſiderius cum ſummis Viris amicitia junctus.*

Scripſit *Deſiderius* duos Epiſtolarum libros, in quibus & quas ad Viros illuſtres dederat, & quas ab ipſis acceperat, continentur. Extant illi in Bibliotheca Veterum Patrum. Magna ei amicitia interceſſit cum Viris, qui ejus ætate Sanctitate præ cæteris enituerunt, cum Sanctis *Audoeno* Rotomagenſi, cum *Paulo* Epiſcopo Virdunenſi, cum *Modoaldo* Trevirenſi, cum *Abbone* ſeu *Goerico* Metenſi, cum *Sulpitio* Bituricenſi, cum *Eligio* Noviomenſi, & cum aliis tam Epiſcopis, quam Abbatibus & Magnatibus, ad quos ſcripſit, vel a quibus literas accepit. Hadrianus Valeſius in Defenſione Obſervationis *de Annis Dagoberti I.* cap. 10. cum annos Dagoberti & Sigiberti in Vita Sancti Deſiderii expreſſos inter ſe componere non poſſet, ideſt cum ratione eorumdem annorum numerandorum a Fredegario uſurpata, & a ſe primum ingenioſe detecta, exiſtimavit hunc Anonymum magni haberi non debere, nihil certi, nihil ſinceri, & inconrupti ex eo erui poſſe, ac Auctorem eſſe recentem, qui de rebus „ Veteribus ſcripſerit. Inter Epiſcopos, inquit, „ & Abbates Gallicanos Sanctitate illuſtres qui „ ætate *Deſiderii* floruerunt, numerat idem „ Scriptor *Gallum* Arvernum, *Eparchium* Ecoliſmenſem, *Auſtaſium* ſeu *Euſtaſium* Luxovienſem, & *Deodatum* Matisconenſem. Atqui „ *Gallus* Arvernorum Epiſcopus, teſte Gregorio Turonenſi ejus patruo, deceſſit circa initia Regni Theodebaldi, hoc eſt anno Chriſti DCXLVIII. aut inſequenti, ante Deſiderii ætatem annis octoginta. *Eparchius* vero Abbas vel Recluſus Ecoliſmenſis Vir eximiæ Sanctitatis, obiit, teſte eodem Gregorio lib. 6. anno Regni Childeberti VI. videlicet Chriſti DLXXXI. antequam *Deſiderius* natus eſſet. Videre quidem potuit *Deodatum* Epiſcopum Eccleſiæ Matiſconenſis, qui „ ſub Clodoveo Juniore Concilii Cabillonenſis „ Statutis ſubſcripſit. Sed qui *Matiſconem* Æduorum Urbem Provinciæ Lugdunenſis Primæ, *Metaſconem* & *Matiſconem* nuncupaverit, neminem annis quingentis vetuſtiorem „ reperi. Ita Hadrianus Valeſius. Verum valde fallitur Vir doctiſſimus, dum exiſtimavit Anonymum illum velle Epiſcopos & Abbates, quorum mentionem facit, aut ſingulari benevolentia Deſiderio conjunctos fuiſſe, aut in vivis adhuc ſuperſtites, cum Deſiderius Cadurcenſibus præpoſitus eſt. Loquitur enim de ſervis Dei, qui Deſiderii ætate Galliam illuſtrarunt, inter quos *Eparchium* Recluſum paucis poſt ejus nativitatem annis demortuum memorat, ex quo intelligimus, Deſiderium octogenarium e vivis diſceſſiſſe. Præterea Anonymus ſermonem non habet de *Gallo* Arvernorum Epiſcopo hujus nominis primo, ſed de *Gallo* ſecundo, qui anno DCXLIII. Eccleſiam Arvernenſem regebat, ut eo anno num. VIII. oſtendit Cointius. Adhæc hic anno DCXXXII. num. VII. præmonuerat, exiſtimandum non eſſe Viros illos *Deſiderio* amicos, de quibus loquitur Anonymus, in vivis fuiſſe, cum ille Epiſcopatum Cadurcenſem adeptus eſt; aut omnes uno eodemque tempore ſuis Sedibus præfuiſſe: ideoque argumento Valeſii occurrerat. Denique in variis Editionibus Vitæ S. Euſtaſiii a Jona ſcriptæ, *Matiſco* Civitas appellatur *Mataſco*, & ſciunt omnes nomina Urbium & Provinciarum non ſemper eodem modo aut ſcripta aut pronunciata fuiſſe. Vita itaque S. *Deſiderii* egregie ab illo Anonymo elucubrata, & quidem ſæculo VIII. ut an. DCXXIX. jam inſinuavi.

XIII. *Floret Marculfus Auctor Formularum antiquarum.*

Hoc circiter tempore *Marculfus* Monachus *Landerico* Pariſienſi Epiſcopo *Formularum antiquarum* libros duos nuncupavit, quas V. C. Hieronymus Bignonius noſtra ætate in lucem edidit, iiſque varias Appendices adjunxit. Poſt Bignonium Baluzius eaſdem Formulas cum ſuis nævis in integrum reſtituit, aliaſque ſubiecit. Styli enim barbariem in Diplomatibus Formuliſque in lucem edendis retinendam eſſe demonſtrat Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. cap. 2. præſertim cum barbariſmi ac vitia ipſa ex ipſis Antiquitatis fontibus, niſi aliunde comperta ſit falſitas procedere cenſenda ſint. Ex illis Formulis multa diſcimus capita priſci juris, aut veterum morum, qui in in Galliis ſub prima Regum noſtrorum Dynaſtia vigebant. *Landericum* Epiſcopum Pariſienſem hoc tempore vixiſſe oſtendit Cointius in Annal. Eccl. Franc.

XIV. *Anna Orientalium Anglorum Rex occiditur.*

Weſtmonaſterienſis hoc anno ſcribit: *Anno gratiæ DCLIV. Penda Rex Merciorum, qui totus in arma furens, nullas niſi ſanguine fuſo, gaudet habere vias, Annam Regem Orientalium Anglorum, Virum bene religioſum, bello invaſit, & in momento contrivit, & ejus exercitum totum. Cui Aethelerus frater ejus in Regnum ſucceſſit.* Idem habent Wigornienſis & Thomas Elienſis Monachus in Vita Sanctæ Ethildritæ Abbatiſſæ Elienſis cap. 7. qui addit eum occiſum anno



(a) *Molan. in Natal. SS. Belg. die 14. Jul.*

meracenſis Epiſcopi, tandem monaſtico ſuſcepto habitu, ſeſe totum, abdicato ſæculo, Chriſto addixit, atque egregia claruit ſanctitate: cujus natalem (*a*) diem Cameracenſes, & alii finitimi populi decimaquarta Julii menſis celebrare conſueverunt.

An-

PAGIUS

*anno Regni ejus nono decimo.* Thomas enim anno DCXLIV. a nobis num. VII. correctus in eadem Vita ait, eum ſucceſſiſſe Ægerico, cui Regnum commendarat *Sigbertus* Rex quando Monachum induit, anno ab Incarn. DCXXXV. a quo ad præſentem fluxerunt anni XIX. Fuit Anna *Vir bene religioſus, ac per omnia mente & opere egregius*, inquit Beda lib. 4. cap. 19. cui ex *Hereſvvita* uxore piiſſima femina nati ſunt *filii duo, Aldulfus & Sanctus Jurminus, ac filiæ quatuor, primogenita videlicet Sexburga femina incomparabilis, Ædelberga, Etheldreda, atque Vvithburga*, inquit idem Thomas Monachus, qui ſubdit, *Aldulfum* poſt aliquot annos Anglorum Orientalium Regem fuiſſe, alios vero Annæ Regis liberos vitam laudabilem & mortem pretioſam commendaſſe. Hinc omnes Tabulis Eccleſiaſticis inſcripti ſunt. Idem Thomas Monachus cap. 7. ſcribit: *Eſt in eadem Provincia* (ſc. Orientalium Anglorum) *locus vulgo Blideburch vocitatus, in quo corpus venerandi Regis Annæ ſepultum eſt, & uſque ad hanc diem pia Fidelium devotione veneratur. Etheldredæ* eadem eſt ac *Ethildrita*, quæ & *Ediltrudis*, de qua infra, appellata eſt. Annæ Regi ſucceſſit frater *Ædelherus*, ut habet idem Thomas. De *Hereſvvita* agemus anno DCLXXX.

XV. *Conſtantinus Pogonatus a patre Auguſtus creatur.*

In Oriente Conſtans Auguſtus *Conſtantinum Pogonatum* filium in conſortium Imperii adſcivit, & Auguſtum renunciavit, & quidem ante diem viceſimum ſextum menſis Aprilis. Nam in Sexta Synodo generali legitur, Actionem XV. habitam eſſe eo die, anno viceſimo octavo ejuſdem Conſtantini. Ea autem Actio celebrata anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo primo. Quare *Conſtantinus* hoc anno Auguſtus nuncupatus fuerat, &, ut coniicere licet, die decima tertia menſis Aprilis, in quam Paſcha incidit, cum Actio XIV. notetur anno Regni ejus XXVII. & die V. menſis Aprilis, ideoque ea nuncupatio facta fuerit poſt diem V. Aprilis, & ante diem XXVI. ejuſdem menſis. *Conſtantinus* mortuo Conſtante patre Catholicam fidem, proſcripta *Monothelitarum* hæreſi, rurſus invexit, ut ſuo loco videbimus.

I. Eugenius Papa moritur.

ANnus adeſt ſexcenteſimus quinquageſimus quintus, decimatertia Indictione, quo Romæ moritur Eugenius Papa die ſecunda Junii: cujus ſedis annos, qui numerant ab eo tempore, quo in locum ſanctiſſimi Martini martyris adhuc viventis ſubrogatus inique fuit, cum ille tyrannice Pontificatu exutus in exilium miſſus eſſet, eum annos duos, & menſes quatuor ſediſſe tradunt. Verum cum nonniſi poſt S. Martini Papæ obitum potuerit, accedente cleri conſenſu, legitime ſediſſe; affirmare neceſſe eſt, non amplius quam ſex menſes, & dies vigintitres ipſum Romanæ Eccleſiæ Pontificem præfuiſſe. Habet de ipſo Anaſtaſius, ſepultum fuiſſe apud S. Petrum, nulla facta, dum viveret, cleri ordinatione, ſed tantum Epiſcopos per diverſa loca creaſſe numero viginti duos. Modeſte viſus eſt uſus Pontificia poteſtate, quod vivente Martino, optime ſciret, ſe non legitime ſedere potuiſſe Pontificem, ſed tantum loco ipſius veluti Vicarium ſe gerere.

II. Vitalianus Papa creatus.

Vacaſſe autem ejus ſedem menſem unum, dies vero vigintinovem, idem Anaſtaſius tradit: ſicque colligas, hoc eodem anno ultima die menſis Auguſti creatum fuiſſe ſucceſſorem Vitalianum Signinum. Eſt ☛ autem Anaſtaſii alia lectio, quæ dicit vacaſſe ſedem dies vigintitres, ex qua dicendum eſſet, creatum die vigeſima quinta Auguſti ☚. Eſt Signia civitas apud Henricos, ab longe Urbe trigeſimo lapide, via Lavicana. De ipſo autem Vitaliano hæc in primis idem Anaſtaſius habet:

*Hic direxit Reſponſales ſuos ſecundum conſuetudinem cum Synodica in Regiam urbem ad piiſſimos Principes, ſignificans de ordinatione ſua: & dum ſuſcepti eſſent, renovantes Eccleſiæ privilegia reverſi ſunt.* Hæc Anaſtaſius, qui & addit: *Per eoſdem Miſſos*, Reſponſales ſcilicet, *direxit Conſtans Imp. B. Petro & Evangelia aurea cum gemmis albis miræ magnitudinis ornata in circuitu.* Ex his intelligas, callidum Imperatorem, quo rebus Occidentalis Imperii bene conſultum eſſet, conatum fuiſſe muneribus ſaltem & aliis officiis demerere Romanum populum, quem ſciret tunc ſibi conjunctum atque benevolum fore, ſi ſe Catholicum forinſecus præſeferret, ſtudioſumque erga Romanum Pontificem. Probe enim noverat, in ſe Romanum populum ſimulque clerum & ( ut uno verbo dicam ) omnes Occidentales Catholicæ fidei integros profeſſores magno-

PAGIUS ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 6148.

SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCXCIII. Anno Hegiræ XXXV inchoato die 2. Jul. fer. 7. A.C. 655.

☉ 20. D. ☽ 10. P. 29. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 655.

EUGENII PAPÆ 2.

CONSTANTIS IMP. 15.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: *XIV. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XII.*

II. *Vitalianus fit Pontifex Romanus anno DCLVII.*

A num. I. ad VI. Anaſtaſius in Eugenio ſcribit: *Sedit annos duos, menſes octo, dies viginti quatuor*, quod & in ejus exemplaribus MSS. etiam habetur. Addit, eum ſepultum eſſe *ſub die IV. Nonas Junii*, ideſt, die ſecunda ejuſdem menſis. Quare cum die octava menſis Septembris anni ſexcenteſimi quinquageſimi quarti ordinatus fuerit, mortuus eſt non hoc anno, ſed anno ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo, ut numeranti patet. Mortuus eſt autem die prima Junii, dieque inſequenti tumulatus, indeque liquet Anaſtaſium diem emortualem ab illa enumeratione excludere. Sed quia Baronius exiſtimavit, *Eugenium* legitime ſedere non potuiſſe niſi poſt mortem *Martini*, quam putat contigiſſe anno ſuperiori, ei tantum menſes ſex & dies XXIII. aſſignavit, mortemque ejus cum præſenti anno copulavit; ſicque Chronologiam Pontificiam turbavit. *Ceſſavit Epiſcopatus menſem unum, dies XXIX.* inquit Anaſtaſius; quare die triceſima menſis Julii anni ſexcenteſimi quinquageſimi ſeptimi, quæ cum Dominica coincidebat, ordinatus eſt Vitalianus *natione Signienſis, Provinciæ Campaniæ*, recteque Hermannus Contractus in fuſiori Chronico Eugenii mortem cum anno DCLVII. copulavit. [1]

III. *Eugenius Apocriſarios ad Imperatorem mittit anno DCLIV.*

*Eugenius* anno præterito, poſtquam die octava menſis Septembris conſecratus eſt Pontifex Romanus, de more Deceſſorum ſuorum *Apocriſarios* ad Conſtantem Imp. miſit cum Synodica & ordinationem ſuam ſignificavit. Anaſtaſius quidem, qui hoc a Vitaliano factum affirmat, in Eugenio de ejus Legatione tacet; verum eam nos edocet Sanctus Maximus in Relatione *Motionis factæ inter Dominum Abbatem Maximum & ſocium ejus, atque Principes in Secretario*, re-

NOTÆ [1] JUvat hic variantem lectionem ex vetuſtiſſimo noſtro Codice Martiniano, de quo in Nota ad A. 625. 16. dare. Ita MS. ille Codex Anaſtaſii ſæculi VIII. *Eugenius ſedit annos duos menſes novem, dies viginti quatuor.* Ex quo fieret ut Eugenii ordinatio integro menſe anticipanda eſſet; ſiquidem dies ejus emortualis vel ſepulturæ diei IV. Nonas Junii cum Anaſtaſio aſſignaretur. Neque huic chronologiæ quidquam officit; cum interpontificii Martinum inter & Eugenium, quod in editis Anaſtaſii legitur, ratio nulla habenda ſit. Ut enim optime Baronius notat in multis Anaſtaſii Codicibus, ſicut etiam in noſtro Martiniano deeſt. Vide Pagium ad A. 654. num. 4. MANSI



gnopere concitaſſe ob ejectionem ex Urbe ſanctiſſimi Papæ Martini, ejuſque tyrannicam depoſitionem, & ejectionem, ac demum perfunctum, morte intercedente, martyrium.

III. Fraus Conſtantis Imp.

Quod igitur ſciret ex iis ſe apud Occidentales omnes male audire, hæreticum proclamari, trucemque perſecutorem ore omnium nominari, vafro atque ſubdolo conſilio egit ut ſe facti pœnitentem recepiſſe Catholicam fidem, redditumque penitus Orthodoxum oſtenderet. Ita plane hæreticus Princeps jure regnandi abuti conſuevit religione, ut cum Catholicam fidem oderit, tamen de ea bene mereri videri velit: ut ſi vir uxori, quam oderit, blandiatur, quo id quod molitur, conſequi facile poſſit; & cum fuerit conſecutus, domo ſtatim eiiciat, & pellicem introducat.

Oblatio ejus uti Catholici ſuſcepta.

Hoc plane uſum eſſe conſilio Conſtantem Imperatorem, perſpicue ejus res geſtæ declarant: qui cum Catholicus videri vellet, illud ſignum edidit manifeſtum, ut cum Romano Pontifice ſe communicare publicis ſignificaret officiis: nam miſit ad eum ſacroſanctum Evangelium gemmis miræ magnitudinis exornatum ( quod erat ſymbolum Catholicæ ſuſceptæ fidei ) S. Petri Apoſtolorum principis baſilicæ offerendum; & quod dictum eſt, legatos ( quos Reſponſales vocat auctor ) miſſos Conſtantinopolim cum Synodica de fidei Catholicæ confeſſione, ipſe Imperator non ( ut ante fecerat ) eos rejecit, ſed bene habuit & amice recepit, donatoſque dimiſit impertita confirmatione privilegiorum illorum, quæ ab Imperatoribus conferri poſſent Eccleſiis.

IV. Ad tempus ſimulat Imp.

Et licet Anaſtaſius non dicat, emiſiſſe etiam eumdem verſipellem Proteum fidei Catholicæ profeſſionem, æque poſſumus intelligere, ac nihil denique prætermiſiſſe, quo Catholicus forinſecus hominibus appareret. Ita quidem factum, ex iis quæ ex eodem Anaſtaſio dicta ſunt, cogimur affirmare: nam ſi aliter creditum eſſet, nequaquam Vitalianus miſſam per Reſponſales accepiſſet oblationem: ſiquidem oblationem hæreticorum ſemper Eccleſia Catholica reſpuit & execrata eſt, uti victimam impiorum Deo abominabilem. Hæc tanta cum præſtiterit doloſus homo, quæ haberet in ſtomacho, non potuit occultaſſe; nam cum occaſio venit, in fidem Catholicam homineſque Catholicos quid ſentiret, evomuit: quod contigit anno ſequenti, cum vera fortique confeſſione Maximi provocatus, in eum ejuſque ſocios, ut beſtia truculenta, violentus inſiliit, quos laniavit atque diſcerpſit: quomodo autem ea ſe habuerint, ſuo loco dicturi ſumus. Hæc vero haud oportuit prætermiſiſſe, ut

PAGIUS recitata in Collectaneis Anaſtaſii, & deſcripta a Baronio anno DCLVII. num. III. & ſeqq. ſed ex corrupto exemplari, in quo ea poſtponebatur Diſputationi inter Sanctum Maximum & Theodoſium Cæſareæ Bithyniæ Epiſcopum, habitæ anno ſequenti, quo & eam Baronius recte collocavit. Ex ea enim Relatione intelligimus. *Petrum* Conſtantinop. Epiſcopum volentem & Catholicis & Hæreticis aſſentiri, triplicem in Chriſto voluntatem prædicaſſe; unam ſcilicet ſubſiſtentialem cum Monothelitis; duas vero naturales cum Orthodoxis; & Romani Pontificis Apocriſarios a *Petro* illectos in novum illud erroris portentum conſenſiſſe. Hæc Relationis verba, quæ & leguntur apud Baronium anno DCLXII. num. XV. *Dicunt ei, Et quid facies cum Romani uniendi Byzantiis ſint? Ecce enim heri venerunt Apocriſarii Romani, & cras Dominico die communicabunt Patriarchæ: & per hoc cunctis manifeſtum fit, quod tu ſubverteris Romanos. Denique te illinc amoto, mox conſenſerunt his, qui ſunt hic. Et dixit ad eos, Hi, qui venerunt, præjudicium quoquo modo Romanæ Sedi, quamvis communicent, eo quod Epiſtolam non detulerunt ad Patriarcham, facturi non ſunt. Nec prorſus adduci poſſum ut credam, fore ut Romani iſtis uniantur, niſi confeſſi fuerint Dominum Noſtrum ac Deum, ſecundum utrumque eorum ex quibus eſt, & in quibus eſt, & quæ eſt, eſſe natura tum voluntate tum operatione in rem noſtræ ſalutis præditum. Et dicunt, quod ſi Romani cum iſtis convenerint, quid facturus es? Et dixit Spiritus Sanctus Apoſtoli ore etiam Angelos anathematizat, qui aliquid ſanciant præter quod eſt prædicatum.*

IV. Ita reſpondet Maximus in Secretario ad Judices in ſe inſultantes.

*Apocriſarii Eugenii Conſtantinopoli ſeducti.*

Baronius quidem loco mox citato, ubi eadem verba ex alia verſione habet, in margine ſcribit: *Mendaciis agunt hæretici.* Verum ex Epiſtola Anaſtaſii Monachi diſcipuli Sancti Maximi, *Ad commune Monachorum apud Calarim conſtitutorum Collegium*, quam doctiſſimus Annaliſta non viderat, conſtat, Apocriſarios errori Petri, duas & unam ſuper duas operationes ac voluntates dicenti aſſenſiſſe. *Quibus, ut dictum eſt, ſuum corrigere nolentes ſermonem, adhuc & Senioris Romæ propriæ conſentire ſectæ coegerunt Apocriſarios. Unam ſuper duas, ideſt, tres ſecum prædicandi in eodem Domino Noſtro Jeſu Chriſto Voluntates & Operationes: ſimilem ſcientiæ ligno guſtum comminiſcentes, quemadmodum & iſti fidem ex bono & malo proferunt, affectantibus. Unde & talibus circumvenientes literis, ei qui miſerat, mittunt. Quia ergo in magno propter hæc periculo ſunt res pene totius Catholicæ & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ conſtitutæ, pro ea deprecamur & obſecramus Sanctiſſimos Viros, ne hanc deſpiciatis periclitantem, ſed adjuvetis tempeſtatibus laborantem, ſcientes in tempore tribulationis dilectionem, quæ in Spiritu Sancto eſt, naſci: & ſi poſſibile eſt, vos tranſire citius, quaſi alia pro cauſa ad Senioris Romæ pios & firmos, ut petram, Viros. Qui videlicet nobiſcum tutores noſtri ſunt ſemper & propugnatores ferventiſſimi veritatis; obſecrantes hos ſupplicatoriis vocibus & lacrymis pro omnibus Chriſtianis, quatenus mercedem a Domino ſortiantur*, inquit Anaſtaſius Monachus. Neque dubitandum, quin Eugenius, qui Petri Epiſcopi Conſtantinopolit. Synodicam exploſit, ut videre eſt apud Baronium anno DCLIII. num. I. exploſerit etiam quod præ-

ut qualis eſſet qui velut in ſcena ad tempus perſonam induit, pietatis penitus innoteſceret. Sed ad Vitalianum Papam redeamus.

V. *Qualis Petri fidei profeſſio ad Vitalianum data.*

Eadem legatione miſſa Conſtantinopolim Vitalianus litteras dedit ad Petrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, hortans eum ad fidem Catholicam amplexandam. At ille excuſans excuſationem in peccato, ſe profiteri reſcripſit quæ docuerunt veteres Patres, eorumque teſtimonia, ſed haud fideliter, mutatis verbis, adnexuit: quæ fraus tum a Græcis, tum a Latinis detecta fuit, ubi de iiſdem litteris actum eſt. Habentur enim de his iſta in decimateria Sextæ Synodi Actione. Item relecta eſt ex altero regeſto epiſtola Petri, & ipſius quondam Præſulis regiæ civitatis ad Vitalianum ſanctæ memoriæ, qui fuit Papa Romanus, cujus eſt initium: *Spiritalem nobis lætitiam peperit epiſtola veſtræ unanimis, & ſanctæ fraternitatis. Dumque legeretur eadem epiſtola habens diverſa Patrum teſtimonia, hi qui locum gerebant Agathonis ſanctiſſimi Papæ Romani, dixerunt: Innoteſcimus veſtræ gloriæ, quod paterna teſtimonia, quæ continentur in præſenti quæ nunc legitur Petri epiſtola, circumciſa & deflorata ſunt ab eodem Petro ex hoc quod oſtendere voluiſſet ſuam ſuper unam voluntatem & unam operationem intentionem. Glorioſiſſimi Judices dixerunt: Comperimus diligenter, juxta quæ a veſtra reverentia dicta ſunt, quod talia teſtimonia, quæ continentur in præſenti epiſtola, detruncata poſita ſunt; & ſi placet veſtro ſancto ac univerſali Concilio, in amplius hujuſmodi epiſtolæ lectio non procedat.* Sicque in re clara dubitatum a nemine fuit. Hic eſt ſtatus rerum Orientalium anni hujus. Jam vero ad res Eccleſiæ Anglicanæ convertamus orationem.

VI.

Contigit hoc eodem anno latius propagari in Anglia Chriſtianam religionem de-

PAGIUS

præfaricatores Apocriſarii egiſſent ejuſdem Petri ſuaſu.

V. *Apocriſarii Eugenii diverſi ab Apocriſariis Vitaliani.*

Sicut Eugenius, ita & Vitalianus *Direxit Reſponſales ſuos cum Synodica juxta conſuetudinem in Regiam Urbem apud piiſſimos Principes*, ut refert Baronius ex Anaſtaſio, hoc anno num. II. ubi *Principum* nomine Anaſtaſius intelligit *Conſtantem* & *Conſtantinum* ejus filium, quem anno ſuperiori renunciarat Auguſtum. Cum literis ad utrumque Imperatorem Apocriſarii Vitaliani attulerunt Epiſtolam hortatoriam, quam is ad *Petrum* dedit, ut ibidem num. V. probat ex Sexta Synodo Baronius, in qua de illa Epiſtola ſermo eſt. Nulla tamen in ea Synodo Epiſtolæ Synodicæ Eugenii ad eundem Petrum mentio, ut docet Sanctus Maximus loco mox recitato: ubi ait: Eugenii Apocriſarii *Epiſtolam non detulerunt ad Patriarcham*. Ex quo liquet, deceptum Combefiſium in Hiſt. Hæreſis Monothelitarum Diſput. 1. parag. 15. qui exiſtimat, Apocriſarios, de quibus loquitur S. Maximus, alios non eſſe, quam quos Anaſtaſius dicit, *Vitalianum* Papam miſiſſe cum ſua Synodica ad Conſtantem & Conſtantinum ejus filium, quibus eis ſuam ſignificabat ordinationem. Nam præterquamquod Apocriſarii, quorum meminit *Maximus*, non detulere literas ad Patriarcham, ſicuti poſtea Vitaliani Apocriſarii, priores hoc vel ſuperiori anno, poſteriores anno DCLVII. quo *Vitalianus* ordinatus eſt Pontifex, aut inſequenti, miſſi ſunt. *Eugenii* itaque & *Vitaliani* Romanorum Pontificum ordinationibus ſuis annis redditis, hæ ſimileſque conjecturæ evaneſcunt.

VI. *Vitalianus PP. conatur Conſtantem ad partes Catholicorum pertrahere.*

*Vitalianus*, non ad *Petrum*, ſed ad utrumque Imperatorem, Synodicam direxit; tum quod hi ex importuna ſuggeſtione impiorum Patriarcharum in Catholicos, potius quam ex obſtinata perfidia in fidem Catholicam, viſi eſſent egiſſe quæcumque in *Martinum* & *Maximum*, alioſque Orthodoxos fuerant executi: tum quod ſaltem in hanc partem benigne traherentur a *Vitaliano* in utilitatem Eccleſiæ. Quo pariter conſilio in Synodo Lateranenſi *Martinus* ipſe, Patreſque alii eundem *Conſtantem*, licet fidei inſenſiſſimum, honorantes, in Patriarchas invecti ſunt, non vero in *Heraclium* aut *Conſtantem*, licet ille hæreſis Monotheliticæ ex Auctoribus unus fuerit, alter vero propugnator acerrimus. Præterea *Conſtans* munera ad *Vitalianum* miſit, ut legere eſt apud Baronium, quæ Pontifex ex officio accipere debuit, ne eum in Eccleſiam animaret. Si enim uſque adeo humaniter in *Conſtantem* egerunt *Martinus* & *Eugenius*, dum ille furens in fidem bacchabatur, inquit Auctor Anonymus Hiſtoriæ Monothelitarum Scrutin. III. cur adeo rigide ſe gerere debuiſſet *Vialianus*, Imperatoris munera contemnendo; cum aliqua jam pœnitentiæ crepuſcula, adeo fidei ſalubria, in *Conſtante* eluceſcerent? Res quidem admirabilis hæc fuit, ſed omnino vera. Continuere ſe Martinus, Eugenius & Vitalianus a damnatione Conſtantis, licet hic in Eccleſiam, quæcumque peſſima fuiſſet aggreſſus. Quænam enim adeo ſceleſta & ſacrilega poſſunt excogitari, cum iis conferenda, quæ *Conſtans* operatus eſt in fidem, & in ejus ſuprema capita, Romanos, inquam, Pontifices? Et tamen non ſolum ab infligendo anathemate ſe ſe continuerunt *Martinus*, *Eugenius*, & *Vitalianus*; verum etiam illum laudantes, omne genus urbanitatis exercuerunt, ut ejuſdem animum demererentur, & ad bonam frugem reducerent. Quam etiam ob cauſam cum Romam *Conſtans* venit, quælibet benignitatis argumenta a *Vitaliano* ſuſcepit, ut infra videbitur.

VII. *Sigebertus Bonus Rex Orientalium Saxonum fidem in Regnum ſuum reſtituit.*

A num. VI. ad XII. Paulo ante præſentem annum mortuo *Sigeberto Parvo* Sivvaldi Regis filio & Orientalium Saxonum Rege, *Sigebertus* cognomento *Bonus*, nepos Saberethi Regis e fratre Sigebaldo, Chriſtianam fidem poſtliminio in Regnum reduxit, *Oſvvii* Northumbrorum Regis induſtria, ut teſtatur Beda lib. 3. cap. 22. ubi poſtquam de Anglorum Mediterraneorum Converſione locutus eſt, ait: *Eo tempore etiam Orientales Saxones, fidem, quam olim expulſo Mellito Antiſtite, abjecerant inſtantia Regis Oſvvi receperunt. Erat enim Rex ejuſdem gentis Sigebert, qui poſt Sigebertum cognomento Parvum, regnavit; amicus ejuſdem Oſvvi Regis, qui cum frequenter ad eum, in Provinciam*



defuncto enim Penda Merciorum Rege Gentili, populi illi facti ſunt Chriſtiani: ita Beda (*a*), qui etiam tradit eodem tempore Orientales Saxones relictam ante ſub Mellito Epiſcopo fidem Chriſtianam recepiſſe, majoribuſque augmentis auxiſſe. De quibus primum ex eodem Beda agendum, qui ait (*b*): *Eodem tempore etiam Orientales Saxones fidem, quam olim, expulſo Mellito Antiſtite, abjecerunt, inſtantia Regis Oſuvi receperunt: erat autem Rex ejuſdem gentis Sigbert, qui poſt Sigbertum cognomento Parvum regnavit, amicus ejuſdem Oſuvi Regis; qui cum frequenter ed eum in provinciam Nordhumbrorum veniret, ſolebat eum hortari ad intelligendum, deos eſſe non poſſe, qui hominum manibus facti eſſent.* Subdit exhortationem ad eum convertendum ab ipſo haberi ſolitam, atque demum de ejus converſione, baptizatumque eſſe, dum apud Oſuvi maneret, a Finano Epiſcopo: atque demum de ejus reditu in patriam ſubiicit iſta (*c*):

(*a*) *Beda in epit. hiſtor. Angl.*

*Propagatio fidei in Anglia.*

(*b*) *Beda l. 3. c. 22.*

*Sigebert. Rex cum ſuis Chriſtianus effectus.*

(*c*) *Bed. l. 3. c. 22.*

VII.

*Igitur Rex Sigbert æterni Regni jam civis effectus, temporalis ſui regni ſedem repetiit, poſtulans ab Oſuvi Rege, ut aliquos ſibi doctores daret, qui gentem ſuam ad Chriſti fidem converterent, ac fonte ſalutari abluerent. At illa mittens ad provinciam Mediterraneorum Anglorum, mandavit * ad ſervum Dei Cedd, & dato illi ſocio altero quodam presbytero, miſit prædicare verbum genti Orientalium Saxonum. Ubi cum omnia perambulantes, multam Domino Eccleſiam congregaſſent, contigit quodam tempore eumdem Cedd redire domum, ac pervenire ad Eccleſiam Lindisfarnenſem propter colloquium Finani Epiſcopi: qui ubi proſperatum ei opus Evangelii comperit, fecit eum Epiſcopum in gente Orientalium Saxonum, vocatis ad ſe in miniſterium ordinationis aliis duobus Epiſcopis. Qui accepto gradu Epiſcopatus, rediit ad provinciam, & majori auctoritate cœptum opus explens, fecit per loca Eccleſias, presbyteros & diaconos ordinavit, qui ſe in verbo fidei & miniſterio baptizandi adjuvarent.* Et paulo poſt de ejuſdem Regis nece hæc ſubdit:

* clamavit ad ſe virum Dei.

*Cedd Epi. prædicator Evangelii.*

VIII. *Ob Chriſtianam manſuetudinem Rex occiditur.*

*Cumque tempore non pauco in præfata provincia, gaudente Rege, congaudente, univerſo populo, vitæ cæleſtis inſtitutio quotidianum ſumeret augumentum: contigit ipſum Regem, inſtigante omnium bo-*



PAGIUS

*ſiam Nort-Humbrorum veniret, ſolebat eum hortari, ad intelligendum Deos eſſe non poſſe, qui, hominum manibus facti eſſent.* Oſvvius enim Rex conſcientia occiſi nuper Oſvvini fratris tactus, ſtuduit factum purgare tam ſeria pœnitentia, quam illuſtribus argumentis: ita ut inter Principes ſui temporis optimus numerari poſſit. *Et primus quidem* inquit Malbesburienſis lib. de Reg. cap. 3. *idemque ampliſſimus, laudum ejus cumulus extitit; quia fratrem, & avunculum nobiliter ultus* (Oſvvaldum ſcilicet & Edvvinum) *Pendam Regem Merciorum, illud vicinorum excidium, illud perduellionum ſeminarium exitio dedit. Hinc totus ad Officia pietatis converſus; ut Dei beneficiis in ſe confluentibus, digna ſedulitate reſponderet, Chriſtiani cultus infantiam, pro nece germani in Regno ſuo palpitantem, vivacitate regia, erigere, & pleno Spiritu animare contendit.*

VIII. *Penda Merciorum Rex ab Oſvvio Rege Northumbriæ occiditur.*

Beda in Epitome hoc anno habet: *Penda periit, & Mercii ſunt facti Chriſtiani*, quod fuſe in Hiſtoria lib. 3. cap. 24. narrat, & ex eo ſummarie Thomas Elienſis Monachus in Vita S. Ethildritæ Abbatiſſæ Elienſis: *Poſt hæc anno ſequenti* (inquit Thomas cap. 7. narrata Annæ Regis morte, quæ anno ſuperiori contigit) *perfidus Rex Merciorum Penda Sigiberti, Egerici, Anna, Regum Eſtanglorum* (ideſt, Orientalium Anglorum,) *nec non Edvvini atque Oſvvaldi Regum Northanumbrorum occiſor, triginta legionibus totidemque nobiliſſimis Ducibus inſtructus, in Berniciam ad debellandum Regem Oſvvium aſcendit. Cui ille cum Elfrido*, (ſeu, ut eum Beda vocat, Alchfrido) *filio unam tantum legionum habens, ſed Chriſto Duce confiſus occurrit. Nam filius alius ejus Aegrifidus* (vocatus a Beda Ecgfrigd) *tempore illo in Provincia Merciorum apud Reginam ejuſdem Regis Kyneſvvidam obſes tenebatur, qui accepturus erat in conjugem Sanctam Virginem Etheldredam, de cujus Vita & Virtutibus convenienter hic texitur liber. Sed & filius Oſvvaldi Regis Odivvaldus, qui eis auxilio tunc eſſe debuerat, in parte erat adverſariorum, ejuſdem contra patriam & patruum ſuum pugnaturus Ductor extiterat, quamvis ipſo tempore ſe ſe ſubtraxerat; eventum diſcriminis tuto in loco expectabat. Initoque certamine fugati ſunt & caſi Pagani, Duces Regis triginta, & qui ad auxilium ejus venerant, pene omnes interfecti, in quibus Edelrerius frater Annæ Regis Eſtanglorum, qui poſt eum regnavit, auctor ipſe belli, interemptus eſt. Tunc Rex Oſvvius pro collata ſibi victoria duodecim poſſeſſiones ad Monaſteria conſtruenda, & filiam ſuam Edolſledam Deo obtulit perpetua Virginitate conſecrandam. Hoc bellum Rex Oſvvius tertio decimo Regni ſui anno cum magna utriuſque populi utilitate confecit. Nam ſuam gentem ab hoſtili Paganorum depopulatione liberavit, & ipſam gentem Merciorum finitimarumque Provinciarum deſecto capite perfido, ad fidei Chriſtianæ gratiam convertit.* Ita Thomas Elienſis ex Beda, qui ait pugnatum eſſe *XVII. Kalend. Decemb.* die ſc. XV. Novembris hujus anni. Ex hoc loco corrigendum mendum, quod extat in omnibus Bedæ Codicibus editis lib. 3. cap. 24. ubi de *Ecgfrido* Oſvi Regis filio legitur: *Eo tempore in Provinciæ Merciorum apud Reginam Cynviſe obſes tenebatur*; quod & in verſione Saxonica habetur. Loco enim *Cynviſe*, legendum, *Kyneſvvide*, ut ex dicendis num. ſeq. magis patebit, niſi forte illa binominis fuerit.

IX. *Penda Rex prole felix fuit.*

*Penda habuit ex Regina Kineſvitha* (quam Kinoſvidam a Thoma Elienſi Monacho mox vocatam vidimus) *filios, Vvedam* (ſeu Pedam vel Peadam,) *Vvlferum, Ethelredum, Merevvaldum* (ſive Mervvlam) *Mercellinum: filias duas Kineburgam, & Kineſvvitham, ambas ſancta continentia præcellentes. Ita parens perpetuo in Deum rebellis Sanctiſſimos Cœlo fructus effudit*, inquit Willelmus Malmesburienſis lib. 1. de Geſtis Reg. Angl. pag. 27. qui paulo poſt ait: *Kinebur-*

*norum inimico, propinquorum ſuorum manu interfici. Erant autem duo germani fratres, qui hoc facinus patrarunt. Qui cum interrogarentur, cur hoc facerent: nihil aliud reſpondere potuerunt, niſi ob hoc ſe iratos fuiſſe & inimicos Regi, quod ille nimium ſuis parcere ſoleret inimicis, & factas ab eis injurias mox obſecrantibus placida mente dimitteret. Talis erat culpa Regis, pro qua occideretur, quod Evangelica præcepta devoto corde ſervaret, in qua tamen morte ejus innoxia, juxta prædictum viri Dei, vera eſt ejus culpa punita.* At quænam iſta culpa fuerit, idem Beda mox ſubdens, enarrat, cum ait:

IX. Quæ culpa Regis.

*Habuerat enim unus ex his qui eum occiderant Comitibus illicitum conjugium: quod cum Epiſcopus prohibere, & corrigere non poſſet, excommunicavit eum, atque omnibus qui ſe audire vellent, præcepit ne domum ejus intrarent, neque de cibis illius acciperent. Contempſit hoc Rex præceptum & rogatus a Comite intravit epulaturus domum ejus. Qui cum abiiſſet, obviavit ei Antiſtes. At Rex intuens eum, mox tremefactus deſilivit de equo, ceciditque ante pedes ejus, veniam reatus ſui poſtulans. Nam & Epiſcopus pariter deſilivit; ſederat enim & ipſe in equo. Iratus autem tetigit Regem jacentem virga, quam tenebat manu; & Pontificali auctoritate proteſtans: Dico tibi, inquit, quia noluiſti te continere a domo perditi & damnati illius, tu in ipſa domo mori habes. Sed credendum eſt, quia talis mors viri religioſi non ſolum talem culpam diluerit, ſed etiam meritum ejus auxerit: quia nimirum ob cauſam pietatis propter obſervantiam mandatorum Chriſti contigit.* Hæc Beda: quibus intelligas, quanto ſuo damno non pareant Principes ſacerdotibus, quantaque jactura quis excommunicato communicet, & quomodo inſuper Præſules juſte cenſuram Eccleſiaſticam exercentes exaudiat Deus, contumaces adverſarios puniens. Proſequitur Beda res præclare geſtas ab eodem Epiſcopo Cedd Apoſtolico plane viro narrare; quem tu conſulas: prætermittimus nos brevitatis ergo.

X.

Quomodo autem contigerit converſio Merciorum, occiſo Penda crudeliſſimo Pagano Rege, rem memoria dignam, hic ſuo loco iis quæ ſunt dicta jungamus: ait enim (a): *His temporibus* (nempe, ut habet in Epitome, hoc anno Domini ſexcenteſimo quinquageſimoquinto) *Rex Oſuvi cum acerbas, & intolerabiles paterentur irruptiones ſæpe dicti Regis Merciorum, qui fratrem ejus occiderat: ad ultimum neceſſitate cogente, promiſit ſe ei innumera, & majora quam credi poteſt ornamenta regia vel donaria in pretium pacis largiturum, dummodo ille domum rediret, & provincias regni ejus uſque ad internecionem vaſtare deſineret. Cumque Rex perfidus nullatenus precibus illius aſſenſum præberet, qui totam ejus gentem a parvo uſque ad magnum delere atque exterminare decreverat: reſpexit ille ad divinæ auxilium pietatis, quo ab impietate barbarica poſſet eripi votoque ſe obligans: Si Paganus, inquit, neſcit accipere noſtra donaria, offeramus ei qui novit, Domino Deo noſtro. Vovit ergo, quod ſi victor exiſteret, filiam ſuam Domino ſacra virginitate dicandam offerre, ſimulque duodecim poſſeſſiones prædiorum ad conſtruenda monaſteria donare; & ſic cum pauciſſimo exercitu ſe certamini dedit.*

(a) Bed. hiſt. Angl. l. 3. c. 24.

De interitu Pendæ Regis, & converſione Merciorum.

Votum Regis.

XI. Victoria divinitus obtenta.

*Denique fertur, quod tricies majorem Pagani habuerint exercitum: ſiquidem ipſi triginta legiones ducibus nobiliſſimis inſtructas in bello habuere. Quibus Oſuvi Rex cum Alchfrido filio, perparvum (ut dixi) habens exercitum, ſed Chriſto duce confiſus occurrit. Nam alius filius ejus Ecfrid eo tempore in provincia Merciorum apud Reginam Cinuiſe obſes tenebatur. Filius autem Oſuvaldi Regis Edeluvald, qui eis auxilio eſſe debuerat, in parte erat adverſariorum, eiſdemque contra patriam, & patruum ſuum pugnaturis ductor extiterat, quamvis ipſo tempore pugnandi ſeſe pugnæ ſubtraxerat, eventumque diſcriminis tuto in loco expectabat. Inito ergo certamine, fugati ſunt & cæſi Pagani duces Regis triginta, & qui ad auxilium venerant, pene omnes interfecti: in quibus Edilhere frater Annæ Regis Orientalium Anglorum, qui poſt eum regnavit, auctor ipſe belli, perditis militibus, ſive auxiliis, interemptus eſt. Et quia prope fluvium Juuvet pugnatum eſt, qui tunc præ inundantia pluviarum late alveum ſuum, immo omnes ripas ſuas tranſierat: contigit, ut multo plures aqua fugientes, quam bellantes perderet enſis, &c.* Subdit his Beda de impleto antea nuncupato voto ejuſdem Regis, de monaſteriorum erectionibus, deque fide Chriſtiana in illis regionibus propagata: hæcque facta eſſe cum dicat anno decimotertio ejuſdem Regis Oſuvi, plane ad hunc annum referre neceſſe eſt. Sed de Britannia ad Hiſpanias tranſeamus.

Hoc eodem anno in Hiſpania celebratum eſt Toletanum Concilium nonum dictum, Æra nimirum ſexcenteſima nonageſimatertia; Regis vero Recceſuinthi anno ſeptimo: cui interfuerunt Epiſcopi ſex- XII. Conc. Tolet. nonum.

*Ann. Eccl. Tom. XI.*



PAGIUS

*burgam Pendæ filiam Alfridus Rex Northanymbrorum duxit uxorem: qua poſtmodum carnali copula faſtidita, Sanctimonialem habitum ſuſcepit.* De Peada, Wlfero, & Ethelredo, qui ſucceſſive regnarunt, infra ſermo erit. Marevvaldus ſeu Mervvaldus *in Occidentali Merciorum plaga regnavit*, ut prodit Weſtmonaſterienſis ad annum DCLXXVI. ſed tamen inter Merciorum Reges non numeratur. Is tres filias *Milburgam*, *Mildredam*, ſeu Mildrydam, & *Mildgydam* ſeu Milvvidam filiumque *Merevinum* ſuſcepit; omnes in variis Martyrologiis memoratos. Horum matrem aliqui, uti Malmesburienſis, & Weſtmonaſterienſis laudati, *Ermemburgam*; alii *Dompnevam*, ut Capgravius in Vita S. Milburgæ, Scriptor Vitæ Sanctæ Werburgæ, Simeon Dunelmenſis Monachus, aliique vocant, quia forſan binominis erat. Sancta *Ermemburga* colitur die XIX. Novemb. *Milburga* in Parthenone Wenlochii ætatem exegit, ut teſtatur Malmesburienſis lib. 4. de Pontif. Angl. agens de Epiſcopis Herefordenſibus. Ita *Penda* variis vitiis infamis prole clariſſimus fuit.

X. *Duæ ejus filiæ Sanctitate illuſtres.*

*Kineburga* enim ſeu *Cyneburga*, vel *Cymburga*, aut ut eam Beda lib. 3. cap. 21. appellat *Cyniburga*, uxor *Alfridi* ſenioris filii Oſvvi Northumbriæ Regis cum *Sancto Vvilfrido* Eboracenſi Epiſcopo magna amicitia conjuncti, & a patre aliqua Regni parte donati, poſt aliquot annos in Monaſterium ſeceſſit, ut tam ex Malmesburienſi citato, quam ex Charta Wlferi Regis de fundatione Monaſterii Petroburgenſis recitata Tomo I. Monaſtici Anglicani pag. 63. diſcimus: *Ego*, inquit Wlferus, *faventibus fratribus meis Athelredo, ac Mervvala, cum Beatiſſimis ſororibus meis Kineburga & Kineſvvida, quarum prior Regina mutavit Imperium in Chriſti Ancillatum, præſidens Monaſterio Kineburgenſi, quod ſuo nomine decoratur, Mater Sacrarum Virginum, altera illibata Virginitate in divinum flagrat thalamum. His, inquam, conſentientibus trado Beato Petro*, &c. Scripta eſt Charta *anno Domini DCLXIV. Vulferi Regis VII. Deusdedit IX.* ut in fine ejus legitur. Ex qua etiam conſtat, *Medeshamſtedani* ſive *Petroburgenſis* Monaſterii poſſe has Sanctas Sorores cum tribus fratribus ſuis Regibus haberi confundatrices, aut multarum poſſeſſionum collatrices: cujus Eccleſiæ poſt S. Petrum Apoſt. factæ ſunt præcipuæ Patronæ, inquit Bollandus ad diem VI. menſis Martii in earumdem Elogio, ubi eos refellit, qui *Afridum* ſeniorem cum *Alfrido* noto ejus fratre confundunt.

XI. *Laudatæ in fundatione Monaſterii Petroburgenſis.*

Verum perperam ſuſpicatur laudata de *Kineburga* & *Kineſvvida* verba in eam donationem intruſa fuiſſe, quod fratres ſicut ſorores non laudentur, licet adhuc viventes eſſent. Nam levis hæc conjectura; ideo quippe *Kineburga* a Wlfero fratre laudata, quod ob ſpretum Regnum immortalem gloriam conſecuta eſſet. Utramque ſororem laudat Ethelredus, quando ſubſcribit Privilegio Monaſterio Petroburgenſi ab Agathone Papa anno DCLXXX. conceſſo, & recitato Tomo Primo Monaſtici Anglicani pag. 66. ubi ait: *Ego quoque tam pro mea anima quam ipſorum fratrum ſalute, necnon & pro ſacratiſſimis ſororibus meis, beatiſſimæ ſcilicet memoriæ Kineburga, & quæ adhuc ſuperſtes ſacrata Chriſto Virginitate deſervit Kineſvvida & rebus augere & Divina auctoritate muniri curavi.* Quibus ex verbis diſcimus, *Kineburgam* an. DCLXXX. jam fuiſſe demortuam, & deceptum Bollandum citatum, qui autumavit tres *Pendæ* Regis ſtatui debere filias; cum tam *Vulferus*, quam *Ethelredus* duarum tantum ſororum eorum meminerint.

*Pen-*

PAGIUS XII. *Sigebertus Rex poſt introductam fidem in Angliam Orientalem occiditur.*

*Penda* occiſo, *Oſvvi* Rex Chriſtianiſſimus Regnum ejus obtinuit, & Orientales Saxones, quibus dominabatur *Sigbertus* Rex, amicus ejuſdem Oſvvii, ut jam inſinuavi, fidem acceperunt, ac cum eis a *Finano* Epiſcopo baptizatus eſt idem *Sigbertus*. Petit is ab *Oſvvio* Rege, *ut aliquos ſibi Doctores daret, qui gentem ſuam ad fidem Chriſti converterent*, & *Oſvvius* Rex miſit ad eum *Ceddum* cum altero quodam Presbytero, *qui omnia perambulantes multam Domino Eccleſiam congregarunt*, inquit Beda lib. 3. cap. 22. qui poſtea narrat, quomodo *Sigbertus* Rex occiſus fuerit, & ex eo Baronius hoc anno. Occiſus autem an. DCLX. ut ex morte ejus Succeſſoris conſtabit. *Succeſſit autem Sigeberto* inquit Beda citatus, *in Regnum Suidelmus filius Sexbaldi, qui baptizatus eſt ab ipſo Cedda in Provincia Orientalium Anglorum, ſuſcepitque eum aſcendentem de Fonte Sancto, Edelvvaldus Rex ipſius gentis Orientalium Anglorum frater Annæ Regis eorumdem.* Fuit Suitelmus Sigeberti frater, & Ceddus anno DCLVII. nuncupatus eſt Epiſcopus Londinen. quod indicat Beda loco citat. ubi ait, id contigiſſe *quodam tempore* poſt Baptiſmum *Suidelmi*.

XIII. *Vulferus Oſvvio expulſo fit Merciorum Rex.*

Oſvvius, qui imperabat Merciis & Orientalibus Anglis quorum Reges occiderat, *Peadam* Pendæ filium, cui *Alefledam* filiam in uxorem venerat, voluit *Auſtrales Mercios*, quos Trenta fluvius a Borealibus dividebat regere. Permiſit etiam *Edelvaldum*, Ethelheri fratrem, Orientalibus Anglis præeſſe. Hac Regis Oſvvi indulgentia Chriſtiana fides, per plures Provincias, progreſſum fecit. *Peada* tamen poſt biennium occiſus eſt; de eo ſcribit Weſtmonaſterienſis: *Peada, filius Pendæ, anno gratiæ DCLVII. multum nefarie peremptus eſt, proditione, ut dicunt, uxoris ſuæ* (ſc. Alfridæ) *in ipſo tempore Feſti Paſchalis: cui ſucceſſit frater ejus Vulferus.* Et quidem eodem anno DCLVII. ut habet Chronologus Anglo-Saxo, & certum reddit Diploma ejus citatum. In illo legitur: *Sancitum hoc Privilegium anno Dominicæ Incarnationis DCLXIV. Vulferi Regis VII. Deuſdedit IX.* Weſtmonaſterienſis citata verba accepit a Beda lib. 3. cap. 24. qui ſubdit; completis tribus annis poſt interfectionem *Pendæ* Regis rebellaſſe, adverſus Regem Oſwium Duces Gentis Merciorum, levato in Regem Wlfero, *filio ejuſdem Pendæ adoleſcente, quem occultum ſervaverunt; & ejectis Principibus Regis non proprii fines ſuos fortiter ſimul & libertatem receperunt: ſicque cum ſuo Rege liberi, Chriſto vero Regi pro ſempiterno in cœlis Regno ſervire gaudebant. Præfuit autem idem Rex genti Merciorum annis decem & ſeptem*, quod Vigornienſis ad annum DCLIX. & Thomas Monachus laudatus ei conſentiens ad annum quartum poſt mortem Pendæ revocat, & addit, *Vulferum* uxorem accepiſſe filiam Ercomberti Regis & Sexburgæ ſororis S. Etheldredæ, nomine *Ermenildam*, & ex ea genuiſſe Sanctam Virginem *Vverburgam*.

XIV. *Concilium Toletan. IX.*

Ad num. XII. Celebratum hoc anno Concilium *Toletanum* IX. cum in ejus Præfatione dicatur habitum illud eſſe: *Poſt diem Kalendarum Novembrium, anno ſeptimo Recceſuinti Principis glorioſi*, & in fine: *Conſummatum eſt hoc Sanctum Concilium die IV. Kalend. Decemb. anno feliciter ſeptimo Regni ſereniſſimi atque clementiſſimi Domini noſtri Recceſuinti Regis, Era DCXCIII.* Verum annus Eræ addititius eſt; alioquin Morales hoc Concilium non contuliſſet in annum DCLVII. neque Vaſæus in Chronico in annum ſuperiorem. Concilium iſtud provinciale celebratum eſt a ſedecim Epiſcopis, in eoque condita Capitula XVII.

XV.

Sanctus *Agilus* primus Abbas Resbacenſis e vita migravit, *III. Kalend. Septemb.* ſeu die XXX. Auguſti, ut habet Auctor Anonymus, qui

ſexdecim, primoque loco Metropolitanus Eugenius Toletanus Epiſcopus ſedens præfuit ſacro conventui. In quo cum de rebus ad Epiſcopos qui bona Eccleſiaſtica illicite uſurpaſſent ſpectantibus acturi eſſent: ita iidem Patres digne præfati ſunt poſt alia quæ de antiquis reſtituendis canonibus prælocuti fuerunt: *Sed quia nequaquam recte ſubditos judicat, qui non ſe ipſum prius juſtitiæ cenſura caſtigat: aptum nobis & expedibile viſum eſt ante noſtris exceſſibus imponere modum, & ſic errata corrigere ſubditorum. Tunc namque melius judiciorum exordia diriguntur, cum vita Judicum ante diſponitur; eo quod potius judicii forma completur, quo negotiorum principiis æquitas judicantium ante fertur. Adeo exordium æquitatis inchoari a Judicibus debet, ut perfectio juris*

PAGIUS

*Obitus S. Agili Abbatis Resbacenſis.*

qui Vitam ejus ſcripſit Sæculo II. Benedictino recitatam. Natus is parentibus nobilitate ſublimibus, ſed religionis apice ſublimioribus, a patre adhuc puer ſeptennis Sancto *Columbano*, qui nuper ex Hibernia in Galliam venerat, ut ei ſuam benedictionem impertiretur oblatus eſt. Factus poſtea Monachus traditus eſt Sancto *Euſtaſio* Sacris Literis erudiendus *cum aliis nobilium Virorum filiis qui poſtea Eccleſiarum Præſules extiterunt*. Poſtquam *Clotarius* II. Monarchiam Francorum obtinuit, *Agilum* cum Euſtaſio tunc Luxovienſi Abbate elegit, qui vicinas gentes, quibus necdum Chriſtus annunciatus fuerat, evangelizarent, *Vvaraſcos* ſc. & Bajoarios. Aliquot poſt annos Sanctus *Audoenus* adhuc laicus Monaſterium Reſbacenſe, Gallice *Rebais*, in Diœceſi Meldenſi conſtruxit, ac Sancti *Faronis* Epiſcopi Meldenſis conſilio, & opera *Agilum* accerſivit, qui eidem præeſſet, ut legitur in Vita Sancti Audoeni. Tandem multarum exercitia Virtutum longo jam ſenio affectus, cum Deum rogaret, ut eum de hujus vitæ incolatu educeret, ei mors ejus nunciata eſt poſtquam biennium expleſſet.

XVI. *Mortuus eſt ſeptuagenarius, non vero centenarius.*

Auctor ejus Vitæ citatus tradit, mortuum eſſe *centenarium*; verum Mabillonius in Notis ad Vitam S. Agili recte obſervavit, provectam adeo ætatem repugnare Actis Sancti Filiberti Agili diſcipuli, qui poſt Magiſtri obitum Monaſterio Resbacenſi Abbas ſuffectus dicitur, cum *Philibertus* hoc opus molitus ſit vivente adhuc Rege *Clodoveo* ſecundo, qui anno Chriſti ſequenti e vivis abiit; & ipſemet Anonymus tradat, *Agilum* adhuc ſeptennem benedictum fuiſſe a S. *Columbano*, qui ante annum DLXXXV. in Galliam non venit. Quare *Agilus* hoc vel aliquo ex præcedentibus annis mortuus eſt *ſeptuagenarius*, non vero *centenarius*, ut perperam legitur in ejus Vita laudata, quæ ideo vel interpolata, vel Auctor ejus inferior eſt ſeptimo ſæculo. Certe, falſo ille aſſerit S. Salobergam *Virginitatem inviolabiliter ſervaſſe*; cum ei plures filios fuiſſe in ejus Vita dicatur. Mabillonius tamen perperam eum Scriptorem *ſubæqualem* appellat. Nec Virum doctiſſimum movere debuit, quod Anonymus ſcribat, aliqua ſe accepiſſe *referente Donato*, Epiſcopo ſc. Biſuntinenſi, qui hoc ſæculo vixit. Nam Interpolatores, & qui Vitas ab aliis ſcriptas, poſt aliqua ſæcula edunt, abbreviant, vel augent, eadem verba, quæ a primævis Auctoribus prolata, de more retinent, ut liquet de Metaphraſte, multiſque aliis. Cointius anno DLXVIII. num. XIV. & ſeqq. cum non obſervaſſet, *Agilum* ante Clodoveum II. præreptum fuiſſe, illius mortem uſque ad annum DCLX. contra fidem Actorum Sancti Filiberti perperam diſtulit. Legenda quæ anno DLXXXV. de adventu Sancti *Columbani* in Gallia diximus.

XVII. Hoc etiam anno *X. Kalend. Octobris S. Salabergæ* Abbatiſſa Monaſterii a ſe Lauduni, ſeu Lugduni Clavati conditi, (Civitas eſt Epiſcopalis ſub Metropoli Rhemenſi) animam Cœlo reddit conſortiis juſtorum ſociandam. Nupſerant eam parentes ejus natalibus & divitiis in Diœceſi Tullenſi clariſſimi Viro nobiliſſimo *Richramno* nomine contra illius voluntatem, qui cum poſt duos menſes humanis rebus exemptus fuiſſet, doctrinam, quam a B. *Euſtaſio*, a quo cæcitate & fluxu ante matrimonium liberata fuerat, de mundi contemptu hauſerat, attentius in animo verſans de Monaſterio ingrediendo cogitabat. Sed *Dagoberti* Regis juſſu *Blandinus* cognomento *Baſo*, & ipſe ex proſapia ſpectabili ortus, ob liberorum procreandorum cauſam eam ad ſuum adſcivit conjugium. Ex eo matrimonio nata *Salaberga* ex aviæ vocabulo *Saretrutis* dicta, *Anſtrudes* quæ poſtea in regimine Monialium ſucceſſit, alia filia ac duo filii. Verum *Salaberga* Viro converſo prolibuſque Deo ſacratis, religionis veſte accepta, inito cum B. *Vvalberto* Luxovienſi Abbate conſilio, conniventia exiſtente mariti Cœnobium puellare in ſuburbio Lingonicæ Urbis in hæreditate vel ſucceſſione paterna extruere cœpit. Maxima fabricæ parte ædificata venit in mentem non eſſe in eo loco puellarum Cœnobium tutum; quare cum ſororibus a Deo ſibi commiſſis Laudunum proficiſcitur, ibique Eccleſiæ ac novæ domus fundamenta jacit. *Infra exigui temporis ſpatium coacervatæ in eodem loco ſunt, vel Monaſterio adunatæ plus minuſve trecentæ famulæ Chriſti: illiſque diſpoſitis per turmas, adinſtar Agaunenſium Monachorum, Habendique* (de quo Monaſterio de Sancto Amato loquentes egimus) *normam diſpoſuit, die ac nocte præcepit pſallendo Canonem Omnipotenti Deo perſonare*, inquit Auctor Anonymus fere coævus in ejus Vita, quæ extat apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino. Cointius *Salabergæ* mortem anno ſuperiori, Mabillonius vero præſenti anno collocat, ſed uterque conjecturis quibuſdam tantum innixus. Monaſterium illud Monachis Benedictinis poſtea conceſſum eſt, *conſilio & auctoritate Innocentii Papæ II. ac Raynaldi Rhemorum Archiepiſcopi, Ludovici quoque Francorum Regis*, Bartholomæo Laudunenſi Epiſcopo procurante, ut prodit Hermannus Monachus in lib. 3. de Mirac. B. Mariæ Laudunenſis cap. 22. & ſeq.

*Obitus S. Salabergæ Abbatiſſæ Laudunenſis.*

XVIII. *Mavia fit Califa.*

Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alexandr. DCXLVII. Kalend. Septembris hujus Chriſti anni inchoato, ait: *Hoc anno Uthmanus Saracenorum Dux Ameræ Provinciæ decem annos functus ab Ethribenſibus dolo appetitus interiit. Diſſidium autem inter Arabes exortum eſt. Qui enim Deſerti loca tenuere, Alis alterius Alim nepotem, Muamed generum, deſiderabant Principem: qui vero Syriam & Ægyptum incoluere, Maviam promovebant: cujus pars ſuperior extitit, & Imperium obtinuit annos viginti quatuor.* Idem habet Elmacinus anno Hegiræ XXXV. qui nar-



*ris cauſarum limitem aptius formet*. Hæc poſtquam præfati ſunt Patres ſancivere canones decem & ſeptem, quos tu conſulas. Poſt Eugenium ſubſcriptus ibi legitur Tajo S. Cæſarauguſtanus Epiſcopus, de quo ſuperius dictum eſt ſatis.

PAGIUS

rata Otſmani ſeu Uthmani cæde, ſequentibus annis bella *Alim* inter & *Maviam* ſeu Muaviam geſta pluribus proſequitur.

Prima Diſputatio S. *Maximi* Abbatis cum Monothelitis, de qua anno ſeq. num. II. Primum Judicium de eodem S. latum, de quo anno DCLVII. num. II. & ſeqq.

I. *Imperator laborat ſubvertere Maximum.* SEquitur Chriſti annus ſexcenteſimus quinquageſimusſextus, Indictione decimaquarta: quo ab Imperatore Conſtante decernitur legatio ad Maximum confeſſorem Byzlæ in Thracia civitatis exulem exiſtentem, quo eum in Monothelitarum errorem perducere poſſet. Qui miſſi ſunt, fuerunt prælariſſimæ dignitatis viri, nempe Theodoſius & Paulus Patricii, iidemque Proconſulari dignitate inſigniti, & una cum eis Theodorus Cæſarienſis Epiſcopus, vir omnium ejus ſectæ doctiſſimus. Scripta fuerunt ab aliquo qui præſens fuit omnia quæ in hac legatione mutuoque congreſſu cum Maximo contigerunt. Quorum Actorum duo fragmenta cum recitata reperiſſemus in quarta Actione ſæptimæ Synodi œcumenicæ, ingens exarſit in animo deſiderium ipſa integra Acta perquirendi. Sed viſis ſcriptis Maximi, quæ in Vaticana bibliotheca aſſervantur, nec inventis; cum jam ſpe excidiſſemus ea amplius inveniendi: accidit ex inſperato, ut eadem intexta in vita ipſius Maximi repererimus.

II. *Maximus convertit hæreticos.* Qui igitur miſſi ſunt ab Imperatore, cum diu contuliſſent cum Maximo, ut revocarent eum a cœptis, & reducerent cum honore Conſtantinopolim; tantum abfuit ut id fuerint conſecuti, ut potius ſumma potentia veritatis ipſe illos in ſuam ſententiam traxerit, atque ad jurandum adegerit, quod abjecta hæreſi, Catholicam fidem amplecterentur; ſicque reverſi fuerint ad Imperatorem, quo & ipſum in eamdem ſententiam perducerent. Quod cum minime facere Imperator aſſentiretur, miſit rurſum Paulum, qui eum perduceret Conſtantinopolim: in quem magis renitentem inventum duriorem decernit relegationem. Hæc ipſa Acta, quæ cuncta hoc eodem anno confecta, nota Indictionis in eis appoſita docet. Accipe igitur jam eadem ipſa digna Annalibus Acta quam fideliſſime ab exceptore conſcripta, & ab Anaſtaſio Maximi diſcipulo una cum aliis rebus geſtis ejuſdem Sancti ſimul collecta: quod & Joannes Epiſcopus Epheſinus pariter profitetur, nempe res geſtas ipſius ab eodem ipſo Anaſtaſio eſſe ſcriptis mandatas quam fideliſſime, quæ ex tribus codicibus Vaticanis accepta Petrus Morinus Theologus Pariſienſis, vir doctiſſimus, e Græco primus tranſtulit in Latinum non ſine magno labore, quibus tu fruere; ſic enim ſe habent:

III. *Theodoſius & ſocii miſſi ad Maximum.* *Plurimis autem diebus interpoſitis, mittitur ad Sanctum in exilio degentem Theodoſius ille Cæſareæ Bithyniæ Epiſcopus, & Paulus, & Theodoſius alter, uterque Patricius & Proconſulari dignitate: veniuntque ad eum, ut ab Imperatore & Patriarcha Conſtantinopoleos miſſi. Hi multos varioſque ſermones beato viro prætenderunt, modo adulantes, modo comminantes, modo etiam aliquid ſciſcitantes, atque interrogantes.* Quorum ſermonum per partes narrationem compoſitus ab egregio Anaſtaſio (ut ante a me dictum eſt) commentarius oſtendit. Ex quo non intempeſtivum fortaſſe eſt, a nobis pauca commemorari, curſim & hic narrationem exequentibus, ut magis virum hunc capi non potuiſſe cognoſcamus. Nam cum multa eſſent, quæ eum concuterent, fluctuationemque multis modis afferrent; ipſe nullo modo indignatus, conſtantiam obtinuit, firmus totus, ac mentis ſenſu non mutato.

IV. *Prima ſermocinatio Maximi cum Theodoſio.* *Cum igitur ad eum veniſſent, conſederunt eique ut ſederet permiſerunt, cum videlicet una cum iis Byziæ eſſet Epiſcopus.* Erat Byzia ſedes Epiſcopalis in Thracia cujus Epiſcopus nomine Georgius interfuit Sextæ Synodo pro Catholica fide tuenda. *Theodoſius itaque ei dicit: Ut te habes, domne Abba Maxime? Ad quem ille: Ut ante omnia ſæcula præfinivit Deus vitæ meæ actum ex ejus providentia pendentem, ſic habeo. Ac Theodoſius: Quid igitur, inquit, ante omnia ſæcula res uniuſcujuſque noſtrum Deus præfinivit? Maximus: Præcognitio, inquit, cogitationum eſt, & ſermonum, & operum, quæ in noſtra ſunt*

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCXCIV. Anno Hegiræ XXXVI. inchoato die 30. Junii fer. 5. A.C. 656.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6149.

☉ 21. CB. ☽ 11. P. 17. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 656.

EUGENII PAPÆ 3.

CONSTANTIS IMP. 16.

I. *Poſtconſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *XV. Poſt Conſulatun Conſtantis Aug. XIII.*

II. A num. I. ad XXXVIII. Baronius accurate confert in præſentem annum celebrem *Collationem* habitam inter Sanctum *Maximum & Theodoſium* Epiſcopum Cæſareæ Bithyniæ, ac duos Conſules, qui cum eo erant, dum ad Caſtrum *Bizya* in Provincia Thraciæ poſitum, ubi Sanctus Maximus in exilio agebat, venit. *De duplici Diſputatione S. Maximi.* Verum exemplar, quo uſus eſt, in aliquibus mancum erat; ac præterea hæc Collatio, quæ collocanda erat poſt *Relationem motionis factæ inter Domnum Abbatem Maximum, & ſocium ejus, atque Principes in Secretario*, quam certum eſt ad annum præcedentem pertinere, in eo exemplari præponebatur laudatæ Relationi; indeque factum, ut Annaliſta doctiſſimus eamdem Relationem in annum ſequentem diſtulerit. Aliquot poſt Baronii mortem annis Sirmondus publicavit *Collectanea Anaſtaſii Bibliothecarii*, in quibus



*ſunt poteſtate; præfinitio vero determinatio eſt eorum quæ eveniunt, in nobis non ſita. Tum Theodoſius: Quænam poteſtatis noſtræ ſunt, quæve non ſunt? Cui Maximus: Omnia cognoſcens dominus meus, explorandi cauſa cum ſervo ſuo loquitur. At Theodoſius: Per Dei veritatem, ignorans interrogavi; ac diſcere volo, quid diſcriminis ſit inter ea quæ in noſtra poteſtate ſunt, & ea quæ non ſunt, & quomodo alia in præſcientiam Dei cadunt, alia in præfinitionem.*

*Et Maximus: In nobis ſita ſunt voluntaria omnia, ut virtutes atque vitia: noſtræ vero non ſunt poteſtatis, pœnarum quæ nobis accidunt irrogationes, aut contrariorum. Neque enim poteſtatem habemus punientis morbi, aut jucundæ ſanitatis, ſed cauſarum quæ hæc efficiunt: ut morbi cauſa eſt intemperantia, temperantia bonæ valetudinis, & regni cælorum cauſa eſt mandatorum cuſtodia, quemadmodum horum prævaricatio ignis æterni. Theodoſius: Quid, inquit, affligeris hoc exilio? quod quædam hac calamitate digna perpetraris? At Maximus: Deum oro, ut hoc incommodo definiat eorum pœnas, quæ in eum deliqui tranſgreſſione juſtiſſimorum mandatorum. Tum Theodoſius: An non probationis cauſa multis calamitas infligitur.*

*Maximus: Probatio ſanctorum eſt, ut perferendis incommodis vitæ hominum oſtendatur eorum erga ea quæ natura honeſta ſunt amor, ſimul declarans ipſorum omnibus ignoratas virtutes, ut in Job, & in Joſeph: nam ille ad demonſtrandam occultam fortitudinem tentabatur; hic probatur, ut ſanctificans oſtenderetur temperantia. Et quivis ſanctorum involuntarie in hoc ſæculo afflictus, ob quamdam talem diſpenſationem affligebatur, ut per infirmitatem, quæ ipſis permittebatur inferri, ſuperbum & apoſtatam conculcarent draconem, id eſt, diabolum. Patientia enim probationis opus eſt in unoquoque ſanctorum.*

V. *De cauſa ipſa agere incipit Theodoſius.* *Theodoſius vero: Per veritatem Dei, inquit, bene dixiſti, & confiteor utilitatem, ac vellem in talibus ſemper vobiſcum loqui. Sed quoniam in aliud caput ego & domini mei magnificentiſſimi Patricii ad te venimus tanto locorum intervallo: rogamus te, ut quæ ad te afferimus, accipias, univerſumque terræ orbem lætifices. Cui Maximus: Quænam hæc ſunt, domine? Et quis ego, aut unde ſum, ut aſſentiri iis, quæ promittis, orbis lætitia ſit? Per veritatem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ait Theodoſius, quæ tibi dico & domini mei magnificentiſſimi Patricii, ex ore domini noſtri Patriarchæ, ac pii domini orbis terrarum audivimus.*

*Tum Maximus: Jubete, domini mei, dicere quæ vultis, quæque audiſtis. At Theodoſius: Hortantur Imperator & Patriarcha, ut per nos a te diſcant, quam ob cauſam non communicas throno Conſtantinopoleos? Et Maximus: De hoc habetis ſcriptam procurationem a piiſſimo Imperatore, aut a Patriarcha? Theodoſius vero: Non debebat, ait, dominus meus nobis diffidere: quamvis enim humilis ſim, tamen Epiſcopus ſum, ac domini mei pars ſunt Senatus; nec te venimus tentatum: ne permittat hoc Deus. Maximus: Quacumque ratione veniſtis ad ſervum ipſius & veſtrum; ego ſine ulla tergiverſatione & ſine diſſimulatione dicam vobis cauſam. Verumtamen quamvis aliorum eſſet percontari me, quam ob cauſam non eſt veſtrum, qui hanc magis noſtis, quam ego.*

VI. *Maximus renuit communicare hæreticis.* *Scitis enim factas innovationes a ſexta indictione præteriti circuli, quæ ab Alexandria inceperunt per expoſitionem novem capitulorum a Cyro, qui neſcio quo modo ibi Præſul fuit, quæ confirmata ſunt a throno Conſtantinopolis: & alias mutationes, additiones, imminutiones ſynodice factas ab iis qui præfuerunt Byzantiorum Eccleſiæ, Sergio, & Pyrrho, & Paulo: quas novitates omnis novit Eccleſia. Propter hanc cauſam non communico ſervus veſter Conſtantinopoleos Eccleſiæ. Tollantur offenſiones poſitæ a præfatis viris cum illis qui eas poſuerunt, ſicut dixit Deus, & lapides de via diſiicite, ac planam ac tritam ab omni hæreſi liberam Evangelii viam incedite, & inveniam ſicut erat, & ego inveniar ut fui; & incedo abſque omni exhortatione humana. Quamdiu vero poſitis offenſionibus, & iis qui eas poſuerunt, ſe venerabiles putant Præſules Conſtantinopoleos: nulla mihi ratio perſuadet, nullus ſermo, ut iis aliquo modo communicem.*

VII. *Maximus detegit blaſphemias Monothelitarum.* *Ibi Theodoſius: Quid, inquit, mali confitemur, ut a noſtra communione te ſegreges? At Maximus: Quod unam operationem dicentes divinitatis & humanitatis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, confunditis & Theologiæ & diſpenſationis verbum. Nam ſi credi oportet ſanctis Patribus dicentibus quorum una eſt operatio, eorum eſſe eſſentiam unam; Quaternitatem facitis ſan-*

PAGIUS. bus inter alia continentur tam *Relatio* ſeu *Collatio* Sancti Maximi cum Principibus in Secretario, quam *Collatio* ejuſdem Sancti Martyris cum Theodoſio Epiſcopo Cæſareæ; ac præterea in eiſdem Collectaneis Collatio Maximi cum Principibus aliam *Collationem* ordine, ſicut tempore, antecedit. Combefiſius Opera Sancti Maximi, quæ reperiri potuere, in lucem dedit, iiſque præmiſit *Acta & Certamen Sancti Maximi*, ac utramque Collationem magis correctas, & quæ

ſanctam Trinitatem, quaſi ejus incarnatio fuerit Verbo connaturalis, ac diſceſſerit a cognata ſecundum naturam identitate, quam nobiſcum & cum ſancta Dei genitrice habet. Rurſum dum tollitis operationes, & ſancitis unam voluntatem divinitatis ipſius atque humanitatis, detrahitis ei bonorum diſtributionem. Si enim operationem nullam habet, ſecundum eos qui id affirmarunt: videlicet quamvis velit, miſereri non poteſt, derogata ei bonorum operatione: ſiquidem abſque operatione & efficacia naturali, nulla res operari aut agere nata eſt. Cæterum & carnem facitis voluntate quidem opificem omnium ſæculorum, omniumque rerum una cum Patre & Filio & Spiritu ſancto, natura vero creatam, aut verius dicendo, voluntate expertem principii (ſiquidem divina voluntas ſine principio eſt, ut Deitate principium non habente) natura vero recentem, quod omnem non ſolum amentiam exuperat, ſed etiam impietatem: non enim dicitis ſolum ſimpliciter unam voluntatem, ſed hanc divinam. Divinæ autem voluntatis nemo poteſt principium cogitare temporarium, aut finem; quandoquidem nec naturæ divinæ, cujus eſt eſſentialis voluntas. Item aliam inducentes novitatem, detrahitis omnino Chriſto omnes notas & characteres, quibus noſcitamus divinitatem ejus & humanitatem, qui legibus ac typis ſancitis, ne una, neve duæ in eo voluntates aut operationes dicantur; quod eſt rei minime exiſtentis. Entium enim nullum, ſive intelligens ſit, caret volendi facultate & operatione; ſive ſentiens, operatione ſenſus; ſive prorſus inanimum & omnis expers vitæ, operatione quæ ſecundum habitum dicitur, & aptitudine: idque oſtendunt hæc omnia quæ ſenſibilia comprehendunt ſenſibus ſuis: eorum enim quæ ſentiuntur, actus eſt, quod ſubiiciuntur, viſui quidem per propriam ſuperficiem, auditui per ſonum, olfatui per odorem quemdam innatum, guſtatui quibuſdam ſaporibus, tactui per reniſum. Quemadmodum enim operationem dicimus viſionis, videri aliquid; & cætera omnia eodem modo ſe habere perſpicimus.

VIII. Si igitur nullum ens omni prorſus operatione vacuum eſt: Dominus autem ac Deus noſter (propitius ſis Domine) nullam habet naturalem voluntatem aut operationem in alterutro eorum, ex quibus & in quibus & quæ ipſe eſt; quomodo poſſumus eſſe aut vocari Dei cultores affirmantes nullo modo facultatem volendi aut operandi habere Deum, qui a nobis adoratur? Plane enim a ſanctis Patribus docemur, dicentibus: Quod enim nullam facultatem habet, id neque eſt, nec aliquid eſt, nec ulla ejus omnino poſitio. Tum Theodoſius, utpote inopia laborans: At quod per diſpenſationem ſit, inquit, noli accippere ut certum dogma; quemadmodum nunc qui a nobis prætenditur Typus diſpenſatorie factus eſt, non dogmatice.

Maximus vero: Si non eſt, inquit, certum dogma eorum qui ſuſcipiunt Typum ac legem ſancientem nullam dici Domini voluntatem aut operationem (quorum ablatio declarat nullam eſſe ejus exiſtentiam, cum hæc auferuntur) quam ob cauſam barbaris ac ſine Deo gentibus vendidiſti me ſine pretio? Quamobrem damnatus ſum incolatu Byziæ, & conſervi mei alter Perbam, alter Meſembriam relegati?

IX. Cur Typus factus.

At Theodoſius: Per eum qui me examinaturus eſt, & cum factus eſt dixi, & nunc dico, male Typum factum eſſe, multorum malo & damno. Occaſio autem & prætextus fuit, cur is exponeretur, Orthodoxorum de voluntatibus & operationibus contentio: atque ut omnes inter ſe pacem haberent, proſpexerunt quidam, ut hujuſmodi tacerentur voces. Beatus autem Maximus: Et quis, ait, fidelis diſpenſationem accipit ſeditione expellentem voces, quas magnus Chriſti Apoſtolus Paulus per epiſtolas jubet eloqui? Vide igitur, attrectatum hoc capitulum, in quod malum deſinat. Si enim Deus (a) poſuit in Eccleſia primum quidem Apoſtolos, deinde prophetas, tertio doctores in conſummationem ſanctorum: qui dixit in Evangelio Apoſtolis (b), ac per ipſos eorum ſucceſſoribus. Quod vobis dico, omnibus dico: ac rurſum (c): Qui recipit vos, me recipit: & qui vos ſpernit: me ſpernit manifeſtum eſt & apertum, eum qui non accipit Apoſtolos & prophetas & doctores, ſed eorum voces ſpernit, ſpernere ipſum Chiſtum.

(a) 1. Cor. 12.

(b) Matt. 13.

(c) Matt. 10.

X. Opus Dei quale, & quale diaboli.

Aliud quoque conſideremus. Deus electos excitavit Apoſtolos & prophetas & doctores ad conſummationem ſanctorum: Diabolus vero pſeudoapoſtolos & pſeudoprophetas & falſos doctores eligens, contra pietatem excitavit, ut & vetus oppugnaretur lex & Evangelica. Falſos autem Apoſtolos & falſos prophetas & falſos doctores ſolos cogito hæreticos, quorum ſermones & ratiocinationes perverſæ ſunt. Quemadmodum igitur qui veros Apoſtolos & prophetas & doctores recipit, Chri-

ſtum

PAGIUS & quæ hoc anno habita eſt, ibidem integra exhibetur; cum in Collectaneis Anaſtaſii fine ſuo mutilata ſit; quemadmodum & Collatio Sancti Maximi cum Principibus in Secretario apud Baronium integra non habetur: Quare utraque apud Combefiſium legenda.

III. Secunda Diſputatio S. Maximi ad hunc annum pertinet.

Poſt primam Collationem anno ſuperiori, ut mox dixi, habitam *Maximus* Bizyam in exilium actus eſt: ſecunda, cujus hic titulus in Collectaneis Anaſtaſii: *Tomus continens Relationem de dogmatibus, quæ mota ſunt inter S. Maximum & Theodoſium Epiſcopum Cæſareæ Bithyniæ, ſeu* Con-



ſtum recipit; ſic etiam qui pſeudoapoſtolos & pſeudoprophetas & falſos doctores recipit, diabolum recipit. Quamobrem qui ſimul expellit ſanctos cum ſceleſtis & impuris hæreticis, Deum dicentem, Accipite me veritatem, una cum diabolo aperte condemnavit. Exercentes ergo & alentes factas novitates noſtris temporibus, quas comperimus ad hoc ſummum malum pervenire: videte ne quodammodo pacem obtendentes, defectione inveniamur laborare, eamque prædicare, quam Antichriſti adventus præcurſatricem fore dixit divinus Apoſtolus.

XI. Maximi concluſio.

Hæc ſine diſſimulatione vobis dixi, domini mei, ut vobis ipſis ac nobis parcatis. Jubetis, ut cum hæc ſcripta habeam in libro cordis mei, intrem communicaturus Eccleſiæ, ubi iſta prædicantur, & fiam eorum particeps, qui re vera quidem Deum, in ſpeciem vero diabolum cum Deo eiiciunt? Hoc mihi non contingat a Deo, qui propter me, ſecundum me factus eſt abſque peccato. Et βαλὼν μετάνοιαν, dixit: Si quid jubetis facere ſervo veſtro, facite: ego enim, qui iſta recipiunt, numquam ero ſocius.

Quod ad locum hunc Maximi pertinet, in Græcorum verborum interpretatione ſcito claros eſſe lapſos interpretes, Anaſtaſium, Perionium, Gentianum Hervetum, Godefridum Tilmannum, vel alios, dum eadem verba, ſive apud Joannem Damaſcenum, ſive in Actione quarta ſecundi Nicæni Concilii ex iiſdem S. Maximi Actis, ſive in verſione Latina vitæ ſancti Joannis Chryſoſtomi a Georgio Patriarcha Alexandrino conſcriptæ, vel in Liturgia ejuſdem ſancti Joannis Chryſoſtomi, vel alibi eodem ferme modo eadem verba exponunt, agere pœnitentiam, duci pœnitentia, mittere pœnitentiam, ſive (ut Perionius tranſtulit) iniicere deſiderium: quem corrigens Billius in ſcholio trigeſimoſecundo in primam orationem S. Joannis Damaſceni de imaginibus, alios pariter interpretes errore lapſos emendat, dum ſic habet:

*Joanni deſiderium iniiciens*: Græce, βαλὼν μετάνοιαν τῷ Ἰωάννῃ. Quam quidem locutionem non ſatis intellexiſſe videtur interpres: βαλεῖν enim μετάνοιαν, eſt honoris cauſa ad alicujus pedes ſe abiicere, ac venerabundo animo ante ipſum ſe proſternere, velutque benedictionem ab eo poſtulare. In Græcorum Euchologio diaconus multis locis τῷ ἱρεῖ τρεῖς μετανοίας βάλλει, hoc eſt, pœnitentis in modum tertio ante ipſum ſe incurvat. Quin etiam in Græcorum hiſtoriis ſacris, cum quiſpiam eximiæ ſanctitatis viro obvius fiebat, ipſi βαλεῖν τὴν μετάνοιαν, dicebatur, id eſt, ad ipſius genua accidere. Eodem itaque modo hic quoque Proclus, cum D. Paulum ſanctiſſimo ſuo magiſtro velut in aurem inſuſurrantem vidiſſet, admiratione perculſus, venerationis cauſa ante præceptorem ſuum ſeſe incurvavit. Ut & hoc loco Maximus dicatur ſeſe illis venerationis cauſa incurvaſſe, cum ea eſſet dicturus verba. Sed proſequamur cœptam collationem:

XII. Remedium docet Maximus.

At illi ob hos ſermones defixi, capitibus pronis, in terram, diu ſilentium tenuerunt. Theodoſius demum Epiſcopus oculos extollens, & Abbatem Maximum intuens: Nos quidem, inquit, ſpondemus pro domino noſtro Imperatore, ab eo, ſi communicetis, Typum factum iri leviorem. At Maximus: Admodum, inquit, differt inter nos: longe invicem abſumus. Quid facimus de voce unius voluntatis ſynodaliter confirmata ad reiiciendam omnem operationem, ſub Sergio, & Pyrrho, & Paulo: Cui Theodoſius: Illa charta depoſita eſt & abjecta. Depoſita eſt (ait Maximus) e tabulis lapideis, non e tabulis mentis. Aſſentiantur etiam damnationi Romæ ſynodicæ expoſitæ piis dogmatibus & regulis: & medius paries ſolutus eſt, nec adhortatione indigemus.

XIII. Synodi quæ damnatæ in Eccl.

Tum Theodoſius. Non eſt valida Synodus habita Romæ, quæ Imperatoris facta ſit injuſſu. At Maximus: Si Synodos factas Regum imperia firmant, non pia fides: recipe Synodos quæ contra Homouſion ſunt habitæ Imperatorum juſſu, nempe primam quæ Tyri, alteram quæ Antiochiæ, tertiam quæ Seleuciæ, quartam quæ Conſtantinopoli ſub Eudoxio Ariano, quinta quæ Nicææ Thraciæ, ſextam quæ Sirmii, ac multis poſt temporibus ſeptimam quæ Epheſi, cujus princeps Dioſcorus fuit: nam has omnes juſſa Imperatorum congregarunt: attamen damnatæ ſunt omnes, propterea quod ſancita in illis dogmata, ſine Deo facta, Deo adverſabantur. Cur autem eam non repudiatis, quæ Paulum Samoſatenſem depoſuit, habita ſub ſanctis & beatis Dionyſio Papa Romæ, & Dionyſio Alexandriæ, & Gregorio Thaumaturgo, qui e-

Synodi quæ probatæ.



jus

PAGIUS *Conſules, qui cum eo erant Bizyæ in ipſo exilio*, peracta eſt hoc anno, quo recte eam Baronius recitavit. Ipſo enim Diſputationis initio legitur: *Igitur Nono Kal. Septembrias, quæ nunc tranſacta eſt quartæ decimæ Indictionis, exivit ad eum in exilium, in quo poſitus ſervabatur, ideſt ad Caſtrum Bizyæ prædictus Epiſcopus Theodoſius, ex perſona, ut dixit, Petri Conſtantinopolitani Præſulis miſſus*, &c. Quare die viceſima quarta menſis Auguſti *Theodoſius* Epiſcopus cum Paulo ac Theodoſio Conſulibus, ut in ea Relatione dicitur, *Bizyam* perrexit, & ubi illuc advenit, Sanctum *Maximum* intorrogavit. Hæc Collatio literis mandata eſt currente Indictione XV. Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoata, & poſt eandem *Theodoſius*

Epi-

jus Synodi princeps fuit; quia juſſu Imperatoris facta non eſt? Illas novit probas & ſanctas Synodos pius Eccleſiæ canon, quas rectitudo dogmatum probavit. Et ſane (ut novit dominus meus, & alios docet) bis in anno Synodos in unaquaque provincia fieri canon jubet, juſſionis regiæ nulla mentione facta; idque ad munimentum ſalutaris noſtræ fidei, & emendationem eorum quæ pertinent ad id quod divinum Eccleſiæ caput eſt.

XIV. Mennæ libellus hæreticus.

Theodoſius autem: Ut dicis, ita eſt. Verumtamen non recipis libellum Menæ *, quo unam voluntatem & unam operationem Chriſti dogmatizavit? Et Maximus: Ne det hoc Dominus Deus. Vos non recipitis, ſed reiicitis omnes doctores, qui poſt ſanctam Chalcedone habitam Synodum contra Severi nefariam hæreſim decertarunt: & ego habeo recipere libellum Menæ poſt Synodum factum, quo aperte Severo patrocinatur, & Apollinario, & Macedonio, & Ario, & omni hæreſi; & iis quæ dogmatizavit, dicit contra Synodum, vel potius eam omnino aſpernatur?

* Mennæ

Hæretici falſa ſcripta SS. Patrum ſupponunt.

Theodoſius: Quid igitur (ait) non recipis unam operationem lectiſſimorum doctorum? Et produxit Theodoſius eas, quæ falſo nomine ab eis afferuntur, ut Julii Romæ, & Thaumaturgi Gregorii, & Athanaſii, ſanctorum auctoritates, & eas recitavit. Dixit vero Maximus: Metuamus ſane Deum, & nolimus eum ad iracundiam provocare, has proferendo hæreticas auctoritates: nemo enim ignorat, has eſſe impii Apollinarii. Si quidem alias habes, oſtende: nam has afferentes, amplius omnibus perſuadetis, vos re vera Apollinarii, & eorum qui cum eo ſentiunt, malitiam renovaſſe. Et affert alia duo teſtimonia, nomine veluti Chryſoſtomi. Quæ cum legiſſet Abbas Maximus, ait: Hæc Neſtorii ſunt, qui de Chriſto laboravit morbo perſonalis dualitatis. Ac ſtatim ira effervescens Theodoſius dixit: Domne monache, Satanas locutus eſt per frœnum tuum, os ſcilicet, nam labia & dentes frœnum ſunt linguæ. Tum Maximus: Ne, quæſo, indoluerit dominus meus ad ſervum ſuum. Ac ſtatim in manus ſumens, oſtendit ei has voces eſſe Neſtorii, & quibus in ſermonibus eæ ſitæ eſſent.

Maximus detegit impoſturam.

Theodoſius vero: Deus novit, frater: auctoritates has Patriarcha mihi dedit: verumtamen ecce alias dixiſti Apollinaris, alias Neſtorii. Et producens S. Cyrilli auctoritatem, quæ diceret, Unam & congenerem per ambo oſtendens operationem, ait: Quid ad hæc dicis?

XV. At Maximus: Nonnulli, inquit, oſtenderunt, eam re vera additam eſſe interpretationi Evangelii ab hoc ſancto Patre factæ, a Timotheo Æluro. Sit vero, ſecundum vos, ejus: expendamus igitur ſententiam vocum Patrum, & intelligemus veritatem. Theodoſius vero: Non concedo ut hoc fiat: neceſſe enim habes, voces ſimplices accipere. Et Maximus: Dic mihi, quæſo, quid differant ſimplices voces a variis? Theodoſius: Ut vocem, ſicuti eſt, accipias, noli ſcrutari ejus ſententiam.

Scripturæ divinæ ſcrutandæ

Maximus: Aperte novas, peregrinas, alienaſque ab Eccleſia de vocibus leges inducitis. Si ſecundum vos non oportet ſcrutari voces Scripturarum & Patrum, reiicimus omnem Scripturam veterem & novam: Audivi enim dicentem David (a): Beati qui ſcrutantur teſtimonia tua, & in toto corde exquirunt ea: quod nemo ſine ſcrutatione poſſit Deum acquirere. Et rurſum (b): Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo: ut ſcrutatione ducente ad cognitionem legis, & cognitione per deſiderium ſuadente ſanctis ex corde eam cuſtodire, ſancta mandata implendo, quæ in ea ſunt poſita. Et rurſum (c): Mirabilia teſtimonia tua, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Quid autem? parabolas, & ænigmata & obſcuros ſermones ſcrutari non vult proverbialis ſermo? Quid Dominus in parabolis loquens vult intelligere & conſiderare diſcipulos ſuos, docens parabolarum ſententiam? Quid vero? imperans (d): Scrutamini Scripturas, ut teſtimonium perbibentes de ipſo. Quid Apoſtolorum primus Petrus docere vult, dicens (e): De qua ſalute exquiſierunt & ſcrutati ſunt prophetæ? Quid Paulus divinus Apoſtolus, dicens (f): Si opertum eſt Evangelium, in iis qui pereunt eſt opertum, in quibus Deus hujus ſæculi excæcavit corda & oculos mentis ipſorum, ut non fulgeat illis illuminatio ſcientiæ Dei: veriſimile eſt velle non ſimiles nos Judæorum eſſe qui in ſimplicibus vocibus (ut appellatis) hoc eſt in ſola littera, ut in quadam magna ſtrue, obruentes ſententiam, a veritate exciderunt, velamen habentes in corde ſuo, ne intelligant ſpiritum Domini occul-

(a) Pſal. 118.
(b) Ibid.
(c) Ibid.
(d) Joan. 5.
(e) 1. Petr. 1.
(f) 2. Cor. 4.

PAGIUS

Epiſcopus Bizya diſceſſit cum Theodoſio Conſule & Conſtantinopolim rediit.

IV. S. Maximus Perberim in cuſtodiam adductus.

Poſtquam vero abierunt prædicti Viri ſexto Idus Septembris præſentis quintæ decimæ Indictionis, exivit rurſus Paulus Conſul in Bizyen, ad Abbatem Maximum, ut legitur in ea Collatione, & apud Baronium num. XXVIII. & ſeqq. Ferebat autem juſſio, ut Maximus Conſtantinopolim adduceretur, & poneretur in Monaſterio Sancti Theodori, quod & factum eſt; ſed ut viderunt nec minimum Virum Sanctum a ſententia moveri, poſt Feſtum Exaltationis pretioſæ ac vivificæ Crucis adductus eſt Perberis in cuſtodiam, qua continuis vexationibus tenebatur.



cultatum in littera, de quo ait (a): Littera occidit, ſpiritus autem vivificat. Satis habet dominus meus, qui non ſuſtineam vocem recipere ſine ea quæ ipſi ineſt ſententia, ne manifeſte ſim Judæus.

(a) 2. Cor. 3.

XVI. Ibi vero Theodoſius: Unam, inquit, operationem Chriſti hypoſtaticam debemus dicere. At Maximus: Videamus quid mali ex eo naſcatur, & fugiamus peregrinam hanc vocem: hæc enim eſt ſolum hæreticorum qui plures deos inducunt.

Quaternitas introducitur a Monothelitis.

Nam ſi hypoſtaticam Chriſti dicimus unam operationem, Verbum autem non convenit ſecundum hypoſtaſim Patri & Spiritui, ac videlicet ne ſecundum hypoſtaticam quidem operationem: cogimur autem ut Filio, ita & Patri & Spiritui hypoſtaticas operationes tribuere: ſecundum vos quatuor operationes habebit beata Deitas; tres, quæ determinant perſonas, in quibus eſt; & unam communem quæ ſignificet communionem ſecundum naturam trium hypoſtaſeon: Ac ſecundum Patres (ſiquidem eorum doctrinam accipimus) morbum contrahemus opinionis quatuor deorum: naturalem enim, non hypoſtaticam omnem operationem eſſe dicunt. Quod ſi hoc verum eſt, ut ſane eſt, demonſtrabitur nos dicere quatuor naturas & quatuor deos inter ſe hypoſtaſi & natura differentes. Et tamen quis umquam dixit aut contemplatus eſt propriam operationem cujuſvis earum rerum, quæ ſub aliquam ſpeciem reducuntur, & quæ natura ſub communem definitionem ſpeciei ponuntur? Numquam enim quod natura commune eſt, alicujus unius & ſolius proprium eſt: nam hypoſtatica ſignacula, quæ perſonam deſignat, ut aduncus naſus, aut ſimus, aut glaucus color, determinandi vim habent numero inter ſe differentia & maxime propria, & diſtinguuntur ab iis quæ communia ſunt & communiter dicuntur, ut animal rationale mortale, quod eſt ejus rationis, quæ generalis eſt: omnes enim ejuſdem vitæ participes ſumus & rationabilitatis, fluxus, defluxus, ſedendi, ſtandi, loquendi, tacendi, & videndi, & audiendi, & tangendi, quæ ejus rationis ſunt quæ communiter in nobis conſideratur. Quamobrem ea vox innovanda non eſt, quæ vim nullam habet, quæque nec a Scriptura eſt, nec a Patribus, ſed peregrinam exiſtimare debemus ac perverſitate inventam, eam ſane oſtende mihi poſitam apud quemvis Patrem, ac rurſus quæramus ſententiam ejus qui eam dixerit.

XVII. Fallacibus captionibus implicatur hæreticus.

Quid igitur? ait Theodoſius, nullo modo in Chriſto unam operationem dici oportet? Et Maximus: A ſacra Scripturæ & ſanctis Patribus nihil hujuſmodi dicendum accepimus: ſed quemadmodum duas Chriſti naturas ex quibus eſt, ita & naturales ejus voluntates & operationes convenientes ei qui natura Deus homo eſt, credere & confiteri, nobis permiſſum eſt. At Theodoſius: Sic & nos confitemur & naturas & differentes operationes, id eſt, divinam & humanam, ac ejus divinitatem volendi vim habentem, itidemque humanitatem; quandoquidem ſine voluntate anima ejus non erat: duas vero neſcimus, ne eum ſecum pugnantem inducamus. Tum Maximus: Cur igitur numerus naturis aſſignatus non dividit; cum vero in voluntatibus & operationibus dicitur, vim dividendi habet? Theodoſius: In his omnino habet diviſionem, nec Patres numerum in voluntatibus & operationibus dixerunt, diviſionem fugientes; ſed aliam & aliam, divinam & humanam, duplicem, ut ipſi dixerunt, & dico & teſtificor.

XVIII. Stulta poſitio confutatur.

Cui Maximus: Per Deum, ſi quis tibi dicat, aliam & aliam: quot intelligis? Theodoſius vero: Scio, inquit, quomodo intelligam: duas vero non dico. Tunc converſus Abbas Maximus ad principes, dixit: Per Dominum, ſi audietis unam & unam, aut bis duo, aut bis quinque: quid intelligentes reſpondetis ita dicentibus? Et dixerunt: Quoniam adjuraſti nos. Unam & Unam, duas intelligimus, duas quoque aliam & aliam: bis duo, quatuor: bis quinque decem. Et quas; verecundus Theodoſius illorum reſponſo, dixit: Quod a Patribus dictum non eſt, non dico.

Et confeſtim ſumens Abbas Maximus librum geſtorum ſanctæ & Apoſtolicæ Synodi Romanæ, oſtendit Patres, qui aperte dicerent duas Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti voluntates & operationes. Quem librum ab eo Theodoſius Conſul accipiens, omnes ſanctorum Patrum auctoritates legit.

Cedit veritati Theodoſius Epiſc.

Tum reſpondens Theodoſius Epiſcopus dixit: Novit Deus: niſi perſonaliter anathemæ Synodus illa poſuiſſet, eam magis quam quiſquam alius reciperem. Verum ne tempus teramus hic, ſi quid dixerunt Patres, dico, & ſtatim ſcripto facio duas voluntates, duaſque operationes. Accede ad nos, communica, & fit unio.

XIX. Rom. Eccl. reconciliat hæreticos pœnitentes.

Ibi Maximus: Non audeo, inquit, domine, tali de re ſcriptam aſſenſionem a vobis accipere: nudus ſum & merus monachus. Sed quoniam Deus vos compunxit, ut ſanctorum Patrum voces reciperetis (ſicut canon requirit) ad Præſulem Romæ de hoc ſcriptum mittite, ſive Imperator, & Patriarcha cum Synodo ſua. Nam ego non communico, ne ſi hæc quidem fiant, cum in ſancta oblatione offerantur anathematizati: metuo enim judicium anathematis. Hæc idcirco Maximus, quod ab Apoſtolica ſede excommunicatis nemo communicare debet, niſi ab ea prius fuerint abſoluti: alioqui eandem anathematis ſententiam ipſi communicantes ſubeant. Ad hæc Theodoſius: Non condemno

no te metuentem, ſed nec quiſquam alius: ſed conſilium nobis da per Dominum, ſi hoc fieri poteſt.

Conſilium Maximi ſecundum canones.

Et Maximus: Quod conſilium vobis de hoc dare poſſum? Ite, palpate ſi quid hujuſmodi umquam factum eſt, ac poſt mortem quis crimine circa fidem eſt abſolutus; & hoc ſuſcipiat Imperator atque Patriarcha, ut imitentur Dei condeſcenſionem, ac ille, nempe Imperator, Juſſum hortatorium, Ecthesin vulgo dictam, hic, nempe Patriarcha, Synodicam ad Papam Romæ mittant. Et omnino ſi inveniatur Typus Eccleſiaſticus hoc permittens, propter rectam confeſſionem fidei convenit nobis de hoc. Hæc quidem Maximus, eo quod eodem anathemate adverſus Monothelitas Romæ in Synodo promulgato, tum Imperator qui Ecteſin promulgaſſet, tum Patriarchæ Conſtantinopolitani ejus defenſores hæreſis perculſi fuiſſent: quos abſolvi poſt mortem, quod in eodem errore & anathemate defuncti eſſent, non liceret: opus autem eſſe, ſi ipſi vellent abſolvi, ad ſedem Apoſtolicam ſe conferre. His namque perſuaſus Theodoſius oſtenditur ex iis quæ ſequuntur in iiſdem Actis, in quibus ita:

XX. Ac Theodoſius: Hoc omnino fit. Sed da mihi verbum: ſi mittar, mecum venire. Maximus: Tibi confert, domine, conſervum meum, qui Meſembriæ eſt, tecum ducere, quam me: nam & ille linguam novit, & eum digne reverentur, qui tamdiu jam punitur propter Deum, & rectam fidem, quæ in illo throno eſt. Theodoſius vero: Certamina varia inter nos fuere, nec libenter cum illo proficiſcor. Tum Maximus: Quia, domine, ita fieri viſum eſt, placitorum eventus fiat, & quo jubetis, vos ſequor. Poſtea ſurrexere omnes cum lætitiæ lacrymis, & humili reverentia inclinarunt ſibi invicem: & oratio facta eſt. Et unuſquiſque eorum ſancta Evangelia, & pretioſam Crucem, & imaginem Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & genitricis ejus dominæ noſtræ Deiparæ ſalutarunt, & proprias manus poſuerunt ad dictorum confirmationem. Locus iſte citatus reperitur in ſancta Synodo Nicæna ſecunda ab Euthymio Sardenſi Epiſcopo, lectuſque eſt a Joanne Notario, hoc titulo (a): Ex dogmatibus, quæ agitata ſunt inter piæ memoriæ Maximum, & Theodoſium Epiſcopum Cæſareæ, quæ eſt in Bithynia, ejuſque aſſeclas. Sed male ibi loco mutuæ reverentiæ, pœnitentia facta ponitur, ut ſuperius ex Billio correctum eſt. Lecto citato loco ad confirmationem venerandi cultus ſacrarum imaginum, hæc tunc addita ſunt ex iis, quæ & inferius in eodem codice ſcripta leguntur:

Juramento ſtabilita concordia.

(a) Concil. Nic. 2. Act. 4.

XXI. Converſus autem ad Epiſcopum Abbas Maximus, cum lacrymis eum ſic affatus eſt. Magnus Dominus: Diem judicii omnes expectamus. Noviſti quæ ſancita ſunt per ſancta Evangelia, vivificamque Crucem, nec non imaginem Dei Salvatoris noſtri, ipſiuſque ſanctam ſemper Virginem matrem. His lectis, Conſtantinus ſanctiſſimus Epiſcopus Cypri dixit: Verbum hoc, ſalutarunt, hoc loco ſanctus Pater ſumpſit pro, Adorarunt. Siquidem ſanctum Evangelium & vivificam Crucem ipſe adoravit, deinde imagines venerandas Salvatoris & inculpatæ ejus matris. Lecta iterum eadem verba ſunt ex alio codice, quem attulerat Petrus Epiſcopus Nicomediæ. Quibus lectis, de eodem S. Maximo hæc idem Petrus: Neque enim vulgaris vir, qui hoc fecit, ſed Maximus Dei philoſophus, & cum Patribus certans, utpote non illis impar, quin etiam confeſſor & veritatis propugnator. Sufficiat igitur nobis, ut in ſalutando venerandas imagines, illum ſequamur. Hæc ex Concilii Actis. Proſequamur reliqua inter Maximum atque Theodoſium tunc geſta, quæ ſic ſe habent:

XXII. Deinde cum inter ſe pauliſper ſermonem habuiſſent de vita ſecundum Deum, ac de divinorum mandatorum obſervatione: converſus Theodoſius ad Abbatem Maximum, dixit: Ecce ſublata ſunt omnia ſcandala, & facta eſt pax per Deum, & fiet. Sed per Dominum ne celes me: Nullo modo dicis unam voluntatem, & unam operationem in Chriſto? At Maximus: Non capit me hoc umquam dicere. Et dico cauſam. Quia peregrina hæc eſt ſanctis Patribus vox, duarum differentium naturarum unam voluntatem & operationem. Deinde vero, & omnimodo qui hoc dicit, invenit ex adverſo abſurditatem ſibi occurrentem.

Quot abſurda contineat Monothelitarum hæreſis.

Primum enim, ſi dicam naturalem, timeo confuſionem. Secundo, ſi hypoſtaticam, divido a Patre & Spiritu Filium, ac tres voluntates videbor inducere, non convenientes inter ſe, quemadmodum & hypoſtaſes. Tertio, ſi dicam ut unius unam voluntatem & operationem, cogor & ut unius Patris, & ut unius Spiritus dicere, tametſi nolim, unam voluntatem & operationem; ac ſermo incidere invenietur in multos deos. Quarto, ſi dicam per cognationem ac neceſſitudinem & amicitiam relativam, Neſtorii perſonalem diviſionem induco. Quinto, ſi dicam, præter naturam, corrumpo exiſtentiam volentis: naturæ enim corruptela eſt, quod eſt contra naturam, ſicut Patres dixerunt. Ibi Theodoſius: Unam propter unionem, inquit, Salvatoris noſtri voluntatem omnimodis debemus dicere, quemadmodum Pyrrhus, & Sergius pulchre (ut arbitror) intelligentes ſcripſerunt.

XXIII. Et Maximus: Si propter unionem una Dei & Salvatoris noſtri (ut Pyrrhus & Sergius,



gius, & Paulus ſcripſerunt) facta eſt voluntas: primo alterius voluntatis, ſecundum eos, Filius erit, quam Pater, qui propter naturam voluntatem habet, non propter unionem, quæ in Filio; quandoquidem non idem eſt unio & natura. Item ſecundo, ſi propter unionem una, ſecundum eos, Salvatoris noſtri facta eſt voluntas: cauſam ejus habebit omnino unionem, neutram vero earum, ex quibus eſt, naturarum, & amicitiæ & familiaritatis relationis, ſecundum eos, aperte erit voluntas, non naturæ: naturam enim, non relationem veritatis novit ſermo. Tertio, ſi propter adunationem (ut dicitis) una Salvatoris facta eſt voluntas: qua voluntate ajunt ipſum factam eſſe unitionem? Non enim (ſi veritas iis eſt curæ, & volunt effugere quod præter rationem eſt) dixerint, ea quæ per ipſum eſt facta. Quarto, ſi propter unitionem una Salvatoris facta voluntas eſt: ante unitionem videlicet aut multas voluntates habebat, aut penitus nullam. Ac ſiquidem multas habebat, diminutionem multarum ſubiit, in unam contractus voluntatem; & converſionis aperte recepit paſſionem, imminutionem nempe multarum voluntatum, quæ ei naturaliter inerant. Sin erat abſque voluntate, potiorem quam naturam oſtendit unionem eſſe, ex qua voluntatem adeptus eſt, cujus natura erat indigens: ac rurſum convertibilis apparuit, relatione id conſecutus, quod per naturam non inerat. Quinto, ſi propter unionem, Salvatoris noſtri voluntas facta eſt una, ſecundum utrumque eorum ex quibus eſt: fuit Deus voluntate recens, idem propter unionem naturæ manens æternus, ac homo voluntate expers principii, manens ſecundum naturam recens: quod impoſſibile eſt, ne dicam impium. Sexto, ſi ob unionem facta eſt naturarum voluntas una: cur eamdem ob cauſam naturarum facta non eſt una natura?

Alia abſurda.

XXIV. Interpellans autem longiorem horum progreſſum Theodoſius Epiſcopus, dixit: Quid igitur propter unitionem factum eſt, ſi ob eam nihil horum fuit? Maximus vero: Oſtendit eum, inquit, qui ſine carne erat, veraciter fuiſſe in carne: eum, qui natura Deus erat, & omnium opifex, præbuit aperte natura hominem factum, non converſione naturæ, aut diminutione ullius eorum quæ naturæ erant, ſed vera aſſumptione carnis intelligenter animatæ, ſive indeficientis humanitatis, omni perpurgans contracto ſecundum naturam crimine primorum parentum: & ratione mutuæ connexionis, admirabilem vere rem ac ſtupendam fecit, totum inter homines Deum eumdem integrum manentem in propriis, eumdem totum in divinis hominem, totum manentem in propriis, nec iis excidentem. Commeatus enim & commercium naturarum inter ipſas, & naturalium quæ iis inſunt, ex Deiloqua Patrum noſtrorum doctrina, non tranſitio ob unionem, nec mutatio facta eſt! quod proprium eſt eorum, qui veritatem interpolantes, unitionem, faciunt confuſionem, ac idcirco multimodis verſantur in novitatibus, ac propter inopiam ſtabilitatis rationis ſuæ pios perſequuntur.

XXV. Hæc cum audiſſet Theodoſius Epiſcopus viſus eſt cum cæteris, qui cum eo aderant, ea probare: rurſumque ad Sanctum dixit: Fac charitatem: Quid illud eſt, quod nobis dixiſti, neminem ſecundum hypoſtaſim operari, ſed operari unumquemque, ſecundum naturam: mihi enim illud, propterea quod non intellexerim officit. Et Maximus: Non operatur quiſquam ſecundum hypoſtaſim, ſed ſecundum naturam: ut Petrus & Paulus aliquid faciunt, ſed non Petrice, & Paulice, verum humanitus: ambo enim naturaliter homines juxta communem ex definitione comprehenſam rationem naturæ at non hypoſtatice juxta id, quod proprie quale eſt. Eodemque modo Michael & Gabriel ſunt in opere, ſed non Michaelice, aut Gabrielice, ſed Angelice; ambo enim Angeli. Sicque in omni natura quæ multo numero prædicatur, communem intuemur, non ſingularem operationem. Quamobrem qui hypoſtaticam & perſonalem operationem dicit, inducit ipſam naturam, quæ una eſt, factam eſſe operationibus infinitam, & a ſe ipſa differentem ſecundum multitudinem individuorum quæ ſub ipſam reducuntur. Quod ſi pulchre ſe habere accipiemus, in omni natura rationem, quomodo ea eſt, corrumpimus.

Rurſus urget quæſtionibus Theodoſius.

XXVI. Poſt hunc ſermonem, cum inter ſe conſultaſſent, dixit Theodoſius Conſularis: * Ecce bene omnia proceſſerunt. An in ſe recipiet Imperator, ut Juſſum faciat adhortationis? Dicit vero Abbas Maximus: Omnino, ſi velit imitator Dei eſſe, ac ſe cum ipſo humiliare, communis noſtræ ſalutis cauſa, ſicque cogitare. Siquidem Deus, qui natura ſalvat, non ſalvavit, quoad humiliatus eſt volens, quomodo qui natura ſalvatur homo, aut ſalvus erit, aut aliis ſalutem afferet, niſi humilietur? Tum Theodoſius Conſul: Spero, inquit, Deo meam conſervantem memoriam, ei cum hoc dixerim, perſuaſum iri. Poſtea inter ſe ſalutarunt, & abierunt in pace. Hæc autem quæ ſequuntur in alio codice ſcriptorum Maximi itidem in Vaticana bibliotheca exiſtente leguntur, his verbis:

* Conſul

De voluntate Imp. dubitatio.

Cum religioſus vir omnes Theodoſii Epiſcopi in ſermonibus & ratiocinationibus objectiones facile evertiſſet: tandem hic feſſus, qui nihil in præſentia haberet quod re-

*reſponderet, alia ratione Sanctum abſtrahere conatur, & amicius cum eo loquitur; ſe ipſum quoque velle omnia de medio ſcandala & offendicula auferri, priſtinamque pacem reddi Eccleſiæ. Quæ res, inquit, aliter non fiet, niſi ad eos qui Romæ ſunt jam proficiſcamur, & ad conditiones, reconciliationemque eos provocemus, unum videlicet cum ipſis & ſpirantes & ſentientes. Quare ſanctus ille bono animo magis eſſe cœpit: vixque dici poteſt, quomodo ad hæc fuerit affectus, quibuſque laudibus ei, qui ſic locutus eſſet, reſponderit. Qui ſane cum ita corpore affecto eſſet, ac exercitiis monaſticis, ſenectaque afflicto: tamen prompto animo parabat ſe, ut Romam rurſus contenderet, & una cum illis ea quæ in rem eſſent atque utilia conficeret. Modo, inquit, res hæc ſit, non ſermo fruſtra habitus.*

Maximus Romam ire cum Theodoſio pollicetur.

XXVII. *Cum vero Theodoſius jurejurando dicta firmaſſet, & inviolabilia Evangelia manibus contigiſſet: quamvis vir non intelligens, horum nihil ſervarit, utpote eorum voluntate qui rerum potiebantur, attractus: magis ac magis religioſus vir bonum animum ſuſcipiebat, ſe totum ad iter intendens, eaque ſpectans quæ eſſent cum ipſis, tum qui Romæ erant, profutura. Inde igitur diſceſſurus Theodoſius, ut cum iis qui in urbe regia erant, de his communicaret: ſalutatione virum religioſum rurſum excipit, dexteraque data, & ei donata tunica linea, & fuſco pallio, Byzantium revertitur una cum duobus Conſulibus ejus comitibus.*

Legati redeunt Conſtantinopolim.

At quid poſt hoc? Reverſi Coſtantinopolim qui miſſi fuerant ab Imperatore, omnia retulerunt quæ cum Maximo geſta eſſent, & quomodo veritate victi manus dediſſent. Quibus acceptis Imperator magnopere commotus eſt, ac tantum abfuit ut pactis ab ipſis conventis ſtaret, & Romanæ fidei acquieſceret, pacemque in Eccleſia reſtitueret, ut iterum unum ex ipſis, Paulum videlicet, Byziam mitteret, qui Maximum Conſtantinopolim perduceret. Quæ autem cum eo acta ſint, ubi Conſtantinopolim perductus eſt, eadem Acta ſignificant, dum inſtitutam de his narrationem ita proſequuntur:

*Poſtea octavo die menſis Septembris præſentis decimæquintæ Indictionis* ( ita auctor cunctis præſens quæ agebantur, ſcribenſque ſingula ) *contulit ſe rurſum Paulus Conſul Byziam ad Abbatem Maximum, mandatum afferens hac formula:*

XXVIII. *Jubemus gloriam tuam Byziam proficiſci, Maximumque monachum adducere cum multo honore ac veneratione propter ſenium & imbecillitatem, atque ut amicum, & familiarem majorum meorum, a quibus in honore eſt habitus: eumque collocare in religioſo monaſterio S. Theodori, quod prope Rhegium poſitum eſt; ac venire, noſque certiores facere: & mittimus ad eum ex perſona noſtra duos Patricios, ut cum illo loquantur, nobis ex animo amicos, quique a nobis diliguntur.*

S. Maximus iterum revocatus.

Hucuſque mandatum Principis Paulo Conſuli oblatum. Pergit vero auctor: *Adductum itaque eum Conſul in eo monaſterio depoſuit: venitque ad Imperatorem, ut id renunciaret. Veniunt ad eum poſtridie Epiphanius & Troilus, ambo Patricii cum multo comitatu ac faſtu, & oſtentatione, item Theodoſius Epiſcopus, quem & Sanctus præſtolabatur, quæque condicta erant, confirmaturum ſperabat: nec cum illius ſubdolum obſcurumque animum deprehenderat vir mentem doli in primis expertem gerens. Is in illius manſionis Catechumenio*, nempe ubi catechumeni inſtrui ſolerent, *erat. Ipſi conſueta ſalutatione facta, conſederunt, vim ei adhibentes ut ſederet.*

*Sermonis vero cum eo initium faciens Troilus, dixit: Orbis dominus nos ad te eſſe juſſit, ac dicere quæ ejus Imperio a Deo ſtabilito placuiſſent. Sed nobis primum dic: Imperata facies, an non? Dixit Maximus. Audiam, domine, quid juſſerit pium ejus Imperium: ac tibi reſpondebo quæ oportet. Nam ad id quod mihi ignoratur, quod reſponſum habeo dare? Troilus autem perſeveravit, ac dixit: Non dicimus quid afferamus, niſi prius reſponderis, utrum Imperatori obtemperes. Ut vidit religioſus vir eos amplius urgere in ejus mora, & infeſtius aſpicere, & reſpondere aſperius cum omnibus comitibus, qui & ipſi elati erant ſæcularium honorum dignitate, reſpondit: Quandoquidem non ſuſtinetis dicere ſervo veſtro, quæ domino noſtro Imperatori placita ſunt: en dico, audiente Deo & ſanctis Angelis ac vobis omnibus, me quicquid juſſerit, quod cum hoc ſæculo diſſolvatur, & una corrumpatur, libenter facturum.* XXIX.

Troilus ſtulte Maximum interpellat.

*Statim conſurgens Troilus exiit, ac dixit: Orate mihi: ego abeo: hic enim nihil facit. Cum tumultus exortus eſſet, magnæque turbæ atque confuſio, dixit eis Theodoſius Epiſcopus: Edicite ei Imperatoris juſſa, & cognoſcite quid loquatur, nec enim rationi conſentaneum eſt, nulla re dicta, nulla audita, abire nos. Tum Epiphanius Patricius dixit: Hoc Imperator per nos tibi denunciat, ac dicit: Quoniam totus Occidens, quique ſunt in Oriente, perverſitate ducti, ad te reſpiciunt, ac propter te omnes ſeditionem concitant, cum nolint ſe nobiſcum in fide conjungere: ut te compungat Deus, quo nobiſcum communices ſuper a nobis expoſito Typo. Ac nos ultro imus in Chalcen, teque conſalutamus, ſupponimuſque vobis manum noſtram, ac vos cum magno honore & gloria in magnam Eccleſiam* XXX.

Magnum nomen Maximi in Oriente, & Occidente.



*ſiam inducimus, ſtatuimuſque nobiſcum, ubi de more Reges ſtant: facimus una tecum Synaxim, & una communicamus puris ac vivificis myſteriis vivifici corporis, & ſanguinis Chriſti; teque prædicamus ac declaramus noſtrum Patrem: & gaudium erit non ſolum in noſtra Chriſtum diligente urbe, ſed etiam in univerſo orbe terrarum. Certo enim ſcimus fore, ut ſi ſancto huic throno communices, ſe nobis omnes adjungant, qui propter te tuamque doctrinam ſe a nobis abſciderunt.*

XXXI. *Converſus vero ad Epiſcopum Abbas Maximus cum lacrymis dixit: Magnum, domine, judicii diem expectamus omnes: Noſti quæ conſtituta ſint & placita ſuper ſanctis Evangeliis, & vivifica Cruce, & imagine Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & ejus genitricis ſanctiſſimæ Deiparæ ac perpetuæ Virginis Mariæ. Epiſcopus, vultu in terram demiſſo, leniori voce reſpondet: Et quid poſſum facere, cum aliud viſum ſit piiſſimo Imperatori? Cui Abbas Maximus: Cur, inquit, tetigiſti ſancta Evangelia, & qui tecum erant, cum in vobis ſitus non eſſet dictorum eventus? Re vera, omnis cœli virtus non perſuadet mihi, ut hoc faciam. Quam enim defenſionem afferam, non dico Deo, ſed conſcientiæ meæ, ſi propter gloriam, & exiſtimationem humanam, quæ ex ſui ratione nullam exiſtentiam habet, ejuraverim fidem, quæ ipſam diligentes ſalvat?*

Exprobat Epiſcopo Maximus juramentum.

*His dictis, conſurrexere omnes, & iracundia ducti, eum crebris vellicationibus pulſando, vexando, debilitarunt, a capite ad ungues uſque ſputis inundantes, e quibus tetrum exhalabatur cœnum, quibuſque veſtis ejus tota impleta eſt. Exurgens autem Epiſcopus, dixit: Non ſic fieri oportuit, ſed tantum ex eo reſponſum audire, & renunciare domino Imperatori: res enim, quæ ex canonibus pendet, alio modo adminiſtrantur. Ac vix perſuaſit eis Epiſcopus, ut quieſcerent, & rurſum ſederent. Cum igitur eum innumeris contumeliis ac inexcogitabilibus diris ſugillaſſent, omiſerunt.*

Impie & illiberaliter nimis tractatur S. Maximus.

XXXII. *Tum multa aſperitate Epiphanius dixit: Dic, peſſime vetule, belluo: ut nos pro hæreticis habens & civitatem noſtram, & Imperatorem, hæc dixiſti. Vere magis quam tu, Chriſtiani ſumus & Orthodoxi: ac Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum fatemur habere tum divinam voluntatem, tum humanam, & animam mente præditam: nam omnis natura mentem habens, omnino & voluntatem a natura habet & operationem: quandoquidem vitæ proprium eſt motus, ac mentis proprium eſt voluntas. Ac novimus ipſum volendi facultatem habere non divinitate ſolum, ſed etiam humanitate: quinetiam duas ejus voluntates, & operationes non negamus.*

Negant ſe eſſe hæreticos Monothelitæ.

*Reſpondit vero Abbas Maximus: Si ita creditis, ut & intellectuales naturæ, & Eccleſia Dei, cur me cogitis communicare Typo, qui hæc penitus tollat, quæ etiam nunc confeſſi eſtis? Ibi Epiphanius: Hoc, inquit, per diſpenſationem factum eſt, ne læderentur populi ſubtilioribus hujuſmodi vocibus. At Abbas Maximus: Contra, omnis ſanctificatur homo accurata fidei confeſſione. Troilus: Et in palatio tibi dixi: non ſublatum hoc, ſed juſſum eſſe ſileri, ut omnes pacem tueremur. Et Abbas Maximus: Tacere ſermonem, eſt eum tollere: nam per prophetam dicit Spiritus ſanctus (a): Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum. Quamobrem qui non dicitur ſermo, omnino non eſt. Troilus vero: Habe in corde tuo, ut vis: nemo te prohibet. Maximus: At univerſam ſalutem in corde non definivit Deus, qui dixit (b): Qui me non confitetur coram hominibus, nec ego confitebor eum coram Patre meo qui in cælis eſt. Ac divinus Apoſtolus docet, dicens (c): Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Si igitur Deus, & Dei prophetæ, & Apoſtoli jubent confiteri myſterium vocibus ſanctum & magnum, & tremendum totius mundi ſalutare: nullo modo utile eſt ſilentium ejus vocis præcipi, quæ myſterium hoc prædicet, ne tacentium hominum ſalus minuatur.* XXXIII.

Confitenda aperta voce fides Catholica.

(a) Pſ. 18.

(b) Matt. 10.

(c) Rom. 10.

*Reſpondens aſperrimo ſermone Epiphanius, dixit: Subſcripſiſti in libello?* anathematis ſcilicet adverſus Monothelitas. *Et Maximus: Subſcripſi. Et quomodo (inquit Epiphanius) auſus es ſubſcribere, atque anathematizare confitentes & credentes, ut intellectuales naturæ & Catholica Eccleſia? Re vera, meo judicio, inducemus te in urbem, & ſiſtemus in foro vinctum, & mimos mimaſque ac proſtibula inferemus, & univerſam plebem, ut omnes te colaphis cædant, & conſpuant tuum os. Ad hæc Sanctus reſpondens, dixit: Sicut dixiſti, fiat, ſi eos qui confitentur duas naturas ex quibus Dominus eſt, ac duas naturales voluntates & operationes ei convenientes, qui natura Deus & homo veritate eſt, anathematizavimus. Lege, domine, geſta & libellum; ac ſi inveniatis quod dixiſtis, facite quod vultis. Nam ego, & conſervi mei, & quicumque ſubſcripſerunt, eos qui juxta Arium, & Apollinarium unam voluntatem, & unam operationem dicunt, anathematizavimus, quique non confitentur Dominum noſtrum ac Deum, ſecundum utramque earum, ex quibus & in quibus eſt, & quæ ipſe eſt naturarum, eſſe ſecundum naturam intellectu præditum, & idcirco volendi facultatem habere, & noſtram operandi ſalutem.* XXXIV.

Epiphanii comminationes.

*Tum*

XXXV. *Recedunt Judices.*

*Tum Epiphanii comites inter ſe dixerunt: Si hunc uſque attendamus, neque comedimus, neque bibimus: verum ſurgamus, & prandeamus, & ingrediamur, renunciemuſque ea quæ audivimus: hic enim vendidit ſe Satanæ. Surrexerunt itaque, & pranſi ſunt. Erat autem ſtatio, ſive vigilia Exaltationis pretioſæ Crucis, & introierunt in urbem cum ira.*

*Revocatur Maximus ad Judicium.*

*Poſtridie mane venit Theodoſius Conſul ad Abbatem Maximum, & omnia quæcumque habebat, abſtulit, hæc verbis Imperatoris locutus: Qui noluiſti honorem, & elongatus es a te: abi, quo dignum te ipſum judicaſti, habens judicium diſcipulorum tuorum, quique Meſembriæ eſt, quique Perberis, qui fuit Notarius beatæ noſtræ matris.*

*Dixerunt autem Patricii Troilus & Epiphanius: Omnino duos diſcipulos tuos adducimus, tum qui Meſembriæ, tum qui Perberis, eoſque examinamus, ac eorum videmus eventum. Theodoſius vero Conſul tradidit eum militibus; qui eum Selymbriam duxerunt, ubi biduum moratus eſt. Ac intera unus militum in caſtra ad exercitum eſt profectus, ac in vulgus divulgavit, eos in ſenem incitans, venire monachum, qui Deiparam blaſphemaret. Poſt biduum miles redit, eumque ducit in caſtra. Legatus vero, Dux exercitus, compunctus a Deo, mittit ad beatum Maximum primores e clero presbyteros & diaconos, religioſoſque ſigniferos. Quos vir ſanctus conſpicatus, ſurrexit, ac veneratus eſt humili obſequio, ſubmiſſo videlicet corpore inclinans ſe honoris ergo: idemque illi fecerunt, & ſederunt, eumque ſedere juſſerunt.*

*Calumnia de Blaſphemia urgetur S. Maximus.*

XXXVI. *Maximus calumniam diluit.*

*Tum quidam ſenex valde honorabilis cum multa reverentia ei dixit: Pater, quoniam nonnulli ſcandalizaverunt nos de tua ſanctitate, quod non dicas Deiparam, dominam noſtram ſanctam Virginem: adjuro te per ſanctam & conſubſtantialem Trinitatem, ut nobis verum dicas, & hanc offenſionem de animis noſtris abſtergas, ne lædamur, injuſte ſcandalizati. Maximus humili proſtratione corporis facta, ſurrexit, dixitque manus in cælum tendens cum lacrymis: Qui non dicit Dominam noſtram omnibus hymnis celebrandam, & ſanctiſſimam, & immaculatam, & omni intellectuali naturæ venerabilem, naturalem vere matrem Dei factam, qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt: eſto anathema a Patre & Filio, & Spiritu ſancto, conſubſtantiali & ſuperſubſtantiali Trinitate, & ab omni virtute cæleſti, & choro ſanctorum Apoſtolorum, & prophetarum, infinitoque populo ſanctorum martyrum, omnique ſpiritu in juſtitia conſummato & nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum.*

*Flentes omnes, bene precati ſunt ei, dicentes: Deus corroboret te, pater, dignumque te faciat, qui peragas ſine offenſione curſum tuum. Atque his dictis, multi convenere milites, audituri multos egregioſque ſermones, qui tum habiti ſunt. Cum autem quidam e domeſticis Ducis videret multum exercitum conglobari, ac ſancti viri ædificari ſermonibus, & ea quæ fierent contra eum ſcilicet damnare, juvet eum (qua cogitatione ac ſuſpicione, novit Deus (inde abſtrahi, duobuſque millibus paſſibus a caſtris abduci, dum Synaxim facerent, & venirent qui eum ducerent Perbera: Clerici divina moti charitate, duo illa milliaria pedibus confecerunt cum eo. Et cum adveniſſent qui ducerent Perbera; ipſi manibus eum geſtantes, impoſuerunt jumento: cumque eum amplexi eſſent, ſalutem dixiſſent, atque oraſſent in loca ſua cum pace redierunt. Ipſe vero Perbera adductus eſt, tenente eum cuſtodia.* Hucuſque Acta de rebus Maximi geſtis hoc anno.

XXXVII. Vidiſti, lector, præſtantiſſimi confeſſoris iterata certamina, in quibus omnibus etſi furens ſemper obſtrepuerit; tamen victa ſemper remanſit impietas cedere neſcia, majori cum proſternitur obſtinatione reſurgens. Sed ea omnia ad profectum Evangelii provenere, ut uno Maximo reſiſtente, fides Catholica non fuerit omnino in partibus illis extincta, uſque adeo ejuſmodi confeſſione vireſcens, ut poſt obitum nefandi Imperatoris fœcundiori cæſpite germinaverit, atque fructum ex eo produxerit, & quidem uberrimum; cum videlicet œcumenica Synodo congregata, Monothelitarum hæreſis fuit penitus condemnata. Sic igitur optime convenit, ut de Maximo illud propheticum (a) ab Orientalibus occinatur: *Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus.* Cum uno tantum Maximo atque duobus diſcipulis ejus & non aliis, quod ſciatur) fides tunc ſplendeſcere viſa ſit, dum undique tenebræ operirent terram, & caligo populos. Sed etſi grandia ſint iſta de Maximo, longe ſunt majora quæ dicturi ſumus, cum rurſum adverſus eum ejuſque diſcipulos acerbiora excitata ſunt prælia, ex quibus invicti milites Chriſti majora erexere de hæreſi profligata hæreticiſque ſuperatis trophæa: quando autem iſta contigerint, ſuo loco dicturi ſumus inferius.

(a) *Iſa. 1.*

Sed



XXXVIII. Sed quid accidit? qui obniti hactenus viſus eſt veritati, Imperatoris favens pravis affectibus, idem ipſe ad ſupernum tribunal vocatur reddere rationem, mortis nuncio interpellatus. Hoc ſiquidem anno Petrus Patriarcha Conſtantinopolitanus hæreticus: ubi ſediſſet annos duos & menſes tres, moritur, atque in ejus locum ſubrogatus eſt Thomas, qui in Concilio œcumenico Conſtantinopolitano aſſeritur fuiſſe Catholicus. Cæterum de annis quibus ſederit Petrus, textus Nicephori corrigendus eſt, dum habet ſediſſe annis duodecim, cum duobus dumtaxat ei Eccleſiæ præfuiſſe legatur.

*Petri Ep. Conſtantinop. obitus.*

*Thomas ſucceſſor Petri.*

Porro iſta de electione Thomæ quomodo ſe habuerint, ut Imperator inſequens Maximum Orthodoxum, eo quod acquieſcere nullo modo voluerit ipſius ſententiæ de communicando cum Eccleſia Conſtantinopolitana in probando qui promulgatus eſt Typus, idem paſſus ſit Thomam aſſertum Orthodoxum illi Eccleſiæ præfici? cum nihil ſit quod dici poſſit, ipſum mutaſſe ſententiam & ad frugem meliorem eſſe converſum, ſiquidem in perſecutione Maximi perſeveraſſe uſque ad obitum reperitur. Verum tunc fuiſſe Thomam Orthodoxum non puto dici aliquo modo poſſe. Certe quidem ex iis quæ de Maximo dicta ſunt, & quæ inferius ſuo loco dicentur, cum longe aliter res ſe habuiſſe inveniatur, convincuntur Acta illa Sextæ Synodi fuiſſe admodum depravata; ſiquidem ipſa facta Thomæ repugnant: etenim ipſum liquet cum Monothelitis contra Maximum ſediſſe: adeo enim res patens eſt, ut ne cum eo communicaret, maluerit ſanctus martyr ſubire martyrium. Hunc ne ergo dixerimus fuiſſe Catholicum, cujus hæreſis Acta Proconſularia coram



Senatu ampliſſimo habita ſatis certum firmumque teſtimonium habent? id quidem inferius ſuo loco patebit.

Verum quæ habent de fide Catholica Thomæ depravata Acta Sextæ Synodi, videamus. In ipſius enim quæ extat Synodi Collatione decimaſexta, dum mentio habetur de epiſtola Catholica ab eo ſcripta ad Vitalianum Romanum Pontificem, ſed cur ad eum mitti minime fuerit facultas, declaratur, ibi ex Georgii Chartophylacis verbis hæc leguntur:

XXXIX. *De Synodica ſcripta a Thoma Epiſc. Conſtantinop.*

*Hic mihi præſto eſt cum his & authentica Synodica bullata, quæ facta ſunt a Thoma ſanctæ memoriæ quondam Patriarcha ad Vitalianum ſanctæ memoriæ quondam Papam Romanum: quæ etiam volens ad eum dirigere, propter impiorum Sarracenorum incurſum aſſidue imminentem (ut noſtis) & obſeſſionem quæ facta eſt per biennium, quo geſſit Epiſcopatum, non valuit dirigere: & hæc ego ſtatim vobis jubentibus profero.* Et paulo poſt juſſa ſunt edi ſcripta Thomæ & ſucceſſorum Patriarcharum, eademque legi: nam inferius: *Accipiens Agatho religioſus lector & Notarius ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopoleos Synodicam authenticam ſanctæ memoriæ Thomæ bullatam, & coram omnibus bullam quæ in eo preſſa fuerat, auferens, reliquit habens in ſuperſcriptione ita: Per omnia ſanctiſſimo ac beatiſſimo & conſacerdoti domino Vitaliano, Thomas indignus Epiſcopus ſalutem.* Hucuſque inſcriptio. Epiſtolæ autem initium eſt: *Qui cuncta ex nihilo quidem ut exiſterent protulit, &c. quod Synodicum collatum eſt cum regeſto, quod protulit Georgius Deo amabilis diaconus & Cartophylax, & conſtitit ab initio uſque ad finem indeminute.* Hucuſque in Actis de Synodali Thomæ in Synodo recita-



ta,

PAGIUS V. *Obitus Petri Epiſc. Conſtant.*

A num. XXXVIII. ad XLI. *Petrus* Patriarcha Conſtantinopolitanus omnium Sancti Maximi tribulationum ac perſecutionum Auctor vixit uſque ad annum ſexcenteſimum ſexageſimum ſextum. Taraſius enim in Actione II. Sextæ Synodi generalis de Monothelitarum hæreſi loquens, ait: *A Petro uſque ad Sextam Synodum non plures anni tranſierant quam quindecim, quinque intermedio eo tempore Pontifices fuerunt, Thomas, & Joannes, & Conſtantinus a prædictis hæreticis fuerant ordinati: nec propterea reprobati ſunt.* Quare cum Synodus illa anno DCLXXX. celebrata fuerit, Petrus anno tantum ſexcenteſimo ſexageſimo ſexto extinctus eſt. Ad hæc Zonaras tradit eum poſt annos Sedis duodecim demortuum eſſe, totidemque anni in Tabulis Theophani inſertis eidem aſſignantur. In editione quidem Chronici Nicephori, tam Scaligeri quam Regia, anni duo & menſes ſeptem *Petro* attribuuntur, ſed ſine dubio errore Librariorum, qui denarium omiſere, & locum depravarunt. Is enim ultra annos undecim & menſes ſeptem vitam protrahere non potuit, ut ex dictis conſtat. Baronius, qui reprehendit *Nicephorum*, quod illum annos duodecim ſediſſe ſcripſerit, videtur nactus eſſe aliquem Codicem *Nicephori* in quo locus ille purus erat; cum *Petrus* annis duodecim incompletis Eccleſiam Conſtantinopolitanam rexerit; ſed quidquid hac de re ſit, certum eſt, Baronium male eidem annos duos tribuiſſe, & *Petrum* ad eum, quem dixi, annum perveniſſe. Ex annis, quibus ejus Succeſſores uſque ad ſextam Synodum, juxta ipſummet *Nicephorum* ſederunt, hujus vel potius Librariorum error ex dicendis manifeſtiſſimus fiet.

VI. *Thomas Vir Orthodoxus in locum Petri hæretici ſubrogatur.*

Ex tam brevi *Petri* Pontificio Baronius intulit, *Thomam* ejus ſucceſſorem perperam in Actis Sextæ Synodi *Catholicum* appellari, & Sanctum *Maximum* ei communicare noluiſſe. At Patriarcha, qui Sanctum *Maximum* perſecutus eſt, & cum quo is communicare noluit, alius non eſt quam *Petrus*, qui poſt S. *Maximi* Martyrium ſuperſtes fuit, & tam *Thomas*, quam *Joannes* & *Conſtantinus*, qui eum excepere, jure merito in Actione XIV. Sextæ Synodi dicuntur *in omnibus immaculati & irreprehenſibiles circa rectam Chriſtianorum fidem*; quod confirmat Sanctus Taraſius loco laudato, ubi dicit, eos reprobatos non fuiſſe, licet ab hæreti-

ta, ſed non integre in iiſdem Actis deſcripta.

XL. Sextæ Synodi acta depravata.

Quod inſuper in iiſdem Synodalibus recitatis Actis Conſtantinopolitana civitas biennali fuiſſe obſidione fatigata traditur, haud mediocrem pariter de impoſtura ſuſpicionem auget: ſiquidem neque Theophanes, qui per annos ſingulos Imperatorum res geſtas recenſuit, neque quiſquam alius Græcorum Hiſtoricorum tantæ rei vel leviter meminiſſe reperitur. Verum iſta toleranda quomodocumque videri poterant, ſi reliqua conſentientia veritati reperta fuiſſent, ut quod dictum eſt de Thoma Conſtantinopolitano Patriarcha poſt Petrum, cui ut hæretico conſtat ſanctum Maximum (ut ex iiſdem Actis apparet) minime communicare voluiſſe; ſed & hæc, ea quæ dicentur ſequenti anno perſpicue demonſtrabunt. Immutata plane fuiſſe Sextæ Synodi Acta a Theodoro Conſtantinopolitano Patriarcha, ex compluribus haud levibus conjecturis ſuo loco, inferius demonſtraturi ſumus: ut plane tu ipſe mireris, conſiderans, ſecundum illud Davidicum, quanta ſit malignatus inimicus in Sancto, quomodo Græcus, impoſtor velut præſtigiis quibuſdam fecerit videri lucem tenebras, & tenebras lucem, malum bonum, & bonum malum tantamque fidem invenerit, ut in hanc diem ſub Sextæ Synodi titulo multa reperiantur intexta mendacia. Sed de his diffuſius ſuo loco.

XLI.

Celebratum eſt hoc eodem anno Toleti Concilium, quod numeratum reperitur decimum, æra nimirum ſexcenteſima

no-

PAGIUS reticis ordinatos. Baronius quidem omnem ingenii doctrinæque vim adhibuit, ut Acta Sextæ Synodi quæ habentur, ſincera non eſſe oſtenderet, licet antiquis Scriptoribus nunquam in mentem venerit, ea aut arguere vitii aut in dubium revocare. Verum hæc ejus opinio non videtur amplius ſuſtineri poſſe; ut ex iis, quæ ſparſim docuimus, evidenter patet. Quoad biennalem obſidionem Civitatis Conſtantinopolitanæ, cujus mentio in Actis Latinis ejuſdem Synodi, ex qua falſitatis eorumdem argumentum deſumit Baronius, quod ſc. Theophanes, & alii Scriptores Byzantini ejus non meminerint, ea quidem obſidio commentitia, ſed nullum ejus in Actis Græcis veſtigium. Quare is error Interpreti Latino tribuendus, ut infra demonſtrabimus.

VII. *Concilium Toletanum X.*

Ad num. XLI. & ſeqq. In Præfatione Concilii Toletani X. legitur, illud habitum, *Die Kalendarum Decembrium, anno octavo glorioſiſſimi Domini & religioſiſſimi Receſuinti Principis, Era DCXCIV.* ideoque currenti anno, quo menſe Decembri Recceſuintus annum Regni octavum agebat. Annum Eræ Hiſpanicæ addititium eſſe inde colligimus, quod Ambroſius Morales illud congregatum aſſerat an. Chriſti DCLVIII. & Vaſæus anno Domini DCLV. Nam ſi annus Eræ notatus fuiſſet in Codicibus hujus Concilii, quibus uſi ſunt, illud a præſenti anno removere non potuiſſent. Eo in Concilio decem capitulis conſtante inter alia decernitur, *Ut ſolemnitas Dominicæ Matris die XV. Kalendarum Januar. omnimodo celebretur, & Nativitas filii ejus Salvatoris Noſtri die octavo Kalendarum earumdem, ſicut mos eſt, ſolemnis in omnibus habeatur*, quia, ut inquiunt Patres prior Feſtivitas non poteſt celebrari condigne, die qua Angelus Virginii Verbi Conceptum nunciavit, interdum ob dies Quadrageſimæ, interdum propter Paſchale Feſtum. Etiamnum ſolemnitas *Annunciationis* celebris eſt die XVIII. menſis Decembris in Eccleſia Toletana, vocaturque *Expectatio Partus*, & in tota Hiſpania colitur ut feſtivus dies.

VIII.

*Sanctus Fructuoſus* ex Complutenſi Abbate Dumienſis Epiſcopus pridem factus, in *Potamii* ab Epiſcopatu Bracarenſi in hoc Concilio depoſiti locum ſubrogatus eſt, eique tanquam Archiepiſcopus Bracarenſis ſubſcripſit. Is inter Hiſpaniæ Viros præcipuos, qui hoc ſæculo floruere, jure merito numerari poteſt, cum præter plurima a ſe constructa Monaſteria, duplicem his Regulam præſcripſerit, quæ adhuc extat. Ex Monaſteriis ab eo ædificatis decem in Actis ejus memorantur, [1] ſed ſedecim numerantur a Tamaio in Martyrologio Hiſpanico. Vita ejus Auctore, ut aiunt, Sancto Valerio Monaſterii Sancti Petri de Montibus Abbate, fere æquali, extat apud Mabillonium Sæculo Secundo Benedictino & apud Bollandum ad diem XVI. menſis Aprilis, quo colitur. Rodericus a Cunha Eccleſiæ Bracarenſis Antiſtes, qui duos de Epiſcopis Bracarenſibus ſcripſit idiomate Luſitanico Tomos, & alium Tractatum Latinum *de Primatu* Bracarenſis Eccleſiæ in Univerſa Hiſpania, aſſerit Sanctum *Fructuoſum* obiiſſe anno ſexcenteſimo ſexageſimo quinto. Certe an. IV. Wambræ Regis, Chriſti DCLXXV. *Leodeciſius* cognomento *Julianus*, Fructuoſi Succeſſor Concilio Bracarenſi III. ſubſcripſit.

*Floret S. Fructuoſus Epiſc. Bracarenſis.*

IX. *Moritur Sigibertus Rex Auſtraſiæ.*

A rebus Hiſpanicis ad Gallicas tranſeo, ad mortem ſcilicet *Sigiberti* Auſtraſiæ ſeu Orientalis Franciæ Regis, & Clodovei II. ejus fratris Neuſtriæ & Burgundiæ Regis; licet enim Baronius de morte illius anno ſequenti, & de Clodovei obitu anno DCLXIV. verba faciat, quia tamen Monarchiæ Clotarii Regis III. quæ ab hoc anno ad DCLX. duravit non meminit, eaque ab aliquibus recentibus Rerum Gallicarum Scriptoribus negatur, ab aliis vero, vel anticipatur vel nimium producitur; noſtra narratio dilucidior erit, ſi Baronii ordinem hac in parte invertamus. *Sigibertus* itaque intelligens mortem ſibi imminere, *Grimoaldi* Pippini Landenſis filii & Præfecti Palatii fidei *Dagobertum* filium ſuum commendans rogavit, ut parvulum Auſtriæ Regem conſtituendum curaret, eſſetque ei tutoris, & parentis loco. Dein *Kalendis Februarii* hujus Chriſti anni mortuus eſt, anno ætatis viceſimo ſexto inchoato, Regni viceſimo tertio.

X. *Ejus virtutes.*

Ejus pietas, liberalitas, ac magnificentia a plu-

NOTÆ [1] Ex *Monaſteriis ab eo ædificatis decem in Actis ejus memorantur &c.* Immo novem: decimum enim Caſtri-leonis Monaſterium ex diſcipulis ejus Theodiſelicus conſtruxit. Vide Acta S. Fructuoſi cap. 2. MANSI



Concilium Toletanum Decimum.

nonageſima quarta, anno autem Recceſuinthi Regis octavo: cui interfuerunt Epiſcopi viginti, vicarii vero ab Epiſcopis abſentibus miſſi quinque; præfuit autem Eugenius Toletanus Metropolitanus. Sancitum primo loco fuit, ut dies feſta Incarnationis Verbi, nempe Annunciationis Deiparæ, celebraretur ante octo dies a Natali Domini; eo quod quando re vera myſterium incidit, Eccleſia vel jejunii pœnitentia, vel celebritate Paſchæ teneri ſoleat occupata. At viſum poſtea ob excellens myſterium nonniſi ea die qua contigit, celebrari debere. His decretis, ſtatuti ſunt a ſacro conventu canones numero ſeptem. Quibus omnibus rite diſpoſitis, cognita eſt cauſa Potamii Epiſcopi Bracarenſis, qui (quod mirum viſum fuit) nemine accuſante, ſe ipſe prodens, abdicanſque, libellum obtulit ſui lapſus & pœnitentiæ: cujus gratia univerſa Synodus in lacrymas converſa eſt. Editum quidem ab eo fuit dignum vere pœnitentis ſpecimen: qui enim a digna ſacerdotis per culpam decidit majeſtate, ſe in pœnitentium numerum volens libenſque conjecit. Sed de his ipſam Synodum audiamus: hæc enim ad finem poſt ſancitos canones habentur de his quæ de ea cauſa locuti ſunt Patres.

De cauſa Potamii Epiſ. Bracarenſ.



XLII.

*Aſſumere poteramus canoram in tantum fraternæ lætitiæ tibiam, quia divina pietas conventum noſtrum ad concordiæ convocaverat ſtudia: & convenerat mœſtitiam vitare, quoniam viſitatione diſciplinæ videbamur paternas regulas innovaſſe. Sed gravius ſiſtrum pro cimbalo ſumimus, & funus pro carmine decantamus, gementeſque cum Hieremiæ* (a) *queſtibus dicimus: Diſſolutum eſt gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctum cho-*

(a) *Thren.* 5.



PAGIUS pluribus laudatæ; nec ullus ex ejus Deceſſoribus plura & majora, imo tanta intra pauciſſimos annos Cœnobia ædificavit, & poſſeſſionibus ac rebus neceſſariis inſtruxit. Epiſcoporum conſiliis præcipue uſus eſt, ex quibus ſuo tempore multi Sanctitate illuſtres floruere. Sepultus eſt *Mettis*, quæ Regni caput, Regumque Auſtriæ Regia erat, in Baſilica Sancti Martini ad radices montis Urbi imminentis poſita, quam ipſe extra muros extruxerat. Verum ſacris ejus pignoribus gaudet hodie Civitas *Nancejana*, quæ Lotharingiæ Ducatus caput eſt. Nomen ejus variis Martyrologiis inſcribitur ad diem primum menſis Februarii, quo Sigebertus in Chronicum e vivis exceſſiſſe teſtatur. Extant duo libri de Vita *Sigiberti Regis*, alter longior, brevior alter atque contractior; quorum prior a *Sigeberto* Cœnobii Gemblacenſis Monacho compoſitus; poſterior ab eodem forſitan in epitomen redactus, certe iiſdem ac prior verbis ſcriptus. Sed cum juvenis eſſet *Sigebertus*, quando libros illos elucubravit, in multos errores incidit, quorum aliquos in ſuo Chronico paucis ante mortem annis exarato emendavit; nec mirum, cum Sigebertus, Chronographus annos ferme quingentos poſt Sigebertum Regem vixerit, eoque tempore, quo res hiſtorica magna caligine circumſepta erat.

XI. *Quot annis regnavit Sigebertus.*

In Vita Sancti Sigiberti ſcribit Sigebertus, eum *obiiſſe Kalendis Februariis, expletis ætatis ſuæ annis XXXI. Regni autem XXVIII. anno ab Incarnatione Domini DCLXII. a tranſitu Sancti Martini CCLXIII.* e quibus characteribus nullus vero conſonat, eo excepto qui de die ejus emortuali eſt. Standum igitur ejus Chronico, in quo ad hunc annum legitur: *Sigebertus Rex Auſtraſiorum moritur, Dagoberto filio ſuo admodum parvulo fidei Grimoaldi commendato, ut in Regnum ejus auxilio promoveatur.* Hæc Epocha firmatur ex Indice ſeu Laterculo Regum Francorum, quod ex Codice Tiliano Ducheſnius Tomo I. Script. Franc. edidit, vocavitque *Chronicon breviſſimum*, ubi Auctor ejus vetuſtiſſimus hæc habet: *Sigobertus nepus ejus* (Clotario II. Regis) *regnavit annos XXIII. Childebertus adoptivus, filius Grimoaldi annos VII.* ſed loco, *annos VII.* legendum, *menſes VII.* Amanuenſes enim menſes verterunt in annos, ſeu M. in AN, quem in errorem eos non ſemel incidiſſe conſtat. Neque *Grimoaldi* tyrannis diutius duravit, quam a menſe Februario uſque ad menſem Auguſtum. Quare cum *Sigebertus* anno ſexcenteſimo triceſimo tertio Franciæ Orientalis Rex renunciatus fuerit, Sigebertus in Chronico mortem ejus cum præſenti anno recte illigavit, nec minus vere Auctor Catalogi Tiliani eum annos XXIII. regnaſſe ſcripſit. Male itaque a recentibus Hiſtoricis Sigiberti mors conſignata, ab Hadriano quidem Valeſio lib. XX. Rer. Franc. anno DCL. a Cointio in Annal. Eccleſiaſt. Franc. anno DCLIV. a Mabillonio Tom. III. Analect. in Diſſert. de *Anno ordinationis & obitus S. Deſiderii Cadurcenſis Epiſcopi*, anno DCLV. & ab Henſchenio in Exegeſi Diatribam Dagobertinam innovante præfixa Tom. III. SS. menſis Aprilis anno, DCLVIII. Hæc ultima opinio cum omni antiquitate pugnat & Monarchiam tam Chlodovei II. quam Clotarii III. evertit. Duas priores annus Sigiberti Regis XVII. cum menſe Novembri in Vita Sancti Deſiderii Cadurcenſis Epiſcopi conjunctus falſas eſſe demonſtrat.

XII. *Grimoaldus Childebertum filium Regem Auſtraſiæ renunciat.*

*Sigibertus* Rex reliquit filium, patris ſui nomine *Dagobertum* appellatum, eumque annos circiter decem natum, & filiam nomine *Bilechildem*, quam poſtea *Childericus* nepos Sigiberti uxorem duxit; quæ omnia infra demonſtrabo. Varia hujus filii fortuna fuit: Auctor enim Geſtorum Francorum, qui Carolo Præfecto Palatii in Francia dominante floruit, cap. 43. ait: *Defuncto Sigiberto Rege, Grimoaldus Major Domus filium ejus parvulum nomine Dagobertum totondit. Didonemque Pictavienſis Urbis Epiſcopum in Scotia* (ita Hibernia olim appellata) *ad peregrinandum eum dirigens, filium ſuum in Regno conſtituens. Franci itaque commoti atque vehementer indignati Grimoaldo inſidias præparant: eumque eximentes ad condemnandum Regi Francorum Clodoveo defertur & Pariſiis Civitate in carcere mancipatus, vinculorum cruciatu conſtrictus, ut erat morte dignus, propter ſcelus, quod in Dominum exercuit, morte vitam finivit.* Huic narrationi lucem affert Auctor Vitæ Sancti Remacli editæ apud Surium Tomo V. *Porro*, inquit cap. 25. *Grimoaldus Major Domus ſub prætextu munerum accipiendorum a Clodoveo fratre Sigiberti Pariſios evocatus; illic* (cum in itinere a Proceribus Francis raptus fuiſſet) *retentus eſt*,

id

*rus noſter. Unde & Væ, coram nobis conſpicimus: quoniam cecidiße coronam capitis noſtri videmus, dum tam nobile in infimum corruit, quod in tam ſublime ſanctitatis optimum ſtetit. Ecce etenim tractantibus nobis in pace Dei de Eccleſiaſticis regulis, delatum eſt conventui noſtro epiſtolium confuſæ confeſſionis & abolendæ ſubſcriptionis, quod Potamius Bracarenſis Eccleſiæ Epiſcopus de factis propriis, ſuiſque verbis annotarat & articulis. Quo reſerato, quid obliteranda pagina & abolenda litterarum panderent elementa, fletibus potius quam ſermonibus lacrymoſa concio recenſuit. Tunc ſolitarie tantum ſecretimque adunatis Pontificibus Dei, prædictum Epiſcopum adeſſe coram nobis fecimus.*

Potamius ſui proditor lapſus.

XLIII. *Quem ſingultibus aggredientes amplius quam loquelis, reſeratam illi ſuæ deformitatis noſtræ confuſionis ſcripturam protulimus. Quam accipiens & recurrens, ſciſcitantibus nobis, utrum ſui operis & ſuæ annotationis intimatio eſſet, ille ſuum actum, ſuique oris eloquium, ſuorum quoque digitorum eſſe robur aſſeruit, quod illic relegendo pervidit. Rurſum divini nominis conteſtatione hunc adiurantes, obteſtati ſumus, ut an de ſe ſponte mendacium diceret, aut alicujus violentia premeretur, & perterritus talia enarraret, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce, luminibuſque ploratu madentibus, & fragore ſingultuum cum unius Dei nominis juramento clamavit, ſe & vere eadem mala de ſe confiteri, & ad hæc confitenda nulla ſe violentia prægravari. Unde etiam ferme per novem menſes ſponte deſeruiſſe regimen Eccleſiæ ſuæ, & ergaſtulo quodam pro admiſſo flagitio acturus pœnitentiam*

PAGIUS id eſt, in carcerem truſus. Henſchenius quidem citatus contendit, *Clodoveo* Regi demortuo *Sigibertum* Regem biennio ſuperſtitem fuiſſe, eo anno DCLVIII. prærepto *Grimoaldum* anno inſequenti Pariſios deductum, ibique per varios cruciatus vitam finiviſſe; quo pacto non ſolum *Clodovei* II. & *Clotarii* Monarchiam evertit; ſed etiam meris conjecturis fretus poſt annos mille in dubium revocat, quod veteres omnes Hiſtorici diſertis verbis aſſeruere, *Clodoveo* ſcilicet regnante, *Grimoaldum* pœnas dediſſe. Id etiam teſtantur Auctor Vitæ Sancti Boniti Arvernorum Epiſcopi Synchronus, Sigebertus tam in Vita Sancti Sigiberti, quam in Chronico, Herigerus Abbas Laubienſis lib. 1. de Vita S. Urſmari Abbatis apud Mabillonium Sæculo III. Benedictino in fine Primæ Partis, Auctor Chronici Engoliſmenſis, Scriptor Vitæ recentioris Sancti Romarici. Scriptor Vitæ S. Theodardi Epiſcopi Trajectenſis, cujus verba recitat Baronius anno DCLVIII. num. V. Flodoardus, cujus verba mox in medium adducam, aliique.

XIII. *Adoptio Childeberti fictitia.* Auctor Catalogi Tilienſis de *Childeberto*, quem *Grimoaldus* pater poſt Sigiberti mortem in Regnum Auſtraſiæ ſublimavit, inquit: *Childebertus adoptivus* (id eſt Sigiberti) *filius Grimoaldi*, (genuinus & naturalis) *regnavit annos VII.* ſed legendum, *menſes VII*, ut ſupra dixi. *Childebertum* adoptivum vocat, non quod vere adoptatus fuerit a Sigiberto, ſed quia *Grimoaldus* adoptatum fuiſſe finxit. Verum, nec Auctor Geſtorum Francorum, nec ullus Antiquorum hujuſmodi adoptionis meminit. Nam quo pacto *Sigibertus* Rex de adoptando ex aliena ſtirpe filio cogitaſſet, qui filium ex *Immichilde* legitima uxore habebat? *Grimoaldus* itaque perfide finxit, *Childebertum* a *Sigeberto* Rege adoptatum; nec quiſquam e Proceribus Auſtraſiis ejus conſilii adverſari auſus eſt, aut potuit; potentiam enim hominis diuturnitate temporis ac adoleſcentia Principis auctam ſtabilitamque metuerunt; præterquamquod qui *Pippino* Grimoaldi patri amici fuerant, faverunt filio pluribus animi dotibus prædito. Poſteriorum tamen ſæculorum Scriptores, uti Sigebertus in Vita S. Sigiberti & in Chronico, aliique paſſim, hanc adoptionem, quaſi vere facta fuiſſet, memorarunt; qua in re non audiendi.

XIV. Omnes Auſtraſiæ Proceres ac etiam Epiſcopi Sanctitate eminentes *Childebertum* Regem agnoverunt; nam Flodoardus lib. 2. Hiſt. Eccleſiæ Rhemenſis cap. 7. de Nivardo Metropolitano Rhemenſi loquens, inquit: *Præceptum etiam immunitatis a Childeberto Rege ſuper teloniis, & quibuſdam tributis Eccleſiæ Rhemenſi obtinuit.* Colvenerius ſuper ora Libri Flodoardi editi Duaci repoſuit, *Childebertus III.* verum ſi filium Theodorici III. intellexit Colvenerius, valde hallucinatus eſt; *Nivardus* enim obiit annis triginta antequam Childebertus III. Regna Francorum capeſſiviſſet. Ipſe *Grimoaldus* munificus fuit erga Nivardi Eccleſiam; *Hujus etiam tempore*, ait Flodoardus cap. citato, *tradidit Grimoaldus Vir Illuſtris Sancto Remigio villas ſuas Calmiciacum*, (Gallice Cormici) *& Victoriacum* (Gallice Witri) *pro anima ſuæ remedio.* Poſtea, ut aſſerit Flodoardus lib. 2. cap. 11. *Rigobertus* Epiſcopus Rhemenſis Præceptum ſeu Diploma obtinuit confirmationis a Theoderico Rege (tertio ſcilicet, non IV. ſeu Calenſi ſub quo Rigobertus exulabat) *ſpecialiter pro villa Calmiciaco, quam Grimoaldus Vir Illuſtris Eccleſiæ Rhemenſi contulerat.* Teſtatur ibidem Flodoardus Regalium præceptionum Monimenta *adhuc* (ævo ſcilicet ſuo) in Archivo Rhemenſis Eccleſiæ conſervata fuiſſe. Interim *Clodoveus* II. Neuſtriæ & Burgundiæ Rex videns ſe fratris hæreditate privari, tantique Regni faſtigium in privatos humeros ruere, quod fratre orbo moriente non ad alium, quam ad ipſum aut liberos ſuos pertineret, hoc demum conſecutus eſt, ut ad ſe Pariſios *Grimoaldus* audiendus damnanduſque perduceretur, ut ſupra dixi; & licet Veteres Hiſtorici noſtri quid de *Childeberto* ejus filio factum ſit, non referant, nequaquam dubitare debemus, inquit Hadrianus Valeſius citatus, quin ab Auſtraſiorum Optimatibus una cum patre comprehenſus, Regio ſolio dejectus, & aut Clericus factus, aut etiam occiſus fuerit.

*Childebertus in Auſtraſia regnat.*

XV. *Clodoveus II. Monarchiam Francorum obtinet.* Auſtraſii; qui *Childebertum* Regali ſolio deturbarant, & *Grimoaldum* patrem ejus Pariſios ad *Clodoveum* adduxerant, huic, ſeu proximo defuncti Regis Sigiberti ſui agnato ac hæredi, Regnum Auſtriæ nomine popularium videntur detuliſſe; propterea quod forſitan quam in Regionem relegatus eſſet a *Grimoaldo* Dagobertus Sigiberti filius, ignorabant. *Dagoberto* tonſo ac in Hiberniam inſulam relegato, quo tempore quave ratione in Regnum Auſtraſiæ ſit reſtitutus, ſuo loco dicemus. *Clodoveus* Auſtriam poſt Grimoaldum ac Childebertum oppreſſos obtinuit



*tiam ſe concluſiſſe, edixit. Tunc per fidelem confeſſionem ejus agnito quod tactu femineo ſorduiſſet, & declarato: licet hunc paterna antiquitas ſacris regulis deiicere ab honore decernat; nos tamen miſerationis jura ſervantes, non abſtulimus nomen honoris, quod ipſe ſibi ſui criminis confeſſione jam tulerat: ſed valida auctoritate decrevimus, perpetuæ pœnitentiæ hunc inſervire officiis & ærumnis: providentes, melius illum per aſperam & dumoſam ire pœnitentiæ ſolitudinem, ut quandoque perveniret ad refrigerii manſionem, quam relictum in voluntatis ſuæ latitudine, ad præcipitium deiici æterna damnatione.*

XLIV. Fructuoſus in Potamii locum ſuffectus. *Tunc vero Fructuoſum Eccleſiæ Dumienſis Epiſcopum communi omnium noſtrum electione conſtituimus Eccleſiæ Bracarenſis gubernacula continere: ita ut omnem Metropolim provinciæ Gallæciæ, cunctoſque Epiſcopos, populoſque conventus ipſius, omniumque curam animarum Bracarenſis Eccleſiæ gubernandam ſuſcipiens, ita componat atque conſervet, ut & Dominum noſtrum de rectitudine operis ſui glorificet, & nobis de incolumitate Eccleſiæ ejus gaudium præſtet. Quia vero ad futura proſpicere convenit, ne exoriri poſſit in ſtatu pacis quædam commotio litis: Patrum ſententiam, quæ jam dictum Potamium Epiſcopum rectitudine damnat, huic decre-*

PAGIUS nuit, cum in Neuſtria dudum Burgundiaque regnaret; & quemadmodum patri ipſius Dagoberto, avoque Clotario II. contigerat, totam Franciam, dum vixit, poſſedit, menſe Auguſto, qui ſeptimus eſt a morte Sigiberti Regis abſque bello Monarchiam adeptus. Tumultus tamen quoſdam excitatos eſſe in Campania, quos brevi & nullo negotio repreſſit, diſcimus ex Flodoardo lib. 2. cap. 7. ubi ſcribit: *Ludovicus quoque Rex* (Clodoveus ſcilicet) *ſub Eccleſiæ ſuæ* (Rhemenſis) *nomine res quaſdam in Malliaco ſuper fluvium Vidulum* (Gallice Mailli ſur Veſle, vico ſito ſupra Urbem Rhemenſem) *quas quibuſdam Infidelibus ſuis ejectis receperat*, AUCTORITATIS SUÆ PRÆCEPTO conceſſit, ſcilicet *Nivardo* Rhemorum Epiſcopo. Ex hoc Præcepto, quod in Archivis Rhemenſibus ſervatum viderat Flodoardus, invicte demonſtratur, *Clodoveum* II. in Campania Rhemenſi ſupremam obtinuiſſe poteſtatem, & idcirco Monarcham extitiſſe.

XVI. *Moritur Clodoveus totius Franciæ Monarcha.* Verum *Clodoveus* II. brevi tribus Franciæ Regnis potitus eſt; hoc enim anno vitam cum morte commutavit, poſtquam regnaſſet annos decem & octo, ac aliquot menſes; cum, ut ſupra oſtendimus, menſe Auguſto de *Grimoaldo* & *Childeberto* Pſeudo-Rege ſupplicium ſumſerit, & menſe Januario anni DCXXXVIII. Regnum inierit. Annos ei XVIII. aſſignant Continuator Fredegarii cap. 91. Monachus Sandionyſianus capp. 51. & 52. Auctor Chronici Muſciacenſis, quod vulgo Moiſacenſe appellant, Scriptor Anonymus poſterioris Vitæ S. Wandrageſili Abbatis Fontanellenſis, Hermannus Contractus, & alii: hoſque *annos XVIII. in Regni adminiſtratione completos* fuiſſe, diſerte tradunt Auctores Chronicorum Divionenſis S. Benigni, Beſvenſis Abbatiæ, & aliorum. In Vita Sanctæ Bathildis leguntur tantum *an. XVII.* ſed Interpolator, qui eam ex priori deſcripſit, in eo, ſicuti & in quibuſdam aliis, erravit. Erravunt etiam Auctor de Geſtis Francorum cap. 44. Erchanbertus, & Recentiores, qui illos ſecuti ſunt: cum illum annos XVI. Regem fuiſſe ſcribunt. *Clodoveum* II. ad hunc uſque annum perveniſſe, duo argumenta demonſtrant. Prius deducitur ab annis quatuor, quos Auctor de Geſtis Francorum, Continuator Fredegarii, Hermannus Contractus, Sigebertus, cæterique Veteres Hiſtorici *Clotario* III. ejus filio tribuunt; quos Recentes Rerum Francicarum Scriptores ante Hadrianum Valeſium ad unum omnes ſecuti ſunt. Poſt quem tamen annos quatuordecim *Clotarium* regnaſſe, Vetereſque qui eidem annos tantum quatuor attribuere, graviter erraſſe, communis conſenſus fuit. Sed nec Hadrianus Valeſius, nec aliquis ex Recentioribus vulgaris illius erroris originem detexit. Auctor quidem de Geſtis Francorum cap. 45. ſcribit: *Clotarius Rex puer obiit, regnavitque annis quatuor*: Continuator vero Fredegarii cap. 93. ait: *Clotarius obiit in juventute regnavitque annos quatuor*: verum uterque id de annis ejus Monarchiæ dumtaxat intellexit; & prior per pueritiam aliud non deſignat quam quod poſterior per juventutem: *Clotarius* enim anno ætatis circiter decimo octavo mortuus eſt; ea ſcilicet ætate, quam qui attigere, aut etiam egreſſi ſunt, vocantur ab Antiquis, modo *pueri*, modo *adoleſcentes*, modo *juvenes*. Sed Sigebertus, Hermannus Contractus, aliique, cum non animadvertiſſent utrumque Hiſtoricum loqui tantum de annis ejus Monarchiæ, arbitrati ſunt, eoſdem locutos de annis, quibus in univerſum *Clotarius* Principatum obtinuit, aliiſque omnibus idem perſuaſere uſque ad noſtra tempora. Quare cum Monarchia *Clotarii* quadriennalis fuerit, ut uterque Anonymus nos edocet, annoque ſexcenteſimo ſexageſimo *Childericus* Auſtraſiæ Rex renunciatus ſit, manifeſtum eſt, *Clodovei* mortem a præſenti anno removeri non poſſe.

XVII. *Secundæ Novembris hebdomada adhuc in vivis erat.* Secundo, Mabillonius in Differt. *de Anno mortis Dagoberti primi & Clodovei Junioris*, quæ Tomo III. Analect. legitur, veterem inſcriptionem in lucem protulit, ex qua ineluctabile argumentum eruit de anno mortis Clodovei Junioris, adeoque & Dagoberti primi. Inſcriptio hæc lib. 1. de Vita B. Joannis Abbatis Reomaenſis a Jona Abbate præfixa eſt, quam cum ſuis nævis ex Codice Foſſatenſi repræſentat: *Anno centeſimo poſt explicionem numeri Sancti Victori Epiſcopi Ciclum recapitulantem, anno tertio Domni* CLOTARII REGIS *indolis ex juſſo ipſius Principes, vel Genitrice ſua præcelſa Domna* BATHILDÆ *Regina, cum ad Urbem Cabalonnenſem noni menſis ſecunda ebdomada* JONAS *Abbas per Riomas Sancti Johannis Monaſterio præteriens, paucis diebus inibi pro labore itineris quievit*, &c. Non dubium, quin integra inſcriptio ſit ipſius Jonæ, qui in B. Joannis anno mortis deſignando calculum itidem Victorii, ſicut in hac inſcriptione, adhibuit. Ex ea deducit Mabillonius, *Clodoveum* II. præſenti anno naturæ debitum ſolviſſe; cum *Clotarius* III. ejus filius anno ſexcenteſimo quinquageſimo nono tertium Regni numeraverit. Certum eſt enim eo Chriſti anno centeſimum. ſecundæ Periodi Victorianæ in curſu fuiſſe: *Victorius* quippe Cyclum ſuum quingentorum & triginta duorum annorum

*creto connectere, noſtra vigilantia procurat.*

Potamius ex recenti canone redargutus.

Hic advertendum eſt, citatum & recitatum canonem ad condemnationem Potamii, non aliquem fuiſſe ex canonibus pœnam infligentibus ejuſmodi lapſis, ſed canonem Concilii Valentini Galliæ, quo tractatur de eo qui ſua ſponte proderet culpam, qui omnino damnandus eſſet: nam ſive re vera peccatum admiſiſſet, ob peccatum puniendus; ſi vero non admiſiſſet ob id quod ſe mendacio infamaſſet, gravius plectendus foret. Sunt enim hæc verba canonis:

XLV. Canon de clericis publice ſua crimina prodentibus.

*Quicumque ſub ordinatione vel diaconatus vel presbyterii vel Epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos a ſupradictis ordinationibus ſubmovendos, reos ſcilicet vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis. Neque enim abſolvi poteſt is qui in ſe ipſum dixerit, quod dictum in alios puniretur: quoniam omnis qui ſibi fuerit mortis cauſa, major homicida fit.* Tu vero conſule a nobis ſuperius ſuo loco dicta in eodem canone Concilii Valentini. Habent eadem Acta hæc infra: *Factum eſt decretum ſub die Kalendarum Decembris, anno feliciter octa-*

PAGIUS

rum incipit a Kalend. Januarii anni Eræ Dionyſianæ viceſimi octavi, ut Tomo priori hujus Operis oſtendi; ideoque anno ejuſdem Eræ DLIX. definit, & ſecunda Periodus Victoriana anno inſequenti exorditur, cujus ideo annus centeſimus convenit in annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum nonum. Fallitur enim Mabillonius in eo quod exiſtimat, *Victorium* annos Magnæ ſuæ Periodi a Paſchate inchoare: illum quippe eoſdem a Kalendis Januarii deducere, anno DCCXXXVI. patefaciam: quare ex ea inſcriptione intelligimus etiam, Clodoveum II. vixiſſe adhuc hebdomada ſecunda menſis Novembris in ordine menſium noni, a quocumque menſe vel die annus exordiretur, ideoque nihil refert quod Victorius Periodum ſuam a menſe undecimo Januario ſc. auſpicatus *fuerit*; alioquin *Clotarius* III. ejus filius ac Succeſſor ſecunda hebdomada menſis Novembris anni ſexcenteſimi quinquageſimi noni quartum Regni annuum jam numeraſſet. Hæc obſervatio ad varia Clotarii III. Diplomata, ſuis annis reddenda conducet.

XVIII. *Annus ejus mortis magis confirmatur.*

Denique in Vita Sancti Wandregiſili Abbatis dicata Sancto Lanтberto ejus Succeſſori, & ſcripta ab Auctore Anonymo coævo, quæ extat apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino, legitur: *His diebus, anno VII. tertii Regis Lotharii qui erat regiminis prædicti patris annus decimus quintus, iſdem Vir Domini ad eundem Regem acceſſit, & Privilegium Regiæ confirmationis ſuper area præfati Cœnobii liberaliſſima datione ſuſcepit.* Annus XV. Wandregiſili Kalendis Martiis anni DCLXII. inchoatus eſt, ideoque & ſeptimus Clotarii III. Regis. Quare is anno currenti Regnum inierat; & quidem poſt diem XXII. menſis Julii, ut hoc argumento oſtendo. *Vvandregiſilus* anno DCLXVIII. die XXII. Julii undecimo Clotarii III. Regis anno, ut infra videbimus, ad Deum migravit, ideoque anno DCLXVII. poſt diem XXII. menſis Julii, duodecimum Regni annum inchoaturus erat, quia ſcilicet currenti anno poſt eum diem ac menſem Clodoveo II. patri ſucceſſerat: indeque certa & indubitata eſt ratio, quam Mabillonius ex prædicta Jonæ inſcriptione deſumit; ex qua & liquet, *Dagoberti* Regis hujus nominis primi mortem anno DCXXXVIII. contigiſſe, ab eoque Chriſti anno *Clodovei* II. annos proficiſci, cui Epochæ præcipua pars Chronologiæ Francicæ hujus ſæculi innititur.

XIX. *Tres liberos reliquit.*

Vixit *Clodoveus* II. annos viginti tres: natus enim erat anno *XII.* Regni Dagoberti patris, ut ſcribit Fredegarius cap. 76. anno ſc. Chriſti DCXXXIII. Ex *Bathilde* Regina tres reliquit filios, *Clotarium*, *Childericum*, & *Theodoricum*. Erant omnes admodum infantes, quantum ex ætate *Clodvei* ipſorum parentis intelligi poteſt: prior vix quimus, poſterior quadrimus, aut etiam trimulus. Dagoberti filii *Sigibertus* ac *Clodoveus* Francorum Reges a fortitudine Majorum plurimum degenerarunt, ac tum primum Majores Domus ſub ſpecie adminiſtrationis Palatii Regnum ipſum adminiſtrarunt, ac nudo inanique nomine Regio pueris Principibus relicto ſummam virium potentiamque Regalem occuparunt, ut ex dicendis manifeſtum fiet.

XX. *Clotarius in univerſa Francia regnat.*

*Clotarium* natu maximum poſt *Clodoveum* patrem in univerſa Francia regnaſſe, deducitur ex Auctore de Geſtis Francorum & Continuatore Fredegarii, qui Regno ejus annos quatuor aſſignant, licet certum ſit, eum annum Regni quartum decimum attigiſſe, quia ſcilicet uterque Auctor ſermonem tantum habet de tempore quo tribus Franciæ Regnis dominatus eſt, ut ſupra expoſui. Præterea *Childericum* ejus fratrem anno tantum ſexcenteſimo ſexageſimo poſt diem viceſimum quintum menſis Julii Regem Auſtraſiæ renunciatum fuiſſe infra demonſtrabimus. Quamobrem ante annum illum *Clotarius* tria Regna obtinebat. Tertio Anonymus ipſe coævus qui Vitam Sancti Wandregiſili Abbatis ſcripſit, & Lamberto tunc Epiſcopo Lugdunenſi dicavit, num. XV. habet: *Poſtquam vita deceſſit Hlodoveus Rex, remanſit Bathildis Regina cum tribus filiis Hlothario videlicet, Hilderico ac Theodorico, ex quibus Hlotarius, qui major natu erat, faſtigium adeptus eſt Regni.* Denique Mabillonius in Supplemento tertii Sæculi Benedictini parte II. pag. 618. producit Diploma Clodovei III. in quo hic Rex teſtatur, ſibi exhibitum fuiſſe Præceptum *Clotari avunculi ſui*, quo Monachis Dionyſianis confirmaverat centum ſolidos annui redditus percipiendos ex fiſcali & regio patrimonio Urbis *Maſſiliæ*: *Maſſiliam* vero ad Auſtraſiæ, non vero ad Neuſtriæ Reges, pertinuiſſe Hadrianus Valeſius & Cointius ſub ſingulis Auſtraſiæ Regibus, quibus Maſſilia paruit, certis argumentis oſtendunt.

XXI. *Oſtenditur Clotarium Dominum fuiſſe Auſtraſiæ.*

Cum *Childericus* Auſtriæ Rex impoſitus eſt, ipſi Aquitania Auſtraſiaca & Provincia Maſſilienſis ceſſere, cui eidemque Urbi *Childericus* præfecit *Bonitum* ab Arverna Civitate oriundum, ut teſtatur Childerico coævus vel ſuppar Auctor Anonymus Vitæ ejuſdem Sancti Boniti. Childericum *Maſſiliæ* regnaſſe, docet Nummus, cujus antica pars exhibet ejus effigiem cum hac inſcriptione; CHILDERICUS REX; poſtica Crucem globulo ſuperpoſitam cum hac epigraphe, MASSILIÆ CIVITATIS Subter Crucis brachia exaratæ ſunt hæ duæ literæ M. & A. quidam volunt eas ſignificare *Maſſiliam*; ſed vana hæc conjectura, cum nomen Civitatis, nulla prætermiſſa littera, ibidem integrum deſcriba-



*octavo regni glorioſiſſimi domini noſtri Receſuinthi Regis.* Quod ad eumdem Potamium ſpectat, interfuerat ipſe octavo Concilio Toletano, ſederatque quarto loco in conſeſſu quinquagintaduorum Epiſcoporum, auctorque cum aliis fuerat, ut ſanciretur canon (a) adverſus carnis inquinatione pollutos, quos Epiſcopi deberent inquirere, eoſdemque ſevere corrigere, ne quid hujuſmodi admiſſum audiri poſſet: cujus memor tantus Epiſcopus, in ſe ipſum ſtatutam in eos pœnam ſponte convertit, dignum vere pœnitentis edens exemplum.

(a) *Conc. Tol.8. c.5.*

XLVI. De S. Fructuoſo Epiſcopo Bracarenſi.

Sed & illud (ut vidimus) bene conſultum fuit, ut ſancta Synodus in locum lapſi Epiſcopi ſubſtitueret ſanctiſſimum ſacerdotem Fructuoſum, de quo hæc in Notis ſuis doctiſſimus Garſias: *Fructuoſus ex regio Gothorum ſanguine ortus, Ducis filius, Epiſcopi Palentini Tonantii diſcipulus, multorum monaſteriorum conditor & pater, ex Complutenſi Abbate, cum monaſterium exædificaverat ad Virgidienſem tractum Juſti & Paſtoris martyrum nomine, Dumienſis Epiſcopus creatus in Potamii dejecti locum ſubrogatus, Bracarenſis Eccleſiæ curam ſuſcepit; Actis hujus Concilii,* nempe Toletani noni, *poſt Eugenium Toletanum & Fugitivum Hiſpalenſem ſubſcribit. Ejus memoria cum ſanctitatis opinione a populis Bracarenſibus & Compoſtellanis colitur, feſto die dicato ad ſextumdecimum Kal. Maii. Corpus ejus a monaſterio ab ipſo exædificato inter Dumium & Bracaram ſepulturæ mandatum, poſtea a Gelmeride primo Compoſtellæ Archiepiſcopo Com-*

PAGIUS

batur, & in Nummis ſimilis tautologia non reperiatur. Quare hæ ſunt monetariorum notæ. Refert hoc Numiſma Claudius Bouterous in Tractatu de *Vetere Francorum Moneta*. Ad Regnum itaque Auſtraſiæ pertinebat *Maſſilia*, in qua cum *Clotarius* Dominium exercuerit, non ſolum Neuſtriæ & Burgundiæ; ſed etiam Rex Auſtriæ fuit. Hinc idem Bouterous refert aliud Numiſma ſeu Tremiſſum aureum, in cujus antica legitur, CHILDERICUS REX, in poſtica, CHLOTARIUS REX, & pars antica caput exhibet *Chiderici* Regis, poſtica Crucem, ſubter cujus brachia ſunt illæ duæ litteræ M. & A: inferius hæ quinque, CONOB. Hinc liquet, inquit Cointius anno DCLXVIII. num. XXII. *Maſſiliæ* Dominos ſimul fuiſſe Clotarium & Childericum, quorum ille Burgundiæ Rex erat, hic Auſtraſiæ. Imo ſi nummus hic Maſſiliæ cuſus, ſolus *Childericus* eadem Urbe potitus eſt; cum ejus ſolius in antica Caput exprimatur; & in poſtica nomen ſolum *Clotarii*. Si duo fratres Maſſiliæ Domini fuiſſent, nonne potius Caput *Clotarii*, utpote ſenioris, in antica inſculpi debuiſſet relicta poſtica nomini *Childerici*, qui junior erat? Quod ſi hoc Numiſma in aliqua alia Civitate percuſſum fuerit, nihil inde contra noſtram explicationem inferri poteſt: cur enim illud & ſimilia exarari non potuerunt in honorem duorum Regum fratrum ſub tutela *Bathildis* matris pacifice viventium?

XXII. *Negantes Clotarii III. Monarchiam refelluntur.*

Henſchenius loco laudato, & in Vita Sancti Sigiberti Regis, ad diem primum menſis Februarii, in Commentario prævio, & Hadrianus Valeſius lib. XX. contendunt, *Clotarium* nunquam univerſæ Franciæ præfuiſſe, hoc præcipue fundamento, quod Auctor Anonymus libelli de Vita Sanctæ Bathildis Clotarii & Childerici matris, haud multo poſt ejus obitum compoſiti ſcripſerit, mortuo Clodoveo Rege, filium ejus *Clotarium*, Francos, hoc eſt, Neuſtraſios regendos illico ſuſcepiſſe, & Auſtraſios, opera Balthildis Childericum Regem ſalutaſſe. Verum is Anonymus contrarium aſſerit. Hæc ejus verba: *Deo jubente Rex Clodoveus Vir ejus migravit a corpore, relictaque ſobole filiorum cum matre, ſuſcepit illico poſt eum filius ejus Clotarius quondam* (ut ſc. alias fuerat) *Francorum Regnum. Tunc etenim præcellentibus Principibus Chrodoberto Epiſcopo Pariſiaco, & Domno Audoeno, ſeu & Ebroino Majore Domus, cum reliquis Senioribus, vel cæteris quamplurimis, & Regno quidem Francorum in pace conſiſtenti. Tunc enim nuper & Auſtraſii pacifico ordine ordinante Domina Balthilde per conſilium quidem Seniorum receperunt Childericum filium ejus Regem Auſtri, Burgundiones vero & Franci facti ſunt uniti. Et credimus, Deo gubernante, juxta Domnæ Balthildis magnam fidem, ipſa tria Regna tunc inter ſe tenebant pacis concordiam.* Alius Anonymus, qui eam Vitam Sanctæ Bathildis ſtuduit aliquanto curatius limare, ultima verba ſic refert, *Cum reliquis Senioribus vel cæteris quam plurimis Regni honorem quærentibus, ad regimen Francorum in pace conſtituitur. Auſtraſii quoque pacifico ordine, faciente Dominæ Balthilda, (per conſilium quidem Seniorum) receperunt filium ejus Childericum Regem in Auſtraſiam, factique ſunt Burgundiones & Franci ex illo tempore uniti. Et credimus quia, Deo gubernante, juxta Dominæ Balthildis magnam fidem accidit, ut ipſa tria Regna, quæ anteæ diſſidebant diſcordia, tunc inter ſe tenerent pacis concordiam.*

XXIII. *Verba ex Vita S. Bathildis deſumtæ explicantur.*

Verum illo textu tempora notantur multum diverſa; cum enim *Clodoveus* Rex obiit, non *Ebroinus*, ſed *Erchinoaldus* Majoratum tenebat, eique *Ebroinus* ſucceſſit. Quare ſenſus Anonymi eſt, mortuo *Clodoveo*, *Clotarium* ejus filium illico Regnum ſuſcepiſſe, rexiſſeque pacifice; tum quia publicæ tranquillitati *Ebroinus* Major Domus, *Audoenus* Epiſcopus Rotomagenſis, *Chrodobertus* Epiſcopus Pariſienſis, aliique plurimum ſtuduerunt; tum quia tumultuantibus Auſtraſiis, Regemque, cui ſolæ Ditiones Auſtraſianæ ſubjacerent, poſcentibus, datus eſt illis poſt annos quatuor *Childericus*, non vero ab obitu Clodovei; quod ſuadet vox *nuper*, qua prædictus Anonymus utitur. Uno verbo Anonimus, quæ variis temporibus contigere, ad Sanctam *Bathildam* commendandam, uno tenore recitat.

XXIV. *Obitus Erchinoaldi Majoris Domus.*

Eodem, quo Clodoveus II. anno, *Erchinoaldus* Major Domus Palatii vita functus eſt. Continuator enim Fredegarii cap. 92. Clodovei morte narrata, ait: *Eodem quoque tempore mortuus eſt Erchenualdus Major Domus Palatii. Franci autem in incerto vacillantes accepto conſilio Ebruinum in hujus honorem ac dignitatem ſtatuunt.* Antiquior Anonymus in libro de Miraculis Sancti Furſei refert, *Erchinoaldum* Eccleſiam in villa, *cui Perona vocabulum eſt*, *magno opere* conſtruxiſſe, in eaque ſepultum eſſe Sanctum *Furſeum*; & poſterior Anonymus in libro de Miraculis Furſei teſtatur, Eccleſiam illam ab Epiſcopis Eligio No-

vio-

*Compoſtellam tranſlatum, ubi magna populi veneratione colitur.* Hactenus ipſe. Sic igitur magna conſideratione a Patribus factum, ut in locum ubi S. Eccleſia atrox vulnus acceperat, tanti ſucceſſoris ornamento eam, quæ irrogata videri poſſet, deleret infamiam. Porro ejuſdem S. Fructuoſi memoria in Romano Martyrologio recenſita anniverſaria die publico præconio in Eccleſia una cum aliis ſanctis recepta eſt ſextodecimo Kal. Maii.

Re-

PAGIUS viomenſi & Autberto Cameracenſi dicatam fuiſſe. Eccleſia Sancti Furſei hodie eſt Collegiata intra pomerium Urbis Peronæ. Cointius *Erchinoaldi* mortem anno DCLIX. electionem vero Ebroini anno DCLX. collocat: Verum Sancti *Dalfini* Epiſcopi Lugdunenſis cædes, quæ tardius quam anno DCLVIII. patrari non potuit, *Ebroinum*, cujus juſſu *Dalfino* mors illata, jam eo anno Majorem Palatii fuiſſe oſtendit, ut eo anno monſtrabimus, idque Cointium tandem agnoviſſe videbimus, licet ſuam de anno mortis *Erchinoaldi* ſententiam retractare non meminerit.



I. Redemptoris adeſt annus ſexcenteſimus quinquageſimusſeptimus, Indictione decimaquinta anno ſuperiori jam inchoata: quo S. Maximus, ejuſque diſcipuli ab exilio Conſtantinopolim revocantur ad quæſtiones, ad dicendam rurſus cauſam de his, quibus a pluribus idem Maximus & diſcipuli accuſarentur: hic prætextus erat, cum re vera illud agerent perfidi Monothelitæ, ut eos a Catholica fide divellerent, & ſuæ ipſorum hæreſi ſociarent: quod alias ſæpe tentatum ab ipſis, ſatis ex Actis eſt demonſtratum. Sed cum id diu multumque adverſarii fruſtra tentaſſent, tandem eo furoris adacti ſunt, ut ſanctiſſimi viri jam decrepitæ ſenectutis etiam Angelis reverendi radicitus linguam præciderint, & manum dexteram crudeliſſime amputarint, parique ſupplicio alterum ejus quoque diſcipulum affecerint. Eſt de his veterum omnium ſcriptorum aſſertio, præcipue vero ejus vitæ Actorum, necnon Theophanis, & aliorum Græcorum hiſtoricorum, ſimulque etiam Latinorum: ſed & publica præconia Eccleſiaſtica (a), quibus in ipſorum natali die, anniverſaria commemoratione, eorumdem martyrium prædicatur, id ipſum tradunt.

Maximi conſummatio Martyrii.

(a) *Martyrol. Rom. die 13. Auguſt.*

II. Quomodo autem iſta ſe habuerint, ex dictis Actis publicis ſumma fide exceptis prodenda erunt, ſed primum omnium quæ ſpectant ad temporis rationem ſtabilienda. Hæc quidem facta eſſe hoc ipſo anno, inde certum deducimus argumentum, quod in iiſdem publicis Actis numerentur anni vigintiduo ab eo tempore quo Sarraceni pervaſerunt Ægyptum, uſque ad tempus quo Maximus ab exilio revocatus Conſtantinopolim judicio ſiſtitur; cum ex Theophane & aliis dictum ſit ſuperius, ea de Sarracenis Ægyptum invadentibus facta eſſe anno vigeſimoſexto Heraclii Imperatoris, qui numeratur Redemptoris annus ſexcenteſimus trigeſimusquintus: cui ſi addantur anni vigintiduo, plane ad hunc ipſum Domini annum ſexcenteſimum quinquageſimum ſeptimum pervenies. His de temporis ratione elucidatis, jam ipſa Acta recenſeamus, prodita (ut ſæpe dictum eſt) ex Græcis Vaticanis codicibus, quæ ſic ſe habent:

Tempus Martyrii S. Maximi.

III. *Poſtquam vero multum temporis præteriiſſet, ac Sanctus eſſet in exilio: rurſum miſit Imperator, eumque accerſivit. Quo vero die ad hanc urbem regiam appulerunt tum domnus Maximus, tum ejus diſcipuli, ſub occaſum Solis venerunt duo Mandatores cum decem excubitoribus, eoſque e navigio eduxerunt nudos & incalceatos, ac disjunxerunt, & in diverſis excubiis cuſtodierunt. Poſt aliquot vero dies ducunt eos in Palatium; ſenemque eo introducunt, ubi Senatus convenerat, multaque alia turba, & ſtatuunt in medio ſedentium principum. Tum dicit ei Sacellarius iracunde: Chriſtianus es? Reſpondet: Gratia Chriſti Dei univerſorum, Chriſtianus ſum. Sacellarius autem multo percitus furore: Non eſt hoc verum. Reſpondit ſervus Dei, & dixit: Tu dicis, me non eſſe: at Deus dicit, eſſe me & perſeverare Chriſtianum. Sacellarius: Si Chriſtianus es, cur odiſti Imperatorem? Et Sanctus: Unde hoc manifeſte declaratur? Odium, animi eſt occulta affectio, ſicut & dilectio eſt. Sacellarius vero: Ex iis quæ feciſti, omnibus apparuit te & Imperatorem odiiſſe & urbem ejus: tu enim ſolus Ægyptum & Alexandriam, & Pentapolim, & Tripolim, & Africam Sarracenis prodidiſti. Et quæ horum demonſtratio? dixit Maximus.*

S. Maximus ad quæſtiones.

IV. *Et introducunt Joannem, qui fuerat Sacellarius Petri, dum eſſet Prætor Numidiæ Africæ, & dixit: Ante vigintiduos annos avus domini imperavit beato Petro, ut exercitum in Ægyptum duceret adver-*



*ſus*

PAGIUS SÆC.VII. Anno Eræ Hiſpan. DCXCV. Anno Hegiræ XXXVII. inchoato die 19. Junii fer. 2. A.C. 657.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6150.

☉ 22. A. ☽ 12. P. 9. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 657.

VITALIANI PAPÆ 1.

CONSTANTIS IMP. 17.

I. Hic annus iſta formula notatus: *XVI. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XIV.*

*Poſtconſulatus.*

II. A num. I. ad XXXVII. Judicium de Sancto *Maximo* a Sacellario factum, quod hoc anno Baronius recitat, anteceſſit Diſputationem ejuſdem Maximi cum Theodoſio Epiſcopo & duobus Conſulibus, de qua anno ſuperiori, quo ea habita, cum Baronio egimus. Sed quia Cardinalis Eruditiſſimus hoc Judicium non legit, niſi in tribus Codicibus Vaticanis, ubi prædictæ Diſputationi poſtponitur, non mirum ſi illud in hunc annum diſtulerit. Hoc autem ea Diſputatione prius fuiſſe demonſtrant, tam Vita & Certamen Sancti Maximi, quam Baronius legerat, quam Collectanea Anaſtaſii & quæ de hoc Judicio habet Combefiſius in Præfatione ad Opera Sancti Maximi a ſe ab aliquot annis publicata. In Collectaneis Anaſtaſii hujus Judicii hic titulus eſt: *Relatio motionis facta inter Domnum Abbatem Maximum, & ſocium ejus, atque Principes in ſecretario.* In ejus principio Maximus Majeſtatis crimine accuſatur. Dicit enim ei Sacellarius: *Tu ſolus Ægyptum, & Alexandriam, & Pentapolim, & Tri-*

*Primum Judicium de S. Maximo.*

*po-*

*ſus Sarracenos. Qui cum tibi conſideret ut ſervo Dei, te ſciſcitatus eſt per litteras, num ei auctor eſſes, ut duceret. Ne id faceret, reſcripſiſti: nec enim Deo placere. Heraclii imperio ſoboliſque ipſius, Imperium Romanorum juvare. Dixit autem ſervus Dei: Si vera dicis, habeſque Petri ad me meaſque ad eum litteras: proferantur, & ſuſcipiam pœnas placitas legi. Ego (inquit ille) non habeo litteras, ſed neque ſcio an ad te ſcripſerit: ſed in caſtris hæc omnes illo tempore loquebantur. Et Sanctus: Si tota caſtra id loquebantur, quomodo tu ſolus de hoc me calumniaris? An umquam me vidiſti, aut ego te? Reſpondet: Numquam. Et ad Senatum Sanctus converſus, dixit: Si jus eſt hujuſmodi proferre accuſatores teſtes, judicate: In quo enim judicio judicatis, judicabimini; & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, dicit (a) universorum Deus.*

(a) *Matth.* 7.

V. Alia in Maximum calumnia.

*Deinde intromittitur Sergius Magudas, hæcque dixit: Abhinc novem annis dixit mihi beatus Abbas Thomas, qui Roma venerat: Papa Theodorus me miſit ad Patricium Gregorium, qui ab Imperio deſciverat, ut ei dicerem, ne quemquam extimeſceret: nam ſervus Dei Abbas Maximus ſomnium vidit, fuiſſe in cælis ad Orientem & Occidentem multitudinem Angelorum, quorum alteri ad Orientem clamabant: Conſtantine Auguſte tu vincas; alteri ad Occidentem: Gregori Auguſte tu vincas: clarior autem ea fuit vox, quæ ad Occidentem. Tum exclamat Sacellarius: Te ad hanc urbem miſit Deus comburendum.*

*At Sanctus: Gratias ago Deo purganti voluntaria mala mea involuntario ſupplicio. Veruntamen (b) væ mundo a ſcandalis: Neceſſe eſt enim ut veniant ſcandala: væ autem ei, per quem ſcandalum venit. Non ſic oportuit talia dici, præſentibus Chriſtianis, nec impunitos eſſe, qui hæc faciunt ut hominibus placeant, qui hodie ſunt, cras non ſunt. Hæc vivo Gregorio hunc dicere oportuit, ac ſuam erga Imperatorem benevolentiam oſtendere. Jus fuit (ſi & vobis ita videtur) tum illum, qui ante hunc ſycophanta fuit, impelli, ut iret, & adduceret Patricium Petrum, tunc hunc producere Abbatem Thomam, & a Thoma ſiſti beatum Papam Theodorum. Tunc præſentibus omnibus, dixiſſem Patricio Petro: Dic nobis, domine Patrici: ſcripſiſti ad me umquam, de quibus dixit pro teſtimonio tuus Sacellarius? aut ego ad te? Similiter beato Papæ: Dic, domine, ego ne tibi umquam ſomnium narravi? Si me arguiſſet, illius fuerat crimen, non meum, qui vidiſſem: res enim involuntaria ſomnium: ea autem ſola quæ proficiſcuntur a voluntate, punit lex.*

(b) *Matt.* 18.

Purgat ſe alia calumnia S. Maximus.

VI.

*Tum dicit ei Troilus: Ludis, Abba: non noſti ubi ſis? Et ſanctus: Non ludo, inquit, ſed lugeo vitam meam adhuc conſervatam, ut talia ſpectra experiar. Dicit domnus Epiphanius: Quod Deus cognoſcit, bene facis, hæc ludens, ea ſi vera non ſunt. Poſt quem Sacellarius rurſus cum iracundia dixit: Plane omnes mentiuntur, ac tu ſolus vera loqueris. Sanctus vero ei verbo illacrymans, dixit: Poteſtatem habetis, permittente Deo & vivificare, & mortificare. Verumtantum abeſt ut hi vera loquantur, quantum ut Satanas natura Deus eſſe poſſit, quod eſt omnino impoſſibile.* Hæc Maximus ſecundum loquendi modum uſitatum, cum quid omnino impoſſibile dici ſoleret. Sed & apponit adhuc juramentum, dicens: *Nam non merear cum Chriſtianis videre faciem Dei qui ſuper omnia eſt, qui factor eſt & opifex & conditor & proviſor & judex & conſervator univerſorum, ſi umquam tale ſomnium vidi, aut alium narrantem audivi, niſi hac hora ex domno Sergio, qui benevolens eſt in Imperium.*

Purgat etiam ſe Maximus juramento.

*Tunc adducunt tertium ſycophantam, Theodorum filium Joannis, qui fuerat Candidatus, cognomine Chilan, qui nunc gener eſt domni Platonis Patricii, qui hæc teſtificatur: Cum ſermo inter nos Romæ eſſet de Imperatore, vituperabat quæ dicerentur, intrita faciens & lamias**. *Ei Sanctus dixit: An umquam tecum locutus ſum, niſi ſemel cum religioſiſſimo presbytero domno Theocharito fratre Præfecti propter Primicerium, de eo per litteras rogatus? Quod ſi mentiri deprehendar, pretium habeam.*

Tertia calumnia agitatur Max.

*

VII. Quarta calumnia.

*Poſtea adducitur Gregorius filius Photini, & dicit: Romæ contuli me in cellam Abbatis Maximi: cumque dixiſſem & Imperatorem eſſe ſacerdotem, dixit Abbas Anaſtaſius hujus diſcipulus: Ne merea-*

PAGIUS *polim, & Africam Saracenis tradidiſti.* Tum: *quia ante annos viginti duos avus Dominatoris juſſit B. memoriæ Petro, ut ſumto exercitu, in Ægyptum contra Saracenos pergeret.* Additur in ea Relatione, Maximum ſuaſiſſe eidem Petro, ut expeditionem illam non ſuſciperet. Capta Ægyptus, ut ſuo loco oſtendi, anno DCXXXV. Quare ibi ſermo de expeditione quæ ſuſcipienda erat anno DCXXXIV. a quo ad annum DCLV. fluxerunt anni viginti duo utrimque incompleti. Baronius annos illos XXII. numerat ab anno Chriſti DCXXXV. quo Saraceni pervaſerunt *Ægyptum*, ad præſentem annum, quo exiſtimavit Judicium iſtud habitum. Verum expeditio illa præcedere debuit pervaſionem Ægypti, alioquin *Maximus* impedire non potuiſſet, ne ea a Saracenis occuparetur.

III. *An. DCLV. habitum.*

Præterea num. V. apud Baronium legitur, quemdam Sergium dixiſſe, *ante annos novem* Abbatem Thomam Roma venientem ſibi aperuiſſe *Theodorum* Pontificem Romanum miſiſſe illum ad Gregorium Patricium, ut diceret ei Ma-



*reatur eſſe ſacerdos. Statim ei Sanctus reſpondet: Metue Deum, domne Gregori: nec enim tecum quicquam in eo ſermone locutus eſt conſervus meus. Ac ſe humi proſternit, hæcque dixit ad Senatum: Servum veſtrum ſuſtinete. Ego, qui habitus eſt, ſermonem exponam: me redarguet, ſi mentiar. Dominus hic meus Gregorius, cum Romam veniſſet, dignatus eſt venire in cellam ſervi veſtri: quem cum vidiſſem, abieci me ipſum (ut mihi moris eſt) in terram, & adoravi, & amplexus ſum eum; dixique poſtquam conſediſſemus: Quæ cauſa eſt optabilis adventus domini mei? Is reſpondit: Sanctus a Deo ſtabilitus dominus noſter,* Imperator ſcilicet, *curam gerens pacis ſanctarum Dei Eccleſiarum, fecit juſſum ad a Deo honorificatum Papam, miſſa oblatione ad ſanctum Petrum, adhortans eum, ut ſe cum Præſule Conſtantinopolitano conjungeret: quæ pium ejus Imperium dignatum eſt mitti per meam mediocritatem.*

VIII.

*Ego tum dixi: Gloria Deo, qui te dignum fecit tali miniſterio. Sed quomodo juſſit unionem fieri Deo amabilis ejus ſerenitas? ſi quidem noſti. Dixiſti Typi cauſa. Impoſſibile (ut arbitror) hoc eſt. Non enim patiuntur Romani, tolli una cum impurorum hæreticorum vocibus lucem gerentes ſanctorum Patrum voces, aut cum mendacio extingui veritatem, aut lucem conſociari cum tenebris. Nihil enim erit nobis quod adoramus, ſi verba quæ docuit Deus tollantur. Et dixiſti: Non facit Typus ſacrarum vocum ſublationem, ſed ſilentium ut hæc diſpenſatione pacem tueamur. Dixi vero: Idem eſt apud ſacram Scripturam ſilentium & ſublatio. Dixit enim Deus per David (a): Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum. Quare niſi dicantur & audiantur, nec penitus ſunt, juxta Scripturam. Dixiſti: Non me conjicias in ſilvas: ego enim ſymbolo contentus ſum. Et quomodo, inquam, contentus eſſe potes, qui recipis Typum. At tu: Et quid detrimenti eſt, Typum recipere, & Symbolum dici? Et dixi: Propterea quod Typus aperte Symbolum evertit. Tu vero: Quomodo? per Dominum. Recitemus, dixi. Symbolum: & cognoſce quomodo perimatur a Typo.*

Silentium quando idem quod negatio.

(a) *Pſal.* 18.

IX. Monothelitæ negant Nicænam fidem.

*Cœpiſti dicere: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Dixi: Conſiſte parumper, ac diſce, quomodo Nicææ Patrum fides negata eſt. Factor enim non erit Deus, voluntate & operatione privatus naturali: ſiquidem volens, at non coactus, fecit cælum & terram, ſi vere dicit in ſpiritu David: (b) Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. Quod ſi diſpenſationis cauſa cum perfidia tollitur ſalutaris fides, ſeparatio eſt omnino a Deo, non unio, hoc genus diſpenſationis.*

(b) *Pſal.* 134.

*Cras enim nefarii Judæi dicent: Diſpenſatione faciamus inter nos pacem, & copulemur, tollamuſque nos quidem circumciſionem, vos vero baptiſma, nec amplius inter nos belligeremus. Hoc & quondam Ariani ſcripto prætenderunt ſub Magno Conſtantino, dicentes: Tollamus Conſubſtantiale, & Alterius ſubſtantiæ, & inter ſe Eccleſiæ totæ conjunguntur. Nec vero deiferi Patres noſtri id acceperunt, ſed maluerunt perſecutionem pati ac mortem, quam eam vocem tacere, quæ oſtenderet unam Patris & Filii & Spiritus ſancti ſupereſſentialem divinitatem: idque adjuncto iis qui hæc proponerent Magno Conſtantino, ſicut ab iis memoriæ traditum eſt, qui magno labore, & ſtudio, quæ tum ſcripta ſunt, collegerunt. Ac Imperatorum nemo potuit Deiferis Patribus perſuadere, ut mediis vocibus conglutinarentur cum iis qui ipſorum tempore hæreſim ſequebantur; ſed dilucidis, propriis, ac certis, & accomodatis dogmati, de quo quæſtio eſſet, uſi ſunt, manifeſte dicentes, Sacerdotum eſſe quærere ac definire de ſalutaribus dogmatibus Catholicæ Eccleſiæ, non Imperatorum.*

Silentium quarumdam vocum non admiſerunt Patres.

X. Monothelitæ Imperatorem eſſe Sacerdotem dicebant.

*Dixiſti: Quid igitur? an non eſt omnis Imperator Chriſtianus & ſacerdos? Non eſt, inquio: non enim aſſiſtit altari; non poſt ſanctificationem panis extollit, ac dicit, Sancta ſanctis; neque baptizat neque unguenti myſterium peragit: non ordinat & facit Epiſcopos & diaco-nos,*



PAGIUS Maximum habuiſſe viſionem, in qua Angeli, qui ad Orientem erant, clamabant *Conſtantine Auguſte, tu vincas*, & qui ad Occidentem, *Gregori Auguſte, tu vincas*, & hos Angelos invaluiſſe. Rebellio Gregorii Patricii Africæ Præfecti cœpta anno DCXLVI. & ſequenti anno, quo a Romanis debellatus eſt, continuata. Quare novem illi anni ab alterutro Chriſti anno proficiſcuntur. Tertio, num. XV. apud Baronium ſermo eſt de Apocriſariis Roma Conſtantinopolim miſſis, qui decepti a Monothelitis, ut anno DCLV. num. II. & ſeq. oſtendimus unionem cum illis fecerant. Hi autem Apocriſarii alii eſſe non poſſunt, quam quos *Eugenius* anno DCLIV. menſe Septembri ordinatus Pontifex Romanus, Conſtantinopolim miſit, ut ſuam ordinationem Imperatori ſignificaret. Iſtud itaque Judicium anno DCLV. ſine ullo dubio peractum, & quidem ante diem decimum tertium menſis Martii. Anno enim DCLI. demonſtravimus *Paulum* Epiſcopum Conſtantinopolitanum ante eum diem fato functum eſſe. In eo Judicio num. XXI. apud Baronium dicitur juxta verſionem Anaſtaſii, quam hic ſequor: *Rurſumque alio Sabbato adduxerunt eos* (Maximum nempe, & Anaſtaſium ejus diſcipulum) *in Palatium & in-*

nos, & presbyteros: neque conſecrat & ungit templa: nec ſigna ſacerdotii gerit, ſuper humerale & Evangelium, ut Imperii coronam & purpuram. Et tu dixiſti: Quomodo igitur Scriptura Regem & ſacerdotem dicit eſſe Melchiſedec? Reſpondi: Unius natura Regis univerſorum Dei, qui factus eſt natura propter noſtram ſalutem Pontifex, unus fuit typus Melchiſedec. Ac ſi quidem ſecundum ordinem Melchiſedec alium dicis eſſe Regem & ſacerdotem: audeto reliqua quoque dicere, Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habentem: & conſidera quid ex eo mali naſcatur. Talis enim alius invenietur Deus factus homo, qui ſecundum ordinem Melchiſedec, non ſecundum ordinem Aaron noſtram operaretur ſalutem.

XI. Locus Imperatorum in ſacris. Et quid multa percurrimus? In oblatione, quæ in ſancta menſa fit poſt Pontifices, & ſacerdotes & diaconos ac omnem ordinem ſacrum, cum laicis Imperatores commemorantur, dicente diacono: Et laicorum, qui in fide dormierunt, Conſtantini, Conſtantis, & reliquorum: ſic & viventium Regum meminit poſt omnes ſacris initiatos.

Cum hæc diceret, clamavit Menas: Hoc ſermone ſcidiſti Eccleſiam. Ad quem Maximus: Si qui ſanctarum Scripturarum ſanctorumque Patrum verba dicit, ſcindit Eccleſiam: qui tollit ſanctorum dogmata: quid demoſtrabitur Eccleſiæ facere, ſine quibus nec hoc ipſum Eccleſia eſſe poteſt? Sacellarius autem dixit apparitoribus Præfecti: Dicite Præfecto. Hunc hominem debuiſti ſinere vivere, ubi cum poteſtate es?

XII. Anaſtaſius diſcipulus S. Maximi verberatur. Ibi eo foras ducto, diſcipulum ejus intromittunt, ab eo poſtulantes, ut indicium faceret in præceptorem, ut qui Pyrrhum afflixiſſet. At ille ſedata voce ſic verum reſpondit: Nemo æque honorem habuit Pyrrho, ac meus magiſter. Cum igitur de multis interrogatus, non potuiſſet adduci, ut a dicente & religioſa voce atque ab obſervantia decederet; jubet eum Sacellarius, coram iis qui aderant, verberari. Quem pugnis cædentes, ſeminecem fecerunt. Dimiſſis illis in carcerem, ad ſenem venit Menas, eique præſentibus principibus, dixit: Huc te conjecit Deus, huc adduxit, ut pretium habeas eorum quæ aliis feciſti, omnes in Origenis dogmatum trahens errorem. Ad quem ſenex, omnibus præſentibus: Anathema Origeni, ejuſque doctrinæ, & cuivis cum eo ſentienti. Tum dixit Patricius Epiphanius: Solutum eſt, Abbas domne, Menæ a te illatum opprobrium: nam etſi Origeniſtes fuiſſet; poſtquam anathematizavit, ſe eo liberavit crimine: Ego, inquit in præſens, nihil tale de eo amplius accipio. Poſt hæc eo unuſquiſque eorum abductus eſt, ubi cuſtodiebatur.

Poſtero vero die, circiter lucernæ accenſionem, Troilus Patricius & Sergius Euphratas regiæ menſæ præfectus ad eum venerunt: cumque ſediſſent, eum quoque juſſerunt ſedere, eique dixerunt: Narra nobis, domne Abbas, quem cum Pyrrho in Africa & Romæ ſermonem habuiſti, quibuſque ei argumentis perſuaſeris, ut proprium dogma anathematizaret, tuoque aſſentiretur. Reſpondit Abbas: Si penes me libri mei eſſent, ex iis vobis, nulla re prætermiſſa, quæ in commentarios retuli, narraſſem: Sed quia a me ablati ſunt, exponam quæ memoria revocabit. Et quædam commemoravit eorum quæ dicta fuerant: hocque addidit: Ego proprium dogma non habeo, ſed Catholicæ Eccleſiæ commune: nec enim vocem ullam innovavi, ut meum proprium dicatur dogma. XIII. Troili & Sergii cum Maximo ſermo.

Poſt omnem narrationem ei dicunt: Non communicas ſedi Conſtantinopolis? Reſpondet XIV.

PAGIUS *& introducunt primo diſcipulum Senis, una etiam convenientibus duobus Patriarchis*, qui alii non erant, quam Paulus & Pyrrhus Expatriarcha, qui *Patriarchæ* nomen honoris cauſa adhuc ferebat. Baronius ibidem alterum ex his Patriarchis fuiſſe *Thomam* credit. Verum *Thomas* Orthodoxus fuit, nec ante annum DCLXVI. Patriarcha Conſtantinopolitanus renunciatus eſt, ut ſuo loco monſtravi. Et hæc quantum ad annum, quo Judicium iſtud habitum eſt. Cum enim Paulus anno DCLV. ante diem XV. Martii obierit, ante illum diem peractum fuiſſe oportet.

IV. *S. Maximus coram duobus Patriarchis auditus.* Auditi ſunt *Maximus* & *Anaſtaſius* ejus diſcipulus coram duobus Patriarchis, qui poſtquam magna conſtantia reſponderunt ad omnes ſibi objectas calumnias, qui præerant Eccleſiaſtico tribunali, auctores fuerunt Imperatori, utrumque damnandum eſſe *amaro ac inhumano exilio a ſe mutuo diviſos*, & Maximum quidem mittendum eſſe *Bizyam* Provinciæ Thraciæ Caſtrum, ejus autem diſcipulum Perberim, *interdicto maris propius acceſſu, ne qua miſerantium viſitatione, tanta hæc illorum deſolatio aliquid levaretur*; quibus & ſimilibus verbis relatio hujus Judicii clauditur. Apud Baronium ea continet Maximi & Anaſtaſii exilium & mortem, a num. ſcilicet XXIV. ad num. XXIX. Verum cum iſta non legantur in Relatione, quæ erat in Collectaneis Anaſtaſii, nec apud Combefiſium laudatum, additiția ſunt, & deſumta ex Vita & Certamine Sancti Maximi, quæ nos majoris claritatis gratia, infra explicabimus.

V. *Rurſus auditur.* In Collectaneis Anaſtaſii poſt iſtud Judicium ſtatim additur Appendix quædam, cujus hic titulus eſt: *Sancti Maximi Abbatis ad Anaſtaſium Monachum*; ejus vero initium: *Heri quod fuit decima octava dies menſis, qua ſolemnitas agebatur Mediæ Sanctæ Pentecoſtes, ſignificavit mihi Patriarcha, dicens, cujus Eccleſiæ? es Conſtantinopolitanæ, Romanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, Hieroſolymitanæ? Ecce omnes cum ſubjectis illis Provinciis unione conſociatæ ſunt.* Refertur poſtea, qui ad ſe miſſi fuerant, dixiſſe ſibi, ſe duas



Cauſæ cur non communicet cum Monothelitis. det: Non communico. Dicunt. Quamobrem? Et reſpondit: Quia ſanctas quatuor Synodos ejecerunt per novem Alexandriæ facta capitula, & per Ecteſim proxime a Sergio in hac urbe factam, & per Typum deinceps ſexta Indictione expoſitum; & quod ea quæ per Ecteſim dogmatizaverunt, per Typum repudiaverunt, ac ſe ipſos toties deſtruxerunt. Qui ergo a ſe damnati ſunt, & a Romanis, & ab ea Synodo quæ poſtea ſexta Indictione facta eſt, depoſiti & ſacerdotio nudati, quamnam conficiunt Myſtagogiam? aut qualis ſpiritus ad eos venit, qui a talibus perficiuntur? ordinantur ſcilicet. Dicunt ei: Quid igitur? tu ſolus ſalvaris, & omnes pereunt? Et dixit: Neminem condemnaverunt tres pueri, cum omnes ſtatuam adorarent: non enim res aliorum reſpiciebant, ſed ne ipſi exciderent a vera pietate. Sic quoque Daniel conjectus in lacum leonum, non damnavit eos qui Deum non orarent ex edicto Darii, ſed de ſe cogitavit, ac ſibi proſpexit, maluitque mori, & in Deum non delinquere, nec a propria flagellari conſcientia ob divinarum legum prævaricationem. Quare mihi Deus non det, ut de quoquam judicem, aut dicam me ſolum ſalvum eſſe. Quantum autem poſſum, malo mori, quam conſcientiam perturbari meam, quod in fide quocumque modo peccarim.

XV. Mendaciis agunt hæretici. Dicunt ei: Quid habes facere, cum Romani Byzantiis uniantur? Nam ecce heri venerunt Apocriſarii Romæ, & craſtino die Dominico communicant cum Patriarcha, ac omnes manifeſto cognoſcent te depravaſſe Romanos: videlicet, te illinc ſublato, noſtris aſſentiuntur. Dixit Maximus: Qui venere præjudicium ſedi Romanæ, tametſi communicent (quoniam quidem non attulerunt ad Patriarcham litteras) non faciunt. Nec mihi umquam perſuadeo, Romanos his qui hic ſunt, communicaturos, niſi confiteantur Dominum noſtrum ac Deum ſecundum utramque naturam, ex quibus & in quibus eſt, quæque ipſe eſt habere volendi facultatem & operandi ſalutem noſtram. Et dicunt: Si vero his conjungantur Romani, quid facis? Qui dicit: Spiritus ſanctus per Apoſtolum (a), & Angelos anathematizat, qui præter prædicationem novi aliquid afferant. (a) Galat. 1.

Dicunt ei: An omnino neceſſe eſt, duas voluntates dicere in Chriſto & operationes? Reſpondit: Omnino neceſſe, ſi quidem pietatem veritate colere volumus. Nihil enim entium ſine naturali operatione ſubſiſtit. Sancti enim Patres aperte dicunt, neque eſſe, neque cognoſci abſque eſſentiali ejus operatione quamcumque naturam. Si ergo non eſt, neque cognoſcitur natura ſine operatione, quæ eam eſſentialiter denotat & characterizat: quomodo aliter poſſibile eſt, ſciri Chriſtum, aut noſcitari Deum vere natura & hominem?

Tum dixerunt: Scimus re vera ita eſſe. Verumtamen ne afferas Imperatori dolorem qui vel pacis ſolum cauſa hunc fecit Typum, non ut quicquam eorum tolleret, quæ in Chriſto intelliguntur, ſed ut pacem tueretur, diſpenſatione ſilentium earum vocum faciendo, quæ diſſidium alebant. XVI. Urgent adhuc Monothelitæ.

Servus autem Dei, humi ſe abiiciens, reſpondet cum lacrymis: Non debuit bonus ac pius dominus ex mea humilitate percipere dolorem; non enim poſſum contriſtare Deum ea tacendo, quæ ipſe juſſit dici & confiteri. Nam ſi juxta divinum Apoſtolum (b), ipſe eſt qui poſuit in Eccleſia primum Apoſtolos, deinde prophetas, tertio doctores; per eos videlicet ipſe eſt locutus: ex omni autem (b) 2. Cor. 12.

PAGIUS *duas* fateri *Operationes ob diſtinctionem, & unam propter unitionem*, & Maximum reſpondiſſe: *Hoc utique dicere non valeo, nec a Sanctis Patribus eam didici Confeſſionis regulam.* Reliqua ibidem legenda. Vides ſermonem hic eſſe de nova hæreſi a *Petro* Conſtantinopolitano Epiſcopo hæretico inventa & quidem antequam Epiſcopatum illum adipiſceretur. *Pyrrhus* enim ejus Deceſſor vixit uſque ad finem circiter menſis Maii anni ſexcenteſimi quinquageſimi quinti; cum tamen Colloquium iſtud inter *Maximum* & delegatos a Patriarcha habitum fuerit eo anno die viceſima ſecunda menſis Aprilis, in quam Feſtum Mediæ Pentecoſtes anno DCLV. incidit, ut mox oſtendo.

VI. *Explicatur Feſtum Mediæ Pentecoſtes.* Error irrepſit in priora verba laudata hujus Appendicis; ubi enim legitur, *Heri, quod fuit octava decima menſis dies*, reponendum, *Heri, quod fuit vigeſima ſecunda menſis dies*; cum anno ſexcenteſimo quinquageſimo quinto Feſtum Mediæ Pentecoſtes in diem viceſimum ſecundum menſis Aprilis inciderit. Qui error cum nemini hactenus obſervatus fuerit, nec Feſtum Mediæ Pentecoſtes, quod quandoque ad dirigenda tempora conducit, in Annalibus explicatum, præſtat hic hanc notam Chronologicam dilucide enucleare. *Feſtum Mediæ Pentecoſtes*, quod a Græcis appellatur μεσοπεντηκοστή, prioribus Eccleſiæ ſæculis celebratum; cum ejus præter cæteros meminerit Sanctus Chryſoſtomus in Homilia 5. de Anna; & quidem cum ſolemnitate. Superſunt homiliæ ea die alias habitæ, quarum duas refert Combefiſius in novo Auctario Bibliothecæ Græco-Lat. Patrum pag. 702. & ſeqq. quarum prior eſt Leontii Epiſcopi Neapolis Cypri, & altera Leontii Presbyteri Conſtantinopolitani. In Synaxario de hoc Feſto habetur: *Feria quarta Paralitici, Mediæ Pentecoſtes ſolemnitatem celebramus in honorem magnarum duarum Feſtivitatum, Paſchatis nimirum & Pentecoſtes, tanquam ea quæ utraque unit & conjungit.* Græci enim Dominicam IV. poſt Paſcha vocant *Dominicam IV. Paralytici*, ejuſque Officium canitur Dominica ac feria ſecunda & tertia abſolvitur: quarta quippe feria a Matutino Feſtum Mediæ Pentecoſtes inchoatur, ac per dies octo celebratur, deſinens in feriam IV. quintæ hebdomadis poſt Paſcha. Illa itaque ſolemnitas ſemper incidit in feriam quartam, primus.

tem ſancta Scriptura tum veteris, tum novi teſtamenti, & a ſanctis doctoribus ac Synodis edocemur facultatem volendi & operandi habere tum Deitate, tum humanitate, incarnatum Chriſtum Jeſum Dominum ac Deum noſtrum: nihil enim ab ipſo abeſt eorum, quibus ut Deus cognoſcitur, aut eorum, quibus ut homo noſcitatur, excepto peccato. Si vero perfectus eſt ſecundum utrumque, nec ulla re deficitur: profecto totum de eo adulterat myſterium, qui non confitetur, ipſum eſſe, quod eſt cum iis, quæ ei inſunt ſecundum utraſque earum, ex quibus, & in quibus eſt, & quæ ipſe eſt, omnium naturalium proprietatum.

XVII. Cum illi pauliſper conticuiſſent, inter ſe annuentes, dixerunt: Unde demonſtrare potes, eos qui ſedis Conſtantinopolitanæ ſunt, Synodos aſpernari? Reſpondet: Jam ſingillatim oſtenſum eſt ex eo ſermone, quem cum domno Gregorio, qui primus a ſecretis Romæ habui: nunc vero (ſi ita videtur) hoc etiam demonſtrabo. Jubete dari hanc veniam indigno ſervo veſtro, & notitiam facio librorum quandoquidem mei adempti ſunt, idque omnibus manifeſtum facio ſine ullis verborum flexuoſis ambagibus.

Cum inde alia multa dicta eſſent, converterunt ſe ad tractationes, conſiderationeſque petitas a Scriptura, a natura, & ab arte: quibus oblectati, hilariores fuerunt, cœperuntque dicere: Novit Deus, hæc nobis profuerunt; atque ex hac hora non habemus quod vobis faceſſamus moleſtiam. Domnus vero Sergius ei dixit: Sæpe veni ad cellam tuam in Bembas, ac tuam audivi doctrinam. Deus poteſt tibi opitulari: noli ullam agoniam ſuſcipere. Hoc uno omnes dolent, quod committis, ut multi a communione hujus Eccleſiæ ſeparentur.

XVIII. Quanti momenti Maximi confeſſio. Ecquis eſt (ait ſervus Dei) qui aſſeveret, me cuiquam dixiſſe, ne Eccleſiæ communicaret Byzantiorum? Reſpondit domnus Sergius: Hoc ipſum, quod non communicas, magna ad omnes defectionis eſt vox. Servus Dei dixit: Nihil violentius accuſante conſcientia, ac nihil eadem patrocinante liberius. Cum vero audiſſet domnus Troilus, in toto Occidente Typum anathematizari: dicit Dei ſervo: Pulchrum ne eſt, quod pii domini noſtri exiſtimatio contumelia afficitur? Reſpondet Dei ſervus: Ignoſcat iis Deus, qui domino auctores fuerunt, ut Typum faceret, & iis qui aſſenſi ſunt. Dicit, Troilus: Qui auctores? Quinam aſſenſi ſunt? Reſpondit ſervus Dei: Qui ſunt Eccleſiæ, impulerunt: principes conceſſerunt. Et ecce obnoxiorum ſordes in inſontem & ab omni hæreſi purum excuſſæ ſunt.

XIX. Salubre conſilium Max. Verum conſilium hoc ei date, ut ſui avi nempe Heraclii Imperatoris, piæ memoriæ exemplum ſequatur. Ille enim cum ſenſiſſet, a nonnullis in Occidente probrum ſibi aſpergi: edicto ſe liberavit omni Eccleſiaſtica reprehenſione, hæcque ſcripſit: Ecthesis mea non eſt, nec ego dictavi, aut fieri juſſi: verum cum Sergius Patriarcha eam quinque ante annis condidiſſet, quam ab Oriente redirem, oravit me poſtquam ad hanc felicem urbem adveni, ut nomine meo promulgaretur, cum ſubſcriptione. Ejus hortatu id feci: Nunc vero cum cognoverim eam a nonnul-

lis

PAGIUS muſque dies Pentecoſtes idem eſt apud Græcos ac dies Paſchatis, dies vero viceſimus quintus a Feſto Paſchali ſolemnitas Mediæ Pentecoſtes vocatur, & uno Pentecoſtes nomine ſeptem hebdomadæ, quæ Paſcha ſubſequuntur, appellantur. Sic recte Auctor Chronici Alexandrini ad annum Heraclii XVI. & Indictionem XIV. Chriſti ſc. DCXXVI. ſcribit: Hoc anno menſe Artemiſio, Romanis Maio XIV. die, ipſa Sancta Media Pentecoſte, &c. αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ μεσοπεντηκοστῇ, non vero feria quarta Mediæ Pentecoſtes ut perperam vertit Raderus; Feſtum enim Mediæ Pentecoſtes ſemper in feriam quartam cadit. Recte itaque vertit Ducangius, ſecundum Romanos Majo XIV. Feria IV. in quam incidit Media Pentecoſte.

VII. S. Maximus in Feſto Mediæ Pentecoſtes auditus. Quare cum anno ſexcenteſimo quinquageſimo quinto Paſcha celebratum fuerit die viceſimo nono menſis Martii, dies ab illo vigeſimus quintus fuit vigeſimus ſecundus Aprilis, in quem feria quarta competebat. Neque per tempora quibus Maximus vexatus eſt ab Imperatore, Feſtum iſtud cadit in diem decimum octavum alicujus menſis præterquam anno ſexcenteſimo quinquageſimo octavo, quo Paſcha celebratum die viceſima quinta menſis Martii. Feſtum vero Mediæ Pentecoſtes die decima octava menſis Aprilis. Verum Feſtum Mediæ Pentecoſtes expreſſum in laudata Appendice convenire non poteſt in annum Chriſti DCLVIII. cum ea collocetur in Collectaneis Anaſtaſii inter Judicium S. Maximi anno DCLV. habitum, & Diſputationem ejuſdem cum Theodoſio Epiſcopo & duobus Conſulibus, quæ pertinet ad annum DCLVI. Præterquam quod in ea Appendice mentio eſt de unione Eccleſiæ Romanæ cum Eccleſiis Orientalibus in Doctrina de una & duplici Chriſti Voluntate, cui Apocriſarii Eugenii Papæ a Monothelitis decepti ſubſcripſerant, hique ideo eam pro doctrina Eccleſiæ Romanæ venditabant. Nihil hac noſtra emendatione certius.

VIII. Epitome rerum in cauſa S. Maximi hactenus geſtarum. Quia vero certamen Divi Maximi inverſo ordine a Baronio narratum tenebras animis offundit, hic ex ejus Vita paucis explico, quæ in ejus cauſa acta ſunt, ſolis Notis Chronologicis additis. Anno itaque ſexcenteſimo quinquageſimo tertio Imperator Virum Sanctum in Regiam Urbem adduci juſſit, reputans fore, ut hoc ſuperato, etiam reliquorum facile compos fieret. Adducti quoque cum eo Anaſtaſius ejus diſcipulus, & Anaſtaſius alter, qui & Romanæ Eccleſiæ Apocriſarius audiebat. Maximus cum ſociis vix nave eductus initio anni DCLV. Byzantium ſalutaverat, cum is & ſocius ejus in diverſis locis ſub cuſtodia ſervati ſunt, ac poſt dies aliquot ducti in Palatium, quo Senatus aliaque tur-

ba,



lis oppugnari; declaro ad omnes non eſſe meam. Hoc Juſſum (ſive edictum) fecit ad beatum Joannem Papam, qui damnaret Ecthesim in iis quæ ad Pyrrhum tum ſcripta ſunt: ac Sergii ex illo tempore illa expoſitio habetur. Faciat hoc qui nunc pie nobis imperat, & ejus exiſtimatio penitus omni vituperatione carebit.

Illi tum quatientes capita, ſiluerunt, cum hoc tantum dixiſſent: Difficilia omnia: nec ullum habent exitum. His igitur, aliiſque variis habitis ſermonibus, inter ſe ſalutarunt cum omni hilaritate, ac receſſerunt. Hactenus hujus diei de Maximo habita quæſtio coram Judicibus.

XX. Ex quibus, inter alia plura notatu digna, perſpexiſti vera eſſe quæ a nobis ſuperius, dicta ſunt in Juſtiniano, nimirum, ut Imperatores Orientis tot ſancirent leges Eccleſiaſticas, quot relatas vides in Codicem & Authenticorum librum, & alias quæ extra vagantur, auctores illis fuiſſe Conſtantinopolitanos Epiſcopos, qui cum quæ ipſi ſanciturí eſſent, ſcirent haud ab omnibus recipi & obſervari, nomine Imperatoris ea roborari curarint; quo vel timore ſaltem ſubditi fideles perculſi, eadem reciperent Imperatoris nomine ſancita decreta. Ita illi male conſulentes Eccleſiaſticæ libertati, jus Eccleſiaſticarum, legum condendarum, quo nihil in Eccleſia Dei præſtantius, ſponte proſtituerunt Imperatoribus: uſque adeo, ut etiam decreta fidei, immo & perfidiæ & impietatis, quibus ſuam quiſque hæreſim ſive ſchiſma roborare vellet, ea Imperatorum nomine promulgarint: qui oblatam occaſionem haud inviti abripuerunt, qua ſe ſicut laicis, ita & Eccleſiaſticis imperare docerent. Confeſſus eſt id ingenue Heraclius, cum videret ex Ectesi ſuo nomine promulgata nonniſi infamiam ſe contraxiſſe, notaque hæreticæ pravitatis aſperſum eſſe. Sed quæ in ſequenti conſeſſu Judicum de Maximo ejuſque diſcipulo facta ſint, ex iiſdem Actis publicis audiamus, in quibus iſta ſubiiciuntur:

Unde Imp. jus condendarum legum Eccleſiaſticarum.

XXI. Anaſtaſ. libera confeſſio. Alio rurſum ſabbato in Palatium ducuntur, Maximus ſcilicet, & Anaſtaſius ejus diſcipulus: priorque introducitur diſcipulus ſenis, cum duo tunc Patriarchæ adeſſent. Quorum alter Conſtantinopolitanus Epiſcopus Thomas fuit, qui hoc tempore illi Eccleſiæ præerat: pergit auctor: Veniunt Conſtantinus & Menas ſenis accuſatores: & a diſcipulo petunt, ut illorum dictis aſſentiretur. Multa vero cum libertate ac intrepide diſcipulus ad Senatum dixit: Conſtantinum adducitis in Secretum * Palatii? Hic nec presbyter eſt, nec monachus; ſed eum norunt Afri & Romani Tribunum Thimelicum. Venit illinc, neſcio, quas mulierculas paſcens. Omnes ejus flagitia norunt, aſtutamque malitiam ad fallendum & ad lædendum promptam. Modo dicit, eas ſorores eſſe ſuas: modo vero, quia illæ non communicant Eccleſiæ Conſtantinopoleos: Idcirco eas abduxi, ne hæretico contagio macularentur. Ac rurſum, ſi deliciæ ei defuerint, eam regionem inveniat, quæ ipſum non noverit: eadem faciet turpis lucri cauſa & ſordidæ voluptatis: magnum namque eſt dedecus, hujus congreſſum non vitare eos, qui gravitatem atque honeſtatem ſuſceperint vitæ.

* Secretarium.

XXII. Poſtea interrogatus, Typum ne anathematizaſſet? ſine metu dixit: Non ſolum anathematizavi, ſed etiam libellum feci ac porrexi, anathematis ſcilicet. Dicunt ei principes; Quid igitur? Non confiteris, male te feciſſe? Reſpondet: Ne permittat hoc Deus, ut quod recte feci, atque ex lege Eccleſiaſtica; dicam male factum. Multaque alia interrogatus cum reſpondiſſet ut ei Deus ſubminiſtrabat, educitur e Secreto, & adducitur ſenex.

Secura conſcientia loquitur Max. Cui dicit Troilus Patricius: Vide Abba, dic veritatem, & dominus tui miſeretur: quandoquidem ſi in legitimam quæſtionem veniamus, & vel unum eorum criminum quæ tibi objecta ſunt, verum inveniatur; lex te interficit. Reſpondet: Jam dixi, ac rurſum dico, tantum poſſibile eſſe ut ex iis vel unum verum ſit, quantum ut qui eſt Satanas, Deus ſit: ſed cum Deus non ſit, nec eſſe poſſit, qui eſt apoſtata; crimina quoque hæc falſa ſunt, nec ſubſiſtunt. Attamen ſi quid jubetis facere, facite: Deum colens, non afficior injuria. Dicit ei Troilus: Nonne Typum anathematizaſti? Reſpondit ſenex: Sæpe dixi, me anathematizaſſe. Troilus: Si Typum anathematizaſti, anathematizaſti quoque Imperatorem. Reſpondet Dei ſervus: Ego Imperatorem non anathematizavi, ſed chartam alienam ab Orthodoxa & Eccleſiaſtica fide. Dicit ille: Ubi anathematizatus eſt? S. Maximus reſpondit: A Synodo Romana in Eccleſia Salvatoris & in Dei genitricis.

Tunc

PAGIUS ba multa convenerant. Ibi primum auditus Maximus, habitumque primum ejus Judicium, de quo hoc anno, loco non ſuo locuti ſumus. Auditus & diſcipulus Maximi, qui intrepide ad Senatum reſpondit, ut legere eſt in Actis ejuſdem Judicii, in cujus fine dicitur, tam Maximum, quam Anaſtaſium damnatos eſſe exilio, & illum Bizyam, iſtum vero Perberim perductum. Tum die viceſima ſecunda menſis Aprilis, qua Solemnitas Mediæ Pentecoſtes agebatur, iterum interrogatus Sanctus Maximus de una & duplici Voluntate Chriſti, novam eam Monothelitarum fidem exſufflavit. Anno ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, dum Maximus Byziæ in exilio eſſet, habitum inter illum & Theodoſium Cæſareæ Bithyniæ Epiſcopum Colloqui-

tum

XXIII. Cur non communcet Eccleſiæ Conſtantinop.

*Tunc dixit ad eum Eparchus: Communicas huic Eccleſiæ, an non? Reſpondit ac dixit: Non communico. Dixit ei: Quamobrem? Reſpondit Sanctus; Quia reiicit Synodos. Dicit ei: Si reiicit Synodos, quomodo in Diptycha referuntur? Et dicit: Ecquæ utilitas nominum, cum dogmata ejecta ſunt? Potes (inquit Eparchus) hoc docere? Reſpondit: Si hanc veniam a vobis accipiam ac jubetis admodum facile poſſum oſtendere.*

Obiicitur dilectio Rom. Eccleſiæ.

*Cum omnes tacuiſſent, dicit ei Sacellarius: Cur diligis Romanos, Græcos vero odiſti? Reſpondens autem ſervus Dei dixit: Præceptum habemus, ne oderimus quemquam. Diligo Romanos, ut ejuſdem fidei Græcos, ut ejuſdem linguæ. Rurſum Sacellarius: Quot annorum te ipſum dicis? Reſpondit: Septuagintaquinque. Dicit ei: Quot jam annos tecum habitat diſcipulus tuus? Reſpondit: Trigintaſeptem. Tum quidam clericus exclamavit: Tibi reddidit Deus, quæcumque feciſti beato Pyrrho. Ad quem nihil omnino reſpondit.*

XXIV. * Secretario. Defenditur S. Martinus a Maximo.

*Cum vero tam multa in Secreto * dicta ſunt, nullus Patriarcharum quicquam locutus eſt. Cum autem ſermo de Synodo Romana moveretur, clamat Demoſthenes: Non valuit iſta Synodus, cum eam congregaverit Martinus, qui depoſitus eſt. Tum dicit ſervus Dei: Non depoſitus eſt, ſed perſecutionem paſſus. Quænam enim facta eſt ſuper geſtis Synodalis & canonica expoſitio, quæ certo habeat ejus depoſitionem? Veruntamen demus ut canonice depoſitus fuerit: hoc non facit iis præjudicium, quæ canonice ſecundum ſacros canones decreta ſunt; quibus & ea quæ a ſancto Papa Theodoro ſcripta ſunt conveniunt. Hæc audiens Troilus Patricius, inquit: Neſcis quid dicas, Abba: quod factum, factum eſt. His dictis, cum ſanctum ſenem paulum a Secreto ſummoviſſent, conſilium capiunt, vitam quidem ad ſpecimen clementiæ non adimentes, ut homines inhumani aliquid per humanitatem facere viderentur, morte vero acerbiora his ſupplicia infligentes.*

Diriſſime verberatur S. Maxim.

*Et quidem cum eos Urbis Præfectus ſibi traditos accepiſſet, atque in Prætorium adduxiſſet: primum quidem divinum Maximum diſtentum nervis duriſſimis juſſit verberari, non ſenectutem nefarius vir miſeratus, non membra ſquallida & rugis contracta, non corpus illud jejunio & laboribus conſumptum; adeoque crudeliter cædit, ut ob defluentis ſanguinis copiam ſubjectum pavimentum cruentaretur, caroque univerſa conſumeretur, nec ullum membrum ſanum & integrum relinqueretur.*

XXV. Duo Anaſtaſii flagellantur.

*Tum bellua ſe ad ejus diſcipulum transfert, deinde ad ejus cognomen, Anaſtaſium itidem appellatum; multaſque eis plagas imponit, vibicibus corpora eorum replens. Atque iis præcones adhibuit, qui, dum flagellarentur, hæc clamarent:* QUI REGIIS SANCTIONIBUS NON PARENT ET IN CONTUMACIA PERSISTUNT, DIGNI SUNT QUI HÆC PATIANTUR. *Ac eos quidem ægrum tenuemque ſpiritum ducentes, in carcerem contruſerunt.*

*Poſtero vero die religioſum virum una cum diſcipulo ſiſtunt, totum vibicibus exaratum, totum ſcatentem tumoribus, totum plagis inuſtum. Quin etiam cum tot doloribus confectus eſſet, non tamen ſibi temperarunt, quin alia pejora ei facerent, naturam penitus aſpernantes.*

Lingua præciduntur S. Maximus & Anaſtaſius.

*Linguam enim illam Theologam, quæque ſermonibus fluviorum inſtar ſcaturierat, a faucibus uſque & a contigua epiglottide ſceleſtiſſime præcidunt; ut vocis adempto inſtrumento, doctrina ei quoque & ſermones eriperentur, poſteaque conticeſceret, & mutus eſſet. At vero, egregie Maxime, non*

PAGIUS

*um*, quod Baronius recte cum anno DCLVI. illigavit.

IX. *Sententia in S. Maximum lata.*

In hujus Colloquii fine legitur, ex duobus Maximi diſcipulis unum tunc *Meſembriæ*, alterum vero *Perberis* cuſtoditum fuiſſe: *Maximum poſtea* Perberim adductum eſſe, ibique Synodum, quæ ad illum audiendum coacta fuerat, in eum ſocioſque extremam ſententiam tuliſſe, quæ legitur in fine ejuſdem Diſputationis juxta editionem Combefiſii; deſideratur vero in Anaſtaſii Collectaneis. [1] Hæc hujus Synodi ſententia: *Sancimus, ut ſtatim aſſumtis, qui nobis præſto eſt, Clariſſimus Præfectus, in ſuum ampliſſimi Dominatus Prætorium, Maximo ac utroque Anaſtaſio, eorum flagris dorſa cædat; veſtræque Maximi amborumque Anaſtaſiorum procacitatis organum (veſtram ſcilicet blaſphemam linguam) ab imo intus abſcindat; tumque etiam, quæ blaſphemæ veſtræ rationi mentique miniſtravit, dexteram ferro auferat: ac ubi ſic execrandis membris mutilos pariter circumducens, Urbis Auguſtæ Regiones duodecim totas luſtraverit, ſempiterno exilio, jugique præterea cuſtodiæ tradat: ut deinceps, ac quamdiu vitæ ſuperſtes erit, blaſphemiæ plenos errores ve-*

NOTÆ [1] PSeudoſynodus illa qua Maximus & ambo Anaſtaſii damnati ac ſententia de eorum ſupplicio dicta fuit, non quidem Perberi, ſed Conſtantinopoli coacta, ipſis ſanctiſſimis Martyribus præſentibus. Id enim diſerte exprimitur in additione ad Colloquium illud, de quo hic Pagius. *Exinde adductis illis Conſtantinopolim, adverſumque eos actione habita ac cum anathematizaſſent &c.* Inſuper in ſententia ab eodem Concilio lata, decernitur SS. Martyres lingua manuque mutilatos traducendos eſſe per *hujus ταύτης Urbis Auguſtæ Regiones &c.* Quæ utique verba Synodum habitam eſſe Conſtantinopoli demonſtrant. MANSI



*non eras vel lingua exſecta taciturus. Verum qui linguam perficit infantium, & mutuo ſurdoque dedit ſermonem, ipſe fecit ut præter opinionem loquereris, ſermoneſque emitteres magis quam antea articulatos.*

XXVI. Manu dextera præciduntur Maximus & Anaſtaſius.

*Poſtquam autem idem & diſcipulo Anaſtaſio fecerunt, ejuſque linguam introrſus præciderunt: eadem ipſum corroboravit gratia, ſermonem dans, abſque loquentis inſtrumento, eumque uberem inopinato & copioſum. Quare majori invidia ſceleſti homines perculſi, alium generoſis athletis inuſitatiorem cruciatum inflixerunt, quaſi ſe injurios eſſe exiſtimarent, niſi omnem in eos acerbitatem experirentur: quos & multo ſatius erat, morte affectos tollere de medio, ſicut illis quoque videbatur, quam hujuſmodi ſuppliciis addicere: nam reſtibus tenuibus beatum complectentes, ac tormentis undique adhibitis, ei cultro & malleo dexteram manum abſcindunt, & in pavimentum abiiciunt: confeſtimque certaminis ſocium Anaſtaſium adeunt, idem ab eo ſupplicium expetentes, ut paris gloriæ fructu omnino potiretur.*

Ducuntur in exilium Maximus & diſcipuli.

*Hos linguæ & manus expertes eiiciunt e Prætorio, trahunt & circumducunt per forum, exciſa membra obſtentantes, clamoribus utentes incertis, eoſque ludibriis & dicteriis appetentes. Tum poſt inhoneſtam illam circumductionem, exilio longinquo tradunt una cum Apocriſario Anaſtaſio, ab omni cura & ope deſertos & nudos, ſine calceis, ſine cibo, omni vitæ facultate privatos, procul a mari propter miſericordem hominum viſitationem, & (quod omnium graviſſimum) inter ſe disjunctos; hoc ſolum facientes pulchre, ſanctos ſcelerati a ſe ſegregantes.* Pepererant autem inferre dicta ſupplicia alteri Anaſtaſio, muneris quo functus erat, Apocriſarii, rationem habentes. Sed pergit auctor:

XXVII.

*Poſtquam autem (ut ſermo narravit) in exilium Maximum deportarunt: contigit, ut is in via multa perpeteretur, multaſque ærumnas ſubiret ac dolores, utpote qui nec in jumento, nec in ſella aut lectica ſedere poſſet multis doloribus confectus, ac innumeris afflictus angoribus.*

Diſjunguntur ſinguli ab invicem.

*Eum igitur in quemdam grabatum vimine contextum imponunt, ac vix ægreque geſtantes longo illo itinere adducunt. Quem in quodam Alaniæ caſtello, quod Schimaris appellatur, cuſtodia incluſum collocantes, ſinunt ab ope & cura deſertum. Cumque præclarum ejus diſcipulum cum eius cognomine,* ambo Anaſtaſios, *eodem itinere duxiſſent: disjungunt utrumque a præceptore, eoſque etiam ab invicem dirimunt, ſingillatim multa commutantes loca, & longe in Abſagorum inducunt regionem. Ex his alter multis incommodis feſſus, ipſum ſpiritum, qui ſolus reliquus erat, emiſit: nec ſatis ſcitur dies, quo diſceſſit e vita, ut ejus dixit cognominis Apocriſarius Anaſtaſius. At divino Maximo in caſtello Alaniæ jam triennium concluſo, ſibimetque in corporis cura miniſtranti quamvis plenus dierum eſſet (ut dictum eſt) ac infirmo corpore, divinum quoddam viſum ſuperne oblatum eſt, mortis diem ei ſignificans, & ad illa accerſens tabernacula.*

Dies obitus & coronæ S. Max. Mart.

*Qui dies cum veniſſet (erat autem decimustertius menſis Auguſti) hæc dimittens, percurrit ad cælos, re vera cælis & illa habitatione dignus. Monumentum autem, in quo ſacrum ejus corpus depoſitum eſt tres lucidæ faces per unam noctium ex tunc ſplendore illuſtrant mirificum quidem emittentes fulgorem, mirabiliorem vero (ut par eſt) ſtuporem intuentibus afferentes, munificique Dei erga famulum ſuum ditiſſimam oſtendentes gratiam.*

XXVIII. Auctoris ad Maximum apoſtrophe.

*Verum tibi quidem, ſanctiſſime Pater, magna præſentium gloria & ſplendor eſt, cum te etiam Dominus plus hic honorificaverit; multo vero major eſt, longeque præſtantiſſima tibi illa tributa ſors, cæleſtes illi honores, cum magnæ luci aſſiſtis, ac beatæ Trinitatis principiſque lucis in te recipis ſplendorem, Deumque (quod maximum, maximeque mirabile eſt) vides, ac videlicet ipſa unione factus ſis Deus, & participatione totus deificatus, deificationemque inenarrabilem ſuſceperis. Quamobrem cum eam gloriam ſis adeptus, da quoque multum abs te auxilium nobis, qui adhuc in præſentibus natamus undis, curſum hunc peragimus, & hanc vitam navigamus multis procellis plenam: Ut te gubernatore, te duce, mare hoc inſtabile enavigemus, & in æterno tranquilloque portu ſtationem adipiſcamur in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cum quo Patri gloria, una cum ſancto & vivifico Spiritu nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hactenus auctor. Quæ autem ſequitur oratio, nonniſi in uno volumine (cum ſint tres Vaticani codices, in quibus eadem S. Maximi & ſociorum Acta continentur) ſcripta reperitur addita (ut videri poteſt) a notario,



PAGIUS

*veſtros lugeatis, verſæ ſcilicet in veſtra capita, quam in nos maledictionem diraſque excogitaſtis. Tulit itaque Præfectus, aliiſque excruciatis tormentis, membra amputavit, totaque Urbe propudioſa circumductione traducens, Lazicem relegavit.* His verbis clauditur Collatio Sancti Maximi cum Theodoſio Epiſcopo Cæſareæ in Editione Combefiſiana. In Codicibus, quibus uſus eſt Baronius ſimilis ſententia in *Maximum* & duos ejus ſocios recitatur, poſt primum S. Maximi Judicium, quod Baronius hoc anno recitat, ut videre eſt num. XXIV. & ſeqq. Verum ſententia in *Maximum* & in utrumque *Anaſtaſium* aliquot tantum poſt annos executioni mandata, ut ſuo loco videbitur.

rio, qui in gratiam cujuſdam Epiſcopi, Nicolai nomine, ejuſdem ſancti Maximi ſtudioſiſſimi, eadem Acta conſcripſit. Sic enim ſe habet:

XXIX. *Hæc a nobis tibi oratio, o Patrum optime, & filiorum amantiſſime, rebus ipſis (ut & ipſe novi) omnino inferior, deſiderio autem (ut puto) nemini cedens. Orationis vero cauſa & auctor fuit Antiſtes ex te pendens, qui ditatus eſt tum nomine, tum & ſimilitudine morum ejus, qui fuit Myrorum gregis princeps: mirabilium ſermonum tuorum ſemper ipſe cupidus, te maxime deſiderans, tuumque jucundiſſimum nomen linguæ faciens delicias. Cui & redde, ſocietatem tecum & contubernium nanciſci: qui multum (ut vides pro honeſtate pulchriſque inſtitutis certamen capeſſit: quique vitam ipſam libens proiiciat, modo ei contingat aliquid melius in rebus gerendis peragere in Chriſto Domino noſtro, cui gloria & imperium nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.* Porro his de Maximo atque ejus diſcipulis dictis Græci hiſtorici omnes adſtipulantur, ſimulque eorumdem Græcorum Menologia, necnon Latini auctores: ita ut glorioſum Maximi martyrium tam in Oriente quam in Occidente ſcriptorum omnium monumentis fuerit celebratum.

Notarii ad S. Maximum preces.

XXX. Accedit ad gloriam tanti martyris, quod ſui nobiliſſimi ingenii & fidei Orthodoxæ, qua pollebat, dignas poſt ſe lucubrationes reliquit, quibus licet vivens fuerit ab adverſariis (ut dictum eſt) ſpoliatus: haud tamen, Deo eas protegente, perire penitus valuerunt, ſed magna ex parte integræ remanſerunt: quarum hic tibi indicem, veluti inſignem coronidem ad ea quæ ſunt dicta de ipſo, ex Vaticano promptuario exſcriptum apponimus, depromptum ex tribus tomis Græce conſcriptis, & ex Photio collectum: quorum ut facilior ſit tibi cognitio, quatuor alphabeti litteris diſtincta ſerie ſcripta ſingula numeramus hoc ordine:

*P. ſignificat Photium ejus operis meminiſſe.*
*A. reperiri docet in codice Vaticano numero 335.*
*B. eſſe oſtendit in codice Vaticano numero 336.*
*C. reperiri in Codice Vaticano numero 337.*

XXXI. Scripta S. Maximi mart.

| | | |
|---|---|---|
| P. | A. | *Quæſtiones in ſacram Scripturam numero ſexagintaquinque cum earumdem ſolutionibus, ad Thalaſſium presbyterum ac Præpoſitum.* |
| | A. | *Expoſitio ſymbolica eorum quæ in ſacra Synaxi fiunt in Eccleſia.* |
| | A. | *Expoſitio in Pſalmum quinquageſimumnonum.* |
| | A. | *Expoſitio orationis Dominicæ ad quemdam Chriſti famulum.* |
| | C. | *Scholia in B. Dionyſium Areopagitam.* |
| P. | A. | *Ad Thomam Dei famulum, de diverſis ejus quæſtionibus in Dionyſium, & Gregorium, epiſtolæ duæ.* |
| P. | A. | *Scholia in Gregorium Theologum ad Joannem Cyzici Archiepiſcopum.* |
| P. | A. | *Centuriæ quatuor de charitate, ad Elpidium presbyterum.* |
| P. | A. | *Centuriæ ſeptem de Trinitate, de Verbi incarnatione, & de virtute ac vitio.* |
| P. | A. | *Sermo aſceticus per interrogationem, & reſponſionem.* |
| P. | | *Sermo compendioſus adverſus Severi dogmata, ad Petrum illuſtrem, per capita diſtinctus.* |
| P. | A. | *Dialogus Pyrrhi & Maximi, de duabus voluntatibus, & operationibus in Chriſto.* |
| | A. | *Tomus dogmaticus in Cyprum miſſus ad Marinum diaconum *.* |
| | A. | *Expoſitio ſummaria de Paſcha Dominico, in qua totius Kalendarii canonici ratio explicatur, cum brevi ſub fine chronologia.* |

* presbyterum.

XXXII.

Epiſtolæ ad diverſos.

| | | |
|---|---|---|
| | B. | *Auxentio.* |
| P. | B. | *Cononi presbytero ac Præpoſito.* |
| P. | B. | *Conſtantino illuſtri ex Sacellariis duæ.* |
| P. | A. | *Coſmæ diacono Alexandrino, de communi ac proprio, deque eſſentia, & hypoſtaſi continet capita novem.* |
| | B. | *Cydonio Epiſcopo.* |
| P. | B. | *Cyricio, ſeu Cyriſicio Epiſcopo duæ.* |
| | B. | *Eulogio Epiſcopo Alexandriæ, de duabus Chriſti naturis, continet capita ſeptem.* |
| P. | A. | *Georgio Præfecto, cum appuliſſet Conſtantinopolim.* |
| P. | B. | *Georgii Africæ Præfecti nomine, ad monachas Alexandrinas, quæ ab Eccleſia Catholica defecerant.* |

*Ge-*



| | | |
|---|---|---|
| | A. | *Georgio presbytero ac Præpoſito, qui per epiſtolam interrogarat de Chriſti myſterio.* |

XXXIII.

| | | |
|---|---|---|
| P. | A. | *Janiæ Præpoſitæ, de monacha quæ cœnobium reliquerat.* |
| | A. | *Joanni Archiepiſcopo Cyzici, quod anima ſit immortalis.* |
| | B. | *Joanni cubiculario, de charitate.* |
| | A. | *Joanni cubiculario, de triſtitia ſecundum Deum.* |
| P. | | *Joanni cubiculario duæ.* |
| P. | B. | *Joanni Epiſcopo duæ.* |
| P. | | *Joanni Philoſopho, continet capita undecim.* |
| | A. | *Joanni cubiculario, de rectis Eccleſiæ dogmatibus, & contra Severum duæ.* |
| P. | | *Joanni Sophiſtæ.* |
| P. | A. | *Jordani presbytero, de animæ operatione poſt mortem.* |
| P. | | *Juliano Alexandrino ab hæreſi Acephalorum converſo.* |
| | B. | *Juliano Scholaſtico Alexandriæ, de dogmate Eccleſiæ circa Chriſti incarnationem.* |
| P. | A. | *Marino presbytero, de naturali voluntate, &c. continet capita novem.* |
| | A. | *Nicandro Epiſcopo, de duabus operationibus in Chriſto.* |
| | A. | *B. Petro illuſtri epiſtola dogmatica.* |
| P. | B. | *Polychronio Abbati quatuor.* |
| P. | A. | *Pyrrho adhuc presbytero.* |
| | A. | *Siciliæ inſulæ Præpoſitis, monachis, & plebi Orthodoxæ, contra eos qui unam operationem ponunt in Chriſto.* |
| | B. | *Stephano Abbati.* |

XXXIV.

| | | |
|---|---|---|
| P. | | *Stephano Præpoſito ac presbytero duæ.* |
| P. | A. | *B. Sophronio monacho cognomento Eucrate duæ.* |
| | A. | *Thalaſſio Præpoſito ac presbytero, de Regibus Ethnicis, qui filios immolarunt.* |
| P. | A. B. | *Thalaſſio presbytero ac Præpoſito quinque.* |
| | B. | *Theodoro presbytero Lauræ Raithu, de eſſentia & natura.* |
| | A. | *Anomæi ſive Ariani diſputatio cum Orthodoxo.* |
| | A. | *Anomæi & Orthodoxi altera diſputatio.* |
| | A. | *Macedoniani hæretici diſputatio cum Orthodoxo.* |
| | A. | *S. Athanaſii cum Apollinariſta diſputatio.* |
| | A. | *Quænam ſit animæ vis comprehenſiva,* |

XXXV. Sunt & alia opuſcula, quæ magna ex parte videntur pertinere ad ſuperiores epiſtolas, videlicet:

| | | |
|---|---|---|
| | B. | *De duabus unius Chriſti Dei noſtri voluntatibus.* |
| | B. | *De differentiis definitionum.* |
| | | *Capita X. de duabus voluntatibus, ad Orthodoxos; ſubiiciuntur epiſtolæ dogmaticæ ad Petrum.* |
| | | *Capita X. de naturalibus voluntatibus & operationibus. Capita XIII. de voluntatibus, ſeu contra eos qui unam in Chriſto dicunt voluntatem. Capita X. de eſſentia & natura, hypoſtaſi & perſonis.* — *ſubiiciuntur epiſtolæ ad Theodorum Raithu.* |
| | | *Capita XI. de eſſentia, natura & hypoſtaſi. Quod impoſſibile ſit unam dicere Chriſti voluntatem.* — *ſubiiciuntur epiſtolæ ad Eulogium.* |

XXXVI.

| | | |
|---|---|---|
| | A. | *Adverſus eos qui aſſerunt unam in Chriſto dicendam eſſe voluntatem.* |
| | A. | *Ex tractatu de operationibus & voluntatibus caput quinquageſimum, & quod ſequitur.* |
| | A. | *De duabus Chriſti naturis contra Arium, Neſtorium, Sabellium, & Eutychem.* |
| | B. | *Metaphraſis ex carminibus de ſilentio & virtutibus.* |
| | A. | *In illud: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte.* |
| | B. | *In Porphyrii Iſagogen, & categorias Ariſtotelis, quid definitio &c.* |
| | A. | *Variæ definitiones.* |
| | B. | *Excerpta ex antiquis Patribus. Incipit ab Irenæo, deſinitque in aliquot Cyrilli epiſtolis.* |

Hactenus lucubrationes Maximi, qui non Orientem ſolum ſed & Occidentem illuſtravit, & eo clarius, quod ea quæ ſcripſit, martyrio etiam conſignarit. Sed de Maximo hactenus.

XXXVII. *S. Eugenius Tolet. Epiſc. moritur. Succedit Ildefonſus.*

Hoc eodem anno, qui & numeratur nonus Recceſuinthi Hiſpaniarum Regis ex quo ſolus regnare cœpit anno Domini ☞ ſexcenteſimo quadrageſimonono ☜ S. Eugenius Toletanus Epiſcopus moritur; in cujus locum ſubrogatur Ildefonſus æque ſanctus. Porro Eugenius egregiæ ſanctitatis merito adſcriptus retinetur publicis Eccleſiæ tabulis inter ſanctos, ex quibus anniverſaria die qua obiit, Idibus Novembris, nomen ejus publice recitatur. At cum viri hujus egregiæ res geſtæ magna ex parte obſcuræ remanſerint; pauca quæ de eo reperiuntur ſcripta in libello ejuſdem S. Ildefonſi de viris illuſtribus, hic reddamus: ait enim:

*Eugenii mores, & lucubrationes.*

*Eugenius alter poſt priorem Eugenium Pontifex ſubrogatur. Hic cum Eccleſiæ clericus eſſet egregius, vita monachali delectatus eſt. Qui ſagaci fuga, urbem Cæſarauguſtanam petens, illic martyrum ſepulcris inhæſit, ibique ſtudia ſapientiæ, & propoſitum monachi decenter excoluit. Unde Principali violentia reductus, & in Pontificatum adſcitus, vitam plus virtutum meritis, quam viribus egit. Fuit namque corpore tenuis, parvus robore, ſed valde ferveſcens ſpiritus virtute, ſtudiorum bonorum viam proſequens. Cantus paſſivis uſibus vitiatos, melodiæ cognitione correxit: Officiorum remiſſos ordines, curamque diſcrevit. Scripſit de Trinitate libellum, & eloquio nitidum, & rei veritate perſpicuum: qui Libyæ Orientiſque partibus mitti quantocyus poterat, niſi procellis reſultantia freta incertum pavidis iter viatoribus diſtuliſſent.* Quos enim præpotens armis evertiſſet ſecta Mahometana, quæ ab Ariano homine venena fuerat mutuata: his quamprimum Eugenius ſuis ſcriptis occurrendum putavit: quæ in Orientem perferri curans, haud perficere valuit. Cum enim nefaria ſecta non diſputatione, ſed armis robur ſibi compareret; haud proſperum Deus facit iter liberos ferentibus non profuturos. Sed quæ fuerint aliæ ejuſdem viri ſanctiſſimi lucubrationes, idem ita pergit oſtendere.

XXXVIII. *Scripſit & duos libellos, unum de diverſi carminis metro, alium de diverſi operis proſa concretos: qui ad multorum induſtriam, ejus ex hoc tenaciter ſanctam valuerunt commendare memoriam. Libellos quoque Dracontii de creatione mundi conſcriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea quæ inconvenientia reperit ſubtrahendo, immutando, vel meliorando, ita in pulchritudinis formam coegit, ut pulchriores de artificio corrigentis, quam de manu proceſſiſſe videantur auctoris. Et quia de die ſeptimo idem Dracontius reticendo, ſemiplenum opus viſus eſt reliquiſſe; iſte & ſex dierum recapitulationem ſingulis verſibus renovavit, & de die ſeptimo, quæ illi viſa ſunt, eleganter dicta ſubjunxit. Clarus habitus fuit temporibus Chindaſvindi & Recceſuinthi Regum, fere duodecim annis tenens dignitatem ſimul & gloriam ſacerdotis: ſicque poſt lucis mundialis occaſum in baſilica S. Leocadiæ tenet habitationem ſepulcri.*

XXXIX. Antequam autem de ejus ſucceſſore Ildefonſo agamus, hic ejuſdem Eugenii ſepulcri epitaphium reddendum putamus; quod habet acroſtichis his verſibus ipſius Eugenii nomen expreſſum:

*Epitaphium ſepulcri Eugenii.*

*Excipe, Chriſte potens, diſcretam corpore mentem,*
*Ut poſſim picei pœnam vitare barathri.*
*Grandis ineſt culpa, ſed tu pietate redundas.*
*Elue probra, Pater, & vitæ crimina tolle.*
*Non ſim pro meritis ſanctorum cœtibus exul.*
*Judice te proſit ſanctum videre tribunal.*
*Vis lector uno, quis ſim, dignoſcere verſu?*
*Signa priora lege, mox ultima noſſe valebis.*

nempe EUGENIUS MISELLUS.

XL. *Ildefonſus ſucceſſor Eugenii.*

Ildefonſus autem ſucceſſor ipſius, cum (ut dictum eſt) ſcribatur anno nono Recceſuinthi ſucceſſiſſe Eugenio, plane hoc anno in ejus locum ſubrogatus apparet. Quæ autem de ſe ipſemet habeat, cum præfatur in libello, quem poſtquam creatus eſt Epiſcopus, ſcripſit de viris illuſtribus, in medium adducamus: ubi enim eos recenſuit auctores qui eodem argumento libros ſcripſere, hæc de ſe ipſo: *Aſt ego procul valde impar, & iis quos adnotatio retinet, & iis quos adnotatio delectavit, indignus ſatis, & abſque ſubſtantia alicujus boni operis, ſucceſſor ſanctæ memoriæ alterius Eugenii factus in ſede illa glorioſa Toletanæ urbis, quam non ex hominum immenſo conventu * glorioſam dico (cum hanc etiam glorioſorum illuſtret præſentia Principum) ſed ex hoc quod coram timentibus Dominum, iniquis atque juſtis * habetur locus terribilis, omnique veneratione ſublimis,* &c. Hæc de ſede Toletana Ildefonſus; de ipſius autem lucubrationibus agendum erit in ejus obitu.

* numero

* injuſtis.

XLI. *Toletana Eccl. celebris.*

Quod vero pertinet ad ea quæ dicit de ſede Toletana: eam plane præter alia multa inſigniaque reddidit his temporibus celebrem ſucceſſio plurium ſanctorum Pontificum: nihil enim tam movet populum ad cultum venerationemque alicujus Eccleſiæ, quam præſidentium ſacerdotum fulgens ſanctis operibus vita. Rurſum vero, quod & in eos qui minus digne in eam aſſumpti ſedem degeneres reperti eſſent, divina vindicta evigilaſſet, eamdem ipſe nominat locum terribilem, omnique veneratione ſublimem, ex iis ſcilicet, quæ ipſe eadem præfatione inferius habet, ubi de ſancto Montano, quæ ſuo loco ſunt dicta recenſuiſſet, his verbis:

*Terribilia Dei judicia in pravos Epiſcopos, & clericos*

*Cum*, inquit, *Helladio Epiſcopo ſedis ejus Juſtus diaconus faſtu ſuperbiæ inſultaret, poſt mortem quidem ſui Pontificis vixit Epiſcopus, & ipſe tabefactus; ſed in reprobum verſus ſenſum, ob intemperantiam morum, a miniſtris altaris ſui dormiens ſtrangulatus laqueo expiravit. Item cum ſucceſſori ejus Juſto Epiſcopo Gerontius presbyter, Principis oblectamine fotus, contemptum adverſitatemque deferret, tam repentino motu vim perdidit intellectus, ut multis medicorum curationibus quicquid in medelam fieret, totum in peſtis augmentum creſceret: ſicque invaluit commotio mentis, ut uſque ad obitum ſuum terror eſſet homini ejus vel participatio viſionis, vel colloquium oris. Adhuc etiam ſucceſſori in locum ejus Eugenio priori Eufridius * diaconus ſuus cum innixus amicitiæ ſæculari violenter honorem presbyterii, & quædam prædia extorſiſſet, tam in reprobum ſenſum tamque in languoris ſupereminentem pervenit ſtatum, ut cum vivere recuſaret, tam mori eſſet quod viveret, quam vivere, quod mori vellet.* Hæc Ildefonſus: ad quæ viſus eſt alluſiſſe, cum ſedem Toletanam nominat *locum terribilem, omnique veneratione ſublimem.*

* Decentius habet Cod. Vatic.

XLII. Sed Deus, qui ſe adverſus pravos Epiſcopos ultorem manifeſtum exhibuit; erga ſanctos miſericordem, donis pluribus iiſdemque maximis impertitis, oſtendit. Quanta enim per ſuam genitricem Mariam Virginem ipſi, poſtquam factus eſt Epiſcopus, contulerit Ildefonſo, ex canone Concilii in Hiſpania ad Pennam fidelem ſub Ægidio Epiſcopo Toletano habiti hic innoteſcet. Eſt canon ejuſdem Concilii undecimus iſtis verbis expreſſus, ubi agitur de ſolemniori cultu celebrando die natali ejuſdem ſanctiſſimi viri.

*Synodalis teſtificatio de grandi miraculo.*

*Item quia mater Dei, & Salvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti glorioſa, ac ſemper Virgo Maria cappellanum ac ſuæ virginitatis ſpecialem præconem beatum Ildefonſum Patriarchalis Toletanæ Eccleſiæ Præſulem ac rectorem poſt ſui aſſumptionem deſcendens de cælo empyreo corporaliter viſitavit, ac donis & muneribus ſpiritualibus decoravit in ſignum ſpiritualis dilectionis, & amoris; & quos mater Dei diligit & honorat, nos teneamur diligere, & etiam honorare: Statuimus & ordinamus, ut per totam Toletanam provinciam ejus feſtivitas præcipue ſeu du-*

PAGIUS X. *Obitus S. Eugenii Epiſc. Toletani.*

Ad num. XXXVII. & ſeq. *Eugenius Junior* Toletanus Epiſcopus, qui hoc anno ad Cœlum migravit, ut ex Sede Sancti Ildefonſi ejus Succeſſoris colligitur, Doctrina & Sanctitate inclytus fuit. Ejus Epigrammata, aliaque Opuſcula Sirmondus anno MDCXX. publicavit, una cum *Dracontii* libellis duobus ab eodem Eugenio recognitis. Operi etiam Dracontii, quo mundi creationem Carmine Heroico expoſuit, & Geneſeos initium eleganter explanavit, diei ſeptimæ explicationem, quæ deſiderabatur, Eugenius adjecit. Eminentiſſimus Cardinalis de Aguirre in Notitia Conciliorum Hiſpaniæ pag. 231. pollicetur ſe ſe ex MS. Eccleſiæ Toletanæ in lucem editurum ejus Epiſtolam ad *Protaſium* Archiepiſcopum Tarraconenſem. *Eugenius* in Sedem Toletanam anno Chriſti DCXLVI. Eugenio priori ſucceſſit, tribuſque Conciliis Toletanis VIII. IX. ac X. præfuit.

XI. *S. Ildefonſus fit Epiſcopus Toletanus.*

Sanctus *Ildefonſus* ſeu *Hildefonſus* Eugenio II. currenti anno ſucceſſit, cum in ejus Vita dicatur, eum adſcitum eſſe in Pontificatum *nono Recceſuinthi Principis anno*. Vita ejus ſcripta a Juliano & Zixilane Epiſcopis, quæ extat apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino, & apud Bollandum ad diem XXIII. menſis Januarii. De ejus Operibus legendus Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. Inter ea numeratur Libellus *de Perpetua Virginitate B. Mariæ* diſtinctus ab eo, quem Paſchaſius Radbertus compoſuit *de Partu Virginis*, etſi fere idem ſit utriuſque argumentum. Inde Calvinianus quidam occaſionem ſumſit ſcribendi genuinum Paſchaſii fœtum Ildefonſo ſubditum fuiſſe uſque ad noſtram ætatem. Verum Mabillonius in Præfatione Sæculi III. Benedictini parte II. oſtendit hunc diſceptatorem valde hallucinatum eſſe. Licet enim idem utriuſque ſcopus ſit, diverſus tamen eſt fœtus, inſcriptio diverſa, alii atque alii adverſarii. Ildefonſus ſcripſit *contra tres infideles Jovinianum* ſc. *Helvidium & Judæos*, qui Virginitatem Beatæ Mariæ impugnabant, ut conſtat ex Epiſtolis Quiricii Barcinonenſis Epiſcopi ejus æqualis, editis in Spicilegii Tomo primo: Paſchaſius vero ſcripſit contra *fratres* (ſic adverſarios vocat in Præfatione ſua, qui de Virginitate quidem Dei Matris recte ſentiebant, ſed modum partus Dominici non recte explicabant.

XII. *B. Virgo veſtem Sacram dat S. Ildefonſo.*

Annunciationis Feſtum in decimo Concilio Toletano ſub Eugenio celebrato, inſtitutum fuiſſe oſtendi anno DCLVI. num. VII. & tamen in libro Miraculorum B. Mariæ cap. 1. dicitur, B. Mariam veſtem Cœlitus allatam donaſſe S. Ildefonſo Archiepiſcopo, huncque conſtituiſſe, *ut celebraretur Solemnitas ejus ſingulis annis ante Feſtivitatem Natalis Domini*, ubi ſermo eſt de Annunciatione B. Virginis, ſeu de *Expectatione* Partus, quæ Toleti die XVIII. menſis Decembris celebratur. Longe itaque veroſi-

*duplici officio ſolemniter celebretur.* Hæc Patres in dicto Concilio anno Domini, milleſimo trecenteſimo ſecundo celebrato. Sed quæ de re tanta in rebus geſtis ejuſdem S. Ildefonſi ſcripta reperiuntur, in medium adducamus.

XLIII. Julianus diaconus ſcriptor rerum S. Ildefonſi.

Julianus, non ille Toletanus Epiſcopus, ſed ejuſdem Eccleſiæ Toletanæ diaconus, in præfatione voluminis S. Ildefonſi de laude intemeratæ Dei genitricis Mariæ, ipſius ſanctiſſimi Epiſcopi res geſtas contexuit: habes eam, ſimulque ejuſdem Sancti opuſcula cum ſermonibus ejuſdem haud pridem typis ex ſcriptis codicibus primum cuſa Pariſiis, in lucem prodita ſumma diligentia viri doctiſſimi Franciſci Fevardentii Theologi Pariſienſis, cui hoc nomine plurimum debeat, Hiſpaniarum Eccleſia. Quæ autem idem Julianus diaconus Toletanus ſcribit de rebus adeo admirandis tranſactis inter Deiparam & ſanctum Ildefonſum, ac primum quæ cum S. Leocadia interceſſerunt, ſe accepiſſe teſtatur a teſtibus fide integerrimis Urbano & Evantio, qui eodem ſæculo quo Ildefonſus vixerunt, & Urbanus factus eſt poſtea Epiſcopus Toletanus, Evantius vero ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconus. Poſtquam igitur de primordiis ejuſdem Sancti nonnulla Julianus ipſe narraſſet, hæc de eodem dicere pergit:

XLIV. De S. Leocadiæ apparitione.

*Quod per tot annos populi deſiderantibus necdum fuerat oſtenſum, illis iſte patefaceret primum: & reliquias ſanctæ ac Deo dicatæ virginis Leocadiæ adveniente Rege in ſede regia, ſua feſtivitate, omnibus aſtantibus præſentaret, & ante ſepulcrum ejus genibus provolutus, tumulum in quo ejus ſanctiſſimum corpuſculum uſque hodie humatum eſt, ut exiliret, & operculum quod vix triginta juvenes movere potuiſſent, non humanis manibus ſed Angelicis elevatum: velum quod ſanctæ martyris membra tegebat, conſurrexit, tamquam illud ipſa vivens foras ſubmitteret, & veluti manibus hominum extenſum elevaretur atque conſpectui ejus virgo pulcherrima obſequens adventaret, clamantibus Epiſcopis, Principibus, presbyteris, diaconibus cleri, atque omni populo, Deo gratias in cœlo, Deo gratias in terra, nemine tacente. Ipſe* vero manibus ſtatim complexans & aſtringens, talia fertur depromere vota, vociferans cum omni populo, & clamans: Deo gratias, vivit domina mea per Ildefonſum. Et ipſum repetens clerus vehementer pſallebat, Halleluja: & canticum quod ipſe dominus Ildefonſus graviter fecerat: Specioſa facta es, Halleluja: & alia quæ in ipſa Miſſa, quæ ſubter eſt annotata, in laude ejus depromſerat. Clamabat inter voces populi velut mugiens, ut aliquod inciſorium deferrent, unde quod manibus tenebat præcideret: & nemo illi accurrebat, & populus vaſtis vocibus rictibuſque frendebat. Nam & ſancta virgo quod voluntate ſubmiſerat, violenter retrahebat. Sed & Princeps quondam Recciſuinthus, qui eo tempore erat, gloria & ferocitate terrena depoſita qui eum ob iniquitates ſuas increpitus ſuperbo oculo intuebatur, cultrum modicum, quem in theca tenebat, cum lacrymis offerebat: & collo ſubmiſſo, ſupplices manus a throno ſuo extendens, ut eum illi deferrent, inſtanter deprecabatur, poſtulans ut indignum non judicaret ſua cum lacrymis offerentem. Quem ille apprehendens, quod manu læva jam modicum tenebat, dextra præcidit: & cultrum ipſum una cum eiſdem reliquiis tectis* argenteis collocavit, indignum judicans, ut qui ſancta præciderat, ultra polluta tangeret. Requirentis manus quantum valebat vicario jure præcipit impendi.*

* Ipſa.

* thecis.

XLV.

*His peractis, quia longum eſt iſta omnia enucleare; cuncta quæ uſui pertinebant ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ, in Dei laudibus uſquequaque completa ſunt. His excuſſis alia adhuc miracula Spiritus Sanctus per eum in ipſo Dominico Adventu non poſt multos dies peregit. Sed quia omnia longa ſunt recenſere, quæ ejus temporibus in Toletana urbe dominus Urbanus, & dominus Evantius per eum facta narrabant, vel ex multis pauca aggrediamur: quia qui hoc mecum audierunt, cum hoc legerint, dolebunt prætermiſiſſe me tam multa & magna, quæcumque mecum ſciunt. Superveniente vero die Aſſumptionis ſanctæ & ſemper virginis Mariæ, ante tres dies tribus diebus Litanias peregit, & Miſſam quæ in illius laude decantaretur, perfecit, quæ eſt ſeptima. At ubi ventum eſt ad ejus ſolemnitatem, ſupradictus Rex minus de timore Dei ſolicitus, & de ſuis iniquitatibus male conſcius, ad audienda ſolemnia regali de more acceſſit. Nam rebus Dei Ildefonſus majori adhuc munere fretus, dum Dominæ ſuæ ſolemnia, cui Deo præſule ſerviebat, ovans ſuſciperet, & in laude genitricis Dei hoc quod ſupra prænotavimus, ſummo cordis affectu harmonica modulatione compoſita carmina appararet, & libellum virginitatis more ſynonymiæ teſtimoniis veteris & novi Teſtamenti plenum compte ederet, & digna facundia ac magnificentia jam præfatæ Dominæ ſuæ exornaret, dum ante horas matutinas ſolito*

Dei genitrix viſa in Eccleſia.

PAGIUS roſimilius eſt quod ſcribit Rodericus Toletanus lib. 2. cap. ult. Beatam Virginem in Feſto, quod die XVIII. Decembris in Hiſpaniis celebratur, Ildefonſo apparuiſſe, eidemque veſtem ſacram qua in facienda Re Divina uteretur, dediſſe; quod etiam ex eo Vaſæus in Chronico ad annum DCLXII. refert exiſtimatque Feſtum *Expectationis* jam antea inſtitutum, ex eo tempore ce-



*lito more ad obſequia Dei peragenda conſurgeret, ut vigilias ſuas Domino conſecraret: diacono vel ſubdiacono, atque clero ante eum cum vaſculis præcedentibus, ſubito oſtia aperientes, & Eccleſiam intuentes, atque ſplendori cœleſti aciem defigentes, lumen quod ferre non valuerunt, cum tremore effugientes; lampadas, quas manibus tenebant, reliquerunt, & ſua veſtigia per quæ venerat adeuntes, prope mortui reverſi ſunt ad ſodales.*

XLVI.

*Solicite omnis congregatio requirens quid de Dei ſervo ageretur, eum cum Angelicis choris viderunt: quod tam ſubito expaverunt cuſtodes, ut & terga ab oſtio Eccleſiæ dantes, revertebantur ad proprias ſedes. At ille bene ſibi conſcius, ante altare ſanctæ Virginis procidens, reperit in cathedra ipſam Dominam ſedentem, ubi ſolitus erat Epiſcopus reſidere & populum ſalutare (quam cathedram nullus Epiſcopus adire tentavit poſtea, niſi dominus Siſibertus, qui ſtatim ipſam perdens) exilio relegatus eſt, & elevatis oculis aſpexit in circuitu ejus, & vidit omnem apſidem Eccleſiæ repletam virginum turmis, de canticis David modulata ſuavitate aliquid decantantibus. Aſpicienſque in eam, ut ipſe ſibi conſcius bene cariſſimis referebat, ſic eum allocuta eſt voce: Propera in occurſum, ſerve Dei cariſſime, accipe munuſculum de manu mea, quod de theſauro filii mei tibi attuli. Sic enim tibi opus eſt, ut benedictione tegminis, quæ tibi data eſt, in meo tantum ſervitio utaris. Et quia oculos fidei fixos in meo ſemper ſervitio tenens permanſiſti; & laudem meam, diffuſa in labiis tuis gratia, dulciter in cordibus fidelium depinxiſti: & veſtimentis Eccleſiæ jam in hac vita ornatus eris, & in futuro in promptuariis meis cum aliis ſervis filii mei lætaberis. Et hæc dicens, ab oculis ejus una cum virginibus & luce, quæ venerat, remeavit. Remanſit Dei ſervus in tantum ſecurus de adipiſcenda gloria, in quantum præſcius de ſibi donata palmæ victoria, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit, & cuncta regit per infinita ſemper ſæcula ſæculorum. Amen.*

Quæ S. Ildefonſo donarit ſancta Dei genitrix Maria.

Hucuſque Julianus diaconus: tribuunt alii ejus hiſtoriæ ſcriptionem Lixicæ Toletano Epiſcopo Urbani ſucceſſori, accepiſſeque eam ab Urbano & Evantio, quibus per ætatem licuerit rei geſtæ miraculo immo miraculis intereſſe. His autem omnes penitus, qui res Hiſpaniarum Eccleſiæ ſcriptis ſunt proſecuti, abſque controverſia adſtipulantur. Qui vero ejuſdem Sancti opuſcula legerit, videritque quam ardentiſſimo Dei genitricis amore ipſe flagrarit, & quam copioſe proſecutus ſit laudes cultumque ejuſdem ſanctiſſimæ Mariæ Deiparæ: haud adeo puto, mirabitur, ſi tale ab ipſa munus fuerit conſecutus. ☞ Poſt hæc autem cuſa admoniti ſumus, in Eccleſia Toletana haud receptam eſſe Juliani aſſertionem de tempore Apparitionis Dei genitricis, ad S. Ildefonſum cum præclaro munere deſcendentis, quam ipſe dicit factam tempore Aſſumptionis ejuſdem Dei genitricis Mariæ. Magis autem eſſe ibi antiqua traditione probatum uſuque retentum in ſacris ritibus, id fieri contigiſſe die decima octava Decembris, qua ſolemnitas Expectationis ejuſdem ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ ibidem celebrari conſuevit; quod & ſacris lectionibus antiquitus receptis in eadem Eccleſia recitari publice conſuetum aſſeritur. ☜

Hoc anno, qui undecimus numeratur Sigeberti Francorum Regis, ipſe ex hac vita migravit: licet alii decem tantum vixiſſe annos tradant, alii dicant perveniſſe ad annum Domini ſexcenteſimum ſexageſimum ſecundum, quod pluribus quæ erunt dicenda repugnat. Conſtat, (a) autem ipſum ob egregias animi virtutes a majoribus relatum eſſe inter ſanctos, colique diem natalem ejus Kalendis Februarii. Scripſit libellum de ejuſdem miraculis Sigebertus Gemblacenſis.

Obitus Sigeberti Francorum Reg.

(a) *Molan. in nat. SS. Belg. die 1. Febr.*

An-

PAGIUS celebrius factum fuiſſe Hiſpanis. Sed in re obſcuriſſima nihil certi dici poteſt, ut colligitur ex iis quæ Nicolaus Antonius in lib. V. cap. VI. Bibliothecæ Veteris Hiſpanæ in medium adducit.

XIII. Obitus Sigiberti Regis.

*Sigibertus* Auſtriæ Rex, cujus mortem hoc anno recitat Baronius, anno ſuperiori obiit, ut ibidem oſtendimus.

XIV. Floret S. Godeberta.

Hoc vel ſequenti anno S. Godeberta renunciavit ſæculo, ſeque S. Eligio Epiſcopo Noviomenſi Chriſto conſecrandam tradidit; quod Baronius anno DCXV. n. XII. regnante Clotario ſecundo contigiſſe ſcribit; cum tamen eo tempore *Eligius* in hujus Sanctæ Vita memoratus, nondum Epiſcopus eſſet, ideoque & *Clotarius* Rex, cujus in ea mentio, ſit Clotarius III. non vero *Clotarius* II. ut ibidem oſtendi.

I. ANnus ſequitur Redemptoris ſexcenteſimus quinquageſimus octavus Indictione prima: quo Thomas Conſtantinopolitanus Epiſcopus ubi ſediſſet (ut habet Nicephori Chronicon) annos duos & menſes ſeptem, moritur, atque in ejus locum ſubrogatur Joannes presbyter * ejuſdem Eccleſiæ Syncellus & Cuſtos vaſorum. Hic ipſe in Sextæ Synodi Actis (ut dictum eſt ſuperius) prædicatur Catholicus; quem de ſua quam profitebatur Catholica fide Synodalem ſcripſiſſe epiſtolam ad Macarium Antiochenum, fidem faciunt Acta quæ extant Sextæ Synodi, ubi inter alia de Joannis fide Catholica hæc leguntur (a): *Similiter relectum eſt ex eodem regeſto exemplar Synodicorum Joannis ſanctæ memoriæ qui fuit ſimiliter Patriarcha hujus regiæ urbis, continent in ſuperſcriptione ita: Per omnia ſanctiſſimo & conſacerdoti, Macario Joannes indignus Epiſcopus. Quorum initium eſt. Quis loquetur potentias Domini? &c.* Probatum vero cognitumque fuiſſe Catholicum eumdem Joannem Epiſcopum, inferius eadem Acta teſtantur, quæ commenticia exiſtimantur.

* diaconus. Jo. Epiſc. Conſtant.

(a) *Sext. Synod. Act.* 13.

II. Valde namque repugnant iis quæ in Sanctum Maximum facta ſunt, atque in diſcipulos ejus, cum omnes ſimul toto hoc tempore duriſſimo detinerentur exilio, eo quod nollent communicare cum Conſtantinopolitana Eccleſia, cujus eſſet ipſe Thomas Epiſcopus Monothelita. Si enim ſecus fuiſſet, communicare eidem minime recuſaſſent; ſicque ab exilio liberati, Deo gratias egiſſent de reddita Eccleſiæ pace, quam diu optaſſent, & pro ea Deum jugiter rogaſſent. Quamdiu igitur perſeverare videmus in Orthodoxorum præcipuos agoniſtas perſecutionem; quæ ſcripta habentur de Catholica fide ejus Eccleſiæ Patriarcharum, æquo animo haud ferre poſſumus abſque ſuſpicione commenti. Sed de his jam ſuperius diximus.

Hoc anno pax tractata eſt inter Romanos & Sarracenos, de qua Theophanes inter alios verbis iſtis: *Anno decimoſeptimo Imperatoris Mabuvias Arabum Princeps, ſuorum ſeditione compulſus, de pace ineunda ad Conſtantem miſit, ejus pacis nomine in ſingulos dies ab Arabibus mille nummos depenſum iri promittens & equum & ſervum.* Hæc Theophanes.

III. Quod pertinet ad res Occidentalis Eccle-

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCXCVI. Anno Hegiræ XXXVIII. inchoato die 8. Junii fer. 6. A.C. 658.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6151.

☉ 23. G. ☽ 13. P. 25. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 658.

VITALIANI PAPÆ 2.

CONSANTIS IMP. 18.

HIc annus iſta formula notatus: *XVII. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XV.*

I. *Poſtconſulatus.* Ad num. I. & ſeq. *Thomas* Epiſcopus Conſtantinopolitanus anno tantum ſexcenteſimo ſexageſimo octavo aut inſequenti e vita migravit, ut recte in Tabulis Theophanis annotatur, ubi etiam anni tres incompleti ſcilicet, eidem aſſignantur.

II. *Thomas Epiſc. Conſtantinop. moritur.* Nam Nicephorus in Chronico & Zonaras in Conſtante Aug. *Thomam* annos duos & menſes ſeptem ſediſſe ſcribunt. Thomæ ſucceſſit *Joannes* quem utrumque in Actis Sextæ Synodi Catholicum male prædicari putavit Baronius, quod ea depravata exiſtimaret. Adhæc utrumque fuiſſe participem eorum, quæ facta ſunt in Sanctum *Maximum* ejuſque diſcipulos, qui hoc tempere duriſſimo detinebantur exilio arbitratus eſt. Verum cum jam conſtet, ante *Thomæ & Joannis* Pontificatum Conſtantinopoli ſævitum eſſe in Sanctum Maximum, ejuſque diſcipulos, Actaque Sextæ Synodi indubitatæ fidei eſſe, nunc de utroque Patriarcha nonniſi bene ſentiendum.

III. *Pax Saracenos inter & Romanos ſancita.* Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCL. Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoato, ait: *Hoc anno Mavia* (qui de Califatu Saracenorum cum alii contendebat) *Legatione ad Imperatorem ſuſcepta, Arabes ſeditionibus & tumultibus jactati cum Romanis pacti ſunt; ut nimirum per ſingulos dies nummos mille, equum & ſervum Romanis penderent. Inter hac magnus terræ motus menſe Daſio, Indictione ſecunda, per Palaſtinam & Syriam exortus magnis ruinis cauſam dedit.* Ex indictione ſecunda cum menſe Deſio ſeu Junio conjuncta, quæ eo menſe anno ſequenti; quo terræ motus ille contigit, in curſu fuit, certo diſcimus, per totum Conſtantis Aug. Imperium *Theophanem* res uno anno tardius conſignare; quem errorem unius numeri additione emendamus, ut ſuo loco oſtendi. [1]

IV. Ad num. III. & ſeqq. Sanctus *Theodardus* Epiſcopus Trajectenſis anno tantum ſexcenteſimo

NOTÆ [1] HOc anno celebrata fuit Synodus illa Sennonenſis triginta Epiſcoporum, quæ in editione Veneto-Labbeana ex Chronico S. Petri Vivi exhibetur ad annum 670. Privilegium Emmonii in hoc Concilio datum, laudatumque in eodem Chronico, ſed non recitatum protulit Mabillonius Sæc. III. pag. 613. Porro idem Concilium diligentiam Pagii non fugit, cum de eodem verba faciat ad A. 665. 5. ubi & ad hunc annum 658. optime refertur. Ideo vero hic mentionem ejus habendam cenſui, quod in Collectione laudata extra ſuum annum recenſeatur, addaturque privilegium in eodem Concilio latum nullibi legi, quod falſum eſſe ex iis, quæ de Mabillonio dixi, compertum eſt. MANSI



cleſiæ, clarent Galliæ nova luce martyrii, quod ſubiit hoc anno (a) S. Theodardus Epiſcopus Leodicenſis. Extant ejus Acta, ſcripta, vel reſtituta potius a Sigeberto Gemblacenſi, qui ſe ea meliori ſtylo expoliiſſe teſtatur. Natione Gallus Theodardus fuit, profeſſione monachus: cumque Sigebertus Rex Francorum in Auſtraſia duodecim monaſteria erexiſſet, uni eorum, nempe Stabulenſi, conſilio S. Reclami Tungrenſis Epiſcopi & Cuniberti Colonienſis, invitus præficitur Abbas; nolenſque haud diu poſt ipſi Reclamo ſucceſſit in Epiſcopatu Eccleſiæ Leodienſis. Fuit ipſi aliqua ex parte quies, cum viveret Sigebertus laudatiſſimus Princeps æqui amantiſſimus, & religionis obſervantiſſimus: quippe qui ſolus viſus ſit pro miraculo frænum injeciſſe indomitæ dominandi cupiditati, cum paterni regni ipſe major natu minorem ſibi ſumpſerit partem, majorem vero minori ceſſerit fratri Clodoveo; beneque uſus pace, cum ab externis, & a civilibus bellis quieſceret, ſeſe totum monaſteriis erigendis, aliiſque pietatis operibus mancipavit.

(a) *Sig. in Chron. hoc anno, & Molan. in Martyr. SS. Belgii.*

Sigeberti Regis virtutes laudatæ.

IV. *Childerici regnum.* Cum vero (uti anno ſuperiori dictum eſt) Sigebertus ad annum undecimum propagaſſet regnum, & ex hac vita receſſiſſet, uno relicto puero filio Dagoberto; adoptatoque jam antea, cum prole careret, Ildeberto filio Grimoaldi Majoris domus, cujus arte foras in Scotiam Dagobertus puer fuerat amandatus, in bello perempto, & ejus parente carceri mancipato; potitus eſt regno frater ipſius Sigeberti Clodoveus, monarchiam obtinens Galliarum; qui Childerico ſecundo loco natu filio regnum a Sigeberto relictum tradidit, adoleſcenti (ut ajunt) leviſſimo, ad omnem pravorum impulſum facile mobili; ſub quo ipſe, quem diximus, Theodardus martyrium ſubiit. Quomodo autem id acciderit, ex ejus Actis hic reddimus, quæ ſic ſe habent (b):

(b) *Extant apud Sur. die 10. Septemb. t. 5.*

V. *Childericus adverſatur S. Theodardo.* *Tutabatur Theodardum Epiſcopum contra omnes favor Sigeberti Regis, qui amator divinæ religionis, oculos habebat columbinæ ſimplicitatis. Quo defuncto, regnum Auſtraſiæ, quod tenuerat, dedit frater Clodoveus filio ſuo Childerico. Tum vero omnis malitia & injuſtitia in regno prævaluit, & contra Eccleſiam gravis domeſticæ tempeſtatis turbo inſonuit. Theodardus autem, quia mercenarius non erat, non fugit a facie luporum, ſed pro ovibus ſuis conſtantius ex adverſo ſtetit. Et quia paſtor eſſentialiter bonus dixerat: (c) Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: nec in hoc ſurdus auditor fuit, paratus pro ovibus animam ponere. Sed ne quid inexpertum relinqueret, deliberat Regem Childericum adire, & ante eum ſuper injuriis Eccleſiæ illatis legaliter expoſtulare, ſi forte per cenſuram regalem Eccleſia poſſeſſiones ſuas reciperet. Atque divinitus edoctus a mentis ſuæ oraculo, imminere ſibi tempus paſſionis, diſpoſuit domui ſuæ, & omnibus ultimum Vale dicto, oveſque ſuas illi commendans, qui ſibi illas commendavit, duce mentis conſtantia, cum paucis iter arripuit.*

(c) *Jo.* 15.



Por-

PAGIUS mo ſexageſimo ſeptimo Martyrium paſſus eſt, ut ſtatim oſtendam. Ejus Vitam ab antiquiore Auctore conſcriptam Sigebertus Gemblacenſis urbaniore ſtylo a ſe melioratam teſtatur. Extat ea apud Surium ad diem X. Septemb. in illa *Theodardus* perperam dicitur *Abbas* Malmundarienſis & Stabulenſis, ac Succeſſor Remacli in eandem Abbatiam, quando is ad Epiſcopatum Trajectenſem evectus eſt. *Remaclum* enim regimen utriuſque Monaſterii cum Epiſcopatu geſſiſſe, ſuo loco docuimus. Quare *Theodardus* ejus tantum Vicarius dici poteſt. Poſtquam S. *Remaclus* Epiſcopatum abdicavit, Theodardum in Epiſcopatu ſucceſſorem habuit. Ad hunc miſſus eſt a patre S. *Lambertus*, qui ejus poſtea Succeſſor fuit, ut in ejus Vita teſtatur ſynchronus Scriptor apud Ducheſnium, qui illius aliqua fragmenta publicavit. Hanc Vitam S. Lamberti politiore ſtylo poſtea Godeſchalchus edidit: *Tantum gratiarum in conſpectu Pontificis invenire meruit, ut quaſi filium hæredem & Succeſſorem ſibi eum eligere adoptabat, ſi licitum ei fuiſſet, propter inſtitutionem Canonicam.* Vixit Theodardus uſque ad annum ſexcenteſimum ſexageſimum ſeptimum, quo nominatur in Præcepto Childerici Regis pro Cœnobiis Stabulenſi & Malmundarienſi, dato *quando fecit menſis Septembris dies VI. anno VIII. Regni Domni Childerici Regis. Trajecto feliciter.* Recitat illud Cointius anno DCLXVII. num. XIX. eoque jubetur *Theodardus* Epiſcopus cum aliis Viris illuſtribus ſolum remetiri, cujus partem uſibus Monachorum Rex addixit.

*Martyrium S. Theodardi Epiſc. Trajectenſis.*

V. *S. Lambertus ſuccedit S. Theodardo in Epiſcopatu Trajectenſi.* Verum eodem anno *Theodardus* prope Nemetum ſeu *Spiram* interemptus eſt, cum proficiſceretur ad Childericum Regem, qui Trajecto procul aberat. Rem geſtam narrat Anſelmus in ejus Vita. In ejus locum ſubrogatus Sanctus *Lambertus* ſeu *Landebertus* qui initio ſui Pontificatus Sacras Reliquias Theodardi revexit, *& in villa publica Legia* (id eſt, Leodium) *tumulavit cum honore qualis decebat Martyrem* inquit Auctor coætaneus in ejus Vita. Colitur Sanctus *Theodardus* in Tabulis Eccleſiaſticis die decima menſis Septembris, indeque deduxit Cointius citatus eum anno tantum ſexcenteſimo ſexageſimo octavo Martyrium feciſſe quia inquit, anno antecedenti die ſexta Septembris adhuc in vivis erat, ut ex laudato Diplomate conſtat, & quarto poſt die non occubuit: cum Diploma Trajecti datum ſit, & *Theodardus* prope Spiram, quæ Traiecto procul abeſt, occiſus. Verum cum dies ejus Martyrii in ejus Vita non memoretur, Sanctique aliis plerumque diebus quam quibus coluntur, ad Deum migrarint, vanum & futile eſt Cointii argumentum. *Theodardum* enim anno DCLXVII. vacuam *Lamberto* Sedem reliquiſſe, in hujus Sancti morte monſtrabimus.

VI. Sanctus *Dalfinus* Epiſcopus Lugdunenſis, qui binominis erat, & *Annemundus* etiam vocabatur, hoc anno Martyrium fecit. Beda enim lib.

VI. *Porro filii Belial, qui præ duritia impœnitentis cordis theſaurizabant ſibi iram, nullo modo potuerunt adduci ad aliquam reſipiſcendi viam, ut ſcilicet ablata Eccleſiæ reſtituerent: ſed ſcientes quia in nullo ibi reſponderet juſtitia, ſi de præſumtis rebus Eccleſiæ coram Palatinis ageretur controverſia; mala malis cumulant, & ex deſperationis periculo de morte innocentis Præſulis tractant, & iter ejus diligenter explorant. At vir ſanctus juſti præpoſiti tenax, quem armabat vivus & efficax ſermo Dei dicentis (a): Nolite timere eos qui occidunt ſolum corpus: jam diœceſis ſuæ terminos longe exceſſerat, & in pago, quem Aliſatiam vulgo dicunt, bonis adhuc proventibus gradum fixerat. Et ecce cuneus inimicorum Dei de inſidiis emergens, arrectis lanceis in necem innocentis proruit. Ille munitus tuto patientiæ clypeo, eos ad pacis bonum invitare volebat. Sed quia non erant filii pacis, pax non inveniens in eis ubi requieſceret, ad amicum pacis reverſa eſt.*

(a) Matth. 10.

VII. Martyrium Theodardi Epiſcopi. *Tum vero ut lupi agnum, impii circumſtabant pium; illumque oculos ad cælos tollentem, & pro eis orantem exemplo Jeſu in Cruce pendentis, contumeliis afficiunt, humi proſternunt: & quia iram nequit explere poteſtas, caput ſancto oleo perunctum in fruſtra ſecant, corpus ſanctum membratum dilaniant. Terra quidem ſic data eſt in manus impiorum, ſpiritus autem ab omni terra rudere excoctus per ignem paſſionis, ut aurum in fornace probatus rediit ad Dominum, qui fecit illum. Fides nimirum, quæ protomartyri Stephano aperuit cælos, ut videret Jeſum ſtantem ad auxiliandum ſibi; hæc*

PAGIUS

S. Dalfini ſeu Annemundi martyrium. lib. 5. cap. 20. narrat, *Sanctum VVilfridum* Roma redeuntem ejus Martyrio interfuiſſe: *Et cum menſes aliquot, ibi* (nempe Romæ) *ſtudiis occupatus felicibus exegiſſet* (videlicet Wilfridus) *rediit ad Dalfinum in Galliam & tres annos apud ipſum commoratus, attonſus eſt ab eo; & in tanto habitus amore ut hæredem illum ſibi facere cogitaret. Sed ne hoc fieri poſſet, Antiſtes crudeli morte præreptus eſt, at VVilfridus ad ſuæ potius, hoc eſt, Anglorum gentis Epiſcopatum reſervatus. Nam Brunichildæ Reginæ miſſis militibus Epiſcopum juſſit interfici, quem ad locum quidam, quo decollandus erat, ſecutus eſt VVilfridus, Clericus illius deſiderans cum eo tametſi ipſo multum prohibente, pariter occumbere. Sed hunc ubi peregrinum atque oriundum de natione Anglorum cognovere carnifices, pepercere illi, nec eum trucidare cum ſuo voluere Pontifice.* Ita vulgatæ Bedæ editiones quas Baronius anno DCXIV. num. IV. ſecutus, *Brunichildæ* Reginæ aliorum Epiſcoporum parricidio contaminatæ, nefandum hoc ſacrilegium attribuit; quamvis certum ſit, *Brunichildem*, diu antequam *VVilfridus* naſceretur interiiſſe. Corrigendus itaque locus Bedæ ex editione Latino Saxonica, ſeu Cantabrigenſi, Chiffletiana, & variis MSS. a Viris doctis citatis, quibus addendi quinque Bibliothecæ Colbertinæ a me lecti, in quibus loco *Brunichildis* habetur *Balthild*, vel *Bathilde*, vel *Baldhid*, vel *Balthid*, vel *Baltid*, quæ quando Dalfinus cæſus eſt, tutelam *Clotarii* III. Regis ſui filii gerebat, & *Ebroinus* Major Domus omnia pro arbitrio moderans licentius in Eccleſiam & Epiſcopos peccabat, qui ideo hujus ſceleris reus eſt, non vero *Bathildis* ſub cujus nomine *Ebroinus* Epiſcopos perſequebatur. *Annemundum* Lugdunenſes ut Martyrem colunt *quarto Kalendas Octobris*, ejuſque corpus in puellari Cœnobio S. Petri depoſitum, docent veteres apud Severtium Chartæ in Epiſcopis Lugdunenſibus, & Ledanus Lugdunenſis Metropolitanus in literis ad Carolum Magnum.

VII. Anno ſuo redditur. Cointius ejus mortem collocavit anno DCLIV. ut ibidem num. XIV. & ſeqq. videre eſt, quam tamen ſententiam poſtea mutavit, ut ſtatim oſtendam. Mabillonius in Diſſert. *de Anno Mortis Dagoberti Primi & Clodovei Junioris*, num. XVII. in annum ſuperiorem eamdem contulit, & Chiffletius in Diſſert. de *Annis Dagoberti* cap. XI. In annum DCLXIII. Verum *Annemundum* currenti anno paſſum oſtendo ex Privilegio Emmonis Epiſcopi Senonenſis pro Martyrio Sancti Petri apud Senonas collato cum iis, quæ Beda loco laudato de Wilfrido & Annemundo habet. Recitat illud Privilegium Mabillonius Sæculo III. Benedictino Part. II. in Monumentis Hiſtoricis, cujus hæc ſubſcriptio eſt: *Actum Manſalaco curte Dominica anno tertio Regni Domini noſtri Clotharii Regis.* Poſt ſubſcriptionem Emmonis Epiſcopi Senonenſis, & Joannis Epiſcopi Arelatenſis, quorum tamen Sedes non exprimitur, habetur *Unemundus hoc Privilegium conſenſit*, quem ibidem in margine Mabillonius eundem cum Annemundo Metropolita Lugdunenſi recte conſtituit. Nec mirum *Annemundum* ibi dici *Unemundum*; cum in Diplomate Clodovei II. quo Monaſterii Sancti Dionyſii libertatem confirmat apud Mabillonium lib. 2. de Re Diplom. cap. 21. primus ex Epiſcopis, qui eidem ſubſcribit, *Aunemundus* vocetur, quem eumdem eſſe cum Annemundo & Unemundo recte ibidem Mabillonius notavit. Quare anno currenti, quo *Clotarius* III. tertium Regni inchoavit, adhuc in vivis erat Annemundus. Non viderat hoc Privilegium Cointius, quando Tomum III. Annalium ſuorum publicavit, quod poſtquam in ejus notitiam venit, ad annum DCCLI. num. CXXXVI. priorem ſententiam retractavit, ſcripſitque præ citatam Senonenſis Privilegii ſubſcriptionem oſtendere Annemundum trucidatum eſſe *Poſt annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum octavum*. At melius dixiſſet, eum hoc anno interfectum. Hujus ſubſcriptionis ſi meminiſſet Mabillonius, cum laudatam Diſſertationem in lucem emiſit, ſuam etiam ſententiam mutaſſet.

VIII. S. Vilfridus Romam proficiſcitur. Annum autem tertium *Clotarii* Regis in laudato Diplomate memoratum, intelligi, non poſſe de anno ejus tertio exeunte, annoque Chriſti inſequenti, & *Annemundum* ad eum non perveniſſe, oſtendit Romanum iter, quod Wilfridus ex Anglia aggreſſus eſt. Beda enim loco citato refert, Wilfridum, *ubi decimumquartum ætatis contigit annum, Monaſticam ſæculari vitam* prætuliſſe, & poſtquam in inſula Lindisfarnenſi, *necdum adtonſus*, annos aliquot in Monaſterio illius inſulæ Deo ſerviſſet, propoſuiſſe animo venire Romam, & *qui ad Sedem Apoſtolicam ritus Eccleſiaſtici, ſive Miniſte-*



*hæc quoque Theodardo martyri cælos aperuit, &c.* Pergit auctor pluribus dicere de miraculis, quæ poſtea contigerunt plurima quidem & ingentia, quibus Deus voluit hominibus notum fieri ſecum in cælis regnare martyrem, quem improborum manus in terris occiderant. Adſcriptus autem eſt Theodardus ea die qua paſſus, decima menſis Septembris, catalogo ſanctorum martyrum, eademque annis ſingulis publica commemoratione in Eccleſia conſpicitur redivivus.

Succeſſit Theodardo martyri S. Lambertus Epiſcopus pariter martyrio coronatos, ut ſuo loco dicemus: fuiſſe autem & hunc diſcipulum S. Remacli Epiſcopi Leodienſis, ejus Acta teſtantur ☞. Sed quem toties audiſti nominatum eſſe Remaclum, factum ſcias vitio deſcribentis, qui eum quem conſtat dictum eſſe Remaclum, Reclamum mendoſe ſcripſit, non ſic inferius anno 882. prope finem, ubi Remaclum recte invenies appellatum ☞.



PAGIUS *niſteriales ſervarentur, videre.* Eddius Stephanus Wilfrido familiaris & æqualis, in ejus Vita a Mabillonio in Appendice I. Sæculi IV. Benedictini publicata cap. 3. ait: *Appellare & videre Sedem Apoſtoli Petri & Apoſtolorum Principis, adhuc inattritam viam genti noſtræ tentare, in cor adoleſcentis ſupradicti adſcendit.* Quæ notabilis eſt Epocha peregrinationum Romanarum apud Britannos, qui poſtea certatim ad Apoſtolorum limina convolarunt: paulo ſerius Scotti & Hiberni, ob diſcordiam, inquit Mabillonius, rituum patriorum a Romanis, ſi quoſdam excipias antiquiores, ex quibus S. Patricius Hiberniæ Apoſtolus, qui ſæculo V. iſtuc profectus eſt.

IX. Suſceptæ peregrinationis annus. *Vuilfridus* conſilium ſuum indicavit Reginæ Eanfledæ, quæ *Miſit eum Cantiam ad Regem Ercombertum, quo tempore ibi gradum Archiepiſcopi Honorius, ſervabat*, inquit Beda, qui jam lib. 3. cap. 20. docuerat, *Honorium* migraſſe ex luce *anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, pridie Kalendarum Octobrium.* Verum non eo anno ex Anglia ſolvit Wilfridus; addit enim Beda lib. 5. cap. 20. hunc in Cantia cum Rege *aliquandiu* demoratum eſſe, diligenter his quæ inſpiciebat diſcendis operam dediſſe, ſuperveniſſe illuc alium adoleſcentem, ſcilicet *Benedictum Biſcopum*, & hujus comitatui Regem ſociaſſe Wilfridum. Quare *Vuilfridus* & *Benedictus* circa menſem Maium anni ſexcenteſimi quinquageſimi quarti Angliam reliquere. *Qui cum Lugdunum perveniſſent, Vuilfrid a Dalfino Civitatis Epiſcopo* retentus eſt. *Delectabatur enim Antiſtes prudentia verborum juvenis, &c. & omnia, quæ neceſſe habebat, abundanter ipſi cum ſociis ſuis, quandiu ſecum erant, donabat.* Quare Wilfridus Lugduni manſit per multos menſes. Addit enim Beda Benedictum, Wvilfrido a Dalphino retento, *cœptum lintre navali iter Romam uſque* compleviſſe.

X. Tum veniens Romam orationibus ac meditationi Rerum Eccleſiaſticarum ſe ſe totum addixit, *Bonifacii* Archidiaconi Papæ Conſiliarii Magiſterio quatuor Evangeliorum libros computum Paſchæ rationabilem, & alia multa percepit; ac *menſes aliquot ibi ſtudiis occupatus felicibus exegit.* Eddius Stephanus aſſerit *per multos menſes* Romæ fuiſſe, & poſtremo Bonifacium Archidiaconum præſentaſſe eum *Papæ Beatæ memoriæ.* Erat is *Eugenius* die VIII. menſis Septemb. anni DCLIV. in Sedem Roman. evectus. Verum Wilfridus anno tantum DCLV. circa menſem Septembrem Roma digreſſus videtur; multum enim temporis eundo & redeundo conſumptum. Dein *rediit ad Dalfinum in Galliam & tres annos apud ipſum commoratus, attonſus eſt ab eo*, inquit Beda, qui poſtea Dalfini cædem recitat. Chiffletius loco, *tres annos*, repoſuit, *ſex annos*, ex fide Codicis MS. Trevirenſis. Verum mendoſus erat in hac parte Codex ille, ſicut non raro vitioſi ſunt variis in locis alii MSS. Codices. Nam non ſolum *tres anni* in omnibus vulgatis Bedæ exemplaribus, in Eddio, Stephano, Eadmero, aliiſque qui res geſtas Wilfridi memoriæ commendarunt, leguntur; ſed etiam in quibuſdam MSS. a Mabillonio in prædicta Diſſertatione citatis: quibus adde ſex exemplaria MSS. a me in Bibliotheca Colbertina evoluta. Ex quibus tandem omnibus ſequitur, *Dalfinum* interemptum præſenti anno poſt ſecundam hebdomadam menſis Novembris, quo *Clotarius* annum III. Regni ſui exorſus eſt, poſt quadriennium ſcilicet & aliquot menſes a Wilfridi exceſſu ex Anglia, & poſt triennium ex hujus in Galliam reditu; neque uſque ad ſequentem annum Martyrium ejus differri poſſe. Porro *VVilfridus* natus erat *anno Incarnationis DCXXXIV. regnante in Cantia Eadbaldo*, inquit Eadmerus in ejus Vita, quod ex dicendis in hujus morte conſtabit. Quamobrem anno præſenti *VVilfridus* attigerat annum ætatis viceſimum quintum. De eo & *Benedicto Biſcopo* ſæpe infra agetur. *In Angliam Lugduno tranſiens redit VVilfridus.*

Hoc anno *Sanctus Eligius* Epiſcopus Noviomenſis moritur, ut anno DCLXV. oſtendemus.

I. Conſtans fratrem occidit.

SExcenteſimus quinquageſimus nonus Domini annus ſequitur, Indictione ſecunda: quo Imp. Conſtans, ſceleribus ſcelera jungens, impulſu malorum dæmonum, fratrem ſuum Theodoſium conſecratum jam diaconum nece abſtulit, ita crudeliter fratricidium ſacrilegio magis infamans. De nefando facinore breviter hæc tantum ex Theophane Græcorum habent Annales: *Anno decimooctavo Imperii Conſtans germanum ſuum fratrem Theodoſium interfecit: quem quidem, offenſus ab eo antea, opera Pauli Patriarchæ attonſum diaconum conſecrari voluiſſet: a quo miniſtrante idem Imperator ſancto ſanguinis poculo in ſacroſanctis myſteriis impertitus fuiſſet.* Iſta vero haud impune patravit: exegit enim fuſus ſanguis innocus a Deo vindictam, ut omnibus vitæ ſuæ diebus inſtar Cain, conſcientiæ ſtimulis agitatus, profugus & vagus viveret ſuper terram: eo infelicior, quod non ſicut ille (*a*) ſignum accepit a Domino, ne ab aliquo interficeretur: etenim inſequente eum culpa, tremens ubique locorum fuit & pavens: ſed etiam ea ex cauſa infeliciſſimus, quod ob oculos poſitum proficuum remedium pœnitentiæ non arripuit, ſed in fugam inſanus præſidium collocavit, vane putans mutatione locorum ab inſequente ſe culpa non expiata poſſe defendi. Quidnam autem memoria dignum tunc acciderit, audi inchoatæ tragediæ dignum exitum.

(*a*) *Geneſ.* 4.

II Ubi enim ſcelus, immo in uno plura ſcelera nefandiſſima perpetraſſet, cum extinctum penitus fratrem & oblivione ſepultum omnino putavit, didicit ſuo damno miſer ſupereſſe poſt cædem homini, quod vivat & clamet. Sed accipe quæ in Græcorum leguntur Annalibus (*b*): *Is ergo Theodoſius a morte ſua ipſi Conſtantio crebro per quietem viſus eſt habitu diaconi poculum ſanguine plenum porrigens, atque dicens: Bibe frater.* Ac ſi diceret: Inebriare fraterno ſanguine, quem fudiſti: talem decet propinare poculum plenum ſanguine avidæ crudelitati. Explere cruore germani porrigentis, non ut olim in Eccleſia porrigebat in tuarum redemptionum culparum ſanguinem Chriſti, ſed in ultionem paratum. Sume de manu non ſanguine agni refertum poculum, quo percuſſor Angelus abigatur (*c*), ſed qui ultorem excitet in te Deum. Accipe ſanguinem victimæ, non quo ſancitum eſt fœdus, ſed quo tua eſt damnatio comparata. Porrigo calicem non ſalutarem, ſed ira Dei (*d*) poculum plenum, quod haurias eſt neceſſe. Meus ecce ſanguis qui tuum a Deo vindice ſuis vocibus exigit. Audiebat hæc & metuebat Imperator, ultrice accuſante pariter conſcientia, & fugientem majoribus clamoribus inſequente: nam pergit auctor:

Divina ultio exagitat Imperatorem.

(*b*) *Cedre. compend. in Conſt. hoc anno.*

(*c*) *Exod.* 12.

(*d*) *Iſa.* 51.

III. *Ejus viſionis acerbitate victus infelix Imperator, ſtatuit in Siciliam abire. Itaque in urbe relinquens uxorem & tres filios, celocem conſcendit (eſt navigii genus). Cumque ſolviſſet, converſus retro urbem Imperii ſedem conſpuit. Sed ne in Sicilia quidem inſomnium illud vexare Conſtantem deſiit. Syracuſas ſibi delegit, ubi vitam ageret, ubi & ſtatuit Imperium*

---

PAGIUS

SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCXCVII. Anno Hegiræ XXXIX. inchoato die 29. Maii fer. 4. A.C. 659.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 6152.

☉ 24. C. ☽ 14. P. 14. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 659.

VITALIANI PAPÆ 8.

CONSTANTIS IMP. 19.

I. *Poſtconſulatus.*

HIC annus iſta formula notatus: *XVIII. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XVI.*

II. *Geſta in Oriente.*

A num. I. ad IV. Theophanes anno Incarn. ſecundum Alex. DCLI. Kalendis Septemb. hujus Chriſti anni incœpto, refert, Conſtantem Aug. Theodoſium germanum fratrem occidiſſe. Tum anno Incarnationis DCLIII. ſcribit: *Hoc anno de transferenda Romam Imperii Sede Imperator conſiliatus, Conſtantinop. relicta Syracuſas Siciliæ Urbem migravit. Quamobrem miſit, qui uxorem ſuam, treſque liberos, Conſtantinum, Heraclium atque Tiberium ad ſe adducerent: ſed Byzantii Cives eos abire minime paſſi ſunt.* Verum profectio illa ante annum Chriſti DCLXIII. non inſtituta, ut eo anno oſtendemus. Præterea Theophanes aliique Byzantini Hiſtorici prætermiſerunt obſervare Imperatorem, qui jam a ſexennio *Conſtantinum* natu majorem filium Auguſtum renunciaverat, duos alios hoc anno Cæſares appellaſſe. Illud tamen diſcimus ex Actis Sextæ Synodi cujus Actione XV. legitur: *Imperantibus a Deo coronatis, ac ſereniſſimis Dominis noſtris Flaviis, Conſtantino quidem piiſſimo, & a Deo decreto magno Principe, perpetuo Auguſto & Imperatore anno vigeſimo octavo, & poſt Conſulatum ejus a Deo inſtructæ manſuetudinis, anno decimo tertio, Heraclio vero atque Tiberio a Deo conſervandis ejus fratribus anno vigeſimo ſecundo, vigeſima ſexta menſis Aprilis, Indictione nona.* Initio vero Actionis XVI. de Heraclio & Tiberio legitur: *Heraclio vero atque Tiberio a Deo conſervandis ejus fratribus, anno vigeſimo tertio, nona die menſis Auguſti, Indictione nona.* Quare cum utraque Actio habita fuerit anno DCLXXXI. Conſtantino Pogonato imperante, Heraclius atque Tiberius ejus fratres hoc anno appellati ſunt Cæſares, poſt diem vigeſimum ſextum menſis Aprilis & ante diem nonum menſis Auguſti, ut numeranti patet. Porro Cæſares



*rium Romanum transferre, cum inviſus eſſet ob Monothelitarum hæreſim, aliaſque pravas de religione ſententias. Miſit ergo qui uxorem & liberos adducerent; ſed hanc Byzantii cum liberis detinuerunt.* Hæc Annales hoc anno exhibent. Anaſtaſius autem reliqua addit, quæ ſunt in Annalibus prætermiſſa, nempe ejus adventum Romam, antequam in Siciliam ſe conferret. Sed de his ſuo loco dicendum erit.

Sarraceni infeſtant Perſas & Rom. Imp.

Hoc eodem anno, qui bello civili ſuorum armis depreſſus Mahuvias Princeps Sarracenorum pendere delegerat tributum Conſtanti Imperatori (ut ſuperius vidimus) exigentibus Imperatoris ejuſdem peccatis, æmulo ſuo Hali nece ſublato, ſolus abſque timore imperans, adverſus Perſas primum, inde adverſus Romanos erigitur.

IV. Moritur hoc anno Longobardorum Rex Rodoaldus, occiſus a Longobardo homine, cujus uxorem adulterio polluerat, ubi regnaſſet (ut Paulus ait *a*) annos quinque & dies ſeptem. Cujus tempore nihil præterea memoria dignum geſtum reperitur, niſi quod ejus conjux filia Theodolindæ, quam matrimonio ſibi conjunxerat, exemplo matris, Ticini baſilicam erexit in honorem S. Joannis Baptiſtæ, quam mirifice exornatam auro & argento etiam redditibus locupletavit, ubi & ſepeliri voluit. Porro de ea ſubiicit iſta Paulus: *Hæc cum crimen adulterii apud virum accuſata fuiſſet, proprius ejus ſervus Carellus nomine a Rege expetiit, ut cum eo qui Reginæ crimen ingeſſerat, pro caſtitate ſuæ dominæ, monomachia dimicaret. Qui cum criminatore illo ſingulare certamen cum iniiſſet, eum, cuncto populo aſtante, ſuperavit; Regina vero poſt hoc factum ad dignitatem priſtinam rediit.* Hæc ipſe.

(*a*) *Paul. diac. l.* 4. *c.* 49. 50. *nov. edit. Plant.*

Rodoaldi Regis Longob. obitus.

V. Cæterum quod Paulus diaconus affirmat, hanc filiam Theodolindæ nomine Gundibergam fuiſſe uxorem Rodoaldi, erraſſe videtur, cum id ratio temporis minime patiatur: nam duo de quadraginta intercedunt anni ab obitu Agilulphi ejus patris uſque ad regnum Rodoaldi: ut potius ipſa dicenda ſit uxor fuiſſe Arcoaldi, qui ſuceſſit Adaloaldo cujus ſententiæ eſt Aimoinus l. 4 c. 10. & auctor Appendicis ad Gregorium Turonenſem c. 50. & 51.

Deteſtatio Monomachiæ.

Quod vero pertinet ad ſingulare certamen initum, invexerunt barbari in Italiam deteſtandam ejuſmodi conſuetudinem, ut monomachia jurgia definirent. Quo ſicut nihil crudelius, ita nihil ſtultius poteſt excogitari, cum nequaquam ſemper in unoquoque bello victoria juſtitiam conſequatur, ſed divina ſententia & occulto Dei judicio declinet interdum ad eum qui cauſam malam fovet. Sunt de his exempla cum in aliis libris, tum etiam in divina Scriptura; ſed illa memorabilia magis, cum juſſu Dei, juſtiſſima præcedente cauſa apparatu longe majore filii Iſrael (*b*) omnes zelo Dei incenſi ad ultionem deteſtandi facinoris progreſſi, ſemel & iterum vincuntur a longe diſpari militum numero; ea (ut aſſeritur) ratione, quod antequam idonei eſſent aliorum punire peccata, ipſi prius ſua, accepta iterum clade, expiare deberent. Quid ergo inſani homines, degeneres Chriſtiani, deſertores paternarum legum, ob idque millies deteſtandi, jureque anathemate damnati, ejuſmodi jactu infamis aleæ vitam non ſæculi tantum hujus, ſed & æternam amittunt; cum nec ſi vincant, certum reddi poſſit foviſſe juſtitiam, & pugnaſſe pro veritate? Sed miſſa iſtæc.

(*b*) *Jud.* 20.

Suc-

---

PAGIUS res coronatos fuiſſe, in dubium revocari non poteſt. Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis exhibet aliqua Numiſmata Conſtantis Auguſti; in aliquibus cernuntur duæ protomæ Imperatorum in quibuſdam tres & in aliis quatuor; ex quibus intelligimus, eum filios in Imperii ſocietatem vocaſſe.

III. *Poſt Alim & Haſenum Mavia Saraceni s præeſt.*

Theophanes eodem anno Incarnat. DCLI. refert, *Alim* Perſidis Principem ſublatum eſſe, & *Maviam* Imperium Arabum ſolum adeptum *Damaſci* Regiam firmaſſe. Tum anno DCLII. narrat, *Maviam* Arabes, qui *Perſiam incolebant*, afflixiſſe; alios *in Syria poſitos* opibus & honoribus evexiſſe. Inde ſumta occaſio a Baronio ſcribendi, Maviam *adverſus Perſas primum, inde adverſus Romanos* erectum eſſe. Cum tamen ab aliquot annis Perſarum Imperium Saracenicæ Ditionis eſſet. Cæterum a Theophane diſſentit Elmacinus in Hiſt. Sarac. ubi *Alim* quintum Saracenorum Califam vocat, aitque, occiſum eſſe anno Hegiræ XL. & poſt ejus mortem *Haſenum* ſeu *Chaſanum* ejus filium regnaſſe menſes ſex ac dies quinque, & abdicaſſe anno Hegiræ XLI. Muaviæque Imperium tradidiſſe, quem Elmacinus ſeptimum Califam vocat. Quare tam Theophanes, quam Elmacinus mortem *Alis* in annum Eræ noſtræ DCLX. conferunt, ſed ille unum ex Califis prætermittit, quia nempe ejus Principatus brevis fuit.

IV. *Aribertus ſuccedit Rodoaldo in Regnum Longobardorum.*

Ad num. IV. & ſeqq. Cædem *Rodoaldi* Langobardorum Regis, quam hoc anno collocat Baronius, Sigebertus in Chronico recte retrahit in annum ſexcenteſimum quinquageſimum primum, juxta ea quæ de Rodoaldi Deceſſoribus diximus. Eidem tribuit Sigebertus annos quinque, quibus Paulus Diaconus juxta editionem Grotii lib. 4. cap. 49. dies quinque addit; juxta eam vero, quam ſecutus eſt Baronius, & Grutterus recuſit, loco *dies quinque* habentur *dies ſeptem*. Sigebertum in utroque capite ſequitur Hermannus Contractus in fuſiori Chronico. *Rodoaldo* ſucceſſit *Aribertus filius Gundualdi, qui fuerat germanus Theudelindæ Reginæ*, inquit Paulus cap. 50. dicit Baronius rationem temporis minime pati, ut credamus *Gundibergam* filiam Theodolindæ Reginæ uxorem fuiſſe *Rodoaldi* Regis; quod tamen ſcribit Paulus ci-

ta-

| Christi | Vitaliani Pap. | Constantis Imp. |
| --- | --- | --- |
| 659. | 5. | 18. |

(a) Paul. diac. l. 4. c. 50. Succeſſit autem Rodoaldo Regi Aripertus, de quo Paulus hæc ſcribit (a): *Fuit hic filius Gundibaldi, qui fuerat germanus Theodolindæ Reginæ. Hic* Aripertus Rex Longob. *condidit apud Ticinium oraculum Domini Salvatoris, quod extra portam Occidentalem, quæ dicitur Marenca, ſitum eſt, quod ornamentis variis decoravit, & ſubſtantiis ſufficienter ditavit.* Hæc Paulus, qui in eo erroris arguitur, dum novem annos ejus regno tribuit, ut oſtendetur inferius, cum de exordio regni Grimoaldi diſputatio erit.

VI. Porro adhuc Longobardorum Reges Ariana peſte affecti cum eſſent, Catholicis Epiſcopis haud parum negotii faceſſebant, qui ſeſe pro muro Iſrael domus opponebant: inter quos præcipue enituerunt Joannes cognomento Bonus Mediolanenſis & Joannes Bergomatis Eccleſiæ Epiſcopi. Hi enim, ut olim Paulus (b) & Barnabas, ad fidem Catholicam tuendam ac propagandam manus ſimul junxere; verum eorum alter, Bergomenſis videlicet, eo gloriæ progreſſus eſt, ut ea pugna ſibi martyrium lucraretur: Martyris enim titulo decoratum ipſum tabulæ Eccleſiaſticæ retinent quinto Idus Julii, quo anniverſaria die ea redimitum laurea Eccleſia Catholica repræſentat; licet ejus martyrii Acta nobis hactenus remaneant incomperta. Collega vero etſi non conſummavit martyrium, egregiorum tamen meritorum ergo inter ſanctos æque adſcribi meruit ſuo natali die, quarto videlicet Idus Januarii, ſed & de ambobus iterum inferius mentio fiet. (b) Act. 13.

Se-

PAGIUS tatus, eamque potius dicendam eſſe uxorem Arioaldi, ut tradunt Aimoinus lib. 4. cap. 10. & Auctor Appendicis ad Gregorium Turonenſem cap. 50. & 51.

V. *Gundeberga uxor Arioaldi, & dein Rotaris Regum Longobard.* Hæc Baronii conjectura certa. Paulus enim Diaconus de Regno *Arioaldi Gundebergæ* conjugis parum edoctus fuit, ut anno DCXXVI. jam monſtravi. Standum itaque Fredegario Auctori coætaneo, cujus Chronicon ſub Appendicis Gregorianæ nomine Baronius citare ſolet. Fredegarius autem cap. 34. prodit, *Agonem* Langobardorum Regem accepiſſe uxorem *nomine Theudelindem ex genere Francorum*, & de ea ſuſcepiſſe *filium nomine Odoaldum, & filiam nomine Gundobergam*. Erat Theudelinda filia Garibaldi Ducis Bajoariæ hujus nominis primi qui uxorem habuit Valdetradem Franciæ Reginam, Thodobaldi Auſtraſiæ Regis viduam. Mortuo Theodobaldo, *Regnum ejus Clotarius Rex accepit copulans Valdetradem uxorem ejus ſtrato ſuo. Sed increpitus a Sacerdotibus, reliquit eam, dans ei Garibaldum Ducem* inquit Gregorius Turonenſis lib. 4. cap. 9. Quare Fredegarius cap. 71. recte ſcripſit *Gundebergam* fuiſſe *parentem* Francorum, ex materna ſcilicet origine. Idem Fredegarius cap. 50. teſtatur, *Gundebergam* matrimonio conjunctam cum Arioaldo, quem ipſe *Charoaldum* appellat, & cap. inſequenti addit, falſo accuſatam ab *Adalulfo*, quod maritum veneno interficere vellet. *Arioaldus* Rex his mendaciis credens, *Gundebergam* in quamdam turrim contruſit: quo audito *Clotarius* II. Francorum Rex Legatos ad *Arioaldum* direxit, quorum unus armatus ad ſingulare certamen contra Adalulfum proceſſit; cumque conflixiſſent ſingulari certamine, Adulfus interfectus eſt, exindeque Gundeberga tanquam innocens *de exilio poſt annos tres regreſſa ſublimatur in Regnum*, inquit Fredegarius citatus, qui cap. 70. ſcribit, eam ſecundis nuptiis Chrotarium, ut eum ipſe vocat, aut Rotarim, ut alii, Langobardorum Regem, & Rodoaldi Langobardorum etiam Regis patrem, maritum accepiſſe.

VI. *Quomodo Theudelinda fuerit ex genere Francorum.* Quamobrem ſi ea *Rodoaldo* ſociata fuiſſet, ut putavit Paulus Diaconus lib. 4. cap. 10. ſequeretur, aut proprio filio connubio junctam, aut ſaltem mariti ſui filio; cum Fredegarii Scriptoris æqualis teſtimonium in dubium revocari non debeat. Idem quod Fredegarius, Aimoinus lib. 4. cap. 10. recitat. Quod hic explicare placuit quia Hadrianus Valeſius lib. XVIII. Rer. Franc. & Cointius in Annal. Eccleſiaſt. Franc. *Gundibergæ* nullam mentionem fecere, & quia multos in hac difficultate hærere video, quomodo nempe *Theudelinda* poteſt dici fuiſſe *ex genere Francorum*. Parentum nomine cognati & affines univerſe vulgo tunc veniebant, & cum *VValderada* primis nuptiis cum *Theodobaldo* Francorum Rege collocata fuerit, *Theudelindæ* nepti *parentis* Francorum appellatio hoc ſenſu congruit ut ait Velſerus lib. 4. Rer. Boic. pag. 116. His adde, *Theudelindam* neptem etiam fuiſſe *Theodeberti* Francorum Regis, qui *VViſegardam* Valderadæ matris ſororem uxorem habuerat.

VII. *Floret Joannes Bonus Epiſc. Mediolan.* *Joannes* cognomento *Bonus* Epiſcopus Mediolanenſis, quem Baronius a Langobardis Ariana hæreſi infectis vexatum refert, interfuit Concilio Lateranenſi anno DCXLIX. celebrato, ideoque uſque ad præſentem annum vitam producere potuit. Ejus Acta a nullo Antiquorum ſcripta, ſed Bollandus ad diem X. menſis Januarii ejus Vitam refert ex Hiſtoria Mediolanenſi Joſephi Ripamontii. Baronius in Romano Martyrologio augendo ſecutus Galeſinium, *Joannem* eidem diei inſcripſit. In Catalogo tamen Epiſcoporum Mediolanenſium a Mabillonio in Muſæo Italico Tomo I. & a Papebrocio Tom. VII. SS. menſis Maii producto dicitur eum obiiſſe *quarto Nonas Januarii*. Quare aut Galeſinius loco *IV. Non. Januarii*, legit *IV. Idus Januarii*, aut *Joannes* alio die, quam quo mortuus eſt, eidem Martyrologio adſcriptus.

Hoc anno *S. Gertrudis* Abbatiſſa Monaſterii Nivellenſis obiit, ut anno DCLXIV. oſtendemus.



| Jesu Christi Annus | Vitaliani Pap. Annus | Constantis Imp. Annus |
| --- | --- | --- |
| 660. | 6. | 19. |

I. SEquitur ordine temporis annus Redemptoris noſtri ſexcenteſimus ſexageſimus, indictione tertia: quo ſanctus Maximus Abbas & martyr, ubi poſt mutilationem linguæ & manus triennium in exilio apud Alanos barbaros exegiſſet, complens glorioſum martyrium, in cælum migrat, relatuſque inter martyres remanſit in Eccleſia perenni memoria celeberrimus; de quo ſuperius ſatis.

(a) Aimoi. l. 4. c. 41. Eodem anno, & qui numeratur Clodovei junioris Francorum Regis decimuſquartus, hæc ab eo facta narrantur (a): *Anno decimoquarto ſuſcepti regiminis Clodoveus Rex argentum, quo genitor ſuus apſidem ſuper ſepulcra martyrum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii prominentem operuerat, auferri mandavit, & Argulfo loci illius Abbati, ut illud egenis & neceſſitatem patientibus (quia fames eo tempore totam pene occupaverat Franciam) diſpartiret. Et quia idem locus ſub poteſtate conſtitutus erat adhuc Pariſiaci Pontificis, tale quid idem Deo amabilis Princeps excogitavit.* Clodoveus inconceſſa tentat. Deeſſe aliquid in narratione videtur, dum conatur excuſare factum, & adſcribere pietati, quod ab aliis ut ſacrilegium condemnatur, cum mox ſit ultione divinitus immiſſa punitum: iſta ſiquidem apud Sigebertum leguntur hoc eodem anno (b): *Clodoveus Rex corpus ſancti Dionyſii Pariſienſis diſcooperiens minus religioſe, os brachii ejus fregit & rapuit, moxque in amentiam* (b) Sig. in Chron.

per-

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCXCVIII. Anno Hegiræ XL. inchoato die 16. Maii fer. 1. A.C. 660. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6153.

☉ 25. E. D. ☽ 15. P. 5. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 660.

VITALIANI PAPÆ 4.

CONSTANTIS IMP. 20.

I. *Poſtconſulatus.* HIC annus iſta formula notatus: *XIX. Poſt-Conſulatum Conſtantis Aug. XVII.*

II. *Obitus Anaſtaſii diſcipuli S. Maximi.* Ad num. I. Tempus mortis Sancti *Anaſtaſii* Presbyteri & Apocriſarii, Sancti *Maximi* Abbatis, & *Anaſtaſii* ejus diſcipuli diſcimus partim ex ejuſdem Anaſtaſii Apocriſarii Epiſtola ad Theodoſium Presbyterum Gangrenſem, partim ex Hypomneſtico quod, ſicuti & ea Epiſtola, extat in Collectaneis Anaſtaſii. Ex iis ſummarie referam quæ ad rem noſtram faciunt, & quidem de verbo ad verbum, quantum fieri poterit, Epiſtola *miſſa eſt a tertio exilio, ideſt, Lazico. Cum veniſſemus*, inquit Anaſtaſius, *ad Regionem Lazorum ſexto Idus Junias quintæ Indictionis* (ideoque anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo) *ſtatim ſeparaverunt nos ab invicem, diripientes omnia uſque ad unam acum & filum, & Dominum Maximum Abbatem, neque in ſubjugali, neque in vehiculo ſedere valentem, pro eo quod in infirmitate poſitus eſſet, cum plectentes virgulas ex iis quaſi lectulum texuiſſent, bajulantes detulerunt, & incluſerunt in Caſtro Schemari vocitato, juxta gentem eorum, qui dicuntur Alani.* Refert poſtea Anaſtaſius, Anaſtaſium Abbbatem & ſe incluſos fuiſſe ſeparatim in duobus Caſtris: & dein poſt paucos die eumdem Anaſtaſium tranſlatum eſſe in aliud Caſtrum, & obiiſſe, aut in medio viæ, aut in ſecundo Caſtro, ſeque coniicere, quod circa undecimo Kalendas vel nono Kalendas Auguſtas in Domino obdormierit.

III. *Annus mortis S. Maximi & Anaſtaſii Apocriſarii.* Aſſerit poſtea Anaſtaſius, Apocriſarius, Sanctum Maximum, cum eſſet cuſtodiæ mancipatus in Caſtro ſuperius memorato, dixiſſe ad quoſdam, qui erant in illo: *Tertio decimo die Auguſti menſis hujus inſtantis quintæ Indictionis feria ſeptima aſſumet me Dominus: quod & factum eſt. Igitur tertio decimo die prædicti Auguſti menſis præteritæ quintæ Indictionis ſecundum Divinum ejus vaticinium, feria ſebtimæ præſentibus derelictis, perrexit ad Dominum.* Quare mors Sancti Maximi contigit anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, menſe Auguſto, Indictione quinta notato. Refert dein Anaſtaſius, ſe de Caſtro ad Caſtrum nudum & diſcalciatum, & peditem, & frigore ac fame & ſiti depreſſum circumductum eſſe. In fine ejuſdem Epiſtolæ legitur hoc Scholion: *Obiit & ipſe Sanctus Pater noſter & Martyr Anaſtaſius, qui hanc ſcripſit Epiſtolam, die Dominico, hora tertia, quinto Idus Octobrias, cum in Sancta Collecta diceret, Sancta Sanctis Indictione decima,* ideoque anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſexto, quo indictio X. Kalendis Septembris inchoata eſt.

IV. *Annus emortualis S. Maximi & utriuſque Anaſtaſii.* Idem dies & annus mortis Anaſtaſii Apocriſarii notatur in Hypomneſtico, ubi etiam narratur, in tertio ejus exilio Lazicæ ſepties in difficilioribus locis & tribulatione multa ſæpe tranſlatum fuiſſe: & Anaſtaſium Presbyterum & Apocriſarium Romanum, *a ſexta Indictione præteriti Cycli uſque ad decimam Indictionem, in omnibus prædictis tribus exiliis ſuis traductionibus diverſis* affectum, *tribulationibuſque ac neceſſitatibus, & anguſtiis non mediocribus nec modicis* permanſiſſe *annis viginti*, ideoque ab anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo, quo Indictio ſexta Kal. Septemb. inchoata, uſque ad annum DCLXVI. quo Kal. Septemb. Indictio X. auſpicata eſt. Indeque liquet etiam ante promulgationem Typi Conſtantem Imperatorem hunc ſervum Dei perſecutum eſſe. Adhæc dicitur ibi de Sancto Maximo & Anaſtaſio ejus diſcipulo: *Pariter & Anaſtaſius diſcipulus ejus ab undecima Indictione præteriti Cycli per tria exilia, Bizyes ſcilicet, & perberei Thracenſium Regionis, atque prædictum Lazicum, in multis contritionibus & intolerabilibus neceſſitatibus, atque hujuſcemodi athleticis certaminibus, annis decem peractis, ad Regnum migravere ſupernum. Sanctus quidem Maximus ſicut dictum eſt, menſe Auguſto die tertia decima, Indictione quinta, cum prædixiſſet ex Divina revelatione ſuam in Domino ante dies quindecim dormitionem futuram, ſicut jam præmiſſum eſt; Sanctum vero ſuum pro veritate in Chriſto Deo Noſtro Martyrium ante non paucos annos. Diſcipulus vero ejus Anaſtaſius menſe Julio, die viceſima quarta, Indictionis ejuſdem.* Quare Maximus & Anaſtaſius ejus diſcipulus

ve-

*perpetuam incidit.* Hæc ipſe.

II. *Mali Principes obtendunt velamentum pietatis.* Solent mali Principes, quodcumque licet impietatis factum, aliquo tamen pietatis tegumento velare, ut tum ex Gentilibus tum ex Chriſtianis exempla non pauca declarant. Certe quidem quod ad præſens facinus pertinet, nihil eſt quod jure defendi excuſarive poſſit. Quidam enim ſibi Principes vendicant juris in iis quæ Deo ſemel dicata ſunt? Vel ſi neceſſitas ſuaderet tale quid perpetrari; theſaurus primum regius ab ipſo fuerat prodigendus, & ante profana quam ſacra diſtrahenda. Demum ſi poſt erogatum theſaurum regium, adhuc urgente fama, in ſacram ſupellectilem manus coniiciendæ fuiſſent; non illæ quidem, regiæ, ſed ſacerdotales eſſe debuerant: ſicuti ab Ambroſio, Auguſtino, aliiſque ſanctis viris compluribus factum ſcimus: Fuit Juliani Apoſtatæ tantum facinus, aliquo colorato prætextu expilare Eccleſiarum theſauros, non Principis Orthodoxi. Non caruiſſe multiplici ſacrilegio tale factum, certum eſt, cum non tantum concameratum in apſide argentum ſublatum ab ipſo fuerit, ſed quo tectæ erant ſacræ reliquiæ, idque abſque aliqua adhibita penitus reverentia; cum brachii os tunc ab eo fractum, inſuper & raptum etiam fuiſſe dicatur.

Por-

PAGIUS

vexati ab anno DCLII. ad DCLXII. ab undecima ſcilicet Indictione ad quintam. Opera S. Maximi duobus Tomis in folio a Combefiſio puplicata.

V. *Clodoveus Secundus immerito culpatus.* Ad num. II. & ſeq. Quod dicitur de inſania *Clodoveo* Regi afficta, & templis ab eo ſpoliatis confutatum reperies apud Hadrianum Valeſium lib. XX. Rer. Francic. ubi plura de hujus Regis tam virtutibus, quam vitiis; nobis enim in his immorari non vacat.

VI. *Childericus fit Rex Auſtraſiæ.* Anno quarto Monarchiæ *Clotarii* III. in finem vergente, Auſtraſiis tumultuantibus, & Regem, qui ſoli Auſtriæ dominaretur, ſibi dari poſcentibus, *Bathildis* Regina *Childericum* filium ſuum ſecundo genitum & fratrem Clotarii, ut tumultus ſedaret, eiſdem præfecit; indeque ab hoc anno *Clotarius* Burgundionibus tantum ac Francis ſeu Neuſtraſiis imperavit. Hoc indicat, quamvis verbis obſcurioribus, Auctor coætaneus in Vita Sanctæ Bathildis his verbis: *Nuper & Auſtraſii pacifico ordine, ordinante Domna Balthide, per conſilium quidem Seniorum receperunt filium ejus Childericum Regem Auſtri; Burgundiones vero & Franci facti ſunt uniti.* Quæ verba expoſui anno DCLVI. num. XXII. & ſeq. factum autem id nondum completo quartæ Monarchiæ Clotarii Regis anno, & quidem ante diem viceſimum quintum menſis Julii. Mabillonius enim Sæculo III. Benedictino parte II. refert egregium fragmentum Vitæ S. Lantberti ex Abbate Fontanellenſi Epiſcopi Lugdunenſis, ſcriptæ a Monacho Fontanellenſi Anonymo, qui Ludovico Pio imperante vixit, in quo memoratur quoddam Privilegium a Lantberto obtentum a Childerico Rege, pro Cœnobio Fontanellenſi, cui tunc Lantbertus præerat, diciturque: *Edita eſt hac Regia Largitio Arlauno jocundo Palatio, undecimo anno præfati Regis in Auſtria, qui fuerat primus in Neuſtria; porro ejuſdem Rectoris Cœnobii lucidiſſimi anno quinto, ex quo regiminis locum ſortiebatur poſt deceſſum feliciſſimum magni Patris, Chriſtique clariſſimi Sacerdotis VVandregiſili.* Succeſſit Lantbertus in Abbatiam Fontanellenſem VVandregiſilo die XXVI. menſis Julii anni DCLXVII. Quare quintum regiminis annum inchoavit die XXVI. Julii anni ſexcenteſimi ſeptuageſimi primi, quintuſque annus Lantberti & XI. Childerici in Regno Auſtraſiæ inter ſe conveniunt; ideoque hoc anno & quidem poſt diem XXX. Julii *Childericus* Auſtriæ Rex renunciatus eſt.

VII. *Non vero anno Superiori.* Præterea Henſchenius ad diem XXV. Martii, quo S. *Humbertus* fundator Monaſterii Maricolenſis in Hannonia colitur, recitat donationem ejuſdem Sancti a ſe viſam, quæ his verbis exorditur: *Anno duodecimo Regni Domini noſtri Hildrici glorioſi Regis*, &c. addit Henſchenius, Baldericum lib. 1. Chronici Cameracenſis cap. 13. referre hoc diploma donationis, ſed addere, *XV. Kal. Aprilis*; quod & Miræus in Codice Donationum cap. 5. habet, quodve Baldericus aliunde ſcire potuit. Quod ſi eo die ea Charta ſcripta, pertinet ea ad annum ſexcenteſimum ſeptuageſimum ſecundum, quo menſe Martio annus XII. Childerici Regis in curſu erat juxta dicta num. ſuperiori. Verum Henſchenius videns annum XI. Childerici non poſſe convenire in annum quintum Lantberti Abbatis, exiſtimanſque Childericum anno ſuperiori Regem Auſtriæ nuncupatum eſſe, loco, *XI. anno præfati Regis in Auſtria*, legendum eſſe dicit, *XII. anno præfati Regis in Auſtria*, annumque XI. amanuenſium errore ibidem exaratum putat. At perperam; cum anno DCLXXI. poſt diem viceſimum quintum menſis Julii quo *Lantbertus* quartum ſui regiminis abſolvit, *Childericus* adhuc annum undecimum Regni Auſtraſiani numeraret, qui ideo hoc anno poſt eumdem diem regnare cœperat. Quare vel ex hac ſola Charta, cum alia argumenta deeſſent liquet Henſchenium initium Regni Auſtraſiani Childerici male cum anno DCLIX. illigaſſe.

VIII. *Moritur S. Remaclus Epiſc. Trajectenſis.* Hoc anno Sanctus *Remaclus* Epiſcopus Trajectenſis, ut remotus a curis ſecularibus, liberius Rebus Divinis inhiaret, propoſuit Regi & Optimatibus Sanctum *Theodardum*, oravitque, ut is ſuas expleret vices, & ſibi ſubrogaretur Antiſtes; quod ſumma cum difficultate impetravit. Rei geſtæ tempus, nec Anonymus, qui labente ſæculo nono Vitam ejus a Mabillonio Sæculo II. Benedictino recitatam ſcripſit, nec Notgerus Leodienſis Epiſcopus, qui Vitam Remacli etiam elucubravit, obiitque anno milleſimo ſeptimo; nec Harigerus Abbas Laubienſis, qui eodem quo Notgerus anno obiit, ſcripſitque Hiſtoriam de Epiſcopis Leodienſibus, memorarunt. Verum ex Vita Sancti Trudonis, quam edidit *Donatus* Diaconus, laudatis Auctoribus antiquior, utpote qui eam Angelramno Epiſcopo Metenſi circa annum DCCLXVIII. eam dignitatem adepto, dicavit, liquet, *Remaclum* nonniſi regnante Childerico Epiſcopatum abdicaſſe, recteque Auctorem Chronici MS. Sancti Trudonis annos decem eum ſediſſe, annotaſſe. Refert enim Donatus, *Trudonem* nobilibus & locupletibus parentibus in Hasbania natum veniſſe ad Beatum Remaclum Tungrenſis Urbis Pontificem, ut eum viam ſalutis doceret, huncque miſiſſe eum ad *Clodulfum* Epiſcopum Metenſem, ut hujus conſilio cuncta quæ poſſidebat, traderet Sancto Stephano Protomar-

tyri



III. Porro in deteſtationem ejuſdem facinoris, utpote cauſæ ruinæ regni Francorum in appendice ad Aimoinum hæc de eodem Clodoveo leguntur (a): *Eodem tempore Clodoveus brachium beati Dionyſii martyris abſcidit, inſtigante diabolo. Per idem tempus concidit regnum Francorum caſibus peſtiferis. Fuit autem ipſe Clodoveus omni ſpurcitiæ deditus, fornicarius, illuſor feminarum, gulæ & ebrietati operam dans.* Certe quidem ex eo tempore collabi cœptum regnum Francorum familiæ Morovingorum generis Clodovei, hiſtoriæ perſpicuo docent, poſterioribus Regibus ignaviæ deditis & deliciis, cum per ſuos miniſtros, quos Majores domus nominabant, regnum, adminiſtrantes, nudum vix nomen Regis apud ipſos remanſerit, effectis illis rerum dominis. Sed de his inferius. Quod vero circa vitæ ipſius finem Clodoveum laboraſſe inſania, æque tradat qui ad Gregorium ap- *Quando cœpit deficere Regnum a familia Clodovei.*

(a) *Aimoi.* l. 4. c. 41.



pen-

PAGIUS

tyri. Trudo ad Clodulfum venit, omnia ſua Sancto Stephano donavit, & Clodulfus Rectori illius Eccleſiæ, ut eum cum ſummo ſtudio erudiret, juſſit. *Tranſactis plurimis annis*, inquit Donatus, *cum jam Vir Dei repletus eſſet divina ſcientia, maturuſque tam ætate quam moribus exiſteret*, illum Clodulfus *ad partes Hasbaniæ* deſtinavit. *Profectus igitur inde Vir Dei ad Tungrenſem Urbem uſque pervenit, in qua ſuum ſpiritualem Patrem Remaclum reperit*, qui conceſſit illi Verbum Domini in cuncta Parochia ſua prædicare, & Eccleſiam in ſua hæreditate ædificare. Ita Donatus. Idem refert Notgerus citatus, qui Donatum legerat, ut ex utriuſque collatione intelligitur. Nam de Clodulfo ait: *Multis vero annis illic moras trahentem* (nempe Trudonem) *bene habuit, diligenterque inſtructum & Sacerdotio initiatum Sancto Patri Remaclo remiſit.* Subdit Notgerus; *Permanſit aliquandiu apud eum* (nempe Remaclum Epiſc. Tungrenſ. ſeu Trajectenſem) *vivens Sanctiſſime, & tandem Epiſcopali percepta benedictione, natale reviſit ſolum.*

IX. *Sedit annis decem.* Ex his tres laudatos Vitæ Remacli ſcriptores valde hallucinatos eſſe manifeſtiſſimum fit: tradunt enim *Remaclum* a *Sigiberto* Rege in eremum ſecedendi licentiam obtinuiſſe, eoque Auſtraſiam, cui Trajectum parebat, adminiſtrante, *Remaclum* abdicaſſe; cum tamen *Sigibertus* die prima menſis Februarii anni ſexcenteſimi, quinquageſimi ſexti vivere deſierit, & *Clodulfus* die XIII. menſis Aprilis anni ſexcenteſimi quinquageſimi quarti Metenſis Epiſcopus conſecratus fuerit. Si itaque Sanctus Trudo *multis annis* in Civitate Metenſi moras traxit, quod ipſemet Notgerus fatetur, & in dubium revocari non poteſt; & poſtea ad *Remaclum* adhuc Trajectenſem Eccleſiam regentem rediit, *& permanſit aliquandiu apud eum*; & denique ſi cum primum ad Remaclum venit, *puerili adhuc ætate floridus, primos emittere jam cœperat Deo grata juventutis fructus ſuaviſſimos*, ut habet Harigerus, etiam Sacerdos factus ad eum rediit, nonniſi aliquot poſt *Sigiberti* Regis mortem annis *Remaclum* Epiſcopatum deſeruiſſe neceſſe eſt. Donato, Harigero, & Notgero conſentiunt Theodoricus Abbas Sancti Trudonis in hujus Vita apud Surium ad diem XXIII. Novembris, & Auctor Chronici Sancti Trudonis; (de *Trudone* enim Anonymus a Mabillonio editus mentionem non facit). Cumque laudati Scriptores prodant, non multo poſtquam *Trudo* ad Remaclum reverſus eſt, hunc Epiſcopatum abdicaſſe, & Scriptor Chronici Trudonenſis aſſerat, *Remaclum*, poſtquam annos X. ſediſſet, Epiſcopatum deſeruiſſe, liquet & reditum *Trudonis* ad *Remaclum*, & hujus abdicationem contigiſſe præſenti Chriſti anno, quo decimus Remacli annus abſolutus. Verum quidem eſt, ejuſdem Chronici MS. Chronotaxim non ſatis apte congruere cum annis Imperatorum, ut notavit Bollandus in Commentario prævio ad Vitam Sancti *Adelini Presbyteri* paragrapho 5. ad diem III. Februarii quo Sanctus *Adelinus* colitur, ac perperam ſcribere anno DCXLV. *Trudonem* conveniſſe *Clodulfum* Epiſcopum Metenſem, & anno DCLVII. Trudonis Cœnobium a Sancto Theodardo Trajectenſi Epiſcopo dedicatum eſſe; cum Clodulfus & Theodardus tunc nondum Epiſcopi eſſent; ſed illum Chronographum decem Epiſcopatus annos, quos *Remaclo* attribuit, ex veteri aliquo Monumento deſumſiſſe, imperite tamen cum annis Chriſti alligaſſe, non videtur dubitandum. Recte itaque Bollandus citatus hanc abdicationem cum hoc Chriſti anno illigavit.

X. *Poſt abdicationem præfuit Monaſterii Malmundari & Stabuleti.* Sigebertus Gemblacenſis in Vita S. Theodardi Epiſcopi Trajectenſis apud Surium ad diem X. Septembris, ſcribit, *Theodardum* a *Sigeberto* Rege & *Grimoaldo* factum fuiſſe Abbatem Monaſteriorum Malmundarii & Stabuleti, poſtquam ea ædificata ſunt, & poſt aliquot annos *Remaclum* abdicandi Epiſcopatum Trajectenſem facultatem ab eodem Rege obtinuiſſe. At utrumque falſum eſſe ex dictis patet; neque *Remaclum* utriuſque Monaſterii Abbatem & ſimul Epiſcopum Trajectenſem fuiſſe, nos dubitare permittunt duo ejuſdem Regis diplomata anno DCL. a nobis memorata, in quorum etiam uno dicitur *Epiſcopus & Abbas*. Licet vero tres Scriptores Vitæ Sancti Remacli dicant tantum, eum abdicato Epiſcopatu in eremum ſeceſſiſſe, & rurſus Monachum factum eſſe; certum tamen eum poſt Epiſcopatus abdicationem iiſdem Monaſteriis tanquam Abbatem præfuiſſe. *Childericus* enim Auſtraſiæ Rex, ut Notgerus ſcribit, Beato Remaclo confirmavit quod patruus Sigibertus ei donarat pro Cœnobiis Stabulenſi & Malmundarienſi, & Cointius anno DCLXVII. num. XXIX. Childerici præceptum, quo iiſdem Monaſteriis recitat, datum *die VI. Septembris anno VIII. Regni Childerici Regis*, in quo dicit Rex: *Quapropter ipſe Epiſcopus Abba eorum una cum ipſis Monachis nobis exinde confirmatione auctoritatis noſtræ petierunt affirmari*, ubi Remaclus dicitur Epiſcopus etiam poſt depoſitam dignitatem, & Abbas, quia revera utrumque Monaſterium regebat. Hinc *cœperunt undique ad eum ceu apes ad alvearia confluere*, poſtquam innotuit Remaclum abdicaſſe, inquit Notgerus, qui ſubdit, inter eos ſuſceptum ab eo *Papolenum*, qui *Malmundarienſi Cœnobio, ſalva in omnibus auctoritate ſua eum præfecit*, huncque ei demortuo ſucceſſiſſe. Quare Remaclum ſimul Epiſcopum & Abbatem, & poſt depoſitum Epiſcopatum Abbatem remanſiſſe, extra controverſiam eſſe debet. Annus ejus mortis incertus: attigit tamen, ſi prætergreſſus non eſt, octavum Childerici Auſtraſiæ Regis annum, qui in annum Chriſti DCLXVII. comperit. *Celebratur depoſitio ejus tertio nonas Se-*

*ptem-*

pendicem appoſuit incertus auctor: erroris videtur redargui ex rebus geſtis anno decimoſexto ejus regni, ex quibus ipſum uſque ad illud tempus ſatis ſibi conſtaſſe, ſpecimenque ſummæ pietatis edidiſſe, quæ eo anno inferius dicentur, oſten-

PAGIUS

*ptembris*, inquit Anonymus in ejus Vita. Hujus Sancti meminit Baronius anno DCLVIII. num. III. [1]

XI. *Floret S. Trudo fundator Monaſterii ſui nominis.*

Quoad Sanctum Trudonem, ubi ad domum ſuam pervenit, *memor verbi ſui & voti quod in ſua pueritia voverat, Eccleſiam in ſua hæreditate conſtruxit in honore B. Quintini Martyris & S. Remigii Confeſſoris, in loco qui vocatur Sarchinnio ſito ſuper fluvio Cyſindria, ibique ſuffragante Domino magnam utilitatem animarum tam Sanctæ exhortationis ſtudio quam religioſiſſimæ vitæ exemplo operabatur*, inquit Donatus in ejus Vita, in qua ea ſcribere potuit quæ Viri fide digni a Trudonis familiaribus ſibi dicta comprobataque retulerant. Eo in vico Sanctus Trudo conſtruxit rexitque Monaſterium, quod ex nomine Auctoris appellationem traxit, vulgo *Saint Tron*, illudque ex vico, depoſito veteri nomine, celebre Oppidum evaſit. Abſtinuit tamen Trudo Abbatis nomine; & quia complures illius Regionis incolas ad Dei cognitionem & amorem adduxit, *Apoſtolus Haſbaniæ* dici meruit. Annum dedicati Monaſterii ſeu Eccleſiæ unus nos edocet Auctor Chronici Sancti Trudonis, etiamſi in eo deſignando erraverit. Ait enim: *Anno Domini DCLVII. Sanctus Trudo Cœnobium, quod propriis expenſis in ſua hæreditate fundaverat. & ad inhabitandum aptatum decenter in altum produxerat, dedicari fecit a Sancto Theodardo Trajectenſi Epiſcopo, in honore SS. Quintini & Remigii, III. Idus Octobris*. Eo etiam die Miræus in Faſtis Belgicis ad diem XXIII. Novembris Eccleſiam a Trudone ædificatam, dedicatam eſſe refert. Quare cum toto tempore, quo *Theodardus* Eccleſiæ Trajectenſi præfuit, dies XIII. Octobris in Dominicam non incidat, niſi anno ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, eodem die eodemque anno ea Dedicatio peracta; indeque intelligimus, *Trudonem* currenti anno *Clodulfo* & *Remaclo* Epiſcopis vale dixiſſe, & circiter quadriennium in Monaſterio & Eccleſia conſtruendis inſumſiſſe. Theodoricus Abbas in ejus Vita ſcribit eum obiiſſe *nono Kalendas Decembris*, anno non expreſſo, quem tamen Bucherius in Chronico Epiſcoporum Trajectenſium, & Miræus in Faſtorum Belgicorum Anacephalæoſi exiſtimant fuiſſe ſexcenteſimum octogeſimum nonum Incarnationis Dominicæ. Meminit Sancti *Trudonis* Baronius anno DCCI. num. VIII. & præter Donatum, & Theodoricum, & Notgerum, Harigerus Abbas Lobienſis duobus ultimis antiquior Trudonis Vitam in Geſtis Trajectenſium Antiſtitum breviter complexus eſt.

XII. *S. Etheldrita bis nubit.*

Hoc anno *Egfridus*, Oſvvi Regis Northumbrorum filius, *Etheldritham, Annæ Regis Orientalium Anglorum filiam, accepit in conjugem*, inquit Wigornienſis ad hunc Chriſti annum, *Anno poſt interitum patris ſui ſexto*, inquit Thomas Elienſis Monachus, qui ſæculo XII. vixit in ejus Vita a Mabillonio Sæculo II. Benedictino recitata. De hac Beda lib. 4. cap. 19. ſcribit: *Accepit Rex Egfridus conjugem, nomine Ediltrudam filiam Annæ Regis Orientalium Anglorum, Viri bene religioſi, ac per omnia mente, ac opere egregii: quam & alter ante illum Vir habuerat uxorem Princeps videlicet Auſtralium Girviorum vocabulo Ctombert. Sed illo poſt modicum temporis, ex quo eam accepit, defuncto data eſt Regi præfato: cujus conſortio cum duodecim annis uteretur, perpetua tamen manſit Virginitatis integritate glorioſa; ſicut mihimet ſciſcitanti (cum an hoc ita eſſet, quibuſdam veniſſet in dubium) beatæ memoriæ Vilfrid Epiſcopus referebat, dicens ſe integritatis ejus eſſe certiſſimum: adeo ut Egfridus promiſerit ſe ei terras ac pecunias multas eſſe donaturum, ſi Reginæ poſſet perſuadere ejus uti connubio, quia ſciebat illam nullum Virorum plus illo diligere.* Hanc Hiſtorici Angli nunc Edildridam, nunc Ediltrudam, nunc Etheldredam, nunc Ethildritham, & hodie Anglorum vulgus, *S. Audre* appellant. Hæc itaque licet amores ſuos in unum Chriſtum proieciſſet, cum Tomberto Girviorum Principe partiri illos a parentibus jubetur. Dicebantur vero Girvii, qui Cantabrigienſis agri paluſtres inſulas incolebant; quæ loca vulgus a primaria inſula *Elii* vocat, ut Alfordus in Annal. Eccleſ. Anglic. hoc anno obſervat. *Deſponſatur itaque apparatiſſime*, inquit Thomas citatus Auctor gravis *biennio ante interfectionem Patris ſui* (ideoque anno Chriſti DCLII.) *Inſulam Elgæ ab eodem ſponſo ejus accepit in dotem: quo facto perpetuo manet Virgo*. Ea inſula eadem quæ inſula Elii. Subdit Thomas, *ſub jugo maritali ferme triennio* eam vixiſſe.

XIII. *In utroque conjugio Virginitatem ſervat.*

Tomberto marito demortuo, *ad propriam in Ely deſcendit domum*. Sed *jam Dei judicio primo labore determinato, iterum Beatæ Virgini priore gravius demandatur certamen, ut palma Virginitatis ejus mundo excellentius appareret*. Quare *anno poſt interitum patris ſui ſexto* (currenti ſcilicet) unanimi voluntate parentum iterum datur in conjugem Regi Egfrido filio Oſvvii Regis Northanhumbrorum Viro in armis ſtrenuo, & Wilfridi amicitiis valde adſtricto. Sed *ſit ille Maritus mente non carne, nomine non opere tamen ille optat debitum a conjuge, ſed nec precibus, nec promiſſis animum illius ſuæ voluntati potuit inclinare. Rex vero tandem victus ipſius importunis precibus, licet invitus, tamen eam dimiſit invincibilem*, ut Monaſterium quod illa diu ab eo poſtulaverat, ingredi poſſet, ſed hac de re infra. Hujus ſanctiſſimæ Reginæ continentia ejus temporibus per totam Angliam divulgata & credita, & ut de facto certi plurimi aſſerebant. *Etheldrida duobus Viris nupta felici continentia, ſine ulla pudoris jactura ſine ulla libidinis urtica, perpetuæ Virginitatis lau-*

NOTÆ

[1] OBiter hic adnoto ſucceſſorem S. Remacli in Abbatia Stabulenſi &c. non Papolenum ſed Godvinum fuiſſe, ut perſpicue docent duo pro eodem Monaſterio Diplomata; alterum quidem Theodorici, alterum vero Dagoberti II. utrumque vero abſque anno & loco. Recitantur illa in Collect. Veter. Monum. to. 2. col. 12. &c. Dein in eadem Collectione ſuccedit Præceptum Clodovei III. datum pro eodem Stabulenſi Monaſterio rogatu Paboleni Epiſcopi, quem & Abbatem fuiſſe ejuſdem Monaſterii diſcimus ex Placito coram Carolo Martello ibidem col. 16. relato. MANSI



ſtendunt; dum in expiationem puto admiſſi ſceleris, convocatis undique Galliarum Epiſcopis, & ſæcularibus poteſtatibus, monaſterium S. Dionyſi ab omni dominio liberum fecit, ut ſuo loco patebit.



PAGIUS

*lauream, Cœlo victrix inſeruit*, inquit Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 1.

XIV. *Concilium Nannetenſe.*

Hoc circiter anno, antequam *Clotarius* III. Francorum Monarcha *Childericum* fratrem; hujus nominis II. Auſtriæ Regno præficeret celebratum *Concilium Nannetenſe*, de quo loquitur Flodoardus lib. 2. cap. 7. *Beatus Nivardus* (Rhemenſis Epiſcopus) *dum ex communi conſenſu totius Concilii Præſulum Galliæ Namnetis Romani juſſione Pontificis exhibiti, Rege favente, reſtruxiſſet Eccleſiam Monaſterii ſuper ripam Maternæ fluminis in loco nuncupato Villari dudum ſiti, ſed a Barbaris diruti, & ab eo conſtructa hæc funditus cecidiſſet Eccleſia; in alio loco rurſus ab ipſo reſtructa rurſum traditur corruiſſe*. Loquitur Flodoardus de Monaſterio Villari, quod ad Matronam fluvium alias ædificatum fuerat, quodque reædificatum rurſus corruit, ſed poſtea *Nivardus* anno DCLXII. qui ultimus ejus vitæ fuit, illud iterum ædificavit, & *Sanctum Berchariuın* ejus Abbatem declaravit, ut infra videbimus. Porro Concilium illud, cujus Canones viginti extant, & in editione Conciliorum Labbeana ad finem ſæculi IX. differtur tardius celebratum non fuit: non ſolum quia, ut inquit Lalandæus in Supplemento Conciliorum Galliæ, Civitas hæc poſt medium hoc ſæculum jam funditus diruta erat, ut ſcribit Carolus Calvus Nicolao Papæ circa annum DCCCLXVIII. propter continua bella contra Britones & Normannos paganos; ſed etiam quia Sanctus Bonifacius in Epiſtola ad Zachariam Papam anno DCCXLII. data, loquens de miſero ſtatu Eccleſiarum Galliæ, & de neceſſitate Concilii in Francia Orientali celebrandi, ait: *Franci (ut ſeniores dicunt) pluſquam per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt, nec Eccleſiæ canonicæ jura alicubi fundabant, vel renovabant*, ideſt fundarunt vel renovarunt, juxta loquendi modum tunc uſurpatum.

XV. *Nationale fuit.*

Quare quando Bonifacius Epiſtolam illam ſcripſit, jam ab annis circiter LXXX. nulla Synodus in Francia Orientali, de qua ſola loquitur, ut ſuo tempore videbimus, coacta fuerat; indeque deducitur, ante annos illos LXXX. aliquam habitam fuiſſe. Hæc autem alia eſſe non poteſt quam *Nannetenſis*, quæ nationalis fuit, & in qua tam Præſules Auſtriæ, quam Neuſtriæ & Burgundiæ adfuiſſe debuere. Hæc præterea Pontificis Romani juſſu celebrata, & præclari Canones in ea ſanciti, ut Tomo IX. Conciliorum videre eſt. Sirmondus in Conciliis Galliæ ex duobus Concilii Nannetenſis Canonibus, III. & X. qui inde tranſlati videntur in Librum VII. Capitularium, colligit eos deceptos, qui hoc Concilium ſub annum Chriſti DCCC. collocandum cenſuere. Sed ſive Canones viginti Concilii Nannetenſis ad illud Nannetenſe, de quo agimus, pertineant, ſive ad aliud, quod incerto tempore celebratum fuerit, certum tamen, *Nivardo* Eccleſiam Rhemenſem regente, Galliæ Præſules *Nannetis* congregatos fuiſſe, ut ex Flodoardo mox diximus.

I. De obitu S. Amandi Epiſc. Traject.

ANnus Chriſti ſexcenteſimus ſexageſimusprimus, Indictione quarta, rerum geſtarum inopia tam in Oriente, quam in Occidente obſcurus omnino, veluti face magnopere illuſtratur natali ſanctiſſimi viri Amandi Trajectenſis Epiſcopi, Flandrorum Apoſtoli nuncupati, de quo plura ſuperius dicta ſunt. Plurimum quidem ejus virtutibus atque miraculis Gallia Belgica coruſcavit: ſiquidem ejus admonitionibus & exemplis quamplurimi nobiliſſimi viri ac feminæ ſublime ſecundum Chriſtianam perfectionem vivendi genus arripuerunt. Et ut de aliis modo taceam: *Ipſius (a) admonitione Yduberga relicta Pipini Ducis Brabantiæ ſibi & filiæ ſuæ Gertrudi, Chriſtique familiæ cœnobium inſtruxit Nivellanum, in quo utramque Deo ſacravit.*

(a) *Molan. in Natal. SS. Belg. die 5. Februar.*

*At minime contentus fuit terminis ſuæ diœceſis, ſed inibi conſtituens Vicarium ſanctiſſimum Landoaldum archipreſbyterum, aliis etiam gentibus Chriſtum prædicavit, ut Sclavis circa Danubium, Vaſconibus circa Pyrenæos ſaltus, & in Flandria Gandenſibus & Pabulenſibus potiſſimum: Gandenſes vero a Mercurii & aliorum idolorum cultu avocavit, ibique duo celeberrima monaſteria ad honorem ſancti Petri Blandinienſe & Gandenſe erexit, ac ſancto Bavoni Hasbaniæ Principi Deum ſincere colendi leges dedit. Truncinii ad Liſam fluvium clericorum ſive canonicorum ſocietatem inſtituit, quæ multis poſt annis in cœnobium inſtituti Præmonſtratenſis eſt converſa. Tandem Apoſtolica virtute & ſpiritu plenus apud Pabulenſes in Elnonenſi monaſterio, quod hodie ab auctore proprie dicitur S. Amandi, mortem obiit hoc anno incarnationis Verbis ſexcenteſimo ſexageſimoprimo.* Hæc Molanus ex diverſis ſcriptis ſimul junxit. Demonſtratus eſt longe abſenti ejus tranſitus ſanctæ Aldegundi virgini Deo ſacratæ, eſtque de his fidelis narratio ad finem rerum geſtarum ejuſdem Sancti a Baudemundo conſcriptarum.

II. Hoc etiam tempore, ante videlicet Grimoaldi regnum, Lupus Longobardorum Dux Forojulienſis Grados inſulam deprædatur, in quam Aquilejenſis Patriarcha una cum ſupellectili Aquilejenſis Eccleſiæ prædivite ſedem transferens ſeſe contulerat. Ait enim de his hæc Paulus (a): *Hic Lupus in Grados inſulam, quæ non longe ab Aquileja eſt, cum equeſtri exercitu per ſtratam quæ antiquitus per mare facta fuerat, introivit: & deprædata ipſa civitate, Aquilejenſis Eccleſiæ theſauros inde auferens deportavit.* Hæc Paulus. Tranſlatam vero fuiſſe tunc pariter ſedem Aquilejenſem apud Forumjulii, & Patriarchas ibidem habitaſſe; quæ idem Paulus (b) inferius pluribus in locis tradit, pleniſſimam fidem faciunt: verum non Forijulii, ubi degebat ejus civitatis Epiſcopus, ſed (ut idem ait Paulus) in Cormone ſedem habebat, loco proximo, ſed ignobili caſtro, de quo alibi meminit (c).

(a) *Paul. diac. de geſt. Longob. l. 5. c. 17. nov. edit. & vet. 2.*
(b) *Paul. eod. l. 5. c. 23. & l. 6. c. 51. nov. edit. & vet. 14.*
(c) *Paul. diac. l. 4. c. 38. vel in vet. 12.*

III. Eccl. S. Joann. Baptiſt. erecta a Receſuintho.

Quid præterea hoc anno geſtum ſit, nihil invenimus, niſi pium monumentum Receceſuinthi Hiſpaniarum Regis, qui memoriæ ſancti Joannis Baptiſtæ eccleſiam erigens, hoc ipſo anno, Æra nimirum ſexcenteſima nonageſimanona, eam dedicavit. Mirum dictu, quomodo ejus Sancti cultus ubique terrarum Chriſtiani

PAGIUS SÆC.VII

Anno Eræ Hiſpan. DCXIX. Anno Hegiræ XLI. inchoato die 6. Maii fer. 5. A.C. 661.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6154.

☉ 26. C. ☽ 16. P. 28. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 661.

VITALIANI PAPÆ 5.

CONSTANTIS IMP. 21.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus; *XX. Poſt-Conſulatum Conſtantis Aug. XVIII.*

II. *Mors S. Amandi Trajectenſis Epiſc.*

Ad num. I. Ideo Baronius Sancti *Amandi* Trajectenſis Epiſcopi, & Flandrorum Apoſtoli mortem cum hoc Chriſti anno illigavit, quod Molanus in Natal. SS. Belgic. innixus Supplemento Vitæ Sancti Amandi a Milone Monacho ſcripto, id in litteras miſerit. Verum Milo, qui medio ſæculo nono floruit, ſummopere hac in re hallucinatus eſt. Nam ſuper eſt adhuc Teſtamentum hujus Sancti Præſulis, quod Mabillonius Sæculo II. Benedictino, ubi Supplementum illud Milonis publicavit, refert ex Philippo Abbate bonæ-Spei, in cujus fine legitur: *Quam Epiſtolam* (ita Teſtamentum ſuum vocat Amandus) *Fratri noſtro Baudemundo Preſbytero fieri rogavimus. Facta Epiſtola in Monaſterio Elnonæ anno ſecundo Regni Domini noſtri Theodorici glorioſi Regis ſub die decima quinta Kalend. Maii*; ideoque anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto. Iſte Baudemundus, qui Monachus erat Elnonenſis ac Sancti Amandi diſcipulus, hujus poſtea Vitam ſcripſit. Teſtamento ſuo Amandus ſepulturam eligit in Monaſterio Elnonenſi, ubi etiam nunc ejus Reliquiæ in theca inaurata affabre elaborata oſtenduntur. E pluribus Cœnobiis ab eo conſtructis celeberrimum eſt *Elnonenſe* ſeu *Helnononenſe*, nunc Sancti Amandi dictum, & Oppido ejuſdem nominis inſignitum.

III. *Cum anno DCLXXIX. copulata.*

*Milo* loco laudato aſſerit, obiiſſe, Amandum *annorum circiter nonaginta, octavo Idus Februarii, die Dominica*, & quidem recte: Beatus enim Amandus apud Harigerum moritur *octavo Idus Februarii, anno ætatis ſuæ nonageſimo*; apud Philippum Abbatem Bonæ-Spei, *nocte Dominica, octavo Idus Februarii, regnante in Francia Theodorico, anno vitæ nonageſimo*; apud Hucbaldum in Vita Sanctæ Aldegundis, *Dominica nocte, plenus dierum.* Verum eſt, hos Auctores, non minus quam Milonem annos Chriſti Pontificis Romani & Imperatoris vitioſe inter ſe conjungere; ſed hoc illis commune cum Scriptoribus aliis, qui ante quingentos annos ſcripſere. Si itaque Sanctus *Amandus* ad Deum migravit die ſexta menſis Februarii, die Dominica, poſt annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum quintum, quo menſe Aprili Teſtamentum ſuum condidit, mortuus eſt anno littera Dominicali B inſignito; ideoque vel anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono, vel anno ſexcenteſimo nonageſimo, qui proximiores ſunt anno, quo Teſtamentum condidit. Quare accurate Cointius mortem Sancti Amandi copulavit cum anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono; male vero Henſchenius ad diem VI. Februarii in Comment. prævio Vitæ Sancti Amandi num. 114. cum anno ſexcenteſimo octogeſimo quarto & Sabbato ante Dominicam. Milo enim laudatus num. XI. rurſus ſcribit: *Requievit anno ætatis ſuæ nonageſimo, menſe Februario, febris tactus incommodo, die quoque Dominico.* De Monaſteriis a Sancto Amando conſtructis, ejuſque virtutibus ac laboribus pro fide Chriſti diſſeminanda, legendi iidem Henſchenius & Cointius, qui fuſe de iis agunt.

IV. *Hymnechildis tutrix Childerici Regis.*

Non hic omittenda donatio *Bariſiaci* facta hoc anno Sancto Amando a Childerico Auſtraſiæ Rege, ob litem inter Eruditos ortam de Hilderico & Hymnechilde Regina eidem donationi ſubſcriptis: non quidem quoad annum: in omnibus enim Codicibus diploma dicitur *datum ſub die Kal. Auguſt. anno II. regnante Domno noſtro Childerico Rege*, ideoque hoc Chriſti anno, vel inſequenti cum incomperti, ſint dies ac menſes quibus Childericus regnare cœpit; ſed quoad Regem & Reginam: *Hymnechildis* enim vidua erat S. Sigiberti Regis & mater Dagoberti in Hiberniam relegati, ac *Bilihildis*, quæ in alio Diplomate a Childerico *die VI. Septembris, anno VIII.* Regni ſui dato ſubſcripta reperitur cum Hymnichilde, quia ſcilicet jam eo anno Bilihildis Childerico Regi nupſerat. Miræus inter Diplomata Belgica Præceptum, de quo agitur, recitat, ſed loco *Hymnechildis*, Blidehildem habet. Labbeus in Miſcellaneis Curioſis cap. 4. autumat, loco *Blidechildis*, reponendam eſſe Baldechildem Childerici matrem, quo nomine in Diplomatis aliquando Bathilda appellatur; quia hoc tempore Childericus, puer annorum dumtaxat novem *Bilihildem* nondum duxerat. Quare Labbeus nomen Hymnechildis Reginæ reſpuit, nec ullam ei tribuit apud Auſtraſios auctoritatem. Cointio vero hoc anno num. IV. ubi hoc Diploma integrum recitat, aqua hæret. Verum hujus Diplomatis initio legendum eſſe, *Childericus Rex Francorum, & Hymnechildis Regina*, & in fine. *Signum Childerici Regis. Hymnechildis Regina ſubſcripſi*, oſtendunt omnia hujus Regis Diplomatis exemplaria, cum in nullo Baldechildis, vel Blidechildis ſeu Bilihildis, quam Childericus in uxorem nondum duxerat, nomen legatur. Nam Henſchenius lib. 2. de Tribus Dagobertis cap. 2. aſſerit in Codice MS. Amandino ita legi, *Childericus Rex Francorum & Chinechildis Regina.* Sub finem: *Signum Childerici Regis. Chinechildis ſubſcripſi.* Antiqui enim nomen Hymnechildis facile mutarunt in Chinechildem. Secundo, Mabillonius ad calcem Sæculi II. Benedictini refert Epiſtolam Beati Amandi de loco Bariſiaco, datam *Lauduno Civitate XVIII. Kalend. Septemb. anno V. Regni Domni noſtri glorioſiſſimi Regis*, in qua enumerat quæ ſibi collata ſunt a Deo, vel ex munificentia Regum Domni Hilderici Regis, necnon & præcelſæ Dominæ Imnechildis Reginæ: hoc eſt villam nuncupatam Bariſiaco, &c. Tertio, Milo in ſupplemento Vitæ Sancti Amandi, ait Amandum ædificaſſe *cellam, quæ nuncupatur Bariſiacus, quem locum cum adjacentibus ſibi appendiciis Hildericus Rex & Hymnechildis Regina viſi ſunt condonaſſe.* Denique poſtquam Childericus Bilihildem filiam Hymnechildis ſibi ſociavit, non ſolum nominatur in Diplomatis Childerici Regis; ſed etiam præponitur Bilihildi. Cointius enim anno DCLXVII. num. XXIX. refert exemplar Præcepti Childerici ſæpius a nobis laudati, ex Archivo Eccleſiæ Bambergenſis acceptum, quo confirmatur hujus Regis Præceptum pro Cœnobiis Stabulenſi & Malmundarienſi, in cujus initio legitur: *Childericus Rex Francorum, Emnechildis, & Bilihildis gratia Dei Reginæ.* In fine: *Signum glorioſi domni Childerici Regis. Signum Emnechildis Reginæ. Signum Bilihildis gratia Dei Reginæ. Data, quando fecit menſis September dies VI. anno VIII. Regni Domni Childerici Regis Trajecto feliciter.*

V. *Hymnechildis tutela Dagoberto juniori fatalis.*

Ex præcepto itaque donationis *Childerici* pro Monaſterio *Bariſiacenſi*, Hoc anno edito arcanum notabile diſcimus, *Hymnechildem* ſcilicet viduam Sancti Sigiberti Regis & matrem Dagoberti exulis ac Bilihildis, profectam eſſe in Auſtraſiam cum *Childerico* nepote, quando is huic Regno præpoſitus eſt, ut ejus tutelam gereret, Childericum promiſiſſe accepturum ſe *Bilihildem* uxorem, quando ea nubilis eſſet; ac *Hymnechildem* matrimonio illo contentam parum curaſſe de Dagoberto filio ex Hibernia revocando. Quare jure merito Hadrianus Valeſius lib. XX. ſuſpicabatur, aliquid cauſæ fuiſſe cur de Dagoberti revocatione actum non fuerit:
,, Cæterum, inquit, non immerito quis mirari
,, poſſit, *Clodoveum* Grimoaldo Childebertoque
,, oppreſſis, Regnum Auſtriæ occupaviſſe, &
,, qui debitas perfidiæ pœnas ab eis expetie-
,, rat, ipſummet jura violaviſſe, cum fratris
,, ſui filium in exilio & egeſtate relinqueret,
,, quem ſumma cura, quæri & in regnum pa-
,, trium reſtitui oportebat. Fruſtra enim ſpo-
,, liatores pupilli punitos eſſe, ſi ille ignotus
,, ac egens in Hibernia remaneret: nec minus a
,, *Clodoveo*, quam a Grimoaldo *Dagobertum* ſpo-
,, liatum videri, qui alieno ſcelere utcumque
,, vindicato frui non erubuerit. Nihil quidem
,, *Dagoberti* interfuiſſe, *Grimoaldus* ne filii ſui
,, nomine an *Clodoveus* in Auſtria regnaret,
,, cum ſceleratis extinctis ſcelus tamen ipſum
,, duraret, & meliore ſub patruo quam ſub
,, inimicis conditione puer Regius non uteretur,
,, eo miſerior, quod injuriæ ſibi factæ ul-
,, tione lætari, non poterat. Sed forſitan non-
,, dum norant Auſtraſii, quo terrarum *Dagober-*
,, *tus*, & a quo eſſet adductus; præſertim cum
,, tonſus & vilem veſtem indutus a Didone Epi-
,, ſcopo peregrinus, infans, & ignotus per igno-
,, tas regiones circumduceretur: aut ſi id & no-
,, rant Auſtraſii, & *Clodoveus* ex Auſtraſiis co-
,, gnoverat fratris filium ex Hibernia difficillime
,, erui poſſe exiſtimavit, qui jam forte vene-
,, no a ductore ſuo ſublatus eſſet, vel ſaltem
,, in aliquod inſulæ Monaſterium abditus; &
,, Regnum Auſtriæ obtinere ac ſibi habere
,, maluit, quam tantopere laborare, ut puero
,, illud exuli reſtitueret. Ita Valeſius.



Ve-

ni orbis fuerit propagatus. De Longobardis audiſti, ab eis plures in honorem ejuſdem ſancti Joannis, teſte Paulo diacono, erectas fuiſſe baſilicas, ut de aliis ubique locorum extructis modo taceamus. Quod enim teſtificatione Domini adeo ipſe meruit commendari, idcirco a fidelibus præ cæteris celebriori cultu ſuſceptus eſt venerandus. Sed reddamus hic eam quæ de ejuſdem eccleſiæ erectione, & dedicatione extat vetus inſcriptio, quæ ab Ambroſio deſcripta ſic ſe habet:

PRÆCVRSOR DOMINI MARTYR BAPTISTA JOANNES
POSSIDET CONSTRVCTAM IN ÆTERNO MVNERE SEDEM,
QVAM DEVOTVS REX RECCESVINTHVS AMATOR
NOMINIS IPSE TVI PROPRIO DE JVRE DICAVI
TERTIO POST DECIMVM REGNI COMES INCLYTVS ANNO,
SEXCENTVM DECIES ÆRA NONAGESIMA NOVEM.

Porro vocem, decies, otioſe appoſitam adverſus perfectionem, idem auctor, qui recitat, affirmat ex temporis exacta ratione. Locus in quo eccleſia erecta erat, licet

PAGIUS
VI.
*Ea tutela magis demonſtratur.*

Verum quod tenebrarum offudit ſilentium Hiſtoricorum hujus ætatis, diſſipat Præceptum Childerici Regis de loco Bariſiaco (vicus eſt Diœceſis Laudunenſis, Gallice *Bariſy*, nunc Prioratus Abbatiæ Elnonenſi attributus): Ex eo enim manifeſtum fit, *Hymnechildem* Dagoberto juniori filio *Bilihildem* filiam prætuliſſe, & dummodo hæc Childerici Regis ſponſa fieret, ſibi vero Regni adminiſtratio concederetur, filii exulis curam abjeciſſe. Certe *Hymnechildis* tutela clare eo in Præcepto exprimitur; præterquam enim quod in Præcepti Principio Childerici & Hymnechildis nomen præmittitur, ac in fine Rex ſignum ſuum apponit & Regina ſubſcribit, paulo ante ejuſdem Diplomatis finem ita Rex loquitur: *Et ego dum propter imbecillam ætatem minime potui ſubſcribere, manu propria ſubterſignavi, & Regina ſubterſcripſit.* Quare Miræus citatus, & in Diplomatis Belgicis loco Hymnechildis Bilechildem Childerici poſtea uxorem male ſubſtituit. Quomodo enim *Bilihildis* hoc anno Childerici Regis uxor eſſe potuit; cum is vix annos octo natus eſſet, & *propter imbecillam ætatem*, ut ipſemet in laudato Præcepto fatetur, eidem ſubſcribere non potuerit?

VII.
*S. Leodegarius fit Epiſc. Auguſtodun.*

*Hymnechildem* Reginam cum Clodoveo II. vel poſt hujus mortem cum Bathilde ejus conjuge & Clotario filio natu majori Ebroini Majoris Domus in quavis re ſuſcipienda audacioris opera in eam quam diximus pactionem veniſſe, argumento etiam eſt *Didonis* Epiſcopi Pictavienſis, qui *Grimoaldi* ambitionis & perſecutionis Dagoberti junioris ſatelles & miniſter fuerat cum domo Regia reconciliatio, quæ jam ante præſentem annum facta fuerat: *Beatus Leodegarius ex Francorum præcelſa & nobiliſſima progenie ortus, in primis ætatis initiis a parentibus in Clotarii Regis* (hujus nominis II.) *Palatium adductus eſt, nec diu poſt ab eodem Rege Didoni Pictavienſiis Urbis Præſuli, avunculo ſcilicet ſuo, litterarum ſtudiis imbuendus traditus eſt*, inquit Urſinus in Vita Sancti Leodegarii. Progreſſu temporis Eccleſiæ Pictavienſis Archidiaconus ab avunculo effectus, *omnibus ejus Diœceſis Eccleſiis ab eodem Pontifice præfectus atque prælatus eſt*; aliquot poſt annos Monaſterii in Sancti Maxentii honorem conditi avunculi juſſu regimen ſuſcepit, illudque *ſex fere annis* gubernavit. Subdit Urſinus: *Per idem tempus, Minor Clotarius Rex cum Baldechilde ſua matre* (nempe Bathilde) *Regni Francorum habenas moderabatur. Qui cum ejus* (videlicet Leodegarii) *prudentiam auditione accepiſſent, cuperentque eum apud ſe in Palatio habere, petierunt ab Epiſcopo, ut ei faceret copiam cum ipſis in Palatio manendi. Epiſcopus ſtatim juſſa complens, magnis rebus inſtructum & ſapientiæ floribus redimitum, eum miſit ad illos, qui eum ſane honorifice acceperunt. Ille vero intra paucos dies virtute & integritate ſua, ſermoniſque comitate id conſecutus eſt, ut Rex & Regina, & plerique Pontifices eum præcipue charum haberent, conſenſuque omnium maxime Francorum, Epiſcopi functione dignus proclamaretur.* Quare *Dido* cum familia Regia tunc in gratiam reconciliatus fuerat. Non multo poſt Clotarius Rex Leodegarium Auguſtodunenſem Pontificem nuncupavit; *Quo munere*, inquit Urſinus, *decem annis ſtrenue functus cum eſſet, Clotarius Rex, qui eum promoverat, exceſſit e vivis*. Baronius anno DCLXVIII. num. VII. *Leodegarium* triennio tantum ante *Clotarii* Regis mortem Epiſcopum renunciatum ſcribit; ſed eam ſententiam eo anno evertemus. Cum itaque Clotarius III. anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo denatus fuerit, currenti anno Sanctus *Leodegarius* decem illos Epiſcopatus annos inchoavit. De Sancto hoc Præſule ſæpe inferius ſermo erit. Præter Urſinum Auctor Anonymus coævus ejus Vitam ſcripſit. Utraque extat apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino.

VIII.
*Obitus S. Finani Lindiſfarnenſis Epi.*

In Anglia obiit hoc anno *S. Finanus* Epiſcopus Lindisfarnenſis in Regno Northumbriæ poſtquam ſediſſet *annos decem*, inquit Beda lib. 3. cap. 26. qui diem & menſem ejus mortis ſilet. Colitur die XVII. Februarii in Martyrologio Anglicano, & in aliquibus Breviariis citatis a Bollando ad illum diem, quo de S. Finano diſſerit. Fuerat primum Monachus Monaſterii S. Columbæ in Inſula *Hya*, ſeu *Hy*, ſive *Hu* apud Hodiernos Scotos extructi, quod hoc tempore celeberrimum erat. Vocatur Merciorum, ſeu Mediterraneorum Anglorum Apoſtolus; quia ejus induſtria magna pars illius Regni, in quo Epiſcopus fuit, ad Chriſtianam fidem converſa eſt cum ſuo Principe *Peada* Pendæ magni perſecutoris filio. Ei ſucceſſit S. *Colmanus*.

IX.
*Angilbertus abdicat Epiſcopatum Dorceſtricenſem.*

Cum Saxoniæ Occidentalis Parochia pateret ampliſſime, & *Angilberti* Epiſcopi induſtria plurima animorum ſeges eſſet, placuit epiſcopale onus quod hactenus unus Agilbertus Dorceſtriæ ſuſtinuerat, duobus humeris imponere. Quare *Kenevalchius* Occidentalium Saxonum Rex *VVinam* natione Anglum Wintonienſi Sedi præfecit, relicta Agilberto Sede, quam prius occupaverat. *Tandem Rex*, inquit Beda lib. 3. cap. 7. *Qui Saxonum tantum linguam noverat pertæſus barbaræ loquelæ ſubintroduxit in Provinciam alium ſuæ linguæ Epiſcopum vocabulo Vini*

*& ipſum*



licet amplus, modo humilis apparet, Balneum, dictus, qui hoc tempore nobiliſſimus habebatur in vertice Valliſoletanæ ſitus.

Sex-

PAGIUS

*& ipſum in Gallia ordinatum, dividenſque in duas Parochias Provinciam, huic in Civitate Venta, quæ gente Saxonum Vintaceſtir appellatur, Sedem Epiſcopalem tribuit: unde offenſus graviter Agilbertus, quod hoc ipſo inconſulto ageret Rex, rediit in Galliam*; ſed tertio poſt hunc anno; præſenti enim ad Northumbriæ Regnum perrexit ad Alfridum Regem inquit Huntindonius, quod confirmat Beda lib. 3. cap. 25. ubi loquens de quæſtione mota de tempore paſchæ & de Conventu ea de re anno DCLXIV. habito, ait: *Venerat eo tempore Agilbertus, Occidentalium Saxonum Epiſcopus, amicus Alchfridi Regis* (Oſvvii filii) *& VVlfridi Abbatis, ad Provinciam Nordanhymbrorum, & apud eos aliquandiu demorabatur.* Provincia ſeu Regnum Occidentalium Saxonum Regio erat ampliſſima, utpote quæ omnem fere Auſtralem Inſulæ Britanniæ oram complectebatur, quæ hodie in octo Diœceſes diſtributa eſt, ut inquit Godwinus lib. de Præſulibus Angliæ in Epiſcopis Wintonienſibus, quorum *Vvina* primus fuit. Verum *Agilbertus* jure merito ægre tulit primas Sedes in Provincia diſtrahi. Hanc diviſionem hoc anno, vel ſaltem ſuperiori factam, oſtendit Alfordus in Annal. Eccleſ. Angl.

I. Concilium Clypiacenſe.

SExcenteſimus ſexageſimusſecundus Domini annus, quinta Indictione, numeratur etiam Clodovei Regis decimusſextus: quo a Clodoveo Rege in Galliis Clypiacenſis habita eſt Synodus omnium propemodum Francorum gentis Epiſcoporum. Eſt Clypiacum villa in territorio Pariſienſi, de qua mentio habetur in rebus geſtis S. Ansberti Epiſcopi Rotomagenſis. De hac vero Synodo hæc apud Aimoinum leguntur (a):

(a) Aimoi. l.4.c.41.

*Anno decimoſexto ex quo ſceptra ſuſceperat regalia Clodoveus, Pontifices & totius gentis Principes Clypiacum convenire jubens, mediuſque inter eos ſolio reſidens, hoc habuit ſermonis exordium: Quamquam, inquiens, Francigenæ cives terreni nos cura principatus admonuerit publicis nos rebus conſultores advocare: tamen prius nobis convenit ea quæ Dei & ſanctorum ejus ſunt, diſponere, ut poſtmodum ea quæ noſtra ſunt, Deo dante, ex ſententia cedant. Ille enim qui per ſemetipſum polliceri dignatus eſt, dicens: (b) Primum quærite regnum Dei & juſtitiam ejus, & hæc omnia adiicientur vobis: nobis ſuis obtemperantibus præceptis, ſua confert promiſſa. Requiramus itaque quæ ſunt placita ſanctis in regno jam conſiſtentibus æterni Patris, & cuncta nobis evenient proſpera in terris, ſi ea curaverimus adimplere factis. Intentionem igitur noſtri cordis vos ſacerdotes, qui dii vocati eſtis & filii Excelſi omnes, attendite & audite, & auditam ſi probaveritis, una nobiſcum ad effectum adducere laborate. Noſtri itaque devotio hæc extat animi, ut monaſterium patroni noſtri Domini Dionyſii, in quo ipſe cum conſortibus teſtimoniis veritatis requieſcit humatus, & piæ memoriæ genitores noſtri, dominus videlicet Dagobertus ore dominæ Nantildis ſe ſepeliri mandaverunt, ab omni ſolvamus dominio mortalium: quatenus Abbas vel fratres eo loco commanentes, poſſeſſiones a parentibus noſtris, ſive ab aliis fidelibus Chriſtianis ſibi traditas abſque ullius dominationis inquietudine poſſidentes, pro ſalute noſtra ac ſtatu regni noſtri liberius Deum deprecentur.*

(b) Mat.6.

Privilegium Monachorum S. Dionyſii.

II.

*Huic autem noſtræ ſuggeſtioni conſentit venerabilis Landericus Pariſiacæ urbis Præſul, in cujus diœceſi cœnobium illud ſitum eſt, & cui uſque ad præſens tempus ſubjectum fuit. Hanc ergo libertatem ſervi Dei inibi conſtituti dum fuerint adepti, nulliuſque præter Dei & ſanctorum, noſtrorumque cui etiam tota natio Francorum paret, fuerint perpeſſi dominatum: ſciant ſe debito tali genitoribus noſtris & nobis, eiſque qui noſtro (ut ſperamus) per Dei gratiam orientur ex ſemine, fore obnoxios: & pro noſtra, eorumque quos commemoravimus, præſenti ac futura requie non deſinant Deum exorare. Hæc Regem pro concione locutum circumſtantes poſtquam auſcultaverunt intente: in laudibus ejus proclamantes, manſura ei optant gaudia.*

*Huic conventui interfuere prope omnes cir-*

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCC. Anno Hegiræ XLII. inchoato die 26. April. fer. 5 A.C. 662.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6155.

☉ 27. B. ☽ 17. P. 10. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 662.

VITALIANI PAPÆ 6.

CONSTANTIS IMP. 22.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: *XXI. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XIX.*

II. *Conventus Clipiacenſis.*

Ad num. I. Immunitatem Eccleſiis primi Imperatores Chriſtiani parcam & modicam tribuerunt, & initio quidem a civilibus & perſonalibus muneribus tantum ut ex libro 16. Codicis Theodoſiani intelligitur: pleniſſima vero a Regibus Francorum conceſſa eſt, ita ut, teſte Bignonio V. C. in Notis ad formulas Marculfi dici merito poſſit eos ſuo exemplo cæteris Principibus præiviſſe. Meminit Aimoinus lib.4. cap. 41. Præcepti Regii a Clodoveo II. *anno XVI. Regni ſui* Monaſterio Sancti Dionyſii conceſſi in Conventu Clipiacenſi, ubi Epiſcopos ac Proceres, qui convenerant, egregiis verbis allocutus eſt. Præceptum illud, ſed varie interpolatum, plures retulere, ut videre eſt apud Cointium anno DCLIII. num. XXXI. & ſeqq. ubi pluribus illud defendit, ſimillimumque eſſe demonſtrat Marculfi formulis. Correctius poſtea illud edidit Mabillonius lib.5. de Re Diplomat. Tabella 17. ex ipſa autographi forma, & lib.6. pag. 466. ubi dicitur *datum ſub die X. Kal. Julias an. XVI. Regni noſtri Clipiaco*, ideoque Baronius perperam hoc anno ejus meminit; cum annus ille XVI. Clodovei inciderit in annum Chriſti DCLIII. Deceptus eſt etiam Cointius citatus in eo quod ſcripſit Præcepto ſeu Conceſſioni Regiæ neminem ſubſcripſiſſe præter Regem, ejuſque Referendarium; indeque expunxit Epiſcoporum ac Procerum ſubſcriptiones ibidem exaratas, quia eas lapſu temporis interpolatas fuiſſe arbitratur. Nam in laudato autographo corticeo Præceptum illud extat cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum ac Magnatum, qui Conventui Clypiacenſi interfuere, non deſignata tamen Sede Epiſcopali. Primus ſubſcribit *Aunemundus* Epiſcopus Lugdunenſis, ut recte interpretatur Mabillonius, *Eligius* qui erat Epiſcopus Noviomagenſis, *Landericus*, qui erat Epiſcopus Pariſienſis, aliique. Præterea Mabillonius lib.2. cap.21. aliquot exemplis oſtendit, Literis Regis aliquando ſubſcripſiſſe Epiſcopos & Proceres, pauca tamen inveniri primæ ſtirpis Diplomata Regia, quibus teſtes ſubſcribant. Porro *Clodoveus* Præcepto illo Monaſterio Sancti



*Gallicani Epiſcopi, inter quos quidam ſancti extiterunt viri, quos ſancta Eccleſia dignis effert honoribus, eo quod ad eorum ſepulcra variis vexati ſanarentur infirmitatibus: id eſt, beatus Audoenus, ſanctus Rado frater ipſius, & dominus Eligius cum beato Sulpitio, necnon ſancto Eucherio.* Hæc de Synodo ibi: de rebus autem in ea geſtis nihil præterea.

III. Sed & ſub eodem Clodoveo Rege celebrata reperitur Synodus Cabilonenſis, quoto autem anno regni ejus, ignoratur: cui inter alios dignos Epiſcopos ſanctitateque celebres interfuiſſe leguntur, qui etiam in dicto Concilio Clypiacenſi præſentes fuerunt ſancti viri Audoenus & Eligius: verum non ſub Landerico Epiſcopo Pariſienſi habita ponitur, ſed eo tempore quo Pariſienſi Eccleſiæ præerat Audobertus, qui per Abbatem Grimoaldum eidem interfuit. Ad hunc autem Audobertum S. Audoenus Epiſcopus Rothoma-

Cabilonenſe Concil.



PAGIUS III. *Synodus Cabilonenſis.*

cti Dionyſii libertatem confirmat.

Ad num. III. Concilium Cabilonenſe, *Clodoveo II. regnante*, ut in ejus Præfatione legitur & *octavo Kalendas Novembris* celebratum, ut liquet ex Epiſtola hujus Concilii ad *Theodoſium* Epiſcopum Arelatenſem ſcripta, cum tunc is publice pœnitentiam ob publica peccata ageret. Hunc Baronius corrupto exemplari uſus *Theodorum* vocat; at interfuit *Theodoſius* iſte exequiis Sanctæ *Ruſticulæ* Abbatiſſæ Monaſterii Sancti Cæſarii apud Arelatas anno ſexcenteſimo trigeſimo ſecundo, ut eo anno oſtendimus. Conditi in eo Concilio Canones viginti, quibus ſubſcripſere Epiſcopi undequinquaginta, & ab Epiſcopis directi Abbates quinque cum uno Archidiacono. Verum quo anno celebratum fuerit, in eo non legitur; [1] cum tamen *Audoenus* Rotomagenſis, *Eligius* Noviomenſis, & *VVulfolendus* Bituricenſis jam eſſent Epiſcopi, nondum vero promotus eſſet ad Presbyteratum *Tillo*, quo tantum anno DCXLV. inſignitus fuit. Cointius illud cum anno ſexcenteſimo quadrageſimo quarto alligavit, obſervavitque in Vita Sancti Tillonis Monachi Solemniacenſis, qui auxilio fuit Sancto Eligio in convertendis Menapiis, narrari *habito Concilio* ſancitum fuiſſe, *ut nullus pretio dato, ad Sacerdotale admitteretur officium*, & proxime ſubjungi de *Tillonis* Sacerdotio & Præfectura Solemniacenſi, licet, inquit Cointius, Tillonis nomen ab Abbatum Solemniacenſium Catalogis abſit. Cum tamen Mabillonius Sæculo Secundo Benedictino aliam *Tillonis* Vitam melioris notæ ex Lectionario Solemniacenſi exhibeat, in qua *Tillo* non dicitur Abbas; in Martyrologio Eccleſiæ Solemniacenſis ante quingentos annos exarato ſolo *Monachi* nomine deſignetur; & Solemniacenſes eum in Abbatum ſuorum Catalogo non numerent, levis eſt de hujus Concilii Epocha Cointii conjectura. Illud certum, Concilium hoc ante menſem Septembrem anni ſexcenteſimi quinquageſimi ſexti habitum; cum paulo poſt Clodoveus II. fato functus fuerit; imo ante finem anni DCLIII. ut numero ſequenti oſtendo.

IV. Synodo Cabilonenſi ſubſcripſit *Germoaldus Abba in vicem Audoberti Eccleſiæ Pariſiacæ*. Audobertus vero anteceſſit *Landericum* in Epiſcopatu Pariſienſi, non vero ſubſecutus eſt, ut autumavit Baronius. *Audobertus* enim regebat Eccleſiam Pariſienſem anno ſexcenteſimo quadrageſimo, quo Foſſatenſe Monaſterium, Gallice *Foſſaz*, in Epiſcopatu Pariſienſi conditum eſt a *Blidegiſilo* Archidiacono Pariſienſi, ut liquet ex Vita S. Baboleni Abbatis ejuſdem Monaſterii a Ducheſnio in Hiſt. Franc. & nuper a Chiffletio in Diſſert. de annis Dagoberti I. publicata, & Sanctum *Babolenum* primum Abbatem huic Monaſterio præfecit, ut videre eſt apud Cointium anno DCXL. num. XXXIII. & ſeqq. ubi recte oſtendit, hunc Sanctum *Babolenum* diverſum eſſe a Sancto Bobuleno quarto Abbate Monaſterii Bobienſis in Italia, adverſus eos, qui utrumque inter ſe confundunt. Subſcripſit Audobertus donationi ex Regia liberalitate factæ Monaſterio Foſſatenſi a Blidegiſilo, *Pariſius, ſub die Nonarum Majarum, anno tertio regnante Clodoveo glorioſiſſimo Rege*, quæ tam a Cointio, quam a Chiffletio laudatis recitatur. Ex quibus etiam inferri debet Synodum Cabilonenſem, ad quam deputatum miſit, *Audobertus* Pariſienſis Epiſcopus habitam eſſe ante annum DCLIII. quo *Landericus* ejus Succeſſor præſens fuit Conventui Clypiacenſi. Eccleſia Foſſatenſis ſæculo proxime elapſo ad Canonicos ſæculares tranſiit. Eſt is locus tertio fere milliari ſupra Lutetiam ad Matronam fluvium inſula circumcluſus.

*Monaſterium Foſſatenſe Audoberto Eccleſiam Pariſienſem regente conditum.*

V. *Obitus S. Nivardi Epiſc. Rhemenſis.*

Hoc anno *Sanctus Nivardus* Rhemenſis Epiſcopus, de quo pluribus agit Flodoardus lib.2. cap. 27. ad Deum migravit, & quidem adveniente *Kalendarum Septembrium die*, ut diſerte legitur in Paſſione S. Bercharii Abbatis Altivillarenſis & Dervenſis primi. Magna neceſſitudine conjunctus fuit cum Sancto Berchario *qui ab eo petierat locum ſibi dari, ubi cum fratribus ſuis Monachis ſub Regula Patrum Sancti Benedicti & Sancti Columbani vivere poſſet. Quod & idem Præſul facere ſtatuit*, inquit Flodoardus citatus, ubi ſermonem habet de Monaſterio Altum-Villaris, Gallice *Haut-Villiers*, quod *Nivardus* ad flumen Matronam in Epiſcopatu Rhemenſi extruxit & Berchario Abbati cum multis prædiis ſuis donavit, idque non longe ante mortem ſuam; cum in Paſſione Bercharii legatur, Nivardo moriente ædificia nondum abſoluta fuiſſe San-Marthani Tom. 4. Galliæ Chriſt. pag. 32. referunt fragmentum fun-

NOTÆ [1] ETſi de anno quo Synodus iſta Cabilonenſis habita fuit, certi nihil definiri poteſt; non inani tamen conjectura eam anno 649. illigarem. Nam die VIII. Kal. Novembris celebratam fuiſſe, tam certum eſt, quam certum pariter indicendis exordiendiſque Conciliis diem Dominicam plerumque deligi conſueviſſe; ſicut & æque perſpicuum eſt ex iis quæ Pagius hic animadvertit, Synodum hanc collocari oportere intra annos 640. quo SS. Eligius & Audoneus Epiſcopi renunciati ſunt, & 653. quo S. Audobertus Pariſienſis jam deceſſerat. Porro intra annorum ſpatium illud Dominica dies in VIII. Kal. Novembris nonniſi anno 649. incidit; hæc ergo Concilii epocha interim ſtatuenda, donec lux major ex anecdoto aliquo monumento Eccleſiaſticæ hiſtoriæ affulgeat. MANSI

magenſis ſcripſit vitam S. Eligii Epiſcopi Noviomenſis: extant ea de re litteræ utriuſque ultro citroque datæ in appendice ejuſdem ſcriptionis. Habentur ejus Synodi canones decem & novem, quos tu conſulas. Legitur poſt ipſos epiſtola Synodalis ad Theodorum Epiſcopum, qui publice egerit pœnitentiam ob publica peccata commiſſa, quæ citatur cauſam dicere ad ſequentem Synodum Arelatenſem. Quod ad tempus regni Clodovei ſpectat: perveniſſe ipſum uſque ad annum decimoctavum ſui regni, inferius dicturi ſumus.

Qui

PAGIUS fundationis ex Charthophylacio Altivillarenſi, recteque cenſent, *Nivardum* hoc anno demortuum; & Auctor Paſſionis Bercharii aſſerit, Monaſterium Altumvillare conſtructum eſſe *Childerici Regis Francorum opitulante clementia*, & poſt Nivardi mortem Monaſterium Dervenſe. Quæ ideo mors hoc anno contigit, cum illud anno ſequenti ædificatum fuerit, ut ibi oſtendo. Adhæc ſcribit Auctor ejuſdem Paſſionis, *Bercharium*, relicto Monaſterio Altivillarenſi, veniſſe ad locum quendam Diœceſis Tricaſſinæ, cui tunc nomen erat Mangiſvillare, *Pellemonſtier* Galli nuncupant, & abſtruſiores receſſus in ſylva Dervenſi ſtudioſe perluſtrantem duas alias ibidem Eccleſias conſtruxiſſe, & poſt ipſas tandem Monaſterium *Dervenſe*, cujus ipſe Bercharius primus Abbas extitit. Vocatur illud Gallice, *Monſtier-en-Der*, & etiam nunc utrumque Monaſterium ſub Benedictina S. Vitoni congregatione viget.

VI. *Varia Monaſt. a S. Berchario ædificata.*

Cointius fundationem Monaſterii *Altum-Villarenſis* cum præſenti Chriſti anno accurate copulavit; ſed Eccleſiarum mox memoratarum ædificationem partim cum anno DCLXVIII. partim cum anno DCLXIX. male conjunxit, ac majori errore initium Monaſterii Dervenſis in annum DCLXXI. diſtulit: quod Auctor Paſſionis S. Bercharii, poſtquam locutus eſt de una ex præfatis Eccleſiis, ſcribat: *Hunc ergo* (ſc. Childericum Regem) *Pater eximius adiit, utque ſibi ad bona vota conſortibus Viris Dei amore ferventibus, Leodegario & Mumoleno Epiſcopis, Amalrico quoque & VVlfaudo Optimatibus, impetravit a Rege licentiam ædificandi ſibi in eodem loco Baſilicam, quam B. Martini in honore conſecratam prædictus Rex Childericus circumquaque ab Eccleſia ſylva leuga una benigne donavit.* Exiſtimavit enim Cointius Clotarium Regem anno DCLXIX. e vivis abiiſſe, & *Childericum* fratrem Monarchiam Francorum, quando eum adiit Bercharius, jam obtinuiſſe; quod evincere putat ipſa Pontificum nomina, ex quibus Leodegarius Epiſcopatum Auguſtodunenſem in Burgundia gerebat, & Mummolenus Epiſcopatum Noviomenſem in Neuſtria. Verum præterquamquod *Clotarius* III. vixit uſque ad annum DCLXX. Monaſterium *Dervenſe* a Childerico dum Auſtriæ tantum præeeſſet, conditum eſt, idque anno ſequenti, ut ibidem oſtendam; ideoque omnes præfatæ Eccleſiæ ante hujus anni finem, vel prioribus menſibus anni inſequentis ædificatæ in Regno Aſtraſiano, ubi *Leodegarius & Mummolenus* ob cauſas nobis ignotas tunc verſantes, *Sancti Bercharii* conſilia apud Childericum Regem, cui gratioſiſſimi erant, promoverunt. Quare male Cointius mortem Sancti *Nivardi* in annum DCLXXIII. diſtulit, ut ex dicendis anno ſequenti manifeſte conſtabit.

VII. *Diſtinguendi duo Nivones vel Nivardi Epiſcopi.*

Ex his ſequitur, *Nivonem* Epiſcopum ad cujus petitionem in fragmento Vitæ Sancti Lantberti Abbatis Fontanellenſis dicitur *Bilibilda* uxor Childerici Regis dediſſe quaſdam poſſeſſiones Cœnobio Fontanellenſi, eumdem non eſſe cum *Nivardo*, qui etiam *Nivo* appellabatur, ut autumavit Henſchenius ad diem XIV. Aprilis quo S. Lantbertus colitur, in Notis ad ejus Vitam: cum ea largitio Regia facta fuerit *anno X. Childerici* in Auſtria, & *V. ejuſdem Lantberti Abbatis*, ut in eo fragmento legitur, ideoque, anno DCLXXI. ad quem *Nivo* ſive *Nirvardus* Epiſcopus Rhemenſis non pervenit.



I. De adventu Conſtantis Imp. in Urbem.

QVi ſequitur annus ſexcenteſimus ſexageſimustertius, Indictione ſexta inſcribitur: quo Conſtans Imperator Romam ſe conferens ad limina Apoſtolorum viſitanda, a Vitaliano Romano Pontifice honorifice exceptus eſt. Sed quomodo id acciderit, & quæ tunc ab eodem Imperatore Romæ geſta ſint, ex Anaſtaſio Bibliothecario audiamus, qui in Vitaliano ipſo iſta habet: *Hujus* inquit *temporibus venit Conſtans* * *Auguſtus de regia urbe per litoraria Athenas, exinde Tarentum, inde Beneventum & Neapolim per Indictionem ſextam: poſtmodum venit Romam, id eſt, quinta die menſis Julii, Indictione ſupraſcripta. Et occurit ei Apoſtolicus cum clero ſuo miliaro ſexto ab urbe Roma, & ſuſcepit eum.* Obſequia iſta Pontificis quid aliud monent, niſi fuiſſe adventum ejus in Urbem pacificum, præceſſiſſeque pacis nuncia, quæ ſignificarent Imperatorem venientem in Occidentem, Occidentalium velle ſectari fidem, ac deteſtari Orientalem errorem, a quibus volens libenſque diſcederet? Hæc & alia hujuſmodi cum apud Vitalianum Pontificem fidem invenerint, nihil voluit prætermiſiſſe, quo eum demerere & continere in officio poſſet; ut ab eodem auctore audies, qui ſic reliqua narrare pergit:

* Conſtantinus

II. Quomodo Imperator exceptus eſt a Vitaliano.

*Et ipſa die ambulavit Imperator ad ſanctum Petrum ad orationem, & donum ibi obtulit: die ſabbati ad ſanctam Mariam venit, itemque donum obtulit. Dominico die proceſſit ad ſanctum Petrum cum exercitu ſuo: omnes cum cereis exierunt obviam ei, & obtulit ſuper altare illius pallium auro textum; & celebratæ ſunt Miſſæ. Item ſabbati die venit Imperator ad Lateranas ædes, & lavit ſe, & ibidem pranſus eſt in baſilica Julii. Item Dominico die fuit ſtatio ad ſanctum Petrum; & poſt Miſſas celebratas, Vale fecerunt ſibi invicem Imperator & Pontifex. Duodecim dies in civitate Romana perſeverans, omnia quæ erant in ære ad ornatum civitatis depoſuit. Sed & eccleſiam beatæ Mariæ ad Martyres, quæ tecta tegulis æreis erat, diſcooperuit, & in regiam urbem cum aliis diverſis rebus, quas depoſuerat, direxit. Et poſtmodum ſecunda feria egreſſus de civitate Romana, reverſus Neapolim, inde terreno itinere pergens Rhegium, ingreſſus eſt Siciliam per Indictionem ſeptimam, & habitavit in civitate Syracuſana, & talem afflictionem poſuit in populo, ſeu habitatoribus, vel poſſeſſoribus, provinciarum Calabriæ, Siciliæ, Africæ, Sardiniæ per diagrapha, ſeu capita, atque nauticationes per annos plurimos, quales a ſæculo numquam fuerant: ſed & alia multa inaudita perpeſſi ſunt, ut aliqua ſpes vitæ non remaneret: ſed & ſacra vaſa, vel Cimilia* ſive utenſilia *ſanctarum Dei eccleſiarum auferens, nihil dimiſit.* Hucuſque Anaſtaſius: quæ autem proſequitur de ejus nece, ſuo loco dicemus.

III. Vitalianus cenſuræ cur remittat nervos.

Hic vero abſque accurata conſideratione non tranſeat, quomodo Romanus Pontifex Vitalianus inter ſolertes prudenteſque



PAGIUS SÆC.VII. Anno Eræ Hiſpan. DCCI. Anno Hegiræ XLIII. inchoato die 15. April. fer. 7. A.C. 663.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6156.

☉ 28. A. ☽ 18. P. 2. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 663.

VITALIANI PAPÆ 7.

CONSTANTIS IMP. 23.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: *XXII. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XX.*

II. *Conſtans Imp. annos ſex in Sicilia manſit.*

A num. I. ad VI. Hoc anno *Conſtans* Aug. Conſtantinopoli relicta in Italiam venit, ubi reliquo vitæ tempore commoratus eſt, per annos ſcilicet ſex, ut Theophanes in Chronico, & Zonaras in Conſtante docent. Anaſtaſius in Vitaliano Papa refert, eum veniſſe navi Athenas, & exinde Tarentum, Beneventum, & Neapolim, *per Indictionem ſextam*, quæ hoc anno uſque ad Kalendas Septembris obtinuit: poſtmodum profectum eſſe Romam *quinta die menſis Julii, feria quarta, Indictione ſupraſcripta, die Sabbati* ad Sanctam Mariam, & *Dominico die* proceſſiſſe ad Sanctum Petrum, *duodecim dies* in Civitate Romana moratum eſſe, & *poſtmodum ſecunda feria* egreſſum de Civitate Romana, rediiſſe Neapolim, & introiiſſe Siciliam *per Indictionem VII.* ac populos Calabriæ, Siciliæ, Sardiniæ, Africæ valde afflixiſſe dum in Sicilia commoratus eſt. Qui temporum characteres præſentem annum certo deſignant. Paulus Diaconus lib. 5. de Geſtis Langobard. cap. 11. Anaſtaſio antiquior ait, etiam Imperatorem *in Sicilia ab Indictione ſeptima uſque ad duodecimam*, qua obiit, manſiſſe.

III. *Ob hæreſim Monothelitarum Conſtantinopolitanis invizus.*

*Statuit* inquit Cedrenus ad annum ejus Imperii XVIII. *Imperium Romam transferre cum inviſus Byzantiis eſſet ob Monothelitarum hæreſim, aliaſque pravas de religione ſententias. Miſit ergo qui uxorem & liberos adducerent: ſed hanc cum liberis Byzantii detinuerunt.* Eamdem hujus profectionis cauſam refert Conſtantinus Manaſſes: aliam jam tetigerat Cedrenus, eum ſcilicet ideo ſtatuiſſe in Siciliam abire, quia cum *Theodoſium* fratrem occidiſſet, quem antea ſuadente Paulo Conſtantinopolitano Epiſcopo fecerat conſecrari Diaconum, *Theodoſius* ei Diaconi habitu crebro appareret cum poculo pleno ſanguine, quem ei porrigebat. Zonaras, qui etiam prodit eum ſtatuiſſe transferre Romanum Imperium Syracuſas, addit Conſtantinopolim reliquiſſe, ob odium Civium poſt fratris cædem, & poſt patrata in Papam *Martinum*

& San-

que Pontifices adnumeratus, immo & inter ſanctos, quos colit Eccleſia Catholica, recenſitus, erga Conſtantem Auguſtum nullum genus obſequii prætermiſit, quo poſſet hominem demerere. Non enim ejecit ab Eccleſia ſacrilegum fratricidam, neque procul abhorruit vel a ſalutatione hominis, qui ſanctiſſimum Pontificem Martinum e ſede tyrannice evulſiſſet, ignominioſe tractaſſet, ac tandem relegatum Cherſonæ perire fame etiam coegiſſet: non exhibitam in ſanctum Maximum ejuſque diſcipulum carnificinam exprobravit: non, inquam, tot tantiſque aſperſum criminibus hominem ſprevit, vel (ut par erat) exhorruit, foreſque illi occluſit Eccleſiæ; ſed obviam prodiit, excepit, fovit, amplexatus & proſecutus eſt omni genere charitatis.

IV. Cur iſta Vitalianus in ſummum diſpendium (ut videri poterat) Eccleſiaſticæ læſæ cenſuræ, & fractæ penitus diſciplinæ? Qui cuncta moderatur Deus, & fecit in numero, pondere, ac menſura, & pro ratione diverſorum temporum diverſas a nobis in rebus gerendis rationes expoſcit; ſecundum quod Sapiens definivit dicens: (a) *Tempus odii & tempus amoris, & tempus amplexandi, & tempus ab amplexibus recedendi, & tempus pacis, & belli tempus*; ſuaſit Vicario ſuo Summo Pontifici, ita agere cum ſceleſtiſſimo homine, diſſimulando omnia hominis illius delicta, dummodo Catholicæ eſſet veritati conſultum, cui conduceret ut Imperator diu hæreticus, ſive per veritatem, ſive per occaſionem ſpecimen ederet Catholicæ pietatis, perſonam præſeferens hominis Orthodoxi.

(a) *Eccl.* 3.

V. Opportuna Vitaliani diſpenſatio. Quod enim una cum Imperatore (ut ſæpe cognitum eſt) univerſus Oriens vel ſchiſmate ſcindi, vel communione Catholica uniri ſoleret: ſanctus Spiritus perſuaſit, Eccleſiaſticos tunc reliquos omnes ſilere canones, Eccleſiaſticamque tacere cenſuram, ut unius communicatione univerſus ſimul Oriens & Occidens, diu inter ſe diviſi ſchiſmate, communione Catholica ſtringerentur. Nec ipſum Vitalianum ſpes fefellit, vel conſilium ejus eſt irritum redditum: etenim ejuſmodi remiſſione cenſuræ factum, ut non ipſe ſolus Conſtans uſque ad obitum videri voluerit eſſe catholicus; ſed hac ſemel aperta via, & ejus ſucceſſor in Imperio, œcumenico congregato Concilio, ad ipſam hæreſim extirpandam, omne contulerit ſtudium atque robur. Cujus enim eſt ſancire canones, ejuſdem eſt & moderari eos, ac pro ratione perſonarum & temporis ſecundum Dei conſilium cuncta diſponere, quæ prodeſſe ſciat Eccleſiæ. Unus idemque Spiritus dono conſilii atque diſcretionis hæc omnia eſt operatus, remittens nervos Eccleſiaſticæ arctæ cenſuræ pro ſalute totius Eccleſiæ conſequenda. Hinc illud quam ſaluberrime monet Eccleſiaſtes: (b) *Noli eſſe juſtus multum: neque plus ſapias quam neceſſe eſt, ne obſtupeſcas.* Probes igitur neceſſe eſt medicinam, ex qua integra ſanitas fuit Eccleſiæ Catholicæ reſtituta.

(b) *Eccl.* 7.

VI. Hæc eadem cum & deſcribat Paulus (c) diaconus de adventu Conſtantis Imperatoris & rebus ab eo Romæ geſtis, dicatque contigiſſe reditum ejus in Siciliam anno ſequenti, Indictione ſeptima: multa commiſcet de bello ab eodem in Italia geſto adverſus Grimoaldum Regem Longobardorum, & ejus filium Romualdum Ducem Beneventanum, antequam ſe conferret in Urbem ipſe Conſtans Imperator hoc anno; licet annorum ejus ex iis quæ idem Paulus tradit, ubi agit de tempore ☞ Ariperti ☜ Regis ejus prædeceſſoris, alia eſſet ratio ineunda. Siqui-

(c) *Paul. diac. l. 5. c. 6. 7. 11.*

PAGIUS & *Sanctum Maximum*. Ei obviam proceſſit *Vitalianus* Papa ſexto ab Urbe milliario, quia ante ſuum Romam adventum Catholicum omnino egit. Baronius anno DCLV. numer. III. & hoc anno num IV. ſcribit, Conſtantem hæreſim abjuraſſe ſtatim poſt initum a *Vitaliano* Pontificatum, & antea ita audiviſſe hæreticum ut velut proſcriptus ab Eccleſia haberetur, ideoque hæreſim abjuraſſe; alioquin Vitalianus miſſam *per Reſponſales non accepiſſet oblationem*, inquit Baronius. Verum de illa hæreſeos abjuratione nulla apud Anaſtaſium, nec quemquam ex Veteribus mentio. Quemadmodum itaque Sanctus *Martinus* Papa in Concilio Lateranenſi œconomia erga *Conſtantem* uſus eſt: ita & Vitalianus tam Pontificatus ſui initio, quam hoc anno, quando Conſtans Romam venit. Inde Imperatore, ſaltem apparenter Catholico, & urbane agente cum Catholicis, facilis fuit Eccleſiarum pax & fidei tranquillitas, & *Conſtantinus Pogonatus* ejus filius, plane Catholicus, optimeque affectus Vitaliano Papæ Sextam Synodum generalem procuravit.

IV. *Grimoaldus Langobardorum Regnum anno ſuperiori arripuit.* Ad num. VI. & ſeqq. Sigebertus in Chronico *Ariberti* Langobardorum Regis obitum anno ſexcenteſimo ſexageſimo conſignavit, ſed anno uno citius, ut mox dicetur. Regnavit enim *annos novem*; ut tam Sigebertus, quam Paulus Diaconus lib. 4. cap. 53. habent. Sed quia nec Baronius, nec ullus alius, quem viderim, animum advertit ad errorem ejuſdem Pauli anno DCXXXVI. a me indicatum ac emendatum, hinc Baronius annos tantum quinque *Ariberto* tribuit, ac præterea ejus mortem biennio tardius recitat. Sigonius lib. 2. de Regno Italiæ Langobardorum Regum annos etiam mutilare cogitur. Onuphrius in Chron. Eccl. Grimoaldi initium uſque ad annum DCLXVI. differt; & aliqui *Aribertum* prætermittunt. Joannes Baſilius Heroldus in lucem edidit Codicem legum Langobardorum, ubi Grimoaldus in Præfatione dicit ſe emendare edictum a Rothari Rege datum *anno ſexto Regni mei, menſe Julio, Indictione undecima*, qui characteres in annum DCLXVIII. competunt. Quare ſi ſextus Grimoaldi annus tunc in curſu erat, anno DCLXII. non vero DCLXI.



quidem dum ait, ipſum annos novem regnaſſe, & filios unum, cœpiſſe vero ex ſententia ipſius regnare anno Redemptoris ſexcenteſimo quinquageſimonono; non ante ſexcenteſimum ſexageſimumnonum Grimoaldum regnare cœpiſſe, dicendum eſſet: quod plane contrarium omnino eſſe reperitur iis quæ de exordio regni ejuſdem Grimoaldi habentur in ejuſdem Regis edicto, cui magis quam alicui ſcriptori aliter aſſerenti eſſe ſtandum, nemo non dixerit: & ex ejus aſſertione fore neceſſe omnes diverſa ſentientes corrigere & emendare, æque conſentiet abſque aliqua controverſia. Hoc idcirco dixerimus, quod qui nuper res Longobardorum & Regum Italiæ eſt accuratius proſecutus (a), ponat exordium regni Grimoaldi anno Domini ſexcenteſimo ſexageſimoprimo, cum ex ejuſdem edicti, quod & ipſe recitat, auctoritate, erroris redarguatur: etenim ipſius exordio hæc in eo leguntur: *Ideo ego Grimoaldus vir excellentiſſimus Rex gentis Longobardorum, anno (Deo propitio) ſexto regni mei, menſe Julio Indictione undecima*, per

(a) *Sigon. de regn. Ital. l. 2. in Grimoaldo.*

Grimoaldi Regnum quando contigit.

PAGIUS DCLXI. ut perperam habet Sigebertus, Regnum inierat, idque poſt menſem Julium. Baronius ex ea lege deducit, *Grimoaldum* hoc anno Regem Langobardorum dictum eſſe, ſed ex infra dicendis hæc opinio evertetur. Præterea nullum *Godeberto & Berthari*t Regibus tempus aſſignat: & tamen Sigebertus Ariberti morte narrata, ait: *Godebertus & Bertarith filii ejus annum agunt non tam in Regno componendo, quam Regno contendendo.* Narrat eos tumultus Paulus lib. 4. cap. ult. & lib. 5. cap. 2. & ſeqq. Tum Sigebertus anno DCLXI. ait: *Grimoaldus Dux Taurinenſium Godebertum filium Aripert Regis Longobardorum dolo perimit, & ejus Regnum arripit, ſororemque Godeberti uxorem ducit, regnavitque novem annis.* Confirmato Grimoaldi Regno apud Ticinum, jamdudum pactam Ariberti Regis filiam duxit uxorem, inquit Paulus lib. 5. cap. 1. [1]

V. *Synodus Auguſtodunenſis.* *Sanctus Leodegarius* Auguſtodunenſis Epiſcopus ut Eccleſiæ ſuæ præſentiſſimam opem afferret, Synodum celebravit, cujus Canones maxima ex parte deperditi. Aliquot publicavit Sirmondus ut videre eſt in Collectione Conciliorum. [2] Ex uno eorum liquet id præcipue *Leodegario* placuiſſe, ut in Cænobiis Diœceſeos Auguſtodunenſis nulla Regula præter Benedictinam vigeret, in alio dicitur: *Si quis Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, vel Clericus ſymbolum quod Sancto inſpirante Spiritu, Apoſtoli tradiderunt, & fidem Sancti Athanaſii Præſulis irreprehenſibiliter non recenſuerit, ab Epiſcopo condemnetur.* Hæc prima mentio ſymboli fidei ſub nomine S. Athanaſii Præſulis; quod tamen genuinum ejus fœtum non eſſe, oſtendi anno CCCXL. Verum exiſtimandum, Patres hujus Synodi non aliter de ſymbolis Apoſtolico & Athanaſiano ſenſiſſe, quam Majores ſuos antea ſenſiſſe noverant.

NOTÆ

[1] COmpoſita Rodoaldi morte cum anno 653. Ariperti ejus ſucceſſoris anni novem deducent nos ad annum 662. Dein anno uno tributo Godeberto & Betharit ejus filiis, ut & Sigebertus illis aſſignat, incidimus in annum 663. cui Grimoaldi initium aſſigendum eſt, ut anno 668. regni ejus ſextus numerari potuerit, quo nos revocat Prologus Legum Grimoaldi hic a Pagio laudatus. Ex hoc autem intelligimus Grimoaldum iſto quidem anno, ſed ante Julium menſem cœpiſſe. MANSI

[2] SYnodum hanc Auguſtodunenſem ad annum 677. pertinere, ſuſpicor, nec aliam eſſe reor ab illa cujus mentio eſt in vulgato S. Leodegarii teſtamento, ſicuti neque aliam deſignari puto Synodum in Diplomate autographo Theodorici, de quo ex Mabillonio Pagius ad A. 677. 8. id autem paulo diligentius diſcutiendum eſt. Vulgatum S. Leodegarii teſtamentum genuinum eſſe quidem, ſed corruptos ferre temporis characteres probat Mabillonius in Annalibus lib. V. num. 36. In eo vero ait Vir Sanctus teſtamentum illud ſuum condidiſſe in Concilio quinquagintaquatuor Epiſcoporum, præſentibus *Principibus noſtris*, ideſt ut Mabillonius ibidem exponit, Theodorico & Dagoberto. Ex quibus intelligimus inter utrumque Regem pacem tunc conciliatam fuiſſe. Porro pax inter duos illos Reges nulla fuiſſe videtur in Gallia ante annum 677. ut Pagius ad eumdem annum num. 7. & 8. demonſtrat. Conſtat autem ex Diplomate autographo Mabillonii, ut videre licet apud Pagium loco ſupra laudato, eo pariter anno 677. medio Septembri dum pax eſſet in Gallia, confertam quandam Gallorum Præſulum Synodum habitam fuiſſe pro *ſtatu Eccleſiæ & confirmatione pacis*, quæ verba denotare videntur eidem Concilio plurimos Galliarum Epiſcopos conveniſſe, ut de ratione perpetuandæ utrimque pacis tractarent. Igitur Synodus hæc ipſiſſima cenſeri poteſt ac ſuperior illa, cujus S. Leodegarius in ſuo teſtamento meminit. Repugnare his videtur locus habiti Concilii, qui locus in Teſtamento appellatur Chriſtiacus, in Diplomate vero Marlacus. Sed forte ſicut mendoſi ſunt characteres chronologici ejuſdem Teſtamenti, ita & mendoſe loci nomen expreſſum eſt, ac pro Chriſtiaci, legendum eſt Marlaci, ſeu forte Marliaci; cum præſertim ubi locorum Chriſtiacus fuerit nemo norit, teſte Mabillonio loco citato. Hoc ipſum autem Concilium forte Auguſtodunenſe appellatum fuit, quod ejus canones S. Leodegarius Auguſtodunenſis facile direxerit.

Profecto Concilium illud de quo in teſtamento S. Leodegarii unum idemque cum Auguſtodunenſi fuiſſe ſenſit pariter nobiſcum Author adnotationis ſubjectæ editioni Conciliorum Veneto-Labbeanæ to. VII. col. 550. ſenſit & Mabillonius loco ſup. laudato, ubi poſtquam egiſſet de Concilio in Teſtamento deſignato ſubdit: *Forte eodem in loco eodemque tempore habita eſt Synodus Auguſtodunenſis dicta; quæ forte non aliam ob cauſam Auguſtodunenſis dicta eſt, quam quod agente in primis Leodegario Auguſtodunenſi Epiſcopo ejus canones conditi ſunt.* His ergo ſtantibus Auguſtodunenſis Synodi epocha figenda eſt anno 677. Theodorici Regis anno V. ineunte, medio Septembri. MANSI

*per ſuggeſtionem Judicum, &c.* Cum igitur menſe Julio Indictionis undecimæ numeret ipſe Grimoaldus annum ſextum regni ſui; fateri utique neceſſe eſt, ipſum regnare cœpiſſe hoc anno ſexcenteſimo ſexageſimotertio, ſexta inchoata Indictione: ad quod ſane tempus bellum cum Longobardis a Conſtante geſtum referendum eſt, nec eſt quod ad ſequentem ſextam Indictionem id referri poſſit, cum tunc temporis neque Conſtantem, neque Grimoaldum ſuperſtites eſſe contigerit, jam diu ante utroque defuncto.

VII. Quod autem ad ipſum bellum pertinet: antequam illud auſpicaretur Conſtans, conſultum ab eo ſanctum eremitam, Paulus tradit, qui hæc de his habet (a): *Prius ad ſolitarium quemdam, qui prophetiæ ſpiritum habere dicebatur, abiit, ſtudioſe ab eo ſciſcitans, utrum gentem Longobardorum, quæ in Italia habitabat, ſuperare & obtinere poßet. A quo cum ſervus Dei ſpatium unius noctis expetiiſſet, ut pro hoc ipſo Dominum ſupplicaret: facto mane, ita eidem Auguſto reſpondit: Gens Longobardorum ſuperari modo aliquo non poteſt, quia Regina quædam ex alia provincia veniens, baſilicam beati Joannis Baptiſtæ in Longobardorum finibus conſtruxit, & propter hoc ipſe beatus Joannes pro Longobardorum gente continue intercedit. Veniet autem tempus, quando ipſum oraculum habebitur deſpectui, & tunc gens ipſa peribit. Quod nos ita factum eſſe probavimus: quia ante Longobardorum perditionem, eamdem beati Joannis baſilicam, quæ utique in loco, qui Modicia dicitur, eſt conſtituta, per viles perſonas ordinari conſpeximus: ita ut indignis & adulteris, non pro vitæ merito, ſed præmiorum datione iiſdem locus venerabilis largiretur.* Hactenus Paulus, qui narrare pergit inania ſtudia Conſtantis Imperatoris, quæ inſumpſit, ut Beneventana potiri poſſet civitate: tu ipſum conſulas. Cæterum ejuſdem Pauli (b) aſſertione, ante Imperatoris adventum in Urbem ea omnia contigiſſe traduntur. Defenſam autem fuiſſe Beneventanam civitatem ope ſancti Barbari ejuſdem civitatis tunc Epiſcopi, plura quæ in ejus vita ſcripta habentur, oſtendunt.

(a) *Paul. diac. l. 5. c. 6.*

Vaticinium de Regno Longob.

(b) *Paul. diac. l. 5. c.* 34.

VIII. Quod autem ad Grimoaldum pertinet: fuiſſe ipſum quidem ex Ariano ad fidem Catholicam converſum per ſanctum Joannem Bergomi Epiſcopum, ejuſdem Sancti Acta tradunt. Porro de ſua ipſius fide

PAGIUS rant. Hæc porro Synodus anno incerto in Burgundia celebrata.

VI. *Obitus S. Cuniberti Epiſc. Colonienſis.*

In Auſtria vero Sanctus *Cunibertus* Epiſcopus Colonienſis e vivis exceſſit: *Completis feliciter* inquit Auctor Anonymus ejus Vitæ apud Surium ad diem XII. Novemb. *quadraginta villicationis ſuæ annis, pridie Iduum Novembris Creatori ſuo reddidit ſpiritum.* Ex Archidiacono Trevirenſi *ſeptimo Kalendas Octobris gradum Epiſcopalis benedictionis aſcendit*, ideoque anno ſexcenteſimo viceſimo tertio, quo dies XXV. Septembris in Dominicam cadit. Qui cum interfuerit Concilio Rhemenſi anno DCXXVI. celebrato, recte inde colligit Cointius ſpuria & commentitia eſſe quæ de illius pueritia ſub Dagoberto Rege narrat citatus Anonymus. Conſiliarius fuit Dagoberti Regis, qui cum *Sigibertum* filium Auſtriæ Regem præfecit totam Regni adminiſtrationem eſſe voluit penes *Cunibertum* & *Aldagiſelum* Ducem. Magna amicitia conjunctus fuit cum Pippino Landenſi, cum quo poſt mortem Dagoberti Regnum Auſtriæ ſub Sigiberto puero gubernavit.

VII. *Monaſterium Dervenſe a S. Berchario conditur.*

Hoc anno *Sanctus Bercharius* poſt Eccleſias anno ſuperiori, ut ibidem dixi, ædificatas, cum inveniſſet locum erigendo Virorum Monaſterio idoneum in nemore Dervenſi, Præceptum a Childerico Rege impetravit, quo eidem locus ille conceditur. Extat illud apud Camuſatum in Promptuario Antiquitatum Tricaſſinæ Diœceſis in Notis ad Hiſtoriam Sancti Berchatii, quod his verbis clauditur: *Et ut hac emunitas firmior habeatur, & per tempora conſervetur, manus noſtræ ac fidelium noſtrorum tam Epiſcoporum, quam Optimatum ſubſcriptionibus ſubter eam decrevimus roborari. S. Reoli Epiſcopi, S. Leodegarii Epiſcopi. S. Attelani. S. Vvulfaudi Majoris Domus. S. Amalrici. Data IV. Non. Julii, anno III. Regni Childerici Regis. Actum Compendio Palatio.* In Paſſione Sancti Bercharii de iſta fundatione mentio eſt, & in ea habetur: *Auxiliantibus vero ſibi* (ideſt Berchario) *per Divinam Gratiam ex cujus deſiderio iſta agebat, S. Leodegario Epiſcopo & Amalrico Majore Domus, Fulcoaldo quoque & Vvlfaudo, Nivardo etiam & Atelano Epiſcopis, impetravit ſibi dari a Rege ſilvam ex ſuo fiſco, &c.* Childerico Regi duæ erant Epochæ, altera a Regno Auſtraſiæ, altera a Regno Burgundiæ & Neuſtriæ deducta, & poſtquam duo hæc ultima Regna adeptus eſt, in actis res Auſtraſianas reſpicientibus priorem Epocham *Childericus*, ejuſque exemplo ſubditi, adhibuere. Quare cum Monaſterium *Dervenſe* ſitum ſit in Partenſi Campaniæ pago, Gallice *Monſtier en Der*, Diœceſi Catalaunenſi ſubjectum, Tricaſſinæ finitimum ad fluvium Vigeram, pertinebat ad Regnum Auſtriæ, ideoque Monaſterium illud anno curenti, qui tertius eſt Childerici in Auſtria regnantis, fundatum fuit, & quidem poſt *Nivardi* Rhemenſis Epiſcopi mortem, quæ contigit dum Sanctus *Bercharius* adhuc Rhemis eſſet, & antequam ad Dervenſem ſilvam veniret, & locum ibi ad condendum Monaſterium a *Childerico* Rege poſtularet, uti in Paſſione Bercharii legitur. *Nivo* itaque, qui in Paſſione illa dicitur adjuvaſſe *Bercharium*, Epiſcopus eſt incerti loci, ac diverſus a *Nivardo Epiſcopo* Rhemenſi, qui jam obierat, teſte ejuſdem Paſſionis Auctore; indeque in Præcepto Childerici *Reolus*, qui eidem ſucceſſit, primus ſubſcribit, deinde *Leodegarius* Epiſcopus Auguſtodunenſis, Attelanus Epiſcopus Laudunenſis, *Vvlfaudus* Major Domus, & *Amalricus*, qui in eadem Paſſione perperam vocatur *Major Domus*, quamvis ibidem *VVlfaudus* nominetur, qui revera Majoratum gerebat in Auſtria; quare Paſſio illa hac in parte interpolata. *Nivonis* incerti loci Epiſcopi fit etiam mentio in fragmento Vitæ S. Lantberti Epiſcopi Lugdunenſis, ut anno ſupe-



fide Catholica illud certum reliquit poſteris omnibus conſpicuum monumentum dum (ut ex Paulo ſuo loco dicetur) conſtat ipſum erexiſſe baſilicam ſub titulo ſancti Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi, quem liquet fuiſſe Arianorum acerrimum oppugnatorem. De bellica ejus virtute, & adverſus Græcos alia ante hac obtenta victoria, hæc breviter idem Paulus (a): *Cum eſſet bellicoſiſſimus & ubique inſignis, venientibus eo tempore Græcis, ut oraculum S. Michaelis Archangeli in monte Gargano ſitum deprædarentur; Grimoaldus ſuper eos cum exercitu veniens, ultima cæde eos proſtravit.* Hæc ipſe de rebus ab eo geſtis, cum Dux tantum eſſet, antequam regnum capeſſeret.

(a) *Paul. diac. l. 4. c.* 47.

An-

PAGIUS periori diximus. In eo enim Auctor Anonymus refert, *Childericum*, cum tribus Regnis præeſſet, ideoque non ante annum DCLXX. ad petitionem *Nivonis* Epiſcopi, & quorumdam aliorum quaſdam poſſeſſiones *Lantberto* tunc Abbati Fontanellenſi largitum eſſe.

VIII. *Et bonis ejus locupletatum.*

Camuſatus in Promptuario Antiquit. Tricaſſ. refert Epiſtolam Sancti Bercharii, qua concedit Cœnobio Dervenſi plures villas ultra Ligerim de propria hæreditate, cujus eſt hæc ſubſcriptio: *Actum Remis Civitate ſub die III. Kal. Septemb. præſente Domno & glorioſo Childerico Rege anno IV. Regni ejus. S. Nivardi Archiepiſcopi. S. Leodegarii Epiſcopi Auguſtidunenſis. S. Mummoleni Epiſc. Noviomenſis.* Sed hæc Epiſtola, quæ anno ſequenti qui quartus fuit Childerici Regis ſcripta a ſciolo quodam interpolata; loco enim *Nivardi Archiepiſcopi*, legendum *Reoli Epiſcopi*, qui ex mox dictis ſubſcripſit Diplomati ejuſdem Childerici anno III. Regni ſui dato: præterquamquod Epiſcopi hoc tempore in ſubſcriptionibus *Archiepiſcopi* nomen non adhibebant.

IX. *Fundatum dum Childericus in Auſtria dumtaxat regnaret.*

Cointius anno DCLXXI. num. IX. & ſeq. contendit, Præceptum Childerici Regis & Epiſtolam Bercharii data eſſe *Childerico* Monarchiam Francicam regente, non vero anno III. & IV. Regni ejus Auſtraſiani: quia, inquit, utrique Chartæ ſubſcripſit *Leodegarius* Epiſcopus Auguſtodunenſis in Burgundia: *Compendium*, ubi Præceptum datum, ſitum eſt in Neuſtria. *Mummolenus*, qui Epiſtolam ſua ſubſcriptione communivit, in eadem Neuſtria Noviomenſis Epiſcopus fuit. Neque aliis argumentis opus eſt, ut intelligamus annos Childerici Regis in utraque Charta non a die numerari, quo primum Auſtriæ dominari cœpit, ſed a die quo ſe Monarcham totius Franciæ dixit. Ita Cointius qui addit, in Diplomate Childerici Regis loco *Reoli*, legendum eſſe *Nivardum*, uti legitur in Epiſtola Bercharii; & duas illas Chartas datas eſſe annis DCLXXI. & DCLXXII. Verum non animadverterat Vir doctiſſimus, Auctorem Paſſionis Bercharii teſtari Nivardum Epiſcopum Rhemenſem demortuum eſſe, & poſt ejus funera, quibus Bercharium interfuiſſe aſſerit hunc Sanctum Abbatem quæſiviſſe locum condendo Monaſterio idoneum; cumque illum in ſilva Dervenſi reperiſſet veniſſe ad *Childericum* Regem, & Epiſcoporum ac Magnatum auxilio illum ab eo obtinuiſſe. Quomodo igitur *Nivardus* jam mortuus Berchario apud Regem auxilio eſſe potuit, hujuſque Diplomati ſubſcribere? Secundo, ſi duæ hæ Chartæ *Childerico* in univerſa Francia regnante ſcriptæ eſſent, cum in eis agatur de bonis in Regno Auſtraſiano ſitis, uti erant ſilva Dervenſis, & quæ ultra Ligerim Monaſterio ſuo dedit *Bercharius* non anno III. & IV. ſed annos XIII. & XIV. Childerici, ſcilicet in Auſtria regnantis, præferrent. *Childericum* enim duplici Epocha uſum eſſe ipſemet Cointius fatetur, & in dubium vocari non poteſt.

X. *Confutatur opinio contraria.*

Cæterum argumenta Cointii minime urgent. Quid enim impediebat, ne *Childericus*, qui in Neuſtriam ad *Clotarium* fratrem videndum, aut aliam ob cauſam nobis ignotam venerat, dare poſſet bona ad fiſcum ſuum pertinentia, & quos volebat teſtes adhibere; res enim hæc non eſt Dominii, ſed jus etiam privatis commune. Magis urget loquendi modus Childerici ad quem Cointius animum non advertit: ait enim: *Et ut hæc emunitas firmior habeatur, manus noſtræ ac fidelium noſtrorum tam Epiſcoporum quam optimatum ſubſcriptionibus ſubter eam decrevimus corroborari.* Fidelium quippe nomine vaſſalli & ſubditi deſignantur, qualis non erat *Leodegarius*. Verum Childericus Rex *fidelium* nomine non comprehendit Leodegarium Clotarii fratris ſui ſubditum, ſed *Reolum* Epiſcopum Rhemenſem, *Attelanum* Epiſcopum Laudunenſem, *VVulfaudum* Majorem Domus Auſtriæ, & *Amalricum* ex Optimatibus ſuis unum.

XI. *Ex qua magna ſequuntur incommoda.*

Poſterior Charta data *ſub die III. Kal. Septemb. anno IV. Regni Childerici*, Cointium in tranſverſum egit, & in cauſa fuit, cur mortem Sigiberti Regis anno DCLIV. mortem Clodovei II. & initium Clotarii III. ejus filii anno DCLV. ejuſdem Clotarii mortem & initium Monarchiæ Childerici II. anno DCLIX. conſignarit, ſicque Chronologiam Francicam non parum perturbarit. Si enim Monarchiam *Childerici* II. numeraſſet ab anno DCLXX. quo is revera eam adeptus eſt, & *Clotario* fratri ſucceſſit, quartus illius annus cum III. Kalendis Septembris conjunctus in poſteriori Charta incidiſſet in annum Chriſti DCLXXIII. quo tamen anno & menſe jam forte *Childericus* occiſus erat, quove tempore fatetur Cointius, *Leodegarium* in Monaſterio Luxovienſi incluſum fuiſſe. Cum itaque Cointius perſuaſum haberet, Chartam illam datam eſſe anno quarto Childerici Monarchæ, & quidem exeunte Auguſto, & *Childericum* anno DCLXXIII. quod ultimum veriſſimum eſt, interfectum eſſe, non potuit *Clotarii* III. *Clodovei* II. & *Sigiberti* mortem non antevertere; in quæ etiam, aliaque incommoda, quemadmodum & ille volens nolenſque incidet, qui laudatum Præceptum *Childerici* & donationem *Bercharii*, illo in Neuſtria & Burgundia regnante, emiſſa eſſe voluerit. Quæ fuſius explicanda fuere, quia Regum Francorum Chronologia per hæc tempora hactenus non ſatis accurate digeſta, indeque Chriſtiana itentidem turbata

I. Conſtantinus Epiſc. Conſtantinopol.

Annus ſexcenteſimus ſexageſimusquartus, Indictione ſeptima, adeſt: quo Joannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus, ubi ſediſſet annos quinque & menſes novem (ut Nicephori Chronicon habet) moritur, atque in locum ipſius ſubrogatus eſt Conſtantinus diaconus ejuſdem Eccleſiæ, itemque vaſorum cuſtos & Oeconomus, Catholicæ communionis, Monothelitis penitus adverſarius, ut Sextæ Synodi Acta (*a*), ſi tamen impoſtura careant, ſignificant, cum ita Sancta Synodus de tribus his Epiſcopis Thoma, Joanne, & Conſtantino decreviſſe dicitur: *Sanctum Concilium dixit: Corporali ſacramento in noſtra audientia & glorioſiſſimorum Judicum, qui nobiſcum ſunt perſoluto a Georgio Deo amabili diacono & Cartophilace ſanctæ hujus magnæ Eccleſiæ Dei, perfectamque nobis ſatisfationem hujuſmodi corporali verbo perhibente, quod nullatenus ſanctæ memoriæ Thomas, Joannes, & Conſtantinus a quibuſdam libellos extorſerunt de una operatione & voluntate: hos ſanctæ memoriæ tres viros, id eſt, Thomam, Joannem, & Conſtantinum, prævidimus in identitate manere, atque in ſacris Diptychis ſanctarum Eccleſiarum recitari, utpote qui in omnibus immaculati & irreprehenſibiles inventi ſunt circa rectam noſtram Chriſtianorum fidem.* Hæc de his ibi. Cæterum quod ad Conſtantinum pertinet, nihil prohibet quin potuerit eſſe Catholicus, Imperatore jam in Occidente inter Catholicos apparente Catholico: ſed de duobus aliis Thoma & Joanne quæ dicta ſunt ſuperius obſtant.

(*a*) *Sext. Syn. Act.* 14.

II. Porro hoc eodem anno Conſtans Imp. in Siciliam venit, ibique (ut Paulus diaconus (*b*) tradit) uſque ad duodecimam Indictionem permanſit; cum interea Grimoaldus Rex Longobardorum, Avares movet adverſus Lupum Ducem Forijulii, qui abſentia Regis fretus, ducatum illum ſibi uſurpans, adverſus eumdem Regem rebellaverat. Sed tandem Lupus a barbaris illis occiditur: at labor fuit Grimoaldo poſt necem tyranni, Avares ad propria revocare, qui Forojulii potiti erant. Occiſus eſt pariter Vvarnefridus Lupi ſucceſor a Forojulienſibus, cum adverſus eos commoviſſet Sclavos. Sed quomodo per ejus ſucceſſorem Vvectarim iidem Sclavi fuerint penitus ſuperati, audi mirandum. Paulus diaconus rem geſtam paucis ita deſcribit:

(*b*) *Paul. diac. l.* 5. *c.* 7. 8. 9. *in nov. edit. c.* 18. 19. 20. 21. 23.

Lupus tyrannus.

III. Sclavi vincuntur a pauciſſimo numero militum.

*Venientes Sclavi caſtra metati ſunt in loco qui Broxas dicitur, non longe a Forojulii. Secundum divinam autem diſpoſitionem contigit, ut Dux Vvectarii ſuperiori veſpere a Ticino reverteretur, neſcientibus Sclavis. Cujus Comites cum ad propia (ut aſſolet fieri) remeaſſent; ipſe hoc nuncium de Sclavis audiens, cum paucis viris, hoc eſt, cum vigintique, contra eos progreſſus eſt. Quem Sclavi cum tam paucis venire conſpicientes, irriſerunt, dicentes: Patriarcham contra ſe cum clericis adventare.* Etenim (ut dictum eſt) Patriarcha Aquilejenſis Aquileja primum, inde e Grado inſula pulſus, in caſtro Chermone apud Forumjulii reſidebat, quem redire Chermonem Sclavi exiſtimarunt. Pergit vero Paulus hæc de Vvectari: *Qui inquit, cum ad pontem Naciſonis fluminis, qui ibidem eſt ubi Sclavi reſidebant, appropinquaſſet; caſſidem ſibi de capite auferens, vultum ſuum Sclavis oſtendit: erat enim calvo capite. Quem dum Sclavi, quia ipſe eſſet Vvectari, cognoſcerent: mox perturbati, Vvectarim adeſſe clamitant: Deoque eos exterrente, plus de fuga quam de prœlio cogitant. Tunc ſuper eos Vvectari, cum paucis quos habebat, irruens, tanta eos ſtrage proſtravit, ut ex quinque millibus viris, vix pauci evaderent, remanerent.* Hactenus Paulus.

IV. Quod ad res Anglicanæ Eccleſiæ pertinet: cum in provincia mediterraneorum Anglorum Nordhumbrorum & Merciorum ex Scotia petiti præſiderent Epiſcopi, qui etſi in omnibus fide eſſent Orthodoxi, in celebratione tamen Paſchalis feſti minime cum Catholicis convenirent: hujus rei gratia factum eſt, ut hoc ipſo anno coram Rege Oſuvi inter utramque partem de eo diſputatio haberetur. Deſcribitur ipſa a Beda, qui de occaſione ejus diſputationis iſta præmittit (*a*): *His, inquit, temporibus quæſtio facta eſt frequens & magna de obſervatione Paſchæ, confirmantibus eis qui de Cantia vel de Galliis advenerat, quod Scoti Dominicum Paſchæ diem contra univerſalis Eccleſiæ morem celebrarent. Erat in his acerrimus veri Paſchæ defenſor, nomine Ronan, natione quidem Scotus, ſed in Galliæ vel Italiæ partibus regulam Eccleſiaſticæ veritatis edoctus: qui cum Finano* Scoto Epiſcopo *confligens, multos quidem correxit, vel ad ſolertiorem veritatis inquiſitionem accendit, nequaquam tamen Finanum emendare potuit; quin potius, quod eſſet, homo ferocis animi, acerbiorem, caſtigando, & apertum veritatis adverſarium reddidit. Obſervabat autem Jacob, diaconus quondam (ut ſupra docuimus) venerabilis Archiepiſcopi Paulini, verum & Catholicum Paſcha cum omnibus quos ad correctionis viam erudire poterat. Obſervabat & Regina Eanfeld cum ſuis juxta quod in Cantia fieri viderat, habens ſecum de Cantia preſbyterum Catholicæ obſervationis, nomine Romanum. Unde nonnumquam contigiſſe fertur illis temporibus, ut bis in anno uno Paſcha celebraretur; & cum Rex Paſcha Dominicum ſolutis jejuniis faceret, tunc Regina cum ſuis perſiſtens adhuc in jejunio, diem Palmarum celebraret.*

(*a*) *Beda l.* 3. *c.* 25. Diverſimoda celebratio Paſchæ.

V. Error Scotorum de Paſchate quouſque venialis.

Sed antequam ulterius progrediatur oratio, hic meminiſſe oportet, quæ & ſuperius attigimus, eodem auctore Beda conſtare, hos quidem qui ſecus ac Catholici in Scotia Paſcha, celebrabant, non fuiſſe ejus erroris, ut cum Judæis celebrandum Paſcha dicerent, ob idque ſententiæ in Quartadecimanos in Nicæno Concilio latæ obnoxii fuerint, ſed iidem ſecus ac illi, non decimaquarta Luna, ſed die ſemper Dominico celebrarent, ut Catholici omnes, cum quibus tamen in eo nequaquam convenirent, quod Catholici illum Dominicum diem ad agendum Paſcha ſuſciperent, qui a decimaquarta Luna ad veſperam uſque ad vigeſimamprimam Lunam primus occurreret; Scotis autem, qui a decimatertia luna uſque ad vigeſimam dies Dominicus primus occurreret, is dies Paſchalis ipſis ſolemnis erat: ex quo illud abſurdum interdum contingebat ut ſi quartadecima Luna occurreret Dominica dies, ipſi eadem die una cum Judæis Paſcha pariter celebrarent. Verum ejuſmodi error irrepſit in Scotos non ex refractaria contentione, ut agere voluerint contra totius Eccleſiæ Catholicæ uſum; ſed ex inſcitia Paſchalis computus. Porro cœptus eſt ejuſmodi error anno Domini quingenteſimo ſexageſimoſexto, perduravitque uſque ad annum ſeptingenteſimum decimumſextum, ita vigens annis centum quinquaginta. Cæterum idem error in hunc uſque annum fuiſſe illis venialis oſtenditur, quod non ex contumacia & ſchiſmate fuiſſet exortus, ſed tolerabili quadam ignorantia, cum (ut idem teſtatur Beda *b*) nemo illis ultra orbem poſitus Synodalia Paſchalis obſervantiæ decreta porrexiſſet. Quamobrem haud viſi ſunt Eccleſiæ Catholicæ ex Albo ſanctorum expungendi ii, qui ſanctitate inſignes in hunc uſque annum inter eos egregiis virtutibus claruerunt pluribus etiam miraculis illuſtrati. Sed age hic ipſam diſputationem paucis argumentis tractatam ac definitam ex eodem auctore reddamus.

(*b*) *Beda l.* 2. *c.* 4.

VI. Collatio de Paſchate celebrando.

Celebrata ipſa quidem eſt, duobus Regibus præſentibus patre ac filio, Oſuvi & Alchfrido, quorum alter, nempe pater Scotos in celebrando Paſchate ſequebatur, Alchfridus autem Romanæ Eccleſiæ uſum, ut pote qui catechiſtam habuiſſet Vvilfridum, qui Romæ primum, deinde in Galliis res Eccleſiaſticas didiciſſet.



PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCCII. Anno Hegiræ XLIV. inchoato die 3. April. fer. 5. A.C. 664.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6157.

☉ 1. GF. ☽ 19. P. 21. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 664.

VITALIANI PAPÆ 8.

CONSTANTIS IMP. 24.

Hic annus iſta formula notatus: *XXIII. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XXI.*

I. Poſtconſulatus.

II. Ad num. I. *Joannes* Epiſcopus Conſtantinopolitanus obiit anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo quarto aut circiter, ut ex dictis ſequitur. Sedit, annos quinque & menſes novem juxta Nicephorum in Chronico, eique ſucceſſit *Conſtantinus Diaconus ejuſdem Eccleſiæ, vaſorum Cuſtos, & Oeconomus*, inquit Nicephorus. Thomam, Joannem, & Conſtantinum ſucceſſive Epiſcopos fuiſſe Orthodoxos, extra controverſiam eſſe debet, juxta dicta ſuperioribus annis.

*Obitus Joannis Epi. Conſtantinopolit.*

III. *Synodus Pariſienſis de die Paſchatis.*

A num. IV. ad XVI. *His temporibus quæſtio facta eſt frequens & magna de obſervatione Paſchæ, confirmantibus eis, qui de Cantia, vel de Galliis advenerant, quod Scotti Dominicum Paſchæ diem contra univerſalis Eccleſiæ morem celebrarent*, inquit Beda lib. 3. cap. 25. qui addit, graviorem ea de re natam eſſe controverſiam, poſtquam *Colmanus* Lindisfarnenſis Epiſcopus creatus eſt, quia miſſus a Scotia fuerat. His adde, anno ſequenti DCLXV. geminum Paſcha incidiſſe, Alexandrinorum, quod Angli cum Romanis obſervabant ad VIII. Idus Aprilis, & Victorii, horumque Scotorum ipſis Idibus octiduo tardius, quod etiam Victorii Canon offert apud Bucherium in Opere de Doct. Temp. ubi de hoc Scotorum calculo diſputat. Eddius Stephanus in Vita Sancti Wilfridi cap. 10. Colmannum vel Colmanum *Eboracæ Civitatis Epiſcopum Metropolitanum* appellat, quia poſt Paulinum primum Eboraci Archiepiſcopum Aidanus, Finanus, & Colmanus, ejus Succeſſores in inſula Lindisfarnenſi delituerunt. Malmeſburienſis lib. 3. de Geſtis Pontific. Angl. ait, *conquirebant, quid eſſet rectiſſimum, utrum more Britonum & Scotorum, omniſque Aquilonalis partis, a XIV. Luna Dominica die veniente uſque ad XXII. Paſcha agendum: an melius ſit ratione Sedis Apoſtolicæ a XV. Luna uſque XXI. Paſcha eſſet Dominica celebranda.* Hæc congreſſus iſtius ſeu Synodi cauſa. Locus in quo ea celebrata fuit Monaſterium dictum Streaneshalch, *quod interpretatur Sinus-Fari, cui tunc Hildæ Abbatiſſa præfuit*, inquit Beda. Locus ille ſitus eſt in Eboracenſium Septentrionalium littore, XXX. millibus ab Eboraco hodie *Vvibii*. Hæc Synodus hodie *Pharenſis* appellata, a Monaſterio in quo habita eſt, illudque *tempore infeſtationis Danorum deletum*, inquit Malmesburienſis lib. 1. de Geſtis Angl. cap. 3.

IV. *Scoti in hac Synodo cauſa ceciderunt.*

Pro Eccleſia Romana, & Anglorum, quam Romani Monachi formaverant, ſtetere *Alfridus* Oſvii Northumbriæ Regis filius, a patre ante aliquot annos Rex Deirorum renunciatus, *Angilbertus* Occidentalium Saxonum Epiſcopus, *Vilfridus*, qui poſt ſuum e Gallia reditum Presby-

ſet. Locus vero conventus habendi delectum eſt monaſterium Hildæ Abbatiſſæ magni nominis feminæ. Cæterum ſi vocabulis uti debemus Eccleſiaſticis, haud putamus ejuſmodi conventum Synodum vel Concilium eſſe dicendum, cum in eo non fuerint provinciales convocati omnes Epiſcopi, ſed qui tunc aderant, inter ſe coram Regibus amice contulerint. Sic ergo propria magis voce Collationem quis dixerit, imitatus S. Auguſtinum, qui hujuſcemodi conventus Collationes appellare conſuevit. Beda itaque rem geſtam ſic aggreditur (*a*):

(*a*) *Beda l. 3. c. 25.*

VII. *Veneruntque illo Reges ambo, pater ſcilicet & filius; Epiſcopi, Colmam cum clericis ſuis de Scotia, Agilbertus cum Agathone & Vuilfrido presbyteris. Jacobus & Romanus in horum parte erant: Hilda Abbatiſſa cum ſuis in parte Scotorum, in qua erat etiam venerabilis Epiſcopus Cedda jamdudum ordinatus a Scotis, ut ſupra docuimus, qui & interpres in eo Concilio vigilantiſſimus utriuſque partis extitit. Primuſque Rex Oſuvi, præmiſſa præfatione, quod oporteret eos qui uni Deo ſervirent, unam vivendi regulam tenere, nec diſcrepare in celebratione ſacramentorum cæleſtium, qui unum omnes in cælis regnum expectarent: inquirendum potius, quæ eſſet verior traditio, & hanc ab omnibus communiter eſſe ſequendam. Juſſit primo dicere Epiſcopum ſuum Colmanum, qui eſſet ritus, & unde originem ducens ille, quem ipſe ſequeretur.*

Rex quid in Collatione præfatus.

*Tunc Colmanus: Paſcha, inquit, hoc quod agere ſoleo, a majoribus meis accepi, qui me huc Epiſcopum miſerunt, quod omnes patres noſtri viri Deo dilecti eodem modo celebraſſe noſcuntur: quod ne cui contemnendum & reprobandum eſſe videatur, ipſum eſt quod beatus Evangeliſta Joannes, diſcipulus ſpecialiter Domino dilectus cum omnibus quibus præerat Eccleſiis, celebraſſe legitur. Quo hæc & his ſimilia dicente, juſſit Rex & Agilbertum proferre in medium morem ſuæ obſervationis, unde initium haberet, vel qua hunc auctoritate ſequeretur. Reſpondit Agilbertus: Loquatur, obſecro, vice mea diſcipulus meus Vuilfrid presbyter: quia unum ambo ſapimus cum cæteris, qui hic aſſident, Eccleſiaſticæ traditionis cultoribus: & ille melius ac maniſeſtius ipſa lingua Anglorum, quam ego per interpretem, poteſt explanare quæ ſentimus. Tunc Vuilfrid, jubente Rege ut diceret, ita exorſus eſt:*

VIII. Aſſertio Catholici Paſchatis.

*Paſcha, quod facimus, inquit, vidimus Romæ, ubi beati Apoſtoli Petrus & Paulus vixere, docuere, paſſi ſunt & ſepulti, ab omnibus celebrari: hoc in Italia, hoc in Gallia, quas diſcendi vel orandi ſtudio pertranſivimus, ab omnibus agi conſpeximus: hoc Africam, Aſiam, & Ægyptum, Græciam, & omnem orbem, quacumque Chriſti Eccleſia diffuſa eſt, per diverſas nationes ac linguas, uno ac non diverſo temporis ordine geri comperimus: præter hos tantum & obſtinationis eorum complices, Pictos dico, & Britones, cum quibus de duabus ultimis Oceani inſulis, his non totis, contra totum orbem ſtulto labore pugnant.*

Judaica diu tolerata & uſu frequentata.

*Cui hæc dicenti reſpondit Colmanus: Mirum quare ſtultum appellare velitis laborem noſtrum, in quo tanti Apoſtoli, qui ſuper pectus Domini recumbere dignus fuit, exempla ſectamur, cum ipſum ſapientiſſime vixiſſe omnis mundus noverit. At Vuilfridus: Abſit, inquit, ut Joannem ſtultitiæ reprehendamus, cum ſcita legis Moſaicæ juxta litteram ſervaret. Judaizante adhuc in multis Eccleſia, nec ſubito valentibus Apoſtolis omnem Legis obſervantiam, quæ a Deo inſtituta eſt, abdicare: quomodo ſimulacra, quæ a dæmonibus inventa ſunt, repudiare omnes qui ad fidem veniunt, neceſſe eſt: videlicet ne ſcandalum facerent eis, qui inter Gentes erant, Judæis. Hinc eſt enim quod Paulus quod Thimotheum circumcidit (b): quod hoſtias in templo immolavit (c), quod cum Aquila & Priſcilla caput Chorinthi totondit (d): ad nihil videlicet utile, niſi ſcandalum vitandum Judæorum. Hinc quod eidem Paulo Jacobus ait (e): Vides, frater, quot millia ſunt in Judæis qui crediderunt, & omnes ii æmulatores ſunt*

(b) *Act. 16.*
(c) *Act. 21.*
(d) *Act. 18.*
(e) *Act. 21.*

PAGIUS sbyter & Abbas factus fuerat, *Agatho* Presbyter, *Jacobus* Diaconus, & *Romanus*. Contra vero a Scotorum partibus erant, *Oſuvius* Northumbriæ Rex, *Colmanus* Lindisfarnenſis Epiſcopus, & *Hilda* Abbatiſſa Monaſterii, in quo ventilata eſt quæſtio. Quoad annum hujus Conventus & tempeſtatem anni, a quibus multa pendent; non dubium quin currenti coactus fuerit; cum Beda id ſemel & iterum aſſerat lib. 3. cap. 26. & ſeq. idque verno tempore, ut ex mox dicendis manifeſtum fiet. In arenam deſcenderunt pro ſuis ſinguli partibus concertaturi *Sanctus Colmanus* Scotus; & *Sanctus VVilfridus* Anglus, qui locutus eſt vice *Angilberti*, cujus erat diſcipulus, quia ille melius ac maniſeſtius lingua Anglorum quam *Angilbertus* per interpretem, rem explanare poterat. Auditis utriuſque partis rationibus *Oſuvius* Rex ſecundum Romanos & Anglos decrevit, ut narrat Baronius ex Beda. Porro Scoti ac Britanni, quamvis in uno alterove Eccleſiaſtico ritu a Romanis differrent, in fide tamen & credendarum rerum ſubſtantia cum eis omnino conveniebant, & a *Paulini* Eboracenſis receſſu & deinceps, per annos omnino triginta Chriſtianam rem in Nortumbriæ Regno egregie procurarunt. „ Hinc Bucherius cap. 10. „ in Victorii Canonem recte ſcribit; Scotos „ veteres, ſive Hibernos, gentem ſane mi„ nime malam & laudatæ ſimplicitatis ſancta-



*ſunt legis. Nec tamen hodie clareſcente per mundum Evangelio neceſſe eſt, immo nec licitum fidelibus vel circumcidi vel hoſtias Deo victimarum offerre carnalium. Itaque Joannes ſecundum Legis conſuetudinem decimaquarta die menſis primi ad veſperam incipiebat celebrationem feſti Paſchalis, nil curans utrum hæc ſabbato, an alia qualibet feria proveniret.*

IX. Catholicum Paſcha a Petro Romanis datum.

*At vero Petrus cum Romæ prædicaret, memor quia Dominus prima ſabbati reſurrexit a mortuis, ac mundo ſpem ſurrectionis contulit, ita Paſcha faciendum intellexit, ut ſecundum conſuetudinem ac præcepta Legis, decimamquartam Lunam primi menſis, æque ſicut Joannes orientem, ad veſperam ſemper expectaret: & hac exorta, ſi Dominica dies (quæ tunc prima ſabbati vocabatur) erat mane ventura, in ipſa veſpera Paſcha Dominicum celebrare incipiebat, quomodo & nos omnes hodie facere ſolemus. Sin autem Dominica non proximo mane poſt Lunam decimamquartam, ſed ſextadecima, aut ſeptimadecima, aut alia qualibet Luna, uſque ad vigeſimamprimam eſſet ventura: expectabat eam, & præcedente ſabbato veſpere ſacroſancta Paſchæ ſolemnia inchoabat: ſicque fiebat, Dominica Paſchæ dies nonniſi a quintadecima Luna uſque ad vigeſimamprimam ſervaretur. Neque hæc Evangelica & Apoſtolica traditio Legem ſolvit, ſed potius adimplet, in qua obſervandum Paſcha a quartadecima Luna primi menſis ad veſperam, uſque ad vigeſimamprimam ejuſdem menſis præceptum eſt. In quam obſervantiam imitandam omnes S. Joannis ſucceſſores in Aſia poſt obitum ejus, & omnis per orbem Eccleſia converſa eſt. Et hoc eſſe verum, Paſcha hoc ſolum fidelibus celebrandum, a Nicæno Concilio non ſtatutum noviter, ſed confirmatum eſt, ut Eccleſiaſtica docet hiſtoria.*



X. In Eccleſia ſemper receptum Catholicum Paſcha.

*Unde conſtat, vos, Colmane, neque Joannis (ut autumatis) exempla ſectari, neque Petri, cujus traditioni ſcientes contradicitis, neque Legi, neque Evangelio in obſervatione veſtri Paſchæ congruere. Joannes enim ad legis Moſaicæ decreta tempus Paſchale cuſtodiens, nihil de prima ſabbati curabat: quod vos non facitis, qui nonniſi prima ſabbati Paſcha celebratis. Petrus a decimaquinta Luna uſque ad vigeſimamprimam diem Paſchæ Dominicum celebrabat: quod vos non facitis, qui a decimaquarta uſque ad vigeſimam Lunam diem Dominicum Paſchæ obſervatis, ita ut tertiadecima Luna ad veſperam ſæpius Paſcha incipiatis, cujus neque Lex ullam fecit mentionem, neque auctor ac dator Evangelii Dominus in ea, ſed in quartadecima Luna vel vetus Paſcha manducavit ad veſperam, vel novi Teſtamenti ſacramenta in commemorationem ſuæ paſſionis Eccleſiæ celebranda tradidit. Itemque Lunam vigeſimamprimam, quam Lex maxime celebrandam commendavit a celebratione veſtri Paſchæ funditus eliminatis: ſicque (ut dixi) in celebratione ſummæ feſtivitatis neque Joanni, neque Petro, neque Legi, neque Evangelio concordatis.*

*His contra Colmanus: Numquid, ait, Anatholius vir ſanctus, & in præfata hiſtoria Eccleſiaſtica multum laudatus, Legi vel Evangelio contraria ſapuit, qui a quartadecima uſque ad vigeſimam Paſcha celebrandum ſcripſit? Numquid reverendiſſimum patrem noſtrum Columbam & ſucceſſores ejus viros Deo dilectos, qui eodem modo Paſcha fecerunt, divinis paginis contraria ſapuiſſe vel egiſſe credendum eſt? cum plurimi fuerint in eis, quorum ſanctitati cæleſti ſigna & virtutum quæ fecerunt miracula teſtimonium præbuerunt, quos ipſe ut ſanctos eſſe non dubitans, ſemper eorum vitam & mores & di-* XI.



PAGIUS „ tatiſque, hæreſeos labe, quam nonnulli illis „ impactam volunt, benevole, ut decet eximius „ & omnem erroris, occaſionem in Cyclum „ deflectentem, quem a Sanctis Majoribus non„ dum errantem acceperant, bonaque fide ob„ ſervabant, reiicimus. Et Beda lib. 3. cap. 17. *Sanctum Aidanum*, ac Scotos & cum iis *Sanctum Colmanum* excuſant Petrus Abbas Cluniacenſis Epiſt. 17. ad Sanctum Bernardum lib. 4. & Baronius num. V.

V. *Finito congreſſu Angilbertus in Galliam Colmanus in Scotiam reverſi ſunt.*

Quid poſtea ſecutum ſit, Beda lib. 3. cap. 26. narrat: *Finito conſlictu, ac ſoluta concione, Agilbertus domum rediit. Colman videns ſpretam ſuam doctrinam, ſectamque eſſe deſpectam, aſſumptis iis qui ſe ſequi voluerunt, ideſt qui Paſcha Catholicum, & tonſuram corona, (nam & de hoc quaſtio non minima erat,) recipere nolebant, in Scotiam regreſſus eſt, tractaturus cum ſuis, quid de his facere deberet. Cedd, relictis Scotorum veſtigiis, ad ſuam Sedem rediit, utpote agnita obſervatione Catholici Paſcha.* Henſchenius ad diem XVIII. menſis Februarii in Commentario prævio ad Vitam Sancti Colmani n. 17. exiſtimat, Bedam quoad Agilbertum hallucinari, aitque: *Imo in Galliam profectus Pariſienſis Urbis Epiſcopatum accepit*. Verum id ipſum inſinuat Beda, qui jam lib. 3. cap. 7. docuerat, *Agilbertum* fuiſſe natione Gallum, qui, inquit, rediit in Galliam, (hoc ſcilicet anno) *& accepto Epiſcopatu Pariſiaca Civitatis* ibidem obiit. Quare quando dicit, *Agilbertum* domum reverſum eſſe, indicat eum Civem Pariſienſem fuiſſe, quod & ſub illius capitis finem diſerte aſſerit. *Agilbertus* enim, cum jam Eccleſiam Pariſienſem regebat, per nuncios a Kenvvalchio rogatus eſt, ut ad Epiſcopatum Occidentalis Saxoniæ rediret, ſed conteſtatus eſt eo ſe venire non poſſe, *quia Epiſcopatu propria Civitatis ac Parochia teneretur adſtrictus*, inquit, Beda qui & lib. 3. cap. 26. loquens de Colmano in patriam redeunte, ait eum abiiſſe domum.

Ad eadem Bedæ verba, *domum rediit*, offendit Mabillonius Sæculo III. Benedictino part. I. in Obſervat. præviis ad Vitam S. Wilfridi num. IV. inquit enim; „ Beda non ſatis ſibi con- VI. *Angilbertus Gallus fuit.*

*diſciplinam ſequi non deſiſto.*

Declaratur ſententia Anatholii.

*At Vuilfridus: Conſtat, inquit, Anatholium virum ſanctiſſimum, doctiſſimum, ac laude eſſe digniſſimum: ſed quid vobis cum illo, cum nec ejus decreta ſervetis? Ille enim in Paſcha ſua regulam utique veritatis ſequens, circulum novemdecim annorum poſuit, quem vos aut ignoratis, aut agnitum a tota Chriſti Eccleſia cuſtoditum pro nihilo contemnitis. Ille ſic in Paſcha Dominicum decimamquartam Lunam computavit, ut hanc eadem ipſa die more Ægyptiorum decimamquintam Lunam ad veſperam eſſe fateretur. Si enim vigeſimam diem Dominico Paſchæ annotavit, ut hanc declinata eadem die eſſe vigeſimam primam crederet. Cujus regulam diſtinctionis vos ignoraſſe probat, quod aliquoties Paſcha manifeſtiſſime ante plenilunium, id eſt, in tertia decima Luna facitis.*

XII. *De patre autem veſtro Columba & ſequacibus ejus, quorum ſanctitatem vos imitari & regulam ac præcepta cæleſtibus ſignis confirmata ſequi perbibetis: poſſum reſpondere: quia multis in judicio dicentibus Domino, quod in nomine ejus prophetaverint, & dæmonia ejecerint, & virtutes, multas fecerint, reſponſurus ſit Dominus, quia numquam eos noverit. Sed abſit, ut de patribus veſtris hoc dicam: quia juſtius multo eſt, de incognitis bonum credere, quam malum. Unde & illos Dei famulos ac Deo dilectos eſſe non nego, qui ſimplicitate ruſtica, ſed intentione pia Deum dilexerunt. Neque illis multum obeſſe Paſchæ talem reor obſervantiam, quamdiu nullus advenerat, qui ejus inſtituti perfectioris decreta, quæ ſequerentur, oſtenderet. Quos utique credo, ſi quis tunc ad eos Catholicus calculator adveniret, ſic ejus monita fuiſſe ſecuturos, quomodo ea quæ noverant ac didicerant Dei mandata probantur fuiſſe ſecuti. Tu autem & ſocii tui ſi audita decreta ſedis Apoſtolicæ, immo univerſalis Eccleſiæ, & hæc litteris ſacris confirmata ſequi contemnitis, abſque ulla dubietate peccatis. Etſi enim patres tui ſancti fuerunt: numquid univerſali, quæ per orbem eſt Chriſti Eccleſiæ, horum eſt paucitas una de angulo extremæ inſulæ præferenda? Et ſi ſanctus erat ac potens virtutibus ille Columba veſter, immo & noſter, ſi Chriſti erat: num præferri potuit beatiſſimo Apoſtolorum Principi? cui Dominus ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam; & tibi dabo claves regni cælorum?* Hucuſque diſputatio de Paſchatis quæſtione.

Quod Catholicum, hoc præferendum.

Quod autem adeo certis principiis nitebatur, qui univerſæ Catholicæ Eccleſiæ partes tueretur: facile fuit ei qui aderat ejus partis ſectator, Regi Oſuvio, quid de his ſentiendum eſſet, aſſerere, qui ejuſmodi definitione clauſit ſinceræ veritatis amore propoſitam quæſtionem, quam idem recitat Beda, dicens: *Hæc perorante Vuilfrido, dixit: Vere ne, Col-* XIII.

PAGIUS

„ conſtat, dum in lib. 3. cap 26. ſcribit, *Agilbertum* Epiſcopum Gallum huic Synodo interfuiſſe, ejuſque juſſu Wilfridum adhuc Presbyterum Colmano reſtitiſſe: & tamen *Vuilfridum* Epiſcopum ordinatum eſſe anno ipſo DCLXIV. Compendii in Gallia, ex cap. 28. ab Agilberto jam Pariſiorum Epiſcopo, qui *finita ac ſoluta concione demum* ideſt, in proprium Epiſcopatum, quem apud Occidentales Saxones obtinebat, rediiſſe dicitur cap. 26. Certe in Epitome Saxonica Bedæ Hiſtoriæ ſubjecta, Agilbertus *anno* DCLX. *abiiſſe a Kenvvalchio & Pariſiorum Epiſcopatum in Galliis ad Sequanam flumen ſuſcepiſſe* perhibetur. Verum *domus*, uti jam dixi, nomine non Epiſcopatum apud Occidentales Saxones, ſed patriam intelligit Beda, quo *ſoluta concione* Agilbertus venit, & propriæ Urbis factus eſt Epiſcopus, ac poſtea anno tantum ſequenti *VVilfridum* Epiſcopum Compendii ordinavit. Chronographus autem Saxonicus res duobus diverſis annis geſtas, quod & ſolent alii, uno tenore narrat.

VII. *Angilbertus creatur Epiſcopus Pariſienſis.*

Fuerat *Angilbertus* conſecratus in Gallia abſque titulo & Eccleſia peculiari, ut indicat Beda l. 3. cap. 7. quod hoc tempore non raro contingebat. Venit in Provinciam Occidentalium Saxonum non de Gallia, ſed *de Hibernia*, ubi *non parvo tempore demoratus* eſt, ait ibidem Beda, ideoque anno circiter ſexcenteſimo quadrageſimo in Hiberniam profectus eſt, ubi uſque ad annum DCLI. permanſit, ut ſuo loco oſtendi. Anno DCLX. Saxones Occidentales reliquit, ut habet Chronographus Saxonicus mox citatus; tum *ad Provinciam Nordanhymbrorum venit & apud eos aliquandiu* demoratus eſt, ubi *VVilfridum* Presbyterum fecit, ut habet Beda lib. 3. cap. 25. & hoc anno poſt Conventum Pharenſem rediit in Galliam, ubi Civitatis Pariſienſis ordinatus eſt Epiſcopus.

VIII. *Peſtis in Anglia graſſatur.*

*Reverſo in patriam Colmano, ſuſcepit pro illo Epiſcopatum Nordanhymbrorum famulus Chriſti Tuda, qui erat apud Scotos Auſtrinos eruditus, atque ordinatus Epiſcopus, ſed permodico tempore Eccleſiam regens*, inquit Beda lib. 3. cap. 26. qui cap. 27. ſcribit: *Eodem anno Dominicæ Incarnat. DCLXIV. facta eſt Eclypſis Solis die tertio menſis Maii, hora circiter decima diei: quo etiam anno ſubita peſtilentia lues, depopulatis prius Auſtralibus Brittaniæ plagis, Nordanhymbrorum quoque Provinciam corripiens, atque acerba clade diutius longe lateque deſæviens, magnam hominum multudinem ſtravit. Qua plaga præfatus Domini Sacerdos Tuda raptus eſt de mundo.* Verum Aſtronomi demonſtrant, hanc Eclypſim accidiſſe die prima Maji feria IV. hora 3. 45. minutis poſt meridiem, *hora circiter decima diei*, numeranda a noſtra hora ſexta, quæ prima eſt. Horam itaque optime notavit Beda, ſed quoad diem erravit; diem enim tertium habent omnes Codices Latini, & Saxonicus Paraphraſte Hiſtoriæ Anglorum; niſi quis dicat jam ab antiquiſſimis temporibus multis in locis corruptos eſſe Bedæ Codices. Vere magna hæc ſtrages fuit, qua Viri plures Sanctitate inſignes ceciderunt. Ce-



Scita ſententia clauſa diſputatio.

*Colmane, hæc illi Petro dicta ſunt a Domino? Qui ait: Vere Rex. At ille: Habetis, inquit, vos proferre aliquid tantæ poteſtatis veſtro Columbæ datum? At ille ait: Nihil. Rurſum autem Rex: Si utrique veſtrum, inquit, in hoc ſine ulla controverſia conſentiunt, quod hæc principaliter Petro dicta, & ei claves regni cælorum ſint datæ a Domino? Reſponderunt: Etiam, utrique. At ille ita concluſit: Et ego vobis dico: Quia hic eſt oſtiarius ille, cui ego contradicere nolo: ſed in quantum novi, vel valeo, hujus cupio in omnibus obedire ſtatutis: ne forte, me adveniente ad fores regni cælorum, non ſit qui reſerat, averſo illo, qui claves tenere probatur. Hæc dicente Rege, faverunt aſſidentes quique ſive aſtantes majores una cum mediocribus, & abdicata minus perfecta inſtitutione, ad ea quæ meliora cognoverant, ſeſe transferre feſtinabant.* Ita quidem veluti evidenti demonſtratione allata, omnes ſunt perſuaſi. Ad quam quidem ſententiam certis adeo deductam principiis provocandi ſunt omnes a veritate devii, qui per hæreſum invia atque prærupta feruntur, perque inextricabiles labyrinthos mentis inſania revolvuntur: quibus & illud propheticum ſit inclamandum (*a*): *Reſpicite ad petram, de qua ſciſſi eſtis.* ad Petrum ipſum, a quo diviſi eſtis. Subdit vero Beda (*b*):

(a) Iſa. 51.

(b) Beda l. 3. c. 26.

XIV. *Finito conflictu, ac ſoluta concione, Agilbertus domum rediit. Colman videns ſpretam ſuam doctrinam, ſectamque eſſe deſpectam, aſſumptis his qui ſe ſequi voluerunt, id eſt, qui Paſcha Catholicum & tonſuram coronæ (nam & de hoc quæſtio non minima erat) recipere nolebant, in Scotiam regreſſus eſt, tractaturus cum ſuis, quid de his facere deberet. Ceda, relictis Scotorum veſtigiis, ad ſuam ſedem rediit, utpote agnita obſervatione Catholici Paſchæ. Facta eſt autem hæc quæſtio anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo ſexageſimoquarto, qui fuit annus Oſuvi Regis vigeſimusſecundus; Epiſcopatus autem Scotorum, quem geſſerunt in provincia Anglorum, annus trigeſimus: ſiquidem Aidam decem & ſeptem annis, Finan decem, Colman tribus Epiſcopatus tenuere.*

Tempus collationis hujus aſtruitur.

*Reverſo autem in patriam Colmano, ſuſcepit pro illo Epiſcopatum Nordhumbrorum famulus Chriſti Tuda, qui erat apud Scotos Auſtrinos eruditus atque ordinatus Epiſcopus, habens juxta morem provinciæ illius coronam tonſuræ Eccleſiaſticæ, & Catholicam temporis Paſchalis regulam obſervans, vir quidem bonus ac religioſus, ſed permodico tempore Eccleſiam regens.* Quomodo autem iterum de eadem quæſtione celebriori conventu diſputatum eſt, ſuo loco dicturi ſumus. Pergit dicere Beda de Scotorum clericorum & monachorum ſeveriſſima diſciplina, quam invexiſſent in Angliam:

*Unde*, inquit, *& in magna erat veneratione tempore illo religionis habitus: ita ut ubicumque clericus aliquis, aut monachus adveniret, gaudenter ab omnibus* XV.

PAGIUS

Cecidit Londinenſis Epiſcopus Sanctus *Ceddus*, dum Northumbriam, de more inviſit, & Monaſterium, quod ibi nuper fundaverat, ut habet Beda lib. 3. cap. 23.

IX. *Moritur S. Ceddus Epiſc. Londin.*

*Ceddum* currenti anno VII. Kalend. Novemb. e vivis abiiſſe, prodit Wigornenſis. Bollandus ad diem VII. Januarii, quo colitur, ait non omnino conſtare, an Londini Sedem habuerit; Malmesburienſem tamen eum expreſſe Londinenſem Epiſcopum vocare. Quo pacto poſt *Mellitum* primus Londinenſis Epiſcopus fuerit. *Colmanus* relicta Britannia ſeceſſit ad parvam quandam inſulam Vaccæ albæ nuncupatam, in qua Monaſterium conſtruxit; ſed cum Anglos inter & Hibernos non conveniret, aliud poſtea ædificavit pro Anglis in Hibernia, ut videre eſt apud Bedam lib. 4. cap. 4. de utroque Monaſterio legendus Henſchenius ad diem XVII. Februarii, quo *Colmanus* colitur.

X. *Ex die qua Deuſdedit obiit, Chronologia confirmatur.*

Mortis *Deuſdedit* tempus accurate notavit Beda lib. 4. cap. 1. ex quo quæcumque hoc anno in Anglia geſta ſuis ferme menſibus reddi poſſunt: *Anno memoratæ præfatæ eclypſis, & mox ſubſequentis peſtilentiæ, quo & Colman Epiſcopus unanima Catholicorum intentione ſuperatus ad ſuos reverſus eſt, Deusdedit, ſextus Eccleſiæ Dorovernenſis Epiſcopus, obiit pridie Iduum Juliarum; ſed & Ercomberct Rex Cantuariorum eodem menſe ac die defunctus, Ecgberto filio ſedem Regni reliquit*, inquit Beda, qui jam lib. 3. cap. 20. ſcripſerat, *Honorium* ejus deceſſorem migraſſe ex hac luce *anno ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, pridie Kalendarum Octobrium, & ceſſante Epiſcopatu per annum & ſex menſes e*lectum eſſe Archiepiſcopum Cathedræ Dorovernenſis ſextum Deuſdedit. *Ordinatus eſt autem die ſeptimo Kalendarum Aprilium, & rexit Eccleſiam annos novem, menſes ſeptem, & duos dies*, ubi Beda regiminis *Deuſdedit* annos, non a die conſecrationis, ſed a die electionis numerat. Cum enim *Honorius* die ultima menſis Septembris obierit, Eccleſia Dorovernenſis ſeu Cantuarienſis fuit ſine Epiſcopo conſecrato uſque ad finem Martii anni DCLV. quo Deuſdedit die viceſima ſexta menſis Martii, quæ eo anno incidebat in feriam quintam, in Cœna Domini, ordinatus eſt. Et tamen ſi a die decima quarta menſis Julii hujus anni, quo *Deuſdedit* vita functus eſt, annos novem, menſes ſeptem, & duos dies, retrocedendo numeres pervenies ad diem duodecimam Decembris anni DCLIV. quo ideo *Deuſdedit* electus eſt Pontifex Cantuarienſis. Quare ſicut Beda annos *Theodori* Deuſdedit Succeſſoris, non a die quo conſecratus eſt, ſed ab eo quo ad Eccleſiam ſuam pervenit, ut ſuo loco dicemus, deducit; ſic neque tempus Sedis Deuſdedit a die conſecrationis ejus deſumit. Colitur *Deuſdedit* in Martyrologio Anglicano ad diem XXX. Junii. XI.

*Moritur Ædelvaldus Rex Orient. Anglorum*

Mortuo hoc anno Ædelvardo Orientalium Anglorum Rege poſtquam novem annis Regno præfuiſſet, *Adulfus* filius Annæ Regis Regnum ſuſcepit. Poſt mortem enim *Annæ* duo ejus fratres, *Edelrerius* & *Ædelvaldus* ſucceſſive regnave-

Clericorum & Monach. vigens diſciplina.

*bus tamquam Dei famulus exciperetur: & jam ſi in itinere pergens inveniretur, accurrebant, & flexa cervice, vel manu ſignari, vel ore illius ſe benedici gaudebant: verbis quoque horum exhortatoriis diligenter auditum præbebant, ſed & diebus Dominicis ad Eccleſiam ſive ad monaſteria certatim, non reficiendi corporis, ſed erudiendi ſermonis Dei gratia, confluebant: & ſi quis ſacerdotum in vicum forte deveniret, mox congregati in unum vicani, verbum vitæ ab illo expetere curabant. Nam neque alia ipſis ſacerdotibus aut clericis vicos adeundi, quam prædicandi, baptizandi, infirmos viſitandi, & (ut breviter dicam) animas curandi cauſa fuit: qui in tantum erant ab omni avaritiæ peſte caſtigati, ut nec territoria nec poſſeſſiones ad conſtruenda monaſteria niſi a poteſtatibus ſæculi coacti, acciperent.* Hæc de florenti tunc ibi Eccleſia Beda. Ita quidem, cum ſal illud terræ ſua virtute integrum ad condiendos alios permanſit: poſtea autem cum infatuatum fuit, conculcatum eſt ab hominibus.

XVI. (a) *Beda in Epit. l. 3. c. 27.*

Eodem quoque anno Earcombertus (*a*) Rex Cantuariorum defunctus eſt, inque locum ejus ſucceſſit Ecgbertus, qui amicus Oſuvi Regis Orientalium Saxonum de propaganda cuſtodiendaque fide Catholica in univerſa inſula cum eo conſilium iniit: factumque ut decerneretur legatio ad Vitalianum Romanum Pontificem: quidnam autem per eam ſit petitum, dicemus anno ſequenti, quo (ut colligi poteſt) mitti contigit. Addit vero idem auctor (*b*), hoc eodem anno dira peſte in inſula laboratum, compluresque ex Dei miniſtris non ſine gravi damno ejus Eccleſiæ ad ſuperos evocatos: Dei tamen benignitate factum, ut ſanctus Ecgbertus multum profuturus illi Eccleſiæ non moreretur; de quo mira iſta narrantur, cum de ipſo atque germano ejus Edilhuno nobilibus Anglis & utriſque monachis hiſtoria texitur:

(b) *Beda l. 3. c. 27.*

XVII. S. Ecgbertus divinitus ſervatur ab interitu.

*Ecgbertus (ſicut mihi referebat quidam veraciſſimus & venerandæ canitiei presbyter qui hæc ſe ab ipſo audiſſe perbibebat) cum ſe exiſtimaret eſſe moriturum, egreſſus eſt tempore matutino de cubiculo, in quo infirmi quieſcebant, & reſidens ſolus in loco opportuno, cœpit ſedulus cogitare de actibus ſuis, & compunctus memoria peccatorum ſuorum, faciem lacrymis abluebat, atque, intimo ex corde Deum precabatur, ne adhuc mori deberet, priuſquam vel præteritas negligentias, quas in pueritia ſive infantia commiſerat, perfectius ex tempore caſtigaret, vel in bonis ſe operibus abundantius exerceret. Vovit etiam votum: quia adeo peregrinus vivere vellet, ut numquam in inſulam in qua natus eſt, id eſt, Britanniam rediret: quod præter ſolemnem canonici temporis pſalmodiam (ſi non valetudo corporis obſiſteret) quotidie Pſalterium totum in memoriam divinæ laudis decantaret: quod in omni ſeptimana diem cum nocte jejunus tranſiret. Cumque finitis lacrymis, precibus, & votis, domum rediret, invenit ſodalem*

PAGIUS

verant. Initium *Adulfi* colligitur ex Synodo facta a *Theodoro* Archiepiſcopo Cantuarienſi anno DCLXXX. quæ apud Bedam lib. 4. cap. 17. habita dicitur, *anno XVII. Regni ejus*, quorum primus in præſentem incidit. Fuit *Adulfus* Princeps Chriſtianus ac frater Sanctæ Etildritæ.

XII. *Moritur & Ercombertus. Rex Cantii.*

A num. XVI. ad XXI. Mortuus eſt hoc anno *Ercombertus pridie Iduum Juliarum*, cui ſucceſſit *Ecgberctus* filius in Regno Cantuariorum, ut habet Beda lib. 4. cap. 1. qui & in Epitome ad hunc Chriſti annum Ercomberti mortis etiam meminit. Jam antea in Hiſtoria lib. 3. cap. 8. ſcripſerat, eum *viginti quatuor annis, & aliquot menſibus* nobiliſſime Regnum tenuiſſe: *Sexburgam* filiam majorem Annæ Regis Orientalium Anglorum, uxorem ejus fuiſſe; & ex ea ſuſcepiſſe *Earcongotam* magnarum virtutum Virginem, de qua anno DCXL. egi: fuit & mater Sanctæ *Ermenildæ* uxoris Wlferi Regis Merciorum, de qua infra: hic enim nobis de Sancta *Sexburga* agendum. *Ethildrita* ſoror ejus cum ab Egfrido Northumbriæ Rege ejus conjuge obtinuiſſet, ut ſibi in Monaſterio Chriſto ſervire permitteretur, & Elienſe Monaſterium fundaſſet, *Sexburga* ſub ſororis regimine Monialis fieri voluit: *Venit dives illa*, inquit Thomas Elienſis Monachus in Sanctæ Ethildritæ Vita, *de prælatione ad ſubjectionem, de Magiſtratu ad diſcipulatum, quærens a Beata ſorore formam diſciplinæ & humilitatis, tanquam Paulus ad pedes Gamalielis. Fœderatæ invicem Beatæ ſorores in unitate fidei, per omnia viam mandatorum Dei ſollicite exequentes, curſum Deo placitum conſummare intendunt, ſanctiſque virtutibus proficiebant, atque creſcebant uſque ad extremum vitæ ſuæ.* Cum ſeptem annos *Sexburga* ſe in eo ſtadio exercuiſſet, ſororem ſanctam ſepelivit, & omnium ſuffragiis in illius locum ſucceſſit anno DCLXXIX. Cumque gregi Dominico ſuo & ſororis ſuæ exemplo magis prodeſſe ſatageret, quam præeſſe, *cum jam ſexdecim annis ſepulta eſſet* Ethildrita, inquit Thomas Monachus, crebreſcente miraculorum frequentia, oſſa ejus de tumulo levavit, *anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono, ſub die Kalendarum Novembrium ſexto decimo*, inquit Thomas citatus. Verum loco, *ſeptuageſimo nono*, legendum, *nonageſimo quinto*, quo dies decimus ſeptimus menſis Octobris in Dominicam incidit, & qui annus eſt ſextus decimus ab Ethildritæ morte. Quare Uvigornienſis eam Tranſlationem recte cum an. DCXCV. copulavit. *Et cum multis volventibus annorum orbitis indefeſſa ad cœleſte Regnum anhelaret, graviter ægrotare cœpit, &c. & in ſenectute bona diem ultimum clauſit*, inquit idem Thomas, qui verbis illis indicat, *Sexburgam* poſt tranſlationem Sanctæ Ethildritæ plures adhuc annos ſuperſtitem fuiſſe; ideoque Wio in Notationibus ad Martyrologium Monaſticum ad diem XIII. Februarii, quo Sancta *Ermenilda* ejus filia colitur



*lem dormientem; & ipſe quoque lectulum conſcendens, cœpit in quietem membra laxare: & cum paululum quieſceret, expergefactus ſodalis reſpexit eum, & ait: O frater Ecgberte, o quid feciſti? Sperabam quia pariter ad vitam æternam intraremus: Verumtamen ſcito, quia quæ poſtulaſti accipies. Didicerat enim per viſionem, & quid ille petiiſſet, & quia petita impetraſſet. Quid multa? ipſe Edilhunus proxima nocte defunctus eſt.*

XVIII.

*At vero Ecgbertus decuſſa moleſtia ægritudinis convaluit, ac multo poſt tempore vivens, acceptumque ſacerdotii gradum condignis ornans actibus, poſt multa virtutum bona, ut ipſe deſiderabat, nuper, ideſt, anno Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo vigeſimonono, cum eſſet ipſe annorum nonaginta, migravit ad regna cæleſtia. Duxit autem vitam in magna humilitatis, manſuetudinis, continentiæ, ſimplicitatis, & juſtitiæ perfectione. Unde genti ſuæ, & illis, in quibus exulabat, nationibus Scotorum ſive Pictorum, & exemplo vivendi, & inſtantia docendi, & auctoritate corripiendi, & pietate largiendi de his, quæ a divitibus acceperat, multum profuit, &c.* Profuit quidem multum, ut monachos ab errore Paſchatis emendatos, ad Catholicam reſtitueret obſervantiam.

XIX.

Quomodo autem tempore hujus ingruentis hoc anno peſtis Rex partis unius Orientalium Saxonum a fide deſciverit cum ſuis ad idola converſus, & reverſus poſtea ad fidem fuerit, idem auctor ſic narrat (*a*): *Eodem tempore provinciæ Orientalium Saxonum poſt Guvidhelmum (de quo ſupra diximus) præfuere Reges Sighere & Sebbi, quamvis ipſi Regi Merciorum Vulfhere ſubjecti. Quæ videlicet provincia cum præfatæ mortalitatis clade premeretur, Sighere cum ſua parte populi, relictis Chriſtianæ fidei ſacramentis, ad apoſtaſiam converſus eſt. Nam & ipſe Rex, & plurimi de plebe, ſive optimatibus, diligentes hanc vitam, & futuram non quærentes, ſive etiam non eſſe credentes, cœperunt fana, quæ derelicta erant, reſtaurare, & adorare ſimulacra, quaſi per hæc poſſent a mortalitate defendi.*

(a) *Beda l. 3. c. 30.* Apoſtaſia Regis & populi.

XX. Converſio Regis & populi.

*Porro ſocius ejus & cohæres regni ejuſdem Sebbi magna fidem perceptam cum ſuis omnibus devotione ſervavit, & magna (ut in ſequentibus dicemus) vitam fidelem felicitate complevit. Quod ubi Rex Vulfhere comperit, fidem videlicet provinciæ ex parte profanatam: miſit ad corrigendum errorem revocandamque ad fidem veritatis provinciam Jarumanum Epiſcopum, qui ſucceſſor erat Trumhere: qui multa agens ſolertia (juxta quod mihi presbyter, qui comes itineris illi & cooperatur verbi extiterat, referebat: erat enim religioſus & bonus vir) longe*

PAGIUS

litur, hanc matri in Abbatiam ſucceſſiſſe anno ſeptingenteſimo tertio non ſine fundamento ſcripſit, licet Henſchenius in Commentario prævio ad Vitam ejuſdem Sanctæ Ermenildæ, quia Vitam Sanctæ Ethildritæ a Thoma Monacho elucrubatam non viderat, eam opinionem improbet, exiſtimetque *Ermenildam* non diu poſt annum DCLXXX. Abbatiſſam Elienſem nuncupatam fuiſſe. Verum Beda lib. IV. cap. 19. *Sexburgam* anno XVI. a morte ſororis, hujus corpus e terra levaſſe, & cap. 20. id factum eſſe XVI. Kalend. Novembr. diſerte habet.

XIII. *Obitus Suithelmi Regis Saxonum Oriental.*

E Cantio venio ad Orientalem Saxoniam, ubi *Suithelmus*, ſeu *Suidhelmus* Rex anno currenti mortuus eſt. Thomas Elienſis Monachus in Vita Sanctæ Ethildritæ cap. 7. ait, eum regnaſſe *annis quinque*: Regnum itaque Orientalium Saxonum conſecutus fuerat anno ſexcenteſimo ſexageſimo, ut anno DCLV. num. XII. jam inſinuavi. Ei ſucceſſere, inquit Beda lib. 3. cap. 30. *Sigherus & Sebbus, quamvis ipſi Regi Merciorum Vulfhere ſubjecti*. *Sigheſum* & *Sebbum* Wlfero Regis ſubjectos fuiſſe, & hoc anno Regnum iniiſſe, demonſtro ex Charta fundationis Monaſterii Petroburgenſis a Wlfero Rege factæ, quæ extat Tom. I. Monaſtici Anglicani p. 63. & ſeq. cui uterque ſubſcripſit his verbis: *Ego Sighere Rex, voluntarie, imo Chriſtianæ fidei recenti receptione Regi Vulfero ſubjectus conſenſi. Ego Sivvius Rex, ſimili gratia devotionis ac nova induſtria baptiſmatis eumdem Vulfere habens Prælatum ſubſcripſi*, &c. *ego Dorovernenſis Eccleſiæ Pontifex Deuſdedit annui*, &c. *Ego Tuda Epiſcopus aſpiravi. Ego Vvilfridus Presbyter famulus Eccleſiarum & bajulus Evangelii Dei in gentes aſſectavi. Ego Eoppa Presbyter miſſus a Rege Vulfero Legatione Dei in convertendis gentibus in Vvyiht benedixi*, &c. *Sancitum eſt hoc Privilegium anno Domini DCLXIIII. Vulferi Regis VII. Deuſdedit IX.* Scripta Charta ante diem viceſimum ſextum menſis Martii, quo Deuſdedit nonum Præſulatus annum abſolvit, & decimum inchoavit, ideoque ante eum diem *Suitthelmus* Saxonum Orientalium Rex fato functus fuerat, & *Sigherus* ac *Sebbus* qui hic Siwius appellatur, eidem ſucceſſerant.

XIV. *Tuda fit Epiſc. Lindisfarnenſis.*

Ex ea fundatione patet primo in Anglia Eram Incarnationis in Actis publicis hoc ſæculo uſurpatam fuiſſe, quod ex multis aliis inſtrumentis liquet. Secundo, Wlferum anno DCLVII. in Mercia regnare cœpiſſe. Tertio, *Edilvalchium* Regem Auſtralium Saxonum fidem Chriſtianam amplexum eſſe; cum Beda lib. 4. cap. 13. teſtetur, *VVlferum* Regem poſtquam Baptiſmum ſuſcepit, dediſſe ei inſulam *Vectam*, & *Eappam* ſeu *Eoppam* Presbyterum ad plebem baptizandam illuc miſſum, quod anno DCLXXXI. num. XVIII. ante triennium contigiſſe videbimus. Quarto, *Tudam* ante diem XXVI. Martii jam Epiſcopum fuiſſe; ideoque & Synodum Pharenſem, poſt cujus celebrationem in locum Colmanni ſubrogatus eſt, jam abſolutam, & ex conſequenti eam indictam eſſe ipſo hujus anni initio. Certum tamen *Tudam* ante Privilegii Petroburgenſis conceſſionem Epiſcopum nulli Sedi adſtrictum fuiſſe; cum Beda ibidem hæc ſcribat: *Reverſo in patriam Colmano ſuſcepit pro illo Epiſcopatum Nordanhymbrorum famulus Chriſti Tuda, qui erat apud Scottos Auſtrinos eruditus, atque ordinatus Epiſcopus, habens juxta morem Provinciæ illius coronam tonſuræ Eccleſiaſticæ, & Catholicam temporis Pa-*

*ge lateque omnia pervagatus, & populum & Regem præfatum ad viam juſtitiæ reduxit: adeo ut, relictis ſive deſtructis fanis, ariſque quas fecerant, aperirent Eccleſias, ac nomen Chriſti, cui contradixerant, confiteri gauderent, magis cum fide reſurrectionis in illo mori, quam in perfidiæ ſordibus inter idola vivere cupientes. Quibus ita geſtis, & ipſi ſacerdotes, doctoreſque eorum domum rediere lætantes.* At de rebus Anglicanæ Eccleſiæ hactenus: ad res Gallicanas tranſeamus.

XXI. Clodovei II. obitus.

Hoc anno Clodoveus Francorum Rex diem obiit, ubi regnaſſet annos decem & octo: ita vetus auctor, qui appendicem affixit ad Gregorium Turonenſem, aitque mente captum fuiſſe. Reliquit autem tres filios, nempe Clotharium, Childericum, atque Theodoricum: de quibus quæ S. Eligius præviderit, S. Audoenus ita narrat (a): *Talis Eligio oblata viſio eſt: Aſpiciebam, inquit, in viſione noctis Solem ſub horam diei tertiam clare lucentem, repente diſparere. Cumque inſolens prodigium intente contemplarer, video repente ceu dimidiam oriri Lunam tribus in orbem vallatam ſtellis, eaque via ingredi, qua ſolet quotidie Sol recurrens. Ecce autem dum hic attonitus defigo obtutus, mox ſtellis manentibus, Luna evaneſcit. Deinde illas tres accurate conſiderans ſtellas, ad horam pene meridianam video eas accedere, viciſſimque ſuis ſe radiis cædere, & eam quæ inter eas præſtantior erat, de improviſo non apparere. Cumque duæ reliquæ inter ſe conjungi viderentur, dicto citius altera earum obſcurata & ſublata, una ſola remanſit; eaque recto tramite Solis curſum imitans, magno tandem lumine aucta eſt; quantoque ad Occidentem magis ferebatur, tanto ejus lux copioſior propagabatur. Porro ubi ad ultimum pervenit occubitum, tantam vim luminis ex ſe diffudit, ut Solis ſplendorem vincere videretur.* Hactenus viſio, quam idem qui viderat eam S. Eligius, divino ſpiritu, quo viderat, ita eſt prophetice interpretatus: pergit enim Audoenus ea ab ipſo audita referre:

(a) *Audo. in vit. S. Eligii l. 2. c. 31. apud Sur. die 1. Decemb.*

Viſio S. Eligii de Francor. Regibus.

XXII. Viſionis interpretatio.

*Hujus autem viſionis hæc eſt interpretatio. Defuncto Clodoveo Rege, qui ſine dubio brevi deſinet eſſe in humanis, aliquandiu conjux ejus cum tribus filiolis regnum Francorum obtinebit: illa autem ſublata, filiis in regno relictis, unus ex iis cadet, nec diu poſt alter quoque e duobus regno privabitur; tertius ſolus obtinebit monarchiam, eritque ejus magna gloria atque potentia. Hucuſque Eligius. Nos vero dubitare non debemus ita fore ut prædixit, cum jam nonnulla impleta videamus: nam & Clodoveus Rex intra breve tempus in pace obiit; & Regina conjux cum tribus parvulis ad paucos annos regnans, filiis poſtea reliquit principatum: paucis interim labentibus annis major natu dum pacifice regnat, excedit e vita, duobus relictis fratribus; de quibus quid futurum ſit, ſolus Deus novit.* Ita ipſe, cum S. Eligii vitam ſcriberet, adhuc viventibus eiſdem Regibus. Porro & de reliquis ita factum, ut prædixerat ſanctus, ipſe exitus declaravit.

XXIII.

Sed antequam de ſucceſſoribus Clodovei agamus, dicendum eſt de his quæ ultimis ejus regni temporibus contigerunt, præcipue vero de martyrio Aigulphi

phi

PAGIUS

*Paſchalis regulam obſervans*, &c. Venerat enim de Scotia, tenente adhuc Pontificatum Colmano. Quare non poſt hujus ceſſionem Epiſcopatui Lindisfarnenſi, ſed longe antea *Tuda* ordinatus Epiſcopus fuerat, & tanquam Epiſcopus Regionarius, Privilegio laudato ſubſcribere potuit.

XV. *Sigherus Rex Saxonum Orient. deficit a fide.*

Beda lib. 3. cap. 30. teſtatur *Sigherum* cum ſua parte populi a fide Chriſtiana deſciviſſe, cum ea Provincia peſtilentia premeretur, quaſi per idola poſſent a mortalitate defendi, & *Sebbum* Regni cohæredem fidem cum ſuis conſtanter ſervaſſe: *VVlfherum* vero ad revocandam ad fidem veritatis Provinciam *Jarumanum* Epiſcopum miſiſſe, qui & populum & Regem præfatum ad viam juſtitiæ reduxit. Fuit *Jarumanus* quartus Lichfeldiæ Epiſcopus in Regno Merciorum, ubi Oſvvius Rex Epiſcopalem illam Sedem inſtituit, quæ & adhuc perſtat, de qua legendus Godvvinus in lib. de Præſulibus Angliæ. Porro nonniſi anno ſequenti *Sigherus* fidem deſeruit, cum currenti ſubſcripſerit præfatæ fundationi Monaſterii Petroburgenſis.

XVI. *Obitus Clodovei II.*

A num. XXI. ad XXVII. *Clodoveus II.* Neuſtriæ & Burgundiæ Rex obiit anno DCLVI. poſt quem Monarchiam Francorum obtinuit *Clotarius* III. major natu filius, qui poſt quadriennium *S. Bathildis* matris opera *Childericum* fratrem Regem Auſtraſiæ renunciavit, ut ſuis locis demonſtravimus.

XVII. *Tranſlatio Reliquiarum SS. Benedicti & Scholaſticæ in Galliam controverſa.*

Regnante *Clodoveo* II. corpora Sanctorum *Benedicti* & *Scholaſticæ* tranſlata dicuntur, cujus Tranſlationis occaſione Gallos inter & Italos Benedictinos magna controverſia exorta. Galli enim magno ſuorum & exterorum fere omnium conſenſu affirmant, everſo a Longobardis Caſſinenſi Monaſterio *Aigulfum* Divino monitu, *Mummoli* Abbatis Floriacenſis juſſu, Principatu Clodovei ſecundi Francorum Regis, Italiam petiiſſe; ac Sacras SS. Benedicti & Scholaſticæ Reliquias e ſolitudine Caſinenſi in Gallicanum Aurelianenſis agri Cœnobium, dictum *Floriacum*, aſportaſſe; Floriacenſes S. Benedicti, Cenomanenſes vero oppidanos, qui *Aigulfo* itineris ſocii fuerant, S. Scholaſticæ Reliquiis lucupletatos fuiſſe. *Caſſinates* e contra, alii Tranſlationem prædictam admittunt, ſed Relationem in Caſſinenſe Monaſterium adſtruere moliuntur: verum major eorum pars ipſam Tranſlationem pernegat cum Leone Marſicano Cardinali Oſtienſi in Chronico Caſſinenſi. Qua de controverſia legendi Cointius ad an. DCLXXIII. num. XLIII. & Mabillonius Sæculo II. Benedictino in Hiſtoria Tranſlationis corporum SS. Be-

ne-



phi Abbatis, quod etſi neſcitur quo anno acciderit, tamen eo plane tempore, quo defuncto Erconvaldo Magiſtro domus Clodovei ſubrogatus eſt Ebroinus, ex antiquis ſcriptorum monumentis (a) conſtat ipſum Aigulphum Abbatem Lerinenſis cœnobii una cum ſociis regulæ monaſticæ obſervantiſſimis occiſum eſſe dolo pſeudomonachi Columbi, in ipſum vero lege actum a Clodoveo & Ebroino Magiſtro domus: quæ hæc omnia quidem cum ad Tertium Clodoveum referri non poſſint, cum jam ante illius regnum Ebroinus probetur fuiſſe necatus, utique ad Secundum hunc Clodoveum referenda ſunt. De quibus antequam agamus, ſciendum eſt, quod Aigulphi Acta docent, quibus & alii complures ſcriptores adſtipulantur, ipſum miſſum a Mummulo Abbate Floriacenſi Caſſinum ad auferendas inde ſacras reliquias S. Benedicti Abbatis: addunt alii (b) & Scholaſticæ ſororis ejus a Cænomanis vel Aurelianenſibus eſſe ſublatas. Id cum plerique tradant, haud conſentiunt tempore, cum alii ad Martini Papæ Pontificatum, alii ad Deodati tempora referant:

(a) *Extant apud. Sur. die. 3. Septemb.*

Aigulphi martyr.

(b) *Paul. diac. l. 6. c. 2.*

XXIV. De tranſlatione S. Benedicti in Gallias.

At alii ſunt innumeri qui contradicunt, adeo ut etiam diplomata afferant Romanorum Pontificum id teſtantia; cujus probationis genere nec careat pars adverſa. Sed refugit animus tam denſum controverſiæ hujus ſpinetum adire, quod horret vel e longe ſpectare. Prætermiſſis igitur omnibus his, ac ſi non extarent, perplexitatum ambagibus, revocata ad ſuum principium quæſtione, modo tantum quid ſuadeant conjecturæ, velut e ſpecula attentius contemplemur, non ut quid verum ſit definiamus, ſed tantum quid veriſimile conſideremus.

Corpus S. Benedicti haud penitus deſtitutum.

Certum eſt a Longobardis Caſſinenſe cœnobium devaſtatum: Sed rogo te, num monachis illis Caſſinenſibus Romam migrantibus, quibus curæ fuit menſuram quoque panis & vini ſecum ferre, nulla fuit ratio ſacrorum oſſium ſanctiſſimi Benedicti, etſi non ſecum aſportandi, ſaltem occultandi, vel cuſtodiendi ea alicujus monachi anachoreticam vitam illic ducentis aſſiſtentia? Ita plane ſenties:



ne-

PAGIUS

nedicti & Scholaſticæ in Galliam, qui cauſam Gallorum defendunt; Angelus de Nuce Abbas Caſinenſis in Appendice Romanis typis excuſa ad Chronicon Caſinenſe, qui totus eſt in propugnandis Leone Marſicano & Petro Diacono hujus continuatore: nobis enim ſufficit tempus, quo res geſta dicitur hic diſcutere; cum huic controverſiæ dirimendæ maxime conducat [1].

XVIII. *Refellitur opinio Cointii.*

Cointius citatus hanc Tranſlationem ad annum DCLXXIII. & Pontificatum Vitaliani Papæ refert, in quo valde hallucinatur. Aimoinus enim Monachus Floriacenſis juxta editionem Ducheſnii lib. 4. cap. 42. quo Opus illud ibidem abſolvitur, aſſerit a Clodoveo II. *Leodebodum* Abbatem Monaſterii Sancti Aniani in ſuburbio Aurelianenſi, impetraſſe vicum *Floriacum*, ibidem Monaſterium conſtruxiſſe, ac non multo poſt Abbatem inſtituiſſe *Rigomarum*, *qui quinquennio expleto, ex hoc tranſiens ſæculo, Succeſſorem accepit nomine Mummolum*. In Hiſtoria hujus Tranſlationis nono ſæculo ſcripta ab *Adalberto* Monacho Floriacenſi, & recitata tam a Mabillonio laudato, quam a Bollando ad diem XXI. menſis Martii, quo Sanctus *Benedictus* colitur, eadem narrantur: ac præterea dicitur, *Sanctum Berarium* fuiſſe tunc Epiſcopum Cenomanenſem. *Adalberto* ſeu *Adrevallo* Monacho Floriacenſi, cui Hiſtoriam illam multi attribuunt, ſuffragantur Regino in ſuo Chronico, & Geſta Cenomanenſium Epiſcoporum edita a Mabillonio Tom. III. Veter. Analect. Quare cum *Berarius* ad Sedem Cenomanenſem erectus ſit anno ſexcenteſimo quinquageſimo quarto, & *Clodoveus* II. anno DCLVI. vivere deſierit, manifeſtum eſt, eam Tranſlationem factam anno DCLIV. vel alterutro ex duobus conſequentibus & *Monaſterium Floriacenſe* conditum eſſe in Epiſcopatu Aurelianenſi ante annum ſexcenteſimum quinquageſimum quartum, *Rigomaro* enim poſt quintum annum ſuæ Præfecturæ demortuo ſucceſſit *Mummolus*, a quo *Aigulfus* in ordinem admiſſus ac Caſſinum delegatus eſt, ut oſſa SS. Benedicti & Scholaſticæ ſororis in Monaſterium ſuum aſportaret. Et tamen Cointius ſcribit, Monaſterium illud anno DCLIV. ædificatum, *Mummolum* anno DCLXI. Abbatem Floriacenſem creatum, & denique Tranſlationem iſtam factam eo tempore, quo *Childericus* univerſæ Franciæ dominabatur; quæ ſubſiſtere non poſſe oſtendo.

XIX. *Clodoveo II. regnante hæc Tranſlatio facta.*

Poſtquam enim Sacræ Reliquiæ in Galliam delatæ ſunt, corpus *S. Scholaſticæ* Berario Epiſcopo & plebi Cenomanenſi traditum eſt, & corpus S. *Benedicti* Floraci depoſitum, ut refert idem Adrevallus, qui ſubdit, Monachos & plebem territorii Aurelianenſis obviam *Ai-*

*gul-*

NOTÆ

[1] ULtra ea quæ ab Angelo a Nuce allata ſunt pro aſſerendo Monachis Caſinenſibus Corpore S. Benedicti & S. Scholaſticæ aliquid etiam affert Muratorius in Præfatione ad Pſeudo-Anaſtaſii Bibliothecarii Epitomen Chronic. Caſinenſ. Rer. Italic. t. 2. par. 1. fol. 348. quod hic præteriiſſe pœniteret. Paulus Diaconus, cujus in ea re authoritas permaxima eſt, in Homilia de S. Benedicto dum Caſini degeret, ſcripta, narrat ſuis temporibus hominem mutum & ſurdum valetudini reſtitutum fuiſſe *ad ſacratiſſimum corpus S. Benedicti*, cujus rei teſtes vocat auditores ſuos, Caſinates nempe Monachos. Inſuper in ejus de Langobardis Hiſtoria ubi in editis legitur: *Circa hæc tempora cum in Caſtro Caſino, ubi Beatiſſimi Benedicti Corpus requieſcebat*, vetuſtiſſimus MS. Codex Ambroſianus legit *requieſcit*. Hæc ſi teneatur lectio, lis Caſinenſibus adjudicata eſt, cum Paulus coævus fuerit ſcriptor. Qui ſi relationem ablati & reſtituti a Gallis ſacri corporis, Chronico ſuo non ſubtexuit, ideo eſt, quia reſtitutio iſta ante annum 654. quouſque Hiſtoria illa non pertingit, accidiſſe non potuit, ut optime Pagius hic. MANSI

neque enim fas eſſe videtur exiſtimare tam ſacra pignora Benedicti atque Scholaſticæ illic fuiſſe penitus abſque cultu aliquo derelicta a monachis Caſſinenſibus Romæ degentibus; cum videamus exemplis, quoſvis etiam regularis diſciplinæ ſolutiſſimos monachos, ſui ipſorum inſtitutoris memoriæ tenaciſſimos eſſe, ut pro ea conſervanda parati ſint vitam quoque profundere. Certe quidem quando Petronax Brixianus ad inſtaurandum locum perrexit, aliquos ibi reſidere invenit prout idem Paulus (*a*) diaconus docet.

(*a*) *Paul. diac. l. 6. c. 40. nov. edit. Plan.*

XXV. Vel ſi velimus nimia oſcitantia ſtertiſſe omnes ut abſque cultu veneranda lypſana dereliquerint: quomodo tranſferre ea Romam ad Lateranenſe cœnobium in mentem potuit non veniſſe, tot præterlabentibus annis? Quod cum eos non feciſſe conſtet; plane bene cultum tunc & cuſtoditum fuiſſe locum illum, aliquando reſtituendum, argumento eſt.

Rurſum vero, ſi innotuit Gallis, & iis magnopere exultantibus, corpus S. Benedicti Floriacum, eſſe tranſlatum: cum non Floriacum ſed Caſſinum a Francorum principibus & aliis innumeris undique confluentibus poſt hæc frequentes fuerunt pietatis ergo peregrinationes ſuſceptæ? Quam autem frequens & celeberrima ex toto pene orbe, ex Tranſalpinis vero potiſſimum, peregrinatio ad Caſſinum montem fuerit, quæ ſuis locis inferius dicenda erunt, aperte docebunt. Sunt hæc, quæ (ut diximus) conjectura opinari nos admonet.

XXVI. Scimus tamen antiquiorem omnium Paulum (*b*) diaconum, qui hoc ſæculo vixit, & monachus in dicto Caſſinenſi cœnobio diem extremum clauſit, quæſtionem ita dirimere, ut dicat tranſlata oſſa fuiſſe, remanſiſſe vero redactas in pulverem carnes: ſicque idem intelligit quod ait inferius, dum agens de reſtitutione monaſterii Caſſinenſis facta per Petronacem (*c*), corpus ipſum S. Benedicti illic eſſe, abſque dubitatione teſtatur; cujus auctoritas apud me plurimum valet. Utcumque ſit; venerari fideles pie ſancteque corpus integrum, ubi tenuis tantum pulviſculus habeatur alicujus ſancti, quod ejuſdem ſit virtutis, cujus & integrum corpus, docet Gregorius Nazianzenus in Julianum. Sed de his hæc ſatis; redeamus ad necem ſanctorum monachorum Aigulphi ac ſociorum.

(*b*) *Paul. diac. l. 6. c. 1. vel 2. nov. edit.*

(*c*) *Paul. diac. l. 6. c. 13. vel nov. edit. c. 40.*

Martyrium Aigulphi & Sociorum.

Cum enim ex Floriacenſi monaſterio ad præfecturam Lerinenſis monaſterii vocatus eſſet, in quo collapſa monaſtica diſciplina videretur; invidiam incurrit & odium pſeudomonachorum illic degentium Columbi atque Arcadii: qui ipſum cum ejus ſociis primum vinciendum curarunt, & in carcerem coniiciendum: inde vero ad eorum ſupplicium ignobilem inſulam delegerunt inter Corſicam atque

PAGIUS

*gulfo* proceſſiſſe, & corpora eorumdem Sanctorum cum gaudio atque honore magno excepiſſe *ſub die quinto Iduum Juliarum*, ac poſt aliquod tempus *Mummolum* Abbatem & *Aigulfum* depoſuiſſe corpus Sancti Benedicti in Baſilica B. Petri *ad cuſtodiendum*, ac in loco, qui Mummolo in oratione demonſtratus fuerat; & poſtquam cum magno ſtudio in melius ornatus fuiſſet *Sub pridie Nonas Decembris* cum ingenti honore & laudibus divinis collocatum fuiſſe. Hæc poſterior Tranſlatio, ſi die Dominica, ut mos ſolemnis ferebat, facta fuerit, apparet, eam pertinere ad annum ſexcenteſimum quinquageſimum ſextum, quo dies quartus menſis Decembris in Dominicam convenit, quoque anno paulo ante *Clodoveus* II. obierat. Hæc Sancti *Benedicti* Tranſlatio in aliquibus antiquis Martyrologiis notatur ad diem quintum iduum Juliarum, ſeu diem tertium Julii; in aliis ad pridie Nonas Decemb. ſeu diem IV. Decemb. & in quibuſdam ad utrumque diem. Cointius an. DCLXVII. num. XV. & ſeqq. recitat Teſtamentum *Leodebodi* Sancti Aniani ad muros Aurelianenſes Abbatis, quod variis circa Chronologiam mendis ſcatet, quodve, ut ille obſervat, duas in partes dividendum eſt, quarum alteram *Leodebodus* in procinctu conſtruendi Monaſterii Floriacenſis, altera poſt ejus conſtructionem ſcripſerit. Utrobique dicitur Teſtamentum factum, *anno ſecundo, regnante Domno noſtro Clodoveo glorioſiſſimo Rege*, ubi loco, *anno ſecundo*, legendum, *anno duodecimo*, qui in annum Chriſti DCXLIX. competit, indeque deducendum, Monaſterium Floriacenſe eo Chriſti anno conſtructum eſſe, non multo poſt *Leodebodum* curam illius Monaſterii penes *Rigomarum* depoſuiſſe, iſtoque circa annum DCLV. demortuo, poſt quinquennalem ſcilicet adminiſtrationem, *Mummolum* Abbatem renunciatum eſſe, & *Aigulfum* Monachum ad aſportanda corpora SS. Benedicti & Scholaſticæ in Italiam miſiſſe. Quæ omnia mire inter ſe & cum hujus Tranſlationis Hiſtoria congruunt. De *Sancto Mummolo* Abbate Floriacenſi legendus Mabillonius Sæculo II. Benedictino ubi ejus elogium hiſtoricum habet, qui & ibidem pag. 349. varios antiquos Auctores memorat, qui hanc Tranſlationem Clodoveo Secundo in Galliis regnante factam tradidere.

XX. *S. Aigulfus Martyrium patitur.*

Poſt iſtam Sanctarum Reliquiarum Tranſlationem *Aigulfus* Monachus Floriacenſis ob famam tota Gallia celeberrimam, quam ſibi compararat ob prædictam Tranſlationem, incerto anno poſtulatus eſt in Abbatem a Monachis Lirinenſibus. Sed eodem anno quo reverſus eſt Sanctus *Audoenus* Epiſcopus Rotomagenſis ex Italia, Martyrium conſummavit: prius enim per ipſum *Audoenum*, tunc ex Italia redeuntem certior factus eſt de inſidiis, quæ ſibi a pſeudo-monachis parabantur, ut teſtantur Acta MSS. ejus Martyrii, quorum epitomen exhibet Cointius anno DCLXXVII. num. VI. quibus adſtipulatur ipſamet S. Aigulfi Vita apud Surium ad diem III. menſis Septembris, & apud Mabillonium Sæculo II. Benedictino, ubi eamdem ad MSS. Codices reſtituit. *Aigulfus* cum Monaſticam diſciplinam in inſula Lirinenſi reſtauraret, duorum pſeudo-monachorum odium incurrit,



atque Sardiniam conſtitutam, ubi poſt linguæ abſciſſionem & erutionem oculorum capite truncati ſunt. Sed eorum corpora, comperto facinore, in Lerinenſem inſulam relata atque cum honore ſepulta fuere; nefandus autem Columbus ſceleris architectus a Rege Clodoveo poſt alia tormenta necari juſſus eſt. Hæc ſummatim ſatis dixiſſe de Aigulpho, ejuſque ſociis martyribus: ſed iſta pluribus: eorumdem Acta martyrum. Relati ſunt iidem inter ſanctos Dei martyres, tabuliſque Eccleſiaſticis (*a*) adnotati, atque annua memoria nobilitati.

(*a*) *Mart. Rom. die 3. Sept.*

XXVII. S. Gertrudis obitus.

Tranſiit hoc eodem anno ex hac vita inſignis illa virgo, Francorum nobilitatis decus & ornamentum, ſancta Gertrudis filia Pipini Ducis. Extant ejus res præclare geſtæ omni fide poſteris traditæ, ex quibus perpauca hæc retuliſſe ſat ſit (*b*): *Fuit virgo clariſſimis & per totam Europam pervulgatis orta natalibus. Ab ipſis pueritiæ annis viam mandatorum Dei ingreſſa omnem lubricæ ætatis levitatem fugiebat; & aſſidue matri Ittæ adhærens, ab ore ejus trahebat verba vitæ & diſciplinæ. Ancillis ſuis ſe ancillam præſtabat, nec uſquam natalium ſuorum ſublimitatem attendebat. Dum autem altiori propoſito virgineæ pudicitiæ ſigillum conſecrare vult auctori caſtitatis Domino Jeſu, ſupervenit ad ædes paternas Rex Dagobertus, in cujus comitatu erat Ducis cujuſdam filius, qui eam in matrimonium poſtulavit. Sed virgo Regi, parenti, & reliquis principibus reſpondit: Ego mihi ſponſum delegi, cujus æterna pulchritudine omnis creaturarum pulchritudo reſplendet, in cujus divitiis cælum & terra & omnis ornatus numeratur, cujus nobilitatem Angelica ſublimitas cum tremore veneratur.*

(*b*) *Molan. in Natal. SS. Belg.*



XXVIII. Jacta ſunt ejuſmodi fundamenta ad celſam valde molem erigendam, quam ex rebus ab ea præclare geſtis deſcriptam jam cuſam præ oculis habes. Hic ſat ſit meminiſſe ipſius, cujus natalem Catholica Eccleſia anniverſaria memoria colit die decimaſeptima menſis Martii. Sed non prætereat hic meminiſſe (*c*) ſanctæ matris ipſius Gertrudis, quæ Yduberga nomine, & Itta cognomine, uxor Pipini, viduata viro, a S. Amando ſacrum religionis velamen accipiens, ex agro ſanctæ continentiæ ſexageſimum collegit fructum, ad-

(*c*) *Molan. in Natal. SS. Belg. die 8. Mart.*



PAGIUS

rit, qui collecta flagitioſorum hominum manu, impetum in Monaſterium opportuno tempore factura, eum *cum ſociis triginta & eo amplius*, ut quædam Acta loquuntur, in quadam inſula gladio confodiendum procurarunt. Unus quippe illorum cum Sanctos a Monaſterio abſtraxiſſet, & navi impoſuiſſet, occurrit ei quædam *navis ex Africa veniens*, cui Sanctos Martyres impoſuit, ſatellitibus ſuis præcipiens, ut ad inſulam quamdam inter Corſicam & Sardiniam ſitam venientes, ibi Sanctos gladio conficerent, *quod & factum eſt ſub die tertio Nonas Septembris*, quo die feſtivitas ejus in Tabulis Eccleſiaſticis recolitur. Cum vero, ut infra oſtendam, *S. Audoenus* anno DCLXXVII. ex Italia in Galliam redierit, ad eum annum hoc Martyrium referendum. Dicitur quidem in laudatis Actis hujus Martyrii concinnatorem pœnarum ferocitate uſque ad mortem vexatum eſſe tempore *Clodovei Regis & Ebroini Majoris Domus*. Verum loco *Clodovei*, legendum, *Theodorici*, quia, ut obſervat Mabillonius, in Chronico Malleacenſi Sancti Aigulfi Martyrium diebus Theodorici Regis & Ebroini Majoris Domus accidiſſe legitur & Vita Sancti Aigulfi ſcripta eſt ab *Adrevaldo* Monacho Floriacenſi, qui Caroli Calvi Principatu floruit, ideoque Adrevaldus narravit quæ duobus ante ſe ſæculis contigere, & in circumſtantiis facile labi potuit.

XXI. *Annus mortis S. Gertrudis controverſus.*

Ad num. XXVII. & ſeq. Quia in Vita *S. Gertrudis* primæ Abbatiſſæ Nivellenſis ab Auctore Anonymo coætaneo ſcripta, & recitata a Surio ad diem XVII. Martii dicitur, illam obiiſſe die, *qui erat Dominicus*, ac *decimo ſexto Kalendas Aprilis* ſeu die XVII. menſis Martii, & tam anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo nono, quam currenti dies Dominica incidat in diem XVII. menſis Martii, Sigebertus in Chronico, Baronius hoc anno, Bollandus in Commentario prævio ad Vitam S. *Gertrudis*, ac ferme omnes, antequam conſtaret de anno emortuali Dagoberti Regis hujus nominis primi, eam currenti anno ad Deum migraſſe exiſtimarunt. Verum poſtquam nullum remanſit dubium, quin *Dagobertus* Rex anno ſexcenteſimo triceſimo octavo e vivis abierit, communis omnium ſententia fuit eam in Domino obdormiſſe anno ſexcenteſimo quinquageſimo nono. *Pippinus* enim *Landenſis* Dux ejus pater anno ſecundo Clodovei Regis Dagoberti Succeſſoris obiit, cum ipſa annos quatuordecim nata eſſet, mortua vero eſt *anno ætatis ſuæ triceſimo tertio*, ut in ejus Vita legitur. Quare non potuit vitam prorogare uſque ad præſentem Chriſti annum. Sed vix hæc opinio prævaluerat, cum Mabillonius Secundum Sæculum Benedictinum publicavit, & Vitam *Sanctæ Gertrudis* quam Bollandus cum duobus MSS. Codicibus contulerat, & correctiorem quam Surius ediderat, eandem contulit cum tertio Codice MS. in quo non ſicuti in Suriano & duobus Bollandianis legitur eam ſpiritum Deo reddidiſſe *ſub die ſexto decimo Kal. Aprilis*, ſed *ſub quinto decimo Kal. Aprilis* ſeu die decimo octavo menſis Martii, qui anno ſexcenteſimo quinquageſimo octavo cum Dominica concurrit, quo ideo anno Mabillonius *Gertrudis* obitum conſignavit. Hanc novam ſententiam Mabillonius duplici argumento confirmat. In eadem enim Vita etiam juxta editionem Bollandi interrogatus *S. Ultanus*, quali die migratura eſſet de hac luce Gertrudis, reſpondit: *Hodie ſextus decimus Kal. April. eſt, dies, craſtino autem die* (hoc eſt XV. *Kal.* April.) *eſt migratura*. Adhæc Uſuardus in veterrimo apographo San-Germanenſi, non XVI. Kal. (uti Wandalbertus & Ado) ſed XV. Kal. April. S. Gertrudis memoriam conſignant.

XXII. Hac in difficultate diu multumque hæſi, ſed libratis utriuſque opinionis rationibus *Gertrudem* ſexto decimo Kal. April. ideoque anno DCLIX.

adeoque profecit, ut inter ſanctas & ipſa mereretur adnumerari, cujus natalis dies Nivellæ ſolemnis eſt octavæ Martii. Has fixit beata illa familia in cælo radices, ex quibus Francorum Regum progenies fœcundo ceſpite pullularet, ubi truncus vetus familiæ Clodovei areſcere cœpit avitæ defectu virtutis.

Sex-

PAGIUS

*S. Gertrudis obiit anno DCLIX.*

DCLIX. ad immortalem vitam tranſiiſſe tandem concluſi. Primo, quia Bollandus primariam coævi Auctoris ſcriptionem e duobus MSS. eruit; Mabillonius vero ex unico duntaxat. Secundo quia alter Anonymus, qui primarium Auctorem ſæculo circa decimo interpolavit, habet etiam *ſexto decimo Kalendarum Aprilium*. Tertio, eadem primaria ſcriptio ab aliis modo aucta, modo mutata, ut teſtatur Bollandus, *qui cum non obſervet*, illos in die *mortis memorando* variaſſe, apparet, eoſdem *in primaria* Vita legiſſe *ſexto decimo*. Quarto, memoria *Sanctæ Gertrudis* ad eumdiem refertur a Molano in Natalibus Sanctorum Belgii, Miræo in Faſtis Belgicis, Gelenio in Colonienſibus, aliiſque Martyrologiis, immo in pleriſque Eccleſiis Germaniæ, Poloniæ & Belgii eo die colitur *Sancta Gertrudis*, ut videre eſt apud Bollandum citatum, qui addit de ea fieri Officium Eccleſiaſticum apud Canonicos Regulares Lateranenſes decimo quinto Kal. April. ſeu die XVIII. menſis Martii, quod dies XVII. ejuſdem menſis impediatur feſtivo cultu S. Patricii.

XXIII. *Die XVII. menſis Martii.*

Quare cum in toto Belgio, ideoque & in Abbatia Sanctæ *Gertrudis*, ea colatur die decimo ſeptimo menſis Martii, & ex ejus Vita conſtet, jam *iſto* ſæculo Feſtum ejus celebratum eſſe in Eccleſia Nivellenſi, veroſimile non eſt, illud affixum fuiſſe diei, qui ejus mortem præceſſit, quod tamen ex ſententia Mabillonii omnino conſequens eſt. Aliam rationem adducemus, cur *Gertrudem* die XVII. Martii demortuam arbitremur, cum de morte *Sanctæ Beggæ* Gertrudis *ſororis* anno DCXCVIII. diſſeremus. Manuſcriptum itaque quo *uſus* eſt Mabillonius hac in parte mendoſum fuit, & loco, *ſexto decimo*, ſciolus quiſpiam ſcripſit *quinto decimo*. Quantum ad Uſuardum, in vulgatis ejus exemplaribus *Gertrudis* inſcribitur ad diem XVII. Martii, ſicuti & in genuino Bedæ Martyrologio. Sed inde tantum inferendum, *Gertrudis* Feſtum octavo & nono Eccleſiæ ſæculo, quo illi vixere, in aliquibus Eccleſiis celebratum eſſe die ejus emortuali, in aliquibus vero die, quo ea tumulata juxta regulam toties in hoc Opere inculcatam, Interpolator initio Vitæ hanc præfigit inſcriptionem; *Incipit liber primus Vitæ Sanctiſſimæ Gertrudis Virg. cujus feſtivitas eſt quinto decimo Kalendas Aprilis*, eamque in ſuæ ſententiæ confirmationem adducit Mabillonius. Verum inde colligendum eum Vitam illam interpolaſſe, quia videbat Gertrudem eo die coli. Quoad reſponſionem Sancti *Ultani* numero ſuperiori recitatam, mendoſe ea deſcripta, tam in duobus Codicibus MSS. quos habuit Bollandus, quam in tertio, quem promulgavit Mabillonius. Quare loco; *Hodie ſextus decimus Kal. Aprilis eſt dies* &c. legendum, *Hodie decimus ſeptimus Kal. Aprilis eſt dies*; quod miror Bollandi diligentiam fugiſſe; cum tradat eam demortuam *XVI. Kal. April.*

Fuit *Gertrudis* filia *Pippini* Landenſis Majoris Domus, & poſt hujus mortem educata eſt ſub inſtitutione piiſſimæ matris *Beatæ Ittæ* ſeu *Idubergæ*, de qua ſuo loco locuti ſumus. Hujus exemplo ſacrum velum accepit, ab ea poſtmodum præpoſita regimini Monaſterii *Nivellenſis*, cujus prima Abbatiſſa fuit. Ante mortem Gertrudis regimen Monialium abdicavit, illudque nepti ſuæ *Vuilfeltrudi*, *quæ ab ipſis prope incunabulis apud ipſam ad Monaſticæ Regulæ præſcriptum educata & Sacris Literis imbuta fuerat*, quamvis nolenti tradidit, ut habet Auctor Anonymus ejus Vitæ, qui addit, *Vuilfeltrudem*, ſeu Vulfedrudem, vel Wulfetrudem juxta varias lectiones, *vigeſimum ætatis annum* tunc habuiſſe; ex quo liquet, veteres Canones tunc in Galliis obſervatos non fuiſſe. Monaſterium *Nivellenſe* eſt etiamnum Capitulum utriuſque ſexus, in quo Canonicæ Virgines nobiliſſimæ digniorem locum obtinent, & penes Abbatiſſam ejuſdem Civitati Dominium eſt. XXIV. *Prima Nivellenſis Abbatiſſa fuit.*



I. Legatio ex Anglia Romam.

SExcenteſimus ſexageſimusquintus, Indictione octava, adeſt annus, quo ex Anglia a Rege Oſuvi legatio miſſa eſt ad Vitalianum Romanum Pontificem una cum oblationibus in baſilicam Petri Apoſtoli inferendis. Qui enim anno ſuperiori in Collatione habita accepiſſet illam firmiter tenendam fidem, quam Romana doceret Eccleſia, cui Petrus conſignatum Evangelium reliquit, audiiſſetque pariter inſignia. Petri merita & divina chariſmata præ cæteris Apoſtolis eidem impertita; magno exarſit deſiderio, ut inde acciperet magiſtrum atque doctorem, qui ſibi pariter eumdem Petrum conciliaret Apoſtolum. Cum enim, ingruente lue, ex hac vita ſubductus eſſet Deuſdedit Epiſcopus Dorovernenſis ſextus ordine, ſucceſſorem ab ipſo Romano Pontifice ordinari voluit, miſitque qui ab eo ordinaretur Epiſcopus, Vvigardum presbyterum. Deſiderantur ejus litteræ ad Romanum Pontificem datæ; ſed ex iis, quæ ad ipſum Vitalianus Papa reſcripſit, poſſumus hæc omnia facile intelligere. At priuſquam Vitaliani legamus litteras, quæ illis Beda (*a*) præmittit, audiamus; ſic enim ait:

(*a*) *Beda l. 3. c. 29.*

II. Conſultatio Regum Anglorum.

*His temporibus Reges Anglorum nobiliſſimi, Oſuvi provinciæ Nordhumbrorum, & Ecgbert Cantuariorum, habito inter ſe conſilio, quid de ſtatu Eccleſiæ Anglorum eſſet agendum (intellexerat enim veraciter Oſuvi, quamvis educatus a Scotis, quia Romana eſſet Catholica & Apoſtolica Eccleſia) aſſumpſerunt cum electione & conſenſu ſanctæ Eccleſiæ gentis Anglorum, virum bonum, & aptum Epiſcopatu presbyterum, nomine Vvighardum, de clero Deuſdedit Archiepiſcopi, & hunc Antiſtitem ordinandum Romam miſerunt: quatenus accepto ipſe gradu Archiepiſcopatus, Catholicis per omnem Britanniam Eccleſiis Anglorum ordinare poſſet Antiſtites. Verum Vvighardus Romam perveniens, priuſquam conſecrari in Epiſcopum poſſet, morte præreptus eſt, & hujuſmodi litteræ Regi Oſuvi in Britanniam remiſſæ ſunt:*

*Domino excellentiſſimo filio Oſuvi Regi Saxonum, Vitalianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

III. Epiſt. Vitaliani Papæ ad Regem Oſuvi.

*Deſiderabiles litteras excellentiæ veſtræ ſuſcepimus, quas relegentes cognovimus ejus piiſſimam devotionem, ferventiſſimumque amorem, quem habet propter beatam vitam: & quia dextera Domini protegente, ad veram & Apoſtolicam fidem ſit converſus; ſperans, ſicut in ſua gente regnat, ita & cum Chriſto in futuro conregnare. Benedicta igitur gens, quæ talem ſapientiſſimum & Dei cultorem promeruit habere Regem: quia non ſolum ipſe Dei cultor exiſtit, ſed etiam omnes ſubjectos ſuos meditatur die ac nocte ad fidem Catholicam atque Apoſtolicam pro ſuæ animæ redemptione converti. Quis enim audiens hæc ſuavia, non lætetur? Quis non exultet & gaudeat in his piis operibus? quia & gens veſtra Chriſto omnipotenti Deo credit, ſecundum divinorum prophetarum voces, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia (b): In die illa radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum Gentes deprecabuntur. Et iterum (c): Audite inſulæ, & attendite populi de longe. Et poſt paululum: Parum, inquit, eſt, ut mihi ſis ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob, & fæces Iſrael convertendas: dedi te in lucem Gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ. Et rurſus: Reges videbunt, & conſurgent Principes, & adorabunt. Et poſt puſillum: Dedi te in fœdus populi, ut ſuſcitares terram, & poſſideres hæreditates diſſipatas, & diceres his qui vincti ſunt: Exite, & his qui in tenebris: Revelamini. Et rurſum (d): Ego Dominus vocavi te in juſtitia, & apprehendi manum tuam, & ſervavi, & dedi te in lucem Gentium,*

*& in*

(*b*) *Iſai. 11.*

(*c*) *Iſai. 49.*

(*d*) *Ibid.*

---

PAGIUS SÆC. VII

Anno Eræ Hiſp. DCCIII. Anno HegiræXLV inchoato die 24. Martii feria 2. A.C. 665.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6158.

☉ 2. E. ☽ 1. P. 6. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 665.

VITALIANI PAPÆ 9.

CONSTANTIS IMP. 25.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: *XXIV. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XXII.*

II.

A num. I. ad VII. Beda lib. 4. cap. 1. refert, *Egbertum* Cantii & *Oſvvium* Northumbriæ Reges miſiſſe Romam *VVigardum* Presbyterum, ut fieret Archiepiſcopus Dorovernenſis in locum Deusdedit, anno ſuperiori demortui: *Qui ubi Romam pervenit*, inquit Beda, *cui Sedi Apoſtolicæ tempore illo, Vitalianus præerat, poſtquam itineris ſui cauſam Præfato Papæ Apoſtolico patefecit, non multo poſt, & ipſe, & omnes pene qui cum eo advenerant ſocii peſtilentia ſuperveniente, deleti ſunt.* Vitalianus Papa noluit inconſultis Regibus alium tam cito ſubſtituere. Quare ſcripſit ad *Oſvvium* Northumbriæ Regem, & tam *VVigardi* mortem, quam rei difficultatem aperuit in Succeſſore deligendo. Recitat Baronius Vitaliani Papæ literas, in quibus inter alia refert, miſiſſe ſe conjugi ejus, ſuæ ſpiritali filiæ, per illius Legatos, Crucem & eſt de Vinculis SS. Petri & Pauli, ubi intelligit *Eanſledam*, Oſvvi coniugem, quæ prima & ante alios, in Northumbria, Baptiſmi ſacramentum accepit, ut ſuo loco dixi. Ve-

*Legatio ex Anglia ad Vitalianum PP. miſſa.*

rum

*& in fœdus populi, ut aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentem in tenebris.*

IV. *Ecce, excellentiſſime fili, quam luce clarius eſt, non ſolum de vobis, ſed etiam de omnibus prophetatum Gentibus, quod ſint crediturae in Chriſto omnium conditore. Quamobrem oportet veſtram celſitudinem, utpote membrum exiſtens Chriſti, in omnibus piam regulam ſequi perenniter Principis Apoſtolorum, ſive in Paſcha celebrando, ſive in omnibus quæ tradiderunt SS. Apoſtoli Petrus & Paulus: quia ut duo luminaria cæli illuminant mundum, ſic doctrina eorum corda hominum quotidie illuſtrat credentium.* Et poſt nonnulla, quibus de celebrando per orbem totum uno vero Paſcha loquitur: *Hominem denique*, inquit, *docibilem & in omnibus ornatum Antiſtitem ſecundum veſtrorum ſcriptorum tenorem minime valuimus nunc reperire pro longiquitate itineris. Profecto enim dum hujuſmodi apta reperta perſona fuerit, eum inſtructum ad veſtram dirigemus patriam, ut ipſe & viva voce & per divina oracula omnem inimici zizaniam ex omni veſtra inſula cum divino nutu eradicet.*

V. De muneribus miſſis ad Eccleſ. S. Petri. *Munuſcula a veſtra celſitudine beato Principi Apoſtolorum directa pro æterna ejus memoria ſuſcepimus, gratiaſque ei agimus, ac pro ejus incolumitate jugiter Deum, deprecamur cum Chriſti clero.* Quæ autem fuerint iſta munera, Beda inferius ait, fuiſſe vaſa aurea & argentea non pauca. Pergit vero Vitalianus: *Itaque qui hæc obtulit munera, de hac ſubtractus eſt luce, ſituſque ad limina Apoſtolorum: pro quo valde ſumus contriſtati cum hic eſſet defunctus. Verumtamen gerulis harum noſtrarum litterarum veſtris Miſſis & beneficia ſanctorum martyrum, hoc eſt, reliquias beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctorum martyrum Laurentii, Joannis & Pauli, & Gregorii, atque Pancratii eis fecimus dari, veſtræ excellentiæ profecto omnes contradendas. Nam & conjugi veſtræ noſtræ ſpirituali filiæ direximus per præfatos gerulos Crucem, clavem auream habentem de ſacratiſſimis vinculis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli: de cujus pio ſtudio cognoſcentes, tantum cuncta ſedes Apoſtolica una nobiſcum lætatur, quantum ejus pia opera coram Deo flagrant & venerant.*

VI. Exhortatio Vitaliani ad Regem. *Feſtinet igitur, quæſumus, veſtra celſitudo (ut optamus) totam inſulam ſuam Deo Chriſto dicare. Habet enim profecto protectorem humani generis Redemptorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui ei cuncta proſpera impartiet, ut i novum Chriſti populum coacervet, Catholicam ibi & Apoſtolicam conſtituens fidem. Scriptum enim eſt* (a): *Quærite primum regnum Dei & juſtitiam ejus, & hæc omnia adiicientur vobis: nimirum enim quærit & impetrabit, & ei omnes ſuæ inſulæ (ut optamus) ſubdentur. Paterno itaque affectu ſalutantes veſtram excellentiam, divinam jugiter precamur clementiam, quæ vos veſtroſque omnes in omnibus bonis operibus auxiliari dignetur, ut cum Chriſto in futuro regnetis ſæculo. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.* Hucuſque ad Regem Anglorum Vitalianus Pontifex: qui ſolicite requirens quem expetitum in Angliam mitteret idoneum ad munus ſubeundum Epiſcopum, tandem nactus virum egregium, doctrina & moribus inſignem Theodorum Tarſenſem, eumdem Epiſcopum ordinatum cum Hadriano itineris duce in Anglia miſit: quando autem id acciderit ſuo loco dicturi ſumus. Porro quod pertinet ad obitum ejus qui fuerat miſſus, Wigardi: ait Beda (b), eum cum omnibus pene ſociis Romæ peſtilentia urgente interiiſſe: adeo ut appareat, eamdem peſtem, quæ Anglos afflixit, Italiam etiam invaſiſſe.

(a) Mat. 6.

Peſtis in urbe (b) Bed. l. 4. c. 1.

VII. Eodem Chriſti anno (c) S. Eligius admirandus Noviomenſis Epiſcopus, Flandrorum Apoſtolus nuncupatus, ſæculi hujus ſplendor, ex hac vita migravit miraculis celebris & egregiis factis inſignis, cujus præclaras res geſtas vir æque ſanctitate clarus Audoenus ejus æqualis tribus libris digeſſit, quos conſulere quiſque poteſt: de ipſo autem hic

(c) Sigeb. hoc anno in Chron. S. Eligii Epiſc. obitus.

PAGIUS rum hanc Legationem, & *VVigardi* mortem Wigornienſis in annum DCLXVII. confert, quod confirmat ordinatio Theodori in locum *VVigardi* demortui, anno DCLXVIII. peracta ut infra oſtendam.

III. Peſtis in Anglia & Italia graſſatur. Ex laudatis Bedæ verbis recte colligit Baronius, *peſtem* non minus in Italia, quam in Anglia graſſatam eſſe. Certe Weſmonaſterienſis, poſtquam ſcripſit eam anno ſuperiori in Anglia cœpiſſe, hoc anno habet: *Mortalitas adeo invaluit in Anglia, ut homines gregatim ad maris loca prærupta venientes, ſeſe in eo præcipites darent, præferentes cita morte præveniri, quam longo tabis cruciatu perire.* Beda lib. 3. cap. 30. refert, *cum* Orientalium Saxonum Provincia *præfata mortalitatis clade premeretur*, Suidhelmum Regem demortuum eſſe quod anno præſenti contigiſſe, ſuperiori oſtendimus.

IV. Moritur S. Eligius Epiſc. Noviomenſis. A num. VII. ad XII. Annus emortualis Sancti *Eligii* Noviomenſis & Tornacenſis Epiſcopi ab anno obitus Dagoberti Regis pendet. Audoenus enim Rotomagenſis Epiſcopus qui illius Vitam ſcripſit, mortis annum non memorat, ſed lib. 2. cap. 1. duntaxat ait: *Uſque ad initium Regni Junioris Lotharii manſit in corpore.* Antea ſcripſerat Audoenus, *Eligium* Erchinoaldum Majorem Domus ſub Clodoveo II. & Clo-



hic elogium ex eiſdem ab erudito viro Molano excerptum, intextumque in Natalibus ſanctorum Belgii, reddere ſat erit: *Hunc*, inquit, *& Flandri & Antuerpienſes merito ut Apoſtolum ſuum venerantur: multum enim in Flandris laboravit, jugi inſtantia Andoverpis decertavit: paſtoris cura ſolicitus luſtrabat urbes & municipia circumquaque ſibi commiſſa. Sed Flandrenſes atque Andoverpienſes, Friſones quoque & Suevi, & barbari quique circa maris littora degentes, quos velat in extremis remotos nullus adhuc prædicationis vomer impreſſerat, primo eum hoſtili animo & averſa mente ſuſceperunt: poſtmodum vero cum paulatim per gratiam his verbum Dei inſinuare cœpiſſet, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis, converſa eſt ad verum Deum, Chriſtoque ſubjecta. Fana nonnulla, Chriſti clypeo protectus, cum Apoſtolica auctoritate deſtruxit: idola quoque diverſi generis ubicumque invenit, funditus ſubruit. Inter hæc autem frequenter laceſſitus ab ingrato & perfido populo, & pene uſque ad contumeliam provocatus, nullatenus a cœpta doctrina arcebatur; ſed magis ipſe lenis, patiens, humilis, & mitis pro eis Dominum deprecabatur. Hæc & alia multa de eo ſcribit S. Audoenus, qui & Dado, Epiſcopus Rothomagenſis ejus æqualis, vitæque ſcriptor. Aldenburgi, Rodenburgi, Ooſtburgi, Brugis, & alibi ſacras inchoavit ædes.* Hæc ſummatim ipſe, ex ampla meſſe paucas ſpicas perſtringens manipulo uno.

VIII. Claruit & poſt obitum plurimis miraculis, quæ idem proſequitur Audoenus, agitque de ipſius memoriæ erecta Noviomi baſilica. Quid autem acciderit Clothario majori natu Francorum Regi, non eo quo par erat honore Sanctum proſequente, audi eumdem Audoenum rem geſtam ita narrantem (a): *Duo Reges, germani fratres, Clotharius & Theodoricus, quandoque e palatio egreſſi, orandi cauſa ad eam baſilicam acceſſerunt. Abſolutis precibus exeuntes illos quidam proceres admonuerunt, ut aliquam eleemoſynam pro S. Eligii veneratione illi loco tribuerent: ſed Rex ſenior contempſit, junior vero aliquot ſolidos ex radianti metallo ibi reliquit. Ubi ad palatium reverſi ſunt, Rex ſenior Clotharius moleſta confeſtim febre vexatur, totoque corporis ardore ad caput tendente, ſecutus eſt vehementiſſimus dolor dentium. Nocte igitur illa in ſummis cruciamentis tranſacta, mane recordatur quid heſterno die neglexerit; ſeque confert ad beatum Eligium deprecandum, cui etiam per hominem fidelem multos miſit ſolidos: qui ſimulatque illati ſunt in templum, dolor omnis repente ſopitus eſt.* Sed quæ miranda, præſente Bathilde Regina, acciderint, videamus: idem enim qui his præſens eſſe potuit Audoenus Epiſcopus Rothomagenſis hæc ait (b):

(a) Audo. vit. S. Eligii lib. 2. c. 58. apud Sur. die 1. Decemb. 1.

Clotharius cur morbo correptus.

(b) Ib. c. 33.

IX. Studium Reginæ erga ſacras ſancti reliquias. *Mane ingens utriuſque ſexus multitudo ad oppidum advolavit, itemque Regina Bathildis cum filiis & proceribus, multoque exercitu. Et ipſa quidem Regina propere ad corpus beati viri accurrens, magnam illic fudit lacrymarum vim, valde dolens, quod eum vivum non reperiſſet. Interim jubet præparari omnia, ut poſſit corpus ad Calam monaſterium ejus transferri: ſed cum loco moveri non poſſet, magno animi mœrore affecta eſt: curavitque triduanum indicendum jejunium, quod etiam ipſa cum optimatibus ſuis & clero ſervavit, jejunio etiam cum illis pariter perpetuas adjungens vigilias: quæ cum fierent, in tantum illa mœrebat & lugebat, ut nullo pacto lacrymas frœnare poſſet. Cumque præ nimio dolore deſiderium ejus ferre non ſuſtineret, tandem ut animo ſuo ſatisfaceret, detecto ejus vultu, cum multis lacrymis oſcu-*

PAGIUS Clotario III. ſepulturæ mandaſſe; jamque oſtendimus, hujus mortem contigiſſe exeunte anno ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, quo & *Clotarius*, quem Audoenus *Lotharium* vocat Monarchiam Francicam ſuſcepit. *Eligium* tamen vixiſſe uſque ad annum ſexcenteſimum quinquageſimum octavum, eodemque demortuum demonſtrat Privilegium ab *Emmone* Epiſcopo Senonenſi Monaſterio Sancti Petri apud Senonas conceſſum quod recitat Mabillonius Sæculo III. Benedictino pag. 613. directum illud *Senonicæ Civitatis comprovincialibus, Chrodoberto, Faroni, Bertoaldo, Audoeno, Gauzberto, Eligio.* Datum autem, ut in ejus fine legitur, *anno tertio Regni Domini noſtri Clotarii Regis* (qui poſt ſecundam hebdomadam menſis Novembris anni Chriſti DCLVIII. inchoatus eſt, & quidem in Synodo Epiſcoporum, ex quibus complures privilegio ſubſcripſere, & ex præfatis ſex Epiſcopis ſolus *Eligius* non ſubſcripſit, ſed *Momolenus*, qui & Mummolenus dicitur, quem certum eſt Eligii Succeſſorem fuiſſe. Quare, ut recte inde colligit Mabillonius, paulo poſt conceſſum Privilegium *Eligius* obiit, & quidem *Kalendis Decembris*, quo nomen ejus veteri Kalendario inſcribitur. Nam licet, nec Audoenus, nec aliquis ex Antiquis diem ejus obitualem expreſſerit, Sanctique aliis ſæpe diebus, quam quibus mortui ſunt, colantur, quia tamen Audoenus lib. 2. cap. 35. refert, poſt *Eligii* mortem ſanguinem fluxiſſe e naribus ejus, *tametſi erat hybernum tempus*, certumque eſt Concilium illud Senonenſe habitum exeunte anno DCLVIII. quo tertius Clotarii Regis inchoabatur, veroſimile eſt S. *Eligium* die & anno præfatis in Domino obdormiiſſe, & ejus obitum hactenus tardius quam par erat, conſignatum fuiſſe, ab illis præſertim, qui Dagoberti Regis mortem ſeptennio aut etiam tardius, differunt.

V. *Eligius* natione Lemovix fuit, primum aurifaber, inde Epiſcopus Noviomenſis ac Tornacen-

*oſculata eſt eum, itemque pectus & manus. Ecce autem dum ſic palpat ſacrum corpus, tametſi erat hibernum tempus, & jamdiu illud fuiſſet exanime prorſuſque frigidum, copioſus ſanguis ex ejus naribus emanavit. Id ubi viderunt Epiſcopi & Regina Chriſtianiſſima, confeſtim admoverunt lintea ſummo ſtudio ſanguinem colligentes, eum pro magno munere in reliquiis ſervandum ſepoſituri.*

X. Cadaver immobile relictum civibus.

*Interim expleto jejunio modis omnibus ſatagebat Regina, ut corpus beati viri in Calam monaſterium ejus transferretur: ſed e diverſo alii Pariſios illud transferre volebant. Quibus utriſque ſe opponebant cives Noviomenſes, juſtiſſimam hæreditatem corpus Antiſtitis ſuis ſibi vendicantes. Sub ea pia contentione, cum Epiſcopi & præſtantiores quique faverent Reginæ partibus, decernerentque ad monaſterium beati viri corpus ejus transferendum, magnus clamor, & tumultus ortus eſt in univerſo populo Noviomenſi. Tunc Regina prudenti uſa conſilio, omnipotentis Dei judicio rem totam committens: Faceſſant, inquit, verborum contentiones. Si placet Deo & Sancto ejus ut perducatur corpus quo ego volo, illico ſe levari ſinat; ſin aliter, jam experiamur. Mox accedunt ad corpus, ut illud tollant; ſed nulla vi moveri poteſt. Tentatur id ſubinde ab aliis atque aliis, & tandem ab ipſa Regina totis viribus in id incumbente; ſed nihil efficiunt. Tum Regina ad proceres ſe vertens: Jam perſpicue (ait) animadvertimus, nolle eum alio aſportari. Permittamus igitur huic populo vel inviti, quod hactenus ſponte noluimus. Aſſenſerunt omnes, & ſimulatque feretrum levare cœperunt, tanta facilitate motum eſt, ut commode jam a duobus portaretur, quod paulo ante plurimi nec movere leviter poterant. Id miraculum cum vidiſſet Regina & cives omnes, in Dei laudes eruperunt, dixeruntque: Mirabilis es Deus in ſanctis tuis*, &c. Pergit de funere dicere, atque rurſus hæc de Bathilde: *Ad extremum Regina venerabilis cum plebe valde feſſa, poſtquam illud reverenter venerata eſt, jejuna receſſit; luctuque eam non ſinente cibum ſumere, ſic triduanum lacrymabunda jejunium explevit.* Hucuſque de Reginæ ſanctiſſimæ miniſterio.

XI. Monetur a S. Eligio Regina.

Quæ cum conſueviſſet commoneri ab eodem ſancto Eligio vivente, eidem poſt mortem non deſtitit Sanctus ea quæ pie agenda eſſent oſtendere ac ſignificare. Cum enim viduata marito anno ſuperiori (ut vidimus) ipſa cum parvulis filiis ſuis regnaret, coronato tamen Clothario primogenito, quod putaret decere Reginam regalibus uti indumentis, nullam habuit rationem viduitatis, nempe ut humilioribus veſtibus uteretur, ſed regiis utebatur: cujus rei gratia per Sanctum corripi meruit, id cuidam ſervo ſuo fideli revelantem. Res geſta digna memoria ita narratur ab eodem æque ſancto Audoeno Epiſcopo Rotomagenſi verbis iſtis: *Alii cuidam in Regis palatio commoranti in luculento habitu apparens Sanctus juſſit: ut quamprimum adeat Reginam Bathildem, admoneatque eam pro Chriſti reverentia deinceps miſſa facere veſtium aurea gemmataque ornamenta, quibus etiamnum uteretur. Illo diſſimulante, nocte altera rurſus apparet ei, repetitque eadem quæ prius mandarat. Sed illo minime id auſo Reginæ indicare, tertio adeſt, graviterque homini comminatur, ni faciat, quod juſſus ſit. At nec ſic tamen juſſa capeſſentem præ timore, mox febris infeſtat. Regina ad eum venit, cauſam morbi perquirit. Et data opportunitate, aperit ille, quid ab Eligio audierit; ſtatimque pulſa febre, revaleſcit. Porro Regina ocyus ponit ornamenta omnia, nihil præter manicas aureas retinens: cunctaque pauperibus diſtribuens, elegantiora quæque ſervavit, atque ex iis Crucem pulcherrimam fecit, eamque ad*

Bathildis divinitus admonetur abdicare ornatum Regium.

PAGIUS

Ejus virtutes.

cenſis: ab anno enim Chriſti circiter quingenteſimo triceſimo ſecundo, quo *Sanctus Medardus* Epiſcopus Noviomenſis factus eſt etiam Epiſcopus Tornacenſis, uſque ad annum Chriſti milleſimum centeſimum quadrageſimum ſextum *annis amplius quam ſexcentis*, ut in Vita Sancti Eleutherii cui Medardus jam Noviomenſis Epiſcopus in Tornacenſi Epiſcopatu ſucceſſit, legitur, iidem Noviomenſes Epiſcopi fuerunt, qui & Tornacenſes: *Paſtoris cura ſollicitus*, inquit Audoenus in Eligii Vita, *luſtrabat Urbes & municipia circumquaque ſibi commiſſa. Sed Flandrenſes atque Andovorpenſes, Friſones quoque & Suevi, & Barbari quique circa maris litora degentes, quos velut in extremis remotos nullus adhuc prædicationis vomere exararat, principio cum hoſtili animo & averſa mente exceperunt. Poſtmodum vero cum paulatim per gratiam Chriſti eis Verbum Dei inſinuare cœpiſſet, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis converſa eſt ad verum Deum, & Chriſto ſubjecta.* Bollandus in Commentariis præviis ad Vitas SS. Anſcharii ad diem III. Febr. & Amandi ad diem VI. Febr. obſervat Scriptorem Audoeno vetuſtiorem non reperiri qui *Flandrenſium* & *Andoverpenſium*, ſive Antuerpienſium mentionem fecerit. Antuerpienſes, ut & Flandri, primos a quibus fidem edocti ſunt, Apoſtolos ſuos agnoſcunt S. Eligium & S. Amandum. De variis populis ab Eligio ad Deum converſis legendus Cointius anno DCXLI. num. III.

VI. Scripta.

In Bibliotheca Patrum ſedecim extant Homiliæ Sancti Eligii, de quibus ſingulis differit, Cointius anno DCLIX. in quem ejus mortem perperam diſtulit, & num. XXI. notat ex Aubertino lib. 3. contra Sacramentum Euchariſtiæ octavam & decimam quintam ex Eligianorum Operum Catalogo expungendas eſſe; certumque Eligii fœtum eſſe *Opuſculum de rectitudine Catho-*



*ad caput beati Eligii deponi juſſit. Thecam quoque ex multo auro & argento, in qua ejus ſacra oſſa conderentur, miro opere conficiendam curavit, ita dicens: Hic vir beatiſſimus multorum ſanctorum effecit thecas; & ego quoque (ut dignum eſt) ejus memoriæ, ſi potero, operam dabo. Cumque id feciſſet, tanta deinceps a proceribus & potentibus ei loco auri & argenti atque gemmarum copia collata eſt, ut eam difficile ſit verbis explicare.* Subdit his dicere de miraculis ex eadem Cruce Dei virtute manantibus, quæ brevitatis cauſa omittimus.

XII. Bathildis Regina profeſſa vitam Monaſticam.

Ipſa vero Regina ſupervixit Clothario & Childerico filiis, ſuperſtite tantum relicto Theodorico, prout ſanctus Vvandregiſilus ipſi prædixerat, ut ejus ſancti Acta habent ab ejus temporis auctore conſcripta: ipſa enim filiis regni adminiſtrationem relinquens, in monaſtico habitu diem clauſit extremum ſanctitate percelebris: nam inter ſanctas relata, anniverſaria memoria in Eccleſia ex eo tempore in hanc diem celebrari non deſivit ſextodecimo Kal. Februarii, qua die ex hac vita receſſit. Reliquit inter alia ſuæ pietatis monumenta duo a ſe celeberrima monaſteria conſtructa, alterum cui nomen Corbeja, alterum Cala, de quo nuper mentio facta eſt.

Sed & hoc eodem pariter anno ex hac vita diſceſſit magnæ vir ſanctitatis Vvandregiſilus ſacerdos: interfuit ejus ad Deum tranſitui S. Audoenus Epiſcopus Rothomagenſis, de quo nuper mentio facta eſt. Genitus (a) iſte ex conſobrino Pipini Ducis Auſtraſiorum, Comes palatinus apud Dagobertum Regem obligatus conjugio, cum uxore virgine & ipſe virgo religionis ergo virginitatem ſervari pari conſenſu decrevit, attonſuſque eſt in clericum, cum & ejus uxor inſtitutum monaſticæ vitæ ſuſcepit. Quibus autem progreſſibus culmen aſcenderit ſanctitatis, ejus Acta quam fideliſſime ſcripta ſignificant, quæ tu conſulas.

(a) *Acta ejus apud Sur. die 22. Jul. t. 4.* S. Vvandregiſili obitus.

XIII.

Quod vero ad obitus tempus pertinet, hæc ad fidem invenies: *Requievit, ſane venerandus & cum omni magnificentia nominandus beatiſſimus pater & ſacerdos Domini Vvandregiſilus anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimoquinto, Indictione octava, an-*



PAGIUS

*tholicæ converſationis*, quia ejus mentionem facit Sanctus Audoenus citatus. Legitur illud inter Opera Sancti Auguſtini ſuppoſititia. Homilias tamen illas omnes, quæ in Bibliotheca Veterum Patrum referuntur, adulterinas eſſe, multis argumentis oſtendit Aubertinus. Earum Auctor videtur vixiſſe ſub initium vel medium ſæculi noni: ſunt enim omnes conſarcinatæ ex variis Veterum Patrum fragmentis, ac tantum laciniæ deſumptæ ex SS. Patribus Auguſtino potiſſimum, Ambroſio, Leone, Cæſario Arelatenſi, Benedicto, Gregorio Magno, aliiſque non citatis: qui mos conſuendi libros vel homilias ex aliorum pannis, fuit proprius ſæculi noni. Sed hac de re plura dabunt Aubertinus citatus, & Oudinus in Supplemento de Script. Eccl.

VII. *S. Bathildis regimen Regni Burgundiæ & Neuſtriæ abdicat.*

Ad num. XII. & ſeq. *Sancta Bathildis*, ſeu *Balthildis* uxor Clodovei II. & mater Clotarii III. & Childerici, quorum ille in Neuſtria & Burgundia,, hic in Auſtraſia hoc tempore regnabat, varia condidit vel dotavit Monaſteria, ab Auctore Vitæ breviter commemorata; inter quæ numeratur *Corbeienſe* ad Somonam in Epiſcopatu Ambianenſi conſtructum, cui *Bertefridus* Epiſcopus Ambianenſis Privilegium conceſſit *ſub die octavo Idus Septembris, anno VII. regnante Clotario Rege* quod an. DCLXII. num. XX. integrum recitat Cointius, & ab Impugnationibus Joannis Launoii Theologi Pariſienſis tuetur. Quare eo Chriſti anno nondum Bathildis Aulam reliquerat; ait enim Bertefridus Epiſcopus: *Glorioſiſſimus Domnus Clotarius Rex, necnon & præcelſa Domna Balthildis Regina, Monaſterium ſuo opere, Chriſto Præſule, in loco nuncupante Corbeja conſtruxerunt, religioſam petitionem noſtris auribus patefecerunt*, &c. Verum *Sigoberrando* Epiſcopo Pariſienſi contra ejus voluntatem interfecto, ſeceſſit in Cœnobium Kalenſe, vulgo *Chelles*, quod ab ea fuerat conditum in Epiſcopatu Pariſienſi, ut infra demonſtrabo. Rem geſtam narrat Auctor ejus Vitæ Anonymus, qui tempus non deſignat. Illud huc uſque obſcurum, certo eruo ex Ordinatione Agilberti dummodo tamen is *Sigoberrandi* immediatus Succeſſor fuerit, ut tradunt Cointius anno DCLIV. num. XX. & alibi, ac Gerardus du Bois in Hiſtoria Eccleſiæ Pariſienſis; Agilbertus enim Epiſcopus Pariſienſis medio circiter anno ſexcenteſimo ſexageſimo quarto conſecratus eſt; & Sigoberrandi cædis occaſione, *Bathildis* ſtatim Monacham induit. Quare manifeſtum eſt, eam rerum publicarum regimen abdicaſſe prioribus menſibus anni ſexcenteſimi ſexageſimi quarti. Neque enim *Sigoberrandi* Epiſcopi interfectores *Bathildis* juſtitiam ſe ſe declinare poſſe exiſtimarunt, niſi hæc abſque mora in Kalenſe Monaſterium, uti dudum optabat, ſe recipere ſineretur.

VIII. *Secedit in Monaſterium Kalenſe.*

Id teſtatur Auctor Anonymus ejus Vitæ coætaneus: *Erat, enim*, inquit, *ejus Sancta devotio, ut in Monaſterio quod prædiximus Religioſarum feminarum, hoc eſt in Kala, quod ipſa ædificavit, converſari deberet. Nam & Franci pro ejus amore hoc maxime dilatabant, nec fieri permittebant, niſi commotio illa fuiſſet per miſerum Sigoberrandum Epiſcopum, cujus ſuperbia inter Francos meruit mortis ruinam. Et exinde orta intentione dum ipſum contra ejus voluntatem interfecerunt, metuentes ne hoc ipſa Domna contra eos graviter ferret, ac vindicare ipſam cauſam vellet, permiſerunt eam ſubito pergere ad ipſum Monaſterium.* Hinc detegitur etiam aliquorum Doctorum Virorum error, qui *Sigoberrandum* eundem ac *Annemundum* eſſe volunt; cum is anno ſexcenteſimo quinquageſimo octavo trucidatus fuerit, annos circiter ſeptem ante *Sigoberrandum*.

IX. *Ejus virtutes.*

Fuerat *Sancta Bathildis* ex Anglo-Saxonum Regione captiva in Franciam abducta, & ex *Erchinoaldi* Majoris Domus miniſterio ad thalamum Clodovei Regis II. evecta. *Erchinoaldus* enim ipſam in Galliam venientem recepit, utque *ut pincerna honeſtiſſima ſæpius præ-ſens*

* IX.

*anno* XI. * *Pontificatus Vitaliani Papæ* ( ita corrigendum loco IX. ) *porro Tertii Clotharii anno regni undecimo*. Habent tabulæ Eccleſiaſticæ ejus diem natalem vigeſimaſecunda Julii recenſitum, quem annua die una cum aliis ſanctis Eccleſia colit. Sed non prætereat de eodem ſanctiſſimo viro, quod cum ædificaret quatuor baſilicas, miſit nepotem ſuum Romam ad Vitalianum Papam, a quo accepit quod voluit: auctor enim ejus Actorum hæc habet:

*Ædificavit autem in ipſo loco vir Domini baſilicas egregio cultu numero qua-*

PAGIUS

*ſens adſtaret*, præceperat; tantique fecerat, ut uxore ſua defuncta eam in *toro matronali* ſibi ſociare voluerit. Verum quæ Erchinoaldi nuptias devitarat, meruit fieri conjux Regis ac trium Regum mater. Tantum ejus prudentiæ ac pietati Francia debet, ut jure merito comparetur Clotildi, Radegundi, imo & Helenæ Imperatrici. *Ut vera Monacha ſub integra religione Beatam vitam feliciter conſummavit, atque III. Kalendas Februarias animam beatam benigno Jeſu, qui eam dederat, reconſignavit, humataque in pace requieſcit in Kalæ Monaſterio;* inquit Auctor Anonymus ejus Vitæ. Ipſo die laudatur in ſincero Uſuardi Martyrologio & in veterrimo Abbatiæ Corbeienſis Kalendario, & in Monaſteriis Corbeienſi & Kalenſi ejus ſolemnitas celebratur, quamvis in Martyrologio Romano, aliiſque Natalis ejus VII. Kal. Febr. collocetur, imo & in libro edito Uſuardi, ut notat Mabillonius. Quare Feſtum S. Bathildis, quæ vivente Uſuardo, ſæculo ſc. nono, celebrabatur die XXX. menſis Januarii, tranſlatum eſt poſtea in alium diem, & ad eum in Uſuardo nomen *Batildis* inſcriptum.

X. *Ejus obitus.*

Idem Mabillonius annum, quo Sancta Regina obiit, ex duobus characteribus Chronologicis deducit, altero a Regno *Theodorici* ejus filii, qui matri ſuperſtes regnaſſe dicitur in Vita ſecunda S. Wandregiſili cap. 23. altero ex morte S. *Geneſii* Lugdunenſis Pontificis, qui ſanctæ animæ de corpore migranti obviaſſe legitur in Vita S. Bathildis num. XIV. Obiit Sanctus *Geneſius* anno V. Regni Theodorici, Chriſti DCLXXVII. Kal. Novemb. ſiquidem anno Theodorici ſeptimo Anſbertus, qui Lantberto abbati Fontanellenſi ad inſulas Lugdunenſes poſt *Geneſium* evecto ſuffectus eſt, annum regiminis ſecundum agebat, quemadmodum ex Actis S. *Condedi* conſtat. Anno proinde circa DCLXXX. S. *Bathildis* ad ſuperos tranſiit. Duos Vitæ ſuæ Scriptores ea habuit, unum ejus ætatis æqualem gravem quidem ac impolitum, alterum Interpolatorem, qui prioris ſententias paulo elegantiori ſermone mutavit, & exornavit.

XI. *Scriptores ejus Vitæ.*

Bollandus ad diem XXX. Januarii, in Commentario prævio ad utramque Sanctæ *Bathildis* Vitam, exiſtimat Auctorem poſterioris etiam coætaneum eſſe; Mabillonius vero Sæculo II. Benedictino, ubi priorem tantum exhibet, putat Interpolatorem, qui prioris ſententias expolivit, non multo poſt illum vixiſſe. Sed neutri aſſentior; mos enim non ferebat, ut Interpolatores priores lucubrationes fœdarent majoris explicationis & elegantiæ cauſa, niſi diu poſt illorum mortem. Verum quidem eſt, eum, de quo agitur, de *Bathilde* loqui ac ſi ejus tempore vixiſſet; ſed, ut jam non ſemel obſervavi, qui Acta Sanctorum ab aliis ſcripta, vel in pauciora contrahebant, vel amplificabant, vel curatius limabant, ſoliti erant eaſdem, notas temporarias retinere, ac in priorum Scriptorum perſona loqui. Hinc ubi Auctor coævus Vitæ Sanctæ Bathildis num. VII. loquens de Monaſterio Corbeienſi ab hac Sancta Regina conſtructo, ait; *Ubi venerabilis Vir Domnus Theudofredus* NUNC ENIM EPISCOPUS, *tunc vero Abbas magno gregi fratrum præfuit;* Interpolator n. IX. habet; *Ubi & venerabilis Vir Dominus Theodofredus, Nunc Epiſcopus, tunc vero Abbas magno gregi fratrum præfuit*. Auctor coævus num. III. dum de conjugio Bathildis cum Clodoveo II. loquitur, ait, *ipſæ ejus* ( nempe Bathildis ) NUNC *regali regnante progenie*. Interpolator de ejuſdem Reginæ Virtutibus num. XXIII. verba faciens, inquit: *Quæ noſtris effulſit temporibus*. Quod ſi verum diceret, dubitandum non foret, quin ſicut prior Anonymus regnantibus Bathildis filiis ejus Vitam ſcripſit, ut ex laudatis eius verbis manifeſte elicitur, quin iiſdem etiam Regnum Gallicum adminiſtrantibus, ſecundus Anonymus ſeu interpolator etiam vixiſſet; cum tamen Interpolatores, qui poſt plura ſæpe ſæcula aliorum Scripta auxere, alio modo non loquantur.

XII. *Poſterior Auctor Vitæ S. Bathildis longe poſt priorem vixit.*

Quare licet ſecundus Anonymus antiquus ſit uno tamen aut altero ad minus ſæculo poſt priorem floruit. Hinc num. V. de Clodoveo II. ſcribit: *Decimo ſeptimo Regni ſui anno rebus exemptus humanis migravit a ſæculo;* & tamen certum nunc eſſe debet, *Clodoveum* II. annos XVIII. integros Regnum Neuſtriæ tenuiſſe: præterea ubi prior Anonymus num. XIII. loquitur de Optimatibus nonnullis, qui feminam Sanctam falſi criminis accuſarant, Interpolator n. XIII. hanc querelam, non Optimatibus, ſed Sanctimonialibus Kalenſibus attribuit, & quod alter recte ſcripſit, ipſe corrumpit. Denique interpolator num. XXI. fingit, *Chlotildem* Reginam cum qua comparat *Bathildem*, primam ædificaſſe *Kalæ* Cœnobium Sanctimonialium cum Eccleſiola, ſed poſtea illud a Bathilde everſum, & Baſilicam prægrandem in ejus locum conſtructam eſſe; cum tamen Auctor Anonymus Vitæ S. *Bertilæ* primæ Abbatiſſæ Kalenſis Monaſterii, huic Sanctæ æqualis prodat, *Bathildem* priorem illius Monaſterii *Matrem* conſtituiſſe *Bertilam*, ideoque antea nullas ibidem fuiſſe Sanctimoniales. Sed hunc illius Interpolatoris errorem anno DCCV. in morte *Bertilæ* commodius refellam.

XIII. *Moritur S. VVandregiſilus Abbas Fontanellenſis.*

Quoad mortem *S. VVandregiſili* Abbatis Fontanellenſis primi, quam hoc anno Baronius recitat, certum eſt eam contigiſſe anno ſexcenteſimo ſexageſimo ſeptimo. Nam, ut anno DCXLVIII. n. XIX. jam diximus, Authores duo Vitam hujus Sancti ſcripſere, utramque a Mabillonio Sæculo Secundo Benedictino editam. Priorem compoſuit Monachus Romanenſis, Anonymus, & æqualis: Alteram Auctor etiam Anonymus, ſed aliquot in locis interpolatam: hancque ſolam legerat Baronius, ex qua deſumit verba quæ adducit, quibus Anonymus ait, *VVandregiſilum* requieviſſe *anno DCLXV. Indict. VIII. anno IX. Vitaliani Papæ Clotarii Regis XI.* Verum prior Auctor Vitæ Wandregiſili nullam ex his notis temporariis exhibet, ſed tantum dicit, Beati Viri obitum fuiſſe *XI. Kal. Auguſtas*, ſeu diem XXII. men-



A Vitaliano Papa acceptæ reliquiæ.

*tuor, in honorem videlicet Principis Apoſtolorum Petri, ſimulque doctoris Gentium Pauli, ſanctique Laurentii, ac Pancratii martyrum Chriſti. Et cum huic operi inſiſteret, miſit ante dictum nepotem ſuum Romam propter pignora beatorum Apoſtolorum ac martyrum Chriſti: ut ædificatis baſilicis, in promptu haberet reli-*



PAGIUS

ſis Julii. Hi vero characteres infarti ſunt in Vitam a ſecundo Scriptore exaratam, quia ii inter ſe minime cohærent, ut ex dictis de Clotarii Regis & Vitaliani Papæ initio conſtat. Itaque præter annum *Clotarii* XI. retinendi tantum ſunt hi characteres: *Regiminis ſui anno decimo nono, menſe quarto, die primo & viceſimo*. Nam ut loco laudato oſtendi, *VVandregiſilus* Monaſterii Fontanellenſis fundamenta jecit *Kalend. Martiis* anni ſexcenteſimi quadrageſimi octavi, a quibus die & anno ad diem XXII. menſis Julii anni ſexcenteſimi ſexageſimi ſeptimi, anni illi, menſes & dies intercurrunt; Auctor enim ille Anonymus diem emortualem Wandregiſili excludit. Hinc Aigradus in Vita Sancti Anſberti Epiſcopi Lugdunenſis recte ſcripſit *VVandregiſilum* rexiſſe Cœnobium Fontanellenſe *a primo ædificationis die per viginti fere annorum ſpatia*.

XIV. *S. Lantbertus ei ſuccedit.*

Cointius anno DCLXVII. num. I. ait corrigendam eſſe in anno Regis Clotarii III. vulgatam Sancti Wandregiſili Vitam ex Codice MS. Monaſterii Sanctæ Catharinæ prope Rotomagum in quo legitur *annos XII.* Clotarii III. Regis. At annus ille XII. Clotarii mendoſe in illo Codice exaratus; tum annum Regni XII. *Clotarius III.* ante ſecundam hebdomadam menſis Novembris non inchoarit, & Vandregiſilus Martio menſe anni Chriſti DCLXVII. e vivis exceſſerit. *Poſt triduanum jejunium* S. *Lantbertus* Monachus Fontanellenſis in Wandregiſili locum ſubrogatus eſt, ut teſtatur fragmentum Vitæ Sancti Lantberti a Mabillonio editum Sæculo tertio Benedictino part. 2. ideoque initium regiminis Lantberti a die XXV. aut XXVI. menſis Julii anni DCLXVII. repetendum; quæ obſervatio ad varios nodos ſolvendos conducere poteſt. Vide quæ de Wandregiſilo diximus anno DCLXVIII. num. XIX.

XV. *Moritur S. Magnus diſcipulus S. Galli.*

Hoc circiter tempore obiit *Sanctus Magnus*, de quo Notkerus in Martyrologio ad VIII. Idus Septembris: *Nativitas S. Magni Confeſſoris diſcipuli & comitis B. Galli, Mirabilis atque Sanctiſſimi Viri*. Fuit *Magnus* ſeu *Magnoaldus* natione Alemannus; qui Clericus ab initio una cum Theodoro, aliquandiu vixit ſub *VVillimare* Presbytero, in Caſtro Arbona prope Brigantium: *VVillimarus* autem *Sanctum Gallum* benigne receperat, quando Sanctus *Columbanus* in Alemannia Verbum Dei prædicabat. Poſtquam *Sanctus Gallus* mortem Sancti Columbani, quæ in Monaſterio Bobii in territorio Ticinenſi ſito contigit, per revelationem accepiſſet, miſit ex Alemannia *Magnoaldum*, Diaconum in Italiam, ut quid actum eſſet circa Columbanum diligenter perquireret. Illuc cum Magnoaldus perveniſſet, *accepit a fratribus Epiſtolam ad B. Gallum continentem venerandi tranſitum Columbani*, inquit Walafridus Strabo Augiæ Abbas in Vita Sancti Galli, ex qua hæc omnia excerpſi. Mabillonius enim Sæculo II. Benedictino demonſtrat, Vitam Sancti *Magni*, ſeu *Magnoaldi* a Surio ad diem VI. Septemb. relatam, & ab aliis etiam recitatam nullius prorſus auctoritatis ſcriptionem eſſe, ac erratis ſcatere. Illius Auctor dicitur eſſe *Theodorus* Monachus, Sancti Magni diſcipulus, & occultatus teſtis eorum, quæ conſcripſit; cum tamen Theodorus ille larvatus Auctor ſit, & ſpecioſo Theodori nomine Vitam illam conſarcinarit, quæ tot Viros doctiſſimos decepit. *Magnoaldus* conſtruxit Monaſterium in loco *Fauces* appellato, *ad fontes Alpium Juliarum*, in Diœceſi Auguſtenſi, *Fueſſen* vulgo nunc dictum, ſitumque ad confinia recentioris Sueviæ, Tirolis ac Bavariæ. Perſtat illud ad hunc uſque diem, eſtque Ordinis Sancti Benedicti. Sancti *Magni* corpus ſepultum fuit in præfato Monaſterio.

XVI. *S. Vuilfridus ordinatur Ep. Eboracenſis.*

*Tuda* Epiſcopo Lindisfarnenſi, qui poſtquam Colmanus Britanniam reliquit, Epiſcopatus Eboracenſis curam geſſerat, demortuo, Sanctus *Vuilfridus* renunciatus eſt Epiſcopus Eboracenſis, idque ſub finem ſuperioris Chriſti anni, ad quem Beda in Epitome ſcribit: *Et Ceadda, & Vuilfrid Nordanhymbrorum ordinantur Epiſcopi;* ubi Beda Epitomatorum aliorum more, quæ diverſis annis geſta, & ad eandem rem ſpectant, uno tenore recitat, & *ordinationis* nomine hic nihil aliud ſignificat, quam Wilfridum, ac Ceaddam nominatos aut electos Epiſcopos Northumbriæ fuiſſe. Hoc *ordinandi* verbo in eadem ſignificatione uſi ſunt etiam Jornandes, ut anno CCCCLXXIV. numero VII. oſtendi, ac Hormiſdas Papa in Epiſtola ad Dioſcorum Tom. IV. Concil. pag. 1503. relata. Adhæc Marcellinus in Chronico ad Conſulatum Secundini & Felicis, ſeu ad annum Chriſti DXI. loquens de S. Macedonio Epiſcopo Conſtantinop. ait; *Locum Macedonii Timotheus meridiano tempore ab Anaſtaſio Cæſare Epiſcopus ordinatus invaſit*, præterea Continuator Marcellini *Indict. XV. iterum poſt Conſulatum Beliſarii*, anno DXXXVII. ait: *Papam Silverium Beliſarius ab Epiſcopatu ſummovit, & loco ejus Vigilium Diaconum ordinavit*, quæ verba retulimus anno DXXXVIII. num. VI. Denique Eddius Stephanus, cujus verba anno DCLXVII. num. VII. recitabo eundem loquendi modum uſurpat, cui cum obſervatus non fuerit, initium ordinationis Wilfridi hactenus an. DCLXIV. male alligatum. *Vuilfridum* enim anno tantum currenti & *Ceaddam* ſequenti conſecratos eſſe Epiſcopos certo me detexiſſe arbitror. Primo, quia in accurato Catalogo Præſulum Eboracenſium ex antiquo MS. a Labbeo pag. 322. Tom. I. Novæ Bibliothecæ eruto dicitur: *Tertio anno Epiſcopatus Colmanni, qui eſt triceſimus annus Pontificatus Scotorum in Anglia, finito conflictu de obſervantia Paſchali, miſſus eſt Vuilfridus ab Alfrido Rege in Gallias, ut ordinaretur Epiſcopus*. Et paulo poſt: *Pulſus eſt ab Epiſcopatu Vuilfridus anno ab incarnatione Domini DCLXXVII. qui eſt annus Epiſcopatus ſui duodecimus*. Tertius Colmani Epiſcopi Eboracenſis annus ſuperiori Chriſti anno abſolutus eſt, annuſque Chriſti DCLXXVII. duodecimus Epiſcopatus Wilfridi eſſe non poteſt, niſi hoc anno conſecratus fuerit. Secundo, ipſemet *Vuilfridus* in Concilio Romano an. DCLXXVIII. celebrato, coram Agathone Papa omnibuſque præſentibus dixit: *Sedem, quam per decem & eo amplius annos cum Dei clementia diſpenſabam, raptorum more invadere, atque eripere moliti ſunt, & in eadem Sede ſubſidere*, ut videre eſt apud Eddium Stephanum in ejus Vita cap. 28. Quare cum *Vuilfridus* an. DCLXXVII. dignitate deturbatus fuerit, anni illi deſumi

non

*liquias ſanctorum, quorum nomini & reverentiæ dicare diſpoſuerat. Qui votis pii patris libentiſſime parens, Romam abiit, Vitaliano Papa eodem tempore gubernante ſedem ejuſdem Eccleſiæ: atque ab eo ſuſcepta plurima Apoſtolorum & martyrum Chriſti pignora, una cum benedictione Apoſtolica rediens, ſecum detulit, codicumque ſacrorum copiam non minimam, &c.* Hæc enim ſatis ad inſtitutum de Vvandregiſilo viro ſanctiſſimo. Sane quidem videas his temporibus, quibus denſa caligine Oriens, ingruentibus Sarracenis & diverſarum ſectarum hæreticis obſcuratur, eluceſcere ſplendoribus ſanctorum Gallias & Britanniam: ita plane eo clarioribus & ardentioribus fulget fides, ut Sol alibi, radiis, quæ nubium denſitate lucere alibi prohibetur.

Se-

PAGIUS

non poſſunt ab anno DCLXIX. quo Theodorus Archiepiſcopus Cantuarienſis eum in Sedem Eboracenſis *Civitatis* Epiſcopum conſtituit; tot enim anni nondum effluxerant: ideoque a currenti proficiſcuntur, a quo ad an. DCLXXVII. anni decem & eo amplius intercurrunt. Ibi *Vvilfridus* numerum perfectum adhibet.

XVII. *Modus ordinandi Epiſcopos in Gallia uſurpatus.*

His adde, laudatum Eddium cap. 11. poſtquam locutus eſt de Colmani ex Anglia receſſu indicare Wilfridum nonniſi ſub finem anni ſuperioris Epiſcopum Eboracenſem electum eſſe: *Reges* inquit, (ſcilicet Oſwius & Alfridus ejus filius) *deinde conſilium cum ſapientibus ſuæ gentis* POST SPATIUM (a morte ſcilicet Tudæ, qui poſt Colmani diſceſſum in hujus locum ſubrogatus fuerat) *inierunt, quem eligerent in Sedem vacantem,* &c. *Reſponderunt omnes uno conſenſu: Neminem habemus meliorem & digniorem noſtra gentis, quam Vvilfridum Preſbyterum & Abbatem* &c. *Erat enim ita homo ille electus, ſicut Joannes Pracurſor Domini, & Ezechiel Propheta XXX. annorum ætatis* (natus enim erat anno Chriſti DCXXXIV.) *Tunc quoque conſenſerunt Reges, & omnis populus huic electioni*, licet Wilfridus primo abnueret. Tum cap. ſequenti Eddius Wilfridum his verbis loquentem inducit: *Sunt hic in Britannia multi Epiſcopi, quorum nullum meum eſt accuſare: quamvis veraciter ſciam, quod haud XIV. anni ſunt, ut Britones & Scoti ab illis ſint ordinati, quos nec Apoſtolica Sedes in communionem recepit, neque eos, qui Schiſmaticis conſentiunt. Et ideo in multa humilitate a vobis poſco, ut me mittatis cum veſtro præſidio trans mare ad Galliarum Regionem, ubi Catholici Epiſcopi multi habentur: ut ſine controverſia Apoſtolicæ Sedis, licet indignus, gradum Epiſcopalem merear accipere. Tale jam conſilium bene Regibus complacuit, præparantes ei navem & auxilia hominum, & pecuniæ multitudinem, ita ut valde honorifice ad Galliæ Regionem perveniret, ibique ſtatim Conventio magna facta eſt non minus quam duodecim Epiſcoporum Catholicorum, e quibus unus erat Ægelbercthus Epiſcopus, qui eum propter fidem ſuam indicatam, gratanter & honoriſice coram omni populo publice ordinaverunt, & in ſella aurea ſedentem more eorum ſurſum elevaverunt, portantes in manibus ſoli Epiſcopi intra Oratoria, nullo alio attingente, hymnoſque & cantica in choro canentes.*

XVIII. Hæc profecto omnia anno ſuperiori poſt *Tudæ* mortem fieri non potuere. Nam nonniſi *poſt Spatium* Reges & populus congregati ſunt, & tam in profectione, quam in magna Epiſcoporum conventione facienda aliquod tempus effluxit. Obiter obſervandum cum Mabillonio in Notis ad Vitam Sancti Wilfridi ab Eddio ſcriptam, laudatum locum inſignem eſſe ad illuſtrandum ritum, qui Gallis in ordinatione Epiſcoporum hoc tempore uſitatus erat; & quem *Ægelbercthum* vocat Eddius alium non eſſe quam *Agilbertum*, vel *Angilbertum* a quo jam Epiſcopo Pariſienſi Compendii *Vvilfridum* conſecratum fuiſſe teſtatur Beda lib. 3. cap. 28. Amplius dico, non tantum Wilfridi ordinatio, ſed ejus etiam in Galliam profectio ad hunc annum pertinent. Etenim Beda lib. 3. cap. 29. prodit, Reges Anglorum Oſwium Provinciæ Nordanhymbrorum & *Egbercth.* Cantuariorum, *habito inter ſe conſilio, quid de ſtatu Eccleſiæ Anglorum eſſet agendum*, aſſumpſiſſe *cum electione & conſenſu Sanctæ Eccleſiæ gentis Anglorum*, Presbyterum nomine Wighardum, *de Clero Deuſdedit Archiepiſcopi* Cantuarienſis, *& hunc Antiſtitem ordinandum Romam* miſiſſe. Tum lib 4. cap. 1. narrata morte *Deuſdedit*, quæ pridie Iduum Juliarum accidit, ait: *Tunc ceſſante non pauco tempore Epiſcopatu, miſſus eſt Romam ab ipſo* (ſcilicet Egberto Rege Cantuariorum) *ſimul & a Rege Nordanhymbrorum Oſvvi Vvighar Presbyter.* Ac denique cap. 2. *eo tempore quo defuncto Deuſdedit Dorovernenſis Eccleſiæ Epiſcopus quærebatur, ordinabatur, mittebatur, Vvilfridus quoque de Britannia Galliam ordinandus eſt miſſus*, vel, ut in Saxonico legitur, *ut ordinaretur, mittebatur.* Menſe itaque Julio ſuperioris Chriſti anni *Deuſdedit* Archiepiſcopo vita functo, poſt longam Sedis vacationem, ideoque hoc Chriſti anno *Vvighardus* Sanctæ vitæ Preſbyter ab utroque Rege, quia de cauſa Eccleſiæ utriuſque Regni agebatur, Romam, eodemque tempore Wilfridus in Galliam, ut ordinarentur, miſſi ſunt. Henſchenius ad diem XXIV. Aprilis Sancti Wilfridi Vitam ab Eadmero Monacho Cantuarienſi ſcriptam recitat, & cum eo Wilfridum *Archiepiſcopum* appellat. Verum *Vvilfridus* tantum Epiſcopus fuit, ut ex iis, quæ ſuo loco dixi, conſtat. Sed quia Eadmerus initio ſæculi duodecimi, quo Præſules Eboracenſes Archiepiſcopi erant, floruit, ſui ſæculi moribus deceptus fuit. Neutra itaque ordinatio, *Vvilfridi* ſcilicet & *Ceaddæ* annis ſuis hactenus redditæ fuere. Sed de Ceaddæ conſecratione agam anno DCLXVII.

*Vvilfridi Gallicana profectio & ordinatio.*



I. *Theodorus Epiſc. Conſtantinop.*

SEquitur ordine temporis annus Redemptoris ſexcenteſimus ſexageſimusſextus, Indictione nona: quo Conſtantinus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ubi ſediſſet annum unum, menſes duos, & dies ſeptem, ut Nicephori Chronicon habet, moritur, ſubrogaturque in locum ipſius Theodorus presbyter Syncellus & cuſtos vaſorum. Fuit iſte hæreticus omnium impudentiſſimus, ſubdolus, verſipellis, malorum omnium concinnator egregius, Monothelitarum ſectæ propugnator audaciſſimus: cui cum pax ſumma fuerit atque poteſtas, quamdiu Conſtans Imperator vixit; æque poſſumus intelligere fidem ipſius Imperatoris, quam Catholicam profiteri viſus eſt in Occidente, nihil præterea fuiſſe, quam larvam ad mentiendum atque decipiendum impoſitam. Qui igitur in malum Eccleſiæ Catholicæ hoc anno ſedere cœpit Theodorus, pervenit uſque ad annum duodecimum ſuæ ſedis. Ita corrigas textum Nicephori, ubi legitur ſediſſe annos duos & menſes tres, ut reſtituas annos duodecim: uſque enim ad annum ante Sextam Synodum ſediſſe, quæ inferius dicentur, oſtendent. Hic eſt ſtatus anni hujus Orientalis Eccleſiæ plane miſer.

II. *Concilium Emeritenſe.*

Hoc eodem anno, qui numeratur decimus octavus Receſuinthi Regis, Æra ſeptingenteſimaquarta celebratum eſt Concilium Emeritenſe duodecim comprovincialium Epiſcoporum provinciæ Luſitaniæ: cujus ſunt canones vigintitres ad optimum Eccleſiæ ſtatum diſponendum ſpectantes. Sed memoria dignum, quod habet canon tertius de ope ferenda a ſacerdotibus Regi, dum in bello detinetur, his verbis:

*Sacrificium quotidianum pro Rege decernitur.*

*Inſtituit hoc ſanctum Concilium, ut quandocumque eum cauſa ingredi fecerit contra ſuos hoſtes, unuſquiſque noſtrum in Eccleſia ſua hunc teneat ordinem; ita ut omnibus diebus per bonam diſpoſitionem ſacrificium omnipotenti Deo pro ejus, ſuorumque fidelium, atque exercitus ſui ſalute offeratur, & divinæ virtutis auxilium impetretur: ut ſalus cunctis a Domino tribuatur; & victoria illi ab omnipotente Deo concedatur. Tamdiu hic ordo tenendus eſt quamdiu cum divino juvamine ad ſuam redeat ſedem. Quiſquis hujus inſtitutionis modum implere diſtulerit, ſciat ſe a ſuo Metropolitano eſſe excommunicatum.* Hæc de his Synodus.

III. Sed & illud recens inſtitutum eſt canone quinto, ne niſi presbyteri ab Epiſco-

PAGIUS SÆC. VII

Anno Eræ Hiſpan. DCCIV. Anno Hegiræ XLVI. inchoato die 13. Mar. fer. 6. A.C. 666.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6159.

☉ 3. D. ☽ 2. P. 29. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 666.

VITALIANI PAPÆ 10.

CONSTANTIS IMP. 26.

HIc annus iſta formula notatus: *XXV. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XXIII.*

I. *Poſtconſulatus.*

II. *Obitus Conſtantini Epiſc. Conſtantinopolitani.*

Ad num. I. *Conſtantinus* Patriarcha Conſtantinop. qui anno DCLXXIV. Sedem inierat, mortuus eſt anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Nam ut Nicephorus in Chronico docet, ſedit anno uno, menſibus VIII. & diebus VII. ita legitur tam in editione Græca Scaligeri quam in editione Regia, licet Baronius uſus forſan editione Nicephori parum correcta habeat annum I. menſes II. & dies VII. Fuit *Conſtantinus* Epiſcopus Catholicus; ſed *Theodorus* Preſbyter Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Syncellus, & Vaſorum Cuſtos, qui ei ſucceſſit, nequiſſimus Monothelita extitit, indeque poſt annos duos, ut infra videbimus, e Sede dejectus eſt. Baronius annos decem, quos *Petro* Epiſcopo Conſtantinop. dempſiſſe diximus, *Theodoro* attribuit, aſſeritque hunc annos duodecim ſediſſe, ac erraſſe Nicephorum in Chronico, ubi ei annos duos & menſes tres aſſignat. Verum Cardinalem doctiſſimum hac in re falli, anno DCLXXVIII. demonſtrabimus.

III. *Concilium Emeritenſe.*

Ad num. II. & ſeq. In præfatione Concilii Emeritenſis legitur: *Synodus quæ geſta eſt in Provincia Luſitania apud Urbem Emeritenſem, quæ caput ejus dignoſcitur eſſe, duodecim Epiſcopis in unum collectis, die VIII. Iduum Novembris anno XVIII. Sereniſſimi & Piiſſimi Receſuinthi Regis, Era DCCIV.* Quare cum Receſuinthus die XXII. Januarii, anni DCXLIX. Rex creatus fuerit, hujus Concilii Epocha recte a Baronio conſtituta. Conſtat illud viginti duobus Decretis ad diſciplinam Eccleſiaſticam pertinentibus, quæ ſummatim explicantur a Natali Alexandro in Selectis Hiſt. Eccleſiaſt. capitibus Sæculo VII. Huc revocanda Epiſtola Innocentii III. Papæ ad Petrum Conſtantinopolitanum Archiepiſcopum ſcripta, qua Concilium Emeritenſe confirmatur, & aliqua ad iſtud Concilium pertinentia magis explicantur. Extat ea Tomo VI. Conciliorum edit. Labbeanæ pag. 511.

IV. *Vvina pellitur ab Epiſcopatu Vvintoniæ.*

Hoc anno *VVina* Epiſcopus Wintoniæ a Rege *Kenevvalco* Præſulatu pulſus, ut habent Weſtmonaſterienſis & Wigornienſis, qui ejus Præſulatui annos ſex tribuunt. Beda lib. 3. cap. 7. *Kenevvalcum* poſt ſeceſſionem *Agilberti* Occidentalium Saxonum Epiſcopi *graviſſimis Regni ſui damnis ſepiſſime ab hoſtibus* afflictum fuiſſe affirmat. Damnorum tamen ab eo perpeſſorum diſerte non meminere Veteres, niſi cladis ſolius, qua afflictus eſt anno DCLXI. ut Chronographus Saxo, Weſtmonaſterienſis, & Wigornienſis, vel anno inſequenti ſeu anno XX. currente Regni ejus ac triennio ante Eclypſim Solis peſtemque quæ contigit anno DCLXIV. Tunc enim, ut habet Huntindonus, *VVlfherus* Rex Merciorum *Kenevvalcum* prœlio fudit circa Paſcha

ſcopis impedimento aliquo detentis vicarii in Concilium mitterentur, iiſdemque ſedere a tergo Epiſcoporum concederetur, diaconis autem nullo modo. Fuit & illud ſalubriter decretum, ne quis defuncto Epiſcopo quoquo modo detraheret, ſed gravibus plectendos pœnis, qui ſecus egerint. Eſt ſancitus de his canon decimusſeptimus, in quo hæc poſt alia: *Inſtituentes igitur decernimus, ut nullus ſubjectus decedentem detrahat Epiſcopum: nullus de eo deroget, nec malum quicquam loquatur. Si quis talia deinceps facere præſumpſerit: ſi presbyter fuerit, tribus menſibus ab Epiſcopo ſub pœnitentia religatus maneat: ſi diaconus, quinque; ſi ſubdiaconus, aut clericus, vel quilibet religioſus de majori gradu (quia conſtat ex his jam aliquos per bonam actionem eſſe venerandos) novem: ſi minimi fuerint, qui levi corde ſint, minimeque adhuc perſonæ quinquagenis flagellis juſſione feriantur Epiſcopi: quod ſi laicus quamvis ingenuus, in domo Eccleſiæ tamen nutritus, & ab Eccleſiæ rebus, dignitatis gratia præditus, juxta quod dignitas ejus exegerit, pro tali exceſſu excommunicationis ſententia feriendus erit: ſi vero de familia Eccleſiæ fuerit quiſque (quia & in his diſcretionis eſt gradus) ſi major fuerit qui dignitate polleat, ſex menſibus ab Epiſcopo ſuo excommunicatus maneat: inferior tamen, aut minima perſona diſciplinam mereatur, juxta quod Epiſcopi proceſſerit ſententia. Dignum eſt enim, ut cui in vita honor*

*fuit*

PAGIUS ſcha, Regionem Saxonum Occidentalium vaſtavit, Provinciamque *Meœnuariorum* & inſulam *Vectam* ipſi eripuit. Quare *Agilbertus* a Regno Kenevvalci ſaltem anno DCLXI. ſeceſſit.

V. *Emit Epiſcopatum Londinienſem.* *Pulſus eſt Vini ab eodem Rege,* (Kenevvalco) *de Epiſcopatu qui ſecedens ad Regem Merciorum, vocabulo VVlfheri, emit pretio ab eodem Sedem Lundoniæ Civitatis*, inquit Beda lib. 3. cap. 7. qui addit, ea ratione Provinciam Occidentalium Saxonum tempore non pauco abſque Præſule fuiſſe. Hoc pacto *VVolferus* Rex, qui pro Chriſtiana fide hactenus recte egerat, coronam ſuam, nomenque maculavit.

VI. *S. Ceadda ordinatus Epiſc. Eboracenſis.* Hoc anno *VVina*, antequam Epiſcopatu deiiceretur, Sanctum *Ceaddam* Abbatem Monaſterii Leſtingaheu Epiſcopum Eboracenſem ordinavit. Tempus rei geſtæ, cauſamque nos edocet Beda lib. 5. cap. 20. *Quo* (ſc. Wilfrido) *adhuc in tranſmarinis partibus demorante, conſecratus eſt in Epiſcopatum Eboraci, jubente Rege Oſvvi, Ceadda Vir Sanctus, & tribus annis Eccleſiam ſublimiter regens*, &c. Idem habet lib. 3. cap. 28. Eadmerus in Vita Sancti Wilfridi cap. 2. num. 18. rem magis explicat: *Quo poſt ordinationem ſuam in tranſmarinis partibus demorante, ii quorum ſectæ pravitas per eum pridem detecta fuerat, atque deiecta, rependendarum injuriarum ſeſe jam tempus opportunum accepiſſe putantes, Regem Oſvvium fraudulenta calliditate convenientes circumveniunt, circumveniendo in eam ſententiam ducunt, quatenus Ceaddam Eboracæ Civitatis Epiſcopum fieri jubeat, ne Eccleſia diutius carrente Paſtore, fides Chriſti quamlibet jacturam incurrat: præſertim cum penitus, inquiunt, ignoretur, quo VVilfridus devenerit, quem ad ipſius Eccleſiæ regimen ordinandum in Galliam Alfridus direxit.* Quare cum Ceadda anno DCLXIX. a Sede Eboracenſi remotus fuerit, ut infra videbimus, primus Epiſcopatus ejus annus a præſenti repetendus; non vero ab anno DCLXIV. ut habet Whartonus Part. I. Angl. Sacr. pag. 426. & vulgaris fert opinio.

VII. *Ante hunc annum ad eum Epiſcopatum non electus.* Immo nec eo anno Epiſcopus electus fuit, cum ideo ab Oſvvio Rege Epiſcopus Eboracenſis renunciatus fuerit, quia Wilfridus poſt ordinationem ſuam e Galliis non veniebat, interimque Eccleſia Eboracenſis Paſtore viduata remanebat. Audiendus etiam Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 14. *Quodam igitur tempore adhuc S. VVilfrido Epiſcopo trans mare non veniente* (ideoque non anno DCLXIV.) *Oſvvin Rex male ſuadente invidia, hoſtis antiqui inſtinctu, alium præarripere inordinate Sedem ſuam edoctus conſenſit ab his qui quarta-decimanam partem contra Apoſtolicæ Sedis regulam ſibi elegerunt, ordinanteſque ſervum Dei religioſiſſimum & admirabilem Doctorem, de Hibernia inſula venientem, nomine Ceadda, adhuc eo ignorante* (ſc. S. Wilfrido qui in Galliis erat) *in Sedem Epiſcopalem Eboricæ Civitatis indocte contra Canones conſtituerunt.*

VIII. *Cur conſecrandus in Cantium miſſus fuerit.* Pergit Eadmerus citatus: *Hac ipſorum verſutia Rex Oſvvius incaute præreptus, dato præfato Ceaddæ ipſius Eccleſiæ Pontificatu, miſit eum Cantiam in gradum Sacerdotii conſecrandum. Quo cum ſuis veniens, & eandem Sedem Paſtore viduatam inveniens, inde divertit, prædictum VVinæ Epiſcopum adiit, ut Epiſcopus ab eo conſecraretur, obtinuit.* Idem narrat Beda lib. 3. cap. 28. ſed verbis ſubobſcurioribus, aitque Oſwium miſiſſe Cantiam Virum Sanctum vocabulo Ceaddam cum ſuo Presbytero. *Verum illi Cantiam pervenientes, invenerunt Archiepiſcopum Deuſdedit jam migraſſe de ſæculo, & necdum alium pro eo conſtitutum fuiſſe Pontificem. Unde diverterunt ad Provinciam Occidentalium Saxonum, ubi erat VVini Epiſcopus: & ab illo eſt Vir præfatus conſecratus Antiſtes*, &c. *Non enim erat tunc ullus, excepto illo VVine, in tota Britannia Canonice ordinatus Epiſcopus.* Non miſit Oſwius Rex Ceaddam ad Deusdedit menſe Julio anni DCLXIV. vita functum, cujus mortem ignorare non poterat, cum ipſemet & *Egbertus* Cantuariorum Rex, poſtquam eam accepiſſent, *VVighardum* Presbyterum, ut Epiſcopus Dorovernenſis conſecraretur Romam miſiſſent, ut ſuo loco retuli. Quare exiſtimo ideo Oſvvium Regem hoc anno Ceaddam in Cantium ordinandum miſiſſe, quia putabat, *VVighardum* jam Romam reducem eſſe. *Verum Vighardus Romam perveniens, priuſquam conſecrari in Epiſcopum poſſet, morte præreptus eſt*, ut prodit Beda lib. 3. cap. 29. & fuſius ex eodem explicavi anno ſuperiori. Hæc ratio hujus miſſionis Ceaddæ in Cantium, ejuſque ordinationis per *VVinam*.

IX. *S. Vvilfridus e Gallia redit.* *VVilfridus* ordinationis Ceaddæ inſcius hoc anno e Gallia in Britanniam rediit. Tempus eruo e Richardo *Priore* Hauguſtaldenſi, qui ſæculo duodecimo floruit, quique Tomo primo Collectionis Londinenſis pag. 293. ſcribit *VVilfridum ſecundo poſt electionem ſuam anno in*

An-



*fuit impenſus, poſt mortem detractionis ſubtrahatur ſtimulus.* Hæc Patres, & digne quidem, ſecundum illud vulgatum: *Ne quid in mortuum, neque ſi fuerit ipſe Nero; prout alibi meminimus nos ex Luciano notaſſe.*

Statuit & illud ſanctum Concilium, ut cui ob paupertatem ipſarum plures creditæ eſſent eccleſiæ, in illis ſingulis ſingula ſacrificia Dominicis diebus offerre deberet. Extat de his canon decimus nonus. *Non detrahendum de functis Epiſcopis.* Reliqua prætermittimus quamvis obſervatione digniſſima, ne longe nimis ab inſtituto digrediamur. Tu majori otio ipſa conſulas.

An-

PAGIUS Angliam reverſum eſſe. Præterea Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 14. ait, eum poſt ſuum e Gallia reditum *tribus annis* in Ripenſi Monaſterio manſiſſe; Denique Eadmerus citatus num. 22. tradit, Wilfridum per tres continuos annos, antequam Eboracenſem Epiſcopatum obtinere poſſet, *licet Epiſcopalis Cathedra proprium locum nuſquam haberet*, tamen Epiſcopali officio *per tres continuos annos* ſtudioſe intentum fuiſſe. Quamobrem cum anno DCLXIX. Eboracenſem Sedem adeptus fuerit, ante præſentem annum Wilfridus e Gallia non rediit. Narrat Eddius citatus Wilfridum toto illo triennio frequenter a *VVlfhero* Merciorum Rege *ad officia diverſa Epiſcopalia in Regione ſua* invitatum eſſe, eique mox ad Monaſteria condenda varia bona largitum eſſe: illum quoque *Egbertum* Cantuariorum Regem ad ſe accerſiiſſe, ut Presbyteros ac Diaconos illic ordinaret. Ubi cum Eddius Alfridi Regis, S. Wilfridi Magni patroni mentione non faciat, non dubium, quin is hoc vel ſuperiori anno e vivis abierit; eo magis, quo nulla ejus amplius in Hiſtoricis Anglis memoria occurret.

X. *Saraceni Africam invadunt.* *Muavia* Saracenorum Calipha, ut Novveirius Rerum Arabicarum Scriptor ait, poſtquam Regnum pacifice obtinuit, & varias ſibi Urbes ſubiecit anno Hegiræ XLVI. (*Cairoanum* Africæ Minoris Oppidum ædificavit. A quo tempore bellum inter Arabas, eorumque proſelytos ex una parte, & ex altera Græcos & Afros indigenas per plures annos varia fortuna geſtum. Hujus invaſionis meminere Elmacinus ad annum Hegiræ XLVI. & Theophanes ad annum primum Conſtantini Imp.

Hoc anno *Petrus* Conſtantinop. Epiſcopus Monothelita mortuus eſt, eique *Thomas* Vir Orthodoxus ſucceſſit, ut ſuo loco diximus.

I. Saporius Præfectus Armeniæ tyrannus.

ANnus agitur ſexcenteſimus ſexageſimusſeptimus, Indictione decima: quo Saporius Armeniæ Præfectus rebellans adverſus Imperatorem, a Rege Sarracenorum auxilium petiturus legat ad eum Damaſci degentem Sergium magiſtrum militum: quo & legatio Conſtantis Imperatoris advenit, eo fungente munere Andrea cubiculario: auditique ambo ſimul fuere a Mahuvia Sarracenorum Principe. Inſultante vero & contumelioſe multa in Andream jactante Sergio illo a tyranno legato, ei potius favit Princeps Sarracenorum, multa pollicitus; dimiſitque Andream conteſtantem, ſpretum Romanorum Imperatorem a Deo auxilium petere, & in ipſo haud fruſtra ſperare. Quod haud inane ceſſiſſe, paulo poſt declaravit eventus: nam Sergius ille rediens, in manus Andreæ neſciens venit, & pœnas dignas dedit ſuſpenſus in ligno. Tunc & miſſus eſt ab Imperatore Nicephorus Patricius adverſus tyrannum: ſed quomodo abſque armis, Deo pugnante, ſuperatus ſit, audi: *Erat* (inquit Theophanes) *Sapor tyrannus Hadrianopoli degens, & cum Nicephorum ad ſe venire comperiſſet, exercebat ſe ipſum ad prœlium. Verum die quadam contigit, hunc ſecundum conſuetudinem de civitate ſuper equum ſedentem exire: cumque portæ civitatis appropinquaſſet, equum flagello percuſſit: qui jactanter ſaltans, & hujus caput in portam allidens, hunc vita male privavit; & ſic Deus victoriam Imperatori contulit.* Iſta meruit fides, quam animoſe de divino auxilio legatus ante conceperat.

II. De cauſa Joan. Lappenſis Epiſcopi.

Hoc eodem anno, inchoato menſe Septembri undecima Indictione, Joannes Epiſcopus Lappæ in Creta injuſtitiam paſſus ab Archiepiſcopo Cretenſi, appellans ad Romanum Pontificem, cum detineretur ne Romam veniret, tandem elapſus venit ad Vitalianum Pontificem. Sunt de his litteræ ejuſdem Vitaliani Papæ ad Paulum Cretenſem Archiepiſcopum, quarum eſt exordium (*a*): *Decimonono die menſis Decembris præſentis undecimæ Indictionis Joannes Epiſcopus Lappæ urbis intra baſilicam venerabilem beati principis Apoſtolorum Petri nobis intulit petitionem, per quam nos obnixe poſtulavit, atque conjuravit, per terribilem, inquiens, adventum magni Dei atque Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ut ſecundum ſacratiſſimos canones, inſtitutaque ſanctorum Patrum, ejus cauſæ meritum requireremus, & ſententiam promulgaremus, &c.* Non deſpexit juſtam Vitalianus petitionem, ſed annuit, atque Synodum Epiſcoporum collegit, in qua ejus cauſa cognoſceretur. Cum autem innotuiſſet Patribus in Synodo conſidentibus, injuſtitiam paſſum ipſum fuiſſe, communi eum abſolvunt calculo. Ipſe vero Vitalianus ſcribens ad Paulum Cretenſem Archiepiſcopum, qui appellantem Epiſcopum cohibuerat, eum redarguens, habet hæc inter alia:

(*a*) *Vital. ep.* 1. *t.* 2. *ep. Rom. Pont.*

III. Abſolutus Joannes.

*Oportebat tuam fraternitatem ſecundum canonum vigorem, tempore quo ſe petiit ad nos venire, eum abſolvere tuis litteris: quem non ſolum noluiſti canonice abſolvere ad principis Apoſtolorum limina, ſed magis reſpondiſti ei indecenter, inquiens: Quia non competenter quæris. Quæ ergo ſancti ſanxerunt Patres, indicentia ſunt? An placentia tibi, decentia ſunt? Igitur præfatum Joannem Antiſtitem æque inculpabilem reperientes juxta teſtum ſententiæ a te nobis directæ, fecimus nobiſcum cum Epiſcopis ad Miſſarum ſolemnia in eccleſias Dei præcedere. Itaque ſtatuimus atque firmamus per hujus noſtræ præceptionis auctoritatem, omnia quæ a te, tuaque Synodo contra canonum inſtituta, contra legum decreta geſta confectave ſunt, vel ſententiam promulgatam adverſus eum, inania & vacua eſſe: ſed quicquid claruerit eum damnificatum, ejuſdemque Eccleſiam a quoquam, ei tua dilectio faciat reddi, per omnia conſervans eum abſque damno, &c.* Multa reprehendit & comminatur in eum Vitalianus. Porro data eſt epiſtola menſe Auguſto anni ſequentis: tantum plane temporis eſt interlapſum, donec Acta in Joannem confecta Romam mitterentur, & Synodus Romæ colligeretur Epiſcoporum. Sic igitur vidiſti, quantopere in Archiepiſcopum commotus ſit Vitalianus, quod appellanti ad Apoſtolicam ſedem non detuliſſet, ſed contempſiſſet Apo-



PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCCV. Anno Hegiræ XLVII. inchoato die 2. Martii fer. 3. A. C. 667.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6160.

☉ 4. C. ☽ 3. P. 18. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 667.

VITALIANI PAPÆ 11.

CONSTANTIS IMP. 27.

I. Poſtconſulatus.

HIc annus iſta formula notatus: *XXVI. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XXIV.*

II. Rebellio adverſus Imperatorem.

Ad num. I. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alexand. DCLIX. Kalendis Septembr. hujus Chriſti anni inchoato, refert rebellionem *Saborii*, non vero *Saporii*, ut perperam in Annalibus Baronii vocatur, *Armenicæ militiæ Ducis* adverſus Imperatorem Conſtantem, quæ ideo recte ab illo hoc anno conſignatur.





poſtolicæ ſedis auctoritatem. Sed & irritavit etiam idem Pontifex ſententiam latam ab Epiſcopis Orientalibus, cum hæreticis Patriarcha Theodorus (ut dicemus) ejus nomen a Diptychis abradere conatus eſt. Porro & aliæ quoquæ litteræ eadem ex cauſa datæ a Vitaliano leguntur.

IV. Obitus S. Ildefonſi Epiſcopi Toletani.

Hoc eodem anno, menſe Januario, magnus ille meritis ſanctus Ildefonſus Toletanus Archiepiſcopus ex hac vita migrat, ubi magna cum laude Eccleſiam illam rexiſſet annos novem & menſes duos: de quo inſtar epitaphii ſepulcralis hic elogium appoſitum velut appendicem ad libellum ejus de viris illuſtribus ex Vaticano codice deſcribemus. Quis autem ejus ſit auctor, ignoratur, ſed eum fuiſſe conſtat, qui hoc vivebat tempore, & hæc de ſancto ſcripſit, antequam ejus crearetur ſucceſſor Epiſcopus: ſiquidem dum de Ildefonſo ea ſcribit, noviſſimum eum appellat Toletanum Epiſcopum. Sed audi illum, qui hæc habet:

Laudes S. Ildefonſi.

*Ildefonſus memoria ſui temporis clarus, & irriguis eloquentiæ fluminibus exornans Eccleſiam, ætatis noſtræ noviſſimus Toletanæ ſedis adſcitus in cathedram, Præſul poſt ſecundum Eugenium in ſacerdotium conſecratur, vir tanta laude digniſſimus, quanta & virtutum gratia nume-*



*roſus fuit. Denique timoris Dei inſtantiæ plenus, præditus virtutibus, religione comptus, compunctione probus, inceſſu gravis, honeſtate laudabilis, patientia ſingularis, ſecreti tacitus, ſapientiæ ſummus, diſſerendi ingenio clarus, eloquendi facultate præcipuus, linguæ flumine copioſus, tantoque eloquentiæ cothurno celebris habitus, ut diſputationum ejus profuſa oratio dum per recta dirigitur, merito non homo, ſed Deus per hominem affatim eloqui crederetur. Hic igitur ſub rudimentis adhuc infantiæ degens, divino tactus ſpiritu, vitæ delectatus eſt monachorum, contemptiſque parentum rerumque affectibus, Agalienſe monaſterium petiit, monachumque ſe in eo multis annis decenter exhibuit: cœnobium quoque virginum in Deilſenſi villula conſtruxit, ac propriis opibus dedicavit *: rector deinde effectus Agalienſis cœnobii, monachorum mores exercuit, rem diſcrevit * vitamque ſervavit: Principali poſt hæc violentia Toletum reducitur, atque ibi poſt deceſſoris ſui obitum Pontifex ſubrogatur.*

* ædificavit

V. Scripta S. Ildefonſi.

*Scripſit ſane quamplurimos libros luculentiori ſermone puriſſimos, quos idem in tot partibus cenſuit dividendos, id eſt, librum proſopopejæ imbecillitatis propriæ, libellum de virginitate ſanctæ Mariæ contra tres infideles, opuſculum de pro-*



PAGIUS III. *Obitus S. Ildefonſi Epiſc. Toletani.*

Ad num. IV. & ſeq. In Vita Sancti Idelfonſi Epiſcopi Toletani ſcripta a Juliano Epiſcopo etiam Toletano legitur de eo: *Novem annis & duobus fere menſibus clarus habitus fuit: expletoque octavo decimo prædicti Principis* (nempe Reccesuinthi Hiſpaniarum Regis) *anno ſequenti die X. Kal. Februarii domicilio carnis exuitur.* Baronius eadem verba refert, ſed ex Codice mendoſo, ubi habebatur *ſequenti die Kalendarum Februariarum.* Quem errorem ipſe ex Martyrologio Romano corrigit, in quo hujus Sancti Natalis celebratur *X. Kal. Februarii.* Præſenti itaque anno, quo XVIII. Receſuinthi Regis abſolvitur die XXII. menſis Januarii, Sanctus Idelfonſus ad immortalem vitam tranſiit, idque die XXIII. Januarii. Duo extant ejus Vitæ Scriptores aut potius Abbreviatores, editi tam a Bollando ad diem XXIII. Januarii, quam a Mabillonio Sæculo Secundo Benedictino, qui conſulendi ſunt.

IV. *Moritur Vualdebertus Abbas Luxovienſis.*

Obiit hoc anno Sanctus *Vualdebertus* Abbas Luxovienſis in hodierno Burgundiæ Comitatu. Nam, ut docet in ejus Vita Adſo Abbas Luxovienſis, qui & Hermiricus appellatur, & floruit ſæculo decimo, *per quadraginta annorum ſpatium* Monaſterium illud rexit, & *multis miraculorum virtutibus adornatus, migravit ad Dominum VI. Nonas Majas.* Quare cum Sanctus *Euſtaſius* ejus Deceſſor anno ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo in Domino obdormierit, obitus illius in præſentem annum incidit. Natus erat inclyta proſapia in pago Pontivo, ſito in Picardia Occidentali inter Somonam & Anthiam & Altiliam fluvios, vulgo *Le Pontyeu*, & ſub militari habitu erga pauperes opera miſericordiæ exercuerat, ſedula verſans cogitatione quod poſtea opere complevit. Ad Luxovienſe enim Monaſterium venit, & traditis rerum ſuarum, quæ per diverſa loca ampliſſime poſſederat, prædiis; armiſque depoſitis a *Sancto Euſtaſio* tunc Abbate habitum religioſum accepit.

V. *Familiaris fuit SS. Bathildi, Salaberga & Burgundoforæ.*

Poſtquam *S. Bathildis* Monaſterium Corbejenſe fundavit, Abbatem a Waldeberto, qui eidem præficeretur, expetiit. Adjuvit *Sanctam Salabergam* in conſtituendo Monaſterio in ſuburbio Lingonicæ Urbis & Laudunum transferendo. Salabergæ in ſpecie Waldeberti poſtea Angelus apparens, tempus mortis indicavit, ut in hujus Sanctæ Vita legitur. Jonas in Vita Sancti Euſtaſii ſcribit, eum Sanctæ Burgundofaræ Monaſterium ædificaſſe, *fratreſque* inquit, *qui ædificandi curam habeant deputat, germanum puellæ Chagnoaldum & Vualbertum, qui ei poſtea ſucceſſit, ut Regulam doceant decernit*, cum ſcilicet Gundoaldus qui eam religionis veſte induerat, Urbis Meldenſis Epiſcopus eſſet. Inde tam Hildegarius in Vita Sancti Faronis fratris Burgundofaræ & Epiſcopi Meldenſis poſt Gundoaldum, recitata a Mabillonio Sæculo Secundo Benedictino, quam Anonymus, qui Vitam Sancti Agili Abbatis Resbacenſis, quæ ibidem extat, elucubravit, occaſionem ſumpſere ſcribendi *Sanctum Vualdebertum* fratrem fuiſſe *Faronis* ac Epiſcopum Meldenſem. Verum Chiffletius in Probationibus Hiſtoriæ Trenorcienſis pag. 154. obſervavit, hæc verba, *qui ei poſtea ſucceſſit*, referri a Jona ad Euſtaſium Waldeberti Abbatis Deceſſorem. Et tamen iis Auctoribus deceptus Cointius commentus eſt *Vualdebertum* fuiſſe fratrem *Faronis* & ex Abbate Luxovienſi Sancto Faroni ſucceſſiſſe in Epiſcopatum Meldenſem anno DCLXXII. quod ſuo loco refutavimus.

VI.

Ad hunc circiter annum pervenit Sanctus *Lu-*

*prietate perſonarum Patris & Filii & Spiritus ſancti, opuſculum de viris illuſtribus, opuſculum Annotationis in ſacramentis, librum in cognitione baptiſmi unum, & de progreſſu ſpiritualis deſerti alium: quod totum partis primæ voluit volumini connectendum: Partis quoque ſecundæ liber epiſtolarum eſt, in quo diverſis ſcribens, ænigmaticis formulis egit, perſonaſque interdum induxit: in quo etiam a quibuſdam luculentiora ſcriptorum reſponſa promeruit. Partem ſane tertiam Miſſarum eſſe voluit, hymnorum, atque ſermonum: Altioris denique partis liber eſt quartus verſibus proſaque concretus, in quo epitaphia & quædam ſunt epigrammata annotata. Scripſit alia multa, quamvis variis moleſtiarum occupationibus impeditus: aliqua cœpta, aliqua ſemiplena reliquit. Adſcitus autem in pontificatum nono glorioſi Reccesuinthi Principis anno, novem annis & duobus fere menſibus clarus habitus fuit, vitæque meritis & retentione regiminis: expletoque decimooctavo prædicti Principis anno, ſequenti die Kalendarum Februariarum domicilio carnis exuitur, atque in Eccleſia beatæ Leocadiæ tumulatur, ad pedes ſui conditus deceſſoris cum quo creditur æterno frui receptaculo claritatis.* Hucuſque auctor. ☞ Verum Romanum Martyrologium ejus ad Deum tranſitum celebrat non ſequenti die (ut ait hic auctor) Kalend. Februariarum, ſed decimo Kalendas Februarii ☜. Dolemus magnopere injuria temporum, graſſationibuſque Sarracenorum, tot nobiliſſimi ingenii monumenta, perpaucis exceptis magna jactura Eccleſtaſticæ Hiſpaniarum antiquitatis, eſſe deperdita. Succeſſit autem Ildefonſo Cyriacus, poſt quem ſedit S. Julianus ejus nominis ſecundus. Sed de his inferius ſuis locis dicendum erit. ☞ Porro dies Natalis ejuſdem ſancti agitur in Romano Martyrologio die vigeſimatertia menſis Januarii, qua ibi de ipſo in Notis egimus.

Sex-

PAGIUS

*Moritur S. Lupus Ep. Cabilonenſis.*

*pus* Cabilonenſis Epiſcopus, cujus Vitam ab Auctore Anonymo ſcriptam exhibet Bollandus ad diem XXVII. Januarii, quo ad Deum migravit & in Eccleſia Cabilonenſi colitur. Epiſtola quidem LII. lib. IX. Regiſtri Gregoriani indict. IV. qua Divus Gregorius Auguſtinum & ſocios commendat, inſcripta dicitur *Mennæ Toloſano, Sereno Maſſiliæ, Lupo Cabilonenſi, Agilo Meris, Simplicio Pariſiis, Melantio Rothomagenſi, & Licinio Epiſcopis Francorum a paribus*. Verum licet plerique illorum Epiſcoporum anno DCI. quo ea Epiſtola data vixerint, epigraphe tamen illa vel depravata vel ab aliquo ſciolo addita, ut liquet ex iis quæ Guſſanvillæus in Notis ad eandem, & Cointius anno DCI. num. XXXVIII. in medium adducunt. Nam, ut de ſolo Lupo Cabilonenſi Epiſcopo hic verba faciam, Eccleſiam Cabilonenſem rexit poſt *Sanctum Gratum*, qui Concilio Cabilonenſi tertio ſub Clodoveo II. Neuſtriæ & Burgundiæ Rege celebrato ſubſcripſit, quique paulo poſt cellulæ ſe ſe incluſit, & peracta ſpontanea ſeptem annorum pœnitentia ad Eccleſiam ſuam reverſus vita functus eſt anno DCLII. ut ejus Vitæ Auctor teſtatur. Ei ſucceſſit *Sanctus Lupus*, ut liquet ex antiquis Indicibus Cabilonenſium Epiſcoporum. In laudata Vita narrantur plura de ejus virtutibus ac miraculis, ſed ſine ullo temporis charactere præter diem emortualem. Bollandus præfata epigraphe deceptus exiſtimat, hallucinatos eſſe, qui *Gratum* ejus Deceſſorem faciunt, illiuſque mortem anno DCI. conſignant. Verum Mabillonius Sæculo III. Benedictino parte II. in Appendice refert Privilegium Emmonis Epiſcopi Senonenſis pro Monaſterio Sancti Petri apud Senonas emiſſum a Clotario III. Francorum Rege *anno tertio Regni ejus*, cui inter alios multos Præſules ſubſcribit *Lupus Epiſcopus*, qui alius eſſe non poteſt, quam Lupus noſter. Quare anno DCLVIII. quo Privilegium illud datum, Cabilonenſis Epiſcopus erat, & Succeſſorem habuit *Deſideratum* cognomento *Didonem*, de quo Auctor Anonymus Vitæ S. Leodegarii Epiſcopi Æduenſis, cum loquitur de rebus anno DCLXXIII. geſtis.

Legatio Anglicana ad *Vitalianum Papam*, de qua anno DCLXV. num. II. Obitus S. *VVandregiſili* Abbatis de quo anno DCLXV.



I. Conſtans Imp. occiditur.

SExcenteſimo ſexageſimo octavo Chriſti anno, Indictione undecima, Conſtans Imperator cum in Sicilia degeret, Syracuſis in balneo occiditur a quodam Andrea Troili filio. Ita Anaſtaſius: *Paulus (a) autem diaconus id factum tradit Indictione duodecima: conſentit Anaſtaſio Theophanes, qui vigintiſeptem tantum annos numerat Conſtantis Imperatoris: conſentiunt pariter Acta Sextæ Synodi. Occiſo Conſtante, rebelles Metium, ſive Mezentium Armenum, Imperatorem crearunt. Quo audito Conſtantinus Conſtantis filius in Siciliam veniens, novum aggreſſus Imperatorem, immo tyrannum, occidit una cum iis qui adverſus patrem conjurarant. Hæc Annales (b) Græcorum. Porro ſuppetias miniſtraſſe Vitalianum Pontificem Conſtantino Catholico Imperatori adverſus tyrannos, idem ipſe Imperator in litteris poſtea a ſe ſcriptis ad Donum Papam profitetur. Ipſe vero Conſtantinus, bene diſpoſitis rebus Occidentalis Imperii, regreſſus eſt Conſtantinopolim, atque allectis fratribus Tiberio & Heraclio in collegas, una cum eis imperat. Fuit (ut dictum ſæpe eſt) Catholicæ religionis profeſſor, idemque ob barbam dictus Pogonatus, quod ſcilicet Byzantio ſolvens tenera adhuc lanugine fuerat; & e Sicilia promiſſam barbam (ut Zonaras ait) retuliſſet. Quod vero furens populus nimis importune ab eo coronationem fratrum expeteret, ipſius in eos invidiam & iram accendit, quos ſuſpendi patibulo atque naribus præcidi juſſit, Juſtinianumque patricium Germani poſtea Patriarchæ parentem capite truncari mandavit, Germanumque ipſum eviravit.* Verum hæc longe poſtea acciderunt; licet errore facta hoc anno exordio ejus Imperii, Annales prodant, qui & ad-

*(a) Paul. diac. l. 5. in fin. & edit. nov. t. 11.*

Mezentius tyrannus.

*(b) Theop. & Cedr. hoc ann.*

Conſtantinus, Tiberius, & Heracl. Imppp.

Africanorum dira clades.



PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCVI. Anno Hegiræ XLVIII. inchoato die 19. Feb. fer. 1. A. C. 668.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6161.

☉ 5. BA. ☽ 4. P. 9. April. Indict. XI

JESU CHRISTI 668.

VITALIANI PAPÆ 12.

CONSTANTINI POGONATI 1.

I. *Nova Conſulatus forma inducta.*

HIC annus ante mortem Conſtantis hac formula notatus: *XXVII. Poſt Conſulatum Conſtantis Aug. XXV.* Sed poſtquam is trucidatus fuit, *Conſtantinus Pogonatus* ejus filius ac Succeſſor; inſignem mutationem in Faſtis fecit. [1] Juſtinus Junior Conſulatum a privatis ad Imperatores tranſtulerat, eumque perpetuum eſſe voluerat, ac ſecundo Imperii ſui anno ea dignitate ſumpta, ab eo ad ſuam mortem tot Conſulatus, quot Imperii annos numerandos eſſe decreverat. Qua in re illum Succeſſores uſque ad Conſtantinum Pogonatum ſecuti ſunt, niſi quod *Tiberius Conſtantinus*, & *Heraclius* primis poſt ſuſceptum Imperium Kalendis Januariis Conſules proceſſere, ut ſuis locis viſum eſt. Verum ea Conſulatus forma *Conſtantino Pogonato* non placuit; ideoque aliam invexit, quæ fuit per modum Tribunitiæ poteſtatis, juxta quam non plures Imperii, ut antea, quam Conſulatus anni numerati ſunt; niſi qui ſuccedebant in Imperio antea Auguſti appellati fuiſſent, & cum patribus ſuis conregnaſſent; tunc enim annos Imperii ante eorum obitum ſuſcepti numerare continuabant, ſed novi Imperii annos nonniſi Conſulatus nomine exprimebant. Quare cum *Conſtantinus Pogonatus* anno DCLIV. Auguſtea dignitate exornatus fuerit hoc anno poſtquam *Conſtans* pater necatus eſt, annum XV. Imperii & primum Conſulatus numeravit: quod idem poſtea a Conſtantino Copronymo, a Leone patre in Imperii conſortium allecto obſervatum fuiſſe videbimus. Aliorum omnium uſque ad Leonem Sapientem, a quo Conſulatus perpetuus abrogatus eſt, & honorarius privatorum tantum retentus, anni Imperii & Conſulatus pari numero proceſſere. Quod a me primum in Diſſertatione Hypatica detectum, ad varios errores Chronologicos emendandos conducit.

II. Hic itaque Chriſti annus poſt Conſtantis Aug. interitum hac formula inſignitus fuit: *Anno XV. Conſtantini Aug. poſt Conſulatum ejus I. & Imperii Heraclii ac Tiberii anno X.* ut ex Actis Sextæ Synodi generalis certo conſtat. Ubi *Poſtconſulatus* non differt a Conſulatu; hunc enim loquendi modum illorum temporum uſus induxit; mentio autem fit *Heraclii* ac *Tiberii*, quia, ut ſuo loco oſtendimus, anno DCLIX. Cæſares nuncupati fuerant, & quemadmodum Conſtantinus frater, cum Conſtante patre corregnarant.

*Formulæ poſt Conſtantis mortem uſurpata.*

III. Ad num. I. & ſeq. Anaſtaſius in Vitaliano Papa, Conſtantem Imperatorem interfectum ſcribit, *XV. die menſis Julii per XI.* Indictionem Ma-

NOTÆ [1] PRæcedentium Conſulatuum formam innovavit quidem Pogonatus, ſed minus profecto ac Pagius cenſet. Igitur Deceſſores illius Imperatores Conſulatum cum Imperio inibant prout in Nota ad A. 565. 2. demonſtravimus. Tum vero conſulatum alium exordiebantur a Januario anni ſuccedentis, & ex eo ſecundo ſolemnique Conſulatu reliquorum ſuccedentium annorum poſtconſulatus ſupputabant. Pogonatus receptum hunc morem in eo retinuit, quod Conſulatum cum Imperio cœpit. Alterum vero Conſulatum a Kalendis Januarii ſolemni ritu inire neglexit; ex quo factum eſt, ut poſtconſulatus ejus & ſuccedentium Imperatorum, non quidem a ſecundo Conſulatu uti prius, ſed a priori illo ſupputari cæperint, ea numerandi ratione ducta, de qua hic Pagius. MANSI

dunt lugubrem hunc extitiſſe annum miſeris Africanis: ſiquidem irrumpentes in eam provinciam iterum Sarraceni, octoginta millia ipſorum duxere captivos.

II. Quod ad res Catholicæ fidei bene diſponendas, ſtudium Orthodoxi Imperatoris non defuit: perfeciſſetque quod conceperat animo, ut ſimul cum Occidentali Orientalis Eccleſia uniretur, quod in primis erat in votis, niſi bellorum ingruentium motibus impeditus fuiſſet: illud tamen præſtitit, ut res interea ſilentio ſopiretur, quouſque congregandi Concilii tempus opportunum adeſſet. Teſtatur id ipſe quidem in epiſtola quam poſtea dedit ad Donum Romanum Pontificem, de qua ſuo loco agemus. Vitalianus enim Pontifex id ab eo exigebat, ut qui viciſſet tyrannos, jam ſuperaret hæreticos Dei Eccleſiam infeſtantes. Idem quoque Vitalianus hoc tempore datis litteris ad Paulum Cretenſem Epiſcopum ſcribit de Joanne Epiſcopo, qui ſedem Apoſtolicam appellaverat, eumque abſolutum ſignificat, & reſtituendum in ſuam Eccleſiam præcipit.

Porro qui ſuper eminentem ſpeculam inſpector & curator totius a Deo conſtitutus eſt orbis Vitalianus, dum ad Orientem ad ſublevandos oppreſſos intendit, ad extremam quoque toto noſtro hoc orbe diviſam Britanniam reſpiciens, in Anglicanam novam illic coaleſcentem Eccleſiam miniſtrorum inopia laborantem figens obtutum, mittit ad eam magnum illum Theodorum Tarſenſem opere quidem atque ſermone pollentem, de cujus electione Beda hujuſmodi ſcribit hiſtoriam (a);

(a) *Beda l. 4. c. 1.*

III. Vitalianus quærit quem mittat in Angliam.

*Apoſtolicus Papa, habito de his conſilio, quæſivit ſedulus, quem Eccleſiis Anglorum Archiepiſcopum mitteret. Erat autem in monaſterio Niridano, quod eſt non longe a Neapoli Campaniæ, Abbas Hadrianus, vir natione Afer, ſacris litteris diligenter imbutus, monaſterialibus ſimul & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtitutus, Græcæ pariter & Latinæ linguæ peritiſſimus. Hunc ad ſe accitum Papa juſſit, Epiſcopatu accepto, in Britanniam venire. Qui indignum ſe tanto gradu reſpondens, oſtendere poſſe ſe dixit alium, cujus magis ad ſuſcipiendum Epiſcopatum & eruditio conveniret & ætas. Cumque monachum quemdam de vicino virginum monaſterio, nomine Andream, Pontifici offerret; hic ab omnibus, qui eum novere, dignus Epiſcopatu judicatus eſt: verum pondus corporeæ infirmitatis, ne Epiſcopus fieri poſſet, obſtitit.*

*Et*

PAGIUS

*Interitus Conſtantis Imp.*

Marianus Scotus in Chronico eumdem tam diem quam menſem retinet, ſed loco Indictionis XI. *duodecimam* reponit, & quidem recte quoad Indictionem: in exemplaribus enim MSS. libri Anaſtaſii de Vitis Pontificum Roman. Regio, Thuaneo, Mazarino, & quibuſdam aliis loco, *per XI. Indictionem*, legitur, *per XII. Indictionem*, & Conſtans Syracuſis poſt diem XVI. Septembris & ante diem ſeptimum menſis Novembris interfectus eſt, ut liquet ex Actione XVIII. Sextæ Synodi generalis die XVI. Septembris anni DCLXXXI. habita: in ea quippe annus XIII. Conſulatus Conſtantini Pogonati numeratur, qui tamen decimus quartus fuiſſet, ſi currenti anno ante diem decimum ſextum Septembris *Conſtans* periiſſet, & Pogonatus Conſul proceſſiſſet. Præterea in Actione prima ejuſdem Sextæ Synodi ann. DCLXXXI. die Septima Novembris habita, *Conſtantinus* jam annum XIII. Conſulatus ſeu Imperii poſt patris mortem adminiſtrati numerabat; ideoque hoc anno ante illum diem Conſtans peremptus fuerat. Adhæc Paulus Diaconus, lib. 5. cap. 11. de Geſtis Langob. ait Conſtantem manſiſſe in Sicilia *ab Indictione VII. uſque in duodecimam* quam ſine dubio includit; cum certum ſit Conſtantem anno DCLXIII. in Siciliam veniſſe, ibique per annos ſex, incompletos ſcilicet ſubſtitiſſe, ut eo anno oſtendi. Quare poſt diem primum menſis Septembris, quo Indictio XII. auſpicatur, iniquitatum ſuarum pœnas *Conſtans* luit. [1]

IV. *Imperii ejus duratio.*

Imperavit *annos XXVII.* Nicephoro Patriarcha in Hiſtoria, Theophane, Cedreno & Zonara teſtibus. Paulus enim citatus, qui *annos XXVIII.* ei attribuit, utrumque extremum incompletum in ſummam confert. Uxoris Conſtantis nomen Scriptores Byzantini tacent. Loquitur Baronius de Heraclio & Tiberio Conſtantini Pogonati fratribus, quaſi ab eo in Imperii collegium allecti fuiſſent, quod neque Auctor Miſcellæ, neque Anaſtaſius, neque Theophanes dicunt, ſed tantum Conſtantinum cum Tiberio & Heraclio Imperii collegis adſcitis imperaſſe; ſed præterquam quod *τὸ adſcitis* non legitur in Græco Theophanis, ejus Interpres intellexit, vel intelligere debuit adſcitis a patre non vero a Conſtantino fratre.

V. *Theodorus ordinatur Ep. Cantuarienſis.*

A num. III. ad VI. Beda in Epitome hoc anno habet *Theodorus ordinatus Epiſcopus* ſc. Cantuarienſis, in locum Deusdedit; nam *Vvigardus* Romam ex Anglia, ut conſecraretur miſ-

NOTÆ [1] FRuſtra quantum arbitror laborat Pagius in illigando Conſtantis interitu cum anno *668.* nam ex Anaſtaſii vetuſtioribus MSS. Codicibus docemur obiiſſe illum die 15. Julii Indict. 12. vel ut habet Blanchinianus Catalogus ſæculi octavi die 10. Julii Indict. 12. Qui profecto temporum characteres non niſi cum anno *669.* congruunt. Nec dubito quin in Actionem primam VI. Synodi mendum irrepſerit in nota Conſulatus Conſtantini, ut pro XIII. legendum ſit XII. Facilius enim mendum in numeros irrepſiſſe perſuaderemus, quam erroris argueremus Anaſtaſii Codices. Nec inſuper conſtare poteſt Anaſtaſii fides, niſi mendum aliquod in notas numerales Synodi concipiatur. Si enim Conſtans hoc anno Julio menſe obivit, ut quoad menſem aperte aſſerit Anaſtaſius, utique Actio habita Septembri anni *681.* non Conſulatu XIII. ſed XIV. a Julio cœpto ſignanda erat. MANSI



IV. Theodorus & Hadrianus mittuntur in Angliam.

*Et rurſum Hadrianus ad ſuſcipiendum Epiſcopatum actus eſt: qui petiit inducias, ſi forte alium, qui Epiſcopus ordinaretur, ex tempore poſſet invenire. Erat ipſo tempore Romæ monachus Hadriano notus, nomine Theodorus, natus ex Tarſo Ciliciæ, vir & ſæculari & divina litteratura Græce & Latine inſtructus, probus moribus & ætate venerandus, id eſt, annos habens ætatis ſexagintaſex. Hunc offerens Hadrianus Pontifici, ut Epiſcopus ordinaretur, obtinuit: his tamen conditionibus interpoſitis, ut ipſe eum perduceret in Britanniam, eo quod jam bis partes Galliarum diverſis ex cauſis adiiſſet, & ob id majorem hujus itineris peragendi notitiam haberet, ſufficienſque eſſet in poſſeſſione hominum propriorum: & ut ei doctrinæ cooperator exiſtens, diligenter attenderet, ne quid ille contrarium veritati fidei, Græcorum more, in Eccleſiam, cui præeſſet, introduceret. Qui ſubdiaconus ordinatus, quatuor expectavit menſes, donec illi coma creſceret, quo in coronam tonderi poſſet; habuerat enim tonſuram more Orientalium S. Pauli Apoſtoli. Qui ordinatus eſt a Vitaliano Papa anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo ſexageſimooctavo, ſub die ſeptimo Kalend. Aprilium, Dominica: & ita una cum Hadriano, ſexto Kalendas Junias in Britanniam miſſus eſt. Qui cum pariter per mare ad Maſſiliam, & inde per terram Arelatem perveniſſent, & tradidiſſent Joanni Archiepiſcopo civitatis illius ſcripta commendatitia Vitaliani Pontificis, retenti ſunt ab eo, quouſque Ebroinus Major domus regiæ copiam pergendi quoquo vellent, tribuit eis. Qua accepta, Theodorus profectus eſt ad Agilbertum Pariſiorum Epiſcopum, de quo ſuperius diximus, & ab eo benigne ſuſceptus, & multo tempore habitus eſt. Hadrianus vero perrexit primo ad Emeſenonum, & poſtea ad Faraonem Meldonum Epiſcopum, & bene cum eis diutius fuit: coegerat enim eos imminens hyems, ut ubicumque potuiſſent, quieti manerent.*

V. Theodorus in Angliam navigat, & poſt eum Hadrianus.

*Quod cum nuncii certi narraſſent Regi Ecgberto, adeſſe ſcilicet Epiſcopum, quem petierant a Romano Antiſtite, in regno Francorum; miſit illo continuo Redfridum Præfectum ſuum ad adducendum eum. Quo cum perveniſſet, aſſumpſit Theodorum cum Ebroini licentia, & perduxit eum ad portum, cui nomen eſt Quentauvic; ubi fatigatus infirmitate, aliquantiſper moratus eſt: & cum convaleſcere cœpiſſet, navigavit in Britanniam. Hadrianum autem Ebroinus retinuit, quoniam ſuſpicabatur eum habere aliquam legationem Imperatoris ad Britanniæ Reges adverſus regnum, cujus tunc ipſe maximam curam gerebat. Sed cum tale nihil illum habere, vel habuiſſe, veraciter comperiſſet, abſolvit eum, & poſt Theodorum ire permiſit. Qui ſtatim, ut ad illum pervenit, dedit ei monaſterium beati Petri Apoſtoli, ubi Archiepiſcopi Cantiæ ſepeliri (ut præfatus ſum) ſolent. Præceperat enim Theodoro abeunti dominus Papa Apoſtolicus, ut in diœceſi ſua provideret & daret ei locum, in quo cum ſuis apte degere potuiſſet.* Quia autem acceſſus ipſius Theodori in Britanniam contigit (ut idem teſtatur auctor) anno ſequenti: quæ tunc per Theodorum geſta ſint, ſuo loco dicemus.

VI. Hoc eodem anno Clotharius Rex Francorum, ubi regnaſſet annos quatuor, ex hac vita migravit: tot namque eum regnaſſe annos, auctor appendicis ad Gregorium Turonenſem affirmat, & alii conſentiunt. Succeſſerunt in regnum fratres Theodoricus ☞ & Childericus ☜; ſed illo redacta in ordinem, ☞ Childericus ☜ tenuit annos tres, ut patet ex iis quæ in ejus obitu inferius dicentur. Tradunt autem ipſum coegiſſe Ebroinum Majorem domus regiæ fieri monachum in Luxovienſi cœnobio, cum faveret Theodorico: quod & in Actis ſancti Philiberti Abbatis expreſſum habetur. Verum ſponte ipſum ſeceſſiſſe, rerum ſpectator Urſinus, qui expoſcente Audolpho Abbate monaſterii ſancti Maxentii ſcripſit res ge-

PAGIUS miſſus, obierat, ſicuti anno DCLXV. oſtendimus, Beda in Hiſt. lib. 4. cap. 1. ſignantius tempus ordinationis deſignat: *ordinatus eſt a Vitaliano Papa anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo ſexageſimo octavo, ſub die ſeptima Kalendarum Aprilium, Dominica*, die ſcilicet XXVI. Martiii in quem incidebat Dominica de Paſſione. Addit Beda: *Et ita una cum Hadriano* (Monacho) *ſexto Kalendas Junias Brittanniam miſſus eſt* (Theodorus) *Qui cum pariter per mare ad Maſſiliam, & deinde per terram Arelas perveniſſent, & tradidiſſent Joanni Archiepiſcopo Civitatis illius Scripta commendatitia Vitaliani Pontificis, retenti ſunt ab eo, quouſque Ebroinus Major Domus Regiæ copiam pergendi quoquo vellent, tribuit eis.* Ex his verbis colligitur, Arelatem ad Neuſtriæ Reges pertinuiſſe, fuiſſeque caput Provinciæ juris Neuſtrici. Theodorus enim Roma in Britanniam proficiſcens *per mare* Maſſiliam venit, quæ ad *Childericum* Auſtraſiorum Regem ſpectabat, & ex ea nullo impediente egreſſus eſt, detentus tantum Arelatis juſſu Ebroini, qui erat Major Domus Clotarii III. Regis Neuſtriæ & Burgundiæ.

VI. *Clotarius III. obiit anno DCLXX.*

Ad num. VI. & ſeqq. Baronius, uti & omnes, qui eum præceſſere, annos tantum quatuor *Clotario* III. Burgundiæ & Neuſtriæ Regi aſſignat. Verum poſtquam Hadrianus Valeſius eum annos quatuordecim Neuſtraſios & Burgundiones rexiſſe detexit, omnes eam ſententiam certiſſimis fundamentis fultam amplexi ſunt. Certe Urſinus in Vita Sancti Leodegarii Epiſcopi Auguſtodunenſis loco a Baronio citato, & a nobis anno DCLXI. num. VII. relato aſſerit Sanctum Leodegarium *Clotario* regnante re-

geſtas ſancti Leodegarii Epiſcopi Auguſtodunenſis & martyris, tradit, pauloque diverſa ita narrat, incipiens a Clothario filio Clodovei majore natu, regnique ſucceſſore, his verbis (*a*):

(*a*) *Apud Sur. die 2. Octob.*

VII. *Per idem tempus minor Clotharius Rex cum Bathilde * matre regni Francorum habenas moderabatur. Qui cum Leodegarii prudentiam auditione accepiſſent, cuperentque eum in palatio apud ſe habere: petierunt ab Epiſcopo Pictavienſe ejus avunculo & educatore, ut ei faceret copiam apud ipſos in palatio manendi. Epiſcopus ſtatim juſſa complens, magnis rebus inſtructum & ſapientiæ floribus redimitum eum miſit ad illos, qui eum ſane honorifice acceperunt. Ille vero intra paucos dies virtute & integritate ſua, ſermoniſque comitate id conſecutus eſt, ut Rex & Regina & plerique Pontifices eum præcipue charum haberent, conſenſuque omnium, maxime Francorum; Epiſcopi functione dignus proclamaretur. Itaque ab omnibus electum Auguſtoduni (quæ eſt Heduorum civitas) Epiſcopum curarunt ordinandum: quo munere cum annis tribus * ſtrenue functus eſſet, Rex Clotharius, qui eum promoverat, exceſſit e vivis.*

* Blitilde.

Clotharii Regis obitus.

* *Alii* decem *ſed male.*

VIII. *Tum vero beatus Leodegarius Epiſcopus id audiens, celeriter ad palatium profectus eſt, & cum aliis de Rege conſtituendo tractare cœpit: cumque comperiſſent Childericum Auſtraſiorum Regem adoleſcentem pro ſua ætate regnum optime adminiſtraſſe, quædam Francorum pars eum voluit habere Regem. Porro Ebroinus, qui ſub Clothario Rege Major domus fuerat, Theodoricum fratrem Childerici nitebatur Clothario ſubrogare. Ejus autem nomen tum erat odioſum apud Francos, ut qui illo rurſus jugo premendos ſe vererentur, quod ſub Clothario per eum experti eſſent. Itaque Ebroini conſilio poſthabito, Childericum Francorum Regem elegerunt. Cernens ergo Ebroinus ſe deſtitutum, conſiliumque ſuum prorſus negligi, multo timore correptus, petiit a Rege, ut rebus omnibus derelictis, permitteret ipſi, vita incolumi degere in monaſterio. Illo ſic rogante, & Leodegario quoque pro eo intercedente, Rex aſſenſit, & illico eum ad Luxovienſe monaſterium ablegavit, ut illic monaſticum inſtitutum complecteretur. Deinde in regno confirmatus Childericus Rex, germanum ſuum Theodoricum cuidam ſervo Dei conſervandum ac nutriendum commiſit. Porro Leodegarium Epiſcopum omni domui ſuæ præfecit, & in omnibus Majorem domus eſſe voluit.*

Childericus Francorum Rex habetur.

*Is*

PAGIUS

renunciatum eſſe Epiſcopum, & cum eo munere *annis decem ſtrenue functus eſſet*, Clotarium, qui eum promoverat, e vivis exceſſiſſe. Quare *Clotarius* annos amplius quatuor regnavit. Verum eſt, Baronium loco, *annos decem*, reponere *annos tres*, ſed contra omnium exemplarium fidem. Præterea Anonymus coœvus, qui Vitam Sancti Wandregiſili Abbatis Fontanellenſis ſcripſit, dicavitque Lantberto Lugdunenſi Antiſtiti, num. XV. affirmat, Clotarium *rexiſſe populum Occidentalium Francorum annis quatuordecim*. Tum num. XXIII. *Hlotharius, qui major erat* (filiorum Clodovei) *natu quartum decimum Regni agens annum conſortiis ſubito caruit humanis*. His adde ſubſcriptionem Diplomatis dati a Drauſio Sueſſionenſi Epiſcopo in favorem Monaſterii puellarum extra muros Sueſſionenſes ab Ebroino Majore Domus & Leutrude ejus uxore conſtructi, quod datum dicitur *Auguſtæ Sueſſionum, ſexto Kalendas Julii, anno decimo quarto Regni Clotarii glorioſiſſimi Regis*. Extat illud inter probationes Hiſtoriæ Sueſſionenſis a Melchiore Reginaldo editæ. Quare cum Clotarius anno ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto poſt ſecundam hebdomadam menſis Novembris patri *Clodoveo* ſucceſſerit, annoſque quatuordecim regnaverit, morte ſublatus eſt anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo, idque poſt diem viceſimum ſextum menſis Junii, quo laudatum Privilegium a *Drauſione* Sueſſionenſi Epiſcopo conceſſum. Imo poſt diem XXIX. menſis Sept. anni DCLXX. ut anno ſeq. num. VII. oſtendetur. Porro ex his quatuordecim annis, quatuor in tota Francia Dominatum obtinuit, reliquos decem in ſolis Neuſtraſiæ & Burgundiæ Regnis. Auctor de Geſtis Francorum & Continuator Fredegarii, qui annos tantum quatuor Clotario III. tribuerunt, de annis ejus Monarchiæ explicandi ſunt, non vero de annis, quibus in univerſum regnavit, quemadmodum ejus Principatus initio oſtendi.

VII. Mabillonius lib. 5. de Re Diplomatica pag. 379. refert Diploma datum a Chrothilde matrona pro Monaſterio B. Mariæ apud Brogarias in pago ſtampenſi, ex Autographo Monaſterii Sancti Dionyſii, ſcriptum literis Merovingicis, quod dicitur datum *Morlacas vico publ. quod fecit minſis Marcius dies decim anni XVI. Regn. Domini noſtri Clotachariæ Regis glorioſiſſimi*. Qua ex ſubſcriptione Mabillonius deduxit, Clotarium III. uſque ad annum Regni XVI. perveniſſe. Nec enim dici poteſt Chartam illam falſatam eſſe, cum ipſum autographum æri inciſum ipſe exhibeat. Verum non anni XVI. ſed anni XIV. inſculpti ſunt in tabella, quam Vir doctiſſimus exhibet. En figura illius numeri charactere Merovingico deſcripti,

*Clotarium annos XIV. regnaſſe, indubitatum eſt.*



ideſt, *anno XIV.* non vero, *XVI.* ut legit Mabillonius. Sunt enim ibi tres figuræ poſt vocem *anno* per abbreviationem exarato. Prima eſt X. ſecunda I. tertia V. ſed ultima lineola hujus numeri V. progreſſu temporis deleta ſola ejus ſummitate excepta, cujus ſolum reſtat: nempe punctum. Similem errorem in ſimili numero commiſſum fuiſſe, dum de *Theodorico* Rege Childerici Succeſſore ſermo erit, anno DCLXXXVI. num. XII. detegemus. Ipſe poſtea Mabillonius cum tomo III. Veterum Analect. in Diſſert. *de Anno mortis Dagoberti primi & Clodovei Junioris*, Clotarii Regis initium cum anno DCLVI. illigandum eſſe demonſtravit, ſatis agnovit *Clotarium* III. annis XVI. non regnaſſe; inde enim ſequeretur, *Clotarium* III. vi-



IX. *Is ergo, ea accepta poteſtate, quicquid adverſus priſcorum Regum & magnorum procerum leges comperit inepte introductum, cum eſſet vita & moribus inculpatis, ad priſtinum reduxit ſtatum. Uſque adeo vero totum Francorum regnum uſquequaque reſtituit, ut omnes ſe gratularentur Regem habere Childericum, & palatii Præfectum Leodegarium.* At non intelligas ut ipſe fuerit Magiſter domus cum tunc temporis ejuſdem Leodegarii conſilio conſtet creatum fuiſſe Leudeſium filium Erchonvaldi ſub Clothario eodem munere perfuncti ante Ebroinum. Sed pergit auctor: *Cum hæc annis fere tribus cum multo decore agerentur, malus dæmon, qui pro inſita ſibi invidentia bona deſtruere ſolet, adminiſtris ſuis, quos idem Antiſtes ſibi ſocios adhibuerat rerum gerendarum, invidiæ faces admovere cœpit, & per illos inter Epiſcopum & Regem diſcordiæ zizaniam ſeminare.*

X. *Imminente igitur tum Paſchatis celeberrimo die, Epiſcopus a Rege petiit, ut Auguſtoduni Heduorum civitate diem ſanctiſſimum celebraret. Non abnuit Rex, ſed Epiſcopi precibus ſtudet obſequi. In ipſis igitur vigiliis Paſchæ pro antiquo more illis pariter euntibus ad Miſſarum ſolemnia celebranda, odii ſeminario adhuc latitante, is qui malorum incentor erat, accedens ad Epiſcopum, ait: Caveas tibi, ſancte Pontifex: Miſſarum enim celebritate peracta, juſſu Regis interficiendus es: nam ſemen nequam ab hoſtibus tuis in ejus ſatum pectore, hac nocte exeret ſeſe. His auditis, diſſimulat interim Epiſcopus, neque eam rem magni pendens, lætum & ſerenum vultum exhibet, inchoataque Miſſarum ſolemnia honeſtiſſime conſummat. Poſtquam autem ipſe & Rex Euchariſtiam ſumpſerunt, Rex ad palatium pranſurus abſceſſit: Epiſcopus vero, peracto miniſterio, hauſtoque cum ſuis mero (ut ſe ſe habet humana fragilitas) Regis animos metuens, cum illis tractare cœpit, quid hac in re agendum videretur. Ubi autem ad Dominum preces fudit, conſultius ei viſum eſt, poſthabitis omnibus, Chriſtum ſequi, quam cædi locum dare, ne manus Regis tam feſto die ſacerdotis ſanguine inquinarentur, atque inde in Francorum odium &*

Proditor avellit Leodegarium a Rege.

Timet Regem Leodegarius.

*con-*

PAGIUS

vixiſſe uſque ad annum DCLXXII. quod modo ſuſtineri non poteſt. *Clotarius* III. anno ætatis circiter decimo nono, nullis relictis liberis, e vivis exceſſit. Alieni ſemper fuit arbitrii, ac primum ſub tutela *Bathildis* matris ſuæ, deinde ſub manu *Ebroini* Præfecti Palatii; quamquam vere dici poſſit eum ſub *Ebroino* fuiſſe, quandiu regnavit. Tunc enim omnia Majores Domus Regiæ adminiſtrabant. Cointius mortem Clotarii III. cum anno DCLXIX. copulat, Hadrianus Valeſius cum an. DCLXVIII. aliique cum aliis Chriſti annis; ſed præter Privilegium citatum a Drauſio Epiſcopo Sueſſionenſi datum anno ſequenti argumento ex Beda deducto, illum anno DCLXX. adhuc in vivis fuiſſe demonſtrabimus.

VIII. Quid poſt *Clotarii* Regis mortem contigerit, docet Continuator Fredegarii cap. 93. & Auctor de Geſtis Francorum cap. 45. ſed textus Continuatoris corruptus, quem ideo referemus correctum a Chiffletio juxta fidem pervetuſti Codicis MS. in Diſſ. de Annis Dagoberti I. cap. XV. *Theudericus frater ejus in Regno ſucceſſit: Childericus enim frater a Francis in Regno elevatus eſt apud Vulfoaldum Ducem.* Auctor vero de geſtis Francorum: *Theudericus frater ejus Rex elevatus eſt Francorum. Childericus itaque alius frater ejus, in Auſtria una cum Vulfoaldo Duce Regnum ſuſcipere perrexit.* Subdit Auctor de Geſtis Francorum: *Eo tempore Franci adverſus Ebroinum inſidias præparant, ſuper Theudericum conſurgunt, eumque a Regno deiiciunt, crineſque capitis amborum vi abſtrahentes, incenderunt, Ebroinum totonderunt, eumque in Luxovio Monaſterio in Burgundia dirigunt, in Auſter propter Childericum legationem mittentes accommodant, & una cum Vulfoaldo Duce veniens in Regno Francorum elevatus eſt.* Sed hic locus ex parte corruptus, quem ſic reſtituo ex Codice MS. Colbertino num. 3518. *In Auſter propter Hildericum Legationem mittentes, in Regno Francorum eum Regem ſtabiliunt.* Quare aliquot ſeptem menſibus poſt Clotarii obitum in Neuſtria & Burgundia regnavit Theodoricus.

*Theodoricus poſt Clotarium aliquot menſibus regnavit.*

IX. Hujus rei certum teſtem habemus, Anonymum ſcilicet, qui Vitam Sancti Leodegarii ſcripſit, qui eo tempore quo hæc geſta ſunt, vivebat, publicatum a Mabillonio Sæculo Secundo Benedictino; *Rex Lotharius*, inquit Anonymus, *a Domino vocatus de hac luce migravit. Sed eum Ebroinus ejus fratrem germanum nomine Theodoricum convocatis Optimatibus ſolemniter (ut mos eſt) debuiſſet ſublimare in Regnum, ſuperbia ſpiritu tumidus eos noluit deinde convocare: ideo magis cœperunt metuere, quod Regem, quem ad gloriam patriæ publice debuerat ſublimare, dum poſt ſe eum retineret pro nomine, cui malum cupierat ille, audenter valeret inferre. Cumque multitudo Nobilium, qui ad Regis novi properabat occurſum, mandante Ebroino, itineris accepiſſent repudium, inito in commune conſilio, relicto eo omnes expetunt Hildericum ejus fratrem juniorem, qui in Auſtro ſortitus erat Regnum. Quorum conſilio, qui tunc noluit acquieſcere, aut fugaciter evaſit, aut cum vitæ periculo incendio comminatus acquievit invitus. Cum enim omnes ob Ebroini tyrannicum metum Hilderico induxiſſent tam Neuſtricum, quam Burgundiæ Regnum; agnoſcens tyrannus ſuum hoc facinus perpetratum, ad Eccleſiæ confugit altare, ejuſque in multis partibus ſubito theſaurus fuit direptus; & quod iniquus diu congregaverat male, diſperſum eſt ſubito bene. Epiſcopis tunc quibuſdam intercedentibus, & præcipue interventu Antiſtitis Leodegarii eum non interficiunt, ſed Luxovio monaſterio dirigitur in exilium, ut facinus, quod perpetraverat, evaſiſſet pœnitudo.* Addit Anonymus *Theodoricum* ad Monaſterium S. Martyris Dionyſii reſidere juſſum eſſe.

*Id magis confirmatur.*

X. Paulo aliter rem iſtam narrat Urſinus, cujus verba Baronius, qui Anonymum non viderat recitat. Vita enim S. Leodegarii ſcripta a duobus Auctoribus æqualibus, Anonymo nempe Monacho Auguſtodunenſi primum aDucheſnio

*contemptum incideret, uniuſque hominis cauſa totius populi concertatio & conflictus oriretur.*

XI. Leodegarius ſe confert in Luxovienſe cœnobium.

*Relicto igitur Rege, cunctiſque regni proceribus, pro nihilo ducens quod in mundo haberetur, eadem nocte cum paucis iter ſuſcipit, eo profecturus, ubi pauper Chriſti effici poſſet. Id ubi Rex cognovit, valde contriſtatus ac animo mœrens, quemdam e fidelibus ſuis cum magno exercitu poſt illum miſit; qui eum tota nocte inſecutus, diluculo aſſecutus eſt. Deprecante autem humiliter Pontifice, ut liceret ipſi quoque, relicto ſæculo vacare Deo in Luxovienſi cœnobio, mox * id ei permiſſum eſt. Itaque celeriter ad monaſterium perveniens, Ebroinum jam clericum invenit, eumque rogavit, ut ſi quid in ipſum peccaſſet, veniam invicem peterent, & animorum inter ſe concordia jungerentur. Attamen ab Abbate ſejuncti, aliquo temporis ſpatio pœnitentiam agentes, inter monachorum contubernia tam ſtrenue ſe geſſerunt, ut perpetuo illic in monaſtico inſtituto manſuri viderentur.* Hactenus de his uſque ad obitum Childerici, qui triennio in regno vixit ab obitu Clotharii Regis. Quæ autem poſt hæc ſecuta ſint, ſuo loco dicturi ſumus: quæ quidem etſi diverſa ab iis quæ ab aliis narrantur nonnihil reperiantur, non ſpernenda dixerim, ut auctoris ſui temporis res ſcribentis.

*vix.

An-

PAGIUS

*Leodegarius Childerici Regis Conſiliarius fuit.*

ſnio Tom. I. Hiſt. Franc. publicato; & Urſino a Ducheſnio etiam edito. Hic vero nonnumquam diſſentit, nonnumquam verbis tenus conſentit cum Anonymo, qui Hadriano Valeſio merito præferendus videtur. Opus utriuſque extat in Sæculo Secundo Benedictino magis correctum. Haud recte itaque Urſinus, qui aliqua de B. *Leodegario* fatetur ipſemet ſe ignorare, ſcripſit *Leodegarium* poſtquam *Ebroinus* in Monaſterium Luxovienſe relegatus fuit, Majorem Domus, Rectoremve Palatii factum eſſe. Ut enim obſervat Hadrianus Valeſius lib. XXI. Rerum Franc. Præfectura Palatii, militaris magis quam civilis dignitas fuit, nec umquam eum Magiſtratum ac honorem Epiſcopi in Francia geſſere. *Childericus* itaque poſtquam tota Francia potitus eſt, *Leodegarium* apud ſe aſſidue retinuit, ut eo Conſiliario uteretur, ita ut non Rector Palatii, Majorve domus eſſet, ſed aliqua ratione Childerico Principi pro Majore Domus eſſe videretur. Hinc Anonymus *VVlfoaldum* ſub Childerico Rege Majorem Domus vocat, & tantum abeſt, ut Auctor de Geſtis Regum Francorum cap. 45. & Continuator Fredegarii cap. 95. Leodegario locum inter Majores Domus concedant, ut aſſerant *Leudeſium* Erchinoaldi filium in Majorem Domus ſub Principatu Theodorici Regis (non vero Clotarii, ut perperam Baronius num. IX. habet) a Francis electum fuiſſe, hortante eodem Leodegario Epiſcopo.

XI. *Leodegarius Childerico per triennium gratiſſimus.*

Huic Ebroinus ante Clotarii mortem valde infenſus erat, quia Ebroinus *non ſolum rapacitatis exercebat commercium, verum etiam pro levi offenſa, ſanguinem nobilium multorum fundebat, innoxium Sanctum itaque Leodegarium Epiſcopum, ideo habebat ſuſpectum, quia eum ſuperare non valebat in verbo, nec adulationis ei ut cæteri impendebat obſequium, & contra omnes minas ſuas ſemper eum cognoverat permanere intrepidum*, inquit Anonymus in Vita S. Leodegarii, Ebroino in Monaſterium Luxovienſe relegato, & Childerico Monarchiam Francicam adepto, Leodegarius omni domui Regiæ præfectus, *Quidquid adverſus priſcorum Regum & magnorum Procerum leges comperit inepte introductum, ad priſtinum reduxit ſtatum*, inquit Urſinus, qui addit *annis fere tribus* eum in amicitia Childerici Regis fuiſſe, ex eaque penitus excidiſſe inſtante ſolemnitate Paſchali, ideoque ab anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo, quo in finem vergente *Childericus* totius Franciæ Monarcha renunciatus eſt, uſque ad Paſcha anni ſexcenteſimi ſeptuageſimi tertii. Baronius refert hoc anno ex Urſino Childerici Regis in eum commotionem, & quomodo in Paſchæ Vigilia ad necem quæſitus fuerit, & poſtea *Leodegarius* in Luxovienſe Cœnobium ſeceſſerit. Verum exilium Leodegarii a Childerici morte ſejungi non debet, ut narratio rerum geſtarum clarior evadat. Quare de eo agemus anno DCLXXI. cum quo Baronius *Childerici* mortem illigavit.



I. Vitaliani Pap. obitus.

ANnus ſequitur Domini ſexcenteſimus undeſeptuageſimus, Indictione duodecima inchoata: quo, ſexto Kalendas Februarias Vitalianus Papa, ubi ſediſſet ☛ annos tredecim ☚ & menſes quinque minus diebus quatuor, ex hac vita ad Deum migrat: cujus probitas ita refulſit, ut inter ſanctos Pontifices adſcriberetur, ejuſque natalis dies anniverſaria memoria perpetuo celebrandus ſanciretur. Dolemus tanti Pontificis tum ſcripta tum acta maxima ex parte calamitate temporis deperiiſſe penitus oblivione ſepulta.

* al. XCVII. Ferrarienſis primus Ep.

(*a*) *Hier. Rub. Hiſt. Raven. l. 4.*

Præter illa autem quæ de ipſo ſingulis certis annis ſunt ſuperius enarrata, alia quædam reperiuntur, quæ cum certo anno definita minime habeantur, hic ea deſcribere, ex more, voluimus. Habet hæc enim Anaſtaſius: *Fecit autem Vitalianus ordinationes quatuor, creavit presbyteros vigintiduos, diaconum unum, Epiſcopos per diverſa loca decem & octo **. Inter Epiſcopos recens creatos, datum tradunt Epiſcopum primum Ferrarienſibus, vel (ut Rubeo (*a*) placet) Vicoabentiæ Epiſcopatum Ferrariam tranſlatum: qui autem primus Ferrarienſibus Epiſcopus datus dicitur, Marinus nomine dictus habetur. Prodit idem auctor ex Ravennatis Eccleſiæ monumentis, a Vitaliano Papa excommunicatum fuiſſe Maurum Epiſcopum Ravennatem, quod ab ipſo Romam vocatus cauſam dicturus, adeſſe contempſerit. At ille tantum abfuit ut percuſſus anathemate reſipuerit, ut etiam fretus Exarchi potentia, quem ſibi intimum conciliaverat amicum, eo veſaniæ progreſſus ſit, ut in Vitalianum eamdem anathematis ſententiam reciprocaret: quo portentoſo facinore perculſi omnes Italiæ Epiſcopi, una cum Vitaliano coeuntes, eumdem Maurum ut indignum penitus ſacerdotio exuerunt. Puto id factum in Romano Concilio anno ſuperiori in cauſa Cretenſis Epiſcopi Joannis collecto.

Maurus Ep. Raven. contumax & protervus



II. Cæterum quo cœpit mentis delirio Maurus perſeverans, nec mutans Ethiops pellem ſuam, ad finem vitæ perductus, conteſtatus eſt omnes Ravennatis Eccleſiæ clericos, ne umquam ſubiicerent ſe Romano Pontifici: in qua obſtinatione vita functus miſer, ab omni prorſus Eccleſiaſtica communione, ſuffragiis ſcilicet pro defunctis exhiberi ſolitis & commemoratione e ſacris Diptychis interdictus eſt a ſucceſſore Vitaliani Adeodato, de quo proxime dicturi ſumus. Porro in locum Mauri ſubrogatus eſt Reparatus, qui & ipſe refractarius laboravit perficere per Imperatoris reſcriptum, ne ſubiaceret Eccleſia illa Romanæ, licet in fine vitæ facti pœnitens obiiſſe dicatur: cui ſucceſſit Theodorus Eccleſiæ Romanæ obſequentiſſimus, qui & tenax fuit Chriſtianæ humilitatis, cujus Maurus penitus expers fuerat: is enim in Synodo Romana ſub Agathone ita ſubſcribere voluit: Theodorus exiguus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Ravennatis. Hæc de Epiſcopis Ravennatibus ſimul ſtrinximus occaſione Vitaliani Papæ Maurum corripientis.

III. Ad poſtremum autem hæc de Vitaliani ſepultura Anaſtaſius: *Sepultus eſt*, inquit, *ad beatum Petrum Apoſtolum ſub die ſexto Kalend. Februarii. Ceſſavit Epiſcopatus ejus menſes duos & dies tredecim.* Hæc ipſe. Qua ratione temporis



ini-

PAGIUS SÆC. VII

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6162.

Anno Eræ Hiſp. DCCVII.

☉ 6. G. ☽ 5. P. 25. Mart. Indict. 12.

Anno Hegiræ XLIX inchoato die 8. Febr. fer. 5.

JESU CHRISTI 669.

VITALIANI PAPÆ 13.

A. C. 669.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 2.

1\. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: *Anno XVI. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus II. & Imperii Heraclii ac Tyberii ejus fratrum anno XI.*

II. *Obitus Vitaliani PP.*

Ad num. I. ad IV. Anaſtaſius in Vitaliano Papa ſcribit, eum ſediſſe *annos quatuordecim, menſes ſex*, & ſepultum eſſe ad B. Petrum Apoſtolum *ſub die ſexto Kalendas Februarii*, ſeu die XXVII. menſis Januarii. Anaſtaſio ſuffragantur Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Luitprandus, Abbo, Ordericus lib. 2. Honorius Auguſtodunenſis, Catalogus Vaticano-Palatinus, aliique multi, in quibus nulla dierum mentione facta tot anni & menſes Vitaliano aſſignantur. Quare cum die triceſima menſis Julii anni ſexcenteſimi quinquageſimi ſeptimi conſecratus fuerit, mors ejus contigit die XXVII. menſis Januarii anni ſexcenteſimi ſeptuageſimiſecundi ut accurate habetur in Chron. Hermanni Contracti ex editione Caniſiana, ubi & dicitur *Indictione XV.* demortuus. Bollandus ad diem XXVII. Januarii in Vita Sancti Vitaliani Papæ, dicit eo die legi ejus nomen in quibuſdam Martyrologiis, ſed iis non valde antiquis; additque, ſi literis eſſent hujus Sancti Pontificis geſta commendata, parem illum clariſſimis Pontificibus merito habitum iri, cujus & in propaganda Catholica religione ſtudium, & animi magnitudo variis exercita caſibus eluxit.

III. *Privilegium ab eo Theodoro Archiep. Cantuariæ conceſſum.*

Theodorus Cantuarienſis Epiſcopus ordinatus, dum in Galliis adhuc eſſet, ageretque cum *Agilberto* Pariſiorum Epiſcopo, didicit ab eo inter alia Gregorium Magnum, Auguſtino Dorobernenſium ſeu Cantuarienſium primo Antiſtiti plurima indulſiſſe Pontificiæ auctoritatis Privilegia, quibus illi, in omnes Britanniæ Ec-

cle-

Adeodatus Papa.

inita, dicendum eſt ſucceſſorem ſubrogatum fuiſſe die nona menſis Aprilis. Fuit is Adeodatus natione Romanus, filius Joviniani, ex monacho, gratiſſimus omnibus; de quo iſta Anaſtaſius: *in tanta magnitudine fuit mitiſſimus ac benigniſſimus, ut omnem hominem a majore uſque ad minimum libenter ſuſciperet: peregrinis compaſſionem exhibuit, ut etiam unuſquiſque quod poſtulavit, ſine dubio impetraret: ſed & rogam omnibus ampliavit.* Erat roga (ut dictum eſt) donativum ſolitum erogari, ita dictum ab erogando. Quod autem idem ſubdit, hujus tempore motum ab Italia exercitum ad debellandum exortum in Sicilia tyrannum: operam ad id faciendum egregiam navaſſe Vitalianum, conſtare diximus ex Imperatoris epiſtola.

IV. Sarraceni Siciliam vaſtant.

Cæterum ſub eodem Adeodato Romano Pontifice, ubi Conſtantinopolim profectus eſt Conſtantinus, invaſam fuiſſe inſulam illam a Sarracenis, direque vaſtatam, Anaſtaſius habet his verbis: *Poſtmodum venientes Sarraceni in Siciliam, obtinuerunt prædictam civitatem*, nempe Syracuſas, *& multam occiſionem in populo fecerunt, qui in caſtra ſeu montana confugerant: ſimiliter autem & prædam nimiam fecere; & æs quod illuc de civitate Romana delatum fuerat, ſecum tollentes, Alexandriam reverſi ſunt.* Hæc Anaſtaſius in ſucceſſore Vitaliani: eadem habet Paulus (*a*) diaconus. Verum cladem iſtam Siciliæ inſulæ factam eſſe ſub Vitaliano potius dicendum eſſet, ſi quæ extant litteræ nomine Vitaliani Papæ, ad monachos Siculos, vere Vitaliani eſſent: ponimus eas, ne invidioſe prætermiſiſſe videamur. Extant apud Leonem Oſtienſem in Chronico Caſſinate, ubi cuſæ in fine leguntur, his præmiſſis eorumdem monachorum litteris ad ſuos Romam datis, quæ ſic ſe habent:

(*a*) *Paul. diac. l. 5. c. 13.*

*Sanctæ ac Deo dignæ congregationi Caſſinenſi Lateranis degenti, ſervi & filii eorum in Sicilia commorantes: Sic hujus vitæ pelagum currere, ut portum quietis valeant apprehendere.*

V. Literæ nomine Siculorum monachorum.

*Diverſis attriti miſeriis, & innumeris calamitatibus oppreſſi, de profundis ad veſtram paternitatem clamamus, rogantes illam miſereri afflictæ & deſolatæ Siciliæ. Tot enim ac tantis tribulationum preſſuris deprimimur, ut jam nulla ſpes vitæ relinquatur. Sarraceni namque ab Alexandria cum immenſo exercitu ad Siciliam venientes, omnem fere inſulam igne & gladio deleverunt; & monachos in ſancti Chriſti martyris Placidi commorantes cœnobio, diverſis ſuppliciis affectos, morti tradiderunt. Redacta eſt terra in ſolitudinem & ablatis ab illa hominibus, ferarum ſaltus effecta eſt: & nonaginta & octo civitates & villæ vobis in Sicilia ſubditæ incenſæ, ſub verſæ, & deſolatæ ſunt. Sanctorum quoque domicilia deſtruentes altaria Domini ſuffoderunt, & clericos cujuſcumque ordinis & dignitatis diverſis ſuppliciis affectos occiderunt. Facta ſum in deriſum (clamat Sicilia) omnibus gentibus, canticum eorum tota die in triſtitia ſedeo, clamo, non eſt qui conſoletur me. Jam enim pelli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei, Domini mei unica ſpes ſalutis meæ, quia manus Domini tetigit me.*

VI.

*Quapropter opportune importune vos per patrem Benedictum & martyrem Chriſti Placidum adjuramus, ut ſuper nos afflictos miſericordiæ brachium extendatis, & ad monaſterium inſtaurandum, & civitates, caſtra, poſſeſſiones, & villas reparandas dirigere cum ſupplemento pecuniæ ſtudeatis; periclitanti-*

que

PAGIUS

cleſias Juriſdictio conceſſa eſt: quam, quia recens ubique erat Eccleſia, exercere haud quaquam potuit. Scripſit inde Romam *Theodorus*, priuſquam in Angliam veniret, & *Vitalianum* Papam humiliter rogavit, ea omnia ſibi concedi, quæ & totius Inſulæ, & Anglo-Saxonum præſertim Eccleſiæ bono eſſent. Reſcripſit Vitalianus Papa, eique petita conceſſit, ut legere eſt in literis, quas Malmesburienſis lib. 1. de Pontif. recitat: deſunt enim in editione Conciliorum. Illo Apoſtolicæ Sedis Privilegio munitus *Theodorus*, auctoritatem ſuam in omnes Anglo-Saxonum Eccleſias explicavit, ut infra videbimus.

IV. *Adeodatus fit Pontifex Rom.*

Onuphrius in Chronico Eccleſiaſtico initium & finem Pontificatus *Vitaliani* accurate conſignaverat, ſed poſt eum, quem viderim, nullus. Baronius, qui ejus Pontificatum triennio anticipavit, ei tantum aſſignat annos XIII. menſes V. minus diebus IV. Papebrocius vero in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogos Pontif. ejus mortem perperam confert in annum DCLXXI. ac diem XXX. Decembris, aitque ſediſſe annos XIV. menſes V. diem I. Sed tam is, quam Baronius, in Vitaliani Pontificatu ab Anaſtaſio plane diſceſſere, quem tamen ſe ſequi profitentur. *Ceſſavit Epiſcopatus menſes duos, dies tredecim*, inquit Anaſtaſius, quod & in Orderico ac variis ejus MSS. & Catalogis legitur. In uno tamen exemplari Anaſtaſiano Bibliothecæ Colbertinæ dicitur, ceſſaſſe Sedem per menſes IV. dies XV. Verum cum *Adeodatus* conſecratus fuerit die viceſima ſecunda menſis Aprilis, quæ anno ſexceteſimo ſeptuageſimo ſecundo in Dominicam incidebat, ut ex duratione Sedis ei ab Anaſtaſio aſſignatæ conſtat, vacavit Sedes menſes duos, ac dies viginti quinque.

V. *Sicilia & Africa a Saracenis devaſtata.*

Ad num. IV. Saraceni hoc anno, *Vitaliano* Papa Romæ ſedente, non tantum *Siciliam* invaſere, ut docet Paulus lib. 5. de Geſtis Langobard. cap. 13. ubi ait id accidiſſe, poſtquam interfectus eſt apud Syracuſas Conſtans Imp. ſed etiam *comparato exercitu in Africam excurre-*

runt



*que inſulæ, jam jamque nutanti Benedicti dexteram porrigatis. Jam enim Placidus in ſibi commiſſis ovibus rurſum occiditur, & Eutychius, Victorinus, & Flavia virgo in ſibi adhærentibus rurſus capite truncantur. Effudere namque Sarraceni ſanguinem Monachorum Caſſinenſium, & Chriſtianorum cum illis habitantium, velut aquam in circuitu poſſeſſionum ſuarum, & non erat qui iret & ſepeliret. Unde veſtram ſanctitatem iterum iterumque rogamus, ut nobis afflictis conſolationis juvamen impendere ſtudeatis. Valete.* His ſubditæ leguntur litteræ Vitaliani Papæ nomine inſcriptæ his verbis:

*Vitalianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in Chriſto filiis ſub patris Benedicti & Placidi dominio in Sicilia conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

VII. Vitaliani Papæ nomine datæ litteræ ad Siculos Monachos.

*Ad hoc nos ſuperna clementia in orbe terrarum præfecit rectores atque cuſtodes, ut diſperſa congregare, & congregata conſervare, & deſtructa reſtituere ſummopere procuremus. Quapropter quia civitates, caſtra, monaſteria poſſeſſiones, & villas beato Benedicto in Sicilia ſubditas Paganorum incurſionibus deſolatas eſſe audivimus, ſupra modum dolemus, omnipotentique Deo ſuper hoc gratias agimus, qui ideo temporaliter hic flagella irrogat, ne in æternum puniat. Unde vos cariſſimi filii, a fletu & mœrore ceſſare monemus, & his noſtris filiis, quos de Caſſinenſi congregatione ad monaſteria reſtauranda, & civitates, caſtra, poſſeſſiones, & villas recuperandas in Siciliam dirigere ſtuduimus, ut ſpecialibus dominis deſervire curetis; ex parte beati Benedicti & noſtra præcipientes, ut in reſtauratione monaſterii & poſſeſſionum illos adjuvare ſtudeatis, cœptumque laborem ad effectum perducere ſummopere procuretis. Nos enim & vos, & civitates, caſtra poſſeſſiones, & villas, quas Tertullus Patricius beato patri Benedicto in Sicilia dedit, defendere, adjuvare, & manu tenere parati ſumus. Omnipotens Deus ſua vos gratia benedicat, atque a cunctis adverſis eripiat. Valete.* Hactenus litteræ, quæ nobis parum arrident ob id potiſſimum, quod civitates plures in Sicilia hoc tempore poſſediſſe monachi dicerentur: quando nec ipſa Romana Eccleſia vel unius oppiduli domina eſſet, ut ipſum poſſideret, immo nec Imperator ipſe inſulæ dominus tot illic civitates haberet.

VIII.

Miſſis his, de profectu Anglicanæ Eccleſiæ per Theodorum & Hadrianum a Vitaliano Pontifice anno ſuperiori miſſos (ut vidimus) jam agamus: non enim eodem quo juſſi ſunt anno in Britanniam appulerunt, ſed ſequenti, hoc ipſo ſcilicet: quod etiam Beda teſtatur his verbis (*a*): *Pervenit autem Theodorus ad Eccleſiam ſuam ſecundo poſtquam conſecratus eſt anno ſub ſexto Kal. Juniarum, Dominica, & fecit in ea annos viginti & unum, menſes tres, & dies vigintiſex. Moxque peragrata inſula tota, quaquaverſum Anglorum gentes morabantur (nam & libentiſſime ab omnibus ſuſcipiebatur atque audiebatur) rectum vivendi ordinem, ritum celebrandi Paſcha canonicum, per omnia comitante & cooperante Hadriano diſſeminabat. Iſque primus erat Archiepiſcopus, cui omnis Anglorum Eccleſia manus dare conſentiret. Et quia litteris ſacris ſimul & ſæcularibus (ut diximus) abundanter ambo erant inſtructi: congregata diſcipulorum caterva, ſcientiæ ſalutaris quotidie flumina in rigandis eorum cordibus emanabant; ita ut etiam metricæ artis, aſtronomicæ, & arithmeticæ Eccleſiaſticæ diſciplinam inter ſacrorum apicum volumina ſuis auditoribus contraderent. Indicio eſt, quod uſque hodie ſuperſunt de eorum diſcipulis, qui Latinam Græcamque linguam æque ut propriam, in qua nati ſunt, norunt.*

(*a*) *Beda de geſt. Angl. lib. 4. c. 8.* Progreſſus Theodori Ep. in Anglia.

IX.

*Neque umquam prorſus, ex quo Bri-*



tan-

PAGIUS

*runt, & octoginta hominum millia, ut ferunt, in captivitatem miſerunt*, inquit Theophanes ad annum Incarnat. ſecundum Alexand. DCLXI. qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur. Quare Siciliæ deprædatio male narratur ab Anaſtaſio in Vita Adeodati Papæ, ut etiam recte a Baronio obſervatum. Theophani conſentiunt Cedrenus, Zonoras, ac Hermannus Contractus in Chron. ex editione Caniſii.

VI. *Annus emortualis Clotarii Regis.*

Ad num. VIII. & ſeqq. Beda lib. 4. cap. 2. poſtquam narravit. *Ebroinum*, qui in Gallia *Hadrianum* Abbatem retinuerat, ei permiſiſſe, ut poſt Theodorum in Britanniam pergeret, ait: *Pervenit Theodorus ad Eccleſiam ſuam* (Cantuarienſem ſc.) *ſecundo poſtquam conſecratus eſt anno, ſub die ſexto Kalendarum Juniarum, Dominica*, ideoque hoc anno, quo dies XXVII. Maii incidit in Dominicam, indeque intelligimus *Ebroinum* æſtate hujus anni adhuc Majorem Domus Regiæ Francorum fuiſſe, neque tunc temporis Clotarium III. e vivis exceſſiſſe. Imo cum Beda clare ſignificet, prius *Theodorum* navigaſſe in Britanniam, & poſtea *Ebroinum* permiſiſſe Hadrianum *poſt Theodorum ire*, Hadrianus illuc non pervenit niſi anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo, annis duobus fere completis poſtquam Roma in Britanniam miſſus eſt a Vitaliano. Beda enim lib. 5. cap. 21. ait: *Anno quinto Oſredi Regis, Reverentiſſimus Pater Hadrianus Abbas, defunctus eſt; qui eſt annus quadrageſimus primus, ex quo a Vitaliano Papa directus eſt cum Theodoro; ex quo autem in Brittanniam venit, triceſimus nonus.* Regnare cœpit Oſredus Rex Northumbriæ anno DCCV. ideoque anno DCCIX. quintum Regni annum inchoavit. *Theodorus* vero a Vitaliano Papa una cum Hadriano Roma miſſus eſt in Britanniam ſexto Kalend. Junias an. DCLXXIII. teſte Beda lib. 4. cap. 1. Quare illuc pervenit *Hadrianus* anno DCLXX. paulo ante ab Ebroino

Ma-

*tanniam petierunt Angli, feliciora fuere tempora, dum & fortiſſimos Chriſtianoſque habentes Reges, cunctis barbaris nationibus eſſent terrori, & omnium vota ad nuper audita cæleſtis regni gaudia penderent; & quicumque lectionibus ſacris cuperent erudiri, haberent in promptu magiſtros, qui docerent: & ſonos cantandi in Eccleſia, quos eatenus in Cantia tantum noverant, ab hoc tempore per omnes Anglorum Eccleſias diſcere cœperunt: primiſque, excepto Jacobo, de quo ſupra diximus, cantandi magiſter Nordhumbrorum Eccleſiis Eddi cognomento Stephanus fuit invitatus de Cantia a reverendiſſimo viro Vuilfrido, qui primus inter Epiſcopos, qui de Anglorum gente eſſent, Catholicum vivendi morem Eccleſiis Anglorum tradere didicit.*

X. *Itaque Theodorus perluſtrans univerſa ordinabat locis opportunis Epiſcopos, & ea quæ minus perfecta reperit, his quoque juvantibus corrigebat. In quibus & Ceaddam Epiſcopum cum argueret non fuiſſe rite conſecratum, reſpondens ipſe voce humillima dixit: Si me, inquit, noſti Epiſcopatum non rite ſuſcepiſſe, libenter ab officio diſcedo: quippe qui neque me umquam hoc eſſe dignum arbitrabar, ſed obedientiæ cauſa juſſus ſubire hoc, quamvis indignus, conſenſi. At ille audiens humilitatem reſponſionis ejus dixit, non eum Epiſcopatum dimittere debere: ſed ipſe ordinationem ejus denuo Catholica ratione conſummavit.* At de his modo hactenus: habes quem conſulas, ſi ſcire cupis Theodori res geſtas: nobis ad inſtitutum ſatis, ejus primordia hic poſuiſſe, quo intelligas quantos germen iſtud ex vinea illa, quæ extendit uſque ad mare & trans mare propagines ſuas, Romana inquam Eccleſia fructus attulerit. Theod. confirmat Ceaddæ Ep. ordinationem.

Chri-

PAGIUS Majore domus, qui ipſum in Gallia retinuerat, dimiſſus. Beda enim ſpatium annorum duorum inter Hadriani ab Urbe Roma diſceſſum, & adventum ejus in Angliam numerat.

VII. *Eruitur ex reditu Hadriani Abbatis in Britanniam.* Præterea Beda ibidem diſerte prodit, *Hadrianum*, ubi in Cantiam pervenit, præpoſitum fuiſſe Monaſterio Sancti Petri a Theodoro: *Qui ſtatim*, inquit, *ut ad illum pervenit, dedit ei Monaſterium Beati Petri Apoſtoli*. At non ante annum DCLXX. Ipſemet enim Beda in Vita Sancti Benedicti Biſcopi lib. 1. num III. refert, *Vitalianum* Papam juſſiſſe Benedicto, qui ſecundo Romam profectus fuerat, ut Theodorum in Britanniam comitaretur, ejuſque interpres exiſteret: additque: *Venerunt Cantiam, Theodorus Sedem Epiſcopatus conſcendit, Benedictus ſuſcepit Monaſterium B. Petri Apoſtoli ad regendum, cujus poſtea præfatus Hadrianus factus eſt Abbas. Quod ubi duobus annis Monaſterium rexit, tertium de Britannia Romam iter arripiens ſolita proſperitate complevit.* Quare S. Benedictus annis duobus, incompletis ſcilicet, adminiſtravit Monaſterium Sancti Petri, ante adventum Hadriani ex Gallia, ex qua proinde revertendi licentiam ante annum DCLXX. ab *Ebroino* non impetravit. Denique Willelmus Thornus in ſua Chronica a Seldeno vulgata, cap. III. §. II. non ſolum annum; ſed etiam diem, quo *Hadrianus* in Angliam acceſſit, notavit: *Igitur Anno Domini DCLXXIII. Kalen. Octobris Beatus Adrianus a carcerali cuſtodia Ducis Ebronii Galliæ dimiſſus, ad Beatum Theodorum pervenit; qui ſtatim dedit ei Apoſtolica fretus auctoritate Monaſterium iſtud* (nempe Sancti Petri Londonii ſitum) *ad regendum*. Ex quibus tandem omnibus ſequitur, *Clotarium*, III. Galliarum Regem die XXIX. menſis Septembris anni DCLXX. adhuc in vivis fuiſſe, & nonniſi ſub finem ejuſdem Chriſti anni mortalitatem expleſſe; cum Ebroinus exeunte menſe Septembri adhuc Majoratum Domus geſſerit. Quæ fuſe narranda fuere, ut, qui inolevere errores, tandem tollantur.

VIII. *Ceadda a Theodoro privatur Epiſcopatu Eboracenſi.* Theodorus, poſtquam pervenit ad Eccleſiam ſuam, *mox peragrata inſula tota, quaqua verſum Anglorum gentes morabantur (nam & libentiſſime ab omnibus ſuſcipiebatur, atque audiebatur) rectum vivendi ordinem, Paſchæ celebrandi ritum Canonicum, per omnia comitante & cooperante Hadriano diſſeminabat. Iſque primus erat in Archiepiſcopis, cui omnis Anglorum Eccleſia manus dare conſentiret*, inquit Beda lib. 4. cap. 2. factum id juxta Privilegium illi a Vitaliano Papa conceſſum in omnes Britanniæ Eccleſias, de quo mox locuti ſumus. Hinc Malmesburienſis lib. 1. de Pontif. aſſerit, Theodorum, *primum omnium Antiſtitum Cantuariæ, vigorem Pontificalem in tota Britannia exercuiſſe. Denique & citra & ultra Humbrum, Epiſcopos hos pro placito abegiſſe, hos poſuiſſe.* Refert ibidem Beda, Theodorum cum inveniſſet *Ceaddam* non fuiſſe rite conſecratum Epiſcopum, removiſſe eum a Sede Eboracenſi, ac viſa ejus humilitate, qua libenter ab officio diſcedebat, eum ordinationem *Ceaddæ* denuo Catholica ratione conſummaſſe. Tum cap. 3. ait Beda, cum mortuo *Jarumanno* Epiſcopo alius ab eo a Wlfhere Merciorum Rege peteretur, Theodorum eidem dediſſe *Ceaddam*, qui tunc in ſuo Monaſterio quietam vitam agebat, *Vuilfrido adminiſtrante Epiſcopatum Eboracenſis Eccleſiæ: ſuſceptum itaque Epiſcopatum gentis Merciorum ſimul & Lindisfarorum, Ceaddæ adminiſtrare curavit*, inquit Beda. Sedem Epiſcopalem poſuit Ceadda *Lichfeldiæ*, & quidem hoc anno, quo ad eam Eccleſiam tranſlatus eſt, quove *Vuilfridus* Sedis Eboracenſis poſſeſſionem iniit. Epiſcopatum Eboracenſem *tribus annis ſublimiter* rexit Ceadda, inquit Beda lib. 5. cap. 20. qui ideo ante an. DCLXVI. ejus adminiſtrationem non ſuſceperat.



I. CHriſti annus ſexcenteſimus ſeptuageſimus ſequitur decimatertia indictione in quo quid bonum Annales exhibere valeant, non reperimus, niſi fruges ex fertili agro Eccleſiæ Anglicanæ, excolentibus eam (ut diximus) Theodoro atque Hadriano illuc a Romano Pontifice Vitaliano miſſis. Etſi enim olim vomere exculta Apoſtolicorum virorum, quos S. Gregorius miſerat, uberes primitiarum fructus Deo dediſſet; ſilveſcente illa nonnihil Scotorum cultu diverſa ſemina rituum ſerentium, novorum cultorum ex Romana Eccleſia miſſorum laboribus, divina juvante gratia ubique læta, ubique fæcunda apparuit erga Romanam Eccleſiam redditis propenſioribus Anglorum animis, cujus ope rite ſancteque colere religionem iterum didiciſſent. Audi iſta ex eorum gentili Beda (a), pauca hæc in medium afferentes, ex quibus reliqua intelligere quiſque poſſit: ait enim:

(a) Beda l. 4. c. 5.

II. *Obitus Oſuvi Regis Anglorum.* *Anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo ſeptuageſimo, qui eſt annus ſecundus ex quo in Britanniam venit Theodorus*, tertio vero ex quo a Vitaliano fuit ab Urbe dimiſſus, *Oſuvi Rex Nordhumbrorum preſſus eſt infirmitate, qua & mortuus eſt, anno ætatis ſuæ quinquageſimooctavo. Qui in tantum eo tempore tenebatur amore Romanæ & Apoſtolicæ inſtitutionis, ut ſi ab infirmitate ſalvaretur, etiam Romam venire, ibique ad loca ſancta vitam finire diſponeret, VVilfridumque Epiſcopum ducem ſibi itineris fieri, promiſſa non parva pecuniarum donatione, rogaret. Qui defunctus die decimaquinta Kal. Martiarum Ecgfridum filium regni hæredem reliquit, &c.* Quæ enim ſequuntur de Synodo Anglicana, ſuo loco dicemus.

In

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſpan. DCCVIII. Anno Hegiræ L. inchoato die 28. Januar. fer. 3. A. C. 670.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6163.

☉ 7. F. ☽ 6. P. 14. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 670.

VITALIANI PAPÆ 14.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 3.

I. *Poſtconſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *An. XVII. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus III. & Imperii Heraclii ac Tiberii ejus fratrum anno XII.*

II. *Moritur Oſvvius Rex Northumbriæ.* Ad num. II. Beda in Epitome hoc anno habet: *Oſvvi Rex Nordanymbrorum obiit*, de qua morte lib. 4. cap. 5. hæc ſcribit: *Anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo ſeptuageſimo, qui eſt annus ſecundus, ex quo Britaniam venit Theodorus, Oſvvius Rex Nordanhymbrorum mortuus eſt anno ætatis ſuæ quinquageſimo octavo. Qui defunctus die decima quinta Kalendarum Martiarum Ecfrigdum filium Regni hæredem reliquit.* Quibus ex verbis colligo, Bedam annos Incarnationis inchoare a Natali Domini; alioquin is annus Incarnat. nobis eſſet DCLXXI. quem ille die XV. Februarii nondum inchoaſſet. Neque dici poteſt *Oſvvium* die XV. Februarii ſequentis Chriſti anni demortuum, antequam annus DCLXXI. die Annunciationis B. Virginis a Beda inciperetur, quia, ut infra videbitur, Beda Ecfridi Regis ejus Succeſſoris annos a præſenti deducit. Quare quando Beda ait, fuiſſe tunc annum ſecundum *ex quo Britanniam venit Theodorus*, qui illuc anno ſuperiori adventarat, & quidem menſe Majo, numerat annos Julianos, eoſque utrimque incompletos; quem numerandi modum ſæpe ab Antiquis uſurpatum fuiſſe paſſim in hoc Opere oſtendimus. Fuit *Oſvvius* Romanæ Eccleſiæ propugnator, cujus res præclare geſtas, cæde tamen Sancti *Oſvvini* Regis obſcuratas, paſſim Beda in ſua Hiſtoria refert. Martyrologio Anglicano anno MDCXL. recuſo infertus eſt ad diem XV. Febr. ſed quia nulla Antiquorum de ejus veneratione extant teſtimonia, Bollandus ad eam diem *Oſvvium* inter prætermiſſos prudenter numerat.

III. *Filii Oſvvii & conjux.* Conjux fuit *Oſvvius* Sanctæ *Eanfledæ* filiæ S. Eduini & S. Ethelburgæ, filiæ Sancti Ethelberti Cantii Regis, ac præter Ecgfridum ex Sancta Eanfleda ſuſcepit Sanctam *Elfledem*, *Elfuinum*, de quo anno DCLXXIX. ſermo erit, & *Alcfridum*. His adde quartum filium *Alcfridum* nothum, qui poſt Etgfridum fratrem regnavit. Utrumque *Alcfridum* multi in unum confundunt, quamvis prior ante Oſvvium patrem obierit, & *Cymburga* ſeu *Kineburga*, Pendæ Merciorum Regis filiæ conjux fuerit, poſterior vero ſeu nothus uxorem habuerit, *Cutburgam*, Sororem Inæ Regis Saxonum Occidentalium. *Oſvius* Rex, dum viveret, ut prodit Thomas Elienſis Monachus in Vita S. Ethildritæ Reginæ cap. 8. *Conſtituit filium ſuum Elfridum* (ideſt, Alfridum) *Regem ſuper Deirorum* (lege Berniciorum) *Provinciam; Egfridum vero minorem, quem intimo dilexerat affectu, ſibi conſortem Regni ſuper Provinciam Eboracam, hoc eſt Berniciorum* (legendum Deirorum, in qua Provincia Eboracum Regni Northumbriæ caput, ſitum eſt) *adhibuit quoniam corporis gravitate depreſſus Regni jura difficile protegebat.* Porro Elfridum, ſeu melius Alfridum ante Oſvium patrem vita functum innuit Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 19. ubi de bello inter Ecgfridum & Vulferum Reges geſto, de quo nos anno ſequenti, diſſerens, vocat Ecgfridum Regem *Deirorum & Berniciorum*. Quare *Alfridus* ejus frater, qui Berniciis præfuerat, tunc in vivis non erat. *Elfuinum* aliqua Regni parte ab *Oſvio* patre donatum oſtendit idem Eddius in fragmento Vitæ S. Wilfridi, recitato Sæculo IV. Benedictino, parte 2. ubi cap. 16. de Dedicatione Ripenſis Baſilicæ dicitur, eam a Wilfrido factam, *Invitatis Regibus Chriſtianiſſimis Ecgfrido & Elvvino duobus fratribus.* Elfuinus tamen Rex dici potuit, quia filius Regis erat.

Ean-

III. (a) Molan. in Natal SS. Belg. die 13. Novemb. Maxellendis virgo & martyr.

In Belgio autem in pago Cameracenſi hoc anno clariſſima virgo ( *a* ) radiis caſtitatis enitens, fulgore martyrii addito, longe lateque reſplenduit, veſpertilionibus Novatoribus tantum inviſa. Maxellendis iſta nomine dicta eſt, quæ cum virginitatem Chriſto deſponſam omni virtutum genere exornaſſet, ab eo qui eam cuperet in uxorem ducere Arduino nomine, militari manu domi comprehenſa, cum eidem conſentire omnino renueret, gladio petita, ab eodem occiſa eſt. Cujus virginitatem martyrio conſecratam Dei Eccleſia venerata accedentibus divinis ſuffragiis per miracula declaratis, ipſam inter ſanctas martyres retulit, anniverſariaque memoria colit. Agit de eadem hoc itidem anno Sigebertus in Chronico: cujus etiam teſtificatione liquet, eodem tempore ſubiiſſe martyrium S. Projectum Arvernenſem Epiſcopum, cujus martyrii cauſam illam afferunt, quod conqueſto ipſo apud Childericum Regem adverſus Hectorem Maſſilienſem Patricium ob plurima ab eo illata damna Arvernenſi Eccleſiæ, cum Rex facinoroſum hominem gladio cædi juſſiſſet, ipſe S. Antiſtes ab ejuſdem urbis primoribus Hectoris perneceſſariis appetitus armis, crudeliter necatus eſt. Sufficiens quidem ad martyrium exiſtimata eſt cauſa, cum ob defenſionem ſuæ Eccleſiæ id ſit paſſus.

Projectus Epiſc. Arvernenſis martyr.

Sex-

PAGIUS S. Elfleda ejus filia.

Eanfledæ conjugis monitu *Oſvius* deteſtatus cædem Oſvini Regis, profuſis lacrymis expiare fuſum ſanguinem conata eſt, conſtructa etiam æde Sacra, de qua Beda lib. 3. cap. 14. & erecto Monaſterio Streaneshalæ, in quo Elfleda ejus filia *primo diſcipula vitæ regularis, deinde etiam Magiſtra extitit, donec completo LX. annorum numero ad complexum & nuptias Sponſi Cæleſtis, Virgo Beata* intravit, inquit Beda lib. 4. cap. 24. Anno DCLXXX. Sancta Hilda ejuſdem Monaſterii Abbatiſſa demortua ei *Elfleda* ſucceſſit. Ait enim Beda lib. 4. cap. 26. *præerat tunc eidem Monaſterio Regia Virgo Aelfled, una cum matre Eanflede*. Sanctus *Cuthbertus* didicit ab ea Ecgfridum Regem fratrem ejus intra annum moriturum [1] ſucceſſurum Alfridum (qui frater nothus ejus erat, tunc apud Scotos exulantem, ſeque futurum Epiſcopum, ut teſtatur Beda in S. Cuthberti Epiſcopi Lindisfarnenſis Vita, qui addit eam, ab eodem Sancto gravi morbo liberatam fuiſſe. Cum vero *completo ſexaginta annorum numero*, Monaſticæ ſcilicet diſciplinæ, obierit, ipſoque fine anni DCLV. Deo a patre fuerit dedicata, mors ejus contigit anno ſeptingenteſimo decimo quarto, aut inſequenti. Nomen ejus legitur in Martyrologio Anglicano, aliiſque quibuſdam ad diem VIII. Februarii, ut videre eſt apud Bollandum, ex cujus Commentario Hiſtorico in ejus Vitam hæc excerpſimus. Quoad *Eanfledam* ejus matrem, ea Sanctum *VVilfridum* a prima hujus ætate Monaſterio Lindisfarnenſi conſecravit, & a Rege Ercomberto avunculi ſui filio obtinuit, ut eum honorifice Romam tranſmitteret, uti tradit Beda lib. 5. cap. 20.

Addit Eddius in Vita Sancti Wilfridi cap. 3. Regem ſecundum petitionem Eanfledæ dediſſe ei Ducem nobilem & admirabilis ingenii, *Benedictum* ſcilicet cognomento *Biſcopum*, qui eum ad Sedem Apoſtolicam properantem comitatus eſt. Eanfledæ nomen legitur ad diem V. Decembris in Martyrologio Anglicano.

IV. Floret Eccleſia Anglicana.

Jure merito Baronius ſcribit, Anglo-Saxonum Eccleſiam hoc tempore maxime floruiſſe; habuit enim Reges Sanctitate magnos, & numero plures, qui fundandis Eccleſiis & conſtruendis Monaſteriis egregiam operam poſuere, *Ecgbertum* nempe in Cantio, Londini *Sebbum*, in Occidente *Kenvvalchium*, in Merciis *VVolferum*, & denique in Northumbria *Oſvvium*. Nec ſua etiam laude Antiſtites caruerunt, *Theodorus* in Cantio *VVilfridus* in Northumbria, Ceadda in Merciis, quibus acceſſere hoc anno *Putta* ordinatus a Theodoro Epiſcopus Roſenſis, de quo Beda lib. 4. cap. 2. & Occidentalium Saxonum Epiſcopus *Leutherius* hoc anno conſecratus, inquit Wigornienſis, *qui multis annis Epiſcopatum Geviſſarum, ex Synodica Sanctione ſolus, ſedulo moderamine geſſit*, ut habet Beda lib. 3. cap. 7. Hic quartus Epiſcopus fuit Wintonienſis. Quare non mirum; ſi intra breve tempus Eccleſia Anglicana longe lateque propagata fuerit.

V. Præjecti Martyrium.

Ad n. III. Martyrium *S. Præjecti* Arvernenſis Epiſcopi quod poſt Childerici Regis mortem contigit, commodius anno DCLXXIII. narrabitur.

VI. Obitus Clotarii III.

*Clotarius* III. Burgundiæ & Neuſtriæ Rex hoc anno e vivis exceſſit, ut anno DCLXVIII. monſtravimus.

NOTÆ [1] S. C*Uthbertus didicit ab ea Ecgfridum Regem fratrem ejus intra annum moriturum &c.* Mira hallucinatio Viri doctiſſimi. Non enim id ab Elfeda didicit S. Cuthbertus; ſed tria hæc vaticinia S. Cuthbertus roganti Elfedæ tulit. Docet id perſpicue Beda in Vita ejuſdem Sancti cap. 7. confirmatque Auctor coævus Vitæ ejuſdem Sancti legendus apud Bollandiſtas ad diem XX. Martii, qui aſſerit Sanctum Anachoretam regiæ illi Virgini obitum Regis poſt duodecim menſes futurum prænunciaſſe. Ex quo intelligimus, vaticinium illud latum fuiſſe anno 684. circa menſem Majum, cum Ecgfridi obitus anno ſequenti menſe Majo contigerit, ut recte Pagius ad A. 684. 16. ex Beda. MANSI



I. Obitus Childerici.

SExcenteſimus ſeptuageſimusprimus agitur Redemptoris annus, decimaquarta Indictione, eodemque tertius abſolvitur Childerici Francorum Regis, quo ipſe privatus eſt regno ſecundum S. Eligii vaticinium, de quo ſuperius dictum eſt. De privatione autem ipſius, & morte cauſam illam afferunt ( *a* ), quod cum ob nimiam ſævitiam in Francorum nobiles exhibitam eorumdem Francorum in ſe animos concitaſſet, a Bobilone, quem ſervili ſupplicio ad ſtipitem tentum verberare feciſſet, occiſus fuit: in locum vero ejus ſubrogatur germanus, ipſius Theodoricus. Quo audito Ebroinus, qui illi antea ſtuduiſſet, & ejus cauſa in monaſterium detruſus eſſet, vel timore malorum ſponte adiiſſet ex monacho mutatus in militem, adverſus eos, quos paſſus eſſet adverſarios, gladium ſtrinxit, nobileſque complures obtruncavit, ſummo magiſtratu Majoris domus eidem Regi Theodorico inhærens. Inter ipſos fuit S. Leodegarius Auguſtodunenſis Epiſcopus, de quo ſuo loco dicendum erit.

(a) In append. apud Greg. Tur. & apud Aimoin. l. 4. c. 44.

Theodorici regnum.

II. Hic autem lectorem monitum velim, in horum Regum ſucceſſione diverſos diverſa ſcribere, nempe poſt obitum Clotharii elevatum in regnum Theodoricum, eoque ſublato, Childericum ſucceſſiſſe: aliqui autem ajunt Theodoricum ſucceſſiſſe Childerico. Verum de his ſentienda puto, quæ ſcribit S. Audoenus ex oraculo S. Eligii, qui ea ſcriberet ſicut expleta vidit. Repetenda hic ſunt verba ejus, quo de his certior veritas percipi poſſit; ait enim hæc: *Defuncto Clodoveo Rege, qui ſine dubio brevi deſinet eſſe in humanis, aliquandiu Regina conjux ejus cum tribus filiolis regnum obtinebit. Illa autem ſublata, & filiis in regno relictis, unus ex eis cadet:* fuit hic, ut dictum eſt, Clotharius, *nec diu poſt alter quoque e duobus regno privabitur:* quem ex his quæ ſequuntur, Childericum fuiſſe, dicere opus eſt: nam pergit: *Tertius vero ſolus obtinebit monarchiam, eritque ejus magna gloria atque potentia. Hucuſque Eligius.* Subdit Audoenus:

III. *Nos vero dubitare non debemus ita fore ut prædixit, cum jam nonnulla impleta videamus: nam & Clodoveus Rex intra breve tempus in pace obiit, & Regina conjux cum tribus parvulis ad paucos annos regnans, filiis poſtea reliquit principatum: paucis interim labentibus annis major natu, Clotharius videlicet, dum pacifice regnat, excedit e vita, duobus relictis fratribus, de quibus quid futurum ſit, Deus ſolus novit.* Hæc ſcribebat (ut apparet) Audoenus, cum poſt obitum Clotharii ambo fratres regnare cœperunt. Sed non diu poſt reiicitur Theodoricus, & erigitur Childericus, quem ſecundum vaticinium S. Eligii haud diutius regnaſſe oportuit: nam (ut dicebat) alter cito cecidit ex duobus, & tertius diu monarchiam obtinuit, qui fuit Theodoricus. Ex his ergo corrigas, qui Childerico annos tribuunt duodecim quem non exceſſiſſe putamus annum tertium, ad quem perveniſſe vidimus. Quem vero diutius tenuiſſe regnum ex eodem divino conſtat oraculo, fuit, Theodoricus: nam apud Aimoinum reperies regnaſſe annos undeviginti, ſive (ut alia lectio habet) viginti & unum. Quod autem apud Gregorium legitur regnaſſe annos quatuordecim, a tempore reſtitutionis certum eſt auctorem numerare: ait enim Sigebertus, eum reſtitutum anno Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimonono, defunctum vero anno ſexcenteſimo nonageſimotertio.

Corrigitur error de tempore Regum Francorum.

IV. Reddunt Græcorum Annales, hoc anno quarto Imperatoris Conſtantini cæleſti

PAGIUS SÆC.VII. Anno Eræ Hiſpan. DCCIX. Anno Hegiræ LI. inchoato die 18. Feb. fer. 7. A.C. 671.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6164.

☉ 8. E. ☽ 7. P. 6. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 671.

VITALIANI PAPÆ 15.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 4.

I. Poſtconſulatus.

HIC annus iſta formula notatus: *Anno XVIII. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus IV. & Imperii Heraclii ac Tiberii ejus fratrum anno XIII.*

II. Mors Childerici Regis.

A num. I. ad IV. Necem *Childerici* Regis Francorum differimus in annum DCLXXIII. quo patrata eſt, ne ab ea dividamus quæ ſequentibus poſt eam annis acta ſunt, & narrationem noſtram obſcuriorem reddamus.

III. Signum apparet in Cœlo.

Ad num. IV. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCLXIV. Kalend. Septembris anni Chriſti DCLXXII. inchoato ait: *Hoc anno Iris in cœlo conſpecta carni omni tremorem incuſſit menſe Martio Dyſtro: adeo ut omnes rerum univerſarum conſummationem adveniſſe prædicarent.* Quare Iris illa viſa anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio, quo & recte eam collocavit Sigebertus in Chronico. Ejus quidem mentionem faciunt Cedrenus & Auctor Miſcellæ ad annum IV. Conſtantini Pogonati, cum quo & Theophanes eam illigat: verum neuter obſervarat, Theophanem a fine Imperii Phocæ uſque ad annum Chriſti DCXCIII. annum unum minus numerare, & ad defectum illum ſupplendum annis ab eo memoratis unitatem ſemper addendam eſſe, ut ſupra demonſtravimus.

ſti ſigno perterrefactum orbem, ita ut videretur ejus interitus imminere; invaſamque a Sarracenis Lyciam atque Ciliciam, comparatumque ab eiſdem ap-

pa-

PAGIUS mus. Memorabile porro hoc ſignum fuit, cum ut ii Auctores referunt, omnes crederent finem mundi inſtare, ac præterea ex ea certum argumentum habeamus anni necis Childerici Regis, qui hactenus in controverſia, fuit, ut anno DCLXXIII. videbimus. Addit Theophanes horrendam quoque mortalitatem univerſam Ægyptum inceſſiſſe, & *Saracenos* claſſe maxima præparata *Ciliciam* præternavigaſſe & hyberna egiſſe partim *Smyrnæ*, partim in *Cilicia* & *Lycia*. Eos enim Conſtantinopolim per annos ſeptem obſidione cinxiſſe infra viſuri ſumus.

IV. *Obitus S. Eremberti Epiſc. Toloſani.* Hoc anno mortuus eſt *Sanctus Erembertus*, qui ſub regimine Sancti Wandregiſili in Cœnobio Fontanellenſi Monachum induit, regnante Clotario III. & poſt aliquot annos juſſu Regis populique electione Toloſanus ordinatus eſt Antiſtes. Verum poſtquam per aliquod tempus inſtar magnæ lampadis lumine ſuorum meritorum in illa Eccleſia fulſit, ſeceſſit ad Monaſterium Fontanellenſe, cui tum præerat *S. Lantbertus*, ibique aliquantulum in ſancta degens converſatione, ultimo confectus ſenio feliciter migravit ad Chriſtum *pridie Idus Maii*, ut legitur in ejus Vita ab Anonymo Auctore ſcripta, quæ extat Sæculo ſecundo Benedictino. Mortem ejus hoc anno accidiſſe colligitur ex Chronico Fontanellenſi, quod teſtatur anno DCCIV. corpora Sanctorum Wandregiſili, Anſberti, & Wlframni tranſlata fuiſſe pridie Kal. Aprilis, feria ſecunda, poſtridie Paſchatis, quod eo anno celebratum eſt die XXX. Martii, additque illius Chronici Auctor, corpus S. Eremberti Epiſcopi poſitum fuiſſe in Baſilica S. Pauli Apoſtoli *die triceſimo primo poſt Tranſlationem prædictam* ideoque die prima menſis Maii S. Apoſtolis Philippo & Jacobo ſacra, poſtquam, inquit Chronographus ille *annis plus minuſve triginta tribus* in tumulo requieviſſet: quos annos ſi ordine retrogrado numeres, ad eum in quo verſamur, pervenies. Quæ adverſus hanc ſententiam ex Jona Monacho Fontanellenſi in Vita Sancti Wlframni Senonenſis Epiſcopi afferri poſſunt, refellit Cointius.

V. *Occaſione victoriarum Ecgfridi Regis Eccleſia Anglicana dilatata.* Hoc anno Picti *Ecgfridum* Northumbriæ Regem novitium & inexpertum rati in ejus Ditiones excurſiones fecere; quibus Regius juvenis occurrens, innumerabilem eorum delevit exercitum cum paucis ſuis militibus, ut tradit Malmesburienſis lib. 3. de Pontif. ſub finem. Quod hoc anno geſtum indicat Eddius Stephanus in Sancti Wilfridi Vita cap. 18. dum ait id contigiſſe *in primis annis ejus, tenero adhuc Regno*, & antequam Ethildrita Regina, quam Adelredam vocat, ab eo ſepararetur: *In diebus illis Egfridus Rex religioſus cum beatiſſima Regina Adelreda, cujus corpus vivens ante impollutum poſt mortem incorruptum manens adhuc demonſtratur; ſimul in unum Vvilfrido Epiſcopo in omnibus obedientes facti, pax & gaudium in populis, anni frugiferi, victoriæque in hoſtes Deo adjuvante ſubſecutæ ſunt.* Anno autem ſequenti Ethildrita in Monaſterium ſeceſſit. Addit cap. ſequenti Eddius, poſt hanc victoriam Wlferum Regem Merciorum, omnes Auſtrales populos adverſus Northumbros, quibus præerat Ecgfridus, concitaſſe, ut eos ſub tributo redigeret; ſed *Egfridum* occiſis innumeris *Vvolferum* fugaſſe: *Regnumque ejus*, inquit, *ſub tributo diſtribuit*. Malmesburienſis citatus idem narrat, aſſeritque partem Provinciarum Northanymbrorum Ecgfrido Wolferum ceſſiſſe, huncque bellum moviſſe quod meminiſſet patrem ſuum Pendam a Northumbris alias occiſum. *Sicut igitur*, inquit Eddius cap. 20. *Ecfrido Rege religioſo Regnum ad Aquilonem & Auſtrum per triumphos augebatur: ita beata memoria Vvilfrido Epiſcopo ad Auſtrum ſuper Saxones, & Aquilonem ſuper Brittones & Scottos Pictoſque Regnum Eccleſiarum multiplicabatur.* Prioris belli non meminit Beda, ſed tantum ſecundi lib. 4. cap. 12. qui ait, Ecgfridum fugato Wlfere Lindlsfarorum Provinciam obtinuiſſe, ubi *Lindisfarorum* nomine *Lincolnienſes* intelligit.

VI. *Ob bella domeſtica Religio & Politia civilis in Galliis pеſſundata.* Ab hoc circiter tempore propter turbulenta bella, quæ inter Gallos inflammata ſunt, non ſolum politia civilis in Gallia corruere cœpit; ſed etiam nationes ultra Rhenum poſitæ, quæ huc uſque Dominationi Regum Francorum ſubditæ fuerant, ab ea paulatim deſcivere, indeque idololatria in illis Regionibus revixit, pluresque hæreſes in eas introductæ. Teſtatur hoc de ſtatu civili Annaliſta Metenſis, qui ad annum DCLXXXVIII. loquens de proſperis ſucceſſibus *Pippini Heriſtalli* poſt pugnam Textriacam, a qua totius Franciæ Majoratum obtinere cœpit, ait: *Hinc Suavos & Baioarios, & Saxones, crebris irruptionibus frequentibuſque prœliis contritos ua Ditioni ſubiugavit. Hæ enim Gentes olim, & aliæ plurimæ multis ſudoribus acquiſitæ Francorum ſummo obtemperabant Imperio. Sed propter deſidiam Regum, & domeſticas diſſenſiones, & bella civilia, quæ in multas partes diviſi Regni ingruerant, legitimam Dominationem deſerentes, ſinguli in proprio ſolo armis libertatem moliebantur defendere. Quam obſtinationem invictus Pippinus Princeps crebris expeditionibus, utiliſſimiſque conſiliis, & frequentibus populationibus Domino cooperante compeſcuit, ſeveriſſimaſque nationes Divina comitante virtute propria Dominationi ſubegit.* Pippino Heriſtallio demortuo *Carolus Martellus* ejus filius, & poſt eum Pippinus *Brevis* cognominatus, ac Carolomannus ejus filii fere continuo contra eoſdem Saxones, Bajoarios, Friſios, Suevos, alioſque populos, qui jugum Francicum excuſſerant, pugnarunt; indeque factum, ut non ſolum Vita hominum ſolutior fuerit; ſed etiam ad ſuperſtitiones inclinarit, pluresque in limite Rheni fluminis ad idololatriam converſi fuerint. Quare cum præfatus Carolomannus Concilium Germanicum anno DCCXLII. ad reſtituendam Religionem convocavit, in Præfatione ea ſe de cauſa Epiſcopos & Presbyteros convocaſſe teſtatur, *ut mihi*, inquit, *conſilium dediſſent, quomodo lex Dei & Eccleſiaſtica religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum diſſipata corruit; & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ pervenire poſſit, & per falſos Sacedotes deceptus non pereat.* Idem fere dicit Pippinus in Concilio Sueſſionenſi anno DCCXLIV. indicto ut legere eſt in Canone primo ejuſdem Concilii.

VII. *Hæreſis & idololatria in Galliam Orient. introducta.* Gregorius II. Pontifex Romanus intelligens ſibi ob dignitatem Sedis ſuæ imminere curam univerſalis Eccleſiæ, Legatum in Germaniam miſit S. *Bonifacium*, ut illic operam daret converſioni Paganorum. Hic ubi in Turingiam pervenit *Seniores plebis populique Principes affatus eſt, eoſque relicta ignorantiæ cæcitate ad acceptam dudum Chriſtianitatis Religionem iterando provocavit, quia fatiſcente ſuorum Regum*

Do-



paratum ad expugnandam Conſtantinopolitanam civitatem. Ita turbatus eſt Oriens, cum hæreticus Patriarcha eamdem gubernaret Eccleſiam; qui nec ceſſavit diverſis motibus quati, quouſque fides Catholica firmata eſt.



An-

PAGIUS *Dominio, magna quidem eorum Comitum multitudo ſub Theobaldi & Hedenis periculoſo Primatu, qui lugubre ſuper eos tyrannici Ducatus & infeſtum vaſtationis potius quam devotionis obtinebant Imperium, vel corporali per eos prævenra morte, vel hoſtili ſiquidem eductione captivata eſt; in tantumque diverſis conſtricta malis, ut cætera, quæ manebat, reſidua populi turba, Saxonum ſe ſubiiceret Principatui. Quo ceſſante religioſorum Ducum dominatu, ceſſavit etiam in eis Chriſtianitatis & Religionis intentio, & falſi ſeducentes populum introducti ſunt fratres, qui ſub nomine Religionis maximam hæreticæ pravitatis introduxerunt ſectam: ex quibus eſt Torchtvvine & Berchthere, Eamberch, & Hunred, fornicatores & adulteri, quos juxta Apoſtolum Dominus judicavit*, inquit Willibaldus in Vita Sancti Bonifacii cap. 8.

VIII. *Illud magis probatur.* Nec aliter loquitur S. Eigil Fuldenſis Abbas in Vita Sancti Sturmii Abbatis Fuldenſis primi, qui Sancto Bonifacio in Germania prædicanti oblatus eſt a parentibus: *Tempore quodam*, inquit, *Sanctus ac Venerabilis Archiepiſcopus Bonifacius Noricam* (Baioariam ſcilicet, ut liquet ex Paulo Diacono in lib. 3. de Geſt. Langob. cap. 31.) *Regionem ingreſſus, cum Sacerdotes & univerſos Eccleſiæ ordines ad Catholicam imbueret fidem, cunctoſque ibidem hæreticorum errores ab Eccleſiis repelleret; Chriſtique populos quoque gentis illius, licet eſſent Chriſtiani, ab antiquis tamen Paganorum contagiis & perverſis dogmatibus, veracibus Chriſti Doctrinis cohiberet*, &c. *Tunc etiam puer Sturmi precatu parentum ab eo ſuſceptus.* Idololatria autem & hæreſis ab hoc circiter anno in Regiones illas ultra Rhenum poſitas irripere cœpit, ut elicio ex literis S. Bonifacii ad Zachariam Papam an. DCCXLII. datis: *Notum ſit Paternitati Veſtræ quod Carolomannus Dux Francorum, me accerſitum ad ſe rogavit, ut in parte Regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, faciam Synodum congregari, & promiſit ſe de Eccleſiaſtica religione, quæ jam longo tempore, ideſt, non minus quam per ſexaginta vel ſeptuaginta annos calcata & diſſipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle.* Hujus obſervationis opera facile quiſque intelliget, quam neceſſarium ſit, bellorum ſequentibus annis in Galliis geſtorum in Annalibus Eccleſiaſticis mentionem facere; cum ex iis morum diſſolutio, diſciplinæ Eccleſiaſticæ ruina & idololatriæ ac hæreſeos introductio profluxerint.

Obitus *Grimoaldi* Langobardorum Regis de quo anno DCLXXIII.

I. ANnus Domini ſequitur ſexcenteſimus ſeptuageſimusſecundus, Indictione decimaquinta, idemque quartus Adeodati Romani Pontificis, quo contigit ſanctiſſimi viri Audoeni Rothomagenſis Epiſcopi peregrinatio ad limina Apoſtolorum, digna quidem quæ intexatur Annalibus in exemplum fidelium, ut diſcant quanta pietate conſueverint viri ſancti ejuſmodi religioſum munus obire. De ea enim hæc in rebus ab eo præclare geſtis (a): *Poſt fundatam in fide Eccleſiam, poſt doctrinæ fluenta, poſt tot ædificata monaſteria, poſt tranquillatum totius Franciæ regnum, urbem Romam caput orbis & Chriſtianæ religionis, quam Apoſtolorum Principes ſuis corporibus ornant, ac martyrum catervæ ſacris oſſibus decorant, Pontificatum ejus urbis tunc in annum quartum obtinente Adeodato Papa, adire tandem conſtituit. Cumque hoc longe lateque fama vulgaret, undique conveniunt ad virum Dei homines religioſi auri argentique pondera multa ei afferentes, ſimulque obſecrantes, ut ad corpus ſanctorum Apoſtolorum, & martyrum pro redemptione animarum ſuarum ea deferri jubeat, partem etiam pauperibus illic ſuis ſacris manibus diſtribuat, ipſoſque ſuis precibus Chriſto commendet.*

(a) *Extant apud Sur. die 24. Aug. c. 23.*

Peregrinatio S. Audoeni ad limina Apoſt.

II. *Multi ergo venerabiles viri & Deo devoti una cum illo proficiſci ſibi licere gratulantur, in quibus erat ſanctus Sidonius genere Scotus, extructor monaſterii, quod nunc per metonymiam, ſanctum Sidonium appellant. Stipatus ergo vir Deo dilectus ſanctorum comitum turba, eleemoſynarumque benedictionibus onuſtus, ad limina ſanctorum Apoſtolorum hilaris, ut quondam Vas electionis, cum diverſarum Eccleſiarum benedictiones in miniſterium ſanctorum Hieroſolymam apportaret, pervenit. Ad ſingulas autem Apoſtolorum & martyrum Memorias ſe proſternens, vota & ſupplicationes tam pro ſe, quam pro totius Eccleſiæ Catholicæ pace obtulit, lacrymas tamen uberius quam verba fundens: ubicumque enim in oratione proſtratus jacebat, flumina lacrymarum pavimenta irrigabant. Denique cum ad Petri Confeſſionem hunc verſum inciperet. Exultabunt ſancti in gloria: divinitus reſponſum eſt: Lætabuntur in cubilibus ſuis.*

Cultus ſanctorum mirificus.

III. *Sed quis commemorare ſufficiat, quanta liberalitate & munificentia per Romanas eccleſias & ſanctorum Memorias traditam ſibi pecuniam diſtribueret? Cumulabantur altaria ſanctorum auro, & argento, itemque pauperum manus implebantur: gaudebat urbs tota, cum & beneficiis gratulabatur, ac ſi fidei ſuæ fundatores coram oculis corporeis intueretur. Abſolutis vero apud loca ſanctorum diu optatis precibus, divinis acceptis reſponſis, cum multarum reliquiarum ſuffragiis tandem venerabilis ſenex, altiſſimis Alpium jugis tranſmiſſis, in Gallias revertit.* Hucuſque auctor.

Oblationes fidelium ad SS. martyres.

Hoc eodem anno, menſe Septembri, quo prima Indictio inchoatur, & decimoquinto Kal. Martii numerari incipit annus tertius Ecgfridi Regis Anglorum a Theodoro Archiepiſcopo Dorovernenſi, Apoſtolica qua fungebatur auctoritate, congregata eſt in Anglia Synodus, de qua Beda (b) his verbis meminit: *Ejuſdem Regis Ecgfridi anno tertio Theodorus cogit Concilium Epiſcoporum una cum eis, qui canonica Patrum ſtatuta diligerent & noſſent, magiſtris Eccleſiæ pluribus. Quibus pariter congregatis, diligenter ea quæ unitati pacis Eccleſiaſticæ congruerent, eo quo Pontificem decebat animo, cœpit obſervanda docere: cujus Synodicæ Actionis hujuſmodi textus eſt:*

Synodus Anglic.

(b) *Beda de Geſt. Angl. l. 4. c. 5.*

PAGIUS SÆC. VII Anno Eræ Hiſp. DCCX. Anno Hegiræ LII. inchoato die 7. Jan. fer. 5. Anno Hegiræ LIII. inchoato die 27. Decemb. fer. 2. A.C. 672.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6165.

☉ 9. D. C. ☽ 8. P. 25. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 672.

ADEODATI PAPÆ 1.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 5.

I. Poſtconſulatus.

HIc annus iſta formula notatus: *Anno XIX. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus V. & anno Imperii Heraclii ac Tiberii ejus fratrum XIV.*

II. A num. I. ad IV. Fridegodus in Vita S. Audoeni Epiſcopi Rotomagenſis, decimo poſt Chriſtum ſæculo ab eo ſcripta docet hunc Sanctum Antiſtitem Romam adire conſtituiſſe, *Pontificatum ejus Urbis tunc in annum quartum obtinente Adeodato Papa.* Quare ea peregrinatio ab Audoeno ſuſcepta anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto, quo *Adeodatus* menſe Aprili annum Pontificatus ſui quartum inchoavit. *Multi venerabiles Viri & Dei devoti una cum illo proficiſci ſibi licere gratulabantur, in quibus erat Sanctus Sidonius genere Scotus, exſtructor Monaſterii, quod nunc per methonymiam Sanctum Sidonium appellant.* Stipatus igitur Vir Deo dilectus Sanctorum comitum turba & eleemoſinis onuſtus ad limina Sanctorum Apoſtolorum pervenit. Erat *Sidonius* Monachus Gemmetenſis, qui factus poſtea primus Abbas Monaſterii, quod in agro Rotomagenſi *Thedoricus* Francorum Rex antea conſtruendum curavit quarta ſcilicet leuca ab ea Civitate in ſolo Calletenſi ubi pagus etiamnum conſpicitur, qui de S. Bidonii nomine S. Sidonius, vulgo *Saint Saens*, appellatur. Rediit poſtea *S. Audoenus* in Galliam, & cum eo S. *Sidonius*, dum inter Ebroinum, alioſve Proceres diſcordiæ enatæ eſſent, ut indicat Fridegodus laudatus, quibus ſedandis incubuit Audoenus ut infra, videbimus, de *Sidonio* legendus Menardus in Obſervat. ad Martyrologium Benedictinum ad diem XIV. Novemb. qui docet Monaſterium illud a Normannis fuiſſe poſtea ſolo æquatum, & *Sidonii* Vitam recitat.

*S. Audoenus cum S. Sidonio Romam proficiſcitur.*



IV. *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, regnante in perpetuum ac gubernante Eccleſiam eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto, placuit convenire nos juxta morem canonum venerabilium tractaturos de neceſſariis Eccleſiæ negotiis. Convenimus autem die vigeſimaquarta menſis Septembris, Indictione prima, in loco qui dicitur Herudford: Ego quidem Theodorus quamvis indignus ab Apoſtolica ſede deſtinatus Dorovernenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & conſacerdos ac frater noſter reverendiſſimus Biſi Orientalium Anglorum Epiſcopus: quibus etiam frater & conſacerdos noſter Vuilfridus Nordumbrorum gentis Epiſcopus per proprios legatarios affuit. Affuerant & fratres ac conſacerdotes noſtri Putta Epiſcopus caſtelli Cantuariorum quod dicitur Rotſcheſter, Leutherius Epiſcopus Occidentalium Saxonum, Vuinfridus Epiſcopus provinciæ Merciorum. Cumque in unum convenientes, juxta ordinem quique ſuum reſediſſemus: Rogo, inquam, dilectiſſimi fratres, propter timorem & amorem Redemptoris noſtri, ut in commune omnes pro noſtra fide tractemus: ut quæque decreta ac definita ſunt a ſanctis ac probabilibus Patribus, incorrupte ab omnibus nobis ſerventur.*

V. *Hæc & alia quamplura, quæ ad charitem pertinebant, unitatemque Eccleſiæ conſervandam, proſecutus ſum. Cumque explеſſem prolocutionem, interrogavi unumquemque eorum per ordinem, ſi conſentirent, ea quæ a patribus canonice ſunt antiquitus decreta, cuſtodire. Ad quod omnes conſacerdotes noſtri reſpondentes dixerunt: Optime omnibus placet, quæque definierunt ſanctorum canones Patrum, nos quoque alacri animo libentiſſime ſervare. Quibus ſtatim protuli eumdem librum canonum, & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaveram, quia maxime nobis neceſſaria ſciebam, illis coram oſtendi, & ut hæc diligentius ab omnibus ſuſciperentur, rogavi.*

*Primum capitulum, ut ſanctum diem Paſchæ in commune omnes ſervemus Dominica poſt decimamquartam Lunam primi menſis.*

Sanciti canones.

*Secundum, ut nullus Epiſcoporum parochiam alterius invadat, ſed contentus ſit gubernatione creditæ ſibi plebis.*

*Tertium, ut quæque monaſteria Deo conſecrata nulli Epiſcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quicquam de eorum rebus violenter abſtrahere.*

V *Quartum, ut monachi non migrent de loco ad locum, hoc eſt, de monaſterio ad monaſterium, niſi per dimiſſionem proprii Abbatis, ſed in ea permaneant obedientia, quam tempore ſuæ converſionis promiſerunt.*

*Quintum, ut nullus clericorum relinquens proprium Epiſcopum paſſim quolibet diſcurrat, neque alicubi veniens abſque commendaticiis litteris ſui Præſulis ſuſcipiatur. Quod ſi ſemel ſuſceptus eſt, & noluerit invitatus redire: & ſuſceptor, & is qui ſuſceptus eſt, excommunicationi ſubiacebit.*

*Sextum, ut Epiſcopi atque clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat ullum officium ſacerdotale abſque permiſſu Epiſcopi, in cujus parochia eſſe cognoſcitur, agere.*

*Septimum, ut bis in anno Synodus congregetur: ſed quia diverſæ cauſæ impediunt, placuit omnibus in commune, ut Kalendis Auguſti, in loco qui appellatur Cloſeshooh, ſemel in anno congregetur.*

*Octavum, ut nullus Epiſcoporum ſe præferat alteri per ambitionem, ſed omnes agnoſcant tempus & ordinem conſecrationis ſuæ.*

*Nonum capitulum in commune tractatum eſt, ut plures Epiſcopi, creſcente numero*



PAGIUS

III. A num. IV. ad VIII. Synodus *Hertfordienſis* quam Theodorus Cantuarienſis Epiſcopus, compoſiturus Anglo-Saxonum Eccleſiam celebravit, pertinet ad annum ſexcenteſimum ſeptuageſimum tertium, ad quem Beda in epitome ſcribit: *Ecgberct Rex Cantuariorum obiit; & Synodus facta eſt ad Herudforda, præſente Ecgfrido Rege præſidente Archiepiſcopo Theodoro, utiliſſima, decem Capitulorum.* In Hiſtoria vero lib. 4. cap. 5. poſtquam ea Capitula retulit, ait: *Facta eſt hæc Synodus anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio, quo anno Rex Cantuariorum Ecgberct menſe Julio obierat, ſuccedente in Regnum fratre Lothere.* Succeſſerat *Ecgbertus* Ercomberto patri anno DCLXIV. die XIV. menſis Julii demortuo, & Regnum *per novem annos tenuit*, inquit Beda lib. 4. cap. 1. quare novem illi anni completi, ac integri fuere. *Lothere Lotharius* communius vocatus, inſigni injuria filiorum Ecgberti Sceptrum arripuit, qui duos filios reliquit *Edruum* atque *VVigtredum*, qua ex invaſione enata poſtea bella, de quibus Hiſtorici Angli conſulendi.

*Obitus Ecgberti Cantuariorum Regis.*

IV. Beda lib. 4. cap. 5. Poſtquam narravit mortem Oſvvi Regis Northumbriæ, inquit: *Qui defunctus die XV. Kal. Mart. Ecgfridum filium Regni hæredem reliquit: cujus anno Regni tertio Theodorus coegit Concilium Epiſcoporum.* Initio vero Synodicæ Actionis ibidem recitatæ hæc verba leguntur: *Convenimus die vigeſima quarta menſis Septembris, Indictione prima, in loco qui dicitur Herudford.* Hæc indictio prima merito turbavit Baronium, non ſolum quia non ani-

*Synodus Herefordienſis*

*mero fidelium, augerentur. Sed de hac re ad præſens ſilemus.*

*Decimum pro conjugiis, ut nulli liceat niſi legitimum habere connubium: nullus inceſtum faciat: nullus conjugem propriam niſi ut ſanctum Evangelium docet, fornicationis cauſa relinquat. Quod ſi quiſquam propriam expulerit conjugem legitimo ſibi matrimonio conjunctam: ſi Chriſtianus eſſe recte voluerit, nulli alteri copuletur, ſed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur conjugi.*

VII. *His itaque capitulis in commune tractatis ac definitis, ut nullum deinceps ab aliquo noſtrum oriatur contentionis ſcandalum, aut alia præ aliis divulgarentur: placuit, ut quæque definita ſunt, unuſquiſque noſtrum manus noſtræ ſubſcriptione confirmaret. Quam ſententiam definitionis noſtræ Titillo notario ſcribendam dictavi. Actum in menſe & Indictione ſupraſcriptis. Quiſquis igitur contra hanc ſententiam juxta decreta canonum, noſtra etiam conſenſione ac ſubſcriptione manus noſtræ confirmatam, quoquo modo venire eamque infringere tentaverit, noverit ſe ab omni officio ſacerdotali & noſtra ſocietate ſeparatum. Divina nos gratia in unitate ſanctæ Eccleſiæ ſuæ viventes cuſtodiat incolumes. Facta autem eſt hæc Synodus anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimotertio.* Hactenus in Synodo Beda; ſed corrigendum puto annum Domini, cum facta Synodus dicitur anno ſeptuageſimotertio ſupra ſexcenteſimum; niſi tunc una cum Indictionis principio, hoc ipſo quoque anno, menſe Septembri ſequens annus Domini fuerit numerari cœptus.

VIII. Hoc eodem anno e vita ereptus eſt lue ſanctiſſimus Epiſcopus Ceadda, ut idem aſſerit Beda (*a*), qui de peſte, quæ hoc anno Angliam depaſta eſt, pluribus agit (*b*): tertius namque hic eſt annus ſedis ejus, de quo ipſe Beda hæc ait: *Cum in illa provincia* (Merciorum ſcilicet, cui dictus Ceadda Epiſcopus datus erat) *duobus annis ac dimidio Eccleſiam glorioſiſſime rexiſſet, affuit, ſuperno diſpenſante judicio, tempus, de quo loquitur Eccleſiaſtes* (*c*): *Quia tempus mittendi lapides, & tempus colligendi. Supervenit namque clades divinitus miſſa, quæ per mortem carnis vivos Eccleſiæ lapides de terrenis ſedibus ad ædificium cæleſte transferret.* Pergit dicere de vita & ad Deum tranſitu ejuſdem Epiſcopi, qui hoc anno contigit ſexto Nonas Martias: deque magni meriti viro, Ovvino monacho multa habet, pluraque etiam de nonnullis ſanctis virginibus monaſticam vitam agentibus ſub ſancta Eldiburga Abbatiſſa tunc ex hac vita ad Deum receptis, ipſiuſque Eldiburgæ ex hac vita migratione, ſignis cæleſtibus earumdem ſanctitate omnibus teſtata: quæ tu conſulas.

(*a*) *Beda l.* 4. *c.* 3.
(*b*) *Beda l.* 4. *c.* 7. 8. 9. & 10.
De Ceaddæ Epiſc. obitu.
(*c*) *Eccl.* 3.
Lues graſſatur.

At

PAGIUS animadverterat, Anglos hoc tempore uſos eſſe Indictione Conſtantiniana, a die XXIV. Septemb. cœpta; ſed etiam quia ea mendoſe in omnibus Bedæ editionibus, & in everſione etiam Saxonica deſcripta eſt. Beda enim lib. de Temporum Ratione Tomo II. pag. 80. edit. Colon. hæc ſcribit: *Incipiunt Indictiones ab VIII. Kalendas Octobris, ibidemque terminantur.* Quare die XXIV. Septembris anni DCLXXIII. inchoarunt Angli Indictionem ſecundam quam Conſtantinopolitani a præcedentibus Kalendis Septembris jam auſpicati erant, ſicuti & hoc tempore alii populi. Synodum enim illam anno DCLXXIII. habitam fuiſſe, tam annus Incarnationis a Beda expreſſus, quam duratio Regni Lotharii, menſe Julio inchoati nos dubitare non patiuntur. Is enim teſte Beda lib. 4. cap. 5. regnavit annos undecim & menſes ſeptem, & mortuus eſt anno DCLXXXV. VIII. Idus Februarii, ut Beda lib. 4. cap. 26. ſcribit. Quare quando loco mox citato Beda aſſerit Concilium iſtud congregatum fuiſſe *anno tertio* Ecgfridi Regis qui die XV. Februarii anni DCLXX. Oſvvio patri ſucceſſerat, non annos Imperii, ſed annos civiles numerat, & menſes ſeptem, qui poſt annum Regni tertium lapſi erant, negligit, uti ſæpe alii Hiſtorici. Ad locum Synodi quod attinet, quem Beda *Herudford* vocat, hodie eſt *Hertfordia* ſeu Herefordia, quam Camdenus in Catieuchlanis populis locat.

V. Ad num. VIII. Beda lib. 4. cap. 3. fuſe agit de *S. Ceadda* Epiſcopo Merciorum ſimul & Lindisfarnorum, aitque Sedem ejus Epiſcopalem fuiſſe Lichfeldiam, & in illa Provincia *duobus annis ac dimidio* Eccleſiam glorioſiſſime rexiſſe, ac obiiſſe, *ſexto die Nonarum Martiarum.* Quare anno DCLXIX. ineunte circiter Septembri ad Epiſcopatum illum evectus fuerat. *In cujus locum ordinavit Theodorus VVinfridum, Virum bonum & modeſtum, qui ſicut Prædeceſſores ejus, Provinciis Merciorum, & Mediterraneorum Anglorum, & Lindisfarorum Epiſcopatus officio præeſſet: in quibus cunctis VVlfheri (qui adhuc ſupererat) ſceptrum Regni tenebat.* Cum ſucceſſu temporis plures in Anglia conſtituti eſſent Epiſcopi ob ſuam antiquitatem eminuit præ reliquis Sedes Lichfeldenſis, etiam ſubinde Archiepiſcopalis habita, Pallio ab Hadriano primo Pontifice Romano ad Aldulphum Epiſcopum miſſo, eique ſubiecti erant omnes Regni Merciorum & Orientalium Anglorum Epiſcopi, ut ſcribit Godwinus in Comment. de Præſul. Angliæ pag. 365. Sancti Ceaddæ Vitam ex variis Bedæ locis collegit Bollandus ad diem II. Martii, quæ ex Obſervationibus noſtris illuſtrari poterit.

*Obitus S. Ceaddæ Epiſcopi Lichfeldienſis.*

VI. Florebant hoc tempore in Anglia Sanctus *Erconvaldus* & Sancta *Æthilburga* ſeu *Edilburga* ſoror ejus, illeque, ut teſtatur Beda lib. 4. cap. 6. priuſquam fieret Epiſcopus Londonienſis, duo præclara Monaſteria, unum ſibi juxta fluvium Tamiſam alterum, ſorori ſuæ in Orientali Saxonum Provincia conſtruxerat. Præfuit per plures annos eidem Monaſterio Berecingenſi dicto *Edilburga*, quam Capgravius in ejus Vita refert obiiſſe quinto Idus Octobris, circa annum DCLXXVI. quod Harpsfeldius ſæculo VII. cap. 14. etiam tradit. Fuſe de ea & de miraculis in Berkengenſi Monaſterio factis illud regen-

*Florent SS. Erconvaldus & Edilburga in Anglia.*



IX. At non ſilentio prætereundus, ſed Annalibus merito intexendus felix ad Deum tranſitus Orientalium Saxonum Regis Sebbi, de quo ſuperius mentio (*a*) facta eſt, quem ſanctarum virginum læto funeri idem Beda ſubiicit iſtis verbis (*b*): *Eo tempore præerat regno Orientalium Saxonum (ut idem etiam libellus docet) vir multum Deo devotus, nomine Sebbi, cujus ſupra meminimus. Erat enim religioſis actibus, crebris precibus, piis eleemoſynarum fructibus plurimum intentus, vitam privatam & monachicam cunctis divitiis & honoribus præferens: quam & olim jam, ſi non obſtinatus conjugis animus divortium negaret, relicto regno, ſubiiſſet. Unde & multis viſum (ut ſæpe dictum eſt) quia talis animi virum, Epiſcopum magis, quam Regem ordinari deceret. Cumque annos triginta in regno miles regni cæleſtis exegiſſet, correptus corporis infirmitate permaxima, qua & mortuus eſt, admonuitque conjugem, ut vel tunc divino ſe ſervitio pariter mancipârent, cum amplius pariter mundum amplecti, vel potius mundo ſervire non poſſent.*

(*a*) *Beda l.* 3. *c.* 3.
(*b*) *Beda l.* 4. *c.* 11.
Sebbi Reg. laudes.

X. *Quod dum ægre impetraret ab ea, venit ad Antiſtitem Londoniæ civitatis vocabulo Valdhere, qui Erconvaldo ſucceſſerat, & per ejus benedictionem habitum religionis, quem diu deſiderarat, accepit. Attulit autem eidem & ſummam pecuniæ non parvam pauperibus erogandam, nil omnimodis ſibi reſervans, ſed pauper ſpiritu magis propter regnum cœlorum manere deſiderans. Qui cum ingraveſcente præfata ægritudine diem ſibi mortis imminere ſenſiſſet, timere cœpit homo animi regalis, ne ad mortem veniens tanto affectus dolore aliquid indignum ſuæ perſonæ vel ore proferret, vel aliorum motu gereret membrorum. Unde accito ad ſe præfatæ urbis Londoniæ, in qua tunc ipſe manebat, Epiſcopo, rogavit, ne plures eo moriente, quam ipſe Epiſcopus & duo ſui miniſtri adeſſent. Quod dum Epiſcopus libentiſſime ſe facturum promitteret, non multo poſt idem vir Dei cum membra ſopori dediſſet, vidit viſionem conſolatoriam, quæ omnem ei anxietatem memoratæ ſolicitudinis auferret, inſuper & qua die eſſet hanc vitam terminaturus, oſtenderet.*

Rex religionis habitum ſuſcipit.

XI. *Vidit enim (ut poſt ipſe referebat) tres ad ſe veniſſe viros claro indutos habitu: quorum unus reſidens ante lectulum ejus, ſtantibus his qui ſecum advenerunt comitibus, & interrogantibus de ſtatu ejus quem languentem viſitare venerunt, dixit, quod anima ejus & ſine ullo dolore & cum magno lucis ſplendore eſſet egreſſura de corpore: ſed & tertium exinde diem, quo eſſet moriturus, inſinuavit. Quod ita utrumque ut ex viſione didicit, completum eſt. Nam die dehinc tertio, completa hora nona, ſubito quaſi leviter obdormiens, ſine ullo ſenſu doloris emiſit ſpiritum. Cujus corpori tumulando præparaverunt ſarcophagum lapideum: ſed cum hic corpus imponere cœpiſſent, invenerunt hoc menſura palmi longius eſſe ſarcophago. Dolantes ergo lapidem in quantum valebant, addiderunt longitudini ſarcophagi quaſi duorum men-*

Viſio & felix tranſitus pii Regis.

PAGIUS gente Æthilburga Beda lib. 4. capp. 7. 8. 9. & 10. Valde autem falluntur, qui *Erconvaldum* & ejus ſororem patrem habuiſſe *Annam* Orientalium Anglorum Regem ſcripſere; cum Thomas Elienſis Monachus in Vita Sanctæ Ethildritæ Reginæ cap. 2. ubi omnes ejus liberos enumerat, neutrius mentionem faciat. De Erconvaldo a Theodoro Archiepiſ. Cantuarienſi Epiſcopo Londinenſi anno DCLXXIV. creato infra non ſemel ſermo erit.

VII. A num. IX. ad XIII. Sancto *Erconvaldo* in Londinenſi Sede conſtituto, *Sebbus*, qui cum *Sighero* Orientalibus Saxonibus præerat, liberior ad opera pietatis fuit. Tunc Monaſticæ vitæ quam coronæ appetentior, ſtatuit turbulentis Regni negotiis ſe ſubducere. Verum in hoc ſancto mentis propoſito conſtanti, uxor impedimento fuit: *Sebbus*, inquit Beda lib. 4. cap. 11. *Erat religioſis actibus, crebris precibus, piis eleemoſinarum fructibus plurimum intentus; vitam privatam & Monachicham cunctis Regni divitiis & honoribus præferens, quam & olim jam, ſi non obſtinatus conjugis animus divortium negaret, relicto Regno ſubiiſſet.* Addit Beda eum *cum annos triginta in Regno miles cæleſtis exegiſſet*, correptum corporis infirmitate permaxima, ægre ab uxore impetraſſe, ut ſe uterque Divino ſervitio mancipârent, veniſſe ad Antiſtitem Londonienſem *Valdherum*, qui Earconvaldo ſucceſſerat, & ab eo habitum religionis accepiſſe, ac *ingraveſcente præfata ægritudine* ad Deum migraſſe, eique duos ejus filios *Sighardum* & *Suefredum* in Regno ſucceſſiſſe. Quare cum anno DCLXV. Regnum Orientalium Saxonum inierit, annoſque triginta tenuerit, mors ejus incidit in annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum quartum aut inſequentem, non vero in currentem, ut habet Baronius num. IX. qui & perperam eum peſte ſublatum credidit. Colitur *Sebbus* Rex tam in Martyrologio Anglicano, quam Romano ad diem XXIX. menſis Auguſti.

*Obitus S. Sebbi Regis Orientalium Saxonum.*

VIII. Hoc anno *Sancta Ethildrita* ſeu *Etheldreda* Monitis Sancti Wilfridi Eboracenſis Epiſcopi edocta, quæ diu divortium ab Egfrido marito Cantii Rege poſtulaverat, ut Monaſterium ingredi poſſet, ab eo tandem obtinuit. Beda enim lib. 4. cap. 19. teſtatur, eam *duodecim annis, perpetua tamen virginitatis integritate*, Egfridi Regis uſam eſſe conſortio, ut diximus anno DCLX. *Oſvvius* Northumbriæ Rex ſororem habuerat *Ebbam*, quæ hoc tempore Abbatiſſa erat Monaſterii poſiti in loco, quem *Coludi Urbem* nominant, & ſub ejus Magiſterio Ethildrita depoſito Regni Diademate quæ Monaſticæ inſtitutionis ſunt, didicit, poſtquam velamen a Sancto Wilfrido accepiſſet. *Poſt annum*, inquit Beda citatus, ipſa facta eſt Abbatiſſa Monaſterii Elienſis a ſe conſtructi, fuitque *Virginum Deo devotarum perplurium Mater Virgo.*

*S. Etheldreda Regina & Abbatiſſæ obitus.*

Poſt

*menſuram digitorum ; ſed nec ſic quidem corpus capiebat. Unde facta difficultate tumulandi, cogitabant aut alium quærere loculum, aut ipſum corpus, ſi poſſent, in genibus inflectendo breviare, donec ipſo loculo caperetur.*

XII. *Ingens miraculum de ſepulcro Regis.* *Sed mira res, nec niſi cælitus facta, ne aliquid horum fieri deberet, prohibuit. Nam ſubito aſtante Epiſcopo & filio Regis ejuſdem ac monacho Sighardo, qui poſt illum cum fratre ſuo Fredo regnavit, & turba hominum non modica, inventum eſt ſarcophagum illud congruæ longitudinis ad menſuram corporis, adeo ut a parte capitis etiam cervical poſſet interponi, a parte vero pedum menſura quatuor digitorum in ſarcophago corpus excederet. Conditus eſt autem in eccleſia beati Doctoris Gentium, cujus edoctus monitis, cæleſtia ſpirare didicerat.* Hucuſque Beda. Porro omnes iſtos tunc ea peſte defunctos, in ſanctorum catalogum religioſe, calculo accedente divino, receptos, annis ſingulis, ſingulis diebus quibus ex hac vita migrarunt, Eccleſia Dei pia memoria repræſentat.

Hoc pariter anno, qui numeratur quintus Conſtantini Imperatoris, Sarraceni ingenti numero traiicientes in Traciam, appropinquantes Conſtantinopolim, aſſiduis prœliis a menſe Aprili uſque ad ſeptembrem eam expugnare tentarunt: quod cum facere minime a Deo conceſſum fuerit, hyemare ſtatuerunt Cyzici, ut ad proximum ver copias ad aggrediendam civitatem paratas haberent: quod non ſemel tantum factum eſt, ſed id ipſum per ſeptem annorum ſpatia iteratum annis ſingulis, ex Theophane Græcorum produnt Annales (a): ajunt enim: *Per ſeptem annos eiſdem geſtis, Divina, Deique genitricis ope, multitudine virorum bellicoſorum amiſſa, & vulneratione maxima in eis effecta, confuſi ac reverſi cum ingenti mœrore ſunt. Cum autem diſceſſiſſet idem demergendus a Deo ſtolus, ab hyemali æſtu ac ſpiritu procellarum circa partes Scyllei comprehenditur, & contritus totus omnino diſperiit.* Hæc de claſſe Sarracenorum & rebus ab eis in obſidione Conſtantinopolis geſtis. XIII.

(a) *Theop. & Cedren. an. 5. Conſtant. Imp.*

PAGIUS Poſt Wlfheri Merciorum Regis mortem *Sancta Vverburga* ejus filia S. Ethildritæ Majoris materteræ Monaſterium intravit, ſicuti & Sancta *Sexburga* Ethildritæ ſoror ac avia Werburgæ, quæ utraque poſtea Elienſis Monaſterii Abbatiſſa extitit. *Rapta eſt ad Dominum Virgo Etheldreda in medio ſuorum, nono Kalend. Junii poſt annos ſeptem, ex quo Abbatiſſæ gradum ſuſceperat: & æque (ut ipſa juſſerat (non alibi quam in medio ſuorum juxta ordinem quo tranſierat, ligneo in locello eſt ſepulta. Tranſivit autem anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono, a cœnolenta voragine hujus mundi ad Cæleſtis gaudia Regni ſub Regibus Anglorum, fratre ejuſdem videlicet Aldulfo Orientalium, & Lothero Sanctæ Sexburgæ filio Cantuariorum*, inquit Thomas Elienſis Monachus, qui ſæculo XII. vixit, *gravis ac diſertus Auctor*, inquit Mabillonius Sæculo Secundo Benedictino, qui primus ex MSS. Codd. Vitam Sanctæ Ethildritæ Virginis & Reginæ Abbatiſſæ Elienſis primæ eruit. Sed loco, *nono Kalendas Junii*, legendum, *nono Kalendas Julii*, quo die memoriam ejus celebrant præter Martyrologium Romanum Martyrologia ſincera Bedæ, Wandelberti, Uſuardi & Adonis, & quem diem Mabillonius in margine notat, quamvis hujus erroris mentionem non faciat.

IX. *Corpus ejus poſt mortem incorruptum.* Poſt ejus mortem *Sexburga* a ſororibus Abbatiſſa electa, qui cum poſt annos duodecim placuiſſet ſororis ſuæ Reliquias reverenter de terra colligere; ejus corpus ita incorruptum inventum eſt ac ſi eodem die fuiſſet defuncta, ſive humi condita, inquit Thomas Elienſis citatus. De qua Tranſlatione anno DCLXIV. num. XII. egimus. Hæc verba mutuatus eſt idem Thomas a Beda lib. 4. cap. 19. qui addit, Sanctum *Vvilfridum* & multos alios, qui *novere*, id teſtatos eſſe. Anno Chriſti MCVI. Ricardus Elienſis Abbas aliam Tranſlationem fecit, cum de *Vvitburgæ* Virginis ſororis Sanctæ Ethildritæ, ut ſuo loco dixi, incorruptione quæſtio eſſet, & tam illius Sanctæ quam Ethildritæ patuit integritas & incorruptio corporum, inquit Malmesburienſis lib. 4. de Geſtis Pont. pag. 293. qui ſuam Hiſtoriam perduxit uſque ad annum MCXLII. quo vivebat.

X. Ad num. XIII. & ſeq. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alexandrinos DCLXIV. Kalendis Septembris præſentis Chriſti anni inchoato, refert, *Conſtantinum* Auguſtum, cum accepiſſet, *Saracenos* claſſem maximam ad Conſtantinopolim obſidendam præparaſſe, biremes etiam cacabos igne oppletos furentes, & dromones ſiphonibus eumdem ignem ſpirantes ad portum in hoſtes impreſſionem facturos præparari juſſiſſe. Tum anno DCLXV. ait Theophanes, eo anno belli maritimi renovatricem illam Dei adverſariorum Claſſem ad Thraciæ fines appuliſſe, & ſingulis diebus a diluculo ad veſperam armis ſe ſe impellentium ac viciſſim bellica vi repulſorum crebrum, imo quotidianum excitatum & reparatum fuiſſe conflictum. Subdit: *Bello tandem per annos ſeptem in hunc modum protracto, & amiſſa Virorum bellicorum innumera multitudine, a vulneribus inſuper & lue maxima ipſis inflicta, Deo Deique Genitrice auxiliarem manum conferentibus, cum dedecore & animi dolore receſſere.* Ea igitur Claſſis vela faciens fractis ad ſaxa vel in profundum abſorptis ratibus tota diſperiit. *Tum vero Callinicus Heliopolenſis in rebus arte parandis ſtrenuus, Syria ad Romanos deficiens, igne marino excogitato, Arabum navigia, ipſis hominibus vivis conſumptis, ſuccendit. Sicque Romani victores reverſi ſunt: ignemque marinum invenere.* Ita Theophanes, cui ſuffragantur Cedrenus, Zonaras, Nicephorus in Hiſtoria, aliique, qui omnes obſidionem ſeptem annos duraſſe tradunt Eumdem denique annorum numerum exhibent *Triodium*, quod ritualis Græcorum liber eſt, & Oratio Hiſtorica *in Feſtum Achatiſti* a Combeſiſio poſt Hiſtoriam Hæreſis Monothelitarum edita. Eccleſia enim Græca Sabbato quintæ hebdomadis Quadrageſimæ celebrat hymnum *Acathiſtum* dictum in laudem Deiparæ ob Conſtantinopolim ejus ope a Dei hoſtibus liberatam, ſub Heraclio, Conſtantino Pogonato, & Leone Iſauro, ut videre eſt in lib. 3. Obſervat. Gretſeri in Codinum Curopalatam cap. 7.

*Conſtantinopolis per annos VII. a Saracenis oppugnata.*

XI. *Hujus oppugnationis initium obſcurum.* Ex his manifeſtum eſt, Theophanem initium hujus oppugnationis conſignare anno Eræ noſtræ inſequenti; cumque poſt annos quatuor de pace inter Romanos & Saracenos inita ſermonem habeat, Baronius exiſtimavit errorem eſſe in numeris annorum, quibus obſidio, ut eam



*Obſidio Conſtantinop. cœpta.*

XIV. Quo etiam anno, pugnante alio Sarracenorum Duce adverſus copias Romanorum ſub Floro, Petronio, & Cypriano Ducibus conſtitutas, ex ipſius exercitu triginta millia deſiderata eſſe, iidem docent Annales; adduntque de novo adinvento igne, quem marinum dicebant, quod in mari arderet, quo & naves Arabum combuſſerunt. Verum quod ad obſidionis tempus ſpectat, errorem eſſe in annorum numero certum eſt: nequaquam enim potuit ad ſeptennium perduraſſe; nam anno abhinc quarto conſtat inter Romanos & Arabes pacem eſſe ſancitam, ut iidem produnt Annales. Eſt mentio in decimatertia Actione Sextæ Synodi de obſidione Conſtantinopolis, quæ facta eſt per ſpatium duorum annorum, ſed ſub Vitaliano Romano Pontifice, ac proinde diverſo ab iſto tempore. Cæterum tot tantaque præter ſpem atque opinionem conceſſit Deus Imperatori Catholico de fide Catholica benemereri ſatagenti, quo-

*Error corrigitur de tempore obſidionis.*

PAGIUS eam appellat, duravit. Jam anno DCLVI. num. XL. ut oſtenderet immutata fuiſſe Sextæ Synodi acta a Theodoro Conſtantinopolitano Patriarcha, inter alias conjecturas hanc adduxerat: *Quod inſuper in iiſdem Synodalibus recitatis Actis Conſtantinopolitana Civitas biennali fuiſſe obſidione fatigata traditur, haud mediocrem pariter de impoſturæ ſuſpicionem auget: Siquidem neque Theophanes, qui per annos ſingulos Imperatorum res geſtas recenſuit, neque quiſquam Græcorum Hiſtoricorum tantæ rei vel leviter reperi- ,, tur meminiſſe.* Petavius in Notis ad Hiſto- ,, riam Nicephori, recitatis Theophanis verbis ,, dicit ea mendoſa eſſe. Sub hujus, inquit, Im- ,, perio Conſtantini nonniſi anno V. in Thra- ,, ciam delati ſunt, eodemque anno confectum ,, eſt ope Divina bellum. Quare cum ambigue ,, loquantur illi de toto belli tempore, quod ,, etiam ſub *Conſtante* geſtum eſt, par eſt an- ,, norum numerum accipi. Etenim anno ejus ,, XXVI. Chalcedonem ampulſi maxime inde ,, præda potiti ſunt, a quo tempore ad an- ,, num *Pogonati* V. anni ſunt ſepteni. Er- ,, go ita forſitan componenda res eſt; ut, ,, quanquam plures annos bellum tenuerit, ta- ,, men nonniſi ſepties Conſtontinopolim uſque ,, populabundi pervenerint.

XII. *Opiniones Goaris & Combeſiſii.* Goarus in Notis ad Theophanem ex eo quod hic Hiſtoricus tradat, belllum ſeptimo anno ad finem perductum eſſe, putat inde ſequi ſexto ſupra viceſimum Conſtantis anno Saracenicam adverſus Conſtantinop. expeditionem ſuſceptam eſſe. Eo enim Conſtantis anno aſſerit Theophanes Saracenos Chalcedonis partes armis infeſtis vexaſſe: ad *Conſtantini Pogonati* annum ſecundum *Phadalam* Saracenorum Ducem ad Cyzicum hyemaſſe: ad annum ejus quartum armorum claſſiſque majorem vim incubuiſſe; quia dicit Theophanes claſſem ad ferendum auxilium ab Arabibus miſſam, quartoque ejuſdem Imperatoris anno Saracenos græco igne vaſtatos eſſe: quo pacto, inquit Goarus, ſeptem annis Saracenicam obſidionem toleravit Conſtantinopolis. Denique Combeſiſius in Hiſt. Monothelitarum ac Diſſert. pro Actis Sextæ Synodi cap. 2. paragr. 4. neſciens quo ſe verteret, ait: *Cum creatio Thomæ tanto intervallo a biennali illa obſidione diſtet, credendum non eſt Georgio Carthophylaci cum obteſtatione loquenti in Synodo.*

XIII. Verum nondum iſtum, qui Viros eruditiſſimos in tranſverſum egit, apertiſſime, planiſſimeque explico. Theophanes & ex eo Cedrenus anno uno tardius ſeptennalem Conſtantinopoleos oppugnationem auſpicati ſunt, quemadmodum ex ipſiſmet eruitur: uterque enim ejus initium cum anno quinto Conſtantini Pogonati, finem vero, ſeu pacem Romanos inter & Saracenos compoſitam cum anno nono ejuſdem Imperatoris copularunt, ac præterea, uti ſæpe monui, Theophanes, & ex eo cedrenus, per hæc tempora annum unum minus numerant. His adde in Theophane legendo, non ad annos Imperatorum ſed ad annos Incarnationis Eræ Alexandrinæ, quando certus rei geſtæ annus quæritur, attendendum. Quo poſito ſi annos Incarnationis a Theophane memoratos, & inter bellum iſtud ac pacem interjectos enumeres, eum annis duobus tardius illud inchoaſſe, ſed nulla alia in re peccaſſe, comperies. Siquidem anno Eræ Alexandrinæ DCLXV. Kal. Septemb. anni Chriſti DCLXXIII. inchoato initium hujus belli; anno vero Incarnationis DCLXIX. Kal. Septemb. anni Dionyſiani DCLXXVII. incœpto, annoque Dionyſiano DCLXXVIII. abſoluto, ejus finem ac pacem conſignat. Quare Theophanes annos duos minus ſecundum Eram Alexandrinam, ſecundum vero Dionyſianam unam minus numerat; ideoque debuit Theophanes belli principium cum anno Eræ Alexandrinæ DCLXIII. Kalend. Septemb. anni Dionyſiani DCLXXI. inchoato, exordiri; hoc enim pacto tam juxta calculum Alexandrinum, quam Dionyſianum per annos ſeptem, utrimque ſcilicet incompletos, protractum, eſt, ab anno *ſcilicet Dionyſiano* DCLXXII. ad ann. Dionyſianum DCLXXVIII. quorum prior anno Alexandrino DCLXIII. poſterior anno Alexandrino DCLXIX. reſpondet. Et revera ita res ſe habuit. Elmacinus quippe lib. 1. Hiſt. Saracenicæ exordium hujus belli cum præſenti Chriſti anno illigavit; ait enim: *Anno LII.* (Hegiræ ſc.) *oppugnavit, Jezidus filius Muaviæ filii Abuſophiani Romanos cum multis e ſuis, inter quos Abiobius Medinenſis. Deinde profecti ſunt ad Conſtantinopolim ubi mortuus eſt Abiobius in oppugnatione.* Plura de hoc bello Elmacinus non habet, de quo etiam Hiſtorici Arabes tacent, quia illud eis infelix infauſtumque fuit. Annos Hegiræ LII. incipit die V. menſis Januarii noſtri, & die XXVII. Decembris noſtri terminatur, indeque Theophanis error in manifeſtam lucem educitur, & hujus belli initium anno ſuo certo redditur.

*Theophanes biennio tardius inchoavit oppugnationem Conſtantinop.*

XIV. *In ſexta Synodo Conſtantinopolis non dicitur per biennium obſeſſa.* Sed non tantum Theophanis error; verum etiam prava interpretatio loci ex Actione XIII. Sextæ Synodi generalis deſumpti, ad quam neminem animum advertiſſe video in cauſa fuere, cur Viri docti de hujus nodi ſolutione deſperarint. Loco enim Synodi laudato legitur: *Georgius Deo amabilis Diaconus & Chartophylax dixit: Codicillus, Domine, ſive Regeſtum, in* quo

quotidie verſanti animo, quomodo pacem inter Orientalem & Occidentalem Eccleſiam ſancire poſſet: nec deſtitit, donec tandem perfecit, ut ſuo loco dicetur.

XV. Reccesuinthi Regis obitus.

Eodem anno Reccesuinthus Rex Hiſpaniarum, ubi ab obitu patris regnaſſet ☞ annos vigintiduos ☜ & menſes ſex, moritur, deſiderium ſui relinquens, utpote Regis optimi, Eccleſiæ valde proficui; de eo enim hæc Tudenſis habet: *Hic fidem Catholicam in tantum dilexit ut ſemper perquireret viros literatos, qui frequenter coram ipſo conferrent de articulis fidei; delectabatur enim in divinis Scripturis, & altare Chriſti auro, argento, gemmis & ſericis ſummo ſtudio decorabat: ter Synodum cum Epiſcopis Toleti peregit, & leges apud deceſſores ſuos editas firmavit, atque quaſdam addidit omnino honeſtati convenientes. Cunctos mire dilexit, & ab omnibus valde dilectus fuit. Erat enim adeo mitis & humilis, ut inter ſubditos quaſi unus ex illis videretur. In pace regnum ſibi ſubjectum rexit; & in villa nomine Gerricos quæ in monte Laurienſi ſita eſt, propria morte deceſſit ſub Imperatore Conſtantino.* Hucuſque Tudenſis.

Vvamba Rex Hiſpaniarum.

Meruit a Deo Reccesuinthus ſucceſſorem haud imparem pietate, ſed mundi contemptu præclariorem: dictus eſt iſte Bamba, ſive Vvamba, vel Vvambanus, de quo hæc idem auctor habet: *Hic Toleti eadem hora qua unctus eſt in Regem, quadam apparitione viſa eſt apis cunctis qui aderant ex capite ejus exire, & ad cælos volare. Hoc ſignum factum eſt, non ut futuras victorias nunciaret de inimicis per eum, ſed dulcedinem pacis, quam habuit erga ſuos.* Hæc ipſe ſummatim, qui & inferius fuſiùs perpetua digna memoria habet iſta de ejus electione:

XVI.

*Bamba Princeps clariſſimus de regali Gothico ſanguine ortus eſt, quem digne principari Dominus voluit, quem ſacra unctio decoraret: quem, Rege mortuo, totius gentis & patriæ communio elegit: quem populorum amabilitas exquiſivit: qui ante regni faſtigia multorum relationibus præconio celebrabatur & prædicabatur, antequam regnaret. Dum decedentis Reccesuinthi Regis morti exequiale funus ſolveret, inter ipſa lamenta, in unam omnes concordiam verſi, uno affectu pariter provocati, illum ſe deſiderio habere Principem clamant; illum, nec alium poſſe eſſe Principem, unitis vocibus intonant: & catervatim ejus pedibus obvoluti, noſtri regimen regni ſuſcipiat, inſtant, cum lacrymis poſtulantes. At ille, quem mirifice fortitudo firmaverat, nec lacrymis cedit, nec precibus vincitur, nec voto flectitur populorum, modo ſe non ſuffecturum tot ruinis imminentibus clamans, modo ſenio confectum ſe eſſe pronuncians. Tam acriter reluctanti unus ex officio Ducum audacter in medium proſiliit, & irato contra eum vultu, educto gladio, proſpiciens dixit: Niſi conſenſurum te nobis promittas, gladii hujus mucrone modo cruentandum te ſcias nece; Hic tamdiu ſumus, quamdiu aut expectatio noſtra te Regem accipiat, aut contradictorem cruentus hic hodie caſus mortis abſorbeat. Quorum tam precibus ſuperatus, quam minis, tandem ceſſit, regnumque ſuſcipiens, ad ſuam omnes pacem recepit. Et tamen ne citra locum ſa-*

Vvambæ electio.

*cræ*

PAGIUS *quo continentur exemplaria Synodicorum, quæ facta ſunt tam a Thoma Joanne, & Conſtantino Sanctæ memoriæ quondam Patriarchis hujus Regiæ Urbis, hic mihi præſto eſt, cum his & authentica Synodica bullata, quæ facta ſunt a Thoma ſanctæ memoriæ quondam Patriarcha ad Vitalianum ſanctæ memoriæ quondam Papam Romanum, quæ etiam volens ad eum dirigere, propter impiorum Saracenorum incurſionem aſſidue imminentem, ut noſtis,* & OBSESSIONEM, QUÆ FACTA EST PER BIENNIUM, *quo geſſit Epiſcopatum, non valuit dirigere, & hæc ergo ſtatim vobis jubentibus profero.*

XV. *Corrigitur verſio textus Græci Synodi VI.*

Cum Thomas Eccleſiam Conſtantinopolitanam extremis Conſtantis Auguſti annis per biennium adminiſtrarit, eoque eam regente Conſtantinopolis obſeſſa dicatur, hinc Petavius & Goarus deduxere ſeptennalem ejus obſidionem Imperante Conſtante cœptam, ſub Conſtantino Pogonato ejus filio ſolutam fuiſſe; Baronius vero Acta Concilii depravata eſſe; cum obſidionis Conſtantinopolitanæ, dum Thomas Patriarcha eſſet, nullus Antiquorum meminerit; & Combefiſius Georgio Carthophylaci etiam cum obteſtatione in Synodo loquenti hac in re fidem non adhibendam. Perinde quaſi Georgius in Synodo quæ Conſtantinopoli habebatur, auſus eſſet aſſerere ipſam Urbem a quindecim aut circiter annis per biennium obſeſſam fuiſſe, licet id tota Civitas falſum eſſe ſciret. In textu itaque Græco Concilii nulla obſidionis mentio. Hæc enim verba peſſime ab Interprete in Latinum verſa: ἅτινα καὶ ἀποστεῖλαι πρὸς αὐτὸν βουληθέντος αὐτοῦ διὰ τὴν γενομένην, ὡς ἐπίστασθε, τῶν ἀθέων Σαρακηνῶν ἐπίμονον καταδρομὴν καὶ περίστασιν εἰς τὸν διετῆ χρόνον, ὃν ἐπισκόπησεν, ἀπέμψαι οὐκ ἴσχυσε. Ubi vox καταδρομὴ *incurſionem* quidem ſignificat, ſed τὸ περίστασις neque hic, nec alibi, ut videre eſt apud Budæum in Commentario linguæ Græcæ, Henricum Stephanum, alioſque *obſidionem* denotat, ſed tantum vehementiam, repræſentationem, qua quid velut præſens oſtenditur, vel aliquid ſimile. Quare per biennium exercitus Saracenicus incurſiones fecit in Urbem Conſtantinopolitanam, & in ejus conſpectu fuit, ſed minime eam per annos ſeptem obſidione cinxit. Neque hac de re controverſiam impoſterum moveri poſſe video.

XVI. *Obitus Reccesuinthi Regis Hiſpaniæ.*

Ad num. XV. & ſeqq. *Reccesuinthum* Hiſpaniarum Regem bello paceque nobiliſſimum hoc anno *Kalend. Septembris* e vita migraſſe inter omnes convenit; Sed non de menſibus & diebus, quibus ſupra annos XXIII. Hiſpaniis præfuit. Mariana enim lib. 6. de Reb. Hiſp. cap. 11. Vulſa, & quidam alii annos XXIII. men-

ſes



*cræ ſedis Toletanæ regni ſacratam ſuſciperet unctionem, diſtulit uſque ad nonamdecimam diem, ne videretur vel ambitione uſurpaſſe, vel paratam eſſe regni gloriam, ſed potius ſignum tanti culminis a Domino percepiſſe.*

XVII. *Gerebantur enim iſta in villa cui antiquitas Gerticos nomen dedit, quæ fere centum viginti milliaria ab urbe regia diſtans, in Salmanticenſi territorio ſita eſt: ibi enim uno eodemque die, ſcilicet Kalendis Septembris, & decedentis Regis vitalis exitus fuit, & dicti viri electio ſubſecuta. Poſtquam autem Toletanam urbem ingreditur, & ventum eſt quo ſanctæ unctionis ſuſciperet ſignum, regio jam vultu conſpicuus ante altare divinum conſiſtens, ex more Catholicam fidem profeſſus, cum ſacramento jurandi fidem populis dedit, & mores bonos prædeceſſorum Regum atque leges firmavit. Deinde curvatis genibus oleum unctionis per ſacras Primatis & Pontificis Quiriaci manus vertici ejus infunditur, & unctionis copia exhibetur. Ubi hoc ſtatim emicuit mirabile ſignum: nam mox e vertice ipſo, ubi oleum ſanctum perfuſum fuerat, evaporatio quædam fumo ſimilis in modum columnæ ſeſe erexit, & ex capite ipſo apis viſa eſt proſiliiſſe, & aeris alta petiiſſe; quæ utique ſigna fuerunt ſecuturæ felicitatis.* Hæc & alia Tudenſis: ſed de eodem Rege inferius rurſum agetur annis ſequentibus, cum ipſum adverſus rebelles pugnantem divina gratia comitata cum triumpho reduxit Toletum. Licet enim nullus filius defuncti Regis, qui ſuccedere regno poſſet, extaret & fratres ejus ob nimiam imbecillitatem extra aleam eſſe viderentur, qui eligi poſſent in Regem: alii tamen affines robore validi non deerant, nobileſque alii viribus æque pollentes, qui ſe Wambæ defuiſſe præferri putarunt, quorum cauſa & intra fines regni ipſius fuerunt res admodum turbulentæ. Sed de his ſuo loco uberius dicendum erit.



PAGIUS ſes VI. dies XI. ipſi attribuunt; cum tamen die XXII. Januarii anni DCXLIX. cum patre regnare cœperit, ideoque annis XXIII. menſibus ſeptem, diebus undecim Regno potitus fuerit. Ei ſucceſſit *VVambæ*, uti in Nummis & Rerum Gothicarum libris vocatur, non *Bamba*, ut a Roderico, Vaſæo aliiſque quibuſdam Hiſtoricis Hiſpanis per corruptionem appellatur. Is, ut narrat Vaſæus in Chronico, *nullis precibus aut lachrymis adduci potuit, ut Regnum ſuſciperet, uſque dum quidam e Ducibus enſe ſtricto extrema illi minatus eſt, niſi in preces Gothorum concederet. Ceſſit tandem minis magis quam precibus, atque undevigeſimo poſt die Toleti unctus eſt in Regem*, ideoque die decima nona menſis Septembris, quæ hoc anno in Dominicam cadebat. Porro Reccesuinthus, uti habet Mariana ibidem cap. 20. quia nullam prolem ſuſcepit, Procerum ſuffragio *VVambam* Succeſſorem habuit. Erat Reccesuintho frater *Theodefredus* pater Ruderici ultimi Hiſpaniarum Regis de quo infra.

*Vitaliano* Papa demortuo ſuccedit *Adeodatus*, ut probavimus anno DCLXIX.

I. Obitus Grimoaldi Reg. Longobard.

SExcenteſimo ſeptuageſimotertio Chriſti anno, Indictione prima, Grimoaldus Longobardorum Rex moritur, cum regnaſſet annos novem. Hæc ex Paulo, quod ad tempus regni ejus: quod vero ad annum obitus, non ex ipſo, ſed (ut diximus) ex ipſius Regis conſtitutione edita ponitur. Redditum autem ipſum ex Ariano fuiſſe Catholicum, monumenta ab eo conſtructa teſtantur: ita ut ſi quis id negaret, lapides clamantes audiret, dum videlicet conſtet (quod dictum eſt) acerrimo Arianorum hoſti & expugnatori S. Ambroſio ipſum Ticini erexiſſe baſilicam, in eaque ſepeliri potius, quam in aliis a ſe erectis, delegiſſe. Succeſſit vero in regnum filius ejus, quem puerum novem annorum reliquerat, Garibaldus, ſed non diu tenuit: etenim cœleſti nuncio repente accitus venit ab internecione antea elapſus Bertaridus Ariperti Regis filius, cui debebatur regnum: cum enim jam extorris annos novem apud Francos egiſſet, & in Britanniam apud Saxonum Regem degeret, divinitus redire in patriam juſſus, ubi adfuit, regnum capeſſit. Magna divinæ providentiæ vis in eo tunc quidem enituit, cum magno eſt declaratum exemplo, quod ejus arbitrio dentur ac pariter auferantur regna. Sed quomodo id aciderit, ex Paulo diacono audi rem geſtam, quam ita recenſet (a):

(a) Paul. diac. l.5.c. 33.

II. *Igitur* (ut dicere cœperamus) *Bertaridus egreſſus de Gallia, navem aſcendit, ut ad Britanniam inſulam ad regnum Saxonum tranſmearet. Cum aliquantulum per pelagus navigaſſet, vox a littore audita eſt inquirentis utrum Bertaridus in eadem nave conſiſteret. Cui cum reſponſum eſſet, quod Bertaridus ibi eſſet: ille qui clamabat, ſubjunxit; Quia tertia dies eſt hodie, quod Grimoaldus ex hac ſubtractus eſt luce. Quo audito Bertaridus ſtatim poſt ſe reverſus eſt; venienſque ad littus, invenire perſonam nonpotuit, quæ ei de Grimoaldi nece nunciaret. Unde arbitratus eſt, non hunc hominem, ſed divinum nuncium fuiſſe. Exindeque ad patriam rediens, cum ad clauſtra Italiæ veniſſet, jam ibi omnia obſequia palatina, omnemque regiam dignitatem cum magna Longobardorum multitudine paratam eſſe reperit. Exinde itaque Bertaridus Ticinum reverſus, exturbato Garibaldo puerulo a regno, ab univerſis Longobardis menſe tertio poſt mortem Grimoaldi in regnum levatus eſt. Erat autem vir pius, fide Catholicus, juſtitiæ tenax, pauperumque largiſſimus nutritor. Qui ſtatim Beneventum miſit, exindeque Rodelindam ſuam conjugem & Cunibertum filium ſuum revocavit.* Detinebantur enim ibi in cuſtodia. Sed & pergit Paulus de eodem Bertarido, cum ex inſperato regnum recuperaſſet:

Bertaridus Rex Longob.

III. Sacræ ædes erectæ a Longob. Reg.

*Ut*, inquit, *regni jura ſuſcepit, in loco illo, qui a parte fluminis Ticini eſt, unde ipſe olim fugerat, monaſterium, qnod Novum appellatur, Domino & liberatori ſuo in honorem ſanctæ virginis & martyris Agathæ conſtruxit, in quo multas virgines aggregavit, rebuſque diverſis, pariterque ornamentis eumdem locum ditavit. Regina vero uxor ejus Rodelinda baſilicam ſanctæ Dei genitricis extra muros ejuſdem civitatis Ticinenſis, quæ ad Perticas appellatur, opere mirabile condidit, ornamentiſque mirifice decoravit.* Hæc paulus, qui & cur ad Perticas locus ille dictus eſſet declarat: quod ſcilicet cœmeterium illic eſſet Longobardorum, a quibus poni ibi ſolerent perticæ

PAGIUS SÆC.VII.

Anno Eræ Hiſpan. DCCXI.
Anno Hegiræ LIV. inchoato die 16. Decembrer. 6.
A.C. 673.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6166.

☉ 10. B. ☽ 9. P. 10. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 673.

ADEODATI PAPÆ 2.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 6.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: *Anno XX. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus VI. & Imperii Heraclii ac Tiberii ejus fratrum anno XV.*

II. *Obitus Grimoaldi Regis Langobardorum.*

A num. I. ad IV. *Grimoaldus* Langobardorum Rex anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo mortalitatem explevit. Ex initio enim Luitprandi anno DCCXII. ejuſdem gentis Regis renunciati, quod certum eſt, præcedentium Regum Chronotaxis digerenda. Quare Sigebertus in Chronico, ubi anno uno citius initium *Grimoaldi* ſtatuit, in errore perſtans mortem ejus cum anno DCLXX. coniungit, qui tamen ei annos novem recte attribuit, uti & Paulus Diaconus lib. 5. cap. 33. [1] Poſt mortem ejus *Bertharidus* filius Ariberti, qui Langobardorum Rex fuerat, & cujus filiam Grimoaldus uxorem duxerat, e Galliis reverſus, exturbato Garibaldo filio Grimoaldi puerilis ætatis *ab univerſis Langobardis menſe tertio poſt mortem Grimoaldi in Regnum levatus eſt*, inquit ibidem Paulus, qui ſubdit, eum fuiſſe Catholicum, juſtitiæ tenacem, pauperumque largiſſimum nutritorem.

NOTÆ [1] SI Grimoaldum, non quidem anno 662. ſed anno 663. cœpiſſe ſtatuamus, ut in Nota ad A. 663. 4. novem regni ejus anni melius nos in annum 672. quam in annum 671. deducent. Quamquam nec ab anno 671. abhorremus; cum forte anni illi regni non abſoluti ſed incœpti numerandi ſint. MANSI



ticæ deſuper columbam ligneam habentes illuc verſam ubi illorum carus quiſquam obiiſſet, atque ut ſciri poſſet ubi defuncti corpus quieſceret.

IV. Eodem anno, cum a nobilioribus nonnullis Hiſpaniarum regni hominibus indigno animo ferretur electio Vuambæ Regis, populi favore in tantum evecti regni faſtigium: novarum rerum moliendi fomite in animis eorumdem incenſo; primus omnium, qui præerat Galliæ Narbonenſi adhuc ſub Gothorum regno exiſtenti,

Tyranni in Hiſpania & Gallia Narbonenſ.



III. *Vuamba Hiſpaniæ Rex rebelles domat.*

Ad num. IV. Regante in tota Francia *Childerico*, Septimania Francorum auxiliis adiuta rebellavit, & a *VVamba* Hiſpaniarum Rege armis recepta eſt. Narrat hoc bellum Julianus Metropolita Toletanus Auctor coætaneus in Hiſtoria Wambæ Regis a Ducheſnio Tomo I. Hiſt. Franc. publicata & ex Juliano Baronius partim hoc anno partim inſequenti. Verum illud inchoatum anno ſuperiori, & currenti abſolutum. Vaſæus enim in Chronico, & Rodericus Toletanus lib. 3. de Rebus Hiſp. cap. 7. ſcribunt, *VVambam* hoc bellum profligaſſe quo die primum Regni ſui annum complevit, quod uterque ex Juliano accepit, qui ait, Paulum veſtem Regiam quam ſumpſerat, *Kal. Septemb.* depoſuiſſe, quo ipſo die ante annum *VVamba* Rex ab Epiſcopis Optimatibuſque electus Thronum conſcenderat. Quare cum *VVamba* anno antecedenti Receeſuintho ſucceſſerit, currenti tumultibus illis domeſticis finem impoſuit. Eos cum accepiſſet Wamba, *Paulum* Ducem cum copiis in Galliam quamprimum miſit, ſed hic a *VVamba* quoque defecit, auxilia Francorum e vicinis locis evocavit, ſeque Regem dixit. *VVamba* in Hiſpaniam Tarraconenſem cum ingenti exercitu perrexit, Barcinonem & Gerundam recuperavit. Deinde Galliam ingreſſus Narbonem, Bitherras, Agatham & Magalonam perdomuit; ac denique *quarto Kal. Septembres* Nemauſum expugnavit, ipſoque Paulo homine Græco in vincula coniecto, factionem omnem extinxit: Rex *Sedem ſui ſolii, ſexto poſtquam inde commigraverat menſe, repetiit*, inquit Julianus citatus.

IV. *S. Præjectus venit in Aulam Childerici Regis.*

Baronius anno DCLXVIII. num. X. & ſeq. *Sancti Leodegarii* Auguſtodunenſis Epiſcopi exilium, anno DCLXX. num. III. Sancti *Præjecti* Epiſcopi Arvernenſis cædem, annoque DCLXXI. num. I. & ſeqq. mortem *Childerici* Francorum Monarchæ recitat; quæ tria in hunc annum a nobis dilata, tum quod eodem currente peracta ſint, tum quod præpoſtera illa narratio rebus geſtis tenebras offundat. Vita *Sancti Præjecti*, ſeu Projecti Epiſcopi Arvernenſis & Martyris a duobus Auctoribus coævis ſeorſim literis commendata, & utraque a Bollando ad diem XXV. Januarii & a Mabillonio Sæculo II. Benedictino recitata. Celebris eſt hujus Sancti memoria, non ſolum in Arvernis, ſed etiam in aliis Regionibus. Epiſcopatum Arvernenſem adeptus eſt, poſtquam *Sanctus Geneſius* illum recuſavit, populumque hortatus eſt, ut eum a Rege Childerico poſtularent Antiſtitem. Contigit autem ut ei ad Aulam Childerici Regis pro Eccleſiæ ſuæ negotiis proficiſcendum fuerit. Nam, ut narrat prior Anonymus ejus Vitæ Scriptor, quædam femina Deo dicata nomine Claudia res ſuas ei vel pauperibus, quos ipſe regebat, contulit. *Erat quidam infamis vir, Hector nomine, qui apud Maſſiliam Patriciatus honorem adeptus fuerat, qui filiam ſupradictæ Claudiæ raptam ex ſcelere ſibi ſociaverat; & deinceps concubinatus miſeriam adorſus, ad Hildericum Principem, qui eo tempore utraque Regna ſuſcepta gubernabat, alio ſibi in ſcelere ſociato nomine Leodegario, pervenit ad Regem. Incuſat Pontificem, quod prædia prædictæ feminæ ſibi vendicaret, obtinuitque cum Principe, ut Miſſos ex latere dirigeret, qui eum* (nempe Præjectum) *per deijuſſores nunciarent, & in Aula Regis facerent præſentari.* Hector Leodegarium, de quo Anonymus loquitur, Virum Sanctum, etiam prudentem facillime decepit, & S. Leodegarius ſemel circumventus partes *Hectoris*, quas æquiſſimas putabat, tueri cœpit ardentiori zelo, ſibique quam plurimorum Aulicorum aliter de Hectore ſentientium invidiam atque odium concitavit.

V. *S. Præjectus vendicat bona Eccleſiæ ſuæ.*

Hector Claudiæ prædictæ filiam rapuerat, & prædia, quæ mater Eccleſiæ Arvernenſi contulerat, ſibi reddi poſtulabat. *Præjectus* negabat *Claudiæ* prolem *Hectori* legitime nuptam eſſe: *Vulfoaldus* Major Domus ſtabat a partibus Epiſcopi, Comiti vero favebat *Leodegarius*, adverſus quem jam Rex commotus erat, quod ab eo correptus fuiſſet. Auctor enim Anonymus Vitæ Sancti Leodegarii cap. 5. de hoc Sancto ſcribit: *Quia Sacerdotalis integritas minas Regis neſcit metuere, Hildericum cœpit arguere, cur conſuetudines patrias, quas conſervare præceperat, tam ſubito immutaſſet, ſimulque fertur dixiſſe, quod Regina quam habebat conjugem, filia eſſet ſui avunculi: & niſi hac facinora cum reliquis illicitis ſceleribus emendatione corrigeret, Divinam certe ſibi ultionem ſubito imminere cognoſceret*, a quo tempore Childericus Rex ſatellitum præventus conſiliis de nece ejus cogitavit. *Belichildis* itaque Childerici Regis conjux filia erat Sigiberti Regis; cum Clodoveus II. nullum habuerit fratrem præter Sigibertum, & Bathildis, quæ alienigena erat, nullum etiam in Galliis fratrem habuerit. Quare *Hymnichildis* Regina Dagoberto filio in Hiberniam relegato, Childericum loco filii habuit, qui erat gener ſuus ac mariti ſui nepos.

VI. *S. Leodegarius Auguſtodunum relinquere cogitur.*

*Childericum in Eccleſia Urbis ſuæ in Paſchali ſolemnitate rogaverat advenire* Leodegarius, inquit idem Anonymus. Sabbato Sancto quod hoc anno incidebat in diem nonum menſis Aprilis, Præjectus, ut habet prior Auctor Anonymus ejus Vitæ in Codice MS. Attrebatenſi a Cointio hoc anno num. IV. citato, (qui non in ſenſu, ſed in nonnullis duntaxat vocibus differt ab Ultrajectino, quo Bollandus & Mabillonius uſi ſunt) ad Palatium properavit, & *ut mos eſt apud Regis Aulam in loco, ubi cauſæ ventilantur, introiit, ut cum Hectore de ſupradicto negotio rationes haberet. Ipſe cœpit renuere, & rationem veram reddere juxta ſtatuta Canonum*, &c. *Cumque Vir Dei ſe arctatum cognoviſſet, neceſſitate compulſus reſpondit, ſe cauſas Eccleſiæ Hymnichildæ Reginæ commendaſſe* (vel, ut Codex Ultrajectinus habet, *ſe cauſas Eccleſiæ Himnichildæ Reginæ Ditioni commendatas habere*) *Cumque hanc aſſertionem cognoviſſent, imperfectum opus remanſit.* Qui locus etſi obſcurior ſit; ex eo tamen conſtat, *Himnichildem*

ti, Ildericus in tyrannum erupit, ſecumque etiam Epiſcopos aliquos traxit. Poſt hunc autem qui adverſus eum miſſus eſt Paulus Dux, vir domi foriſque ſpectatus, in Regem ipſum, a quo miſſus fuit, arma convertens, pleraſque Hiſpaniæ civitates ſuæ ſubdidit poteſtati, Regiſque nomen uſurpans, coronam auream, quam gemmis ornatam dono dederat Reccaredus S. Felici Gerundenſi martyri, ſacri-

PAGIUS

*dem* Dagoberti in Hibernia exulis matrem tunc in Auſtraſia fuiſſe. Beatiſſimæ noctis ſolemnia *Prajectus* celebravit in Monaſterio Sancti Symphoriani præſente Rege, qui poſtea minabundus adiit primariam Eccleſiam, ut *Leodegarium* Sacris illic operantem terreret, territumque in fugam coniiceret, ut ſcribit Auctor Anonymus Vitæ Sancti Leodegarii, omneſque conſentiunt *Leodegarium*, & *Hectorem* de nocte fugæ ſe commiſiſſe, ne Sanctus Paſchæ dies cæde pollueretur, ut ait Urſinus in Vita Sancti Leodegarii.

VII. *S. Prajectus occiditur.*

Cum aurora, diei initium, jam jam emineret terris, *Hector captus, regalibuſque Edictis peremptus eſt; Leodegarius vero in exilium Luxovio truſus*, inquit prior Anonymus in Vita Sancti Præjecti. Leodegarius in Monaſterio Luxovienſi Ebroinum Monachali habitu tonſuratum invenit, inquit Anonymus in ejus Vita: Sanctus vero Præjectus valedicens Regi, qui litem in ejus favorem judicarat, regreſſus eſt ad propria, ubi factione quorundam Procerum occiſus eſt die & menſe incertis. Colitur die XXV. menſis Januarii.

VIII. *Childericus Rex Francorum interficitur.*

Anonymus in Vita Sancti Leodegarii, poſtquam ejus exilium narravit, mortem Childerici Regis proxime ſubjungit: *His ita Geſtis divina non diu diſtulit ultio ſuum de Hilderico dare judicium. Nam ejus diſſoluta converſatio omnibus increverat Palatinis Optimatibus. Tunc unus ex eis hoc moleſtius ferens præ cæteris, dum venationem in ſilva ſecurus exerceret, eum vulnere mortis percuſſit.* Paulo poſt ſubiicit: *Adeo tunc iram Dei manifeſte cognovimus eveniſſe, ut etiam ſtella appareret in ſidere, quam Aſtrologi Cometem vocant: in cujus ortu aſſerunt fame terram turbari mutationem Regum vel commotionem Gentium, percuſſionis gladium imminere. Hæc enim omnia manifeſte tunc conſtitit eveniſſe.* Loquitur procul dubio Anonymus de *Iride*, quam anno DCLXXI. num. III. oſtendimus menſe Martio currentis anni viſam eſſe.

IX. *Cædes ejus a Cometa prænunciata.*

Eodem enim tempore Cometam, aliaque ſigna in cœlo apparuiſſe Theophanes indicat, cum ſcribat: *Hoc anno Iris in cœlo conſpecta carni omni tremorem incuſſit menſe Martio Dyſtro: adeo ut omnes rerum univerſarum conſummationem adveniſſe prædicarent*, ἔτι συντέλεια ἐστι. Chriſtus vero Evangelio nos docet, multa ſigna cœleſtia, non vero unum, finem mundi præceſſura. Theophanes tamen de ſola *Iride* loquitur, ſicuti & illi, qui eum exſcripſere, quia ea magis Orientales terruit; & Scriptor Vitæ Sancti Leodegarii de ſolo Cometa, intentus ſcilicet converſioni rerum, quæ poſt Childerici interitum in Gallia contigit, juxta illud Lucani lib. 1. 115. *mutans regna Cometes*. Certe ſigna cœleſtia in omnibus climatis non eodem modo ſemper apparent, & Iris inter fatalia aliquando reputatur, eamque alia quandoque comitantur, ut teſtatur Gregorius Turonenſis lib. VI. cap. 44. anno IX. Childeberti Francorum Regis, Chriſti ſcilicet DXLIV. in Gallia contigiſſe: *Hoc anno*, inquit, *multa prodigia apparuerunt in Galliis, vaſtationeſque multæ fuerunt in populo. Nam menſe Januario roſæ viſa ſunt: circa Solem quoque circulus magnus apparuit diverſis coloribus mixtus, ut ſolet in illo cœleſtis Iris ambitu, pluvia diſcedente monſtrari.* Chiffletius in Diſſert. *de Annis Dagoberti Regis* cap. 7. arbitratur Dagoberti, ejuſque filiorum ac nepotum Chronologiæ lucem affulgere a Cometa nominatiſſimo, qui anno Chriſti DCLXXVII. a menſe Auguſto per tres menſes Orbe toto ſpectatus eſt, quem ideo *ſeptimi* a Chriſto *ſæculi Pharum* appellat, ac *Childerici* Regis interitum, fratriſque ejus *Theodorici* exordia ſignaſſe aſſerit. Verum cum Cometes ille de quo ſuo loco agemus, omnino diverſus ſit ab eo, qui hoc anno apparuit, tantum abeſt ut Chronotaxeos Gallicæ tenebras, illi principio innixus Vir doctiſſimus diſcuſſerit; ut eam penitus labefactarit, & hoc in capite ab omnibus derelictus fuerit.

X. *Childerici Regis ſepulcrum nuper Pariſiis detectum.*

Hinc denique conſtat hallucinatum eſſe Henſchenium in Exegeſi SS. menſis Aprilis cap. 3. qui Childerici Regis cædem confert in annum DCLXXV. alioſque, qui eam aliis quam huic anno affixere. Vixit *Childericus* annos unum & viginti & prolem maſculam ſuſcepit. Ejus, *Bilihildiſque* uxoris tumuli ante paucos annos reperti ſunt Pariſiis, cum Baſilica Sancti Germani repararetur, ut narrat Hadrianus Valeſius lib. 21. Jacebant in ſepulchris corpora Regis & Reginæ: infantulus clauſus erat *arcula* Reginæ matris ſuæ ſepulchro impoſita, & in ima interioris ſarcophagi Regis parte hæc Inſcriptio apparuit CHILDR REX. Infantulus ille penitus ignotus fuerat, antequam Mabillonius Sæculo III. Benedictino fragmentum Vitæ Sancti Lantberti Epiſcopi Lugdunenſis publicaſſet; ibi enim legitur: *Rex Childericus inſidiis ſatellitum ſuorum, una cum conjuge Bilhilde filioque nomine Dagoberto, vita & Regno privatus eſt.* Iiſdem parentibus natus & alter filius nomine *Childericus*, qui tenerrimam in cunis ætatem agebat, cum utroque parente orbatus eſt, ut probabimus anno DCCXV. quo paternam hæreditatem tandem recuperavit.

XI. *Childerico ſuccedit Theodoricus III.*

Regnavit *Childericus* in Auſtria annos quatuordecim, ut legitur in breviſſimo Chronico a Ducheſnio edito, quod a Clotario II. uſque ad Pippini Regis obitum continuatur: in Neuſtria vero ac Burgundia annos fere quatuor, ut patet ex fragmento Actorum Sancti Waningi Monachi Sæculo II. Benedictino, ubi legitur: *Childericus non plene quatuor annos tenens, vita deceſſit:* quos incompletos fuiſſe produnt Acta Sancti Ragneberti Martyris ab Ebroino interfecti, in quibus is Clericum & Monachum exuiſſe dicitur *poſt triennium*, ex quo ſc. Luxovium relegatus fuerat; quod etiam indicat Urſinus in Vita Sancti Leodegarii, ubi ſcribit eum *per annos fere tres* Childerico Regi percarum fuiſſe. Childerico ſucceſſit *Theodoricus* frater ejus, & quidem ante diem decimum menſis Octobris. Auctor enim Anonymus Vitæ *Sancti Condedi* Monachi Fontanellenſis & Anachoretæ, recitatæ Sæculo II. Benedictino, refert *Condedum* quaſdam poſſeſſiones, quas enumerat, dediſſe Monaſterio Fontanellenſi, *Sub anno tertio præfati Regis, qui erat Lantberti Abbatis annus nonus.* Additque Anonymus: *acta fuerat hæc largitio die decimo menſis Octobris,*



crilegus ſuo imponere capiti eſt auſus: ſed quomodo vix emenſo integro anni curriculo pœnas dedit anno ſequenti ſuo loco dicendum erit: hic enim annus ad comparandum exercitum, quem Paulus duceret adverſus Ildericum, inſumptus eſt, & in defectione ipſius Pauli, adverſus quem Rex nonniſi anno ſequenti potuit proficiſci.

An-

PAGIUS

*bris, quod eſt VI. Idus Octobris.* Annus nonus Lantberti inchoatur die XXVI. Julii anni DCLXXV. quo die X. Octobris jam tertius Theodorici Regis annus inchoatus erat. Quare hoc anno ante diem X. Octobris jam *Childerico* ſucceſſerat *Theodericus*.

XII. *Ante medium menſem Septembrem.*

Immo ante diem XV. menſis Septembris *Theodoricus* regnabat. Mabillonius enim lib. VI. de Re Diplom. pag. 469. recitat quoddam Theodorici III. placitum de *Chramlino* Epiſcopo Ebredunenſi in Synodo depoſito, quod dicitur *datum medio menſe September annum V. regni noſtri*. Quare cum illud emiſſum fuerit anno DCLXXVII. ut infra demonſtrabo, manifeſtum eſt, Theodoricum hoc anno ante medium menſem ſeptembrem jam fratri ſucceſſiſſe. Mabillonius in Præfatione ſecundæ partis Sæculi Tertii Benedictini num. V. Theodoricum hoc anno Regnum iniiſſe hoc argumento probat, quod annus ejus XIV. cum anno Eræ Chriſtianæ DCLXXXVI. comparatur in inſtrumento quodam relato a Perardo in Collectione Monumentorum Burgundicorum, dato *die Sabbato proximo ante medio menſe Aprili in anno XIV. regnante Domino noſtro Theodorico Rege*: quæ notæ inquit Mabillonius, conveniunt anno Chriſti prædicto, quo dies XV. menſis Aprilis litera Dominicali G. præditus erat. Verum præterquam quod inſtrumentum illud pertinet ad annum DCLXXXVII. quo menſe Aprili annus XIV. Theodorici Regis in curſu erat, ut ex dictis liquet, ex laudata loquendi formula nihil, quod ad rem noſtram faciat, deduci poteſt; cum Sabbatum medio alicujus menſis proximius modo ab eo diſtet diebus quatuor, modo pluribus.

XIII. *Moritur Keneſvvalchius Rex Occid. Saxonum.*

*Keneſvvalchium* ſecundum Regem Chriſtianum Saxonum Occidentalium annos unum ſupra triginta regnaſſe, inter Hiſtoricos Anglicanos convenit; ejus mors in hunc annum communius confertur. Wigornienſis ſcribit ſuperiori anno *Benedictum Biſcopum* Roma reducem adiiſſe *Egfridum* Transhumbranæ gentis Regem, qui ei terram dedit ad conſtruendum Monaſterium. Et certe cum Benedictum anno DCLXXI. hanc tertiam profectionem Romanam ſuſcepiſſe tradat idem Wigornienſis, & diu is Romæ morari ſolitus non fuerit, reditus ejus in Britanniam recte ab eo collocatus videtur. Beda autem in Vita Sancti Benedicti lib. 1. n. 4. de ejus reditu hæc habet: *Ingreſſus Britanniam ad Regem Occidentalium Saxonum nomine Coynvvalh conferendum putavit, cujus & ante non ſemel amicitiis uſus & beneficiis erat adiutus: Sed ipſo eodem tempore immatura morte prærepto, eundem ad patriam gentem, ſolumque in quo natus eſt, pedem convertens, Egfridum Transhumbranæ Regionis Regem adiit*, &c. Secundo, Ethelvverdus antiquus Hiſtoricus lib. 2. cap. 7. ſcribit, Convalchium obiiſſe duobus annis completis ab obitu Oſvvii Regis Northumbrorum, quem oſtendimus menſe Februario anni DCLXX. ſupremum diem obiiſſe. Præterea Huntindonius lib. 2. pag. 318. ait: *Sexburge regnante, mortuus eſt Egbricht, Rex Cantuariæ, cui ſucceſſit Lotarius in Regnum.* Quare currenti anno menſe Julio, quo Egbertum obiiſſe diximus, jam regnabat *Sexburga* vidua Coinvvalchii, quæ confundenda non eſt cum *Sexburga* Ercomberti Cantuariorum Regis uxore. Ethelvverdus dicit, *Sexburgam* Coinvvalchii viduam Regnum rexiſſe duodecim menſes, quia ſcil. *Kenvvalchio* filius non erat.

XIV. *Eſcuinus & Kentuinus Angliæ Subreguli.*

Sexburga mortua, cum nullus Regni hæres e vicino eſſet, *acceperunt ſubreguli*, inquit Beda lib. 4. cap. 12. *Regnum Gentis, & diviſum inter ſe tenuerunt, annis circiter decem.* Erant illi *Eſcuinus* & *Kentuinus*, uterque Regii generiis & Chriſtiani, ut liquet ex Malmesburienſi lib. 1. de Reg. Angl. cap. 2. Porro *Eſcuinus* & *Kentuinus* Regno integro non imperitarunt, ſed illud inter ſe diviſere, uti Bedam explicat Malmesburienſis laudatus qui addit, *Eſcuinum* per biennium, & *Kentuinum* per novennium regnaſſe. Malmesburienſi ſuffragatur Auctor antiquioris Chronici Saxonici qui *Eſcuini* mortem cum an. Chriſti DCLXXVI. copulat, & utrique Ethelvverdus lib. 2. cap. 7. qui ait, poſt *Sexburgam* Eſcuinum ſucceſſiſſe in Regnum *impleto biennio*, ideſt duobus annis Regnum obtinuiſſe. Keneſvvalchius itaque, qui, ut ait Malmesburienſis laudatus *primo Regni auſpicio peſſimis, medio, & ultimo tempore optimis Principibus comparandus*, vitam cum morte commutavit hoc anno; *Sexburga* ejus uxor poſt ejus mortem Regnum tenuit uſque ad priores menſes anni ſexcenteſimi ſeptuageſimi quinti, & poſt biennium, ſeu anno DCLXXVI. *Eſcuinus* Regnum reliquit *Kentuino*, de quo anno DCLXXXV. Erat vero *Eſcuinus* Cynigiſli Regis ex fratre abnepos, teſte Malmesburienſi lib. 1. de Geſt. Reg. cap. 3.

Hoc anno *Egbertus* Cantuariorum Rex mortuus eſt, & Synodus Herefordienſis celebrata, ut anno ſuperiori viſum eſt.

I. *Vvambæ Regis victoria divinitus parta.*

ANno Redemptoris ſexcenteſimo ſeptuageſimoquarto, Indictione ſecunda, Vvamba Rex Hiſpaniarum adverſus tyrannos, qui Galliam Narbonenſem & alia loca regni ſui proditione ſubegerant, comparato exercitu progrediens, divino munitus auxilio, ſex menſium ſpatio eoſdem feliciter debellavit, penituſque delevit. Victoriam tantam haud humanis viribus partam, ſed divinitus comparatam perpetuis conſignatam monumentis tradidit poſteris Julianus, qui ſucceſſit Quiriaco hujus temporis Archiepiſcopo Toletano: is enim, ſcripto commentariolo, ejuſmodi belli hiſtoriam proſecutus eſt; quem totidem ferme verbis majori ex parte Tudenſis in ſuum Chronicon retulit.

II. *Perſecutio in Gallia Narbonenſi.*

Qui autem tyrannidem adverſus Regem exercuerunt, etiam adverſus Deum impietate pugnarunt. Etenim inter alia nefanda ſcelera impius Ildericus perſecutionem haud levem in Gallia Narbonenſi adverſus Eccleſiaſticos excitavit, qui ipſi in omnibus parere recuſarent. Cujus rei gratia tunc accidit, ut Nemauſenſis Eccleſiæ Epiſcopum vita ſanctiſſima commendatum, Aregium nomine, eidem conſtanti animo repugnantem, vinculis mancipatum tradiderit illudendum, in ejuſque ſedem ſuæ perfidiæ ſocium Ramirum Abbatem intruſerit. Addidit alia nefanda, quæ recenſere longum eſſet. Sed & qui adverſus eum miſſus eſt Paulus natione Græcus, in tyrannum æque converſus, ne-

**PAGIUS**

*Sæc. VII. Anno Eræ Hiſpan. DCCXII. Anno Hegiræ LV. inchoato die 6. Decemb. fer. 4. A.C. 674.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6167.

☉ 11. A. ☽ 10. P. 2. April, Indict. 2.

JESU CHRISTI 674.

ADEODATI PAPÆ 3.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 7.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: XXI. *Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus VII. & Imperii Heraclii ac Tiberii ejus fratrum anno XVI.*

II. *Bellum Hiſpanicum.*

Ad num. I. & ſeqq. Baronius hoc anno nonniſi de bello in Gallia Gothico, ſeu in Septimania geſto a *VVamba* Viſigothorum Rege adverſus ſubditos, qui rebellarant, agit; quod cum pertineat ad annum ſuperiorem, ibique de eo locuti fuerimus, hic addemus quæ ab eo prætermiſſa ſunt.

III. *Leodegarius & Ebroinus e Monaſterio egrediuuntur.*

Poſt Childerici Francorum Monarchæ mortem, *Leodegarius & Ebroinus* egreſſi ſunt e Monaſterio Luxovienſi; *VVlfoaldus*, qui regnante Childerico Major Domus fuerat, e Neuſtraſia in Auſtraſiam per fugam vix evaſit, & *Leudeſius* Erchinoaldi quondam Majoris Domus filius Majoratum obtinuit, ut docet continuator Fredegarii cap. 95. *VVlfoaldus Dux per fugam lapſus evaſit, & in Auſtriam reverſus eſt. Franci vero Loudeſium filium Erchonualdi nobilem in Majoris Domus dignitatem ſtatuunt per conſilium Beati Leudegarii & ſociorum ejus.* Idem habet Anonymus in Geſtis Regum Francorum cap. 45. Urſinus vero in Vita S. Leodegarii ait, *Childerico* Rege defuncto & *Theodorico* in ejus locum ſubſtituto, Leodegarium & Ebroinum inter ſe pacis concordia junctos Auguſtodunum profectos eſſe; cumque *Leodegarius* Ebroinum magnis affectum muneribus honorifice a ſe dimittere vellet, *Ebroinus*, inquit, *nocte fuga capeſſens ab Urbe receſſit, & Auſtraſios, quos olim adverſarios habuerat, ſibi amicos aſcivit.* Addit Urſinus: *Non diu poſt multis perpetratis ſceleribus, cum ſibi flagitiorum ſocios adjunxiſſet, in Francorum fines per vim invaſit,* quod fuſius narrat Anonymus in Geſtis Regum Francorum loco laudato, & hæc anno ſuperiori geſta, ſed vexationes *Ebroini* hoc anno continuatæ, & facies rerum in tribus Franciæ Regnis valde immutata.

IV. *Francia poſt Childerici Regis mortem in varias factiones diviſa.*

Univerſum itaque Franciæ Regnum poſt *Childerici* Regis mortem in tres factiones diviſum fuit, hinc *Ebroino*, illinc *VVlfoaldo*, & parte alia *Leudeſio* inter ſe ſe de regimine Regni certantibus. *Ebroinus* & *VVlfoaldus* ſub Clotario Majores domus extiterant, hic in Auſtria ſub Childerico, ille in Auſtraſia ſub Clotario: deinde poſt *Clotarii* mortem, cum *Childericus* Monarchiam Francorum adeptus eſſet, *VVlfoaldus* non in Auſtraſia modo; ſed & in Neuſtraſia Majoratum geſſerat detruſo in Monaſterium Luxovienſe *Ebroino*: regnante autem poſt Childericum Theodorico hujus fratre, *VVlfoaldus* a Neuſtraſiis pulſus in Auſtraſiam ſe receperat. *Leudeſius* Erchinoaldi Majoratu ante Ebroinum alias functi filius eandem dignitatem in Neuſtraſia obtinuerat, & *Ebroinus* e Cænobio Luxovienſi digreſſus ad dignitatem, qua exciderat rurſum aſpirabat, favente Auſtraſiorum turba non modica. Epiſcopi & Proceres in varias partes trahebantur: *VVlfoaldo* ſtudebant Auſtraſii magno numero: *Leudeſius* amicos Erchinoaldi quondam patris & inprimis *Leodegarium* Epiſcopum Auguſtodunenſem, & *Gaerinum* Comitem Leodegarii fratrem ſibi ſociarat. *Ebroinum* ſequebantur, qui prius amicitiam cum illo vel inimicitiam cum Erchinoaldo exercuerant, uti *Audoenus* Rotomagenſium Epiſcopus, quem *Erchinoaldo* amicum haud fuiſſe Vita Sancti Eligii, quam ſcripſit, apertiſſime demonſtrat; ibi enim acerbius in *Erchinoaldum* invehitur, quem cæteri Scriptores impenſe laudant. Denique *Leudeſius* necatus eſt anno poſt Childerici Regis cædem proximo, ut habet Sigebertus in Chronico, innuuntque Anonymus & Urſinus in Vita Leodegarii, ex quo utroque, Continuatore Fredegarii & Auctore de Geſtis Francorum, præfata excerpta ſunt.

V. *Ebroinus in Auſtraſia Pſeudo Regem creat.*

*Ebroinus* aliquorum Epiſcoporum & Optimatum uſus conſilio, ut narrat Anonymus in Vita Sancti Leodegarii num. VIII. Majore Domus jam interfecto, ſcilicet Leudeſio, *dum populum univerſum fideliter cernebant declinare poſt Theodoricum, eumque jam confirmatum in Regno & Dei famulum Leodegarium cum illius gratia in ſua Urbe reſidentem*, Clodoveum quendam Clo-



nequiora patravit, ubique perfidus, ubique ſacrilegus, expolians cunctas ſuis theſauris Eccleſias.

*Pius Rex purgat exercitum.*

Ad hos igitur debellandos tyrannos expeditionem parans Rex maxime pius, primum omnium ſtuduit exercitum communire juſtitia: quamobrem in ipſo procinctu, quos ſcivit milites adulteria perpetraſſe, juſſit amputari virilibus, hanc tanto Principe dignam ſententiam promens: *Ecce jam judicium imminet belli; & licet fornicari, ut Deus ad iracundiam provocetur?* Et poſt alia, hæc quoque perpetuæ mandanda memoriæ verba addidit: *Fruſtra pergit ad bellum, quem iniquitatis comitatur exemplum.*

III.

Qui vero primum ſceleribus militum eo modo purgavit exercitum, a Deo accepit, ut Angelos haberet commilitones. Ita quidem teſtatur dignus cui credatur auctor, nempe viſum eſſe Angelis vallatum exercitum. Sed reddamus hic ejus ver-

**PAGIUS**

Clotarii filium ſupponunt: *denique* ſubdit Anonymus, *acceperunt quendam puerulum, quem Clotarii fuiſſe confinxerunt filium* (ideoque Clotarius, non puer, ut falſo arbitrati ſunt Hiſtorici noſtri, ſed jam adoleſcens obiit,) *hunc in partibus Auſtri ſecum levantes in Regnum. Qua de re multum collegerunt hoſtiliter populum, eo quod veriſimile cunctis videbatur eſſe. Etenim cum depopulando patriam ſubjugarent, etiam in nomine ſui Regis quem falſo fecerunt, præcepta Judicibus dabant; tunc qui eis volens, noluit acquieſcere, aut jura poteſtatis amiſit, aut ſi non fuga latenter diſceſſit, gladii internecione deperiit. Quanti enim per hoc calliditatis figmentum Theodoricum tunc defunctum, & Clodoveum Clotarii eſſe filium crediderunt?*

VI. *Leodegario oculi eruuntur ab Ebroinianis.*

Inter hæc Ebroinus *Didoni* Epiſcopo Cabilonenſi & *VVaimero*, (quem tunc Ducem Campaniæ poſtea Epiſcopum Trecenſem fuiſſe docet Auctor Vitæ S. Præjecti,) perdendi Leodegarii mandatum committit: dat eis exercitum cum quo ad Civitatem Auguſtodunenſem perrexere, comminatus Dido, *non ſe ab impugnatione Civitatis diſcedere, quoad uſque Leodegarium valeret comprehendere, & ſui furoris veſano deſiderio ſatisfacere; & niſi Clodoveo, quem falſo Regem fecerant, promitteret fidem.* Tunc Leodegarius ſumpto Viatico dubiis populi cordibus confirmatis, apertis clauſtris ſponte ſe obtulit pro Civibus inimicis: *illi autem* (Ebroiniani nempe) *iniquiſſimum pene excogitantis commentum, ab ejus capite lumen evulſerunt oculorum; in qua evulſione ultra humanam naturam inciſionem ferri viſus eſt toleraſſe*, inquit anonymus num. X. Ductus eſt autem ab illis extra Urbem: Cumque eum cuſtodibus tradidiſſent, *in quoddam Cænobium perduxerunt, in quo latuit per annorum circulum duorum*, inquit Urſinus in Vita Sancti Leodegarii. Hæc Baronius anno DCLXXXV. num. XII. & ſeqq. decennio ſcilicet & amplius ſerius quam oportuit, narrat; quæ tamen currenti anno patrata eſſe, & quidem antequam *Ebroinus* in Majoratum Domus reſtitueretur, ut aſſerit, Anonymus in Vita Sancti Leodegarii, in dubium minime revocandum. Errat enim Urſinus, qui id factum dicit ab Ebroino jam Majore Domus: *Igitur*, ſubiicit Anonymus num. XII. *cum ſuum facinus diutius Ebroinus perditus occultare non poſſet, de Rege, quem falſo fecit, declinat ingenium, ut in Theodorici rediret Palatium. Quorundam factione ſuſcipitur, & iterum ſubito Palatii Major Domus efficitur.*

VII. *S. Lambertus Epiſcopatu Trajectenſi pellitur.*

Eodem tempore quo *Leodegarius* Auguſtoduno, pulſus eſt & Traiecto Sanctus *Lambertus* Epiſcopus, ut teſtatur Auctor coætaneus, quem Godeſcalchus Diaconus Tomo I. Collect. Hiſtor. Franc. relatus elegantiore ſtylo poſtea perpolivit: *Cum interfectus fuit ab impiis glorioſus Rex Childericus, tunc adverſarii ſæviſſimi iniqua & falſa conſilia machinantes, ut eum de Sede Pontificali deiicerent. Et ita prævaluit iniquitas eorum & depoſuerunt eum de Sede ſua ſine cauſa.* Addit Godeſchalcus eos *Faramundum* in Cathedram illius conſtituiſſe, & Lambertum ſeu Landebertum perrexiſſe ad Monaſterium *Stabulai*, ubi per annos ſeptem manſit, ut ſuo loco dicemus. Godeſchalcus quidem Ebroini non meminit, ſed Nicolaus & Renerus in Vita Sancti Lamberti illum totius facinoris auctorem jure merito conſtituunt; neque de hoc dubium eſſe poteſt. Baronius anno DCLXXXV. num. XI. hoc *Lamberti* exilium narrat, & in Synodo Epiſcoporum factum fuiſſe arbitratur. Verum, ut ait Godeſchalcus, *cum interfectus fuit ab impiis glorioſus Rex Childericus, tunc invidus omnium bonorum Diabolus feſtinus inſurrexit contra Beatum Virum*; Concilium autem de quo ibidem loquitur Baronius, non habitum fuit ſtatim a cæde Childerici Regis, ſed quinquennio poſt; in eoque actum, non de Lamberto, ſed de Leodegario, ut infra videbimus. Præterquamquod facinus in Lambertum commiſſum, cum in Auſtraſia dominabatur *Ebroinus* nomine Clodovei Pſeudo-Regis. Tyrannidem ac Pſeudo-Pontificatum Faramundi pluribus deſcribit Stephanus Epiſcopus Leodienſis, concluditque: *Nullum facinus execratus eſt, nullum ſcelus intactum reliquit, monſtravit verbo & opere, qua mentis intentione ad regimen introductus fuiſſet Eccleſiæ. Plura referre pudet, quæ doli magiſter egiſſet.* Hoc porro anno *Lambertum* in exilium miſſum, ex iis, quæ dicemus, quo in Sedem reſtitutus eſt, anno ſcilicet DCLXXXI. manifeſtum fiet.

VIII. *S. Filibertus ex Abbatia Gemeticenſi pellitur.*

Hoc etiam anno Sanctus *Philibertus* Abbas Gemeticenſis Ebroini ſævitiam expertus eſt, poſtquam *recepiſſet locum honoris*, inquit Monachus Gemeticenſis ſuppar in ejus Vita, ideoque poſtquam Majoratum Domus adeptus eſt. *Sanctus ad eum Philibertus abiit, & prædicationis verba impendit*, &c. *Fremens lupus rabidus animarum greges a ſuis rapi dentibus, incitans quoſdam Urbis Rotomagenſium Clericos cœpit diſcordiam ingerere, & malevola verba Sancto Audoeno Pontifici de Filiberto Viro Dei incantare.* Credens Sanctus Audoenus Clericorum colloquiis, Virum Dei Filibertum, *quem ante dilexerat, nimium, retrudi juſſit ergaſtulo, quod ille ingreſſus eſt cum gaudio.* Horum Clericorum conſcium fuiſſe Ebroinum, qui tamen liberum eum a ſe dimiſerat, non aſſerit Monachus Gemeticenſis: at non obſcure innuit, Filiberti innocentiam Audoeno non ignotam fuiſſe, priuſquam e carcere egrederetur: ait enim illum *per literas Beati Audoeni* adiiſſe *Anſoaldum* Pictavienſem Pontificem *ob Monaſterii gratiam conſtruendi:* Anſoaldum voluiſſe eum ſecum retinere in Urbe, ſed Filiberto eremi vaſtitatem ſemper deſiderante, Anſoaldum dediſſe ei *Herium maris inſulam*, ubi Monaſterium

verba: *Manifeſte*, inquit, *divina protectio adfuit; quod cæleſtibus indiciis patuit evidenter. Viſus eſt enim Angelorum excubiis protectus noſter exercitus & ipſos Angelos ſuper caſtra coruſca volitatione protectionis ſuæ ſigna protendere.* Quod & rerum declararunt eventa: ſiquidem difficillimum bellum adverſus duos tyrannos Vaſconum Francorumque roboratos auxilio, civitatibus munitiſſimis tutatos, breviſſimo temporis ſpatio ſumma felicitate confecit: inſuper & poſt devictos tyrannos, Lupum Ducem pollentem Francorum viribus nullo negotio ſuperavit, deque omnibus triumphumglorioſiſſimum egit. Inter alia autem divini judicii æqua lance librata ſententia patuit; cum rerum deſperatione Paulus tyrannus penitus ſuperatus, hoc anno ſua ſponte, antequam ab adverſariis caperetur, ipſis Kalend. Septembris regalibus ſe exuit veſtimentis, ac privatis indutus regnum depoſuit qua die a Deo electus Rex Vuamba illud acceperat.

Vuamba Rex ope divina tyrannos ſuperat.

IV. Sed non prætermittendum, quod prophetice ipſius Pauli tyranni epiſtola ſignificatum eſt. Quod enim ipſe Paulus ſciſſet Regem exercitum comparaſſe; ut in officio contineret virum venerabilem Amatorem Gerundenſem Epiſcopum, hanc ad eum perbrevem ſcripſit epiſtolam:

Epiſt. Pauli tyranni.

*Audiſti quod Vuamba Rex cum exercitu adverſum nos venire diſponat: ſed cor tuum non turbetur: nec enim fieri puto. Sed tamen quem primum de nobis ambobus ibi tua ſanctitas cum exercitu viderit accedentem, ipſum ſe credat habere dominum, ut in ejus debeat perſiſtere charitate.* Ita ipſe, neſciens quid diceret, prophetavit. Novit id poſtea Wamba Rex, cum Gerundam pervenit, gaviſus etiam hoſtis ſententia de divino ſe patrocinio eſſe ſecurum, regnoque pariter potiturum.

V. Sed ne in bellicis amplius immoremur, finem audi dignum meritis, quem ſacrilegus tyrannus accepit. Qui S. Felicis martyris Gerundenſis donatam a S. Reccaredo Rege coronam ſacrilege ſuo capiti regnaturus impoſuit, idem in triumphum catenis vinctas deductus, Toletum ingreſſus eſt una cum ſociis perduellibus iiſdem pœnis affectis, capite decalvato, raſa barba (erat id apud Gothos perinfame ſupplicium) nudatis pedibus, indutus ſordidis veſtibus, camelo impoſitus, corona ex corio facta redimitus: poſt hæc vero iidem omnes pariter ſancitum le-

Paulus ac ſocii pœnis affecti.

PAGIUS

rium ædificavit, & multos Monachos congregavit. Porro *Herium*, ſeu *Herio* inſula eſt in finibus Pictorum, vulgo *l'iſle de Ermonſtier*, corrupte *Nermoſtier*. Proceſſu temporis illud a Normannis deſtructum, & inſula, depoſita veteri appellatione, inſula *Nigri-monaſterii* dicta, ut videre eſt apud Hadrianum Valeſium in Notitia Galliarum, in voce *Herius inſula*. In eadem inſula poſtea fundata eſt nova Abbatia Sanctæ Mariæ dicta *Abbatia Alba*, a veſte candida Monachorum Ciſtercienſium, qui ipſam incolunt, non ab albis populis Abbatiæ Albæ vicinis, ut vult Chiffletius in Hiſtoria Trenorchienſi, ubi Prioratum Sancti Filiberti in quem mutatum eſt Nigrum-monaſterium, male confundit cum Monaſterio Ciſtercienſi Sanctæ Mariæ ſive Abbatiæ Albæ. Porro *Ebroinus* hoc anno Filiberto increpatus iſque anno ſequenti ex Abbatia Gemeticenſi pulſus, aliuſque in ejus locum ſubſtitutus ut ex dicendis anno DCLXXXIII. num. XVIII. conſtabit.

IX. *S. Amatus Epiſc. Senonenſis relegatur in Belgium.*

A Theodorico vero Rege, poſtquam Regnum recuperavit, pulſus eſt etiam in exilium, & *Peronæ* ſub Sancto Abbate Ultano in cuſtodia permanſit Sanctus *Amatus* Senonenſis Epiſcopus, quem malevoli falſo accuſarunt, ut ſcribit Auctor Vitæ apud Surium die XIII. Septemb. *Deinde poſt exceſſum B. Ultani traditus eſt præfato Dei famulo Abbati Mauronto, ut eum cuſtodiæ manciparet in ſuo qui Broilus dicebatur Monaſterio ab eodem nuperrime conſtructo in territorio Letio vocato. Quo ſuſcepto, ut ejus religioſam expertus eſt converſationem, ſicuti ſervando cœleſti theſauro omnem omnibus vitæ ejus diebus famulandi adhibuit diligentiam, habens in ea pulcherrimum ſuæ ſuorumque confratrum vitæ & ſanctitatis ſpeculum* inquit Hucbaldus Elnonenſis Monachus in Vita S. Rictrudis Marcianenſis Abbatiſſæ, qui jam dixerat, Amatum inſimulatum *falſo* fuiſſe *quaſi de infidelitate* apud Regem Theodoricum. *Broilenſe* Monaſterium ad Legiam fluvium ſitum erat, ex quo imminente Danorum perſecutione Monachi corpus B. Amati deportaverunt, & poſuerunt in Eccleſia Deiparæ, quæ modo eſt Collegiata, ut tradit Colvenerius in Notis ad Chronicon Cameracenſe lib. 1. cap. 22. in quo Chronico dicitur, *Amatum* Perona per Maurontum deductum fuiſſe Cameracum, amboſque diutiſſime in Cœnobio Hamatico appellato commoratos eſſe; tandemque Amatum *Broilum* perductum, ubi vigiliis atque jejuniis inceſſanter corpus fatigavit, & animam Deo reddidit, anno ſcilicet DCXC. vel circiter, uti ex documentis publicis docet Colvenerius laudatus. [1] Hamaticum vulgo *Hamay*, locus una cum Monaſterio in Attrebatenſi Epiſcopatu ſitus, nuncupatur. De Sancto Amato legendus Mathoudus Monachus e Congregatione Sancti Mauri in Catalogo Archiepiſcoporum Senonenſium.

X. *Dagobertus II. in Regnum Auſtraſiæ reſtituitur.*

Dum *Ebroinus* Neuſtriam & Burgundiam in ſervitutem redigit, & in utriuſque Optimates ſævit, Auſtraſiam amiſit. Cum enim *Vulfoaldus*, qui Childerici Major Domus fuerat, Neuſtraſiorum furorem vix evaſiſſet, & in Auſtraſiam anno ſuperiori ſe recepiſſet, egit cum ſuæ factionis Proceribus de *Dagoberto* filio Sancti Sigiberti Regis & Hymnechildis, ab annis circiter decem & octo in Hibernia exule, in patriam reducendo, paternoque Regno reſtituendo; quod hoc anno factum indicat Diploma pro Monaſterio Stabulenſi a *Dagoberto* Rege datum & recitatum ab Henſchenio lib. 2. *de Tribus Dagobertis*, cap. 8. quod ait, datum eſſe *Kalend. Auguſti anno quarto Dagoberti Regis*, quove confirmantur donationes, quas Sigibertus ejus pater Monaſteriis Stabulenſi & Malmundarienſi conceſſerat. Si enim an. DCLXXVII. jam quartum Regni ſui annum inchoarat, currenti ante Kalendas Auguſti in ſolium evectus eſt, ut magis ex ſequentibus patebit. Vivebat adhuc *Hymnechildis* mater ejus, & in Regno Auſtraſiæ degebat, ut anno ſuperiori num. VI. vidimus. Quare non dubium, quin jam filia ejus *Bilichilde* & *Childerico* Rege genero occiſis, omnibus viribus enixa ſit, ut *Dagobertus* filius Regnum Auſtraſiæ recuperaret. Ejus tamen reſtitutio Sancto *Vuilfrido* Epiſcopo Eboracenſi, a quo pecunia comitatuque inſtructus eſt, præcipue debita, ut diſcimus ex Eddio Stephano, teſte coætaneo, in Vita Sancti Wilfridi cap. 27. Ibi enim loquens de hoc Sancto Antiſtite, poſtquam Sede ſua pulſus eſt anno DCLXXVII. Romam pergente, ait: *Verno tempore adveniente cœptum iter, Deo adjuvante, ad Sedem Apoſtolicam cum comitibus carpebat, veniens ad Francorum Regem nomine Daegberth, qui eum cum honore manſuetiſſime pro meritis ejus anteactis in eum ſuſcepit. Nam ſupradictus Rex in juventute ſua ab inimicis regnantibus in exilium proditionis pulſus, navigando ad Hiberniam inſulam, Deo adjuvante pervenit. Poſt annorum circulum amici & propinqui ejus* (Hymnechildis ſc. mater, Wlfoaldus, & alii) *viventem, & in perfecta ætate florentem a navigantibus audientes, miſere nuncios ſuos ad Beatum Vuilfridum Epiſcopum petentes, ut eum de Scotia & Hibernia ad ſe* (in Angliam, ubi Wilfridus Epiſcopus erat) *invitaſſet, & ſibi* (ſcilicet Auſtraſiis) *ad Regem emiſiſſet*, (id eſt, remitteret, ut ſibi Rex præficeretur:) *& ſic Sanctus Pontifex noſter perfecit, ſuſcipiens eum de Hibernia venientem, per omnia ditatum & viribus ſociorum* (Anglorum Principum) *elevatum ad ſuam Regionem emiſit.*

XI. *Sed non ante præſentem annum.*

Porro ante præſentem annum ex Hibernia in Auſtraſiam, ut ibi regnaret, evocatum non fuiſſe Dagobertum II. ex eo liquet, quod anno ſuperiori, quo *Childericus* Rex occiſus Auſtraſii nullum Regem habebant: *Ebroinus* enim e Burgundia profugus in Auſtraſiam profectus eſt, Auſtraſiique, licet ab eo plurimum abhorrerent, ſibi ipſummet Ducem conſtituerunt adverſus *Theodericum* Regem, cui infenſiſſimi erant. Ut autem e ſtirpe Regia Principem huic opponere poſſent, *Ebroinus* Clotario III. filium ſuppoſuit, quem Clodoveum appellavit, Auſtraſiique ſibi Regem conſtituerunt. Præterea Ebroinum e Burgundia viciniores Auſtraſiæ Civitates adiiſſe, Leucos puta & Catalaunos, nullus diffitebitur. Has autem Civitates primas fuiſſe quæ *Dagobertum* II. Regem agnoverint in confeſſo eſt. Is itaque ex Hibernia in Auſtraſiam reverſus non eſt, niſi poſtquam *Clodoveus* Regio titulo ab Auſtraſiis, inſtigante Ebroino, donatus eſt, & omnia in eo Regno turbata fuere.

XII. *Catalaunum, Rhemi & Trajectum Dagoberto II. paruerunt.*

Quæ Auſtraſiæ Provinciæ *Dagobertum* II. agnoverint, difficile eſſet definire. Certum eſt, *Catalaunum* ei paruiſſe: Anonymus enim qui Vitæ Sancti Memmii tria ſubjunxit capita *de Miraculis*, & rerum, quas ſcribebat, occulatum ſe teſtem dixit, ait ſe agere de rebus, quæ contigere *in anno ſecundo ſub Imperio Dagoberti Regis*: & ut hunc ab aliis Dagobertis diſtingueret, proxime ſubiungit: *Ipſe eſt, qui poſt longam preſſuram reverſus eſt ad propria Regna.* Cointius, qui recte vidit Dagoberti II. reſtitutionem in Regnum factam eſſe tantum poſt mortem Childerici Regis, perperam tamen ſcribit anno DCLXXIV. num. XII. *Trajectum* & univerſam ferme Diœceſim Ebronianis partibus adhæſiſſe, poſt *Dagobertum* ex Hibernia reverſum, quod & de Civitate Remenſi anno DCLXXV. num. IX. etiam aſſerit. Verum contrarium demonſtrare difficile non eſt: Grimoaldus olim Major Domus dederat Monaſterio Stabulenſi *locum cognominatum Germanicum in pago Rhemenſi, quem Sigibertus Rex conceſſerat*, & alia prædia in Rhemorum pago ſita Monachis confirmavit. Quare Rhemi ſubditi erant Dagoberti II. [1] Diploma confirmationis recitat Henſchenius citatus ex Archivo Bambergenſi.

XIII. *Illud magis confirmatur.*

Diplomata hujus confirmationis vidit & approbavit Sanctus Leo IX. Papa Conſtitutione edita a Miræo pag. 127. Notitiæ ſuæ, in qua hæc leguntur: *Ratum decernimus quidquid dedit primus conſtructor locorum Sigibertus videlicet Rex Francorum, qui Germiniacum in pago Rhemenſi, & Vogatium ſuper fluvium Ligerim ipſi adhuc viventi S. Remaglo tradidit. Eadem quoque firmitate vigoramus acta & inſtituta Regum Clodovei* (ſc. tertii) *Dagoberti* (ſcilicet II.) *Childerici* (ordinem Regum non ſervat) *Theodorici, qui eadem præceptis ſuis confirmaverunt: necnon Imperatorum Karoli, Ludovici, Lotharii, & trium Othonum Henrici etiam primi & ſecundi.* Extat in Codice Bambergenſi Privilegium Gregorii V. Papæ per Notkerum Epiſcopum Leodienſem Abbati Ravengero miſſum

NOTÆ [1] S. Amati Sennonenſis exilium anno 678. conſignatur in Chronico Monaſterii Elonenſis S. Amandi ſcripta ab Authore ſæculi, ut arbitror, XIII. & vulgato a P. Martene Anecdot. tom. 3. col. 1392. In quo pariter Chronico ejuſdem S. Amati obitus ad annum 691. reiicitur. MANSI





NOTÆ [1] PArochiæ Tungrenſis & Colonienſis Dagoberto II. paruerunt quidem, ut Pagius ex Diplomatibus pro Monaſterio Stabulenſi optime collegit; ſed ex aliis ejuſdem Monaſterii ab eodem Abbate Goduino procuratis Diplomatibus æque intelligimus, Theodoricum iiſdem locis imperitaſſe. Nam in Collectione Vet. Monum. to. 2. col. 12. extat Theodorici hujus Childerici Regis germani & Sigeberti ex fratre nepotis præceptum, nulla temporis adſcriptione notatum, quo latifundia reſque omnes olim & tunc pariter acquiſitæ eidem aſſeruntur. Id autem ſe præſtare aſſerit Theodoricus, *conſiderans ſacerdotium ipſius viri Godoini, & fidei ſuæ reſpectum, quo erga regnum noſtrum fideliter videtur famulari*. Verba hæc denotare videntur jam tunc tumultus quoſdam in ea Galliarum parte cœpiſſe, nec defuiſſe multos, qui partibus Dagoberti ſtuderent, quorum factione, quod nihil emoveri ſe Godoinus paſſus fuerit, ideo gratiam & favorem a Rege obtinere meruerit. Primo igitur tractuum illorum incolæ Theodorico paruiſſe, dein vero ad Dagobertum acceſſiſſe videntur. MANSI

legibus in tyrannos ſupplicium noviſſimum ſubiere. Porro Wamba Rex Dei beneficii accepti memor, eidem gratus exiſtens, ſacra vaſa & alia ornamenta, quæ ablata ex Eccleſiis ab hoſtibus comperit, una cum aliis manubiis vendicatis juſſit iiſdem reddi: addidit & alia, pia ubique ſuæ a Deo conceſſæ victoriæ monumenta relinquens: loco autem triumphalis fornicis, ea quæ omnibus eſſent proficua civibus Toletanis conſtruenda curavit ædificia, nova, erigens mœnia civitatis, in quorum nonnullis turribus ejuſmodi inſcriptionem juſſit incidi: *Monumenta pietatis Vvambæ Regis.*

ERE-

PAGIUS ſum, & *datum III. Nonas Julii anno Dominicæ Incarnationis CMXCVI. Indictione IX.* ubi hæc *traduntur Monaſteria in honore S. Petri conſtructa, id eſt Stabulaus, & Malmundarium, ſita in ſaltu Ardennenſi.... ſecundum antiquorum Edictum Regum Sigeberti, Clodovei, & Dagoberti, qui & eorumdem conſtructores fuere Monaſteriorum; nec non & Imperatorum Karoli, Hludovici* (ſcilicet Pii) *& Ottonis Auguſtorum.* Habemus, inquit Henſchenius loco citato, etiam diplomata MSS. Ludovici Pii & trium Ottonum Imppp. ex quibus Otto II. Dagobertum inter dictorum Monaſteriorum *conſtructores & defenſores* collocat. *Abbas Ravengerus* inquit in Diplomate Otto II. mortuus anno CMLXXXIII. *poſtulavit a nobis quatenus ſecundum Prædeceſſorum noſtrorum morem, id eſt, Sigeberti, Hilderici, Clodovei, Dagoberti Regum, qui & eorumdem Monaſteriorum fuerunt* CONSTRUCTORES, *necnon & Imperatorum Karoli, Ludovici ſed & Ottonis genitoris noſtri.* Hæc & ſimilia Diplomata recitat Henſchenius lib. 2. de Tribus Dagobertis cap. 8. Ex quibus manifeſtum fit, Dagobertum II. fuiſſe unum e conſtructoribus Monaſteriorum Stabulenſis & Malmundarienſis, ideoque Parochias Tungrenſem & Colonienſem, in quibus ipſa ſita ſunt, eidem paruiſſe.

XIV. *Refellitur Cointius.* Cointius loco citato refert Teſtamentum S. Amandi ſcriptum *in Monaſterio Elnone, anno ſecundo Regni Domini noſtri Theodorici glorioſi Regis ſub die Kal. Maii,* cui ſubſcripſit Reolus; cumque Civitas Remenſis ad Auſtraſiam pertineat, & *Reolus* Metropolita Remenſis Teſtamento Amandi ſubſcribat, inde, deducit Cointius partem illam Auſtraſiæ, quæ hortatu Ebroini pſeudo-Clodoveum Regem agnoverat, ad Theodoricum cum eodem Ebroino tranſiiſſe. Verum vana hæc illatio, *Reolus* enim etſi Dagoberto II. ſubditus, ſubſcribere potuit Teſtamento extra Principis ſui Ditionem condito; quemadmodum alibi diximus, *Leodegarium* Auguſtodunenſem Epiſcopum Clotario III. Burgundiæ & Neuſtraſiæ Regi ſubditum ſubſcripſiſſe duobus Præceptis datis a Childerico tunc Auſtraſiæ tantum Rege. Vide dicta anno DCLXIII.

XV. *Laudunum paruit Dagoberto II.* Lugdunum Clavatum, ſeu Laudunum cum omni Diœceſi Laudunenſi pertinuiſſe ad Dagobertum Secundum, infra oſtendemus, cum de *S. Irmina* ejus filia ſermo erit. Partem tamen Aquitaniæ & Provinciæ, quæ Prædeceſſoribus ſuis paruerant, non recepit. *Sanctus* enim *Bonitus* Arvernenſis Epiſcopus Regibus *ſuis* ſemper gratiſſimus fuit, Arvernique iis attributi fuerant. *Bonitus* primum notus fuit *Sigiberto,* poſtea *Childerico,* præfectus eſt provinciæ Maſſilienſi, ac demum floruit ſub Theodorico Rege, & Principe Pippino. Et tamen Anonymus, qui ejus Vitam ſcripſit, & ejuſdem Vitæ interpolatores ne verbum quidem habent de Dagoberto Secundo. Malmesburienſis loquens de S. Wilfrido Dagobertum Regem *Tranſrhenanorum* Francorum appellat, qui Pariſiis degentibus ſunt *Ciſrhenani.* Potius itaque Rex *Adrhenanus* vocandus; cum Auſtraſia cis & ultra Rhenum ſita potitus ſit.

Mabillonius in Præfatione partis primæ Sæculi Quarti Benedictini exiſtimat, *Dagobertum* II. mortuo Clotario III. in patriam ab Auſtraſiis revocatum eſſe, cum *Childericus* ad capeſſendum Neuſtriæ Regnum advolavit. Paulus enim Diaconus in lib. 5. cap. 32. ait: *Francorum Regnum apud Gallias Dagobertus regebat, cum quo Rex Grimoaldus pacis firmiſſimæ fœdus inierat,* ac paulo poſt aſſerit Paulus *Bertaridum* egreſſum e Gallia ad Britannium inſulam properare diſpoſuiſſe; ſed cœleſti voce admonitum fuiſſe de Grimoaldi morte. Quare cum *Grimoaldus* Langobardorum Rex anno DCLXXI. interierit, ante eum annum *Dagobertus* II. jam in Auſtraſia regnabat, inquit Mabillonius. Verum anno ſuperiori vidimus *Hymnechildem* ejus matrem, regnante Childerico in Auſtraſia, in ejus Ditionibus vixiſſe. Secundo, *Ebroinum* e Burgundia in Auſtraſiam profugum, cum nullum e ſtirpe Regia Principem, quem *Theodorico* opponeret, haberet, ſuppoſuiſſe filium *Clotario* III. quem Auſtraſii Regem agnovere. Quare in Auſtraſiam reverſus non eſt, *niſi* poſtquam eo in Regno omnia ſuſdeque everſa ſunt, illudque in diverſas factiones diviſum. Non ergo curandum de auctoritate Pauli Diaconi Scriptoris externi, & Rerum Francicarum parum periti, quod eo minus mirandum, quod ipſimet Franci eo tempore, quo Paulus Hiſtoriam Longobardicam ſcripſit in Hiſtoria & Chronologia Patrum ſuorum cæcutiebant, ut omnibus notum & videre eſt apud Henſchenium ad diem primum Februarii in Commentario prævio ad Vitam S. Sigiberti Regis n. 75. Quod itaque Paulus Diaconus Dagoberto Seniori quem Grimoaldi Langobardorum Regis tempore adhuc vixiſſe arbitratus eſt attribuit ad Clotarium III. vel Childericum referendum eſt. Longe minus veroſimilis eſt opinio Henſchenii in Exegeſi ad Diſſert. de *Tribus Dagobertis,* Tom. 3. SS. menſis Aprilis præfixa, ubi *Dagobertum* anno DCLXI. in Regnum reſtitutum tradit. Unde omnino ſtandum Hadriano Valeſio lib. XXII. qui hanc reſtitutionem poſt *Childerici* Regis cædem factam affirmavit. XVI. *Dagobertus II. ante Childerici necem in Regnum non reſtitutus.*

Beda lib. 4. cap. 6. poſtquam ſuperiori capite egit de Synodo Herefordienſi, menſe Septembri ſuperiori Chriſti anni celebrata, ait: *Non multo poſt hæc elapſo tempore, offenſus a Vvinfrido Merciorum Epiſcopo per meritum cujuſdam inobedientiæ Theodorus Archiepiſcopus depoſuit eum de Epiſcopatu poſt annos accepti Epiſcopatus non multos; & in loco ejus ordinavit Epiſcopum Sexvulfum, qui erat Conſtructor & Abbas Monaſterii, quod dicitur Medeſnamſteni, in Regione Girviorum. Depoſitus vero Vvinfrid rediit in Monaſterium ſuum, quod dicitur Ad Barve, ibique in optima converſatione vitam finivit. Tunc etiam Orientalibus Saxonibus, quibus eo tempore præfuerunt Sebbi & Sigheri Earconvaldum conſtituit Epiſcopum in Civitate Lundonia. Cujus vi-* XVII. *Sexvulfus Litthefeldienſis, Earconvvaldus Londinenſis Epiſc. creati.*



EREXIT FAUTORE DEO REX INCLYTUS URBEM
WAMBA SVAE CELEBREM PROTENDENS GENTIS HONOREM.

Sed & ſecundum illud propheticum (*a*): *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes:* ſupra cacumina turrium ſtatuas erexit Sanctorum, quorum cuſtodia civitas ſalva foret, ejuſmodi inſcriptione notatas:

VOS DOMINI SANCTI, QVORVM HIC PRAESENTIA FVLGET,
HANC VRBEM ET PLEBEM SOLITO SERVATE FAVORE:

Hæc quidem religioſiſſimus Rex, de quo rurſum inferius ſuis locis ſæpe dicendum erit. Quomodo autem idem Rex ubi muros civitatis extruxit, inſtar Zorobabelis (*b*) ſanctuarium pariter expurgare, & exædificare aggreſſus eſt, anno ſequenti dicturi ſumus.

(*a*) *Iſai.* 62.

(*b*) *Eſdr.* 1. c. 1. 2. 3.



PAGIUS *videlicet Viri in Epiſcopatu, & ante Epiſcopatum vita & converſatio fertur fuiſſe ſanctiſſima ſicut etiam nunc cœleſtium ſigna virtutum indicio ſunt.* In Chronico vero Lithfeldenſe quod extat Tomo III. Monaſtici Anglicani pag. 217. de Winfrido dicitur: *Rexit Eccleſiam Litchefeldenſem annis tribus* (icompletis ſc.) *& poſtea per eumdem Theodorum depoſitus eſt. Sexvulfus poſt depoſitionem Vvinfridi per Theodorum Epiſcopus Lithchefeldiæ conſecratus eſt anno DCLXXIII.* exeunte videlicet. Weſtmonaſterienſis depoſitionem Winfridi in hunc annum coniicit, quia Auctor Chronici Litchefeldienſis hunc multorum Anglorum more a die XXV. Martii exorditur. Errare porro videntur Scriptores Anglici, & cum iis Recentiores, qui Epiſcopatum Sancti Earconvaldi in annum ſequentem differunt, ſicuti & Baronius, qui anno DCLXXVI. num. X. & ſeq. eum tunc Epiſcopum dictum arbitratur.

XVIII. *Monaſterium VViremutenſe a S. Benedicto Biſcopo fundatum.* *Sanctus Benedictus Biſcopus* a biennio Roma in Angliam reverſus, *tantam apud Regem* (Egfridum videlicet Northumbriæ Regem) *gratiam familiaritatis invenit, ut confeſtim ei terram ſeptuaginta familiarum de ſuo largitus, Monaſterium inibi primo Paſtori Eccleſiæ facere præciperet. Quod factum eſt, ſicut & in procemio memini, ad oſtium fluminis Vviri ad Aquilonem, anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo quarto, Indictione ſecunda, anno autem quarto Imperii Egfridi Regis,* inquit Beda in hujus Sancti Vita lib. I. num. IV. ideoque Monaſterium illud ante diem XV. Februarii hujus anni, quo Egfridus annum Regni quartum finiit inchoatum. Dicatum fuit Divo Petro, ſitumque ad Wiræ fluminis oſtia, indeque *Vviremuthenſe* appellatum, & quinto fere milliari diſtabat a Cœnobio Sancti Pauli poſito ad Tinam fluvium, in territorio Girwenſi, vulgo *Jarrouu,* ex quo Girvenſe Sancti Pauli Monaſterium dictum eſt. Utrumque condidit *Biſcopus,* ac eidem Abbati, iiſdemque inſtitutis ſubeſſe voluit. Quod in cauſa fuit, ut nonnunquam apud Bedam, alioſque Auctores quaſi unius Monaſterii vocabulo cenſeretur. Jam capite primo Beda dixerat, *Biſcopum* Monaſterium Sancti Pauli *annis ſedecim* rexiſſe. Cap. 5. rem notatu dignam ſcribit, eo tempore feneſtrarum vitrearum uſum Anglis incognitum fuiſſe, quia ſcilicet Saxones una cum idolis barbariem invexerant: *Miſit Legatarios Galliam, qui vitri factores, artifices videlicet Britannis catenus incognitos, ad cancellandas Eccleſiæ, porticuumque & cœnaculorum ejus feneſtras adducerent. Factumque eſt, & venerunt: nec ſolum poſtulatum opus compleverunt; ſed & Anglorum ex eo gentem hujuſmodi artificium noſſe ac diſcere fecerunt.*

I. Concil. Tolet. XI. dictum.

CHriſti annus ſexcenteſimus ſeptuageſimusquintus, Indictione tertia, adeſt: quo ſeptimo Idus Novembris in Hiſpania celebrata fuit Synodus Toletana undecima, ita dicta, Æra nimirum ſeptingenteſima decimatertia, anno quarto Wambæ * Regis, decem & novem Epiſcoporum præſentia, quorum duo tantum per vicarios interfuerunt. Hactenus Rex ipſe religioſiſſimus æque ac fortiſſimus bellicis expeditionibus detentus, haud rebus Eccleſiæ componendis curam impendere valuit: deletis autem diverſis hoſtibus, atque in primis tyrannis, nihil antiquius habuit, quam ut res Eccleſiaſticæ per Epiſcopos bene diſponerentur, quæ ſacerdotum negligentia videbantur omni ex parte collapſæ. De his vero ſummatim habet iſta Tudenſis: *Aſtures enim & Vaſcones in finibus Cantabriæ crebro rebellantes edomuit, & ſuo imperio civitatem ſubjugavit, quæ Carta vocabatur, ampliavit, & eam Bambelonam, quaſi Bambæ Lunam vocavit. Provinciam quoque Galliæ, quæ Hiſpania citerior dicitur, ſibi rebellantem multis agminibus Francorum interemptis, ſubjugavit, & Paulam perfidum tyrannum cepit, & ei oculos evellere præcepit. Et ad urbem Toletanam cum triumpho magno reverſus, diſcordantes Pontifices eo quod alii aliorum parochias invadebant, ad concordiam ſtuduit revocare.* Sic igitur hoc anno quarto regni ejus inchoato a menſe Septembri. Concilium provinciale Toleti convocandum curavit. In ejus præfatione, hæc quæ præceſſerant impedimenta congregandi Epiſcoporum conventus, ſignificantur his verbis:

* Vvambani.

II. Prælocutio Patrum.

*In nomine ſanctæ Trinitatis. Collectis in unum Carthaginis provinciæ ſacerdotibus in Toletana urbe, in beatæ matris Domini Mariæ Virginis ſede, anno quarto excellentiſſimi, & religioſi Vvambani * Principis, ſub die ſeptimo Idus Novembris, res votiva gaudii, & dies nimium optatæ gratulationis occurrit, in quo nobis datum eſt conſpicere, pariter & deflere, quid lacrymarum de præteritis Domino deberemus. Eramus hucuſque prolabentis ſæculi colluvione inſtabiles: quia annoſa ſeries temporum, ſubtracta luce Conciliorum, non tam vitia auxerat, quam matrem omnium errorum ignorantiam otioſis mentibus ingerebat. Cernebamus enim, quomodo Babylonicæ confuſionis (a) olla ſuccenſa, nunc tempora Conciliorum averteret, nunc ſacerdotes Domini diſſolutis moribus irretiret: purpuratæ enim (b) meretricis ſequebantur invitamenta, quia Eccleſiaſtici conventus non aderat diſciplina; nec erat qui errantium corrigeret partes, cum ſermo divinus haberetur extorris. Et quia non erat adunandorum Pontificum ulla præceptio, creſcebat in majus vita deterior. Cum tandem divina nos clementia ex alto reſpiciens, & tempori ætatis noſtræ ſe occurſuram præbuit & ſaluti, præparans noſtris ſæculis religioſi Principis mentem devotam pariter, & inſtructam, cujus fervidæ ſolicitudinis voto & lux Conciliorum revocata reſplenduit, & alterna charitas ſe mutuo in corrigendis vel inſtruendis moribus excitavit, dum & aggregandi nobis hortatu Principis religioſi facultas eſt data, & opportuna corrigendis præparata eſt diſciplina: ut qui decurſis longe ante temporibus,*

* Vvambæ.

Status Eccleſ. Hiſpaniar.

(a) Hier. 2.

(b) Apoc. 17.

---

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6168.

☉ 12. G. ☽ 11. P. 22. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 675.

ADEODATI PAPÆ 4.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 8.

SÆC. VII Anno Eræ Hiſp. DCCXIII Anno Hegiræ LVI. inchoato die 25. Novemb. fer. 1. A.C. 675.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: *XXII. Conſtantini Aug. Poſtconſulatum ejus VIII. & Imperii Heraclii & Tiberii ejus fratrum anno XVII.*

II. *Concilium Tolet. XI.*

A num. I. ad VI. Concilium Toletanum XI. in Præfatione dicitur, celebratum *anno IV. VVambani Principis, ſub die VII. Idus Novembris*, ideoque hoc Chriſti anno, quo Kalendis Septemb. quartus Regis Wambæ inchoatus eſt. Huic præfuit *Quiricus Urbis Regiæ Metropolitanus Epiſcopus*; fuit provinciale, eique interfuere Epiſcopi XVII. Garſias Loaiſa in Notis ad illud aſſerit, *factam eſſe legitimam Sedium Epiſcopalium diviſionem*, tradere omnes Hiſpanos Hiſtoricos. At cum in illius Synodi capitulis ne verbum quidem de ea diviſione legatur, Hiſpaniarum Diœceſeon in aliquo poſteriori Concilio, cujus Acta perierint, diviſionem factam eſſe Baronius recte autumavit. Diviſio enim Sedium Epiſcopalium ad communem Eccleſiæ utilitatem ſpectabat, & juxta Decretum Synodi Toletanæ quartæ fieri debuit in Concilio generali ſeu nationali, quod ex omnibus Ditionibus Wambæ convocatum eſſet. In illa quippe quarta Synodo duo genera Conciliorum diſtinguuntur, *Generalia* ſcilicet, & *Provincialia*, decerniturque, ut ſi cauſa fidei eſt, aut alia Eccleſiæ communis, indicatur Generalis Synodus: *Si cauſa fidei eſt*, inquiunt Patres in quarta Synodo art. 3. *aut alia qualibet Eccleſiæ communis, Generalis totius Hiſpaniæ, & Galliæ*, ideſt Galliæ Gothicæ, quæ Hiſpanis ſubiacebat, *Synodus convocetur: ſi vero nec de fide, nec de communi Eccleſiæ utilitate tractabitur, ſpeciale erit Concilium uniuſcujuſque Provinciæ, ubi Metropolitanus elegerit peragendum*. Quare cum Wamba poſt Concilium Toletanum XI. annos ferme quinque regnarit, & nulla legatur habita





*bus, poſt decem, & octo ſcilicet labentium annorum excurſum, in unum meruimus aggregari conventum, mederi poſſemus ſpirituali gratia ſanitatum. Nec enim numerus iſte alienus eſt a ſalute: ſic quippe mulier illa in Evangelio (a) ter ſenis annorum excurſibus curva, quæ figuram totius generis humani geſtabat, ſub ſacramento hujus numeri ſaluti priſtinæ a Salvatore donatur, &c.* Hæc ex multis voluimus reddidiſſe, ut ſciretur quam damnoſa eſſe conſueviſſet in Eccleſia frequentis Conciliorum celebrationis intermiſſio, quamque utilis ejus uſus; utque ex eorumdem Patrum verbis intelligi poſſet, quod cum Reges ad Epiſcopos de conveniendo in unum ſcriberent, non id jubendo facerent, ſed hortando: hortatu namque Regis ſe conveniſſe, iidem (ut dictum eſt) teſtati ſunt. Sicque cum audis ſive ab eis ſive ab aliis dictum, juſſu Principis convocatos Epiſcopos ad Concilium conveniſſe, ejus exhortatione id factum intelligas.

(a) Luc. 13.

III. Quæ in Concilio fuerint ſtatuta.

Quod vero ad exactam fidei profeſſionem primo loco in Concilio editam pertinet, ex ea intelligi poteſt, necdum nomen Orientalis hæreſis Monothelitarum illic perveniſſe, cum nequidquam de ea mentio habeatur, vel adverſus eam aſſertio proponatur. Poſt fidei vero prolixam valde profeſſionem editi ſunt a Patribus canones ſexdecim, quorum primo corrigitur in ipſomet Concilio, quicquid alienum a ſacerdotali majeſtate ſive indecorum verborum ſtrepitu, riſu, ac jocis proferretur ineptum. Secundo loco illud magnopere inculcatur, ut vacent doctrinæ Epiſcopi, nec ullo curarum obice a divina lectione revocentur, vel a doctrina verbi ſcilicet prædicatione ceſſent. Illud præterea additum, ut idem cuſtodiretur in pſallendo ac Miſſis celebrandis ab omnibus ordo, qui in Metropolitana Eccleſia uſu receptus eſſet. Sic & qui ſequuntur canones, ad ipſos ſacerdotes reſpicere, duobus exceptis, noſcuntur; probe ſcientibus Patribus, inde provenire ut ſubditorum quoque mores rectiſſime diſponantur, ſi qui præſunt rectores populis, digne præſint. Noviſſime vero fatentur Patres, ejuſdem Regis Vvambæ fuiſſe voluntatem, ut prætermiſſa Conciliorum celebratio reſtitueretur, anniſque ſingulis ab Epiſcopis ſecundum Eccleſiaſticos canones frequentaretur. Unde ſatis poteſt intelligi, complura Toletana Concilia eſſe deperdita, vel ipſa ſaltem, quæ reliquis annis ejuſdem Regis maxime pii celebrari contigerunt, ut inter alia generale Concilium, de quo dicemus.

IV.

Quod vero aliquid temporum haud adeo veram rationem habentes, collocant eamdem Synodum ſub Agathone Romano Pontifice, errare certum eſt: cum ex conſtitutione Imperatoris, de qua inferius agemus, certum ſit, non ante ſextam Indictionem ipſum ſedere cœpiſſe. Porro hæc Synodus ſub quarta Indictione inchoata, hoc anno, ſeptimo Idus Novembris celebrata reperitur. Sed quod ab omnibus aſſeritur, in eodem Concilio omnium Hiſpanarum Eccleſiarum factam eſſe ſedium Epiſcopalium diviſionem: ſecus ſenſerim: nam Tudenſis aſſertione conſtat id factum in Concilio generali ſub eodem Rege celebrato, cui omnes Hiſpaniarum Epiſcopi interfuerunt, & ſubſcripſerunt, huic vero decem, & novem dumtaxat Epiſcopi interfuerunt.

V. De Toletan. Conc. Generali.

Quod enim eſſent inter Epiſcopos ob diœceſum fines obortæ diſcordiæ, ad has componendas indicendum fuit generale Concilium, quod quidem non extat; ſed celebratum eſſe, ejuſdem auctoris teſtificatione liquet. In eo potiſſimum ad dirimendas diſcordias, & perpetuam inter Epiſcopos ſanciendam pacem, idem Rex dividi & terminis diſtingui voluit uniuſcujuſque Epiſcopi parœcias, immo quomodo antiquitus diviſæ fuerint innoteſcere, aliquibus recens additis: cujus rei gratia idem Tudenſis ait priorum Regum voluiſſe legi hiſtorias: nam ſubdit: *Fecit Chronica Regum priorum coram ſe legere, ut facilius poſſet terminos parœciarum dividere, ſicut antiquitas denotaret, & exigeret juris cenſura, & jura propria quilibet etiam poſſideret, ſicut ſubjectæ demonſtrat ſcriptura, &c.* Poſt vero multa de earumdem diſtinctione hæc habet ex verbis Regis: *Fiunt ſedes harum duarum Hiſpaniarum octoginta ſub dominio Gothorum tam Archiepiſcopales, quam Epiſcopales, per quas nobis miniſtratur verbum Dei, quæ a Romano Pontifice communionem Catholicæ veritatis habent, ut ex fide Chriſti ſecundum traditionem ſanctorum Patrum animas ſibi commiſſas valeant gubernare. Hæc igitur noſtra diviſio de aſſenſu omnium Archiepiſcoporum, & epiſcoporum dictarum ſedium in Toleto facta firma permaneat in æternum.* Hæc

---

PAGIUS

ta ſub ejus Principatu per illud tempus, Synodus, licet undecima Synodum ſingulis annis fieri præcipiat, non dubium, quin ea, in qua Provinciarum diviſio peracta perierit.

III.

Præterea Garſias in Notis ad Concilium Lucenſe deſcribit Indices Sedium Hiſpanienſium ex MSS. Codicibus Eccleſiarum Ovetenſis & Toletanæ, in quibus etiam delineatio Provinciæ Narbonenſis reperitur, & hæc verba ſub finem habentur: *Omnia ſupraſcripta legit glorioſus Rex Vvamba in Concilio Toletano, ubi omnes Archiepiſcopi & Epiſcopi convenerant, quæ ſubſcriptione omnium confirmata ſunt, Quiriaco Toletano Archiepiſcopo Primatiæ dignitate & fide* Ca-

*In eo diviſio Diœceſeon Hiſpanicarum facta non eſt.*

VI. *Hæc omnia ſupraſcripta legit glorioſus Rex Vuamba in Concilio Toletano ubi omnes Epiſcopi & Archiepiſcopi Hiſpaniarum convenerant; quæ ſubſcriptione omnium firmata ſunt, Quiriaco Toletano Archiepiſcopo in primaria dignitate, & fide Catholica conſiſtente. Statutum eſt præterea a judicio Concilii, ut omnes clerici viverent ſecundum regulam ſanctiſſimi patris Iſidori, &c.* Hæc de Concilio generali ſub eodem Rege habito, ſed incerto anno Tudenſis, quem præ cæteris citare conſuevimus, quod præſtet fide & antiquitate, non quod reiiciamus reliquos nobiles rerum Hiſpanicarum hiſtoricos tam veteres, inter quos eminet Rodericus, quam recentiores viros doctiſſimos.

Rurſum vero hoc ipſo anno ex Epiſcopis provinciæ Luſitaniæ celebratum eſt Concilium Bracarenſe, quod ponitur ordine tertium; cui interfuerunt Epiſcopi octo, ſanciveruntque canones totidem, quibus correcti ſunt pravi errores, qui in ritus ſacros & bene inſtitutam Eccleſiaſticam diſciplinam irrepſerant: ut inter alios, ne procedentes in ſolemnitatibus martyrum Epiſcopi, diaconorum humeris ſella geſtatoria veherentur ſuſpenſas collo ſacras reliquias portantes: etenim ſella geſtatoria vehi, Romani Pontificis tantum fuit inſigne, vel ſi cui Patriarcharum ipſe conceſſit, ſed quæ laicorum humeris vectaretur diaconorum numquam, neque infimi ordinis clericorum. Porro inter alios dignos Præſules, qui Synodo huic interfuiſſe leguntur, fuit Iſidorus Aſturicenſis, qui tum moribus dignitati congruis, tum doctrina enituit, relinquens ſui ingenii poſteris monumenta: Concil. Bracarenſ. tertium.

quo

PAGIUS *Catholica conſiſtente.* Quare Epiſcopatuum Hiſpanenſium diviſio facta fuit in Concilio Toletano genarali ſeu nationali *duarum Hiſpaniarum*, ideſt, omnium Eccleſiarum, quæ intra fines Wiſigothicarum Ditionum cum in Gallia, tum in Hiſpania conſiſtebant, non autem in Provinciali ſeu ſpeciali Provinciæ duntaxat Toletanæ, quale fuit Toletanum XI. cui XVII. duntaxtat Epiſcopi, duoque Vicarii, qui vices ſuorum Pontificum agebant, omnes ex Provincia Toletana ſubſcripſerunt.

IV. *Concilium Bracar. III.* Ad num. VI. & ſeq. Concilium *Bracarenſe* III. celebratum quidem, *Vuamba* Hiſpanias regente, ut in eo dicitur; at anno incerto; cum nullus in eo temporis character exprimatur. Habitum illud ab Epiſcopis octo, & in eo novem Capitula condita. Porro in Editione Conciliorum Labbeana perperam dicitur inter Bracarenſia IV. ut ex dictis ſequitur.

V. *Vulferi Merciæ Regis obitus.* Beda in Epitome ad annum DCLXXV. ait: *Vulferi, Rex Merciorum, poſtquam ſeptemdecim annis regnaverat, defunctus, Edilredo fratri reliquit Imperium.* In Hiſtoria lib. 3. cap. 24. ait etiam eum Genti Merciorum *annis decem & ſeptem* præfuiſſe. Quare verum eſt quod ſcribunt Huntindonius lib. 3, pag. 332. poſt tres annos a morte Peadæ fratris, & Wigornienſis ad annum DCLIX. eo anno Duces gentis Merciorum adverſus Regem Oſvvium rebellaſſe, & Wlferum in ſolium evexiſſe. Thomas Elienſis Monachus Auctor accuratus, in Vita Sanctæ Ethildritæ Virginis & Reginæ, Abbatiſſæ Elienſis primæ cap. 17. de Wlfero filio Pendæ hæc habet: *qui primus in eodem Regno fidem & lavacrum Sanctæ regenerationis accepit atque in tota gente ſua Dæmoniorum culturam deſtruxit, Chriſtique nomen ubique locorum Regni ſui prædicare juſſit, & in multis locis Eccleſias ædificavit. Inſuper famoſum illud Monaſterium VVeſdeshamſtede, nunc Burcg vocatum, poſſeſſionibus & ornamentis multum dilatavit per Sexulſum, qui primus Abbas & Fundator loci ejuſdem ac poſtea Epiſcopus Merciorum ſub eodem Rege extitit. Cujus regina Ermenilda Cantuariorum Regis Erconberti & Sexburgæ Reginæ filia, peperit ei magnarum virtutum Virginem S. VVerburgam, quæ patre defuncto ſæculo renunciavit, & habitum ſanctæ converſationis ſuſceptura, genitricis ſuæ materteræ, beatæ videlicet Ethelàredæ Monaſterium intravit, ubi Deo operante multa patravit miracula.* Quæ iiſdem pene verbis apud Wigornienſem ad hunc annum leguntur. Sed loco *VVeſdeshamſtede* legendum, *Medeshamſtede*, quod fuit Monaſterium in Regione Girviorum celeberrimum, poſtea *Petriburgum* appellatum, quod Peada Wlferi frater ac in Regno Deceſſor in honorem S. Petri conſtruere cœpit, cujuſque mentio in Synodo Heatfeldenſi apud Spelmannum in Conciliis Britannicis pag. 163. porro Malmesburienſis lib. 1. de geſt. Reg. Angl. cap. 4. ubi ait, Wlferum *poſt decem & novem annos* defunctum eſſe, eos deducit ab anno DCLVII. quo *Peada* fratri ſucceſſit, uti ſuo loco oſtendi.

Henſchenius ad diem XIII. menſis Februarii in Commentario Hiſtorico ad Vitam Sanctæ Ermenildæ Reginæ Merciæ, & uxoris Wlferi Regis, optime confutat fabuloſum parricidium, quo a Viris etiam in antiquitate Hiſtorica Anglo-Saxonum alias eruditis, dicitur *VVlferus* aut acerrimus a Regni exordio Chriſtianorum hoſtis, aut fœdiſſimus a fide Baptiſmoque ante ſuſcepto ad idolatriam relapſus, Apoſtata proprios filios in odium Chriſtianæ religionis ſua ipſe manu interemiſſe: oſtenditque *SS. VVulfhadum & Ruffinum*, qui ob fidem Chriſti occiſi, Martyres coluntur, non fuiſſe filios Wlferi & Sanctæ Ermenildæ, a quibus tantum genita *S. VVereburga*. Quare jure merito in Vita S. Wereburgæ a Goſcelino Monacho ſcripta, & recitata ab Henſchenio ad diem III. Februarii, quo Sancta Wereburga colitur dicitur *VVlferus multarum Eccleſiarum ædificator: Chriſtianæ fidei ſummus amator ac dilatator: qui etiam ſubiectos Reges, datis in mercedem Provinciis ad Chriſti cultum attraxerit: & ſicut S. Ethelbertus Dorobierniæ, ita in Merciis Chriſtianitatem primus dilatarit.* Fuit Ermenilda Ercomberti Cantii Regis & Sanctæ Sexburgæ, Sanctæ Ethildritæ ſororis filia, quæ pietate ac zelo plurimum promovit, quæ a Wlfero marito in propaganda fide præclare geſta ſunt. Eo demortuo *apud Cantiam ſub S. Sexburga genitrice ſua in Monaſterio de Shepeia habitum religionis ſuſcepit, indeque Sexburga ad Monaſterium Elienſe diſcedente*, iſthic relicta eſt Abbatiſſa, ut legitur in hiſtoria Elienſi, ubi additur matri defunctæ tertiam Abbatiſſam in Monaſterio Elienſi, Canonica electione ſubſtitutam eſſe. Quod egregie confirmat Thomas Elienſis VI. *Crimina quædam ei aſſicta.*

Mo-



quo tempore etiam ejus æqualis claruit Valerius Abbas æque doctrina & pietate inſignis. Reliqua Synodi tu conſulas: Hæc ſatis ad inſtitutum. At de Conciliis in Hiſpania hoc anno celebratis hactenus.

VII. Claſſis Sarracenorum incenſa. Qui igitur Dei Eccleſiæ bene inſtituendæ totus intentus fuit, accepit ipſe Wamba Rex inſigne beneficium, quod idem Tudenſis paucis enarrat, nempe ut Sarraceni, qui Oriente magna ex parte potiti eſſent, inſulaſque plurimas devaſtaſſent, ingenti comparata claſſe navium ducentarum, & ſeptuaginta cum Hiſpanias invaſiſſent, victi iidem fuerint ab ipſo Rege maritimo bello, quo & eorum claſſis incenſa funditus deperierit; ſicque quam evidentiſſime oſtenſum fuerit, adverſus fideles tunc tantum perfidos infideleſque barbaros prævalere, cum in illis peccata inſunt, quæ Dei juſta ſententia puniantur: ubi autem pietas viget & fulta ſancta religio bonis operibus floret, tunc barbaricas omnes vires ſummo licet ſtudio comparatas, imbecilles penitus reddi & impotentes, ſit neceſſe.

An-

PAGIUS Monachus in Vita S. Ethildritæ cap. 18. ubi de Sexburga ait: *Incongruum arbitrata aliis præeſſe, cum ipſa ſubeſſe prius non didicerat. Acceſſit proinde Mater filias, Abbatiſſa Moniales ſibi conſortes in Chriſto, eiſque ſuam prodit voluntatem, ac votum dicens: Vobis o filiæ, Jeſum derelinquo Tutorem, Sanctoſque Angelos ejus Paranymphos; filiam præterea meam Ermenildam vobis Matrem conſtituo, ut illius corda veſtra animentur monitis, & ſalutaribus ad Cæleſtia erudiantur diſciplinis.*

VII. *Ermenilda ejus uxor & VVereburga filia Sanctitate illuſtres.* In eadem Hiſtoria Elienſi hæc habentur: *VVerburga filia Sanctæ Ermenildæ, poſt mortem patris ſui, intravit Monaſterium Sanctæ Etheldredæ apud Ely, ſicut legitur in Vita ſua priuſquam mater ſua idem Monaſterium intravit: cujus Sanctitatem cum Rex Ethelredus patruus ſuus comperiſſet, eam inde cepit, & Principatum Monaſteriorum Sanctimonialiumque in Regno ſuo ei tradidit. Sponſa igitur Domini VVerburga, cum quibuſdam Eccleſiis præeſſet, poſt dilectæ genitricis ſuæ obitum, jure prælationis etiam Monaſterium Elgæ* (ſeu Ely) *ſuſcepit.* Quibus ex verbis intelligimus, *Ermenildam* ex Monaſterio Sepejenſi eductam fuiſſe, ut fieret Abbatiſſa Monaſterii Elienſis, idque circa annum DCCIII. quo *Sexburgam* Abbatiſſam mortuam, ſuo loco oſtendi. Eſt autem *Sbepeia* inſula Cantii Orientalis, in qua ob Monaſterium Sanctimonialium tunc extructum, vicus etiamnum *Minſter* appellatur.

VIII. Præter Hiſtoriam Elienſem, Sanctam Wereburgam præfectam fuiſſe Monaſteriis Merciorum docet Goſcelinus in ejus Vita cap. 2. num. VI. ubi tamen num. V. perperam ſcribit, poſt Wlferi mortem Ermenildam uxorem cum filia Wereburga in Eligenſi Monaſterio jugum Domini ſuave ſubiiſſe; illud enim falſum eſſe ex dictis liquet. Thomas Elienſis Monachus citatus cap. 36. aſſerit, Ermenildam *totius ambitionis Dominatione neglecta commendatis Chriſto Virginibus quibus præfuit*, Sexburgam matrem ſuam ſecutam eſſe, ſed dum apud homines honorari refugit, ea mortua totius congregationis Matrem effectam eſſe, Monaſterii ſcilicet Elienſis, ad quod venerat, relicta Abbatia Shepejenſi. Refert poſtea Thomas hæc verba, quæ & in Hiſtoria Elienſi, habentur: *In Anglico quidem legimus, quod Sexburga in Eccleſia de Srapeja* (ſeu, ut in Hiſtoria Elienſi, de Scepeja) *quam conſtruxerat, a B. Theodoro Archiepiſcopo Sanctitatis velamen accepit, atque ibidem filia ipſius Ermenilda ſub ea normam religionis, ſpreto Regni culmine, poſtea ſumpſit. Quæ dum iter ad Ely paraviſſet, filiam ſuam Vverburgam pro ſe in monaſterio Abbatiſſæ, ſicut diu optaverat, conſtituit.* Tam Ermenilda, quam Wereburga anno incerto mortua; illaque tertia, hæc quarta Monaſterii Elienſis Abbatiſſa extitit. Hæc ad ſupplendos Annales, in quibus anno ſequenti num. X. obitus ejus tantum mentio. *Earum annus emortualis incertus.*

Profectio Romana S. *Audoeni*, de qua anno DCLXXII. num. II.

I. Adeodat. Papa moritur. ANno Redemptoris ſexcenteſimo ſeptuageſimoſexto, Indictione quarta, ſexto Kalendas Julias moritur Adeodatus Papa, cum ſediſſet annos ſeptem, menſes duos, dies decem & ſeptem. Ita apud Anaſtaſium; ſed in aliquibus codicibus quatuor tantum ipſi anni tribuuntur: veriorem tamen lectionem putamus, quæ ei ſeptem annos tribuit, cui & Sigebertus ſubſcribit, cum totidem ipſe Adeodati annos numeret. Accidit plane infeliciter, ut tanti Pontificis res geſtæ temporis injuria alto ſint ſepultæ ſilentio, quas fuiſſe præclaras nemini dubium eſſe debet: vix autem reperitur una ejus epiſtola ex Turonenſi archivo in lucem vindicata per Papirium Maſſonum diſertum virum, qua continetur privilegium Abbati monaſterii S. Martini conceſſum: quam cum abſque nota temporis poſitam invenerimus, hic in fine Pontificatus ejus putavimus collocandam: Sic enim ſe habet ipſa data pro eodem monaſterio ad omnes Galliarum Epiſcopos.

II. *Dilectiſſimis fratribus univerſis Epiſcopis in Galliæ partibus commorantibus. Adeodatus ....*

Privilegium conceſſum Eccl. S. Martini. *Æquitatis nos admonet norma, quam apprime cuſtodire præcipimus, ut canonica ſanctorum Patrum conſulta, præſertim a beatiſſimis Apoſtolicæ ſedis Præſulibus, prædeceſſoribus ſcilicet noſtris, qui auctoritatem ſucceſſionis & vicem ſacratiſſimi Apoſtolorum principis Petri per diligentem ſolertiam nacti ſunt, quemadmodum ſtatuta reperimus, intemerata atque illibata cuſtodita conſervemus. Sed ut ſunt quæque a fratribus noſtris Eccleſiarum Epiſcopis pediſſequa dumtaxat imitatione conſulta, & ſalubriter fuerunt ordinata, utpote functi Apoſtolorum principis licet impares miniſterio, conſervanda ſimili ratione decernimus.*

*Qua ex re dum Aegiricus religioſus presbyter, & Abbas monaſterii S. Martini, in quo venerabile corpus ejus eſt ſitum, viſendas ex deſiderio veniens Apoſtolicas Confeſſiones & atria, noſtris ſe repræſentaret obtutibus, commendationemque fratris noſtri Cutperti Turonicæ Eccleſiæ Præſulis obiviſſet: ſupplici voce precatus eſt, ut privilegium Apoſtolica auctoritate ſubnixum ob munitionem venerabilis monaſterii, quod beatæ recordationis confeſſor Chriſti Martinus Turonenſis Eccleſiæ Epiſcopus in Gallicanis partibus ad converſorum ſalutem ſui ſacratiſſimi corporis conſecratione decoravit, cui nunc præeſſe ſe perhibens, ſcriptis oſtenderat, ei concedere deberemus.*

III. *Parumper autem ambigimus, idcirco quod mos atque traditio ſanctæ noſtræ Eccleſiæ plus non ſuppetat, a regimine Epiſcopatus providentiæ religioſa loca ſecernere. Verum ubi & prædicti fratris noſtri Cutperti Turonenſis Eccleſiæ Præſulis monaſticam libertatem, hoc eſt, liberam diſpenſandi licentiam ſcripto conceſſam religioſitatem ejus exemplaris proferente comperimus, in cujus volumine & aliorum per Gallicanam videlicet provinciam conſtitutorum Antiſtitum ad id conſenſum præbentium ſubſcriptiones ſubter annexas inſpeximus: nullatenus jam exortem rationis, ac canonicæ regulæ tantorum Epiſcoporum conſonam ſententiam fore perpendimus. Propterea & nos erga quos iidem fratres noſtri reverendiſſimi præſentes conferre providerunt, ſimili cenſura ex auctoritate profecto Apoſtolorum principis, cui claves ligandi atatque ſolvendi Conditor, atque Redemptor omnium tribuit, identidem confirmare conceſſimus: ut Apoſtolica fulti auctoritate per privilegii ſeriem gravedines a quolibet Epiſcoporum ſub prætextu diſcuſſionis religioſus Abbas vel monachi ibi degentes ne ſuſtineant: neque rurſus ſibi diſputandi apud eos licentiam vendicantes diſpendia his atque inſolentias angariarum imponant: neque per occaſionem regularis diſciplinæ rimandæ atque ſervandæ quaſlibet eis intentent injurias,*

*ſed*

PAGIUS SÆC. VII. Anno Eræ Hiſp. DCCXIV. Anno Hegiræ LVII. inchoato die 13. Novemb. fer. 5. A. C. 676.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6169.

☉ 13. F. E. ☽ 12. P. 6. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 676.

DONI PAPÆ 1.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 9.

I. Poſtconſulatus. HIc annus iſta formula notatus: *XXIII. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus IX. & Imperii Heraclii ac Tiberii ejus fratrum ann. XVIII.*

II. *Moritur Adeodatus PP.* A num. I. ad VIII. Anaſtaſius tradit, *Adeodatum* Papam ſediſſe *annos quatuor, menſes duos dies quinque*, quod etiam legitur in duobus Codicibus MSS. Anaſtaſianis Colbertinis, in Luitprando, Orderico lib. 2. Reginone, Hermanno Contracto, Catalogo Vaticano-Palatino, aliiſque quibuſdam Catalogis. Addit Anaſtaſius eum ſepultum eſſe *ad B. Petrum Apoſtolum ſub die VI. Kal. Julias*, ſeu die XXVI. menſis Junii. Quare cum die XXII. Aprilis anni DCLXXII. ordinatus fuerit, mortuus eſt die viceſima ſexta menſis Junii currentis anni. Aſſerit Anaſtaſius ceſſaſſe Sedem *menſes quatuor, dies quindecim*. Verum error in numeros irrepſit, legendumque cum Catalogis MSS. Colbertinis II.

& V.



*ſed liberam licentiam habere ſtatuimus, ſalva profecto monachicarum regularum cuſtodia, religioſo Abbate (quicumque pro tempore præerit) præfato venerabili monaſterio id procurante, ut erga quos priſtinæ recordationis ejus articulus continet, & ipſe conſervare nitatur, & quicumque ſub ejus reguntur diſpenſatione, ſolerter cuſtodire commoneat, diſtricteque compellat.*

IV. *Reverendiſſimus vero Epiſcopus, in cujus parœcia eſt memoratum venerabile monaſterium, vel res ac poſſeſſiones conſtiterint, faciendæ tantum ordinationis ac promotionis ſacerdotum atque levitarum, vel conficiendi chriſmatis ſit tantum conceſſa licentia. Diſpoſitionem autem venerabilis loci gerere, & converſationem monachicam exquirere, religioſo Abbati, ejuſque Præpoſito, vel qui probatiſſimi fuerint in eodem monaſterio (quod etiam præfati Præſules conſona ſententia definierunt) decernimus.*

*Quiſquis igitur quolibet tempore (quod nullatenus credimus) hujus decretum privilegii, quod auctoritate Apoſtolica ſubnixi conſentiendo firmavimus, in totum vel in partem temerare tentaverit, hancque præſumptionis audaciam digna emendatione minus correxerit: in perpetuum percellendum vel anathematizandum ſe noverit, non ſolum tantorum ſententia ſacerdotum, vel etiam æquiſſimo condemnationis aculeo: quoniam violare pertinaciter viſus eſt, quod ſalubriter ſervare debebat. Et ita quoque hujus privilegii ſanctio firma, & rata indiminutaque perſiſtat atque permaneat. Erga quod, & præexcellentiſſimi totius Galliæ Reges (ut ſcripto comperimus) ad reprimendas laicorum infeſtationes, edicto præmunire idem venerabile monaſterium regali pietate dignati ſunt. Bene valete, dilectiſſimi fratres.* Hactenus Adeodatus.

V. Ex cujus ſcripto illud fit manifeſtum, jam ceſſaſſe Romanos Pontifices ejuſmodi immunitates concedere monaſteriis, cum dicat: *Mox atque traditio ſanctæ noſtræ Eccleſiæ plus non ſuppetat a regimine Epiſcopalis providentiæ religioſa loca ſecernere.* Id fortaſſe, quod experimento didiciſſent, ejuſmodi immunitates obfuiſſe potius, quam profuiſſe monaſticæ obſervantiæ. Certe quidem numquam placuit S. Bernardo (quod ex pluribus locis epiſtolarum ejus apparet) ut monachi ab Epiſcopali obedientia hujuſcemodi privilegiis ſe ſubtraherent: nec gratum fuit S. Franciſco, ſed fratris Eliæ hominis non divino ſpiritu ſed carnis prudentia nitentis, fuit opus. At de his modo hactenus. Redeamus ad obitum ſanctiſſimi Præſulis, quem viſa ſunt ipſa etiam elementa luxiſſe, cum poſt ejus tranſitum portentoſæ fuerint continuo exortæ pluviæ, prout in ipſo Anaſtaſius refert, ubi primum hæc habet: — Exemptiones Monachorum a Sanctis improbatæ.

VI. Reliquæ res geſtæ Adeodati. *Hic Eccleſiam B. Petri, quæ eſt in Portuenſi juxta campum Merali, reparavit atque dedicavit. Sed & monaſterium S. Eraſmi ſitum in Cœlio monte, in quo conveniſſe viſus eſt prædictus ſanctiſſimus vir multa nova ædificia coagmentavit, ſed & caſalia conquiſivit, ſed & in vita ſua Abbatem, & congregationem ibi conſtituit.*

Pluviæ indeſinentes. *Poſt cujus tranſitum tantæ pluviæ, & tonitrua fuerunt, qualia nulla ætas hominum meminiſſet: adeo ut etiam homines, & pecudes fulgure interirent; & niſi per litanias, quæ quotidie fiebant, Dominus propitiatus eſſet, non potuiſſent homines triturare, & in horreis frumenta reponere. In tantum enim crevere hæc mala, ut ex ipſis pluviis denuo legumina naſcerentur, & ad maturitatem pervenirent, pro quo capti homines mirarentur. Fecit autem Adeodatus ordinationem unam per menſem Decembrem, creavit presbyteros quatuordecim, diaconos duos, Epiſcopos per diverſa loca quadragintatres: qui etiam ſepultus eſt ad B. Petrum.* Hæc ipſe



qui

PAGIUS & V. *menſes quatuor, dies quinque*, quod & ex Anaſtaſio in morte *Doni* natione Romani, Adeodati ſucceſſoris confirmabitur. *Donus* itaque conſecratus eſt Pontifex Romanus, die prima menſis Novembris Feſto omnium Sanctorum ſacra [1]. Sed Baronius, qui in præcedentibus Pontificibus annos tres omiſerat, ut in viam redeat, *Adeodato* annos VII. menſes VII. dies XVII. attribuit, quos ſe in Anaſtaſio legiſſe ait. Verum in Codicem mendoſum hujus Auctoris Analiſta doctiſſimus inciderat. Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum Pontificum Romanorum, *Adeodati* mortem in diem XVIII. menſis Maii anni ſequentis confert, aitque eum ſediſſe annos V. menſes II. dies V. ſed fatetur ſe annum unum per conjecturam addidiſſe. At Pontificatus Adeodati ab Anaſtaſio accurate conſignatus, & ab Hermanno Contracto in Chron. ex editione Caniſii obitus ejus cum hoc anno optime copulatus.

III. *Adeodatus* Privilegium quod *Chrotbertus* Turonenſis Epiſcopus Monaſterio Sancti Martini

con-

NOTÆ [1] DOni electio anticipanda eſt aliquibus ſaltem menſibus; ſi quid videmus in Anaſtaſio, ait enim de Dono: *Hic dum eſſet electus per Auguſti menſem apparuit Stella a parte Orientis.* Fruſtra autem interpunctio ita mutaretur. *Hic dum eſſet electus, per Auguſti menſem apparuit &c.* ut menſis Auguſti ad Cometæ phaſim non ad Doni electionem referretur; nam ſemper Anaſtaſii mens eo ſpectare videtur, ut quo tempore electio Doni facta cometem in cœlo apparuiſſe narret. MANSI

qui & addit poſt obitum Adeodati ſedem vacaſſe menſibus quatuor & diebus ſex.

VII. *Donus Papa creatur.* Hac igitur ratione dicendum eſt, hoc eodem anno Kal. Novemb. Donum, ſive Domnum vel Domnionem, quem alii Conum, ſive Cunonem appellant, creatum eſſe Romanum Pontificem, alii addunt quarto Nonas ejuſdem menſis conſecratum fuiſſe. Romanus iſte fuit, Mauritii filius. Ubi autem Conſtantinopoli innotuit Donum Romæ creatum eſſe Pontificem, Theodorus Conſtantinopolitanus Patriarcha nequaquam ex more Synodalem ad eum epiſtolam dedit, cum probe ſciret minime ab eo fore recipiendam, quod hæreſis nomine a Romanæ ſedis Pontificibus a communione Catholica haberetur extorris: verum hortatoriam ad eum epiſtolam miſit, ut aliquando tandem inter Orientalem, & Occidentalem Eccleſiam concordia ſanciretur. Quid ad hæc Donus Papa reſcripſerit, ignoratur: de litteris autem Theodori ad ipſum teſtis eſt epiſtola a Conſtantino Imper. ad eum ſcripta, quam ſuo loco reddemus.

VIII. Hoc eodem anno, qui nonus Conſtantini Imperatoris numeratur, habent Græco-

co-

PAGIUS concefferat, Apoſtolico Diplomate in certo anno dato, & a Baronio recitato, confirmavit: *Privilegium Monaſterii S. Martini.* Illud in eo totum conſiſtit, ut Epiſcopus Turonenſis, in cujus Diœceſi Monaſterium Sancti Martini ſitum, nullam in eo poteſtatem habeat, niſi quod Monachis & Sacros conferat Ordines, & Sanctum Chriſma concedat. Joannes quidem Launoius in *Aſſertione Inquiſitionis in Privilegium San-Medardenſe*, duodecim argumentis iſtud impugnavit. Verum Radulphus Monſnyerus in libro de Juribus Eccleſiæ Sancti Martini Turonenſis ea vana & futilia eſſe oſtendit, & Cointius hoc anno num. XXXIV. & ſeqq. ubi utriuſque rationes expendit, & inter ſe confert, recte concludit, in illo Privilegio nihil occurrere quod formulæ Privilegii a Marculfo lib. I. cap. I. exhibitæ refragetur; ideoque perperam Launoium illud ſuppoſititium & ſubreptitium fuiſſe exiſtimaſſe. Certe illis temporibus plurima Monaſteria Gallicana Privilegio gaudebant ab Epiſcopis Diœceſanis conceſſo, & Lirinenſe Privilegium in Actis Synodi Arelatenſis ſub Ravennio Epiſcopo habitæ memoratum nihil complectitur, quod a Turonico diſſentaneum ſit.

IV. *Maronitæ adverſus Imperatorem rebellant.* Ad num. VIII. & ſeq. Baronius ad num. VIII. loco Mardaitarum ponit in margine Maronitas, qui revera hæreticorum odio per aliquod tempus ita denominati ſunt, ut docet Fauſtus Naironus in Diſſert. de Origine, nomine ac religione Maronitarum num. XXXII. & ſeqq. ubi ait eos nomen illud *Mardaitarum* ſortitos fuiſſe a Syriaco verbo *Mrad*, hoc eſt rebellavit, & etiam ab Arabico Marada, ideſt rebellis & perduellis factus eſt. Acciderat enim, proſequitur idem eruditiſſimus Maronita, in Imperio Conſtantini Pogonati, ut Muhavias, poſt occupatam a Saracenis anno DCXXXIV. Urbem Damaſcum, aſſiduis incurſionibus Phœniciam vexaret, ac Libani loca vaſtaret; ex quo factum ut Maronitæ, viſa pro eorum ſecuritate Imperatoris incuria, elegerint Principem, qui ſibi præſideret. Is in ipſo adminiſtrationis ſuæ initio Saracenos nimis vicinos ſibique imminentes ægre ferens, valida armatorum manu propria auctoritate inſcioque Imperatore, Damaſcenam Ditionem ab hoſtibus occupatam ingreſſus, totam illam planitiem depopulatus eſt, & cum neque Viris, neque mulieribus parceret, populos illos ſummo terrore affecit. Quibus Imperatori nunciatis, tantam novi Principis audaciam, etſi in Saracenos excitatam, quia abſque Cæſareo juſſu, cenſuit quantocyus reprimendam; miſſo itaque ad eum Legato cum muneribus, ſimulavit ea ſe illi ob ejus egregia facinora adverſus Romani Imperii hoſtes offerre. Legatus autem honoris hujus & amoris ſignificatione deluſum, Maronitam ad epulum invitavit, dato militibus mandato, ut edito ſigno illum ſtatim interimerent, quod ad aliorum exemplum executioni, mandatum fuit.

V. *Principem eligunt.* Putavit Imperator hoc ſtratagemate ſeditionum ſtam ina inter Maronitas recidere, ſed eo magis excrevere, ut Duces exercitus ira perciti ex doloſa Principis internecione, ab obedientia Imperatoris prorſus defecerint, in cujus locum Simonem prædicti Principis ex ſorore nepotem ſubrogarunt, quem poſtea quadraginta Epiſcopi in Principem unxerunt, ut legitur his verbis in Maronitarum Chronico: *Elegerunt Principem in Baſconta* (quod eſt Libani Oppidum in Provincia dicta Keſruan) *Miſit ſtatim exercitum & ſtratagemate Bkaa devaſtavit, ubi enſe ceciderunt Viri ac mulieres. Hoc Imperatori nunciatum fuit; miſit illi chlamidem cum Legatis, & libellum ſecuritatis, & cum eo epulatus eſt; quique erant a tergo inermem hac ſecuritatis ſimulatione oppreſſerunt, illumque occiderunt; quo audito a Ducibus exercitus ab obedientia ac fide defecerunt. Simeon Comes, ejus ex ſorore nepos protexit exercitum, quem quadraginta Epiſcopi in Principem unxerunt.*

VI. *Nolunt aliquem hæreticum aut Saracenum in ſua Regione morari.* Brevi tunc temporis intervallo defuncto prædicto Principe & altero ejus ſucceſſore, Maronitarum Principes, duos conſtituerunt eximios Duces, Paulum nimirum ac Fortunatum, ut militibus præeſſent, qui egreſſi ex Civitate Hhadtenſi, quæ eſt in Libano in Provincia *Giobbe* nuncupata, tanto animi ardore in Saracenos irruerunt, ut eorum exercitum pene internecione profligarint. Hujus novitatis fama cum Damaſcum perveniſſet, Saracenorum Duces militum cohortibus in unum collectis ſtricta obſidione Hhadetum obſidione vallarunt. Maronitarum ſtudium ac valor in tuenda Urbe adhuc immortali memoria commendatur. Nam etſi Imperator nullum eis præbuerit auxilium, per ſeptem tamen annos frequentes hoſtium aggreſſiones valide retuderunt, & majora egiſſent niſi Urbs per proditionem capta fuiſſet ac funditius everſa; in ea mille DCC. domus numerabantur. His hoſtes non contenti, aliorumque progreſſuum ſtimulo impulſi, Phœniciam denuo invadere ſtudebant; quapropter Maronitæ Imperatoris auxilio deſtituti, cui infelix eorum ſtatus fuerat denunciatus, coacti ſunt Ducem eligere, quem ſedem figere voluerunt in Urbe Bſciarrai, totius Libani tunc temporis facile Principe, eaque conditione præeſſe decrevere, ut neminem vel Saracenum vel Hæreticum exciperet domo, aut Regionem incolere pateretur; ſecus ſi faceret, illum Patriarcha excommunicatione feriret.

Id



*Pax a Sarracenis expetita.* corum Annales, Sarracenos, compoſita cum Romanis pace ſpatio triginta annorum, conſenſiſſe annuum pendere ipſis tributum. Quanam occaſione tumentes animo barbari in ejuſmodi conjecti fuerint neceſſitatem, ex Theophane ita accipe: *Anno nono Imperii Conſtantini ingreſſi ſunt Mardaitæ * Libanum, & tenuerunt a Mauro monte uſque ad ſanctam civitatem, & ceperunt cacumina Libani, & multi captivi, & ſervi, & liberi fugerunt ad eos, ita ut multa millia in brevi tempore fierent. Quibus compertis Mauvias, & conſiliarii ejus timuerunt valde colligentes quod Imperium Romanorum diutius muniretur; & dirigit legatos ad Principem Conſtantinum, poſtulans pacem, & pollicitus annualia ſe Imperatori pacta laturum. Aſt Imperator hujuſmodi ſuſceptis, eorumque petitione audita, deſtinavit cum eis in Syriam Joannem Patricium cognomento Pitzigaudin, tamquam antiquæ proſapiæ virum Reipublicæ, & multorum negotiorum expertum, atque magnam conſecutum prudentiam ad diſputandum aptiſſime cum Arabibus, & quæ pacis ſunt, conſone præſtruendum.*

* Maronitæ.

*Rex Saracenorum pacem petit ab Imp.*

IX. *Qui cum veniſſet in Syriam, coacervatione Mabuvias tam Amireorum quam Geraſinorum * effecta, ſuſcepit eum cum ho-*

* Coraſinorum.



no-

PAGIUS VII. *Legatum ad Imperatorem mittunt.* Id cum Maronitæ ad ſui ſecuritatem peregiſſent, ipſorum novus Princeps Legationem miſit Conſtantinopolim, ut peteret ab Imperatore confirmationem. Et ad retundendam hæreticorum proterviam, qui ab illis tanquam rebellis una cum tota Maronitarum natione dicebatur, proteſtatus eſt ſe ab omni rebellionis macula immunem, & hæc fuiſſe in Libano innovata, ut ſuæ nationis ſecuritati, præcipueque fidei Catholicæ conſuleret, paratumque eſſe Imperatoris nutibus obſequi. Quid Legato Imperator reſponderit, Hiſtoria non refert.

VIII. *Maronitæ Saracenos fortiter repellunt.* Huic principi Salem ejus filius ſucceſſit, qui ne Imperatoris iram in ſe concitaret ſtatuit ut nonnullæ Jacobitarum, Græcorumque Melchitarum familiæ contra jusjurandum Patriarchæ præſtitum, permanerent in Libano; quapropter cum excommunicationis mucrone ab eodem percuſſus fuiſſet, obedientiam illi præſtare Maronitæ renuerunt. Hanc contentionum occaſionem nacti Saraceni, denuo de invadendo Monte Libano cogitarunt, remque tanto impetu aggreſſi ſunt, ut incolæ Tripolis Bybli, ac Bſciarrai vix tuti intra ipſorum mœnia permanſerint. Tot hoſtium inſultus, ut reprimerent Maronitæ generalia ſigna per totam dedere Phœniciam, quo ad arma diſpoſiti in Libano congregarentur. Nullaque interpoſita mora a gentis Principibus, triginta armatorum millibus ſub vexillo collectis, tutiora Regionis loca, ac Libani juga occuparunt ſub diverſis diſtributa Ducibus quorum nomina refert Maronitarum Chronicon.

IX. *Ac vincunt.* Dum hæc geruntur, fama undique diffuſa eſt Saracenorum exercitum inter Byblum & Botrim ad maris littora caſtra metari, quos cum aggredi ſtatutum fuiſſet, Maronitæ agmina in diverſas partes diſtribuerunt, datoque pugnæ ſigno una omnes, ita audacter hoſtes invaſere, ut terga vertere poſt breve certamen Saraceni coacti fuerint, & loco depulſi, uſque ad flumen prope locum Alfidar vocatum, fugientes perſecuti ſunt, & ex eis complures interfecerunt. Quo viſo reliqui ex hoſtibus, ne circumvenirentur ſeſe fugæ mandarunt, ex quibus tamen ad quatuor equitum millia captivi remanſerunt. Fugata igitur hoſtili acie, ac diviſa inter milites magna auri ac argenti copia, una cum omnibus fugati exercitus ſarcinis, copias ſuas Duces in caſtra reduxerunt, ut ex aſſiduo labore eorum relaxaretur animus.

X. *Hæc in Chronico Maronitarum recitantur.* Hæc de ea pugna in Chronico Maronitarum leguntur: *Dux Paulus, ac Princeps Fortunatus cæteros bonitate ſuperabant, egreſſi ſunt ex Hhadet* (quæ eſt in Giobbe inter primarias Libani Urbes) *loriciſque armati deſcenderunt magnanimi in campum, & Saracenorum diſſipavere exercitum. Cum facti nuncius Damaſcum perveniſſet, per ſeptem annos in eadem Urbe Hhadet cum Saracenis decertarunt; quæ omnia Imperatori nunciata fuerunt, in Civitatem, facta per proditionem ſecuritate, ingreſſi ſunt, ejuſque habitatores mactati ſicut agni, una cum mulieribus ac pueris. Tunc Hhadet devaſtata, ac penitus deſolata fuit, & domus ejus quæ MDCC. numerabantur, igne conſumptæ ſunt; cujus fama per omnes Regiones diffuſa eſt, ſeptemque annis Saracenis obſtitit. Elegerunt Principem in Bſciarrai, ut Provinciam cuſtodiret, illique dederunt enſem cum jurejurando, ne ullo Saraceno ad ſui obſequium uteretur, nulluſque hæreticus cum eo permaneret. Legatum Conſtantinopolim miſit, ut peteret confirmationem, ſi poſſibile eſſet, quia nunquam in vita rebellis fuerat. Eo defuncto ſucceſſit ejus filius.*

XI. *Pergit idem Chronicon.* Et paulo inferius: *Adverſarii Jacobitæ erant in Giobbe, & adverſarii Græci in Arbe: Princeps ſub gravi exiſtebat excommunicatione propter ipſius officium & jusjurandum. Populus illi conſtanter averſatus eſt, & ab ejus obedientia milites ſolutos eſſe voluerunt propter excommunicationis, quam incurrerat, ſententiam, non erat, qui ejus uteretur familiaritate. Certiores facti Saraceni de hac excommunicatione, remotis caſtris ab Urbe Damaſco, illico Tripolim verſus deſcenderunt, nulluſque contra illos ſtetit. His auditis a Primatibus Montis* (nempe Libani) *dederunt omnibus ſigna, & congregati ſunt triginta millia & deſcenderunt milites ex montibus in ſimilitudinem imbrium.* Et poſt deſcriptionem pugnæ cum Saracenis initæ ſubdit Chronographus: *Captivos duxerunt quatuor millia equitum cum armis, & lanceis, veſtibus, ac galeis abſque numero.*

XII. *Saraceni & hæretici e Libano expelluntur.* Sed poſt aliquot dies cum per exploratores certior factus eſſet Princeps Bſciarrai, adhuc in Libano nonnullas Saracenorum legiones permanſiſſe, celeriter illuc accurrit, utque a vinculo excommunicationis dignum ſe exhiberet qui abſolveretur, ac ſuorum ſubditorum enata in ſe odia compeſceret, illos non tantum expulit; verum etiam omnes hæreticos, quos permanere in Libano paſſus antea fuerat. Sic enim proſequitur Chronographus: *Princeps noctu contra eos deſcendit, reverſus eſt in Bſciarrai cum quadraginta equis. Hæretici hac audientes fugerunt ex Monte Libano, ac Saracenos timore affecerunt, iidemque hæretici timore percuſſi ſunt; Duces unanimiter elati ſunt, & ſecuri permanſerunt in Monte Libano, & multiplicata ſunt eis bona, & diſſoluta ſunt ab eis*

an-

*nore magno. Multis ergo inter eos verbis pacificis edictis, convenit inter utrumque in ſcriptis fieri pacis cum jurejurando ſermonem ſuper conſonantia annui pacti, præbendi videlicet Romanæ Reipublicæ ab Agarenis auri librarum tria millia, viros captivos quinquaginta, & equos nobiles quinquaginta. His ex communi placito inter utramque partem firmatis, & in triginta ſervandis annis mutuo repromiſſis, ampliſſima pax inter Romanos & Arabes eſt effecta: ſicque generalibus duobus inſcriptis verbis ad alterutrum cum jurejurando patratis & invicem traditis, ſæpedictus famoſus vir ad Imperatorem cum muneribus quoque multis reverſus eſt. Cum hæc autem didiciſſent qui Heſperias partes inhabitant, tam videlicet Caianus Avarus, quam Exarchi & Caſtaldi, necnon & principes nationum ad Occidentem ſitarum, per legatos muneribus Imperatori tranſmiſſis, pacificam erga ſe dilectionem popoſcere firmandam. Annuens itaque Imperator poſtulationibus eorum, confirmavit etiam circa illos donatoriam pacem, & facta eſt ſecuritas magna in Oriente, necnon & in Occidente.* Hactenus Theophanes. Admiratione quidem dignum fuit, quod qui univerſum orbem terrore concuſſerant, magnaque ex parte vaſtarant, eo humilitatis conſternati devenerint, ut pacem ſponte enixe rogarent, muneribus redimerent, & perſolutione tributi firmarent. Præſtita ſunt tanta hæc Catholico Principi, ſub cujus anteceſſoribus hæreticis Imperatoribus Imperium florentiſſimum in ultimum diſcrimen perductum fuerat, jam jam penitus collapſurum.

Pactis conventis pax ſtatuta.

X. Eodem anno Anglorum Eccleſia in Cantia bellorum incurſionibus dire vexatur. Cum enim anno ſuperiori (ut Beda (*a*) auctor eſt) mortuus eſſet Vulfhere Rex Merciorum; qui in locum ejus ſucceſſit Edilredus, comparato exercitu, ingreſſus Cantiam, abſque delectu rerum ſacrarum ac profanarum cuncta vaſtavit. Regnabat eo tempore Cantuariorum Rex Lotheri, qui ſucceſſerat fratri Ecgberto defuncto ante annos tres, nempe (ut idem teſtatur) anno Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimotertio. Ex his autem majores crevere ſancto Theodoro labores, cui non ſolum Dorovernenſis Eccleſiæ ſed totius Angliæ a Romano Pontifice veluti Apoſtolicæ ſedis legato cura credita erat; adeo ut ejus penderet arbitrio, quem vellet Epiſcopum ſedere vel ſede moveri: De ipſo enim ita Beda (*b*): *Non multo poſt hæc elapſo tempore offenſus a Vuinfrido Merciorum Epiſcopo per demeritum cujuſdam inobedientiæ Theodorus Archiepiſcopus depoſuit eum ab Epiſcopatu poſt annos accepti Epiſcopatus*

(*a*) *Beda in epitom. hiſt. Angl.*

Perſecutio in Anglicana Eccl.

(*b*) *Beda l.4. c.6.*

non

PAGIUS *anguſtiarum vincula, ac diſcordiæ inter eos ceſſavere, obedientiamque ſervarunt ac fidem.*

XIII. *Maronitæ per contemptum Mardaitæ dicti.* Ex his itaque adverſus hæreticos ſimul ac Infideles geſtis, ortum eſt hæreticorum odium adverſus eos tam implacabile in Maronitas, ut cum alia re nocere non valerent, injurioſa appellatione Mardaitarum eos afficerent, neque ferre æquo animo poſſent Maronitarum Sectæ ſuæ adeo infenſorum nomen & gloriam ob ſingularem animi fortitudinem, & præclare geſta ubique celebrari. Imo tanta hujus belli ad Saracenos fama perlata eſt, ut Muavias & qui cum eo erant, terrore perculſi Legatos ad Conſtantinum Pogonatum pacis petendæ cauſa miſerint.

XIV. *Pax Romanos inter & Saracenos compoſita.* Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCLXIX. qui Kalendis Septembris anni Dionyſiani DCLXXVII. inchoatur, ait, *hoc anno* Mardaitas Libanum agreſſos tenuiſſe *quidquid a Mauro monte eſt uſque ad Sanctam Urbem*. Quo audito Maviam Legatos de pace habenda ad Conſtantinum ſummiſiſſe, huncque deſtinaſſe Joannem Patricium in Syriam, ubi pax inter Romanos & Arabes *ad annos triginta* conſtituta fuit, ut fuſius ex Anaſtaſio Theophanis interprete narrat hoc anno Baronius. At loco non ſuo, cum enim Saraceni, quorum Califa Mavia erat, anno DCLXXII. Conſtantinopolim ſeptennali bello afflixerint, pax illa anno tantum ſexcenteſimo ſeptuageſimo octavo ſancita, indeque Theophanis error ex Theophane corrigendus. Si enim eo Chriſti anno pax inter utramque gentem compoſita eſt, profecto belli initium biennio tardius Theophanes recitavit, quemadmodum ſuo loco inſinuavi.

XV. Ad num. X. & ſeq. Beda in Epitome ait: *Anno DCLXXVI. Edilredus vaſtavit Cantiam*, ubi Lotharius regnabat. Baronius hanc cladem perperam extendit in annum ſequentem, ut ibidem videbimus, aitque tunc *Theodorum* Cantuarienſem Archiepiſcopum *Vuinfridum* Epiſcopatu Lichefeldienſi depoſuiſſe, eiuſque loco *Sexvulfum* ordinaſſe: ac præterea Earconvaldum Londinienſem Antiſtitem creaſſe. Verum utraque ordinatio anno DCLXXIV. a Theodoro peracta, ut eo anno vidimus, ubi & de *Edilburga* Earconvaldi ſorore locuti ſumus.

*Cantium a Merciis vaſtatum.*

XVI. *S. Heddæ fit Epiſc. Occident. Saxonum.* In Antiquiori Chronico Saxonico hoc anno habetur: *Hic Eſcvvinus obiit, & Hedda accepit Epiſcopatum.* Fuit Eſcwinus Occidentalium Saxonum Rex, qui biennio tuntum imperitavit, & *Kentuinus* eo demortuo Regnum illud regendum ſuſcepit, ut anno DCLXXIII. num. XIII. & ſeq. oſtendi. *Heddæ* vero hoc anno Saxonum Occidentalium Epiſcopus creatus eſt poſt Leutherii mortem, quæ hoc anno contigit. Malmesburienſis enim lib. 2. de Geſt. Pontif. Angl. pag. 241. refert, ſe ex Chronicis didiciſſe *Leutherium* annis VII. Occidentalium Saxonum Eccleſiam rexiſſe. Is autem an. DCLXX. Epiſcopatum inierat, ut eo anno numero IV. oſtendimus. Hedda prius fuerat Monachus & Abbas; Vir tantæ Sanctitatis, ut etiam Sectarii moderni eum laudibus exornent. Ipſe *Kentuinum* Regem docuit Monachis favere, & Monaſteriis benefacere, ut legere eſt in magna Glaſtonienſi Tabula apud Uſſerium pag. 112. ubi dicitur *Heddam*, impetraſſe integram libertatem inſulæ Glaſtoniæ a Rege Kentuino, & *Conſtituendi ſibi Rectorem, ſecundum Regulam Sancti Benedicti.*

XVII. Sanctus Leodegarius Auguſtodunenſis Epiſcopus *per annorum circulum duorum* in quodam Cœ-



*non multos, & in locum ipſius ordinavit Epiſcopum Sexvulfum.* Ita quidem ſecundum illud Apoſtoli (*a*): *In promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam.* Subdit autem Beda de Erconvaldo eodem tempore ab eodem Theodoro ordinato Epiſcopo Londonienſi viro ſanctiſſimo, necnon de ejus ſorore ſancta virgine Edilburga, cui idem frater ante Epiſcopatum extruxerat monaſterium, in quo tum ipſa mater omnium, tum aliæ ejus ſubditæ diſcipulæ egregia hoc tempore floruerunt ſanctitate; de quarum felici ad Deum tranſitu idem Beda æque hiſtoriam ſcripſit.

(*a*) 2. *Cor.* 10.

XI. *Anglicana Eccl. florentiſſima* Florebat ſiquidem his temporibus Eccleſia Anglicana veluti paradiſus Domini, abundantes liliis ſanctarum virginum, atque violis cœtuum ſanctorum monachorum humiliori loco latentium: ſed & ſanctiſſimis quoque abundavit Epiſcopis, inter quos pariter idem, de quo mentio eſt, Erconvaldus egregia claruit ſanctitate, ut idem auctor paucis his docet: *Hujus viri & in Epiſcopatu & ante Epiſcopatum vita & converſatio fertur fuiſſe ſanctiſſima, ſicut etiam nunc cæleſtium ſigna virtutum indicio ſunt: etenim uſque hodie feretrum ejus caballarium, quo infirmus vehi ſolebat, ſervatum a diſcipulis ejus, multos febricitantes, vel alio quolibet incommodo feſſos ſanare non deſtitit: non ſolum autem ſuperpoſiti * eidem feretro vel appoſiti curantur ægroti, ſed & aſſulæ de illo abſciſſæ atque ad infirmos allatæ citam illis ſolent afferre medelam.* Hæc de eo Beda, quem inter ſanctos receptum univerſa Catholica Dei Eccleſia colit, anniverſaria die recolens ejus memoriam trigeſima menſis Aprilis (*b*):

* ſuppoſiti.

(*b*) *Mart. Rom. ea die.*

An-

PAGIUS Cœnobio latuit. Sed Ebroinus *Childerici mortem ſimulabat ſe velle vindicare, cum nullus eum prior quam ipſe voluiſſet interire, (publice enim aliter quem odiſſet, non audebat perſequi) juſſerunt Principes una cum germano ſuo S. Leodegarium ex Monaſterio in quo tenebatur abſconditus egredi, & in præſentia Regis juſſus eſt acceſiri*, inquit Anonymus in Vita S. Leodegarii cap. 12. qui addit, Ebroini juſſu *Gairinum* Leodegarii fratrem, ligatum ad ſtipitem lapidibus obrutum fuiſſe; labia vero Leodegarii & faciem concavam inciſa ferro, nec non & linguæ plectrum ferro ſecante ablatum: & poſtea perductum eum fuiſſe ad Cœnobium Fiſcamnenſe, ubi erat Congregatio Virginum, in quo per aliud biennium detentus eſt, ut fuſius tam laudatus Anonymus, quam Urſinus in ejus Vita narrant. Quare cum anno DCLXXIV. in prius Cœnobium perductus fuerit, currenti ad ſecundum miſſus. Agit de hac *Gairini & Leodegarii* perſecutione Baronius an. DCLXXXV. num. XII. & ſeqq. ubi integrum Urſini hac de re teſtimonium recitat. Chiffletius in Diſſert. *de Annis Dagoberti Regis*, cap. 16. ait, Leodegarium oculis exſculptis excæcatum eſſe octavo Kalendas Septembris, quia inquit, in antiquis membranis legitur: *Excæcatio quoque glorioſiſſimi Martyris Leodegarii, ac lapidatio Beati Gayreni eſt VIII. Kalendas Septembris.* Verum Paſſio Martyrum aliis ſæpius diebus in Monumentis Eccleſiaſticis deſcripta quam quibus contigit. Præterquamquod, ut fatetur Chiffletius, dies quidem utriuſque ſupplicii eadem eſſe potuit, ſed non annus idem; cum biennio ſerius lapidibus obrutus fuerit *Gayrenus*, ſeu *Garinus*, aut *Gerinus*, quam excæcatus Leodegarius, ut ex dictis conſtat.

*S. Leodegarius & frater ejus crudeliter habiti.*

| JESU CHRISTI ANNUS | DONI PAP. ANNUS | CONST. POGON. IMP. ANNUS |
|---|---|---|
| 677. | 2. | 10. |

I. *Conatus Theodori & Macarii hæretic. adverſus Rom. Pontific.*

ANnus Redemptoris ſexcenteſimus ſeptuageſimusſeptimus, Indictione quinta inchoatur, quo Imperator Conſtantinus ſolutus bellicis curis, pace compoſita cum Sarracenis, ad pacem Eccleſiæ reſtituendam totum adiecit animum: ſed obices mox paſſus eſt Theodorum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, & Macarium Patriarcham Antiochenum ſigniferos hæreſis Monothelitarum, eoſdemque acerrimos adverſarios Pontificum Romanorum. Nam unius excepto Honorii nomine, quem ab ipſorum partibus ſtetiſſe mentiebantur, aliorum neminem recitandum putarunt in ſacris Eccleſiæ diptychis: egeruntque apud Imperatorem, ut relatum in eaſdem ſacras tabulas nomen Vitaliani Pontificis deleretur: quod Imperator faciendum omnino negavit, eo quod animo concepiſſet pacem inter Orientalem atque Occidentalem Eccleſiam, ubi primum licuiſſet, omnino componere: cujus rei gerendæ anno ſequenti (ut dicemus) cœpit jacere fundamenta: quod & feliciter ex ſententia conſecutus eſt, invitis licet hæreticis, ac diſcordiarum ſubiicientibus ſæpe fomitem.

II. Egit itaque Imperator, ut omnino Vitaliani nomen in ſacris tabulis retineretur, reliquorum vero Romanorum Pontificum nomina, qui in hunc uſque annum Romanæ Eccleſiæ præfuiſſent, ex decreto futuri Concilii poſtea reciperentur in diptycha. Hæc quidem omnia ita tranſacta eſſe inter duos illos Patriarchas hæreticos & Imperatorem, epiſtola ipſius ad Donum Papam anno ſequenti ſcripta teſtatur. Verum licet ita illi polliciti eſſent Imperatori, ut nomen Vitaliani Papæ retineretur in diptychis: poſtea tamen iidem, vel invito, vel inſcio ipſo Imperatore, minime ſtetere promiſſis, ſed dicti Pontificis nomen e diptychis amovere, ejecereque penitus. Id quidem ita ab ipſis factum eſſe, declarant Acta Sextæ Synodi in octava Collatione, ubi actum eſt ut nomen Vitaliani in ſacra diptycha reſtitueretur, e quibus fuerat injuſte ſublatum. *Nomen Vitaliani Papæ retentum in Diptychis.*

Quod igitur reliquis abjectis, unum ſibi honorandum hæretici vendicarent Honorium, haud modicam illi, defuncto licet, conflavit invidiam, in ſuſpicionemque falſo adductus eſt conniventiæ cum hæreticis, a quibus ipſe Honorius, excluſis cæteris, recipi & honorari ſciretur: Ex quo factum eſt, ut qui inter damnatos Monothelitas in diptychis reperiretur adſcriptus, poſtea una cum ipſis fuerit pariter relictus eadem aſperſus infamia: ſed calumnioſe cuncta peracta eſ- *Cur Honorius inter improbos numeratus.*

PAGIUS SÆC. VII

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6170.

☉ 14. D. ☽ 13. P. 29. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 677.

DONI PAPÆ 2.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 10.

Anno Eræ Hiſpan. DCCXV. Anno Hegiræ LVIII. inchoato die 3. Novemb. fer. 3. A. C. 677.

I. *Poſtconſulatus.*

HIc annus iſta formula notatus: *XXIV. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus X. & Imperii Heraclii ac Tiberii ejus fratrum anno XIX.*

II. *Monothelitæ petunt, ut Vitalianus e Diptychis expungatur.*

A num. I. ad III. *Vitalianus* Papa prudenti ſua in Conſtantem Auguſtum œconomia adeo ſibi animum Conſtantini Pogonati filii ac Succeſſoris devinxit; ut ipſe ſolus poſt Honorium Papam in Sacris Diptychis honorifice legeretur, expunctis unanimiter aliorum Pontificum Romanorum nominibus, licet *Theodorus* Patriarcha Conſtantinopolitanus, & *Macarius* Antiochenus, ambo Monothelitæ, apud Conſtantinum Imp. omnem operam adhibuerint, ut Vitaliani nomen e Diptychis eraderetur, donec per Concilium generale Decretum ſuper hoc fieret inviolabile: *Multam nobis inſtantiam*, inquit Conſtantinus Imp. in Epiſt. ad Donum Papam, *fecerunt tam hic Sanctiſſimus Patriarcha, quam Macarius Sanctiſſimus Patriarcha Theopoleos, ut eiiceretur Vitalianus Beatiſſimus e Diptychis, aſſerentes Honorium memorari in Diptychis propter honorem Apoſtolicæ Sedis Antiquæ noſtræ Romæ. Nam non acquievere, ut memorentur Patriarchæ, qui poſtmodum fuere in prædicta Sancta Romana Eccleſia, donec conquiſitio & ſatisfactio proveniat verborum, de quibus contenditur inter utraſque Sedes, &c. Sed ad hoc nos non acquievimus, ideſt, ut eiiceretur idem Vitalianus e Diptychis, hoc quidem, utpote omnem æqualitatem ſervantes, & utroſque Orthodoxos habentes.* Quamvis autem, ut liquet ex his Conſtantini verbis, is initio reluctarit, ne Vitaliani nomen e Diptychis expungeretur; libellis tamen iterum atque iterum, non tantum a Patriarchis Conſtantinopolitano & Antiocheno; verum etiam a plurimis Epiſcopis ſuper hac Vitaliani nominis controverſia porrectis; viſus eſt tandem Imperator acquieviſſe eorum ſupplicationibus, ne iterum Eccleſia ſciſſuras maximas pateretur, dum futuræ pacis atque unionis ſpes non modica irradiabat.

III. *Repulſam ferunt ab Imperatore.*

Rem ita ſe habuiſſe oſtendit Actio VIII. Sextæ Synodi, ubi Georgius Conſtantinopolitanus Epiſcopus his verbis Imperatorem alloquitur: *A Deo coronate Domine, jubeto mitti in Diptychis Sanctarum Eccleſiarum nomen ſanctæ memoriæ Vitaliani Papæ Romæ, eo quod propter tarditatem miſſorum Apocriſariorum a Sanctiſſimo Papa ejuſdem Antiquæ Romæ petitionem tunc dediſſe conſtat ad manſuetiſſimam veſtram fortitudinem, tam partem Sanctæ meæ Eccleſiæ, quam etiam Macarium Venerabilem Archiepiſcopum Antiochiæ, eoſque qui illo tempore venerunt in hanc a Deo ſervatam veſtram Civitatem, Deo amabiles Epiſcopos, ut prædictus Sanctæ memoriæ Vitalianus eii-*



| CHRISTI | DONI PAP. | CONST. POGON. IMP. |
|---|---|---|
| 677. | 2. | 10. |

ſe, dicetur inferius. Hæc autem dicta ſunto, ut cauſa pateat, cur apud Orthodoxos nonnullos Honorius Papa male reperiatur audiſſe, arte nimirum doloſa hæreticorum, qui, licet calumnioſe, ejuſdem cum ipſis ſententiæ Honorium fuiſſe ſcriptis dictiſque jactarent, ut & ſuperius eſt demonſtratum in Pyrrho diſputante cum Maximo.

III. *Anglicana Eccl. exagitata bellis.* (a) *Beda hiſt. Angl, l. 4. c. 12.*

Eodem anno, qui & ſecundus numeratur cœptæ perſecutionis, quæ graviter exagitavit Eccleſiam Anglicanam in Cantia, de ea ita Beda occaſione Rhofenſis Eccleſiæ (a): *Anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo ſeptuageſimoſeptimo, cum Edilred Rex Merciorum adducto maligno exercitu Cantiam vaſtaret, & Eccleſias ac monaſteria ſine reſpectu pietatis vel divini timoris fœdaret, civitatem quoque Rhofi, in qua erat Putta Epiſcopus, quamvis eo tempore abſens, communi clade abſumpſit: quod ille ubi comperit, Eccleſiam videlicet ſuam rebus ablatis omnibus depopulatam, divertit ad Sexvulfum Merciorum Antiſtitem, & accepta ab eo poſſeſſione Eccleſiæ cujuſdam & agelli non grandis, ibidem in pace vitam finivit, nil omnino de reſtaurando Epiſcopatu ſuo agens: quia (ſicut & ſupra diximus) magis in Eccleſiaſticis, quam in mundanis rebus erat induſtrius; ſed in illa ſolum Eccleſia Deo ſerviens, & ubicumque rogabatur, ad docenda Eccleſiaſtica carmina divertens. Pro quo Theodorus in civitate Rhofi Vilhelmum conſecravit Epiſcopum: ſed illo poſt non multum temporis præ inopia rerum ab Epiſcopatu decedente, atque ad alia loca ſecedente, Gebmundum pro eo ſubſtituit Antiſtitem.* Hæc Beda occaſione Rhofenſis Eccleſiæ.

IV. Eodem anno Audoenus ille admirandus Rothomagenſis Epiſcopus ex hac vita migravit, ut ejus Acta teſtantur, in quibus

PAGIUS *eiiceretur de Sanctis Diptychis, & reſtitui nobis hujuſmodi petitionem.* Non abs re dicit Georgius: *Eo quod propter tarditatem miſſorum Apocriſariorum.* &c. Spoponderat quidem Conſtantinus prima vice rogantibus, celebratum iri quam primum Concilium, in quo præſentibus Legatis Pontificis diſquiſitio fieret de hiſce omnibus diſſenſionibus: *Polliciti ſumus*, inquit Conſtantinus in ſua ad Donum ſacra, *prædictis Sanctiſſimis Patriarchis, quod per omnia diriget Veſtra Paterna Beatitudo homines, qui debeant conquirere cum ipſis; & tunc ſecundum quod claruerit, perfecta diſpoſitio fiat*, &c.

IV. *Qui tandem acquieſcit.*

Verum cum & *Doni* Papæ obitus, qui anni ſequentis initio contigit, & *Agathonis* Succeſſoris electio, & Epiſcoporum Occidentalium convocatio, & Concilii Romani ſub Agathone celebratio, impedimento fuerint, ne hic ita celeriter mitteret Conſtantinopolim Legatos, adeo ut a data *Conſtantini* Epiſtola ad Legatorum adventum duo ferme anni intercurrerint: inde factum eſt, ut Monothelitæ longam Legatorum ex parte Romæ Veteris moram prætexentes, putanteſque Romanum Pontificem contemnere communionem cum Orientalibus, novos ſupplices libellos Conſtantino Imperatori exhibuerint de eiiciendo Vitaliano, quibus tandem aliquando viſus eſt aſſentiri, vel ſaltem connivere. Neque enim *Vitaliani* expunctionem eo inſcio, multo minus invito, factam credibile eſt; cum verba ex Concilio nuper citata Imperatoris conſenſum, vel ſaltem conniventiam probabiliter evincant.

V. *Cantium anno ſuperiori a Merciis vaſtatum.*

Ad num. III. Baronius videns Bedam in Epitome ad annum DCLXXVI. ſcribere *Edilredum* Merciorum Regem vaſtaſſe Cantium, & in Hiſtoria lib. 4. cap. 12. fuſius de ea vaſtatione agere, prænotato an. Incarnationis DCLXXVII. eam cladem in duos annos diſtinxit, ita ut ſuperiori cœpta, & præſenti continuata fuerit. Verum editio Colonienſis Operum Bedæ, qua uſus eſt Baronius perperam in Hiſtoria habet DCLXXVII. loco DCLXXVI. ut liquet ex correctis editionibus tam Cantabrigienſi, quam Chiffletiana, & ex Hiſtoricis Anglicis, a quibus hæc clades illata dicitur ab *Edilredo* anno Regni ejus ſecundo, quo & conſignatur in Chronologia Saxonica tam antiquiori quam in nuper Oxonii publicata.

VI. *S. Audoeni mors.*

Ad num. IV. & ſeq. *Sancti Audoeni* Epiſcopi Rotomagenſis obitus hoc anno a Baronio narratus pertinet ad annum DCLXXXIV. quo commodius de eo agemus.

VII. *Bellum inter Theodoricum III. & Dagobertum II.*

Auctor Anonymus Vitæ Sanctæ Salabergæ, coœvus Theodorico & Dagoberto II. num. 13. loquens de Monaſterio puellari, quod Salaberga in Lingonenſi ſuburbio erigere primo ſtatuerat & poſtea in Civitate Laudunenſi ædificavit, ait: *Cum jam pars maxima fabricæ Monaſterii extructa eſſet, cœpit famula Chriſti præſaga utpote Spiritu Dei repleta, ſagaci cum Viro trutinare animo, non eſſe in eodem loco puellare Cœnobium tutum, nihilque ſtabilitatis habere, munitioniſque locum. Nam licet barbaries procul abeſſet, Regum tamen limitibus hinc inde admixtis, periculi indicium futuris temporibus erat: quod periculum nos deinceps vidimus. Denique nuper civile bellum inter Reges Francorum Theodoricum & Dagobertum circa illos fines eſt actum: loca quoque vicina depopulata, agri, villæ, ædes; & ipſa (quod gravius eſt) Sanctorum corpora igne ſunt cremata. Unde liquido patet Divino eam Spiritu fuiſſe imbutam, quæ pridem anticipavit diſcrimen*, anno ſcilicet circiter ſexcenteſimo quadrageſimo, quo illius Cœnobii fundamenta jacta ſunt, in ſuburbio Lingonicæ Urbis ad utriuſque Regni fines ſito; cum tamen bellum illud currenti anno geſtum fuerit. Hujus belli etiam meminit Childebertus III. Theodorici filius in Placito edito a Mabillonio lib. 6. de Re Diplomatica pag. 477. ubi Haino Abbas Monaſterii S. Dionyſii *ſuggerebat eo quod ante hos annus, quando genetur noſter Theudericus quondam Rex partibus Auſter hoſtileter, viſus fuit ambolaſſe; homo nomine Ibbo quondam nullatenus ibidem ambolaſſet & ob hoc ſolidos ſexcentos fidem ficiſſet.* Quæ verba ex Autographo Childeberti Regis deſumpta, de bello hoc anno inter Theodoricum & Dagobertum geſto, intelligenda, non vero de bellis Theodorici contra Pippinum ſeu de prælio Locofaenſi, aut de Textricienſi. Quomodo enim Palatii Childeberti Comites, omnes Pipini clientes ratam habuiſſent mulctam, quam perpeſſus eſſet Ibbo, quia contra ſupremum Principem Pippinum *hoſtiliter non ambulaſſet?* Illud autem bellum ad hunc annum pertinere liquet ex

(a) *Vit. S. Audoeni c. 29. die 24. Aug. Sur. t. 4.*

S. Audoeni Epiſc. Rothomagenſis tranſitus.

bus hæc ſcripta leguntur (a): *Anno igitur ſexto* (ita reſtituendum eſt pro decimoſexto) *Theodorici Regis & Crotildis Reginæ, res palatii adminiſtrante Vvarratone ſubregulo, apud villam Clypiacum, ubi tum vir beatus de pace inter Francorum populos conſtituta nuncium attulerat, jam longævæ ætatis ſenio confectus in morbum incidit. Appropinquabat enim dies optatus, quo cupiebat diſſolvi & eſſe cum Chriſto, terraque relicta, penetrare cælos, & videre jam facie ad faciem, quod in ænigmate jampridem vidiſſet. Cumque febribus corpus attenuaretur, & obitum ſuum jam imminere cerneret obſecrabat Dominum, ut ſuas oves idoneo paſtori committeret. Denique hortabatur Regem, ut Abbatem Anſbertum ſibi faceret ſucceſſorem: quod & factum eſt. Poſtremo fuſis ad Dominum*

*pre-*

PAGIUS

ex pace, quæ tunc inter ambos Principes compoſita eſt.

VIII. *Pax inter utrumque ſancita.*

Hujus Pacis mentionem facit ipſe Theodoricus in Diplomate Autographo edito a Mabillonio lib. 6. de Re Diplom. pag. 469. In eo agitur de Chramlino Epiſcopo Ebredunenſi in Synodo publica depoſito, [1] & facultate eidem conceſſa res ſuas poſt degradationem retinendi: *Dum & Epiſcopos*, inquit Theodoricus, *de rigna noſtra tam de Niuſter, quam & de Burgundia* (vides tunc non Francorum Monarcham, ſed tantum Neuſtriæ & Burgundiæ Regem fuiſſe, ideoque adhuc vixiſſe Dagobertum) *pro ſtatu Eccleſiæ vel confirmacione pacis* (ideoque jam inter utrumque Regem confectæ) *ad noſtro Palatio* MARLACO *villa juſſemus advenire, &c. Datum medio menſe September, annum V. rigni noſtri, Marlaco in Dei nomine feliciter*. Annus quintus Theodorici Regis eo in loco iniens intelligendus; cum medio menſe Septembri ſequentis Chriſti anni Dagobertus II. jam trucidatus fuerit, ut ex tunc dicendis conſtabit. Quare tam bellum illud, quod brevi confectum fuit, quam pax inde ſecuta, ad hunc annum omnino ſpectant. Porro Mabillonius laudatus pag. 298. *Marlaci*, ubi tunc Conventus actus eſt, ſitum primus omnium inveſtigavit, exiſtimavitque illud idem fuiſſe ac *Morlacum* vicum quemdam in Ducatu Barenſi, diœceſique Tullenſi ſitum, vulgo *Morlay*. Verum certum videtur *Marlacum* Palatium poſitum fuiſſe in Neuſtria & ad Theodoricum pertinuiſſe, & totam Diœceſim Tullenſem paruiſſe *Dagoberto*; cum Catalaunenſis, quæ citerior eſt, integra in poteſtate ejus fuerit. Itaque *Marlacum* ſitum fuit in agro Pariſienſi, & ut opinor, non aliud eſt a Palatio Marliaco Gallice Marli quod Ludovicus Magnus paucis abhinc annis inſtauravit, novas ibidem ædes conſtruendo. *Marlaci* prope Pariſios Chrotildis matrona dedit Chartam pro Monaſterio quodam puellari, ſito in agro Stampenſi a Mabillonio ibidem recitatam.

IX. *S. VVilfridus Epiſcopatu pellitur.*

Quia *Dagoberti* II. cædes, quæ anno ſequenti contigit, & profectio Romana Sancti *VVilfridi* hoc anno ab Epiſcopatu Eboracenſi depoſiti, inter ſe conjunctæ & implicatæ ſunt, neutraque adhuc a quoquam ſuo anno reddita eſt, juvat hic depoſitionem Wilfridi exponere, licet Baronius anno tantum ſequenti num. XVI. de ea differat. Beda itaque in Recapitulatione Chronica ſuæ Hiſtoriæ ſcribit: *Anno DCLXXVII. Cometa apparuit; VVilfrid Epiſcopus a Sede ſua pulſus eſt ab Ecgfrido Rege*. Explicatius autem lib. 4. Hiſt. cap. 12. *Anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, qui eſt annus Imperii Regis Ecgfridi octavus, apparuit menſe Auguſto ſtella, quæ dicitur Cometa; & tribus menſibus permanens, matutinis horis oriebatur, excelſam radiantis flammæ quaſi columnam præferens. Quo etiam anno orta inter ipſum Regem Ecgfridum, & Reverentiſſimum Antiſtitem VVilfridum diſſenſione, pulſus eſt idem Antiſtes a Sede ſui Epiſcopatus, & duo in locum ejus ſubſtituti Epiſcopi, qui Nordanhymbrorum genti præeſſent*. Epiſcopatum Haguſtaldenſem *Eata*, Eboracenſem vero *Boſa* obtinuit, ut ibidem Beda prodit. Mortuo *Eata* Joannes *Beverlacenſis* in ejus locum ſubrogatus eſt, ut infra videbimus. Fuere omnes iſti Præſules Sanctitate clari. In vulgatis quidem editionibus, quas Baronius, aliique ſecuti ſunt, pro anno DCLXXVII. tam in Epitome, quam in Hiſtoria, legitur DCLXXVIII. ſed Petrus Franciſcus Chiffletius in Diſſert. *de Annis Dagoberti Regis*, capp. 7. & 20. lectionem illam emendavit, tam ex Codice Trevirenſi vetuſtiſſimo, quam ex alio San-Germanenſi, ubi habetur DCLXXVII. ſuamque emendationem duobus argumentis confirmavit. Beda enim lib. 4. cap. 5. aſſerit, anno Incarnationis DCLXX. mortuum *Oſvvim* Regem Nordanhymbrorum, XV. Kalendas Martias, *Ecgfridum* filium Regni hæredem reliquiſſe. Quare menſe Auguſto præſentis anni octavus Regni Ecgfridi numerabatur. Præterea *Cometa* ille, cujus Beda meminit, præſenti anno ſpectatus eſt, ut tradunt Weſtmonaſterienſis & Sigebertus in Chronico, qui menſem etiam Auguſtum memorant, ſicuti & Paulus Diaconus lib. 5. de Geſtis Langob. cap. 35. qui tamen anni mentionem non facit. Diſtinctius Anaſtaſius in Vita Doni Papæ; *Hic Papa*, inquit, *dum eſſet electus, per Auguſti menſem apparuit ſtella a parte Orientis, a galli cantu uſque mane, per menſes tres*, &c. ſed *Donus* Pontifex Romanus creatus die prima menſis Novembris anni DCLXXVI. menſem Auguſtum & duos ſequentes anni DCLXXVIII. non vidit in ſuo Pontificatu. Ex Anaſtaſio Hermannus Contractus juxta editionem Henrici Caniſii, ad annum DCLXXVI. quo iniit Donus Papa: *Cometa per tres menſes viſus*, &c. Hæc Chiffletius, qui tamen diſceſſum Wilfridi ex Anglia perperam diſtulit uſque in annum ſequentem, quo adhuc in curſu fuit annus VIII. Ecgfridi uſque ad diem XV. menſis Februarii; ita ut Edictum illud hujus Regis hoc anno labente prodierit, & *VVilfridus* vernas eteſias expectarit, ut ſe mari tuto committeret.

X. *Et quidem hoc anno.*

Verum an Beda annum Incarnationis, cum de depoſitione *VVilfridi* agit, expreſſerit in Hiſtoria, in dubium revocari poteſt; cum *Alvre-*

*dus*

NOTÆ [1] SYnodus de qua hic, ipſa facile eſt Auguſtodunenſis, de qua nos in Nota ad A. 663. 9. MANSI



*precibus, gregem ſibi creditum illi devote commendavit, atque ita ſpiritum reddidit in manus Creatoris cæleſtibus choris ſociandum, & gloria ſempiterna paradiſi fruiturum*. Hactenus ibi de tempore obitus: de funere autem & pluribus ex ejus corpore editis miraculis, idem auctor inferius narrat, qui ejus vitam egregiis factis cumulatam ſcriptis tradidit.

V. (a) *Vit. S. Audoeni c. 27. 28.* Francorum cum Auſtraſiis pax inita.

Quod igitur pace confecta inter Francos populos, eum obiiſſe auctor affirmet: quænam ante præceſſiſſet diſcordia, ex eodem ſic accipe (a): *Orta*, inquit, *erat diſcordia inter Francos & Auſtraſios. Vir beatus componendæ pacis cauſa Coloniam venit. Ubi cum martyrum monumenta perluſtraſſet, atque ſuo more reliquias ex eorum monumentis ablatas ſecum magno cum honore aſportaret, ob-*



*vium*

PAGIUS

*dus* Rex, qui ante annos octingentos floruit, hanc chronologicam notam omiſerit, quia eam in exemplaribus ſuis latinis, ut par eſt credere, non reperit, ſed aliam prorſus diverſam; ait enim id factum *anno ſecundo, ex quo Æthelbaldus Merciorum Rex Cantiam diripuit*. Anno DCLXXVI. *Edilredus* Cantiam vaſtavit, unde hic annus ſecundus eſt ab illa vaſtatione: nec enim veriſimile, Regem *Alvredum*, expuncto Incarnationis anno, hanc non obviam Epocham priori vulgatiſſimæ ſubſtituiſſe. Inferius autem videbimus, Bedæ Codicum Exſcriptores nonnullas notas Chronologicas ab Era Incarnationis deſumptas intruſiſſe in textum Hiſtoriæ ex meris conjecturis. In iiſdem Latinis Codicibus ſcribitur, *VVilfridum* anno Regni *Ecgfridi* IX. uti in Saxonica paraphraſi, Sede ſua pulſum, quod ex dicendis falſum eſſe conſtabit. Præterea Anaſtaſius in Vita Doni Papæ refert, *Cometam* illum ad annum præcedentem, ut optime vidit Hermannus Contractus. *Donus* enim, poſtquam Sedes vacaſſet menſes quatuor, & dies quinque, ordinatus eſt die prima Novembris ſuperioris Chriſti anni, obiitque die undecima menſis Aprilis anni DCLXXVIII. Quare ſupponit Anaſtaſius *Cometam* apparuiſſe menſe Auguſto antecedentis Chriſti anni, quo *Donus* Pontifex Romanus electus erat, conſecratus tantum die prima menſis Novembris inſequentis.

XI. *Huntindonius & Ethelverdus corriguntur.*

Erravit itaque Huntindonius lib. 2. Hiſt. pag. 318. ubi ait, *Kentuini* Regis anno tertio *Cometam* per tres menſes apparuiſſe, *anno vero ſequente* Ecgfridum Regem Northumbriæ & Edelredum Regem Merciorum pugnaſſe graviſſime, quæ pugna anno DCLXXIX. habita. Denique erravit Ethelverdus lib. 2. cap. 7. ubi ſcribit, *poſt annum Vulfhere Pendæ filius, & Cenuvalh alternum inter ſe inierunt bellum in loco, qui Bedanheafde dicitur. Poſt quem decurſum triennii apparuit ſtella Cometa. Fit Synodus in loco Heth, tranſacto jam biennio*. Quare cum hæc Synodus anno DCLXXX. ut infra videbitur, habita fuerit, Cometa ille, juxta Ethelverdum, viſus eſt anno DCLXXVIII. Obiter corrigendus error Librarii vel Auctoris, & loco *Cenuvalch*, legendum, *Eſcuine*. Wlferus enim, ut inter omnes convenit, e vivis exceſſit anno DCLXXV. eodemque prælium illud habitum inter eundem & *Eſcuinum*; ipſemet enim Ethelverdus capite ſuperiori mortem *Kenevalchii*, & *Sexburgæ* Regni poſt ejus mortem adminiſtratricis finem & initium Regni Eſcuini, qui utriſque ſucceſſit, narraverat.

XII. *Annus depoſitionis S. VVilfridi e Sede ſua magis probatur.*

Non dubitandum tamen, quin is *Cometa* anno DCLXXVII. apparuerit, cum præter Sigebertum & Weſtmonaſterienſem citatos Wigornienſis ad annum DCLXXVII. ſcribat: *Apparuit menſe Auguſto ſtella Cometes, quo etiam anno orta inter ipſum Regem Ecfrigdum & Rev. Antiſtitem Vvilfridum diſſenſione pulſus eſt idem Antiſtes Sede ſui Epiſcopatus*, &c. Hoc etiam anno pulſum Sede ſua Wilfridum habetur in Catalogo Præſulum Eboracenſium, qui extat Tomo I. Biblioth. Manuſcript. Labbei pag. 322. *Interea mortuo Regi Oſvvino ſucceſſit filius ejus Ecfridus in Regnum. Qui poſt B. Etheldritam, quam nomine tenus conjugem primo duxerat, Elmemburgam ſortitus eſt in matrimonium. In cujus corde malignus hoſtis ſibi hoſpitium fecerat; ubi odiorum & invidiæ contra B. Vvlfridum conficiens fomenta, per linguam mulieris incendit animam Regis ad expulſionem uſque Pontificis; ſed quia Rex Pontificem de ſua Sede præter conſenſum Theodori Archiepiſcopi pellere nequibat, mandavit Archiepiſcopo, ut adeſſet. Auditis, quas accuſatores finxerant, cauſis, pulſus eſt ab Epiſcop. Vvlfridus anno ab Incarnatione Domini DCLXXVII. qui eſt annus ſui Epiſcopatus duodecimus, & per decennium exulavit*, uſque ad annum ſcilicet DCLXXXVII. quo reſtitutum fuiſſe in priſtinam dignitatem infra oſtendam. Ubi Auctor illius Catalogi qui accuratiſſimus eſt, annum XII. Epiſcopatus Wilfridi deducit ab anno ejus ordinationis, Chriſti ſc. ſexcenteſimo ſexageſimo quinto, refellitque communem opinionem, quæ eam in annum anteriorem perperam confert.

XIII. *Corrigitur error Epiſtolæ Simeonis Dunelmenſis.*

Porro Catalogus ille Præſulum Eboracenſium, a Labbeo Tom. I. Biblioth. ex Codice MS. Epiſtolarum Ivonis Epiſc. Carnotenſis deſcriptus, annoque MDCLVII. publicatus, jam antea a Seldeno Tom. I. Script. Anglic. pag. 75. editus fuerat in Epiſtola Simeonis Dunelmenſis *ad Hugonem Decanum Eboracenſem de Archiepiſcopis Eboraci*, cujus epiſtolæ Catalogus ille ſecundam partem componit, ſed errore Exſcriptorum aliqua verba in uno leguntur, quæ non habentur in altero. Imo in editione illius Epiſtolæ apud Seldenum locus laudatus corruptus eſt, *pulſus eſt*, inquit Simeon, *ab Epiſcopatu Vvilfridus anno ab Incarnat. Domini DCLXXVIII. qui eſt annus ſui Epiſcopatus XII. & per decennium exulavit*. Loco enim DCLXXVIII. legendum, DCLXXVII. cum ſive *Simeon* annum illum XII. a Wilfridi electione an. DCLXIV. facta, ſive ab anno ejus ordinationis, anno DCLXV. peractæ deduxerit, cum anno Chriſti DCLXXVIII. concurrere non poſſit. Locus itaque mendoſe ibi exaratus. Ex his enim quæ infra in medium adducemus, nullum dubium relinquetur, quin *Vvilfridus* præſenti anno Epiſcopatu Eboracenſi exturbatus fuerit.

XIV. *Cauſa propter quam Ecgfridus Rex S. VVilfridum perſecutus eſt.*

Diſſidii inter *Ecgfridum* Northumbriæ Regem, & *Vvilfridum*, originem docet nos Thomas Elienſis Monachus in Vita Sanctæ Ethildritæ Virginis & uxoris Ecgfridi, quæ an. DCLXXII. in Monaſterium Coldinghamenſe, (ſeu Coludi, quæ Urbs eſt hodiernæ Scotiæ in Marchia, ſeu Merſia,) monitu Sancti Wilfridi & conſenſu Ecgfridi mariti ſeceſſerat. Ibi enim poſtquam per annum commorata eſſet, *Ecgfridus* non leviter ferens divortium ſponſæ dilectæ, cum furore & fremitu ad Monaſterium illud venit, ut eam, ſi poſſet comprehenderet, quod cum non

po-

*vium habuit mutum quemdam, qui jam annis undecim nullum cuiquam verbum fudiſſet. Permiſit autem Dominus tot annis illum ſic permanere in famuli ſui Audoeni honorem, ut per eum facultas ei loquendi reſtitueretur, & diu tacens lingua in Chriſti laudes erumperet. Illi autem muto vir Dei ſignum Crucis impreſſit, caput ejus conſignans; moxque locuta eſt lingua diu tacens. Tum vero inter diſcordes populos inſtaurato pacis fœdere, inde diſcedens in Auſtriam, Virdunum pervenit. Cum autem in ejus urbis Eccleſiam ingrederetur, mulier quædam dæmoniaca vexari cœpit miſerabiliter: frendenſque dentibus in virum Dei, rapido curſu invehebatur. At vir beatus manu caput ejus ſtringens, illico dæmo-*

nium

PAGIUS potuiſſet, *Eboracum rediit; nec deinceps Confeſſorem Dominicum Vvilfridum a ſecretis, ſeu affectu, ut antea, coluit; ſed iram diu tacito contra illum ſub pectore geſſit, & expectata hora ob iſtiuſmodi cauſam cum de Sede ſui Epiſcopatus expulit. Denique cum omni fiducia ad copulam Sancta Regina reverti poſſe deſtitueretur, Elmemburgam ſibi matrimonio copulavit*, inquit Thomas Elienſis cap. 11. Odii fomitem Elmemburgæ avaritia accendit. Wilfrido enim, Eccleſiæ ſcilicet & Monaſteriis, qua Regum, qua Civium pietate, multa accreverant terræ prædia, ſuppellex ſacra, denique divitiæ. Hinc Ecgfridus cœpit Sanctum perſequi, ut teſtatur Eddius Stephanus in Vita Sancti Wilfridi cap. 23. *Regis Ecgfridi Regina nomine Ilmimburg, ſuadente diabolo, invidia tunc temporis torquebatur. Nam de lupa, poſt occiſionem Regis, agna Domini & perfecta Abbatiſſa, materque familias optima commutata eſt. Jam namque de pharetra ſua venenatas ſagittas venefica in cor Regis quaſi impiiſſima Jezabel Prophetas Dei occidens & Heliam perſequens, per auditum verborum emiſit, enumerans ei eloquenter Sancti Vvilfridi Epiſcopi omnem gloriam ejus ſæcularem & divitias, nec non Cœnobiorum multitudinem & ædificiorum magnitudinem, innumerumque ſodalium exercitum regalibus veſtimentis & armis ornatum.* Ita Eddius, qui addit.

XV. *S. Vilfridus appellat ad Sedem Apoſtolicam.* *Talibus itaque jaculis cor Regis vulneratum, ambo callide quærentes Sanctum caput Eccleſiarum in ſuum interitum contemnere, donaque Regum pro Deo a ſe audaciter fraudare; ad auxilium ſuæ veſaniæ Archiepiſcopum Theodorum cum muneribus, quæ excæcant etiam Sapientum oculos quaſi Balach Balaam contra Dei voluntatem invitaverunt. Veniente vero Archiepiſcopo ad eos quid mente agerent in contemtu ejus patentes*, (patefacientes) *& ſine aliquo culpandi piaculo inique damnare (quod abſit) conſenſit. Nam tres Epiſcopos aliunde inventos, & non de ſubiectis illius Parochiæ in abſentia Pontificis noſtri in ſua propria loca Epiſcopatus ſui noviter inordinate ſolus ordinavit* (nempe Boſam ad Deirorum ſedem in Haguſtaldenſi ſeu Lindisfarnenſi Eccleſia; *Eatam* ad Berniciorum Provinciam Eboraci; *Eadhedum* in Provincia Lindisfarnorum, quam nuperrime Rex Ecgfridus ſuperato Wlferio Merciorum Rege obtinuerat, ut videre eſt apud Bedam in lib. 4. cap. 12.) *quo audito Sanctus Pontifex noſter Regem & Archiepiſcopum adiit, interrogans quid cauſæ eſſet, ut ſine aliquo delicti peccato ſuis ſubſtantiis a Regibus pro Deo donatis prædonum more defraudarent. Illi reſponderunt famoſum verbum Pontifici noſtro coram omni populo, dicentes: Nullam criminis culpam in aliquo nocendi tibi adſcribimus; ſed tamen ſtatuta de te judicia non mutamus. Ille vero Epiſcopus noſter tali judicio fraudabili non contentus, cum conſilio Coepiſcoporum ſuorum, judicium Apoſtolicæ Sedis magis elegit: ſicut Paulus Epiſcopus* (Apoſtolus) *ſine cauſa damnatus a Judæis, Cæſarem appellavit. Deinde autem Sanctus Pontifex noſter converſus a tribunali regali, adulatoribus cum riſu gaudentibus dixit: Hoc anniverſario die, qui nunc ridetis in meam pro invidia condemnationem, tunc in veſtra confuſione amare flebitis. Et ſic ſecundum Prophetiam Sancti evenit. Nam eo die anniverſario, Elfvvini Regis occiſi cadaver in Eboricam delatum eſt, omnes, populi amare lachrymantes veſtimenta, & capitis comam lacerabant, & frater ejus* (nempe Ecgfridus) *ſuperſtes uſque ad mortem ſine victoria regnabat.*

Antequam ulterius pergam, aperiendus hic fons erroris omnium hactenus recentiorum Hiſtoricorum, qui *VVilfridi* ex Epiſcopatu dejectionem in annum ſequentem differunt, hac præſertim ratione quod *Elfvvinus* Ecgfridi Regis frater anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono in bello perierit; inde enim inferunt, anno DCLXXVIII. Wilfridum Sede pulſum eſſe. His præivere Antiqui Malmeſburienſis ſcilicet, & Eadmerus, qui eodem ſæculo XI. floruere, & qui hæc Eddii verba: *Hoc anniverſario die, qui nunc ridetis*, &c. non intellexere; ea enim ſic accepere, ac ſi Wilfridus prædixiſſet, anno vertente a ſua ſpoliatione, eodem die, quo ipſe hoc annno Epiſcopatu privabatur, Elfvvinum vita privandum eſſe: *Contigitque, ut anno revoluto eodem die, quo ille præjudicium in Eboraco paſſus fuerat, cadaver Regii adoleſcentis illatum Urbi longum indiceret juſtitium*, inquit Malmeſburienſis lib. 3. de Geſt. Pontif. Angl. pag. 262. ideſt, intermiſſionem, ceſſationem, ſeu ſuſpenſionem felicitatis, lætitiæque proſperorum eventuum. Eadmerus vero num. XXXI. ſic Wilfridum loquentem inducit: *Nec prius hunc annum tranſiiſſe videbitis, quam iſtas, quas ſuper me deriſiones habetis, acerbi mœrore luatis. Quæ Prophetia veritas facta eſt*, &c. Verum nequaquam hoc aſſerit Eddius ſed tantum, anniverſarium diem ſuæ depoſitionis futurum illis, qui eum cachinno inſultabant, diem mœroris & triſtitiæ; quod verum fuiſſet, etiamſi decem annis integris a Wilfridi depoſitione, eodem quo is dignitate dejectus eſt die, *Elfvvinus* occiſus eſſet, aut cadaver ejus in Urbem illatum. Certe inter ſermones S. Leonis Magni quatuor habemus, quorum titulus tam in editis, quam in MSS. pleriſque eſt: *In anniverſario die aſſumptionis ejus ad Romanæ Sedis culmen & onus*, quos nullus dicet uno eodemque die poſt annum ejus ordinationis recurrente habitos fuiſſe. Quid venerit *Theodoro* in mentem in Eboracenſem Sedem ita præſumere, fruſtra hic quæreretur, cum *Theodorus* ipſe morti vicinus peccatum agnoverit, & veniam deprecatus ſit. Quoad *Elmenburgam* Ecgfridi uxorem, Beda in Vita *S. Cuthberti* Epiſcopi Lindisfarnenſis cap. 28. Poſtquam ſuperiori cap. interitum *Ecgfridi*, qui anno DCLXXXV. contigit, memoravit, ait, non multo poſt tempore Cuthbertum *Ligubaliam* veniſſe, *quatinus ibidem ipſam Reginam, dato habitu ſanctæ converſationis, benedicere* de-

XVI. *Præcipua cauſa cur S. Vilfridi depoſitio hactenus anno ſuo reddita non fuerit.*



*nium ejecit, ſanamque illam parentibus reddidit.* Hæc ſunt quæ proxime ejus præceſſiſſe obitum Deus voluit poſt alia multa antea miracula edita, quibus ejuſdem tranſitus veluti divinis ſanctitatis teſtibus illuſtraretur: ſicque factum eſt, ut præcedente vitæ ſanctitate, per iſtiuſmodi ſigna Deo loquente, idem inter ſanctos ab Eccleſia Catholica fuerit adnumeratus, & annis ſingulis repetendus ipſius natalis dies referretur in tabulas (a) Eccleſiaſticas.

(a) *Mart. Rom. die 24. Aug.*



PAGIUS *deberet.* Lugubalia appellatur hodie Carleolum, vulgo *Carliſle.*

XVII. *S. Vilfridum etiam extra Angliam inimici perſequuntur.* Pergit Eddius cap. 24. aitque Wilfridum navem aſcendiſſe, ut Romam proficiſceretur: *Inimici vero noſtri Præſulis malorum ſuorum memores, putantes in Auſtrum ad Quoentavic* (portum & Oppidum Galliæ a Normannis ſolo æquatum, olim ſitum ad oſtium Cantiæ ſeu Cuentæ amnis, vulgo *Canche*) *navigantem, & via rectiſſima ad Sedem Apoſtolicam pergentem, præmiſerunt Nuncios ſuos cum muneribus ad Theodoricum Regem Francorum, & ad Efruinum* (Ebroinum) *impium Ducem, ut aut exilio majori damnarent, aut occiſis ſociis omni ſubſtantia ſua ſpoliarent. Deus enim* (ideſt autem) *de manu inimicorum, quaſi de manu Herodis liberavit eum. Nam eo tempore Sanctus Vvulfridus* (Winfridus, ut recte Malmeſburienſis legit) *Epiſcopus de Licitfelda expulſus* (anno ſcilicet DCLXXIV. ut ſuo loco dixi) *ea via pergens venit in manus ſupradictorum inimicorum, quaſi in fauces leonis: captus ſtatim, & omnia pecunia ſpoliatus multiſque ex ſociis ſuis occiſis, miſere ad extremum Sanctum Epiſcopum, nudum dereliquerunt. Putabant enim, ut non erat, illum eſſe Sanctum Vvilfridum Epiſcopum errore bono unius ſyllabæ ſeducti.*

XVIII. *Ebroinus e perſecutoribus S. Vilfridi unus.* *Nam e contrario*, ut ſtatim ſubiicit Eddius cap. 25. *Sanctus Pontifex noſter ſecundum deſiderium ejus, ſlante vento, ab Occidente temperanter verſis navium roſtris, ad Orientem uſque dum in Freis* (nunc Friſiam) *proſpere cum omnibus pervenit: ibique gentilium copiis inventis ab Algiſo Rege eorum honorifice ſuſceptus eſt.* Malmeſburienſis lib. 3. de Geſt. Pontif. Angl. pag. 262. eadem his verbis narrat: *Vvilfridus*, &c. *levi favonio provectus in altum proras in eurum obvertit, ut Friſiam navigaret; exceptuſque a Rege & populo honorifice ibidem hyemem, quæ imminebat, exegit*, cujus initium Angli teſte Beda lib. de Ratione Temp. cap. 23. a *VII. Idus Novembres* repetebant. Malmeſburienſi conſentit Beda lib. 5. cap. 20. ubi ait, *Vvilfridum* navem conſcendiſſe *ſlante Favonio*, & pulſum eſſe *Freſiam*, indeque colligo, eum ineunte autumno, menſe ſcilicet Septembri depoſitum fuiſſe, & ante Kalendas Novembres in Friſiam appuliſſe. Tum Eddius cap. 26. *Eodem quoque tempore Efruinus* (Ebroinus) *Dux Theodorici Regis Francorum miſit Nuncios ſuos cum literis ad Algellum Regem Freis, ſalutans eum verbis pacificis, promittenſque ei ſub jurejurando modium plenum ſolidorum aureorum dare pretium utique ſceleſte, ſi Vvilfridum Epiſcopum aut vivum deductum, aut caput ejus occiſi ſibi emiſiſſet. Statimque Rex præſentibus nobis* (vides Eddium eorum quæ narrat teſtem occulatum eſſe) *& Nunciis coram populo ſuo in Palatio epulantibus, omnibuſque audientibus, legi literas juſſit: poſt lectam vero Chartam, accipiens inter manus ſuas, cunctis videntibus diſcedens diſſipavit, & in ignem coram ſe ardentem proiecit, dicens portitoribus: Enunciate Domino veſtro hoc modo me dicentem: Sic rerum Creator Regnum & vitam in Deo ſuo perjurantis pactumque initum non cuſtodientis ſcindens deſtruat, & conſumens in favillam devellat: deinde autem Nuncii cum confuſione a Rege non conſentiente piaculo, ad Dominum ſuum unde venerant, redierunt.* Tota hyeme *Vvilfridus* in Friſia Gentilibus Evangelium annunciavit, uti anno ſequenti videbimus.

I. Donus Papa moritur. SExcenteſimus ſeptuageſimusoctavus annus Redemptoris ſexta Indictione numeratur, quo tertio Idus Aprilis moritur Donus Papa, cum ſediſſet annum unum, menſes quinque, dies decem. Porro ejus reliquas res geſtas Anaſtaſius ita narrat: *Hic atrium B. Petri Apoſtoli ſuperius, quod eſt ante eccleſiam, in quadriporticum magnis marmoribus ſtravit: ſed & eccleſiam Apoſtolorum ſitam via Oſtienſi (ut decuit) reſtauravit atque dedicavit, itemque eccleſiam ſanctæ Euphemiæ poſitam via Appia ſimiliter dedicavit: clerum diverſis ordinibus & honoribus ampliavit. Hic reperit in urbe Roma, in monaſterio quod appellatur Boetianum, Neſtorianos monachos Syros, quos per diverſa monaſteria diviſit*, ad pœnitentiam ſcilicet. *In prædicto monaſterio monachos Romanos inſtituit.*

II. Epiſc. Raven. ſubdidit ſe Rom. Pont. *Hujus temporibus Eccleſia Ravennas, quæ ſe ab Eccleſia Romana ſegregaverat cauſa primatus, denuo ſe priſtinæ ſedi Apoſtolicæ ſubjugavit; cujus Eccleſiæ Præſul nomine Reparatus eveſtigio, ut Deo placuit, vitam finivit.* Subdit de cometa, qui ejus tempore apparuit per menſes tres, quem peſtilentia ſubſecuta eſt, de qua inferius dicturi ſumus. Ad poſtremum hæc de eodem: *Fecit ordinationem unam, creavit presbyteros decem, diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca numero ſex. Ceſſavit Epiſcopatus ejus menſes duos, dies quindecim.* Hucuſque Anaſtaſius. Verum ad aliquot menſes amplius propagaſſe ſedem Donum Pontificem, epiſtola Conſtantini Imperatoris ad ipſum ſcripta exiſtimare ſuadet, cum data reperiatur hoc eodem anno pridie Idus Auguſtas, Indictione ſexta. Quæ enim ratio patitur, ut poſt menſes quatuor adhuc latuerit Imperatorem obitus Romani Pontificis? At de ejuſdem Imperatoris epiſtola ad Donum Pontificem data agamus.

III. Conſtantinus Imper. agit de pace Eccleſ. Haud enim Deo ingratus exiſtens Conſtantinus Catholicus Imperator, de acceptis ab eo beneficiis has immolandas hoſtias ipſi gratiſſimas exiſtimavit, ut Monothelitarum ingruentem hæreſim commendare penituſque ſepelire curaret, & Orientalem Eccleſiam ea ex cauſa a Romana diviſam, Catholicæ fidei compagine eidem Catholica communione conjungeret, barbaris omnibus qui hactenus poſt longiſſimi temporis ſpatium Romanum devaſtarant Imperium, jam pace firmatis, & Sarracenis redditis tributariis, quæ tanta quis prudens neque animo concipere valuiſſet. Tot igitur tantiſque acceptis a Deo Imperator Catholicus beneficiis, quæ nec ſperari poſſe videbantur, nihil antiquius habuit, quam bene uti conceſſa divinitus pace, ad comprimendum nimirum exortum inter Chriſtianos civile bellum, inteſtinamque diſcordiam effugandam: cujus rei gratia litteris compellandum Pontificem Romanum exiſtimavit, ipſum inquam quem adhuc putabat ſuperſtitem eſſe Donum. Extant ipſæ integræ ante ingreſſum Sextæ Synodi collocatæ, utpote ad eam Synodum præambulares, quas hic tibi reddendas neceſſitas poſtulat argumenti, ac primum qui eis inſcriptus eſt titulus verbis iſtis:

IV. *In nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Flavius Conſtantinus Fidelis, Magnus, Imperator, Dono ſanctiſſimo ac beatiſſimo Archiepiſcopo antiquæ noſtræ Romæ & univerſali Papæ. Sacra data prid. Idus Auguſtas Conſtantinopoli, Indictione ſexta.*

Ep. Conſtant. Imp. ad Donum Pap. *Per omnia novit veſtra paterna beatitudo & plures veſtræ ſanctæ Eccleſiæ antiquæ Romæ, quia ex quo juſſit Deus principaliter nos imperare, dum voluiſſent quidam motionem facere de verbis, de quibus eſt contentio pro dogmate pietatis inter partes tam ſanctæ veſtræ Eccleſiæ, quamque hujus ſanctæ magnæ Eccleſiæ, ut ambigerent: & hoc prohibuimus fieri, tempore non admittente, cognoſcentes quod ex particulari contentione non ſolum unitas fieri non poſſet, ſed magis malum accreſceret. Et licet animo doleremus ultra omnem dolorem tam pro exprobratione, quæ nobis ob hoc ab inimicis inferebatur, & propter ipſam veritatem, quod Pontifices ſecundum nos & Orthodoxus noſter populus propter quaſdam novitates vocum in ſchiſma incidiſſent, exultatioque ex hoc fieret impiis hæreticis: attamen Deo noſtro commiſimus, ipſo pro nobis potiora providente, & dum ejus benignitas juſſerit, correctionem hujus rei fieri, tunc nobis donante opportunitate temporis ad generalem collectionem faciendam utrarumque ſedium: quatenus conſiderantibus eis definitiones ſanctarum quinque Synodorum, & editiones ſanctorum probabilium Patrum, ſatisfacerent ſemetipſis, & convenirent in uno ore, unoque corde ad glorificandum honorificum nomen Dei noſtri.*

V. Cur non ſcripſerit Theodorus fidei profeſſionem. *Sed quoniam ſicut homines cogitamus, ſicut autem jubet Deus, omnia perfecit; ipſe enim novit futura, & quæque nobis expediunt: ſic ei placitum eſt, ut ad effectum perducantur: cognoſcere facimus veſtram paternam beatitudinem, quod dum ordinatus eſſet Theodorus ſanctiſſimus, & beatiſſimus Patriarcha a Deo conſervandæ hujus noſtræ regiæ urbis, ſuggeſſit noſtræ ſerenitati, ſuſpectum ſe eſſe dirigere conſueta Synodica ad veſtram paternam beatitudinem, ne forte non recipiantur, ſicut & ſub prædeceſſoribus ejus Patriarchis factum eſt. Sed quia magis prævidit adhortatoriam epiſtolam facere ad veſtram paternam beatitudinem, quam & direxit, cujus per omnia ſcientiam habet veſtra paterna beatitudo, & non prævidimus per præſentem noſtram piam Sacram de hujuſmodi epiſtola uti multiloquio.*

VI. Explorat Imp. diſſidii cauſam. *Sed poſtquam directa eſt eadem epiſtola ad veſtram paternam beatitudinem, interrogavimus eumdem ſanctiſſimum & beatiſſimum Patriarcham, & Macarium ſanctiſſimum Patriarcham civitatis Theopolitanæ, quænam eſſet difficultas, quæ provenerat inter veſtram paternam beatitudinem, ſeu veſtram Apoſtolicam ſedem & ipſos, olim omnibus expletis, quæcumque ſunt de immaculata noſtra & incommutabili Chriſtianorum fide, tam per doctrinam ſanctorum Apoſtolorum, quam per definitionem ſanctarum quinque Synodorum, & doctrinam ſanctorum ac probabilium Patrum, & omnibus hæreſibus jam manifeſtatis atque condemnatis, & nullo deinceps remanente modo, quo poſſit, diviſio aut ſchiſma ſanctæ & immaculatæ noſtræ fidei inferri: ſatisfecerunt nobis iidem ipſi ſanctiſſimi Patriarchæ, quod verba quædam novitatis intromiſſa ſunt, aliquibus*

---

PAGIUS SÆC. VII. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6171.

Anno Eræ Hiſpan. DCCXVI. Anno Hegiræ LIX. inchoato die 23. Octob. fer. 7. A.C. 678.

☉ 15. C. ☽ 14. P. 18. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 678.

AGATHONIS PAPÆ I.

CONSTANTINI POGONATI IMP. II.

I. *Poſtconſulatus.* HIc annus iſta formula notatus: *XXV. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus XI. & Imperii Heraclii ac Tiberii fratrum ejus an. XX.*

II. *Moritur Donus PP.* Ad num I. & ſeq. Anaſtaſius tradit, *Donum* Papam ſediſſe *annum unum, menſes quinque, dies decem*, cui ſuffragantur Luitprandus, Ordericus lib. 2. Regino, Honorius Auguſtodunenſis, Hermannus Contractus, Catalogus Vaticano-Palatinus, aliique. Addit Anaſtaſius, eum ſepultum eſſe *ad B. Petrum Apoſtolum ſub die III. idus Aprilis*, die ſcilicet undecima ejuſdem menſis. Quare cum die prima Novemb. anni DCLXXVI. ordinatus fuerit, mors ejus incidit in diem, quo illum ſepultum Anaſtaſius aſſerit. Verum quidem eſt, Baronium, qui recte *Doni* mortem hoc anno collocavit, ſcribere ad aliquot menſes amplius Sedem eum propagaſſe, Epiſtolam Conſtantini Imp. ad ipſum ſcriptam oſtendere; *cum data*, inquit, *reperiatur hoc eodem anno pridie Idus Auguſtas, Indictione VI. quæ enim ratio patitur, ut poſt menſes quatuor adhuc latuerit Imperatorem obitus Romani Pontificis?* Verum hæc ejuſdem Epiſtolæ appendix, *data pridie Idus Auguſti Conſtantinopoli, Indictione VI.* ideſt currenti anno, nec in Græco, nec in veteri Latina verſione juxta editionem Pariſinam anni MDXXIV. habetur: deſumta autem hæc vetus verſio ex Codice MS. Bellovacenſi, cui ad calcem Concilii prædicti additur: *Scriptus eſt hic codex temporibus Domini Sergii Sanctiſſimi ac Beatiſſimi Papæ, & in Patriarchio S. Eccleſiæ Romanæ reconditus.* Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico, ubi *Doni* ordinationem in diem quartum Octobr. anni ſuperioris diſtulit, coactus eſt ejus mortem in diem XIII. Martii ſequentis Chriſti anni differre. Poſt *Doni* mortem ceſſavit Pontificatus *menſes duos, dies XV.* ut ait Anaſtaſius, & ex eo Ordericus. Quare S. *Agatho natione Siculus* ordinatus eſt die viceſima ſeptima menſis Junii, in quam hoc anno Dominica incidebat: diem enim emortualem *Doni* Anaſtaſius ut alibi ſæpe, ab Interpontificio excludit. Porro Hermannus Contractus juxta editionem Caniſii mortem Doni & Agathonis initium cum hoc anno recte connectit.

III. *Imperator pace cum Saracenis & Bulgaris confecta de pace Eccleſiæ cogitat.* A num. III. ad XIII. Hoc anno pax Romanos inter & Saracenos conſtituta, ut probavimus ex Theophane anno DCLXXVI. n. XIV. Poſt eam *quies & tranquillitas maxima tam in Oriente quam in Occidente obtinuit*, inquit Theophanes ad annum Conſtantini IX. Quamobrem Imperator id præ cæteris ſummo ſtudio procuravit, *ut Sanctæ Dei Eccleſiæ diſſidium ubique pace a temporibus Heraclii Imp. proavi ſui & veſani Sergii, & Pyrrhi, qui Conſtantinop. Throno indigne præfecti unam voluntatem, unamque item actionem in Domino Deo Salvatore Noſtro Jeſu Chriſto docebant, in unionem atque concordiam revocaret.* Quæ tamen verba ſcribit Theophanes poſtquam locutus eſt de bello Bulgarico anno Incarnat. ſecundum Alex. DCLXXI. Kalendis Septemb. anni Dionyſiani DCLXXIX. inchoato, non ſine Imperii Romani detrimento profligato. Ad illud reſpicit Conſtantinus in Epiſtola, quam ad Donum Papam ſcripſit anno currenti, ut videtur, cum ea Romam non pervenerit, niſi Dono jam mortuo. Integram recitat Baronius, in qua num. XI. dicit Imperator, *ſpem habemus in Coronatore Deo Noſtro, quia dum prævideri ſuper hoc ferventem noſtrum affectum* (in pace ſc. Eccleſiæ procuranda) *ejus benignitas etiam ingruentes nobis perturbationes gentium ſedabit*, ubi eum Bulgaros innuere recte vidit Baronius.

IV. *Novæ Bulgariæ exordium.* Pluribus de Bulgaris agunt Theophanes loco laudato, & Nicephorus in Hiſtoria pag. 22. Ad Meotidem paludem, juxta Cophinem fluvium ſita erat *Magna Bulgaria*, cujus Princeps Conſtantis Conſtantini Pogonati patris tempore relictis quinque filiis obiit. Hi poſt patris mortem ſeorſim a ſe invicem populi Bulgarici partem regere voluere, & tertius traductis copiis ultra Euxinum mare venit, ubi *Baianum* in ſuam poteſtatem redegit. Inde cum Bulgari Danubium tranſiiſſent, & *ad Barnam, quæ prope Odyſſum, & eminentiora illa mediterranea eſt*, perveniſſent, ibi caſtra metati ſunt. Quibus rebus aucti atque confirmati, Thraciæ Oppida, locaque omnia populantur. *Quare Imperator annua penſitatione promiſſa pacem cum iis facere coactus eſt*, inquit Nicephorus citatus, idque *cum dedecore Romani Imperii*, ait Zonaras; quod & Cedrenus habet.

*bus quidem ex imperitia hæc introducentibus, aliquibus vero incongrue ſcrutantibus incomprehenſibilia opera Dei; & quia ex quo hæc verba moveri cœperunt & uſque hactenus utraque ſedes inter ſe minime convenerunt, ut inquirentes ſibimet ſatisfacerent pro veritate.*

VII. Quid Orthodoxi agere debeant.

*Propter viles igitur inquiſitiones non ſit infinita contentio; ne nobis inſultent Pagani & hæretici, neque in nobis uſquequaque locum accipiant ſemina adverſarii: cadens namque ab humano genere, quod ei ſerviebat, & confuſus per apparitionem Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, etiam in his confundetur per ſtudium veſtræ paternæ beatitudinis. Et ſecundum quod ſcriptum eſt (a), deponentibus nobis omnem zelum, & omnem contentionem, omnemque invidiam, veritati concurramus. Veritas enim Deo chara eſt, & ſecundum Domini vocem (b): Quicumque voluerit omnium primus eſſe, ſit omnium miniſter. Et iterum dictum eſt (c): In hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem.*

(a) 1. Pet. 2.
(b) Mat. 20. & Marc. 9. 10.
(c) Joan. 13.

VIII. Imperatoris exhortatio.

*Poſtquam igitur tempus recipit perfectam congregationem fieri, hortamur veſtram paternam beatitudinem per præſentem noſtram piam Sacram dirigere viros utiles, modeſtos, notitiam habentes totius a Deo inſpiratæ doctrinæ, & peritiam irreprehenſibilem habentes dogmatum, indutos perſonam veſtræ Apoſtolicæ ſedis, ejuſque Concilii, deferentes & libros, quos oportet proferri, & omnem auctoritatem habentes: quatenus convenientes cum hic poſito ſanctiſſimo ac beatiſſimo Patriarcha, & Macario ſanctiſſimo Patriarcha Theopolitanæ civitatis, perſcrutentur cum omnia manſuetudine & modeſtia, & per gratiam ſancti Spiritus veritati inſiſtere & conſentire, munitionem habentibus eis, qui huc advenerint ex parte ſedis veſtræ per præſentem noſtram piam Sacram. Per Deum enim omnipotentem non eſt apud nos partis cujuſlibet favor, ſed æqualitatem utriſque partibus conſervabimus, nullatenus neceſſitatem facientes in quocumque capitulo eis qui a vobis diriguntur quoquo modo, ſed & omni honore cum competenti munificentia & ſuſceptione dignos eos habebimus. Et ſi quidem utrique convenerint, ecce & bene; ſin autem minime convenerint, iterum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus; de cætero nos excuſantes in judicio Dei imminente nobis, juxta quod conſtituti ſumus ſervare fidem ſanctam & immaculatam, quam percepimus (unoquoque proprio ſenſu abundante) rationem reddituri ante ſanctum & terribile tribunal Dei noſtri. Invitare enim & rogare poſſumus ad omnem commendationem, & unitatem omnium Chriſtianorum, neceſſitatem vero inferre nullatenus volumus.*

IX. Qui cauſam cognituri eſſent.

*Per perſonas vero quæ dirigentur a paterna veſtra beatitudine, ita decernat: Ex veſtra quidem ſancta Eccleſia (ſi utique videtur ei) tres perſonas; quod ſi plures, quantæ ei placuerint, dirigat; de Concilio vero uſque ad duodecim Metropolitas Epiſcopos; de quatuor vero monaſteriis Byzacenis, ab unoquoque monaſterio monachos quatuor. Nam ſi receperit tempus, ut dictum eſt, perfectam congregationem ſtuduiſſemus facere: ſed quoniam tempus non admiſit, Deus autem noſter proprio conſilio protulit quod nos differebamus, in hoc tempore per omnia jubemus veſtram paternam beatitudinem minime effici impedimentum voluntati Dei, ſed eos dirigere. Sic enim ſperamus in ejus benignitate, quoniam qui voluerit hujuſmodi capitulum moveri in præſenti, per Spiritum ſanctum concedere habet, ut veritas clareat, & inſtruantur omnes ſine ſchiſmate, & contentione veritatem profiteri, & uno ore, unoquoque corde glorificare nos omnes ejus bonitatem. Tacere quippe hoc, terribile æſtimamus: ut ne plebs, quæ ut ſanctificetur, accedit ad ſanctas Dei Catholicas & Apoſtolicas Eccleſias, contrariis congregationibus occupetur, conſiderans Antiſtitum adinvicem diſſonantiam.*

X. Quid conati ſint Hæretici Patriarchæ.

*Multam nobis inſtantiam fecerunt tam hic ſanctiſſimus Patriarcha, quamque Macarius ſanctiſſimus Patriarcha Theopoleos, ut eiiceretur Vitalianus beatiſſimus e diptychis, aſſerentes Honorium memorari in diptychis propter honorem Apoſtolicæ ſedis antiquæ noſtræ Romæ. Nam non acquievere, ut memorentur Patriarchæ qui poſtmodum fuerunt in prædicta ſancta Romana Eccleſia, donec conquiſitio, & ſatisfactio proveniat verborum, de quibus contenditur inter utraſque ſedes, & ita veſtra beatitudo conſequenter memoretur. Sed hoc non acquievimus, id eſt, ut eiiceretur idem Vitalianus e diptychis: hoc quidem, utpote omnem æqualitatem ſervantes, & utroſque Orthodoxos habentes: hoc autem & propter collatam nobis charitatem ab eodem Vitaliano, dum ſupereſſet, in motione tyrannorum noſtrorum. Sed ſic polliciti ſumus prædictis ſanctiſſimis Patriarchis, quod per omnia diriget veſtra paterna beatitudo homines, qui debeant conquirere cum ipſis; & tunc ſecundum quod claruerit, perfecta diſpoſitio fiet: nam hoc nullo modo nos acquieſcere, ut idem beatiſſimus Vitalianus eiiceretur.*

XI.

*Hoc cognoſcens veſtra paterna beatitudo, ſtudeat ſequi voluntatem Dei: ſicut enim prædictum eſt, ſpem habemus in coronatore Deo noſtro, quia dum præviderit ſuper hoc ferventem noſtrum affectum, ejus benignitas etiam ingruentes nobis perturbationes gentium ſedabit. Omnem vero concurſum venientibus juſſimus præ-*

bere



*bere Theodorum glorioſum Patricium & Exarchum Chriſto amabilis noſtræ Italiæ provinciæ, tam in navi, quam in expenſis & omni utilitate eorum; & ſi neceſſitas exegerit, etiam caſtellatos dromones præbere ad eorum munimen: ut ex omnibus illæſi & ſine periculo, Deo cooperante, iidem ad nos perducantur.* Et ſubſcriptio. *Divinitas te ſervet per multos annos, ſanctiſſime ac beatiſſime Pater.* Hactenus Imperatoris ad Donum Papam epiſtola ſcripta, reddita vero (ut dictum eſt) ſucceſſori ejus Agathoni, illo jam vita functo.

XII. Bulgarorum irruptio prima.

Quod autem in hac epiſtola Imperator queritur de perturbationibus ex tumultu bellorum rurſum exortis; cum ait: *Ejus benignitas ingruentes nobis perturbationes gentium ſedabit.* Sciendum eſt hos fuiſſe Bulgaros hoc anno undecimo Conſtantini Imperatoris in Romani Imperii provincias irrumpentes. Hoc quidem anno id accidiſſe, teſtatur Theophanes, apud quem hoc anno undecimo ejuſdem Imperatoris leguntur: *Hoc quoque anno Bulgarorum gens ſupervenit in Thraciam, &c.* Pergit dicere de origine Bulgarorum, quos duplicis fuiſſe generis tradit, Onogundurenſes ſcilicet, & Contragenſes, ex Septemtrionalibus Euxini ponti partibus oriundos: dictoſque a Bulga flumine, teſtatur Cedrenus.

Pax ſancita cum Bulgaris.

Quomodo vero iniqua conditione cum ejuſmodi barbaris tranſegerit Imperator, ut quies daretur & pacatum tempus celebrandi Concilii, ita Theophanes ſubdit: *Vi coactus Imperator pacem fecit cum eis, annua illis præbere pacta pollicitus in confuſionem Romanorum ob multitudinem delictorum. Mirabile quippe ipſo auditu erat, ut is qui omnes tributarios ſibi ſtatuerat, tam videlicet eos qui ad Eoum & Occaſum, quam qui ad Arctum & Meſembriam commorabantur, ab iſta deteſtabili gente fuerit ſuperatus. Verum Imperator ita quidem ex providentia Dei hoc Chriſtianis contigiſſe credens, pacem fecit, & fuit uſque ad obitum ſuum quietus a cunctis oſtibus; ſtudium habens præcipuum uniendi univerſas Eccleſias Dei, quæ ubique diviſæ fuerant a temporibus Heraclii proavi ſui, &c.* Ut igitur indictam Synodum proſequi Imperator poſſet, pacem indignis licet conditionibus tranſegit cum Bulgaris.

XIII.

Hoc cum factum, peccatis exigentibus, Theophanes dixerit: nullum gravius & magis evidens peccatum extitit, quam quod Catholicus Imperator paſſus hactenus fuerit ſedere Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Præſulem Theodorum Monothelitam hæreticum, qui & eo temeritatis progreſſus fuit, ut poſt Honorium neminem Romanorum Pontificum paſſus ſit in ſacris diptychis reperiri, nuperque contra expreſſam ipſius Imperatoris juſſionem Vitalianum Papam ex eiſdem eraſerit. Non ferens vero tantam viri procaciam Imperator, eum ceſſare protinus voluit, atque in locum ejus Georgium ſubrogavit, qui præſens poſtea fuit Sextæ œcumenicæ Synodo. Tu vero corrigas, quod apud Nicephorum legitur, ſediſſe Theodorum annos duos & menſes tres, ut loco duorum ponas duodecim: ad hoc namque tempus uſque perveniſſe, litteræ ejuſdem Imperatoris ad Donum Pontificem datæ (ut diximus) docent.

Theodorus eiicitur, Georgius ſubrogatur

XIV. Sacrum ſudarium capitis Chriſti inventum.

Hoc eodem anno undecimo Conſtantini Imperatoris moritur Mahuvias Princeps Sarracenorum relinquens regni ſucceſſorem Gizid filium ſuum. Hujus autem Mahuviæ tempore inventum fuiſſe ſacroſanctum ſudarium capitis Redemptoris, Beda teſtatur in libello de locis ſanctis ſcripto relatione Archulphi Epiſcopi, quem his ferme diebus loca ſancta viſitaſſe teſtatur. Porro rem geſtam ita deſcribit (a): *Sudarium capitis Domini poſt reſurrectionem ejus mox Chriſtianiſſimus quidam Judæus furatus, uſque ad obitum, divitiis ſibi affluentibus, habuit. Qui moriturus interrogat filios, qui Domini ſudarium, qui cæteras patris velit accipere divitias. Major theſauros rerum, minor elegit ſudarium. Et mox illi decreſcunt opes uſque ad paupertatem, fratri autem cum fide creſcunt & opes quod uſque ad quintam generationem fideles tenuere. Hinc ad impios perveniens, divitias tantum auxit, ut Judæis, &*

hoc

(a) Beda de loc. ſanct. c. 5.

PAGIUS V. *Theodorus pellitur Epiſcopatu Conſtantinop.*

Ad num. XIII. Imperator *Theodorum* Patriarcham Conſtantinopolitanum, incertum qua de cauſa, e Sede dejecit, & *Georgium* in ejus locum ſubrogavit, qui cum initio Sextæ Synodi tertium Sedis annum ageret; ut infra videbimus, non dubium quin eamdem præſenti anno inierit. Zonaras numero rotundo loquens *annos duos* Theodoro attribuit; Nicephorus vero in Chronico *annos duos, & menſes tres*. Sed Baronius, qui annos decem *Petro* uni e Deceſſoribus Theodori ademerat, loco *annos duos annos duodecim* legendum contendit, quod ex dictis, dum de eodem *Petro* locuti ſumus, ſuſtineri non poſſe conſtat. Quando hoc anno Conſtantinus ad *Donum* Papam ſcripſit, *Theodorus* adhuc Eccleſiam Conſtantinopolitanam regebat. An vero ob hæreſim, quod Baronius arbitratus eſt, depoſitus fuerit, vel ob aliam cauſam infra examinabimus.

VI. *Obitus Maviæ Kalifæ Saracenorum.*

Ad num. XIV. Theophanes anno Incarnationis ſecundum Alexandrinos DCLXXI. qui Kalendis Septembris ſequentis Chriſti anni inchoatur, ait: *Hoc anno menſis Aprilis die ſexto, Indictione prima, Mavias primus Saracenorum Rex letho extinctus eſt. Gentis ſuæ Ducem ſe geſſit annos viginti. Ameram ſe renunciavit annos viginti quatuor: Izid vero ejus filius poſt eum Principatum obtinuit.* Verum loco, *Indictione prima*,

ma,

*hoc multo tempore: donec poſt longa litigia, quibus Chriſtiani Judæi ſe Chriſti, infideles vero ſe patrum ſuorum affirmabant hæredes, Mahuvias Sarracenorum Rex, qui noſtra ætate fuit, judex poſtulatur. Qui accenſa grandi pyra, Chriſtum judicem precatur, qui hoc pro ſuorum ſalute ſuper caput habere dignatus eſt. Miſſum ergo in ignem ſudarium veloci raptu effugiens evolat, & ſummo in aere diutiſſime quaſi ludendo volucritans, ad ultimum cunctis utrinque intuentibus, ſeſe leviter in cujuſdam de Chriſtiana plebe ſinum depoſuit: quod mane mox totus populus ſumma veneratione ſalutabat & oſculabatur. Habet autem longitudinis pedes octo. Aliud quoque aliquanto majus linteum in eccleſia illa veneratur, quod fertur a ſancta Maria contextum, duodecim Apoſtolorum & ipſius Domini continens imagines, uno latere rubro, & altero viridi.* Hucuſque Beda, qui de rebus patriis hiſtoriam cum proſequitur, hæc habet de iis quæ hoc anno contigerunt (*a*):

Linteum cum ſacris imaginibus.

(*a*) *Beda l. 4. cap. 12.*

XV.

*Anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo ſeptuageſimooctavo, qui eſt annus Imperii Regis Ecgfridi octavus, appa-*

*ruit*

PAGIUS *ma*, legendum, *Indictione octava*, & loco, *menſis Aprilis*, legendum, *menſis Arthemiſii*, uti in Græco habetur, ideſt, *menſis Maji*. Mavias enim tam ſecundum Theophanem, quam ſecundum Elmacinum in Hiſtoria Saracenica, mortuus eſt anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo, ſeu, ut habet Elmacinus, *anno Hegiræ LX*. Mavias *Izitum* filium ſuum inſtructiſſimæ Claſſi præfecit, ut Conſtantinopolim obſideret, ſed irrito conatu, ut ſuo loco oſtendi.

VII. *S. Vilfridus Evangelium Friſiis annunciat.*

Ad num. XV. & ſeq. Cometa, quem Auctores Anglici Eboracenſis Eccleſiæ, quæ ſecuta eſt, diſtractionem ſignificaſſe exiſtimant, & Sancti *VVilfridi* ex Epiſcopatu Eboracenſi dejectio pertinent ad annum ſuperiorem, ubi de iis egimus, oſtendimuſque vulgatos Bedæ Codices in anno Incarnationis exprimendo hac in parte mendoſos eſſe. Wilfridus poſt depoſitionem in Friſiam venit, ubi teſte Eddio, qui eum comitabatur, in ejus Vita cap. 25. cum licentia Algiſi Regis Pagani *Verbum Dei gentibus quotidie prædicavit. Deinde eo anno accepta prædicatione omnes Principes, exceptis paucis, & multa millia vulgi in nomine Domini baptizavit: & primum ibi, ſecundum Apoſtolum, fundamentum fidei poſuit, quod adhuc ſuper ædificat filius ejus in Rypis nutritus, gratia Dei VVibrordus Epiſcopus, multo labore deſudans, cujus merces manet in æternum*, inquit Eddius Sanctum Wilbrordum traditum fuiſſe Riobenſis Monaſterii fratribus, *religioſis ſtudiis & literis erudiendum*, ibique Monachum induiſſe, teſtatur Alcuinus in Vita Sancti Wilbrordi lib. 1. cap. 1.

VIII. *Hiemem in Friſia tranſigit.*

*Poſtquam Deo amabilis Pontifex noſter in Freis* (ideſt Friſia) *hyemaverat, populum multum Domino lucratus; verno tempore adveniente* (currentis ſc. Chriſti anni) *cœptum iter, Deo adjuvante, ad Sedem Apoſtolicam cum comitibus carpebat, veniens ad Francorum Regem nomine Daegbercth, qui eum cum honore manſuetiſſime pro meritis ejus anteactis in eum ſuſcepit*, inquit Eddius cap. 27. cui ſuffragatur Beda lib. 5. cap. 20. ubi de Wilfrido in Friſia Evangelium prædicante loquens ait: *Ibi ergo hyemem cum nova Dei plebe feliciter exigens, ſic Romam veniendi iter repetiit*. Malmesburienſis lib. 3. de Geſt. Pontif. Angl. politiori ſtylo reddere tentavit, quæ ab Eddio mutuatus fuerat, his verbis: *Jamque ſe verna temperies aperiebat in flores, cum Vvilfridus*. &c. Ante medium menſem Martium Wilfridus itineri Romano ſe ſe commiſerit; quod non ſine Divinæ providentiæ ductu evenit; nam ſi in Auſtraſia diutius remanſiſſet, non dubium quin ibi cum amico ſuo *Dagoberto* Rege occiſus fuiſſet. Addit Malmesburienſis, *Vvilfridum* itinere reincœpto ad *Dagobertum* Transrhenanorum Francorum Regem veniſſe. Certe *Transrhenani* iſti vere erant Franci, quos Rhenus a Friſonibus diſterminabat, *Vvilfridi* ſc. in Friſia hyemantis reſpectu. Franci trans Rhenum habitabant, quos ideo recte *Transrhenenſes* Malmesburienſis appellavit. Inter Francos vero Rheno & Friſonibus viciniores erant incolæ Parochiarum ſeu Diœceſeon Tungrenſis & Colonienſis, & quæ in *Theodorici* Regis, & *Ebroini* hoſtium Wilfridi poteſtate amplius tunc non erant, quia ipſas ſui juris *Dagobertus* II. fecerat. Provincia iſta, a Romanis *Germania inferior* dicta, & poſtea apud Gregorium Turonenſem *Tungria* ſeu *Thoringia* appellata, adhuc ſub Ebroini tyrannide gemebat paulo poſt mortem Childerici Regis; cum tunc temporis *Ebroinus* Sanctum Lantbertum Sede ſua Trajectenſi ſpoliarit. Verum poſtea *Dagobertus* hanc Provinciam cum reliquis a *Theoderico* uſurpatis, & ad Auſtraſiam pertinentibus bello vel pace inter ambos Reges anno ſuperiori compoſita receperat. Cæterum Dagobertus II. *Rex Adrhenanus* rectius dicitur; cum Auſtraſia cis & ultra Rhenum poſita, licet non tota, potitus ſit.

IX. *S. Vilfridus Romam petit.*

Beneficiorum a Wilfrido acceptorum Dagobertus Rex memor, ab eo petiit, *ut in Regno ſuo Epiſcopatum maximum ad Civitatem Streitburg pertinentem ſuſciperet: & eum nolentem accipere, cum muneribus & donis magnis, & cum Deodato Epiſcopo ſuo Duce ad Apoſtolicam Sedem emiſit*, inquit Eddius cap. 27. Quare vacabat tunc Epiſcopatus Strateburgenſis ſeu Argentinenſis. Florebant hoc tempore duo *Deodati* Epiſcopi, alter Nivernenſium quondam Epiſcopus, alter vero Tullenſium in Regno Dagoberti. Cointius anno DCLXXIX. num. V. exiſtimavit, Auctores Vitæ Sancti Wilfridi intelligendos de *Deodato* Nivernenſium quondam Epiſcopo, quem Monachus Vallis Galilææ in hujus Sancti Pontificis Vita tradit, Epiſcopatum depoſuiſſe, & die viceſima Junii anni DCLXXIX. ad Deum migraſſe. Verum loquuntur illi de *Deodato* Leucorum, ſeu Tullenſium Epiſcopo, ut liquet ex duobus Conciliis Romanis, quibus hoc & ſequenti anno interfuit, ut infra videbimus. Pergentes itaque Sancti Epiſcopi pervenerunt ad *Berchterum Regem Campaniæ*, qui eis ſignificavit Nuncios ſibi e Britannia miſſos, dona maxima promittentes, ſi eos ad Apoſtolicam Sedem tendentes retineret, ut habet ibidem Eddius, qui, uti obſervat Mabillonius in Notis ad illum, loquitur de *Berthárido* Langobardorum Rege, & *Campaniæ* nomine Liguriam intelligit, ob longe patentem camporum planitiem ſic dictam, uti Eulogius Presbyter Cordubenſis in lib. 2. Memorialis Sanctorum cap. 9. *Campaniam Cordubenſem* appellat.

*Per-*



*ruit menſe Auguſto ſtella quæ dicitur cometa, & tribus menſibus permanens matutinis horis oriebatur excelſa radiantis flammæ quaſi columnam præferens.* Hæc Beda, qui hanc ſecutam eſſe poſt ſiccitatem ingentem peſtem tradit, eademque Anaſtaſius Bibliothecarius docet; ſiccitatem vero perduraſſe triennio, ita ut numquam imbribus terra maduerit. Quæ autem digna memoria poſtea acciderint peſtis tempore, ſuo loco dicturi ſumus: modo hujus anni res geſtas eodem auctore proſequamur.

Siccitas ingens.

(*a*) *Beda l. 4. c. 13. & in epitom. hoc anno.*

XVI.

Eodem enim anno (ut idem ſubdit *a*)



*ex-*

PAGIUS X. *Indicitur Romæ Concilium ad ejus cauſam ventilandam.*

*Perveniente igitur Deo amabili Vvilfrido Epiſcopo proſpere cum omnibus ad Sedem prædictam, cauſa adventus ejus perlata Urbe innotuit: quia eo tempore Coenvvald religioſus Monachus a Sancto Theodoro Epiſcopo cum ſuis literis emiſſus Romam venit, & Beatum Agathonem Papam Sedis Apoſtolicæ rerum diſſenſio non latuit. Tunc vero congregantibus Sanctiſſimis Epiſcopis & Presbyteris plus quam quinquaginta in Baſilicam Salvatoris Domini Noſtri J. C. quæ appellatur Conſtantiniana*, Agatho dixit, &c. ut habet Eddius cap. 28. Romam pervenit Wilfridus ante initium menſis Octobris currentis anni; cum primum Concilium Romanum in ejus cauſa eo menſe celebratum ſit, ut liquet ex proœmio ejus a Spelmanno in Conciliis Angliæ publicato: *Imperantibus Dominis noſtris Piiſſimis Auguſtis Conſtantino Majore, Imperatore, anno vigeſimo ſexto, poſt Conſulatum ejus anno decimo, ſed & Heraclio atque Tiberio, novis Auguſtis, ejus fratribus, viceſimo ſecundo, Indictione ſeptima, menſe Octobre præſidente Agathone* &c. Indictio ſeptima Kalendis Septembris hujus Chriſti anni inchoata, ideoque hoc Concilium præſenti anno congregatum, non vero inſequenti, ut in editionibus Conciliorum, & ab omnibus Neothericis, qui de rebus Sancti Wilfridi diſſeruerunt, aſſeritur. Indeque certo innoteſcit, eoſdem dejectionem *Vvilfridi* ex Epiſcopatu Eboracenſi perperam illigaſſe cum præſenti anno, & vulgatos Codices Bedæ, quos ii ſecuti ſunt, hac in parte mendoſos eſſe. Irrepſit etiam error in laudatum proœmium; loco enim *Piiſſimis Auguſtis, Conſtantino Majore Imperatore*, legendum, *Piiſſimo Auguſto Conſtantino Magno Imperatore*; loco, *anno vigeſimo ſexto*, legendum, *anno vigeſimo quinto*; loco, *novis Auguſtis, ejus fratribus, viceſimo ſecundo*, legendum, *a Deo conſervandis ejus fratribus anno vigeſimo*. Quæ emendationes certo ex dictis conſtant.

XI. *In ſuum Epiſcopatum reſtituitur.*

Inter Epiſcopos, qui Concilio interfuere, nominatur in eodem proœmio *Deodatus Tullenſis*. Cauſa Wilfridi ibidem agitata, decretumque, ut is Epiſcopatum ſuum reciperet. In Epiſtola a Joanne Papa ad Ethelredum & Alfridum Reges poſt aliquot annos ſcripta, & ab Eddio cap. 51. recitata, Wilfridum a calumniis adverſariorum abſolutum fuiſſe dicitur: *dudum ſub Apoſtolicæ memoriæ Prædeceſſore noſtro Agathone Pontifice, dum Vvilfridus Epiſcopus ad hanc Sedem Apoſtolicam veniens appellaſſet; præſentibus ejus contrariis* (quorum præcipuus erat Coenwald Monachus ſupra memoratus) *qui a Theodoro venerandæ memoriæ Archiepiſcopo Sanctæ Cantuariorum Eccleſiæ ex hac Apoſtolica Sede mandato, & Hildæ religioſæ memoriæ Abbatiſſæ* (Monaſterii ſcilicet Streaneshalenſis) *ad eum accuſandum huc prius advenerant* (ante menſem ſcilicet Octobrem hujus anni,) *etiam hic Epiſcopi de diverſis Provinciis cum ſuprafato Sancto Pontifice congregati* (menſe Octobri hujus anni) *quæ a partibus dicebantur, regulariter quæſierunt, & ſententialiter decreverunt; eandemque ſententiam Succeſſores ejus* (ſcilicet Agathonis) *Sancti Pontifices Prædeceſſores noſtri ſecuti ſunt*. Idem affirmat Malmesburienſis lib. 3. de Geſt. Pontif. Angl. pag. 267. *Illi viri*, inquit, *quos Sanctiſſimos celebrat Antiquitas, Theodorus, Bertvvaldus, Joannes, Boſa, nec non & Hilda Abbatiſſa digladiabili odio impetierunt Vvilfridum, Deo, ut ex antedictis probatur, acceptiſſimum*. Poſt Concilium hoc, cujus Baronius non meminit ſed tantum abſolutionis *Vvilfridi*, ut videre eſt anno 679. num. IX. juſſus eſt is Romæ reſidere, ut intereſſet Concilio anno ſequenti contra Monothelitas Romæ celebrando.

XII. *Dagobertus II. occiditur.*

Hoc anno *Dagobertus* II. dolo *Ebroini* & conſenſu quorumdam Epiſcoporum inſidioſe occiſus eſt. Rem geſtam narrat Eddius citatus cap. 31. cujus verba anno ſequenti num. XVII. recitamus; annum vero hactenus ignotum, & fere menſem, eruo ex clauſula, quam Mabillonius Tomo IV. Veter. Analect. pag. 233. cum veteribus Formulis Andegavenſibus publicavit ex veterrimo Codice Weingartenſi, annorum amplius nongentorum, in qua annus tertius *Theodorici* Regis, filii Clodovei II. deſignatur his verbis: *A principio mundi uſque ad Paſſionem Chriſti V. millia CCXXVIIII. anni fuerunt. Abinde, peractis Regnum Clodoveo, Chlothario, Theodorigo, & Childerico, a mundi initio anni ſunt V. millia DCCCLXXX. in anno tertio Theodorico Regis*. Eſt hæc Era mundi LXX. Interpretum, ut vulgo appellatur, quæ in Gallia per hæc tempora viguit, cujus anni a Paſchate proficiſcuntur, ut alibi demonſtro. Quare annus ille mundanus V M. DCCCLXXX. abſolutus eſt anno Dionyſiano ſexcenteſimo octogeſimo, & quidem ante diem viceſimam quintam menſis Martii, qua eo anno Paſcha celebratum fuit.

XIII. *Ei Theodoricus III. ſuccedit.*

Quare ſi illo Chriſti anno tertius Theodorici Regis annus ante diem XXV. Martii inchoatus eſt, primus ejus in Auſtraſia regnantis cœpit anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo octavo ante diem XXV. menſis Martii; alioquin anno Chriſti DCLXXX. tertius ejus Regni annus ante Paſcha numerari non potuiſſet. Quæ ſupputatio certa. Præterea Continuator Fredegarii, Vir Auſtraſius, qui, ſicuti Clotarii III. ita & Theodorici III. annos, quibus Monarcha uterque fuit, enumerat, cap. 101. ait: *mortuus eſt Theodoricus Rex, regnavit autem annos XIV.* in Auſtraſia ſcilicet. Theodoricus enim anno DCXCI. poſtquam annos XIX. Neuſtriæ & Burgundiæ præfuiſſet, diem obiit. Quamobrem cum is annos XIV. & quidem utrimque incompletos in univerſa Francia regnarit, mors *Dagoberti* II. Auſtraſiæ Regis, cui ſucceſſit Theodoricus, hoc anno contigit, & quidem, ut ex laudata clauſula colligitur, ante diem XXV. menſis Martii. Utrumque teſtimonium, cum hominum Auſtraſiorum ſit, in dubium revocari non poteſt. Porro Sigebertus in Chronico, cum non animadvertiſſet, Continuatorem Fredegarii numerare tantum annos Monarchiæ tam Clotarii III. quam Theodorici III. ſicuti illi annos IV. ita iſti annos XIV. aſſignavit. Denique notabis, *VVeingartenſe Monaſterium*, quod egregiam illam, quam explicavimus clauſulam, nobis conſervavit, liberum hodie & Imperiale, ut

*no-*

*Vuilfridus prædicat Friſiis.*

exorta inter Vuilfridum Epiſcopum Eboracenſem & Regem Ecfridum diſſenſione, a ſua ſede ille deiicitur, alio in ejus locum ſubrogato. Verum iſta iniuſte paſſus Vuilfridus, Romanum Pontificem appellavit: ad quem profectus, detentus in via prædicatione Evangelica apud Friſios, non ante ſequentem annum pervenit, ut idem teſtatus eſt Beda. Quid vero cum Agathone in Urbe geſſerit, & quomodo cum aliis Epiſcopis in Romano Concilio ſederit, ſuo loco dicturi ſumus. Hic autem de eo, cum diſcedens ex Anglia, conſcendens navim eſt delatus ad Friſios, proſequamur hiſtoriam, quam idem auctor ita breviter proſecutus eſt (*a*): *Romam*, inquit, *iturus Vuilfridus, & coram Apoſtolico Papa cauſam dicturus, ubi navem conſcendit, flante Favonio, pulſus eſt in Friſiam; & honorifice ſuſceptus a barbaris, ac Rege illorum Aldgiſlo, prædicabat eis* Chriſtum; *& mul-*

(*a*) Beda l. 5. c. 20.

PAGIUS notat Mabillonius in Itinere Germanico pag. 39. ſitum eſſe *in* Suevia, quæ ad Regnum Auſtraſiæ *pertinebat*.

XIV.
*Et quidem ante diem XXV. menſis Martii.*

Neque his obſtat, quod hujus anni initio affirmavimus, *VVilfridum* ſcilicet e Friſia in Auſtraſiam verno tempore veniſſe, indeque Romam profectum eſſe: Hiſtorici enim vernum tempus a Februario inchoant, ipſique Angli a die ſeptima Februarii hoc tempore illud exordiebantur, ut teſtatur Beda Eddio coevus lib. de Rat. Temp. cap. 33. cujus verba hic referre operæ pretium ducimus: *Horum autem*, inquit Beda, *principia temporum diverſe ponunt diverſi. Iſidorus namque Hiſpanienſis Epiſcopus hyemem IX. Kalendas Decembris, ver VIII. Kalend. Martias, æſtatem IX. Kal. Junias, autumnum X. Kal. Septembr. habere dixit exortum. Græci autem & Romani, quorum in hujuſmodi diſciplinis potius quam Hiſpanorum auctoritas* SEQUI CONSUEVIT (ſaltem apud Anglos) *hyemem VII. Idus Novembres, ver VII. Id. Febr. æſtatem VII. Id. Maii, autumnum VII. Idus Auguſti inchoare decernunt, hyemis videlicet & æſtatis initia veſpertino vel matutino Vergiliarum ortu occaſuque ſignantes. Item veris & autumni cum Pleiades medio fere die vel nocte oriuntur & occidunt, ponentes ingreſſum.* Dagobertus itaque paulo poſtquam a S. Wilfrido viſitatus fuiſſet, inſidiis interfectus eſt. Cointius ann. DCLXXX. num. II. ſcribit ſe eruere ex Anonymo, qui Hiſtoriam ſeu Geſta Francorum a morte Dagoberti Regis uſque ad ann. Chriſti DCCXXXV. juſſu Childebrandi ſcripſit, *Dagobertum* anno DCLXXX. extinctum, quia *Childebertus* trigeſimo primo poſt anno vitam clauſit; quos anno DCXCII. num. XXXIII. aſſerit, Anonymum illum ita in tres partes dividere, ut *XIV. Theodorico, IV. Clodoveo, XIII. Childeberto aſſignet*. Verum ipſemet Cointius anno DCCXI. num. III. ait, Anonymum illum valde hallucinari, dum annos XIII. Childeberto aſſignat; ſicque Vir doctiſſimus evertit quod jam adſtruxerat. Continuator itaque ille Fredegarii annos XIV. utrimque incompletos, *Theodorico* quatuor fere completos *Clodoveo* III. & ſexdecim etiam fere completos *Childeberto* III. aſſignat, & nonniſi errore Librarii anni XIII. in eo leguntur; cum Auctor ille, qui tum vivebat, ignorare non potuerit, *Childebertum* anno DCCXI. vita functum eſſe. Quare non ſolum Cointio non ſuffragatur, ſed etiam ſententiam noſtram confirmat.

XV.
*Dagobertus II. non Rothomagi, ſed Pariſiis ſepultus.*

Occiſus & cum Dagoberto *Sigibertus* ejus filius, cujus mentio in Vita Sancti Arbogaſti Argentoratenſis Epiſcopi. De utroque intelligendus Continuator Fredegarii cap. 97. ubi ait: *In Auſtria quoque mortuo Vulfoaldo Duce, Martinus Dux, & Pippinus filius Anſigiſli quondam Franci nobilis dominabantur* DEFUNCTIS REGIBUS, *commiſſis invicem Principibus, Ebruino, Martino atque Pippino, adverſus Theodoricum Regem excitantur ad bellum*, ubi *Regum* nomine Auctor intelligit Familiam Regiam, & *Sigibertum* Regem vocat, uti de more filii Regum Reges vocabantur. Fridegodus in Vita S. Audoeni Epiſcopi Rotomagenſis ait, Dagobertum in Eccleſia Rotomagenſi ſepultum fuiſſe: *In iſta Eccleſia*, inquit ſc. S. Audoeni, *requieſcunt Clotarii Regis duæ Reginæ Haldetrudis* (Sichildis potius) *& Beretrudis: itemque Dagobertus filius Sigiberti Regis, quem Grimoaldus totondit: atque etiam Childericus Rex frater Theodorici cum uxore Bilichilde & filia, quos ipſe Vir S. Audoenus illic ſepelierat.* Verum nihil magis a veroſimili alienum, quam credere corpus Dagoberti occiſi in Auſtraſia deductum fuiſſe Rotomagum Urbem trecentis milliaribus a loco ubi is cæſus eſt, diſſitam. Decepit Fridegodum Auctor Anonymus Vitæ S. Lantberti Lugdunenſis Epiſcopi a Mabillonio ſæculo IV. Benedictino editæ, in qua legitur: *Rex Hildericus inſidiis ſatellitum ſuorum, Amalberti videlicet & Ingolberti, ſimulque Bodilonis, nec non & Lupi, aliorumque una cum conjuge ſua vocabulo Biltilde, filioque nomine Dagoberto vita & Regno privatus eſt, quorum corpora prænominatus Maximus* (Pontifex Audoenus ſepelivit.) Hæc poſtrema verba recte adiecit Mabillonius ut mancum ſuppleret apographum, quod ibidem deſinit. Nam de eodem Præſule ibidem paulo ante fit mentio his verbis: *Magnus Rotomagenſis Eccleſiæ Pontifex Audoenus.* Hic itaque ſepelivit corpora horum Principum in Baſilica San-Germanenſi, Pariſiis constructa, non vero Rotomagi, ut perperam eum Auctorem Anonymum Lantberto coætaneum interpretatus eſt Fridegodus; cum noſtra ætate ſepulcra tam *Childerici* quam *Bilichildis* ejus uxoris, in quo & jacebat *Dagobertus* utriuſque filius, reperta fuerint, ut ſuo loco dixi. Sed Fridegodus qui longe poſt hæc tempora ſcripſit, *Dagobertum* filium Childerici, perperam exiſtimavit fuiſſe *Dagobertum* II. Auſtraſiæ Regem, & *Childerico* non filium, ſed filiam attribuit.

XVI.
*De familia Dagoberti II.*

In Vita Sancti *Aviti* Epiſcopi Arvernenſis in Gallia, ſcripta ab Auctore Anonymo ejus æquali, & recitata a Bollando ad diem XV. Januarii, & a Mabillonio Sæculo Tertio Benedictino, dicitur num. IV. *Bonitum* fuiſſe a Sigiberto Auſtraſiæ Rege Maſſiliæ præfectum: *Nec multo poſt accepit a Principe magnum honorem cum gratia. Poſt cujus obitum, filiiſque defunctis, pronepos ejus ſuſcepit ſceptra*, ſcilicet Childericus, qui Sigiberti pronepos, ideſt, fratris Clodovei filius dicitur. Ex his verbis aliqui deduxere, *Dagobertum* II. fratres habuiſſe. Verum ea Vita interpolata fuit hac in parte, cum hæc verba, *filiiſque defunctis* deſint in exemplari, quo uſus eſt Ducheſnius Tomo I. Hiſt. Franc. ubi ante Bollandum & Henſchenium eamdem Vi-

tam



*& multa eorum millia verbo veritatis inſtituens, a peccatorum ſuorum ſordibus fonte Salvatoris abluit: & quod poſtmodum Vuilbrordus reverendiſſimus Chriſti Pontifex in magna devotione complevit, ipſe primus ibi opus Evangelii cœpit. Ibi ergo hyemem cum nova Dei plebe feliciter exigens, ſic Romam veniendi iter repetiit, &c.* Eadem totidem ferme verbis Marcellinus ante Bedam ſcriptis mandavit, dum ſui temporis res geſtas ſancti Suitberti Epiſcopi ſcripſit: in quo ta-

*Ann. Eccl. Tom. XI.* Kkkk 2 men

PAGIUS tam publicavit. Bruſchius in ſua Epitome de omnibus Germaniæ Epiſcopatibus, ubi loquitur de Sancto Arbogaſto Argentinenſi Epiſcopo ait; *Suſcitavit orationibus ſuis a mortuis Sigibertum Dagoberti Regis ex Machtilde Saxonum Duciſſa filium*, &c. Verum nomina Sigiberti & Machtildis matris in MSS. Sancti Arbogaſti Actis non reperiuntur, & *Machtildem*, cujus nomen aliunde accepit, perperam Duciſſam Saxoniæ dicit. *Dagobertus* enim in Anglia uxorem accepit, & uti ex his Bruſchii verbis, quæ bona fide ex aliquo veteri Monumento accepit, deducere eſt, de genere alicujus Principis Anglo-Saxonici.

XVII.
*S. Irmina ejus filia.*

*Sanctam Irminam* primam Abbatiſſam Horrenſis Monaſterii in Urbe Trevirenſi, filiam fuiſſe Dagoberti II. non vero Dagoberti Senioris, ita clare demonſtrarunt Henſchenius & Cointius, ut hac de re dubitandi locus non ſit. *Theofridus* Epternacenſis in ejus Vita teſtatur, Hermannum quemdam Comitem Gallicanum, *conſcripta ſibi ampliſſima dote in Tyraſio* (Gallice Tieraſche) *& aliis locis*, hanc ſibi deſponſaſſe, ſed eum ante diem nuptiarum immatura morte præreptum eſſe, & *Irminam* protinus Chriſtum in Sponſum elegiſſe, & præter dotem privati Comitis, ex paterna vel materna hæreditate Treveri Monaſterium ædificaſſe, quod dicitur *Horreum*. Extat apud Henſchenium lib. 2. *de Tribus Dagobertis* cap. 10. Diploma pro illo Monaſterio emiſſum a Dagoberto II. Sanctæ Irminæ patre, quod tamen in ſubſcriptione interpolatum eſt, ex qua omnia verba præter iſta expungenda; *data VII. Kalend. Septemb. anno Regni Domni Dagoberti II. Actum Treviris in Dei Nomine feliciter. Amen. Signum Dagoberti Regis.* Ait ibi Dagobertus: *Notum fieri volumus, qualiter dilectiſſima filia noſtra Irmina allodium ſuum, quod in Laudunenſi Epiſcopatu* (qui ideo ſuberat Dagoberto II.) *in his locis Luduſa Aneiaz, Balbengeis, VVartengeis . . . . a ſponſo ſuo, Hermanno ſcilicet Comite in dotem legali traditione ſuſcepit, ad idem Monaſterium quod vocatur Horreum . . . . per noſtram manum cum omni integritate contradidit*, &c. Inde liquet illud Præceptum anno DCLXXVI. a Dagoberto II. datum eſſe. Si enim *Sigibertus* natus eſt ipſo initio anni DCXXX. ut ſuo loco probavimus, naſci potuit ex ejuſdem Regis cum *Hymnechilde* conjugio Dagobertus II. anno DCXLVI. Ex Dagoberto in Britannicis inſulis exule & Machtilde naſci potuit *Irmina* anno DCLXII. quæ idcirco anno DCLXXVI. annos quindecim nata fuerit. Ex his etiam intelligimus, quam falſum ſit illud quod Hiſtorici noſtri narrarunt, *Sigibertum* Regem adoptaſſe *Childebertum* Grimoaldi filium, cum de filiis ſuſcipiendis deſperaſſet; quod aliunde abſurdum eſt; cum *Sigibertus* mortuus ſit vix annos XXVI. natus. Quo anno *Irmina* obierit, incertum.

XVIII.
*Dagobertus II. diverſus a Dagoberto qui colitur Sathanei.*

Henſchenius in Diſſert. de Tribus Dagobertis ſuſpicatus eſt, *Dagobertum* Regem eundem eſſe cum Dagoberto Martyre, de quo MS. Martyrologium Adonis, quod auctum extat in Monaſterio S. Laurentii juxta Leodium, ad diem XXIII. Decembris hæc habet: *Eadem die Paſſio S. Dagoberti Regis Francorum, qui quadam die pergens venatum in ſaltu Vaurenſi, in loco qui dicitur Scortias, tribus milliaribus diſtante a fiſco Sataniaco* (Gallice *Stenay*, quæ Urbs eſt munita ad Moſam fluvium,) *in quo ipſe morabatur, a filiolo ſuo nomine Joanne, X. Kalendas Januarii martyrizatus eſt; & ab Angelis deportatus eſt ad ſocietatem Martyrum.* Verum in Exegeſi ad Diatribam de *Tribus Dagobertis* præfixa Tomo III. SS. menſis Aprilis jam multo ſecurior aſſerit, eum Dagobertum a Dagoberto II. Auſtraſiæ Rege diverſum non eſſe, aitque in Vita Dagoberti Martyris a Wilthemio publicata haberi: *præceperunt Epiſcopi per ſingulos annos celebrari ſolemniter diem Martyrii X. Kalendas Januarii.* Advertit tamen Wilthemius, inquit Henſchenius, jam celebrari quarto Nonas Septembris Sathanei, Longwici, & in tota Diœceſi Verodunenſi, & varias illi dicatas eſſe Eccleſias. Idem autumat Mabillonius in Præfatione Tomi II. Tertii Sæculi Benedictini, additque, Pſalterio Emmæ Reginæ Francorum Lotharii uxoris præfixa eſſe hæc verba: *X. Kal. Januarii Sancti Dagoberti Regis & Martyris.* Verum Dagobertus II. Francorum Rex menſe Martio trucidatus eſt, *Dagobertus* vero, qui Sathanei colitur, die XXIII. menſis Decembris Martyrium fecit: & aliqui hunc ſolum *Martyrem* appellant, alii *Regem Francorum*, ſed *Confeſſorem* quidam, nonnulli *Martyrem*.

XIX.
*Acta S. Dagoberti Regis & Martyris fabuloſa.*

Ad hæc Acta *Sancti Dagoberti* Regis Francorum ac Martyris in lucem aliquot ab hinc annis a Wilthemio Treviris publicata nullam fidem merentur; tum quia fabulis & anachroniſmis abundant, tum quia ſcripta ſunt ab Auctore recentiore, qui duodecimo ſæculo vixit, & accurate refellitur a Cointio, cum de Dagoberto tertio ſermonem habet. Denique Henſchenius *in lib.* 3. de Tribus Dagobertus cap. 7. refert tria Diplomata data a *Godefridis* Lotharingiæ Ducibus, Barbato, & Bullonio. In priori anno MLXIX. ſcripto *Godefridus Barbatus* Lotharingiæ Dux Eccleſiam Sancti Dagoberti tradit Monachis Gorzienſibus, illudque eſt omnium antiquiſſimum, in quibus *Sancti Dagoberti* nomen legatur. In ſecundo emiſſo a *Godefrido Bullonio*, dein Hieroſolymorum Rege, anno MXCIII. conceſſio ejuſdem Eccleſiæ Monachis Gorzienſibus confirmatur. In tertio Sathanei anno Dominicæ Incarnationis MXCVI. *Indictione* IV. dato idem legitur. Porro in tribus illis Diplomatis undecimo ſæculo ſcriptis antequam ſc. Gorzienſis Monachus in literas referret Acta, quæ noſtra ætate Wilthemius typis mandari, curavit, ſepties nomen *Sancti Dagoberti* repetitur, ter *Martyr* appellatur, ſed nuſquam Regio nomine aut ſtirpe nobilitatur. Dicitur quidem Eccleſia in ejus honorem *priſcis temporibus conſtructa*, ſed ad id ſufficiunt ducenti aut trecenti anni. Quare *Dagobertus* Sathanacenſium Patronus fuit aliquis Francorum Dux, non vero Rex, & a *Dagoberto* Auſtraſiorum Rege diverſus extitit.

XX.

*Dagobertum* II. hoc anno occiſum eſſe, indicare videtur Auctor Anonymus Vitæ S. Audoe-

ni

men corrigas mendum in numeri notam illapſum, ut dum præſenti anno appulſum ad Friſios Vuilfridi contigiſſe tradiderit, numeri inverſa nota, loco anni Domini ſexcenteſimi ſeptuageſimioctavi, legatur optogeſimiſeptimi. Magna ſane enituit Dei providentia, ut ſanctiſſimum Epiſcopum permiſerit a Chriſtiano Rege ſede turbari, quo ad ſitientes Gentes Evangelii fluenta portaret: ut & ipſi ob Apoſtolicum munus æque propheticum dictum aptari poſſit (a). *Qui ſunt iſti qui volant ſicut nubes? &c.* Utpote qui flante vento delatus in terram aridam, eamdem mox cæleſtibus imbribus irrigavit.

(a) Iſai. 60.

Sex-

PAGIUS

*S. Audoenus ex Italia redux.*

ni Epiſcopi Rotomagenſis Carolo Martello coætaneus, qui teſtatur Sanctum Præſulem anno quarto Adeodati Papæ, Chriſti ſcilicet DCLXXV. Romam profectum eſſe, & ex Italia reducem Proceres in Gallia inter ſe ſe diſcordes repeřiiſſe: *Exinde Beatus Audoenus cum pace reverſus ad propria invenit in Regno Francorum inter Principes Palatii orta ſcandala, inſtigante Diabolo ſeminatore diſcordiæ. Tunc Vir Domini aſumens arma juſtitiæ pernoctans cum vigiliis & jejuniis & orationibus aſſiduis pro concordia eorum fortiter deſudabat. Etenim multas tribulationes beata ſenectus ſuſtinuit, ut pacificos redderet, quos diu odia fœdaverant, & ut effuſio ſanguinis humani & cædes inter eos non fierent, pene uſque ad mortis terminum pie ac fideliter deſudavit.* Fridegodus in Vita S. Audoeni prædictum Anonymum ita reddit: *Audoenus ad Sedem propriam reverſus audit Palatii Principes quos Auctore Deo Romam proficiſcens concordes reliquerat, inſtigante diabolo jam diſcordiæ peſte correptos.* Ubi de aliis diſſenſionibus ſermo eſſe non poteſt, quam de iis, quæ poſt Dagoberti Regis cædem contigere.

XXI. *Invenit Proceres inter ſe diſcordes.*

Tunc enim *Martinus* Dux Sancto Clodulpho ante Epiſcopatum genitus, & *Pippinus* Anſigiſili ejuſdem Clodulphi fratris filius, Sancti Arnulphi Metenſis Epiſcopi nepotes Auſtraſios in Regiæ mortis ultionem commoverunt, ut teſtatur Continuator Fredegarii cap. 97. cujus verba jam citata hic explicanda ſunt: *In Auſtria*, inquit, *mortuo VVlfoaldo Duce* (paulo ante Dagobertum II. cujus Major Domus fuerat) *Martinus Dux & Pippinus filius Anſigiſili quondam Franci nobilis dominabantur. Defunctis Regibus* (Dagoberto II. & Sigiberto ejus filio) *commiſſis invicem Principibus, Ebruino, Martino atque Pippino adverſus Theodoricum Regem excitantur ad bellum. Commoto exercitu ad locum, cui vocabulum eſt Locofico* (locus hic nunc ignoratur, qui tamen a Lauduno non multum aberat, ut ex ſequentibus liquet), *interim commiſſi prælium ineunt, ibique magno certamine dimicantes, plurima pars populi ex utriſque partibus corruit. Devicti cum ſociis Martinus atque Pippinus in fugam lapſi ſunt, perſecutuſque eos Ebroinus maximam partem de illa Regione vaſtavit. Martinus autem Laudunum Clavatum* (Gallice Laon) *ingreſſus ſe infra muros ipſius Urbis munivit, perſecutuſque eum Ebroinus, veniens Eſtreco villa* (vulgo Eſcheri Launois), *ad Laudunum Clavatum Nuncios dirigit, Ægilbertum & Regulum Rhemenſis Urbis Epiſcopum, ut fide promiſſa in incertum ſuper vacuas capſas* (Sanctorum) *Sacramenta falſa dederint. Qua in re ille credens eos a Lauduno Clavato* (Auſtriæ Oppido munitiſſimo) *egreſſus, cum ſodalibus ac ſociis ad Eſtrecum veniens, cum ſociis omnibus interfectus eſt.* Quæ præſenti anno cœpta, duobus ſequentibus continuata ſunt, poſt quos Ebroinus occiſus eſt, qui alioquin Pippinum male perdidiſſet, & Auſtraſios ſubiugaſſet.

XXII. *S. Leodegarii Ep. Auguſtodunenſis martyrium.*

Hoc anno *S. Leodegarius* Ebroini juſſu interfectus. Auctor enim Anonymus, qui ejus Vitam ſcripſit, num. XIV. tradit eum *per biennium fere ibidem in Dei laudibus* reſediſſe, ideſt, in Monaſterio Fiſcamnenſi ad quod perductus fuerat anno DCLXXVI. ut ibidem oſtendi. In Fragmento Vitæ S. Waningi a Mabillonio Sæculo II. Benedictino publicato, dicitur etiam de Leodegario: *Per annorum vertiginem duorum cum Sanctis Virginibus converſatus eſt.* Addit Anonymus, eodem tempore Theodoricum Regem & Ebroinum *Synodum* convocaſſe *ad quandam villam Regiam*, ibique Didonem, *qui Sanctum Virum Leodegarium cum VVaimero expulit de Sede ſui Epiſcopatus*, condemnatum fuiſſe ab ipſa Synodo, & deinde capite plexum, & *Vaimerum*, qui ad explenda Ebroini dicta ſocius perniciei extiterat, & Epiſcopatus gradu doloſe fuerat ſublimatus, morti turpiſſimæ addictum eſſe. *Dido* per multos annos Cabilonenſis ſeu Catalaunenſis Epiſcopus fuerat. *VVaimerus* vero, ſeu *VVanmirus*, ut in Vita S. Præjecti Epiſc. Arvernenſis vocatur, ex Campaniæ Duce a paucis annis Trecenſem Epiſcopatum adeptus erat. Anno enim DCLXXIV. ut ibidem vidimus, adhuc Campaniæ Dux erat. Quare cum *Cabilo & Trecæ* poſitæ ſint in Campania, quam certum eſt Dagoberto II. paruiſſe, manifeſte apparet jam autumno hujus anni, quo Synodus illa habita, *Dagobertum II.* demortuum fuiſſe; cum Campania Theodorico III. tunc paruerit. Dum hæc Synodus celebratur, *adhuc Vir Dei Sanctus Leodegarius in eodem Monaſterio Sanctimonialium, in quo ad cuſtodiendum poſitus fuerat, commorabatur*, inquit idem Anonymus qui addit, cum ad dictam Synodum adductum: *Ubi dum deductus fuiſſet ad medium inquirebant ab eo verbum, ut de Hilderici morte confiteretur ſe conſcium.* Tandemque rei capitalis per calumniam damnatum, indeque Chrodoberto in cuſtodiam traditum, haud multo poſt a quatuor gladiatoribus equitibus in interiorem ſylvam abreptum, in pago Attrebatenſi; haud procul *Sarcingo* villa amputato capite ad Martyrum prœmia evolaſſe *ſexto nonas Octobris*, quo etiam die ejus Martyrium Urſinus in ejus Vita conſignat. Quare hæc Pſeudo-Synodus autumno, uti jam dixi, celebrata. Baronius de hac Synodo, & de iſto martyrio anno DCLXXXV. differit.



I. *Synodi plures contra Monothelitas.*

SExcenteſimo ſeptuageſimonono anno ſalutis, Indictione ſeptima, cum innotuiſſent Epiſcopis Occidentalibus per Agathonem Romanum Pontificem ea quæ ad Donum Papam a Conſtantino Imperatore ſcripta ipſe accepiſſet de legatione mittenda, ejuſdem pariter Agathonis Pontificis juſſu, ea de cauſa iidem Synodos congregarunt, quibus ubique condemnata eſt hæreſis Monothelitarum hæreticorum. Id quidem factum eſſe in Italia, in Galliis, & in Anglia, ejuſdem Agathonis litteræ ſequenti anno ad eumdem Imperatorem datæ declarant. Porro omnium Italiæ Epiſcoporum conventuum ſupereſt tantum memoria de Synodo Mediolanenſi: Gallicanorum vero Conciliorum Acta penitus exciderunt: ſed Anglicanæ Synodi aliqua adhuc fragmenta ſuperſunt. Mediolanenſis autem Concilii extat Synodalis epiſtola, cujus hæc eſt inſcriptio:

II. *Domino ſereniſſimo atque tranquilliſſimo & a Deo coronato religioſiſſimo Conſtantino Imperatori, Manſuetus Mediolanenſis Metropolitanæ Eccleſiæ indignus Epiſcopus, vel univerſa ſancta Epiſcoporum fraternitas, quæ in hac magna regia urbe convenit, æternam in Domino ſalutem.*

*Si apicem Imperialis faſtigii, &c.* Laudatur in primis ejus exordio pietas Imperatoris, quem comparat religioſis, qui ante eum in Eccleſia claruerunt, Imperatoribus, per quos generalibus Synodis congregatis, curatum eſt, ut ortæ hæreſes damnarentur, quibus fuſius explicatis, & Catholica fide ex præſcripto ſacrorum Conciliorum aſſerta, hæc ſubiiciuntur: *Ecce præſtantiſſime Princeps, antiquorum Patrum ſtatuta una cum conſenſu piiſſimorum Imperatorum definita, quæ convelli vel infirmari nulla ratione pietas veſtra permittat. Nam ſi ſunt, qui audacia dialecticæ artis inflati, cothurnata cervice, buccis tumeſcentibus, ſinuoſis circuitionibus, & flexuoſis ambagibus, phaleris verborum, pompiſque ſermonum ſua ferali calliditate ſimplicem fidei rationem convellere, & delegatas a Patribus regulas conculcare vel temerare voluerint: eorum inflationibus tranquillitas veſtra non acquieſcat, ſed recordamini qualiter propheta dicit (a): Verbum breviatum facit Dominus ſuper terram: quod per ſanctos Apoſtolos vidimus impletum. Quid enim brevius, quam ſimplex fidei ſymbolum ab Apoſtolis inſtitutum, in quo myſticum ſacramenti continetur arcanum?*

*Monet Imperatorem Manſuetus Epiſcopus.*

(a) Iſai. 10.

III. *Nam ſi recolas, inſigniſſime Imperator, non cum dialecticis, non cum rethoricis, non cum grammaticis, ſed cum ruricolis & piſcatoribus Dominus poſuit rationem,*

*& his*

PAGIUS

SÆC. VII

Anno Eræ Hiſp. DCCXVII. Anno Hegiræ LX. inchoato die 12. Octob. fer. 4. A. C. 679.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6172.

☉ 16. B. ☽ 15. P. 3. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 679.

AGATHONIS PAPÆ 2.

CONSTANTINI POGONATI IMP. 12.

I. *Poſtconſulatus.*

HIC annus iſta formula notatus: *XXVI. Conſtantini Aug. Poſt Conſulatum ejus XII. & Imperii Heraclii ac Tiberii fratrum ejus anno XXI.*

II. *Variæ Synodi contra Monothelitas coactæ.*

A num. I. ad V. Cum inter *Conſtantinum* Auguſtum & Pontifices Romanos de cogenda Synodo univerſali actum eſſet, & *Sanctus Agatho* Papa Epiſtolam ab Imperatore ad *Donum* Deceſſorem ſuum ſcriptam ea de re poſt hujus mortem accepiſſet, juſſit, ut in variis Regionibus Synodi congregarentur, quibus hæreſis *Monothelitarum* damnata eſt in Italia, Galliis & Anglia, uti ex ejuſdem Agathonis literis ad Imperatorem datis conſtat. Verum cum Mediolanenſis & Gallicana præceſſerint Romanam die quinta menſis Aprilis currentis anni habitam, ut mox oſtendetur, utraque vel exeunte anno ſuperiori, vel ſaltem currentis initio coacta.

III. In Concilio Gallicano electi ſunt *Felix* Arelatenſis Epiſcopus, *Adeodatus*, ſeu *Deodatus* Epiſcopus Tullenſis ſeu Leucorum, & *Taurinus* Diaconus Eccleſiæ Telonenſis, qui intereſſent Synodo Romanæ, in qua fides Orthodoxa confirmanda, Monothelitarum hæreſis damnanda, & Legatio Conſtantinopolim ad Synodum Oecumenicam decernenda erat. Id patet ex ſubſcriptionibus Epiſcoporum, quæ Agathonis Papæ ipſiuſque Romanæ Synodi literis ad Imperatores, Conſtantinum, Heraclium & Tiberium directis ſubjectæ ſunt, ut videre eſt Tomo VI. Concil. General. pag. 697. Felix enim ſic ſubſcripſit: *Felix humilis Epiſcopus S. Arelatenſis Eccleſiæ, Legatus Venerabilis Synodi per Galliarum Provinciis conſtitutæ, in hanc ſuggeſtionem* &c. *ſubſcripſi. Adeodatus humilis Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Leucorum, Legatus Venerabilis Synodi per Galliarum Provincias conſtitutæ, in hanc ſuggeſtionem*, &c. *Taurinus indignus Diaconus Sanctæ Eccleſiæ Telonenſis, Legatus venerabilis Synodi per Galliarum Provincias conſtitutæ, in hanc ſuggeſtionem*, &c. *ſubſcripſi.* Cum vero duo illi Epiſcopi quorum alter e Regno Burgundico, ſicuti & Diaconus, alter e Regno Auſtraſiæ Adrhenanæ Epiſcopus erat, dicant ſe ab una eademque Synodo Delegatos, apparet, jam *Dagobertum* II. occiſum fuiſſe; alioquin is Synodum etiam in Regno Auſtraſiæ celebrandam curaſſet, & in ea *Deodatum* ſeu *Adeodatum*, qui jam ab æſtate anni ſuperioris Romæ erat cum *Sancto Vuilfrido*, ad eam Legationem obeundam, eligendum.

*Synodus Gallicanæ adverſus Monothelitas.*

IV. *Synodus Mediolanenſis* eodem circiter, quo *Gallicana* tempore, coacta eſt, & Sanctus *Manſuetus*

Simplicitas doctrinæ Chriſtianæ.

*& his tradidit ſui ſecreta conſilii, quos & principes ordinavit, quibus ligandi atque ſolvendi tribuit poteſtatem. Nonne vobis videntur, optime Imperator, dementiſſimæ mentis eſſe, qui Apoſtolicas traditiones & venerabilium Patrum inſtituta depravare feſtinant? Nos autem omnes, &c.* Quibus docet Manſuetus una cum eadem ſancta Synodo, ſequi ſe quæ ſunt ab Apoſtolis tradita, a ſacris Conciliis inſtituta, atque a ſanctis Patribus confirmata. His conjungit rectæ fidei confeſſionem, ad cujus finem contra Monothelitas duæ in Chriſto aſſeruntur voluntates & operationes totidem: nam dum duas naturas divinam & humanam in una eademque perſona ipſe una cum eadem ſancta Synodo recognoſcit, mox ex uniuſcujuſque naturæ præſcripto duas infert voluntates atque operationes.

IV. Manſuetus ſanctitate clarus.

Iſta quidem ſanctus Manſuetus una cum collegis Epiſcopis: magnæ vero exiſtimationis erat eo tempore apud omnes ipſe Manſuetus, utpote qui egregia claruit ſanctitate, dignuſque eſt habitus, ut qui vivens ſanctiſſimos prædeceſſores Epiſcopos moribus atque doctrina ſectatus eſſet, cum eiſdem poſt mortem in ſacris Eccleſiæ tabulis adſcriberetur, quo ſicut illorum, ita & ipſius anniverſaria natali die memoria in Eccleſia publice coleretur, nempe decimanona menſis Februarii.

At nec ſatis ipſi fuit iſta de Catholica fide in Synodo ſtatuiſſe, ſcriptiſque mandaſſe, atque ad Imperatorem in Orientem miſiſſe, ſed etiam ſequenti anno Romam ſe contulit, ut una cum aliis univerſali convocato Concilio intereſſet. Verum quod ad dictam epiſtolam Synodalem pertinet, eam non a Manſueto, ſed a Damiano Ticinenſi Epiſcopo ſcriptam, teſtatur Paulus diaconus his verbis (*a*):

(*a*) *Paul. diac. l. 6. c. 4.*

Damianus Epiſcopus Ticinenſis.

*Eo tempore Damianus Ticinenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſub nomine Manſueti Mediolanenſis Archiepiſcopi hac de cauſa ſatis utilem rectæque fidei epiſtolam compoſuit, quæ in præfata Synodo non mediocre ſuffragium tulit.* Cæterum & ipſe Damianus magni nominis his temporibus claruit, vitæ quoqe probitate inſignis: adeo ut æque ac Manſuetus inter ſanctos poſt tranſitum ex hac vita adnumerari meruerit ut ſacræ teſtantur tabulæ, in quibus idem Damianus duodecimo menſis Aprilis inſcriptus legitur anniverſaria memoria in Eccleſia repetendus.

Sed

PAGIUS

*Synodus Mediolanenſis contra Monothelitas.*

*tus* Mediolanenſis Epiſcopus, qui eidem præfuit, ad Synodum Romanam delegatus, ut liquet ex Epiſtola ejuſdem Synodi Romanæ, cui ſubſcripſit. In Mediolanenſi hæc verba juxta Labbei editionem leguntur: *Nos autem omnes, qui ſub Feliciſſimis & Chriſtianiſſimis, & a Deo cuſtodiendis Principibus noſtris, Dominis Peretharit, & Cunibert praexcellentiſſimis Regibus, Chriſtianæ religionis amatoribus*, &c. Erant hi Longobardiæ Reges, de quibus Paulus Diaconus lib. 5. de Geſt. Langobard. capit. 35. ait: *Bertaridus, cum ſolus per annos ſeptem regnaſſet, octavo jam anno Cunibertum filium ſuum in Regni conſortem adſcivit.* Baronius an. DCLXXXI. num. LXVI. exiſtimat, eo anno *Cunipertum* a patre Regni participem factum eſſe. [1] Verum ex hac Synodica Sancti Manſueti, quæ Tomo VI. Concil. pag. 601. emendatior, quam apud Baronium extat, liquet anno ſuperiori exeunte, aut currentis initio, quo Mediolanenſis Synodus habita, *Cunibertum* jam ad Regiam dignitatem evectum, initiumque *Bertaridi* recte a nobis cum anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo copulatum fuiſſe. Hermannus quidem Contractus ex editione Caniſiana ad an. DCLXXVII. ſcribit: *Pertherich Rex Longobardorum Chunibertum filium ſuum Regni conſortem fecit; cum quo decem annis poſtea regnavit.* Verum cum Paulus Diaconus, qui Longobardus erat, eum, octavo Regni anno filium Regni Collegam feciſſe ſcribat, major ei hac in re fides habenda. Colitur *Manſuetus* in Tabulis Eccleſiaſticis die XIX. Februarii.

V. *Synodica a Damiano adhuc Presbytero ſcripta.*

Controverſia eſſe poteſt, an ipſe *Manſuetus*, vel Sanctus *Damianus* Papienſis Epiſcopus hujus Epiſtolæ contra Monothelitas ſcriptæ Auctor fuerit. Paulus enim Diaconus lib. 6. cap. 4. poſtquam locutus eſt de Synodo Romana: a CL Epiſcopis, ut ipſe habet coacta, ait: *Eo tempore Damianus Ticinenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſub nomine Manſueti Mediolanenſis Archiepiſcopi hac de cauſa ſatis utilem rectæque fidei Epiſtolam compoſuit, quæ in præfata Synodo non mediocre ſuffragium tulit.* Et tamen eidem Synodo Romanæ, non *Damianus*, ſed *Anaſtaſius* Epiſcopus Eccleſiæ Ticinenſis ſubſcripſit, iſque Deceſſor Damiani fuit, ut videre eſt apud Ughellum Tomo I. Italiæ Sacræ in Epiſcopis Papienſibus. Baronius in Notis Martyrologii Romani ad diem XII. Aprilis, cui *S. Damianus* inſcribitur, exiſtimat hallucinatum eſſe Paulum Diaconum, quia, inquit, tempore hujus Synodi Romanæ, non *Damianus*, ſed *Magnus* Epiſcopus Ticinenſis fuit. Addit Latinius ab eo citatus, *Damianum*, cognomento *Magnum* appellatum fuiſſe. Verum in illius Concilii Synodica *Magnus* non ſe Papienſem, ſed Popilienſem Epiſcopum ſubſcribit. In eo itaque minus accurate locutus eſt Paulus, quod Epiſtolam a *Damiano* adhuc Presbytero exaratam, *Damiano* jam Epiſcopo attribuerit, ut idem Ughellus obſervavit.

A num.

NOTÆ [1] Aſumptionem hanc Cuniperti anno 678. ante diem nonam Novembris contigiſſe certum demonſtrat Diploma Cuniperti, quod ex Tabulis Lucenſibus deſcriptum Mabillonius in Annal. lib. 18. num. 79. vulgavit. Datum eſt illud Ticini, nona die menſis Novembris, anno Regni nono, Indict. 15. Congruunt hæc cum anno 686. quo annum Regni nonum cum ageret Cunipertus, profecto liquet anno 678. ante diem illam Novembris ſupremam hanc dignitatem cœptam fuiſſe. Vide Saxium in Notis ad novam editionem Sigonii to. 2. MANSI



V. Concil. Anglican.

Sed jam proſequamur quæ ad Concilium Anglicanum ſpectant: meminit ipſius Beda, ſcriptamque in eo Synodalem epiſtolam de fide Catholica ex parte recitat, quam hic tibi ſubiiciendam putamus: ſic enim in primis idem Beda præfatur (*a*): *His temporibus audiens Theodorus fidem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ per hæreſim Eutychetis multum eſſe turbatam; & Eccleſias Anglorum, quibus præerat, ab hujuſmodi labe immunes perdurare deſiderans: collecto venerabilium ſacerdotum, doctorumque plurimorum cœtu, cujus eſſent fidei ſinguli ſedulus inquirebat; omniumque unanimem in fide Catholica reperit conſenſum, & hunc Synodalibus litteris ad inſtructionem memoriamque ſequentium commendare curavit.* Iſta præfatur Beda: cui incomperta fuiſſe videntur, quæ ſequenti anno tum ab Agathone tum a Synodo Romæ collecta in Synodalibus litteris ad Imperatores datis reperiuntur de eodem Theodoro conſcripta, nempe vocatum & expectatum ad Concilium Romæ celebrandum, idque ob egregiam tanti viri peritiam; utpote quia hoc ſæculo valde rudi ſcientia, ipſe ferme ſolus vel cæteris eminentior peritia ſcientiarum, præſertim vero ſacrarum, celebris haberetur. Sed cum non licuerit ipſi coaleſcentem Eccleſiam, atque lacte adhuc opus habentem relinquere, placuit fidem Catholicam conventu publico cognitam & confirmatam conſcribere, quæ ſic ſe habet a Beda recitata:

(*a*) *Beda l. 4. c. 17.*

VI. Fidei Catholicæ profeſſio.

*In nomine Domini Jeſu Chriſti Salvatoris, imperantibus dominis piiſſimis noſtris Ecgfrido Rege Humbronenſium, anno decimo regni ejus, ſub die quintodecimo Kalendas Octobris, Indictione octava, & Edilredo Mercinenſium, anno ſexto regni ejus, & Alduulfo Rege Eſtranglorum, anno decimoſeptimo regni ejus, & Lodthario Rege Cantuariorum, regni ejus anno ſeptimo, præſidente ipſo Theodoro gratia Dei Archiepiſcopo Britanniæ inſulæ & civitatis Dorovernenſis, una cum eo ſedentibus cæteris Epiſcopis Britanniæ inſulæ viris venerabilibus, præpoſitis ſacroſanctis Evangeliis, in loco qui Saxonico vocabulo Hedtfeld nominatur, pariter tractantes, fidem rectam & Orthodoxam expoſuimus, ſicut Dominus noſter Jeſus incarnatus tradidit diſcipulis ſuis, qui præſentialiter viderunt & audierunt ſermones ejus, atque ſanctorum Patrum tradidit ſymbolum, & generaliter omnes ſanctæ & univerſales Synodi, & omnis probabilium Catholicæ Eccleſiæ doctorum chorus.*

VII.

*Hos itaque ſequentes nos pie atque Orthodoxe, juxta divinitus inſpiratam doctrinam eorum profeſſi, credimus conſonanter & confitemur ſecundum ſanctos Patres proprie & veraciter Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, Trinitatem in unitate conſubſtantialem, & unitatem in Trinitate, hoc eſt, unum Deum in tribus ſubſiſtentiis vel perſonis conſubſtantialibus, æqualis gloriæ & honoris. Et poſt multa hujuſmodi; quæ ad rectæ fidei*

*con-*

PAGIUS

VI. *Concilium Anglo-Saxonicum adverſus Monothelitas.*

A num. V. ad X. Concilium *Anglicanum* a Theodoro Archiepiſcopo Cantuarienſi indictum, ut quod alibi in Gallia Italiaque adverſus Monothelitas decretum fuerat, in Anglia etiam ſtatueretur, pertinet ad ſequentem Chriſti annum. Beda enim in Recapitulatione hæc habet: *Anno DCLXXX. facta eſt Synodus in campo Hedfelda de fide Catholica, præſidente Archiepiſcopo Theodoro, in qua adfuit Joannes Abba Romanus.* Præterea in Hiſtoria lib. 4. cap. 17. prodit Beda illud celebratum, *imperantibus Dominis piiſſimis noſtris Ecgfrido Rege Hymbronenſium, anno decimo Regni ejus, ſub die XV. Kalend. Octobres, Indictione octava; Edilredo Rege Mercinenſium, anno ſexto Regni ejus, & Advvlfo Rege Eſtanglorum, anno decimo ſeptimo Regni ejus, & Lothario Rege Cantuariorum, Regni ejus anno ſeptimo.* Decepit Baronium alioſque *Indictio VIII.* cum die decima ſeptima menſis Septembris conjuncta, quæ hoc anno a Kalendis Septembris in curſu fuit; Nam uti ſupra demonſtravimus, Beda utitur Indictione Conſtantiniana, quæ die viceſima quarta menſis Septembris exorditur. Quare Synodus hæc menſe Septembri ſequentis Chriſti anni habita. Verum quidem eſt *Ecgfridum* cœpiſſe regnare in Northumbria die XV. menſis Februari anni DCLXX. ideoque die XVII. menſis Septembris inſequentis Chriſti anni undecimum Regni annum numeraſſe. Verum annus ille X. mendoſe deſcriptus a Librariis, & quidem jam a multis ſæculis; cum non ſolum legatur in Henrico Huntindonienſi, qui floruit an. MCLIII. quo Hiſtoriam ſuam abſolvit, quique initio libri 4. Acta hujus Concilii ex Beda recitat; ſed etiam in Verſione Saxonica longe antea ab *Aluredo* Rege curata. Sed tam ex Epitome laudata, quam ex Indictione & anno VI. Edilredi ibidem expreſſo error ille emendandus. *Edilredus* enim Rex Merciorum cœpit regnare anno DCLXXV. ideoque anno tantum ſequenti ſextum Regni annum exorſus eſt. Initium Regni *Ardvvlſi* ex hoc tantum Concilio nobis innoteſcit, ideoque nihil inde colligi poteſt. Sed annus VII. Lotharii Regis Cantii ſeu Cantuariorum, qui etiam legitur in Verſione Saxonica, & in Hiſtoria Huntindonienſis, mendoſus eſt, legendumque anno octavo; cum *Lotharius* menſe Julio anni DCLXXIII. Regnum inierit.

VII. *Privilegium Monaſterii Petriburgenſis interpolatum.*

Si genuina eſſet Epiſtola, quæ dicitur ab Agathone Papa ad *Ethelredum* Merciorum Regem ſcripta, quam e MS. Saxonico Petriburgenſis Monaſterii Latinam fecit Spelmanus lib. 1. de Synodis Angliæ pag. 164. adhuc magis conſtaret, Concilium Anglo-Saxonicum ſequenti anno habitum eſſe. In ejus enim fine legitur: *Hoc Breve Angliam miſerunt Agatho & centum viginti quinque Epiſcopi, per manus Vvilfridi Epiſcopi Eboracenſis. Actumque eſt anno poſt Incarnationem ſexcenteſimo octogeſimo, Regis Edelredi anno ſexto.* Verum eam interpolatam eſſe non dubito. Nam ea Epiſtola ſtatuit Agatho Papa, ut Abbas Medeshampſted, ſeu Petriburgenſis *habeatur Romanæ Sedis Legatus per totam Angliam;*

*confeſſionem pertinebant, hæc quoque ſancta Synodus ſuis litteris addidit: Suſcipimus ſanctas & univerſales quinque Synodos beatorum & Deo acceptabilium Patrum ideſt, qui in Nicæa congregati fuerunt, trecentorum decem & octo contra Arium impiiſſimum & ejuſdem dogmata: & in Conſtantinopoli centum quinquaginta contra veſaniam Macedonii & Eudoxii & eorum dogmata: & in Epheſo primo ducentorum contra nequiſſimum Neſtorium & ejuſdem dogmata: & in Chalcedone ſexcentorum & triginta contra Eutychem & Neſtorium & eorum dogmata: & iterum in Conſtantinopoli quinto congregati ſunt Concilio in tempore Juſtiniani minoris contra Theodorum & Theodoretum & Ibæ epiſtolas & eorum dogmata contra Cyrillum: Paulo poſt: Et Synodum quæ facta eſt in urbe Roma in tempore Martini Papæ beatiſſimi, Indictione octava, imperante Conſtantino piiſſimo anno nono. Suſcipimus & glorificamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſicut iſti glorificaverunt, nihil addentes vel ſubtrahentes: & anathematizamus corde & ore, quos anathematizaverunt; & quos ſuſceperunt, ſuſcipimus, glorificantes Deum Patrem ſine initio, & Filium ejus unigenitum ex Patre generatum ante ſæcula, & Spiritum ſanctum procedentem ex Patre & Filio inenarrabiliter, ſicut prædicaverunt hi, quos memoravimus, ſupradicti ſancti Apoſtoli & prophetæ & doctores.* Hactenus ex Synodali epiſtola Beda: in qua illud conſiderandum, ſanctum Theodorum virum natione quidem Græcum, meritis inſignem, ſanctis quibuſlibet veteribus comparandum, atque doctrina clariſſimum, æque cum univerſa Catholica Eccleſia aſſerere Spiritum ſanctum a Patre filioque procedere, ſicuti non a Latinis tantum, ſed & a ſanctis Orientalibus doctoribus affirmari certo ſciebat. Unde erubeſcant magis recentiores Græci, cum a ſuis ipſis, qui doctiores ac ſanctiores fuere, erroris redarguantur. Subdit vero his hæc Beda (a):

Spiritus Sanctus a Patre & Filio procedit.

(a) *Beda l. 4. c. 18.*

VIII. *Intererat huic Synodo, pariterque Catholicæ fidei decreta firmabat vir venerabilis Joannes archicantor Eccleſiæ S. Petri & Abbas monaſterii beati Martini, qui nuper venerat a Roma per juſſionem Papæ Agathonis, duce reverendiſſimo Abbate Biſcopo, cognomine Benedicto, cujus ſupra meminimus. Cum autem idem Benedictus conſtruxiſſet monaſterium Britanniæ in honorem beatiſſimi Apoſtolorum Principis juxta oſtium fluminis Vvyri, ve-*

PAGIUS *gliam*; cum tamen nonniſi Dorovernenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Romanæ Sedis Legati titulo exornatus fuiſſe legatur. Adhæc Manuſcriptum illud Saxonicum hæc etiam habet: *Ethelredus Vvilfridum Epiſcopum Romam mittit ad Agathonem Papam, verbo & litteris innoteſcens Peadam fratrem ſuum, Vvolferum, & Sexulphum, Monaſterium Medeshampſtede condidiſſe, immuneque illud conſtituiſſe, tum a Regis, tum ab Epiſcopi ſervitutibus, rogavitque, ut hoc idem ſcripto ſuo, & benedictione confirmaret.* Sed hæc mere fabuloſa; cum *Vvilfridus* an. DCLXXVII. ex Anglia ab Ecgfrido Rege expulſus fuerit, & *Agatho* nonniſi die XXVII. menſis Junii anni DCLXXVIII. Pontifex Romanus conſecratus ſit. Denique *Vvilfridus* hoc anno Romæ interfuit Concilio centum XXV. Epiſcoporum adverſus Monothelitas celebrato feria tertia Paſchatis, quæ incidit in diem quintum menſis Aprilis, ut mox oſtendetur. Quomodo itaque dici poteſt, anno DCLXXX. Privilegium illud ab *Agathone*, & centum ac viginti quinque Epiſcopis datum eſſe, anno ſcilicet poſt congregatum Concilium, & poſt diſceſſum Wilfridi ab Urbe Romana. Labbeus Tomo VI. Concil. pag. 575. recitat iſtud Privilegium, ſed ſine ulla mentione Spelmanni, nec Verſionis Saxonicæ in linguam Latinam ab eo factæ, & anno Incarnationis expuncto, quæ tamen Era hoc ſæculo in Anglia uſurpabatur.

VIII. *Privilegium S. Benedicto Biſcopo pro Monaſterio VViremuthenſi conceſſum.*

Certum tamen videtur, Agathonem aliquod Privilegium Monaſterio Petriburgenſi ad petitionem Ethelredi Regis conceſſiſſe, uti hoc tempore in more poſitum erat. Beda enim in Vita Sancti Benedicti Biſcopi Abbatis Viremuthenſis lib. 1. n. 6. refert, *Benedictum*, poſtquam Monaſterium illud in honorem S. Petri ædificaſſet, Romam profectum eſſe, & ab Agathone Papa inter alia poſtulaſſe, & accepiſſe *Joannem Archicantorem* Eccleſiæ Beati Apoſtoli Petri, & Abbatem Monaſterii Beati Martini, *quem ſui futurum Magiſtrum Monaſterii Britanniæ Romanum Anglis adduceret. Qui illo perveniens, non ſolum viva voce, quæ Romæ didicit, Eccleſiaſtica diſcentibus tradidit; ſed & non pauca etiam literis mandata reliquit.* Addit Beda. *Quartum Benedictus non vile munus attulit, Epiſtolam Privilegii a venerabili Papa Agathone, cum licentia, conſenſu, deſiderio, & hortatu Ecgfridi Regis acceptam, qua Monaſterium quod fecit, ab omni prorſus extrinſeca irruptione tutum perpetuo redderetur ac liberum.* Beda lib. 4. cap. 18. pluribus loquitur de Joanne Archicantore, ut videre eſt apud Baronium num. VIII. aitque interfuiſſe Concilio Anglicano. Porro ſatis non conſtat, quo anno *S. Benedictus Biſcopus* quartam Romanam profectionem, de qua mox locuti ſumus ex Beda in ejus Vita, ſuſceperit. Wigornienſis enim, qui illum inveſtigavit, ad annum DCLXXVI. ait: *Benedictus Biſcopius cum Ceolfrido religioſo Monacho, quarto Romam de Britannia petit: Eccleſiaſtica Privilegia ab Agathone Papa, cum licentia, conſenſu, deſiderio & hortatu Regis Ecgfridi accepta, quo Monaſterium ſuum tutum ac liberum perpetuo redderetur, retulit. Accepit & Joannem Archicantorem B. Petri Apoſtoli Britanniam perducendum, &c.* Verum niſi quæ pluribus annis geſta uno tenore recitet Wigornienſis, manifeſte errat. Nam Agatho menſe tantum Junio ſuperioris Chriſti anni ordinatus eſt Pontifex Romanus. Exiſtimandum itaque *Benedictum* anno DCLXXVI. Romam profectum eſſe, annoque DCLXXVIII. poſtquam Privilegium illud ab Agathone Papa obtinuit, in Angliam cum Joanne Archicantore rediiſſe.

IX. Sed ſi literæ Agathonis Papæ, quas e MS. Saxonico Petriburgenſis Monaſterii, Latinas fecit



*venit Romam cum cooperatore ſuo ac ſocio ejuſdem operis Ceolfrido, qui poſt ipſum ejuſdem monaſterii Abbas fuit (quod & ante ſæpius facere conſueverat) atque honorifice a beatæ memoriæ Agathone ſuſceptus eſt, petiitque & accepit ab eo in munimentum libertatis monaſterii quod fecerat, epiſtolam privilegii ex auctoritate Apoſtolica firmatam, juxta quod Ecgfridum Regem voluiße, ac licentiam dediſſe noverat; quo concedente & poſſeſſionem terræ largiente, ipſum monaſterium fecerat. Accepit & præfatum Joannem Abbatem in Britanniam perducendum, quatenus in monaſterio ſuo curſum canendi annuum, ſicut ad ſanctum Petrum Romæ agebatur, edoceret. Egit itaque Abbas Joannes, ut juſſionem acceperat Pontificis, & ordinem videlicet ritumque canendi ac legendi viva voce præfati monaſterii cantores edocendo, & ea quæ totius anni circulus in celebratione dierum feſtorum poſcebat, etiam litteris mandando, quæ hactenus in eodem monaſterio ſervata & a multis jam ſunt circumquaque tranſcripta.*

Cantus Eccleſiaſticus traditus ab Eccleſia Rom. Anglis.

IX. *Non ſolum autem idem Joannes ipſius monaſterii fratres docebat, verum de omnibus pene ejuſdem provinciæ monaſteriis ad audiendum eum, qui cantandi erant periti, confluebant; ſed & ipſum per loca, in quibus doceret, multi invitare curabant. Ipſe autem, excepto cantandi vel legendi munere, & aliud in mandatis ab Apoſtolico Papa acceperat, ut cujus eſſet fidei Anglorum Eccleſia, diligenter*



*ediſceret, Romamque rediens referret. Nam & Synodum beati Papæ Martini centum quinque Epiſcoporum conſenſu* * *non multo ante Romæ celebratam, contra eos maxime qui unam in Chriſto operationem & voluntatem prædicabant, ſecum veniens attulit, atque in præfato religioſiſſimi Abbatis Benedicti monaſterio tranſcribendam commodavit* *. *Tales namque eo tempore Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ fidem multum turbaverant; ſed Domino donante, proditi jam tunc & victi ſunt. Unde volens Agatho Papa, ſicut in aliis provinciis, ita etiam in Britannia, qualis eſſet ſtatus Eccleſiæ, quomodo ab hæreticorum contagiis caſtus, ediſcere, hoc negotium reverendiſſimo Abbati Joanni in Britanniam deſtinato injunxit. Quamobrem collecta pro hoc in Britannia Synodo, quam diximus, inventa eſt in omnibus fides Catholica inviolata, datumque illi exemplar ejus Romam perferendum.* Hactenus Beda, in quo deſideratur & alia cauſa profectionis Joannis in Britanniam, ut ſcilicet (quod dictum eſt) Theodorum ad Romanam Synodum convocaret, ut Synodales epiſtolæ a Romana Synodo Conſtantinopolim ſcriptæ docent. Verum quod ſciſſet Theodorus Romam abiiſſe S. Vvilfridum, hocque anno ab Agathone Pontifice auditum & abſolutum, eidem legationem credidit, ut nomine totius Eccleſiæ Anglicanæ Synodo intereſſet: quod ipſum oſtendent quæ anno ſequenti dicturi ſumus. De abſolutione Vvilfridi facta ab Agathone Beda (a) teſtatur. Hoc

* conſeſſu

Explorata Fides Eccleſiæ Anglicanæ.

* commendavit.

Legatio S. Vvilfrido credita.

(a) *Bedæ l. 5. c. 20.*



PAGIUS cit Spelmannus, admittendæ non ſint ob rationes ſupra in medium adductas; quæ editæ ſunt de eadem re Tomo I. Monaſtici Anglicani pag. 67. eoſdem nævos non habent. Ait in illis Agatho Papa, præcipere ſe, *quatenus Apoſtolica gratia ſuique Petri prærogativa præſtet*, (ſc. Monaſterium Petriburgenſe) *cæteris a Tameſa fluvio in Aquilonalem, ſicut & orta perhibetur mater primaria; Abbas quoque ejus aliquis Arctoæ plagæ prior habeatur, & in omnibus conventibus anterior ſedeat*, &c. Quæ verba e correctiori exemplari Saxonico quam quo uſus eſt Spelmannus, videntur deſumpta, ſicuti & clauſula, quæ poſt illud Privilegium, ſeu Agathonis Papæ Epiſtolam, ibidem legitur: *Hoc Privilegium a Sancto Papa Agathone aſſentiente Concilio centum XXV. Epiſcoporum per Reverentiſſimum Epiſcopum VVilfridum deſtinatum, ego Athelredi Dei dono Rex anno Domini DCLXXX. meique Regni VI. ſuſcipiens, approbante etiam Domino Archiepiſcopo Theodoro, cum Concilio celebrato in campo Eſtfeld Regali ſubſcriptione confirmo, &c. Ego Theodorus Romana Legatione in his fines terræ deſtinatus, confirmo. Ego humilis Saxulfus, regali beneficio ejuſdem Monaſterii fundator, &c. Ego VVilfridus Apoſtolico favore repetens Sedem Eboracenſem teſtis & relator hujus Sanctionis votivæ aſſentior. Ego Oſtrich Regina Athelredi Regis*, &c. *Ego Adrianus Apoſtolicus Legatus*, &c. *Ego Joannes Romanus Legatus, conlaudo. Ego Putta Rofenſis Epiſcopus ultro ſubſcribo. Ego VValdere Londonienſis Epiſcop. confirmo. Ego Abbas Cuthbaldus ejuſdem Monaſterii Medeſthamſtede, Succeſſor Venerabilis Saxulfi ſpeciali amoro amplector*, &c.

*Privilegium Petriburgenſe e genuino exemplari deſcriptum.*

X. *Ex illo liquet Concilium Anglo-Saxonicum coactum fuiſſe anno ſequenti.*

Ex his liquet primo, Concilium Anglo-Saxonicum anno ſequenti poſt Sancti Wilfridi ex Urbe Romana reditum congregatum eſſe. II. Eram Incarnationis in Actis publicis hoc tempore in Anglia uſurpatam fuiſſe; quod tot Monumentis conſtat, ut in dubium revocari non poſſit. III. Wilfridum Privilegium *Petroburgenſe* ab Agathone Papa conceſſum in Angliam detuliſſe. IV. eundem *VVilfridum*, qui apud Ethelredum Regem in honore tunc habebatur, ſubſcripſiſſe Privilegio his verbis: *Ego VVilfridus Apoſtolico favore* (ideſt judicio Sedis Apoſtolicæ) *repetens* (ideſt, reſtituendam mihi petens) *Sedem Eboracenſem*, quia nempe *Theodorus* eum pro Epiſcopo non agnoſcebat. *Joannes*, qui ſe Romanum Legatum dicit, erat *Joannes Archicantor* Eccleſiæ S. Petri Apoſtoli quem Beda lib. 4. cap. 18. huic Concilio interfuiſſe aſſerit. Erat hoc tempore *Erconvaldus* Epiſcopus Londonienſis, quem etiam annis ſequentibus Londonienſem Epiſcopum appellatum videbimus. Cumque nullus Hiſtoricus Anglus eum dignitatem abdicaſſe tradat, *VValdherus* Epiſcopus Londonienſis, & Erconvaldi Succeſſor aliquot poſt hunc annis huic Privilegio ſubſcripſit; quod & in aliis Privilegiis a quibuſdam Epiſcopis factum Viri docti obſervarunt, ut alibi oſtendi. Ad

X. Hoc ipſo anno qui præcedit ſexcenteſimum octogeſimum (ut auctor eſt Beda *a*) per Theodorum Archiepiſcopum componitur pax inter Ecgfridum & Edilredum Reges gravi prœlio mutuo confligentes. Quid vero valde mirandum tunc acciderit, Beda ipſe ita deſcribit: *In præfato autem prælio, quo occiſus eſt Rex Elbuini memorabile quoddam factum eſſe conſtat, quod nequaquam ſilentio prætereundum arbitror, ſed multorum ſaluti (ſi referatur) fore proficuum. Occiſus eſt ibi inter alios de militia ejus juvenis vocabulo Imma: qui cum die illo & nocte ſequenti inter cadavera occiſorum ſimilis mortuo jaceret, tandem recepto ſpiritu revixit; ac reſidens, ſua vulnera (prout potuit) ipſe alligavit: deinde modicum requietus levavit ſe, & cœpit abire ſic, ubi amicos, qui ſui curam agerent, poſſet invenire. Quod dum faceret, inventus eſt & captus a viris hoſtilis exercitus, & ad Dominum ipſorum, Comitem videlicet Edilredi Regis adductus: a quo interrogatus quis eſſet, timuit ſe militem fuiſſe confiteri: ruſticum ſe potius & pauperem, atque uxorio vinculo colligatum fuiſſe reſpondit, & propter victum militibus afferendum, in expeditionem ſe cum ſuis ſimilibus veniſſe teſtatus eſt. At ille ſuſcipiens, eum curam vulneribus egit; & ubi ſanari cœpit, noctu enim, ne aufugeret, vinciri præcepit, nec tamen vinciri potuit: nam mox ut abiere qui vincierant, eadem ſunt ejus vincula ſoluta.*

(*a*) Beda *l.* 4. *c.* 23. & *ſupra c.* 21. & 22.

De pace inter Reges Anglorum per Theodorum facta.

XI. *Habebat enim germanum fratrem, cui nomen erat Tunna, presbyterum & Abbatem monaſterii in civitate quæ hactenus ab ejus nomine Tunnaceſtir cognominatur: qui cum eum in pugna peremptum audiret, venit quærere, ſi forte corpus ejus invenire poſſet: inventumque alium illi per omnia ſimillimum, putavit ipſum eſſe; quem ad monaſterium ſuum deferens, honorifice ſepelivit, & pro abſolutione animæ ejus ſæpius Miſſas facere curavit; quarum celebratione factum eſt quod dixi, ut nullus eum poſſet vincire, quin continuo ſolveretur. Interea Comes, qui eum tenebat, mirari & interrogare cœpit, quare ligari non poſſet, an forte litte-*

*ras*

Sacrificium miſſæ proficuum vivis atque defunctis.

PAGIUS XI. Ad num. X. & ſeq. Beda in Recapitulatione ſcribit: *Anno DCLXXVIIII. Elfuini occiſus eſt* quod fuſius narrat lib. 4. Hiſt. cap. 21. *Anno Regni Ecgfridi nono, conſerto gravi prælio inter ipſum & Edilredum Regem Merciorum, juxta fluvium Treanta, occiſus eſt Elfuini. frater Regis Ecgfridi, juvenis circiter decem & octo annorum, utrique Provinciæ multum amabilis. Nam & ſororem ejus, quæ dicebatur Auſthrid, Rex Edilred habebat uxorem.* Malbesburienſis lib. 3. de geſt. Pontif. Angl. hoc bellum refert, ſed neque Bedam, neque Eddium in Vita S. Wilfridi, ſe intelligere oſtendit: *Cum præſul*, inquit *Sedem Apoſtolicam appellaſſet, ſubſannatoribus, qui propter Regem adſtarent, in riſum crepantibus hoc dictum obiecit. Hæc deriſio, quam de meo abſceſſu*, (ab Anglia nempe ut Romam peteret) *modo facitis, in magnum mœrorem vobis commutabitur futuro anno hoc eodem die: verax eventus rerum æmulatus eſt Antiſtitis dictum. Ethelredus enim Rex Merciorum frater Vurferii, poſt abſceſſum Vvilfridi non multis diebus guerram incœptans, fraternas injurias ultum ire cupiebat*, &c. *contigitque, ut anno revoluto eodem die, quo ille præjudicium in Eboraco paſſus fuerat, cadaver Regii adoleſcentis illatum Urbi longum indiceret juſtitium. Ita Ethelredus triumpho functus integritate Regni recepta* (parte nempe, quam amiſerat Wlferus) *VVinfridum Epiſcopum, qui Ceddæ apud Licefeld ſucceſſerat, quod Ecgfridi partium fuerat, expulit.* Sed hallucinatur Malmesburienſis, confundens *VVinfridum* Epiſcopum Licefeldenſem anno DCLXXIV. depoſitum, vivente adhuc Wlfero, cum Ædhædo Epiſcopo Lindyſſano, quem expulit Ethelredus hoc anno poſt occiſum Elfuinum. Ædhædum enim, non vero Winfridum, expulſum fuiſſe ab Ethelredo, diſerte docet Beda lib. 4. cap. 12. *Edhedum de Lindiſſi reverſum eo quo Ethilred Provinciam recepiſſet Rhypenſi Eccleſiæ præfecit*, ſcilicet Theodorus. Præterea cum Malmesburienſis corruptis Codicibus Bedæ deceptus depoſitionis Wilfridi Epocham anno DCLXXVIII. male illigaſſet, arbitratus eſt, anno uno tantum revoluto a die ſpoliationis Sancti Præſulis, *Elfuini* occiſi cadaver Eboracum relatum fuiſſe; quod nequaquam aſſerit Eddius, ſed tantum eam mortem contigiſſe anniverſario die depoſitionis Wilfridi, qui non ſolum primo anno poſt ejus depoſitionem; ſed ſingulis ſequentibus recurrebat, ut anno DCLXXVII. num. XVI. demonſtravimus. Porro cum *Ecgfridi* Regis annus nonus die XV. Februarii hujus Chriſti anni deſinat, & decimus inchoetur, non ſolum *Elfuinus* ejus frater ante diem illum periit; ſed etiam anno DCLXXVII. eodem die, quo *Elfuinus* hoc anno vitam amiſit, *VVilfridus* de Sede pulſus eſt; qui tamen nonniſi eo anno in finem vergente Romam profecturus ad appellationem ſuam proſequendam navem conſcendit. Quare ex tempore, quo *Elfuinus* necatus, illud quo Wilfridus dignitate motus nobis innoteſcit.

*Bellum inter Ecgfridum & Ethelredum Reges.*

XII. Bellum inter *Ecgfridum* & *Ethelredum* Reges breviſſimo tempore duravit: ignem enim in ipſiſmet initiis extinxit *Theodorus* Epiſcopus Cantuarienſis, ut refert Baronius ex Beda lib. 4. cap. 21. qui lib. 4. cap. 12. obſervat, fœderibus pacis Provinciam Lindiſſorum ſeu Lindisfarorum recepiſſe Ethlredum, quam alias Ecgfridus *ſuperato in bello & fugato Vvlfere obtinuerat*. Imo Theodorus Epiſcopum Lindiſſanum ab Ethelredo expulſum conſtituit Epiſcopum Rypenſem, *poſt tres abſceſſionis Vvilfridi annos*, ideſt anno tertio currente, poſtquam reliquerat Angliam. Cum itaque hoc anno, ut infra videbimus, *Vvilfridus* in Angliam pervenerit, & *Theodorus* ante ejus adventum novos Epiſcopos ordinaverit pro Diœceſi Eboracenſi, evidens eſt eum anno DCLXXVII. ex Anglia expulſum, alioquin non poſt annos tres, ſed poſt annos duos, ordinationes illæ peractæ fuiſſent.

*Pax inter utrumque Regem ſancita.*

XIII. Monachus Anonymus Vallis Galilææ, qui Vitam Sancti Deodati Epiſcopi Nivernenſis ſcripſit, cap. 17. ait: *Tranſiit de morte ad vitam, de exilio ad patriam Sanctus Deodatus*

*XIII.*



*ras ſolutorias, de quibus fabulæ ferunt, apud ſe haberet, propter quas ligari non poſſet. At ille reſpondit, nihil ſe talium artium noſſe: ſed habeo fratrem, inquit, presbyterum in mea provincia, & ſcio quia ille me interfectum putans, pro me Miſſas crebras facit; & ſi nunc in alia vita eſſem, ibi anima mea per interceſſiones ejus ſolveretur a pœnis. Dumque aliquanto tempore apud Comitem teneretur, animadverterunt qui eum diligentius conſiderabant, ex vultu & habitu & ſermonibus ejus, quia non erat de paupere vulgo, ut dixerat, ſed de nobilibus.*

XII. *Tum ſecrete advocans eum Comes, interrogavit intentius, unde eſſet, promittens ſe nihil ei mali facturum, ſi ſimpliciter ſibi, quis eſſet, proderet. Quod dum ille faceret, miniſtrum ſe Regis fuiſſe manifeſtans, reſpondit: Et ego per ſingula reſponſa cognoveram, quod ruſticus non eras: & nunc quidem dignus es morte, quia omnes fratres & cognati mei in illa ſunt pugna interempti: nec te tamen occidam, ne fidem mei promiſſi prævaricem. Ut ergo convaluit, vendidit, eum Londoniam Freſoni cuidam. Sed nec ab illo, nec cum illuc duceretur, ullatenus potuit alligari: verum cum alia*

Nullis valuit teneri vinculis.



*at-*

PAGIUS

*SS. Deodatus & Hildulphus abdicatis Epiſcopatibus in eremo vivunt.*

*XIII. Kalend. Julii, qua tunc erat dies Dominica, anni ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſexcenteſimi ſeptuageſimi noni, Indictione ſeptima: ab ingreſſu vero ejus in hanc Vallem Galilæam anni undecimi*, ideoque hoc anno, quo dies XIX. Junii in Dominicam incidit. Factus Epiſcopus Nivernenſis Pontificatu ſe ultro abdicavit, & cum aliquot ſociis e Nivernenſi Oppido egrediens, voluntarium ſibi ipſi a natali ſolo exilium indixit. Relicto primo domicilio, quod condiderat in eremo, ad Vallem Galilæam penetravit, quæ non procul diſtat a Luxovio, ubi memoria Sancti Columbani per vicinas regiones celeberrima erat. Ibi conſtruxit Monaſterium anno DCLXIX. in colliculo, quem *Juncturas* vocant, Gallice *Les jointures*. *Poſtquam in Voſagus Deodatus & Hildulphus ſeptem annis cum ſex menſibus habitaſſent una; largus remunerator Deus ſtatuit Beato Deodato laborum ſuorum reddere mercedem*. Erat Sanctus Hildulphus Epiſcopus Trevirenſis valde familiaris Sancto Deodato, qui in eremum etiam ſeceſſerat, *qui ab ipſo Sancto Deodato per viſum, ut ſui Monaſterii curam gereret, eſt admonitus: quod Beatus Hildulphus viginti octo annis ſtrenue gubernavit, & multis redditibus ampliavit*, inquit Richerius Chronographus Senonenſis, qui vixit poſt medium ſæculum XIII. in Vita Sancti Gundelberti Epiſcopi Senonenſis, recitata parte II. Secundi Sæculi Benedictini. Quare *Deodatus* hoc anno, *Hildulphus* vero anno ſeptingenteſimo ſeptimo ad Deum migravit. [1] Colitur *Hildulphus* die XI. Julii, *Deodatus* die XIX. Junii, ad quem Surius ejus Vitam recitat. Cointius qui Deodatum poſt abdicatum Epiſcopatum Nivernenſem, *Vvilfridum* Romam comitatum fuiſſe credidit, utriuſque Sancti Chronologiam mire perturbat, ut videre eſt in ejus Annalibus. Verum *Deodatus* Wilfridi in Romana peregrinatone ſocius, diverſus ab iſto erat, & Epiſcopatum Tullenſem adminiſtrabat, uti ſupra oſtendimus.

XIV. Sanctus Wilfridus hoc anno Romæ hyemavit, & ibidem Feſtum Paſchatis tranſegit. Eddius enim, qui in ejus Vita cap. 31. ait, *tranſactis ibi multis diebus ſecundum Apoſtolicum Imperium, & totius Synodi Sanctæ juſſu* patriam remeaſſe, cap. 50. loquens de Synodo Romana ſedente Joanne Papa VI. habita, in qua rurſus Wilfridus abſolutus eſt, ait: *Per IIII. menſes & LXX. Conciliabula Sanctiſſimæ Sedis, de fornace ignis examinandus, Apoſtolicæ poteſtate hoc modo auxiliante purificatus (ut dicam) evaſit: (recitatumque) breviter quia in Sancto Paſcha, tertia die, ter Beatiſſimi Agathonis Synodus adverſus pravitates Hæreticorum cum centum XXV. Orthodoxis Epiſcopis conſtituta eſt; ex quibus unuſquiſque pro ſua Provincia & Civitate veram fidem confeſſus eſt & ſubſcriptione ſua confirmavit. Hæc coram omni populo more Romanorum clara voce legebatur, in qua ſcriptura inventum erat inter cætera: Vvilfridus Deo amabilis Epiſcopus Eboricæ Civitatis, Apoſtolicam Sedem de ſua cauſa appellans, & ab hac poteſtate de certis incertiſque rebus abſolutus, & cum aliis CXXV. Coepiſcopis in Synodo judicii Sede conſtitutus pro omni Aquilonali parte Britanniæ & Hiberniæ inſulis, quæ ab Anglorum & Brittonum, nec non Scottorum & Pictorum gentibus colebantur, veram & Catholicam fidem confeſſus eſt, & cum ſubſcriptione ſua corroboravit.*

*Synodus Romanæ contra Monothelitas.*

XV. Hæc paucula ſuperſunt hodie ex Actis Synodi Romanæ ſub Agathone celebratæ contra Monothelitas, & quidem hoc anno, non vero inſequenti, uti Baronius, aliique paſſim arbitrati ſunt. Diem habitæ Synodi hactenus ignotum docuit nos unus Eddius, feriam ſcilicet tertiam Paſchatis, quæ hoc anno concurrebat cum die quinto menſis Aprilis. Baronius unius tantum Synodi Romanæ meminit, & prio-

*Duæ Synodi Rom. ſub Agathone PP. non confundendæ.*

NOTÆ [1] AUthor (quem vetuſtiſſimum agnovit S. Petrus Damianus Opuſc. 19. cap. 7.) Vitæ Sancti Hidulphi ex Archiepiſcopo Trevirenſi Medii Monaſterii Abbatis relatæ Anecdot. to. 3. col. 1091. prodit obiiſſe S. Hidulphum anno 707. *Conſulatu Juſtiniani minoris Auguſti a Leone, contra eum rebellante, narium detruncatione deformati, Indictione V. quinto Idus Julii*. Sepulturæ vero mandatum fuiſſe addit *feria ſecunda* (nempe poſtera ab obitu die) *adulta jam luce*. Hi omnes characteres annum revera 707. deſignant, quamvis non recte Auctor ſæculi undecimi, qui vitam hanc compendio redegit (neque enim Textus integer primigenii Authoris ſupereſt) ſcribit, tunc temporis Romanam Cathedram Sergium Pontificem tenuiſſe. Addit ibi pariter Hidulphum ſolidis annis 36. Eremi ſeceſſum incoluiſſe; ex quo colligas rectam eſſe Cronologiam Richerii, Pagio relatam; nam licet Vir ſanctus annis 36. in eremo manſit, præfecturam tamen Monaſterii non excepit, niſi poſt octo fere ab adventu ſuo annos, quot ſcilicet cum S. Deodato egit; eo enim defuncto adminiſtrationem ab eo relictam ſuſcepit. Hæc ſi ex Authore noſtro admittamus, conſtat Hidulphum anno 671. vel circiter Epiſcopatum Trevirenſem abdicaſſe. MANSI

*atque alia vinculorum genera ei hoſtes imponerent, diſſoluta ſunt. Cumque videret qui emerat, eum vinculis non poſſe cohiberi, donavit ei facultatem ſeſe redimendi, ſi poſſet. A tertia enim hora, quando Miſſæ fieri ſolebant, ſæpiſſime vincula ſolvebantur. At ille dato jurejurando, ut rediret, vel pecuniam illi pro ſe mitteret, venit Cantiam ad Regem Lodhere, qui erat filius ſororis Edildridæ Reginæ (de qua ſupra dictum eſt, qui & ipſe quondam ejuſdem Reginæ miniſter fuerat) petiitque & accepit ab eo pretium ſuæ redemptionis, ac ſuo domino pro ſe, ut promiſerat, miſit.*

*Qui poſt hæc in patriam reverſus, atque ad ſuum fratrem perveniens, replicavit ex ordine cuncta quæ ſibi adverſa, quæve in adverſis ſolatia provenifſent: cognovitque referente eo, illis maxime temporibus ſua fuiſſe vincula ſoluta, quibus pro ſe Miſſarum fuerant celebrata ſolemnia; ſed & alia quæ periclitanti ei commoda contigiſſent & proſpera, per interceſſionem fraternam & oblationem hoſtiæ ſalutaris cælitus fuiſſe ſibi donata, intellexit. Multique hæc a præfato viro audientes, accenſi ſunt in fide ac devotione pietatis ad orandum, vel ad eleemoſynas faciendas, vel ad offerendas Do-*

*mino*

PAGIUS prioris in qua Wilfridus abſolutus mentionem non facit; cum tamen Beda libr. 5. capit. 20. utramque innuat. Ait enim: *Ubi cauſa ejus ventilata eſt* (ſcilicet Romæ) *præſente Agathone Papa, & pluribus Epiſcopis, univerſorum judicio abſque crimine accuſatus fuiſſe, & Epiſcopatu eſſe dignus inventus eſt.* Hæc de Prima Synodo Romana anno ſuperiori habita. De ſecunda vero ſubdit: *Quo in tempore idem Papa Agatho cum Synodum congregaret Romæ centum viginti quinque Epiſcoporum, adverſus eos, qui unam in Domino Salvatore voluntatem atque operationem dogmatizabant*, & cætera quæ Baronius ex eo recitat.

XVI. *S. Vilfridus eidem Synodo interfuit.* Mabillonius, qui inter alia Antiquitatis Monumenta Vitam S. Wilfridi ab Eddio Stephano ſcriptam Sæculo Quarto Benedictino parte prima publicavit, ad hæc Eddii cap. 31. verba, *tranſactis ibi multis diebus*, nempe Romæ, ait ibi manſiſſe *per quatuor menſes*, citatque Eddium cap. 50. Verum Eddius citato cap. 50. non loquitur de tempore, quo Wilfridus ſub Agathone Romæ manſit, ſed aſſerit tantum cauſam Wilfridi fuiſſe ventilatam Romæ ſub Joanne V. Papa per quatuor menſes, & in LXX. Conciliabulis, ſeu ut hodie loquimur, Congregationibus & demum recitata fuiſſe Acta Synodi cum Agathone celebratæ. Synodus enim Romana ſub Joanne VI. hæc reſpondet Nunciis Archiep. Berchthoaldi Archiep. Cantuariæ Wilfridum perſequentis: *Non ignoratis, chariſſimi fratres, quod habemus ex præcepto Canonum noſtrorum quotieſcumque Clericis ab accuſatoribus multa crimina objiciuntur*, & *unum ex ipſis de quo prius egerit probare non potuerint; ad cætera jam non admittantur. Sed tamen propter honorem Sancti Archiepiſcopi ab hujus Apoſtolicæ Sedis Monarchia directi, & pro hujus Beatiſſimi VVilfridi Epiſcopi reverentia diu fraude ſpoliati, ut aſſeritur Deo & S. Petro Principe Apoſtolorum revelante & aperiente* PER MULTOS DIES ET MENSES *omnia capitula plene ventilantes, finem rei imponere deſiderantes non faſtidioſe curabimus.* Quibus Berchtoaldi verbis Eddius ibidem ſubjicit: *Per plura ſpatia dierum & menſium ab omni piaculo degradandi pure perfecteque excuſatus probabili Sanctus Pontifex noſter apparuit. Nam per IV. menſes & LXX. Conciliabula Sanctiſſimæ Sedis de Fornace ignis examinandus, Apoſtolica poteſtate hoc modo auxiliante purificatus (ut dicam) evaſit.* Quis non videt ſpatium iſtud quatuor menſium ad ventilationem cauſæ ſub Joanne Papa, non ſub Agathone pertinere?

XVII. Menſe itaque incerto poſt Feſta Paſchalia *VVilfridus* hoc anno Roma profectus eſt, ut in patriam reverteretur: *pergente ergo*, inquit Eddius cap. 31. *Sancto Præſule noſtro ab Apoſtolica Sede cum triumphali judicio per Campaniam* (ideſt, per Langobardiam, ut anno præcedenti diximus), *& montana tranſcendente* (Alpes nempe, & quidem Penninas, vel etiam Rhæticas, quia in Orientalem Franciam & Adrhenanam tendebat) *in Regionem Francorum* (ſcil. Orientalium) *pervenit: ibique* (nempe in Auſtraſia) *nuper* (anno ſuperiori ac menſe circiter Martio) *amico ſuo fideli Daecgerhto Rege per dolum Ducum, & conſenſu Epiſcoporum* (ex quorum numero recte conjectatur Mabillonius fuiſſe Faramundum in Sedem Trajectenſem Ebroino procurante intruſum. Idem cenſet de Waimero ex Duce Campaniæ ab eodem Ebroino ad Epiſcopatum evecto. Verum cum is paucis menſibus a morte Dagoberti in pſeudo-Synodo Epiſcopatu ab eodem Ebroino exturbatus fuerit, videtur potius depoſitus, quod in Dagobertum uti alii quidam, conjurare noluerit) *quod abſit, inſidioſe occiſo: Ex quibus unus cum ingenti exercitu obviavit, cogitans impie in corde ſuo inſidias, niſi Deus reſtitiſſet ei, ſodales ſuos omnes ſpoliatos, aut in ſervitutem redigere, aut vendere ſub corona, ſeu rebellantes occidere, atque Paſtorem Sanctum noſtrum anxiatum in cuſtodiam uſque ad Efruini Ducis reſervare judicium. Interrogavitque eum Epiſcopus, dicens: qua fiducia tam temerarie per Francorum Regionem pergeret* (pergis), *qui dignus es morte, quia nobis Regem ſubſidio tuo factum exilio emiſiſti: Diſſipator erat Urbium, conſilia Seniorum deſpiciens; populos, ut Roboam filius Salomonis, tributo humilians, Eccleſias Dei cum Præſulibus contemnens: quorum malorum pœnas luens occiſus, cadaver ejus humatum jacet. Sanctus vero Pontifex noſter humiliter reſpondit Epiſcopo: Veritatem dico in Chriſto Jeſu & per Sanctum Petrum Apoſtolum non mentior quia talem Virum exulantem & in peregrinatione degentem, ſecundum Dei præceptum Iſraelitico, qui accola fuit in terra aliena auxiliatus, enutrivi, & exaltavi in bonum, & non in malum veſtrum, ut ædificator Urbium, conſolator Civium, conſiliator Senum, defenſor Eccleſiarum Dei, in nomine Domini ſecundum promiſſum ejus eſſet. O rectiſſime Epiſcope, quid aliud habuiſti facere, ſi exul de genere noſtro & ſemine Regio ad Sanctitatem tuam perveniret, quam quod ego in Domino feci? Reſpondit Epiſcopus: Dominus cuſtodiat introitum, & reliqua, & Væ mihi peccatori, da indulgentiam, quia ſecundum Judam Patriarcham video te multo juſtiorem me eſſe. Sit Dominus vobiſcum, & S. Petrus Apoſtolus in auxilio veſtro.*

S. Vilfridus Roma in Angliam revertitur.

Tum



*mino victimas ſacræ oblationis pro ereptione ſuorum, qui de ſæculo migraverunt. Intellexerunt enim, quod ſacrificium ſalutare ad redemptionem valeret & animæ & corporis ſempiternam. Hanc mihi hiſtoriam etiam quidam eorum, qui ab ipſo viro, in quo facta eſt, audiere, narrarunt: unde eam, quam liquido comperi, indubitanter hiſtoriæ noſtræ Eccleſiaſticæ inſerendam credidi.* Hactenus Beda.

Hoc eodem anno, tertiodecimo Kalendas Julii ſanctus Adeodatus Epiſcopus Nivernenſis, idemque eremi cultor, ex hac vita migravit. Ejus res præclare geſtas vidimus typis excuſas, in quibus non ipſius tantum, ſed & aliorum ejuſdem temporis illuſtrium virorum facta narrantur. Scriptæ fuerunt tempore Leonis Noni Romani Pontificis, cui oblatæ, ab eodemque probatæ leguntur.

APPEN-

PAGIUS Tum cap. 32. Eddius ſcribit: *Deinde longe ſpatia terrarum peragrans, Dei adjutorio in navigio maris magnitudinem ſuperans, inlæſus cum omnibus evaſit ad regionem propriam.* Wilfridum autem ad portus Gallicos nequaquam veniſſe, ut inde Britanniam transfretaret inde colligo, quod alioquin in laqueos incidiſſet *Ebroini*, quem fugiebat. Itaque videtur in Friſiam profectus ad *Algiſum* Regem, qui jam ipſi faverat, & ex cujus portubus tranſitus in Northumbriam tutiſſimus, & facillimus erat. In eam pervenit ingruente hyeme, menſe Novembri, opinor. Ubi in Northumbria fuit, *pacifice ſalutans Regem adiit, Regique humiliter ſcripta Apoſtolicæ Sedis judicia cum totius Synodi conſenſu & ſubſcriptione oſtendens, cum bullis & ſigillis ſignatis reddidit: deinde omnibus principibus ibidem habitantibus, nec non ſervis Dei in locum Synodalem accerſitis*, &c. *poſtquam difficilia ſibi & ſua voluntati contraria lecta audiverunt*, &c. *quidam reſpuerunt*, &c. *defamaverunt in animarum ſuarum perniciem, ut pretio dicerent redempta eſſe Scripta*, &c. *Tum juſſione Regis, & ejus Conciliatorum cum conſenſu Epiſcoporum, qui ejus* (Wilfridi) *Epiſcopatum tenebant, in cuſtodiam ducere, & novem menſes ſine ullo honore cuſtodire cenſuerunt*, &c. *Regina vero* (Ermemburga) *chriſmarium hominis Dei Sanctis Reliquiis repletum in thalamo ſuo manens, aut curru pergens juxta ſe pependit.*

XVIII. *S. Vilfridus ab Ecgfrido Rege male habetur.*

*Sancta Ethildrita* Elienſis Monaſterii Abbatiſſa mortua eſt, ut anno DCLXXII. num. VIII. diximus. Mortuus & *Sanctus Amandus* Flandrorum Apoſtolus, ut videre eſt an. DCLXI. num. II. Pax Romanos inter & *Bulgaros* ſancita, ut anno præcedenti num. III. oſtendi.

# APPENDIX.

## AUCTOR PIO LECTORI.

*Quod hoc Octavo Tomo Annalium inter ſcribendum res præclare geſtas S. Maximi martyris adverſus Pyrrhum Conſtantinopolitanum Epiſcopum Monothelitam, omiſimus dedita opera prolixam illam diſputationem ejuſdem cum eodem Pyrrho in Africa publice habitam, ne nimia ejus prolixitate lectorem faſtidio afficeremus, pollicitique ſumus hic eam apponere per appendicem, quo rerum antiquarum ſtudioſi eadem nondum edita frui poſſint: promiſſi memores, hic tibi eam tum Græce, tum Latine reddimus ex interpretatione Franciſci Turriani Societatis* Jesu *Theologi. Sed quoniam is unico dumtaxat, quamvis antiquo, exemplari uſus eſſe videbatur, in bibliotheca autem Vaticana plures erant ejuſdem Diſputationis Codices manu ſcripti, omnes inter ſe diligenter conferendos, variaſque lectiones iiſdem quibus Vaticani Codices recenſentur numeris, habito earum delectu, partim ad marginem, partim ad libri calcem adnotandas curavimus. Utere, Lector, & boni conſule.*

ΠΑΡΑΣΗΕΙΩΣΙΣ ΤΗΣ γενομένης ζητήσεως χάριν τῶν κεκινημένων περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων, παρουσίᾳ Γρηγορίου τοῦ εὐσεβεστάτου πατρικίου καὶ τῶν συνεδρευθέντων αὐτῷ ὁσιωτάτων ἐπισκόπων, καὶ λοιπῶν θεοφιλῶν καὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, παρὰ Πύῤῥου τοῦ γενομένου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Μαξίμου τοῦ εὐλαβεστάτου μοναχοῦ, μηνὶ Ἰουλίῳ, ἰνδικτιῶνος γʹ. Πύῤῥου μὲν συμμαχοῦντος τῇ παρεισαχθείσῃ παρ' αὐτοῦ τε καὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἐν τῷ Βυζαντίῳ καινοτομίᾳ, τουτέστι, τοῦ ἑνὸς θελήματος. Μαξίμου δὲ συνηγοροῦντος τῇ ἄνωθεν εἰς ἡμᾶς ἐλθούσῃ πατρικῇ τε καὶ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ διὰ τοῦ ῥηθέντος ὑπερφυοῦς ἀνδρὸς, φημὶ δὲ Γρηγορίου τοῦ ὑπερτίμου πατρικίου, τῶν λεχθέντων ἀνδρῶν τουτέστι, Πύῤῥου καὶ Μαξίμου, ἀλλήλοις προσοψισθέντων· προκατήρξατο δὲ τῆς πρὸς Μάξιμον διαλέξεως ὁ Πύῤῥος, οὕτως εἰπών.

QUÆSTIO ECCLESIASTICI dogmatis diſputata coram Gregorio patricio piiſſimo, in conventu, & conſeſſu ſanctiſſimorum epiſcoporum, & reliquorum nobilium virorum, a Pyrrho patriarcha Conſtantinopolitano, & a Maximo reverendiſſimo monacho, menſe Julio, indictione III. Pyrrho quidem novum dogma de una Chriſti voluntate, a ſe & a ſuo anteceſſore Sergio prave introductum, defendente; Maximo autem doctrinam Apoſtolorum & patrum a principio nobis traditam.

FRANCISCO TURRIANO

*Societatis* Jesu *Theologo interprete.*

ΠΥΡΡΟΣ. Τί σοι κακὸν ἐποιήσαμεν, κύρι ἀββᾶ Μάξιμε, ἐγώ τε καὶ ὁ πρὸ ἐμοῦ, ὅτι οὕτω πανταχοῦ διασύρεις ἡμᾶς, αἱρετικὴν ὑπόληψιν παρὰ πᾶσι διδοὺς ἡμῖν; τίς δὲ οὕτω ποτὲ, καί τοι κατὰ πρόσωπον ἀγνοούμενον θέᾳ, ἐτίμησεν ἢ ἐσεβάσθη σε, ὡς ἡμεῖς; ΜΑΞ. Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἀκροᾶται, οὐδεὶς οὕτως, ἵνα ταῖς σαῖς χρήσωμαι λέξεσιν, ἐτίμησεν ἢ ἐσεβάσθη με, ὡς ὑμεῖς· ἀλλ' ἀθετησάντων ὑμῶν νῦν τὸ Χριστιανῶν δόγμα, φοβερὸν ἡγησάμην τῆς ἀληθείας τὴν πρὸς ἐμὲ προτιμῆσαι χάριν. ΠΥΡ. Τί γὰρ δοξάσαντες, τὸ Χριστιανῶν ἠθετήσαμεν φρόνημα; ΜΑΞ. Ἓν θέλημα τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ δοξάσαντες, καὶ μὴ μόνον δοξάσαντες, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ λύμῃ τοῦ παντὸς τῆς ἁγίας ἐκκλησίας σώματος, διὰ καινῆς ἐκθέσεως τοῦτο * προτεθεικότες. ΠΥΡ. Τί οὖν, ὁ ἓν θέλημα τοῦ Χριστοῦ δοξάζων, δοκεῖ σοι παρακεκινῆσθαι τῆς Χριστιανικῆς διδασκαλίας; ΜΑΞ. Πάνυ μὲν οὖν. Τί γὰρ ἀνοσιώτερον τοῦ λέγειν, τὸν αὐτὸν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ θελήματι, πρὸ μὲν τῆς σαρκώσεως τὰ πάντα ἐκ μὴ ὄντων * συ-

* προσεθεικότες.

* ὑποστήσασθαι.

PYRRHUS: Qua in re domine Abba Maxime, ego & is cui ſucceſſi, tibi nocuimus, qui ubique nobis detrahis, & nos omnibus in ſuſpicionem de hæreſi venire facis? Quis unquam te, ne de facie quidem notum, ſic honoravit & coluit, ut nos? MAX. Quandoquidem audit Deus, nemo ut verbis tuis utar, ſic me honoravit, & coluit ut vos: ſed cum vos aſpernati ſitis nunc dogma Chriſtianorum, exiſtimavi pertimeſcendum mihi eſſe, ſi gratiam veſtram veritati anteponerem. PYRR. Qua opinione aſpernati ſumus quod Chriſtiani ſentiunt? MAX. Opinione de una voluntate divinitatis Chriſti & humanitatis ejus: & non ſolum opinione, ſed etiam propoſita ejus nova expoſitione ad perniciem totius corporis ſanctæ Eccleſiæ. PYR. Quid igitur, qui unam Chriſti voluntatem eſſe ſentit, videtur tibi a Chriſtiana doctrina traduci? MAX. Maxime. Quid enim magis impium, quam dicere, eumdem una & eadem voluntate, ante incarnationem quidem omnia ex nihilo feciſſe, continere & procu-

rare

rare ac ſalubriter dirigere; poſt incarnationem vero, cibum & potionem appetere, loca locis mutare, & omnia alia facere, quæ omni culpa & reprehenſione vacabant; quibus etiam diſpenſationem liberam ab omni fictione eſſe demonſtravit? PYRR. Eſt ne unus Chriſtus, an non? MAX. Unus ſane. PYRR. Si igitur unus Chriſtus, tamquam unus omnino etiam volebat: quod ſi tamquam unus volebat, una prorſus eſt & ejus voluntas, non duæ. MAX. Dicere quippe, & non diſtinguere prius ſignificata in eo quod dicitur, nihil aliud eſt, quam omnia confundere, & ea ſtudio relinquere operta, de quibus quæritur: quod eſt alienum a viro diſſerendi perito. Dic igitur mihi hoc: Chriſtus cum ſit unus, eſt ne Deus ſolum, an etiam ſolum homo, an utrumque, Deus ſimul, & homo? PYRR. Plane, Deus ſimul & homo? MAX. Deus igitur natura & homo cum eſſet Chriſtus, volebat tamquam Deus & idem homo, an ut Chriſtus tantum? ac ſiquidem principaliter ut Deus, & homo volebat Chriſtus, liquet, quod dupliciter, & non uno modo, unus cum idem eſſet, volebat. Etenim ſi nihil aliud eſt Chriſtus præter naturas ſuas, ex quibus, & in quibus eſt, perſpicuum eſt, quod convenienter naturis ſuis Chriſtus, id eſt, ut unaquæque apta nata erat, unus exiſtens & idem, & volebat, & operabatur: Siquidem neutra earum voluntatis, aut operationis expers eſt. Quod ſi convenienter naturis ſuis Chriſtus, ideſt, ut unaquæque apta nata erat, volebat & operabatur; erant autem duæ naturæ ejus: duæ igitur voluntates ejus naturales, & quæ cum ipſis numero totidem ſunt, ſubſtantiarum operationes. Sicut enim numerus naturarum unius & ejuſdem Chriſti, ſi pie intelligatur & dicatur, non dividit Chriſtum, ſed differentiam naturarum etiam in unione cuſtodiri demonſtrat: ſic numerus voluntatum & operationum, quæ ſecundum ſubſtantiam in ejus naturis inſunt (ambabus enim naturis ſuis, ut dictum eſt, idem ſalutem noſtram & volebat & operabatur) non diviſionem inducit, abſit; ſed earum etiam in unione cuſtodiam tantum & incolumitatem declarat. PYRRHUS: Non poteſt fieri, quin voluntates ſecum inferant ipſos volentes: MAX. Hoc quidem abſurdum, in veſtris etiam literis, non ratione, ſed licentia protuliſtis, nacti Heraclium veſtrum ad hoc adjutorem, quia vos ejus nefariæ & ſceleratæ mixtioni aſſenſi eſtis, & benedictione * eam confirmaſtis. Si enim concedatur inferri cum voluntatibus volentes, omnino conſentanea reciprocatione cum volentibus inferentur voluntates: reperieturque etiam vobis auctoribus in ſupereſſentiali, pluſquam bona & beata Deitate, una quidem hypoſtaſis, ſicut ſenſit Sabellius, quia una eſt in ea voluntas; tres vero voluntates, quia ſunt tres perſonæ, ac proinde tres naturæ, ex opinione Arii: ſi quidem ſecundum definitiones, & regulas Patrum, differentia voluntatum differentiam etiam naturarum ſecum infert. PYR. Impoſſibile eſt, in una perſona duas ſimul eſſe non contrarias voluntates. MAX. Si non eſt poſſibile eſſe ſimul in una & eadem perſona duas non contrarias voluntates; igitur, opinione tua, poſſibile eſt eſſe, ſi contrariæ ſint. Si ſic eſt; confeſſus es hactenus duas eſſe, & non diſſides a numero, ſed tantum a pugna: reſtat igitur ut quæramus cauſam hujus pugnæ effectricem. Quam igitur eſſe hanc ais? Voluntatemne naturalem, an peccatum? ſi naturalem dicis; hujus autem auctorem non alium eſſe ſcimus, niſi Deum;

* for commendatione.

